BIB. UNIV.
PICTAV.

5555

CAMILLI GALLINII TICINEN. PATRITII AC IVRISCONS.

ET AVLAE IMPERIALIS COMITIS,

IN TICINENSIQVE GYMNASIO PVBLICI AC ORDINARII PROFESSORIS IVRIS CIVILIS IN VESPERIS;

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE Libri X.

HISCE MEIS DECEM LIBRIS DE VERBORVM SIGNIF. QVIBVS Sacroſanctæ Pontificię dignitati, ac Sacroſ. Ro. Cath. & Apoſt. Eccleſ. dignitati honorem habere ſtudui, omnia pia, ſancta, ac piorum Patrum, Pontificumq; Maximorum ſcitis, ordinibus, decretis, conſtitutionibusque conſentanea ſunto. Si quid fortè ab ijs alienum per imprudentiam (quod minimè reor, hoc enim maximè caui) mihi exciderit, id omne caſſum, irritum, nullum, atque infectum penitus eſto. Quidquid autem boni ac publicæ ſtudioſorum vtilitati conducibilis in ijs compertum fuerit. C. S. O. M. Quidquid verò imperfecti in ijs erit, id omne imbecillis ingenij mei tenuitati acceptum relatum eſto.

Cum Indice rerum memorabilium locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS.



UNIVERSITE DE POITIERS

VENETIIS, Apud Io. Bapt. Somaſcum. 1582.

MO MO

AMPLIS. ATQVE EXCEL.
STATVS INSVBRVM
SENATVI,

Immortalium Heroum coronæ ſplendidiſs. ac fama ſuper æthera notę.

CAMILLVS GALLINIVS. S. D.

QVEMADMODVM nihil eſt, excelſe ac ſapientiſſime Senatus, in inferiore hoc terrarum orbe, quo magis referatur ſummi atque æterni DEI maieſtas, ac amplitudo, quàm optimi Regis in ampliſſimo regno recta & irreprehenſibilis adminiſtratio; ita dubitandum non eſt, quin tribus potiſſimè virtutibus, prouidentia ſcilicet, iuſtitia, atque clementia illa comparetur, præſeruetur ac retineatur hæque virtutes tunc præcipuè earum vires producant, cum ſapientiſſimis, optimis, probatiſſimisque, ac prudentiſſimis viris, rerum publicarum cura, atque actio committitur, eorumque opera in rebus magnis, & arduis, explicandis, peragendis, ac deliberandis, eligitur. Tunc enim Rex optimus humanis iſtis in actionibus ad ſimilitudinem D. O. M. accedere videtur, qui omnia quæ pulcherima hic mundi mole comprehenduntur, diſcernunturque inſignium & nobilium quarundam cauſarum virtutibus regit, gubernat, ac moderatur, quas a cœleſtib. illis corporibus in inferiora hæc influere, atque infundi permittit, patitur, ac iubet. Hæc omnia, vt nemo eſt qui neſciat, quanta cum maieſtate reluceant in glorioſiſſimo Rege noſtro Philippo, omnium terrarum orbis Regum ampliſſimo ac potentiſſimo, ita quoque non dubitat, quin omnes inter mortales Principes is unus præ cæteris magis ad D. O. M ſimilitudinem accedat, ut non immerito in æterni nominis Fidentium Ticinenſi Academia poſitum inſigne illi fuerit tereſtris ſpheræ, ac cœleſti æquinoctiali circulo diſtinctæ, illis verbis, CVM IOVE, is enim vt cæteris præſtat regnorum amplitudine, rerum geſtarum gloria, omnibusque bello paceque præclaris virtutibus, quæ in ſupremo principe deſiderari poſſunt, ita omnibus, præcellit in prudentiſſimis iuſtiſſimis, rectiſſimisque viris deligendis qui regnorum principatuum, prouinciarum, ac ditionum eius adminiſtrationibus præſint tùm in Hiſpanijs, Italia, Flandria, tàm in inſulis, Indijsque & Orientalibus & Occidentalibus, tàm ſcilicet in exercituum Imperatoribus, prouinciarum præfectisque generalibus promouendis, quàm in ſupremis Concilijs, Senatorijs ordinibus, aliorumque Magiſtratuum conuentibus conſtituen-

dis, præſertim in hoc Inſubrum ſtatu, in quo, inter cætera, tanto omnium uirtutum grariarum ac laudabilium actionum ſplendore, Illuſtriſs. Senatorum ordo refulget, ut nullus vnquam, non in Europa ſolum, ſed neque in vniuerſo terrarum orbe fuerit ſupremæ poteſtatis ac iuriſdictionis conuentus, in quo, nec veterum neque recentiorum memoria, tam admirabili omnium ſtupore, tres illę regiæ, abſolutè optimæ adminiſtrationis, principes virtutes enituerint, vt in te vno ſplendeſcere cernantur, ita vt iure merito concini poſſit.

Te duce, lenta fori verbum iurgia ceſſant,
Te duce, non humiles minitantum verba potentum
Horreſcunt, cunctis ſed perſtat pondere libra
Aequa ſuo, & noſtris immotus terminus agris:
Quiſque ſuo contentus ambit, nec dira cupido
Vnius, alterius bacchatur rebus opimis.
Pacis honos, raſtriquè graues, tongique ligones,
Sarcula, falxque bidens, ſurgunt & vomer ad vnius,
Aſſiduusque labor, veri ſpes optima lucri,
Fundit humo facilem victum melioribus annis.
Te duce, cœleſtes ſedes Aſtrea reliquit,
Expectata diu, terrasque inuiſit amatas.

Tua enim potiſſimè, ordo excellentiſſimè, prouidentia factum eſt, vt Ticinenſe noſtrum Gymnaſium, in omni grauiorum ſcientiarum, liberalium artium, bonarumque diſciplinarum genere tot præſtantiſsimis viris, tot facundiſſimis Anteceſſoribus, tot eruditiſsimis nominis immortalis profeſſoribus ſemper exuberarit, affluxerit, atque abundauerit; quibus diſſerentibus, vniuerſæ Europæ Regionum huc confluentes ſtudioſiſsimi iuuenes, incomparabilem omnium virtutum, grauiorum ſcientiarum, ac literariorum ſtudiorum theſauros imbiberunt, hauſerunt, ac compararunt: quas inter opulentiſsimas ſtudiorum ingenuorum diuitias cum & ego, qui patria Ticinenſis ſum, educatus, inſtitutus, atque eruditus fuerim, tàm politioribus literis ac diſciplinis, ſub præſtantiſsimis humaniorum literarum profeſſoribus, quàm grauiore iuris utriuſque prudentiæ facultate, ſub diſertiſsimis illis iuris ſuæ ætatis interpretum Coryphęis, Polictonio Mediabarba, poſtea tanti ordinis Senatore perilluſtri meritiſſimè effecto, qui cum ea in dignitate magna cum laude ac gloria quintam trienteridem ſuperaret, poſt laudabiliter peractam Burgundam legationem, ex Sereniſſimi PHILIPPI Regis noſtri diplomate in magnificentiſſima illa pro eodem inuictiſs. Rege Romana legatione, apud GREGORIVM XIII. Pont. Max. vitam cum morte commutauit, ac triſte ſui deſiderium vniuerſo Inſubrum ſtatui, ac nobis præſertim eius Ticinenſibus ciuibus reliquit. Et Franciſco illo Alciato, ſacroſanctæ Rom. cathol. Eccleſiæ Purpurato Heroe ampliſsimo, & nunquam interituri nominis, cuius aſſiduis aſcultationibus, eius principia exhauſi, quod valeo, ſpiro, ac poſſum, in huius iuris utriuſque prudentiæ ſacris, cum pomeridiani primùm, ac deinde matutini iuris ciuilis ordinarij locos, tanto omnium ſtudioſiſſimorum iuuenum Italiæ, ac omnis Europæ frequentiſs. conuentu interpretaretur diſcretiſſima illa eius lingua, quæ nunquam ſuperiorem paſſa fuit, nec parem admiſſit, cum profitendi hoc munere fungeretur, & quæ maximorum Pontificum ac illuſtriſſimorum ſacri Conciſtorij procerum, poſtquam ad Cardinalitiam aſſumptus fuit a PIO IIII. Pontif. Max. æterni nominis dignitatem, aures ſæpius demulſit, ac omnibus eloquentiæ candoris numeris impleuit. Quem ſi fata dediſſent longioribus annis hæc aura frui ætherea, dubio procul ſuprema Pont. Max. dignitate refulgentem viſuri fuiſſemus, cum tot tantisque virtutibus comitatus, ita omnibus polleret gratijs apud principes viros, apud mediæque, ac inferioris conditio-

ditionis homines, vt quasi nouus alter Hercules Gallicus, quibusdam quasi aureis cathenis, omnes in sui amorem, ac desiderium vel nolentes traheret, prioribus illis mai rum gentium Dijs, obsequiali facundia, atque opera, ad se protractis, posteriorimbus uero istis (quorum neminem nunquam non consolatum a se dimissit) cumulatissima omnis generis officiorum munificentia ad se pellectis, ita vt qui ter maximæ illius dignitatis conferendæ facultate habent, obsequijs deuicti, animis in illum pronis omnino facturi fuissent, vt ea frueretur, hi verò quibus benè ominari tantum datum est, assiduis apud D. O. M. precibus pro illo fuissent interceſſuri, ut beata illa diui Petri sede quandoque potiretur. Cum igitur tantorum studiorum opum, quibus omnium Europæ, famigerantissimum hoc nostrum Ticinense Gymnasium affluit, tua maxima atque inexhausta rerum gerendarum prouidentia, & ego particeps fuerim, vt qui eo tempore ex ephebis me excessisse repererim, quo a præstantissimis ac facundissimis illis Anteceſſoribus in hac grauiore iuris vtriusque prudentiæ scientia erudiri potuerim, quod postea factum est, vt eiusdem tui amplissimi ordinis decreto, in eodem Gymnasio iam duos & viginti annos in publico professorio munere cum emensus fuissem, septennium scilicet institutionibus interpretandis, & quinam trienteridem in pomeridianis iuris ciuilis ordinarij materijs explicandis, illis peractis, in vigesimo tertio publicorum laborum meorum anno, eiusdem tui sacri ordinis consulto ad primarium matutini iuris Pontificij ordinarij locum promotus fuerim idq; grauissimo ac benignissimo tuo motu proprio. Quamobrem cum omni officiorum ac beneficiorum genere, senatoriæ huic tuæ Illustrissimæ Coronæ deuinctum me esse sciam, & profitear, operepretium facturum me esse arbitratus sum, si quò omnino eius fieri possit, omnem ingratitudinis notam effugere conatus fuero, & susceptorum beneficiorum memoriam in me in dies vegetiorem, ac viuaciorem fieri ostendero. Eam si quidem ingenitam esse a natura gratitudinis vim rebus omnibus creatis videmus, vt in earum auctores, quanto efficaciores valeant, gratias habere, in illosque quasi in affluentissimos earum creationum fontes, bona omnia innumeris mirisque modis referre videantur, hancque συμπαθειαν non ipsis tantum cœlestibus spiritibus, & corporibus, & rationis compoti humano generi (cui igneus est datus vigor & cœlestis origo) communem fore cernimus, sed etiam omnibus omnino animantibus brutis, plantis, & cæteris id genus, in inferiore hoc terrarum orbe, a rerum opifice natura creatis rebus ineſſe dignoscimus. Et propterea Angelorum choros, cæterosque beatorum spirituum ordines, quibus datum est, in glorioso illo, æternoque cœlestis patriæ triumphantis Regno, trini & vnius omnipotentis DEI, sanctissimo aspectu coràm frui, assidua gratiarum actione in illum moueri, in eumque tanquam bonorum omnium eorum creationis Auspicem, & Auctorem, susceptа omnia beneficia inexhausta mente referre credimus. Sic etiam cœlestia corpora Solem, quasi luminum omnium parentem maximum ac splendidissimum, lætis quibusdam aspectibus venerari, nobis quodammodo videre videmur: Aeri ventos, aues, & cætera in sublimi viuentia animantia, quasi inde sint, ex eoque vitàm trahant, quodammodo deferre atque obsequi prospicimus, piscis aquis, flumina mari, bruta animantia, plantasque terræ, vnde gignuntur, coalescunt, educantur, & vitam viuunt, mutuis quibusdam actionibus gratias perennes agere videri, ferè discernimus. Homines autem nil magis hoc vno laborare conspicimus, quàm vt erga illos, a quibus beneficia acceperint, grati, beneuoli, & susceptorum beneficiorum memores fore videantur, uiuacemque illorum memoriam, ab ingrata obliuione defendant. Iuremerito igitur, ego qui omnium earum partium (si quæ tamen in me sunt) quibus honestum aliquod nomen in his iuris vtriusque prudentiæ sacris consecutus sum, tibi vni conuentus illustrissime debeo, tibi vni acceptum ferre teneor, a teque vno agnoscere cogor, non alteri quàm tibi uni (longe præstantiore tamen nuncupatione dignissimo) hasce tot perennes exanclatorum laborum studiorumq; meorum primitias afferre ac dedicare debui. Quandoquidem, si a me secus factum esset, & multis ipsis inferioris huius DEI templi corporibus, erga vnicum bene de mei

Auctorem, minus gratus minusque susceptorum beneficiorum memor futurus fuissem, & mihi Sophocleum illud non immerito obijci potuisset.

Ος τάχιστα, τοῖς βρότοις χάρις διάρρει· καὶ πρόδον ἀλλίσκεται.

Debent enim eo redire gratiæ vnde profecta sunt beneficia: idque a me eo libentius curatum est, quòd hanc tuam diuinæ maiestatis similitudinem, quam summa omnium cum admiratione, laude, gloria, & vtilitate præ te fers, in eo potissime ad D. O. M. benignitatem accedere mihi ipsi persuadebam, vt quemadmodum is tàm equi bonique consulit, thura quæ dantur ab eius fidelibus humilioris census, tenui acera, quàm quæ ab opulentioris fortunę hominibus aureis cælatisq; patris offeruntur, sic amplitudinem tuam non aliter tenue hoc munusculum quod a me tibi offertur, animi gratitudine nulli secundum, hilariter accepturam esse ac si magnum ac eximium aliquod donum, a maiorum gentium principe aliquo viro illi exhiberetur, confidebam. Accedebat insuper suprema illa auctoritas, exactissimaque & grauissima iuris vtriusque prudentiæ cognitio, ac præstantia, gratia illa summa apud cuiuscunque generis ac status homines, cuiuscunque Europæ, prouincię ac nationis, qui vel præclaro tuæ famæ tantum splendore, non etiam ex facie Maiestatis tuę te nouerunt, qua ita polles, vt non solum eos qui omni officiorum ac beneficiorum genere tibi deuincti sunt, qualis ego sum, sed omnes omnino in admirabiles tui amores, gratioseque amplitudinis, ac virtutum tuarum desideria allicias, ac trahas, & ad te amandum, colendum, atque obseruandum inuites. Succurrebat quoque quòd frequens illa atque insolens Momorum, Zoilorum, Rabularum, cęterorumque obtrectatorum caterua non secus obmutescere ac obrigere ad tuum in re literaria nomen didicisset, ac latrantes canes ad Hyenepellem, vel Phinei milites ad Medusæ caput saxei facti, obmutuerint ac obriguerint. Iure igitur merito tuus tibi ex animo additissimus seruus, Gallinius Iurisconsultus, quem tuo in Ticinensi Florentissimo Gymnasio tot innumeris atque inenarrabilibus affecisti beneficijs, nuncq. inter primarios tuos celeberrimos iuris interpretes promouere ac connumerare haud dedignatus es, hunc primum eius laborum ac studiorum partum tibi dicandum, nuncupandum, ac consecrandum putauit. Tu igitur lęta illa hilari atque serena fronte, qua soles, addictissimi seruitui munusculum excipies, æqui bonique consules, & inter non ingratas seruorum tuorum memorias præseruare, illique inter tuas maximas & grauissimas Regiarum administrationum curas gratiam hanc impertiri dignabere, vt possit eius auctoris viuacem memoriam apud te præseruare atq; ob oculos ponere, & diuinos illi afflatus conciliare, futurum enim erit, vt hoc pacto acrioribus stimulis concitatis studiosorum animis, è Ticinensi Gymnasio, tanquam ex equo Troiano, innumera perenni gloria, atque immortali memoria digna, in omni scientiarum genere, proditura sint opera, quę lucem expectant. Vale, præclarum Insubrum atque omnis Italiæ decus, & omnium Senatoriorum ordinum Sydus maius, ac iubar splendidissimum. Ticinensi ex Academia sexto Idus Februarij die Iouis, & festo Diui Inuentij Ticinen. Episcopi, qui dignetur à D. O. M. cuius in conspectu assiduus versatur, hisce primis laboribus meis faustum, fœlicem, fortunatumque exitum, ac victuri libri genium implorare. M D LXXXII.

CAN-

CANDIDO LECTORI.

CAMILLVS GALLINIVS

I. C. Ticinenſis,

Ἀπράξιαν.



MNEM hanc materiam verborum ſignificationis non abre, Lector candide, in tres tomos digeßimus, ſed ita vt vnus ſine altero ſua dote contentus ſtare poßit, priore enim hoc qui nunc primum in lucem prodit decem libris proſecuti ſuimus, omnia quæ ad propriam, impropriam, conſuetudinariam, ac interpretatiuam verborum ſignificationem, tam extenſiuam, quàm reſtrictiuam pertinent. Altero qui propediem edetur non minore cura, ac diligentia, omnium legum quæ ſub titulo de verborum ſignificatione, in pandectis habentur, commentarios explicauimus, tam pleno atque vbere ſtylo, vt omni ſatisfactum ſit methodo, qua hactenus vſi fuerunt interpretes in eorum locorum enarratione. Tertio quem paulo poſt emittemus ardentiore ſtudio, magisque in ceſſato conatu, omnia complectimur, quæ ad peculiares verborum, ac formularum iuris ſignificationes ſpectant. Hactenus te Lector optime admonuiſſe ſufficiat, quò tendant hi noſtri lubenti animo perduranti labores, in publicam ſtudioſorum vtilitatem, in ampliſſima ita verborum ſignificationis materia, quæ ſui maximo ac iuris ambitu, ad ſimilitudinem maris Oceani circa globum terræ, omnes ambit lambitque iuris vtriuſque prudentiæ ſinus, vniuerſamque alluit eiuſdem molem. Cæterùm eſt vt intelligas huius operis euulgatione nos haudquaquam tantum vobis, ſtudijsque noſtris tribuere, vt opinemur hoſce labores noſtros, vſui eſſe, aut aliquid profectus afferre poſſe, magnis illis ac prudentißimis, & ſapientißimis Iurisconſultis, qui hac ætate tam legalis philoſophia præſtanti doctrina, quam præclaro rerum magiſtro vſu, præ cæteris pollent, aut frequenti aſſiduaque operum editione publicè omnibus proſunt, abſit enim, vt nos qui nuppæ ſumus, & puſilla ruris numina, maiorum gentium Dijs aliquid perſcribere poſſe nobis ſuadeamus, quod uel eis incognitum ſit aut ad illorum eruditionis incrementa facere poßit. Illis enim, ſi quandoque a maioribus negotijs ſeriari licebit, in noſtra hac vireta diuerteri, animi gratia permittimus, modo meminerint, omnia æqui bonique conſulenda eſſe, nec o ſi toſo amico ſuccendendum, quod minus ſplendido apparatu illos exceperit. Etenim is fuit noſtris hiſce in laboribus ſcopus, vt illis potißime ſtudioſis prodeſſe, atque opem ferre poſſemus, qui eius ætatis adhuc ſunt, in illisque profeßionis noſtræ gradibus adhuc verſantur, vt a nobis diſcere noſtrisque lucubrationibus commodum referre poßint, illisque præſertim, qui a nobis in Gymnaſio Ticinenſi, intra duorum & viginti annorum curricula, quibus puol co profitendi muneri aßiduam, nec infrugiferam operam nauauimus, & ſub noſtra militarunt diſciplina, & Doctoratus gradum laudatißime conſecuti ſunt, alijsque qui nunc militant, futurisq; emolitaturi, ac lauream conſecuturi erunt in annis. Hoſce enim, vt me viua voce de me diſſerente audire, & a me artis præcepta haurire haud dedignati ſunt ſic minime auerſaturos eſſe opinor, illius præceptoris libris euulgata documenta, quem ſibi obſeruandum, diligendum, atque omnibus officijs atque humanitatis ſtudijs, dum in Gymnaſticis exercitationibus fuerunt, ſouendum eſſe putarunt. Vtere igitur ac fruere hilari ac ſincero animo, beneuole atque amice Lector, primo hoc partu decem librorum de verborum ſignificatione, propediem ſecundo fruiturus, & tertio non multo poſt tempore. Vale.

AVRELII GALLINII, TICINENSIS PATRITII, AC Phyſici, publicique Logices profeſſoris in Ticinenſi Gymnaſio, ad Camillum Gallinium eius fratrem:

CARMEN.

NVnc verè videor cernere ramulum.
Lauri, prænitidis ac bene olentibus
Baccis, (quem glociens ore refert Auis
Noſtris ſtemmatibus) auſpicijs bonis
Vnà rite ſeri, perque coli bene;
Fœcunda atque ſimul germina ſurgere;
Ac ſyluas fieri, vt tempore Cæſarum,
Doctarum, virides, præmia frontium.
Noſtrum, mi videor, nunc quoque cernere,
Candore eximio conſpicuum, alitem,
Læta cum ſobole, in multa referrier
Secla, & mox generi, quærere ſplendida
Noſtro, nomineque, & perpetuum decus.
Cum tali ediderit ingenio librum,
Germane, vt doceas eloquij modos,
Quid ſignentque voces, & pariter notent
Quid verbis poſitæ, propoſitæque Res:
Cedro, & digna vales ſcribere carmine,
Sacris vnde queant cernere legibus.
Senſus, improprios, a proprijs, patres,
Doctis, eruditi qui iuuenes ſcholis.
Et lauros capiant, quo is redimant comas
Victrices, pugilum, pallados in ſacris.

CAMILLI SCIAFENATI, MEDIOLANENS. I. C. & publici in Ticinenſi Gymnaſio profeſſoris; Ad Lectorem.

CARMEN.

COnſilium capture nouum, iam deſine edentis
Gallinæ, vanum quærere harſpiciume:
Hinc, quid agas, reſponſa pete, hinc, quæ uerba loquaris,
Accipere in ſenſu quoque aliena queas,
Certius hæc Gallina dabit, quæ elata volatu
Sublimi, volitat docta per ora virùm.

HER-

HERCVLIS VINCEMALAE I. C. MEDIOLANENS. Carmen, de Gallinio I. C. eiusque opere.

Tyndaridæ gemini, fælicia ſydera cœlum
Ornant, & nobis commoda magna ferunt,
Edidit inſignes diuos virtutibus ouum,
Dum ledæ gremio iungitur albus olor,
Hac cum Gallina iunctus cylenius, affert
Oua, quibus nihil eſt pulchrius, aut melius,
Gallinæ viuet fœcundi gloria fœtus,
Ticinus, liquidas, donec habebit, aquas.

FRANCISCI CVRIONIS, MEDIOLANEN. LEGVM Canditati, eruditiſſimi, Carmen; Ad præſtantiſs. I. C. Camillum Gallinium.

Gallina, ſalue plurimum, ſalue decus
Inſigne, noſtri ſæculi.
Nanque abſte olores fatentur vincier,
Herbamque mœſti porrigunt.
Atque ipſa princeps alitum Auguſtiſſimo
Sacrata Regi cœlitum.
Viuaxque laudes cogitans, phœnix, ſuas,
Frata, ſe ſe deſpicit,
Et iure; nam quæ ſunt in illis ſingula,
Vni tibi adſunt omnia.
Te nanque Phœbus maximè pater colit,
Atque omnes adeo cœlites.
Tu, cœlum aduſque, præpetem plumam explicas.
Diſploſa tranans nubila.
Et ſempiternam, cum ſoleat virtùs potens,
Vitam ſepultis tradere;
Ridere vanos impetus mortis potes,
Viues in omne ſæculum.

AD EVNDEM.

Nvm fortaſſe mens quoniam te laudat Jambus,
Hunc mirare nouum munus obire pedem?
Deſine mirari, vir præſtantiſſime, linor
Ipſe nequit, laudes diſſimulare, tuas.

BERNARDINI BALDINI VIRI ERVDITISSIMI De Camilli Gallinij Iuriſconſulti libro,

CARMEN.

HAud ſcatet hic pullis codex, & edulibus ouis,
Quæ Gallina fouet fertilis, atque parit;
Sed per lucidulis gemmis eſt diues, & auro,
Mercibus huuc Indus ditat, Arabsque ſuis.
Quas inſignis opes, Gallina dat, accipe Lector,
Non aliunde tibi, copia maior erit.

IOAN. MARIAE SIMONETAE COLLEGIATAE Eccleſiæ Sancti Theodori Ticin. Præpoſ. Sacræ Theol. & Can. Doctoris.

EXASTICON.

COrs illa eſt fœlix, vbi roſtro quærit acuto
Grana, quibus pullos, ſedula paſcat auis.
Hanc volucrem, tu docta cohors, retinebis in annos
Centenos, volitet donec ad aſtra ſenex.
Temporis interea, croceis donare vitellis
Te poterit, quoniam ter parit oua die.

CAROLI ANGELI GRINGHELLI, TICIN. PATR. Aduocatique, ac Iudicis præſtantiſſimi ad Camillum Gallinium,

CARMEN.

QVi poſuit factis, primus, ſua nomina, rebus,
Is tulit eximium nomen, & orbe decus;
Proxima huic, veterum iuris, eſt gloria, patrum
Verborum ac rerum qui docuere modos:
Mox palma, arguti Veronæ, eſt tertia, alumni,
Qui ſecuit certis, verbaque resque locis;
Maior at Alciato debetur gratia magno.
Hæc calamo amplexus qui vberiore fuit;
Nec ſua tollenda eſt ſauio laus, docta ſophorum
Dogmata qui aduexit, verbaque resque docet;
Nunc tua, in hoc, ſuperant veterum, monumenta, labores,
Cedit & ingenuo priſca corona tuo,
Clare CAMILLE, nouo potis es qui includere libro,
Quod fora, quodque ſcholæ, Romulidesque valent.

EIVS-

EIVSDEM CAROLI ANGELI GRINGHELLI, In commendationem operis eiuſdem Auctoris,

CARMEN.

HActenus abſtruſi ſenſus, vulgantur in orbe
Iuris Cæſarei qui latuere diù,
Ecce datum, in lucem, rarum & mirabile donum,
Verba, quod in dubijs ſignificare docet.
Huic, benè iura data eſt, præſenti, gloria, ſeclo,
Cuius ab ingenio ſplendida gloſſa fluit.
Cauſidici hoc tractare quibunt, & iure periti,
Litibus in cunctis, bina tropheæ ferent.
Nuſquaquae (crede mihi) tot iam labentibus annis.
Tale opis eſt viſum, commoda multa dabit.
Bartolus obticuit, quos nodos iſte reſoluit.
Et legum, & praxis lucida iura ſicit.
Nunquam igitur tanti, moritura eſt linea laboris
Quem non grandiloquo promeret ore, Maro.
Neſtoreos, Auctor viuat doctiſſimus, annos,
Cuius, in Italia, fama perennis erit.

TETRASTICHON EODEM AVCTORE Ad Librum.

ILiber à Scombris procul, atqui ture Sabeo,
Qui meritò volitas, docta per ora, virum.
Cedro dignus eris, cedrino non en oliuo
Perfuſum, viuet tempus in omne, tuum.

FEDERICI QVINCTII, I. C. MEDIOLANENSIS, IN Camilli Gallinij librum de verborum ſignific.

CARMEN.

HVc huc ò Veneres, ſales, lepòres
Et vos delitiæ, bonique amores,
Ac vitæ, genij diu tenaces,
Et vos o charites venuſtiores,
Fortes, iam properum gradum frequentes,
Et rogi, excipite hunc librum benignè,
Cui partes humanis datur referre,

(Queis

(Queis DEO similes magis videmur,
A mutisque feris abesse longè)
Ac fari, vt Comes est imago rerum,
Menti, quàm prius hausta proloquamur,
Vti conueniantque rebus ipsis
Verba, per proprios bonosque sensus.
Illi conspicuum date ac decorem,
Atque dotibus, expolite cunctis:
Vt frequens manibus peritiorum
Versetur, placeatque perlegenti,
Viuatque in numeros, perennis, annos.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM TOTIVS Operis de verborum ſignificatione, atque imprimis eorum.

Quæ quidem libri primi capita ſunt.

QVomodo capiatur verbum in hac materia verborum ſignificationis. Cap. 1.

Quæ ſit uocis rei acceptio in eadem materia verborum ſignific. ac rerum. cap. 2.

Poſſe res præter verba etiam aliquid per ſe actiuè ſignificare. cap. 3.

Quam ob cauſam verba inuenta fuerint. c. 4.

Quam varia ſint verborum genera, & quæ ſint uerba poſita ac eorum ſpecies. c. 5.

De uerbis innouatis, & uarijs eorum generib. c. 6.

Quæ in verbis ſint conſideranda. c. 7.

In quo conſiſtat natura, & intellectus uerborum. capit. 8.

Qui ſint uerborum effectus, duodecimque ab antiquioribus conſiderato referri, illumque præ cæteris examinari, quo recipitur uerba ſemper ita intelligenda eſſe, ut aliquid operentur. c. 9.

An uerba operentur & quomodo, quando ſit eorum expreſsio, quæ tacitè inſunt. c. 10.

Quid iuris, quando ſubiecta materia refragatur verborum operationi. c. 11.

Quis ſit effectus uerborum, quando aliquid exprimitur ex abundanti, uel ſe habent uerba ut genus & ſpecies. c. 12.

Vtrum effecta habeant uerba, quando prout exprimuntur intellecta ſunt contra intellectum iuris communis, uel quando ius commune diſponit, ut eorum expreſsio nihil operetur, uel quando id quod exprimitur, erat ex diſpoſitione iuris communis iam introductum. c. 13.

Alios plerosque caſus referri, in quib. uerborum expreſsio inanes habet effectus. c. 14.

Duodecimum uerborum effectum non minus utiliter, quam accuratè diſcuti, an licitum ſit incantamentis ex ſacris uerbis prolatis, uel perſcriptis, reſtitutionem bonæ ualetudinis procurare. c. 15.

Incantationibus profanis, fas ne ſit priſtinæ ualetudinis reſtitutionem implorare. c. 16.

Quindecim alios effectus uerborum, cæteris ab antiquioribus conſideratis, præter cæteros addi. capitu. 17.

De intellectu uerborum tripliciſque illius acceptione, remiſsiuè. capit. 18.

Quid ſit uerborum ſignificatio. cap. 19.

Quomodo fiat uerborum ſignificatio. c. 20.

Qui ſit verborum ſig. finis. c. 21.

An tacita voluntas defuncti, vt producat effectum, requirat ſaltem concurſum impropriæ ſignificatio. uerborum. c. 22.

Vna ne ſit, an diuerſa verborum & rerum ſignificatio. cap. 23.

Quo iure inuenta, introductaque fuerint uerba. capit. 24.

Quæ libro ſecundo continentur hæc ſunt.

SIgnificationem in genere conſideratam diuidi in quatuor ſpecies, propriam, impropriam, conſuetudinariam, & interpretatiuam, quidque ſit propria ſignificatio, & quomodo capiatur ſecundum Baldum, Veronenſem, & D. Alciatum. Cap. 1.

Quid rurſus ſentiant de propria ſignificatione Andreas Gammarus, Aurelius Sauius, & Ludouicus Aluarus. c. 2.

Auctorem putare oportunum eſſe, ac neceſſarium nonnulla permittere, pro faciliore reſolutione propoſitæ difficultatis, atque imprimis proprium eſſe in quadruplici acceptione, & proprium cuiuſque uocis ſignificatum tripliciter aſſumi. c 3.

Tres potiſsimum eſſe ſignificationes in quibus uerſatur propria locutio generalem, ſ. latam, ac ſtrictam. c. 4.

Quibus in caſibus procedat iſta diſputatio de ſtricta ſignificatione, & nomina propria ſignificationem propriam non habere. c. 5.

Quæ ſit reſolutio Auctoris in propoſita diſputatione de acceptione propriæ ſignificationis. c. 6.

Proprias iſtas ſignificationes deſumi a quadripartito illo medio ſupra relato definitionis deſcriptionis ethimologiæ & auctoritatis. c. 7.

Quæ ſunt ea quæ dicuntur de expreſſa & quæ tacita ſignificatione proficiſci, quidque ſit expreſſum, & quid tacitum. c. 8.

Quo-

Index Rubr.

Quomodo ſit expreſsio facienda, quando lex iubet reſpectu certæ perſonę aliquid fieri. cap. 9.

An ea quæ comprehenduntur ſub ratione & mente legis, dicuntur expreſſe venire. c. 10.

Epilogantur quæ hactenus dicta ſunt de expreſſo ac tacito, & differitur. an ea quæ veniunt ex coniecturis dicantur expreſsè uel tacitè ſignificari. c. 11.

An ea quæ ex impropria ſignificatione comprehenduntur. dicantur expreſsim concipi. c. 12.

An ſignificatio quæ proficiſcitur a communi uſu loquendi, dicatur eſſe tacita an uerò expreſſa. c. 13.

Quid concludendum ſit gratia ſignificationis, quæ prouenit ab interpretatione. c. 14.

Quomodo ſit intelligendum ſtatutum reijciens omnem interpretationem, uel ſenſum, aut intellectū præter expreſſum, vel conſtitutio aliqua iubens aliquid exprimi. c. 15.

Quid cenſendum ſit de illa demonſtratione quæ fit per digitum, uel ad oculum a corporis, an iudicanda ſit æquipollere demonſtrationi verbis factæ. capit. 16.

Quid iuris ſtatuendum ſit de expreſsione, quæ fit per relationem ad aliud. c. 17.

Quis effectus ſit ſupra relatæ diſceptationis de tacito atque expreſſo. c. 18.

An per clauſulam non obſtantibus plenè ſed generaliter conceptam. dicatur derogatum eſſe priuilegio ſpeciali, in quo adſit clauſula, vt non cenſeatur illi ſore derogatum, niſi ſpecialiter facta fuerit mentio illius clauſulæ ac de uerbo ad uerbum. cap. 19.

Quid differat ſignificatio propria ab impropria, conſuetudinaria, vel interpretatiua c. 2.

An uerba ſecundum propriam ſignificationem ſem per accipi debeant. c. 21.

Plures eſſe caſus in quibus propria verborum ſignificatio non attenditur, præſertim cùm uſus communis loquendi refragatur, vel ius communi læditur aut publica vtilitas eſt in contrarium. c. 22.

Propriam quoque verborum ſignificationem non attendi contra rationem diſpoſitionis, cōtra legem, contra euitationem contrarietatis, & quando induceretur perplexitas c. 23.

A propria rurſus ſignificatione recedi ob malum exemplum, quando non inueniretur finis, neque principium. & reſultaret impoſsibilitas. c. 24.

Non recipi propriam verborum ſignificatio. quando adiuncti ratio aliud ſuadet, vel conſanguinitas, uel pactum, uel publica uindicta, uel geminatio uerborum, uel indebiti damni illatio. c. 25.

Quæ libro tertio habentur hæc ſunt.

QVid ſit impropria verborum ſignificatio, ſecundum Bal. Alc & alios, & quid ſecundum Auctorem. Cap. 1.

An ea quæ ueniunt ex latiore ſignificatione dicantur venire propriè, vel impropriè. c. 2.

An ea quæ pronuntiata ſunt per tropos, vel alios dicendi modos, propriè dicantur ſignificare. c. 3.

Verba non eſſe ſecundum impropriam ſignificationem accipienda, niſi ſubiecta materia id ſuadeat, capit. 4.

Impropriæ quoque ſignificationi locum eſſe ex mente diſponentis. c. 5.

Admitti quoq; impropriam ſignificationē, vt actus nullitas euitetur. c. 6.

Impropriæ ſignificationi locum fieri, quando facilè poſſet reddi diſpoſitio eluſoria, vel qualitas perſonæ ad quam verba referentur id ſuadent. c. 7.

Propter abſurdum euitandum impropriam ſignificationem propriæ præferri. c. 8.

Veriſimilem teſtatoris mentem plerunque operari, & impropria ſignificatio propriæ proponatur. cap. 9.

An verborum ſignificatio recipienda ſit, quæ ex aula receſſerit, vel abſoleta ſit. c. 10.

Quid cenſendum ſit de illa uerborum ſignificatio. quæ proficiſcitur ex uerbis obſcuris & ambiguis. cap. 11.

Quando ſuper aliquo articulo ſunt opiniones Doct. hincinde, an iudex faciat litem ſuam, qui ſecundū hanc uel illam opi. iudicauerint. c. 12.

Vnde proficiſcatur ambiguitas, uel obſcuritas uerborum. c. 13.

Quæ ſit Auctoris reſolutio in propoſita quæſtione, unde progrediatur ambiguitas, uel obſcuritas uerborum. cap. 14.

Quomodo ex generalitate uerborum fiat obſcuritas uel ambiguitas. c. 15.

Ex alternatione ut proueniat ambiguitas uel obſcuritas uerborum. c. 16.

Ex indefinitate quo pacto producatur obſcuritas, uel ambiguitas. c. 17.

Contra quam obſcura uerba ſint interpretanda. cap. 18.

Nunquid uerba ſecundum fictionem accipienda ſint. cap. 19.

Quàm variæ traditæ fuerint reſolutiones in materia huius fictę ſignificationis, ob iurium, rationumq; contradictionem. c. 20.

Quàm uariè rurſus ſenſerint Io. Imola. & Franciſcus Aret. in hoc eodem articulo fictæ ſignificationis. cap. 21.

Quid ſentiat auctor in propoſita difficultate, reducens omne negocium ad tria capita, hoc eſt ad ea quæ ſunt facti, ad ea quæ ſunt iuris, & ad ea quæ promiſcuè attinent ad ius, & ad factum, præmiſſaque triplici fictionis acceptione uerſatur circa ea quæ ſunt facti, differens qualiter in ijs fictio uerſetur. c. 22.

Quid iuris ſit ſtatuendum, quando agimus de ficta verborum ſignificatione, quæ uerſatur circa ea quæ ſunt iuris. c. 23.

Quid ſit conſtituendum circa illas uerborum ſignificationes, in quibus fictio promiſcuè verſatur circa ius & factum. c. 24.

Quæ

Index Rubr.

Quæ libro quarto concipiuntur hæc ſunt.

QVid ſit communis vſus loquendi, Cap. 1.
An communis vſus loquendi ſignificatio propria ſit uel Impropria, c.2.
Qui putarunt communis uſus loquendi propriam eſſe ſignificationem indiſtinctè, c.3.
Quæ ſit Auctoris reſolutio in propoſita difficultate, cap.4.
An omnis generis ſtatuta, ſtrictè & ad literam intelligenda, admittant ſignificationem quæ ex communi uſu loquendi proficiſcitur, c.5.
Qui putant communis loquendi ſignificationem nõ habere locum in ſtatutis, c.6.
Quid ſentiat Auctor pro declaratione iſtius difficultatis, c.7.
Quid decernendum ſit, quando ſtatutum iubet uerba debere intelligi ſecundum propriam ſignificationem cap.8.
An prænarrata concluſio procedat in omni communi uſu loquendi, cap.9.
An ſupra conſtitutæ concluſiones locum habeant non ſolum in ſtatutis, ſed etiam in alijs diſpoſitionibus cap.10.
Quomodo probetur communis uſus loquendi, c.11.
Qui contra Bart. ſententiam ſenſerint, adijciturque Auctoris reſolutio. c.12.
Vtrum ratio teſtis deponentis ſuper communi uſu loquendi & dicentis ſe ſcire, quia ita communiter dicitur, concludat, c.13.
An dictum teſtis interrogati a quibus dici audiuerit, ac dicentis ſe neſcire concludat, c.14.
An præſtanti alicui Doctori atteſtanti de communi uſu loquendi ſit credendum, cap.15.

Capita, quæ libro quinto leguntur, hæc ſunt.

QVàm uaria uſi fuerint methodo Doctores in tradenda materia ſignificationis, quæ progreditur ab interpretatione, Cap.1.
De interpretatione, & quid ſit interpretatio, capitulo 2.
Quomodo accipiatur interpretatio apud iuris interpretes cap.3.
Quando locum habeat interpretatio, c.4.
Quot ſint ſpecies interpretationis in genere conſideratæ, cap.5.
Quomodo ac qualiter uerba interpretanda ſint, ac præſertim in genere, c.6.
Quo pacto uerba interpretanda ſint ſecundum varias deſpoſitionum ſpecies, c.7.
Quæ ſint perſonæ pro quibus uerba interpretanda ſint, cap.8.
Quæ ſint cauſę pro quibus interpretatio eſt facienda, cap.9.
Quibus inſtrumentis utendum ſit in interpretatione facienda, ſexdecimque inſtrumenta hoc capite enumerari, cap.10.
De inſtrumento rationis, ac multiplici eius effectu, cap.11.
De multiplici rationis ſpecie, quæ in interpretatione facienda eſt neceſſaria, c.12.
Quæ conſideranda ſint in interpretatione facienda per inſtrumentum rationis, c.13.
Quatuor rurſus conſiderari, quibus conciliantur iura & opiniones interpretum ſuper interpretatione facienda, c.14.
Quid ſeruandum ſit in interpretatione facienda, ex ratione legis tacita uel præſumpta c.15.
De inſtrumentis ſtyli, ac conſuetudinis, ſubiectæ materiæ locique a ſimili, cap.16.
De inſtrumentis aliorum modorum topicorum, quibus utimur in propoſitis diſpoſitionibus interpretandis, cap.17.
De præſumptionis inſtrumento frequens eſt uſus in interpretatione facienda, multiplicique illius ſpecie, & quibus in caſibus iura aliquid præſumant, cap.18.
Aliquorum è contra caſuum nomenclaturam recenſeri, in quibus iura aliquid non præſumant, c.19.
De arbitrij iudicis inſtrumento, cap.20.

Capitum ſexti libri epitome.

DE interpretatione extenſiua, & quid illa ſit, Cap.1.
Quæ fuit cauſa introductiua iſtius interpretationis extenſiuæ, cap.2.
Quæ ſint fundamenta præcipua interpretationis extenſiuæ cap.3.
Quæ cauſa proficiſcantur ex ſupra relatis illis ſex medijs, ſeu fundamentis interpretationis extenſiuæ, cap.4.
In quot genera diuidatur interpretatio extenſiua, ſicut ſupra definita atque explicata, c.5.
De extenſiua interpretatione facienda in materia correctoria, iuris communis, ſecundum Matheſilanum, Imolam, Alciatum, Euerardum, & Gammarum. c.6.
Quæ ſit Auctoris ſententia in materia extenſiuæ interpretationis faciendæ in correctoria diſpoſitione, cap.7.
An præmiſſa concluſio ceſſet, quando expreſſa eſt ratio in lege, lateq; de ueritate huius diſceptationis diſſerit, c.8.
An idem iuris ſit, quando unica tantum ratio aſſignari poteſt in lege, & an plures in dubio præſumẽdæ ſint rationes uel una tantum, c.9.
Quid ſentiat Auctor circa præſumptionem unius, uel plurium rationum, c.10.
Vtrum ſupra firmata concluſio uera ſit in materia correctoria tantum, an uero in materia correctoria, & pœnali, & quando per aliam legem prohiberetur extenſio, c.11.

Quid

Index Rubr.

Quid iuris statuendum sit, quando ratio in lege scripta non est finalis, uel quando alia ratio in lege non expressa suadet extensionem. cap. 12.

Quid dicendum sit, cum lex correctoria taxatiuè loquitur, cap. 13.

An facienda sit extensio in correctorijs, cum casus non expressus non est æque fauorabilis ac expressus, cap. 14.

Restringi supra firmatam conclusionem, quando per extensionem reducimur ad ius commune uel in correlatiuorum materia uersamur, c. 15.

Locum non esse recitatæ conclusioni, quando sumus in comparatis a lege antiqua, c. 16.

An sit locus memoratæ conclusioni, quando sequeretur absurdum, nisi lex correctoria extenderetur, vel fieret eluſoria, uel ageretur de fauore animæ, uel identitas rationis resurgeret ex reg. cui quod plus est licet. c. 17.

Ociosam esse prædictam conclusionem in ijs quæ sunt de consecutiuis necessarijs & de natura actus cap. 18.

Non esse locum supradictæ conclusioni in ijs quæ ueniunt ex antecedenti uel consequenti necessario, uel quæ se inuicem gradatim habent, c. 19.

Eandem conclusionem cessare, quando ex communi usu loquendi, uel ex lata significatione casus ad quem fit extensio comprehenderetur, c. 20.

Quid censendum sit de ijs quę frequentioris usus uel exempli gratia proferuntur, uel per extensionem passiuam ueniunt, c. 21.

Quid iuris sit in extensione quę fieret ex mente legis intrinseca, uel quando unum subrogatum esset in locum alterius, c. 22.

Capitum libri septimi compendium.

DE extensiua interpretatione quæ fit in materia limitatoria seu exorbitanti, duasq; resolui difficultates eadem in materia a Doctor. eleuatas, Cap. 1.

Quàm uarias tradiderint theoricas, ob supra excitas difficultates iuris interpretes & præsertim Mathesilanus, c. 2.

Quàm diuersa senserint Io. Imol. Euer. Ias. Rip. Gammar. & D. Alc. in hoc negocio, c. 3.

Auctori magis placere eam methodum per quam proposita regula, per extensiones ac declarationes absoluatur negocium, sed imprimis uersari circa confirmationem ipsius conclusionis, cap. 4.

Quibus modis remoueantur obices qui obstare uidentur communi conclusioni, c. 5.

Ad multa ex supra firmata conclusione inferri & illa nonnullis modis declarari, c. 6.

Quomodo procedat dicta conclusio, quando argumentum ducitur a maioritate rationis uel ab identitate rationis, & quando apposita reperitur dictio taxatiua, c. 7.

Quid iuris sit quando dispositio ius aliquod persona le inducit, uel quando aliquid odiosum uel irrationabile inuehit, c. 8.

An in pœnali iuris communis dispositione licita sit interpretatio extensiua quàm uariatum fuerit sententijs a Doctoribus & quid ea in controuersia sentiat Matheſi. c. 9.

Quid sentiat Ioan. Imol. & Deci. de interpretatione extensiua facienda in pœnalibus. c. 10.

Quæ sit auctoris sententia de extensiua interpretatione facienda, in pœnalibus iuris communis dispositionibus, quamque maximè controuertant, Doctor. circa intellectum cap. 1. §. porro, quæ fuit prima cauſ. benefi. amitten. c. 11.

Quid opinetur auctor circa intellectum dicti cap. 1. §. porro quæ fuit prima causa benefic. amitt. c. 12.

An procedat conclusio negatiua extensionis in pœnalibus, quando eadem militat ratio, cap. 13.

An sit uera illorum opinio, qui uolunt dictam conclusionem extensiuæ interpretationis negatiuam in pœnalibus locum habere, quando uersamur in materia odij irrationabilis, c. 14.

Statutum disponens quòd pater teneatur filio delinquenti legitimam assignare, an habeat locum in nepote, cap. 15.

Constitutio pœnalis an extendatur ad ea quæ de facto fiunt, c. 16.

An materia puniendorum delictorum sit fauorabilis & an statutum de bannitis occidendis sit fauorabile, uel odiosum, c. 17.

Quę sit Auctoris sententia in illa difficultate an materia puniendorum delictorum sit fauorabilis uel odiosa, c. 18.

An quando pœna imposita per statutum esset ita leuis, ut potius daret ansam delicto, quàm illud puniret, debeat extensi fieri, c. 19.

Quæ sit auctoris resolutio in proposita difficultate, cap. 20.

Statutum de bannitis occidendis intelligendum esse de bannitis qui non mutarunt conditionem, capitulo 21.

Vtrum procedat supra firmatam conclusio in materia pœnali, quando ratio est scripta in lege, capulo 22.

Quid iuris statuendum sit quando maior ratio esset in casu non expresso ad quem fieret extensio, quàm in casu expresso, c. 23.

Non procedere supra firmatam conclusionem, quando lex pœnalis fieret eluſoria, quando essemus in comparatis a iure antiquo, & quando ageretur de salute animæ, cap 24.

Ociosam esse prædictam assertionem, quando agitur de fauore piæ causæ, quando unum ueniret appellatione alterius ex larga significatione, uel per aliam legem pœna non esset imposita, uel essemus in accessorijs, uel frequentioris usus gratia prolata essent, aut uersaremur in actu reiterabili, cap. 25.

An uera sit conclusio, quando fieret extensio ad casum sine quo pœnalis constitutio non sortitur effectum, cap. 26.

Vtrum

Index Rubr.

Vtrum pœnalis conſtitutio loquens in certo caſu ſingulari, trahatur ad pluralem, vel ad caſum qui cõprehenderetur ex cõmuni vſu loquendi, aut quando adeſſet clauſula, vt procederetur de ſimilib. ad ſimilia, ſeu verſaremur in caſu ſubrogato, vel quãdo eſſemus in caſib. eo. modo deciſis de iu. cõi. c. 27

Ceſſare pariter ſupra relatam concluſionem in js, quorum vnum ſe conſecutiuè ad alterum habeat, uel ut præambulum, aut commenſuratiuè ſeu ubi extenſio fieret per aliam legem. c. 28.

Sit ne locus antedictæ concluſioni, quando uerſamur in correlatiuis, & in conuerſis in quibus militat eadem ratio. c. 29.

An noua conſtitutio interpretans trahatur ad extremum ſub lege interpretata comprehenſum. Et quando non eſſet merè pœnalis, an traheretur ad alios caſus. c. 30.

Silere ſimiliter antedictam concluſionem, quando in caſu nõ expreſſo eadem ſubeſſet ratio, & idem nomen aut res verſaretur in extenſione paſsiua. c. 31.

An ceſſet ſupra conſtituta concluſio, quando extenſio fieret publicæ honeſtatis gratia, vel ad caſum a iure præſumptum. c. 32.

Quid ſit reſoluendum ea in materia, in qua neque de correctorijs neque de exorbitantib. neque de pœnalibus agatur. c. 33.

Capitum libri octaui epitome.

DE extenſiua ſtatutorum interpretatione, & quod ſtatutorum quædam ſunt ſecundũ ius commune, quædam contra ius, & quædam præter ius, item quædam fauorabilia, quędam odioſa, & quædam indifferentia, non ſolum q. in ſtatutis interpretandis conſiderari verba, ſed etiam rationem & mentem. Cap. 1.

Vtrum ſtatuta recipiant extenſiuam interpretationem. cap. 2.

Part. & Bal. quid ſentiant in hac difficultate. c. 3.

Quæ ſit Raynerij Foroliuienſis ſententia in eadem quæſtione. c. 4

Quam diuerſa ſenſerint Albericus, & Paul. de Caſtro in eodem negocio. c. 5.

Alio ordine fuiſſe diſcuſſam a Lanfranco Oriano eandem quæſt. & alio a Io. Baptiſta Sanctoſeuerinate. cap. 6.

Quod ſit Auct. uotum in ea controuerſia, & præſertim quando ſtatuta ſunt ſecundum ius cõe. cap. 7.

Quid rurſus opinetur Auctor, quãdo ſtatuta ſunt contra ius commune. c. 8.

Quid demũque conſtituendum arbitretur Auct. in ſtatutis quæ ſunt præter ius commune. c. 9.

Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in ſtatutis, & quid in ſupra relata quęſtione ſenſerint antiquiores & recentiores. c. 10.

Quid reſoluendum credat auctor in recitata controuerſia. c. 11.

Vtrum procedat ſupra firmata concluſio, quando in ſtatutis deſumitur arg. ad limites ſenſus directi, & quando verſamur in materia correctoria. c. 12.

Quid iuris ſit, quando alio ſtatuto cauetur ne reliqua ſtatuta aliquam interpretationem recipiant, vel quando ſic arguendo ſtatuentes inciderent in pœnam, aut quando alia lege municipali cauetur, ut ſtatuta deberent intelligi ad literam. c. 13.

An per argumentum a contrario ſenſu ceſſet illud quod in ſenſu directo diſponitur. c. 14.

Quæ ſit Auct. reſolutio in præmiſſa diſputatio. c. 15.

An ſtatutum producatur per argumentum a maiore ſeu a fortiore. c. 16.

Quid ſi ſtatutum loquatur in caſu uero an trahatur ad fictum. c. 17.

An procedat in quacunque materia, etiam correctoria & exorbitanti ac limitata etiam ad certum effectum, & quando ratio caſus veri ceſſaret in ficto. cap. 18.

Quid iuris ſit in diſpoſitione hominis, an diſpoſitio loquens in caſu uero trahatur ad fictum. c. 19.

Quid cenſendum ſit in vltimis uoluntatib. & præſertim qando lex omnino compararet caſum fictum caſui uero, uel ſubrogaret loco caſus ueri, uel eſſemus in materia fauorabili. c. 20.

Quid ſit dicendum quando ratio in lege eſt expreſſa, uel quando extenſio fieret reſpectu eiuſdem perſonæ, aut quando redderetur eluſorium, ſeu quando procederet tribuendo eandem virtutem caſui ficto quàm haberet caſus verus. c. 21.

An idem cenſendum ſit in ſtatuto loquente in materia pro parte fauorabili & pro parte odioſa, uel qñ eſſemus in ijs quæ ſunt de forma. c. 22.

Quando ſtatutum loquitur in una perſona an extendatur ad alteram. c. 23.

Statuta priuilegia, atque aliæ eiuſmodi diſpoſitiones nuncupatim factæ nomine alicuius ſingularis perſonæ gratia, an ad alias perſonas extendantur. c. 24.

Priuilegium patri conceſſum an competat ipſi filijs patre uiuente, & quid ſi conceſſum fuerit pro ſe, & filijs. c. 25.

Quid concludendum ſit, quando conceſſum fuit pro ſe, & poſteris, uel pro ſe & deſcendentibus. c. 26.

Quid rurſus ſit reſoluendum in priuilegio conceſſo pro ſe & liberis. c. 27.

Beneficium alicui conceſſum, quod non præiudicat niſi concedenti, etiam ſi per nomen proprium fuerit conceſſum, ad eius hęredes tranſmittitur. c. 28.

Tempus unũ in ſtatutis ad comprehẽdat alterũ. c. 29.

Si ſtatutum prohibeat interpretationem gloſſationem, vel extraneum intellectum afferri ſtatutis, an intelligatur prohibere legitimam interpretationem, cap. 30.

Quæ ſit Auct. calculus in præſcripta diſputatio. c. 31

Capitum libri noni ſummarium.

HOminis diſpoſitio in quibus differat a diſpoſitione legis. Cap. 1.

Materia extenſiuæ interpretationis circa actus humanos in quibus conſiſtat, & præſertim, quid ſit conſtituendũ, quando negocium

Index Rubr.

cium uersatur in dispositione pura. cap.2.

Quando casus omissus potest comprehendi virtute expressi in dispositione pura, non fit extensio, & quibus in casibus id non progrediatur. c.3.

Quid iuris sit, quando ex verisimili mente disponentis, casus omissus sub expresso comprehenditur, maxime quando verba repugnant, & fieret progressio ad aliam personam. c.4.

Quid censendum sit quando casus omissus in dispositione pura est similis expresso, & ageretur de extensione facienda ad aliam personam, & quando effectus non omnino esset æquipollens. c.5.

An recipienda sit prædicta limitatio in pœnis, & quãdo casus non est omnino omissus. c.6.

Quomodo soluendum sit negocium quando agitur de dispositione conditionali, & præsertim de promissione conditionali. c.7.

Quid constituendum sit, quando agitur de prouisione conditionali, conditione necessaria. c.8.

Quomodo intelligendus sit tex. in l. cum nobilissime, de lib. & posth. qui turbare uidetur uniuersæ propositæ difficultatis materiam. c.9.

Qualiter sit resoluenda difficultas l. fideicommissa. §. si cui, de legr 3. c.10.

Quid resoluendum sit quando extensioni faciendę secundum reg. obstaret mens ipsius disponẽtis. c.11.

Quid si testator uentrem uxoris instituisset si masculum pareret eique Seium substituerit. & si fœminam, vel neminem pareret substituerit hospitale, & uxor in puerperio decesserit, & cæso uentre infans extractus fuerit an Seius, uel hospitale admitti debeat. c.12.

Testator si usumfructum reliquerit uxori si uidua permanserit. & post eius mortem Titio, uxor uerò secundo nupserit, utrius esse debeat ususfruct. c.13.

Quid rursus dicendum sit si testator legauerit usumfructum si uidua permanserit, & si ad secundas nuptias transiuerit eundem usumfructum Titio reliquerit, an uxore ante nuptias secundas defuncta, Titio debeatur ususfructus. c.14.

Quando in prædictis conclusionibus secundum communem sententiam firmatis, adessent dictiones limitatiuæ ac restrictiuæ, quid statuendũ esset. c.15.

Quomodo resoluenda sit disputatio, quantum ad dispositionem, quæ a uoluntaria, seu spontanea conditione suspenditur. c.16.

Vtrum communis conclusio, quæ habet in uoluntaria conditione dari progressum, locum habeat quando casus ad quem fieret extensio per omnia exequeretur casui per testatorem expresso. c.17.

Quid rursus sit dicendum, quando ex coniectura aliqua apparet non modum, sed finem ab ipso testatore fuisse consideratum, c.18.

Cum versamur in promissione facta in casu simplici utrum illa trahatur ad casum mixtum. c.19.

Tria esse mixtorum genera quæ tamen ad duo alia reducuntur. c.20.

Quæ sit Auct. resolutio circa eam quæstionẽ, an mixtum comprehendatur sub simplicibus, & præsertim sub mixto primi generis, c.21.

Quid statuendum sit in mixto secundi generis, secundum eundem Auct. c.22.

Resoluendum quomodo sit in tertio mixtorum genere. cap.23.

Statutum Mediolanense disponens sententiam latã in actione reali mittendam esse executioni contra quancunque personam, an habeat locum in petitione hæreditatis. c.24.

Statutum concedens alicui iudici iurisdictionem; & merum imperium, an videatur concedere mixtum. cap.25.

Si statuto prohibeatur aurum, & argentum extrahi an extendatur ad argentum mixtũ cum auro. c.26.

Statuto si prohibeatur probatio quæ fieret per testes an prohibita censeatur probatio quæ fieret per testes & instrumenta c.27.

In contractu feudali an casus mixtus comprehendatur sub simplicib. c.28.

Discutitur Bar. sententia in l. cum auus, de condit. & dem. in vlt. quæst. c.29.

Quando mixtum ex duob. personis propter aliquam qualitatem veniat sub simplicib. c.30.

Quid iuris sit quando mixtum exoritur ex concursu duarum qualitatum in eandem personam secundum alios. c.31.

Quæ sit Auct. sententia circa mixtum duarum qualitatum in eandem personam. c.32.

Comiti Palatino si concessa fuerit facultas legitimandi spurios, item incestuosos an poterit eum legitimare qui promiscuè sit spurius & incestuo. c.33.

Vxor ubi habet a marito filios etiam si iuuenis sit non facile credit maritus illam ad secundas nuptias transituram esse,nu 16.li.9.c.13.

Vxor putatiua melioris conditionis esse,quàm uera,nu.6. lib.7.c.31.

Vxor putatiua per adulterium perdit dotem, ut uxor uera,nu.7.li.7.c.31.

Ex communi.num.9.

Vxori relictum post nuptias comprehendere quoq; casum mortis,nu.25.li.9.c.14.

Z

ZENOBIAM Palmyrenorum Reginam, militib. eã post triumsalem captiuitatem ad supplicium poscentib. quod illi imperium usurparat,ab Aureliano Imperatore denegatam fuisse,quòd indignum existimaret fœminam interimere,nu.5.lib.10.cap.21.

§.

§. Illud inst.de societ.ut intelligatur a Fortunio Garcia. nu.5.li.9.c.4.

§.Sed quoties instit.de iur.nat.gen.& ciuil.declaratur, nu. 20.21.lib.cap.11.

§.Quicunque in tit.de pœn.in nouis constit.declarari,num. 22.li.8.c.21.

§.Collegijs in nou.constit.in tit.de pœn. quomodo sit intelligendus,nu.23.& 24.li.8.21.

§.1.In auc.de hered.ab intest.uen.declaratur,n.5.li.6.c.10.

§.Causas in auct.ut cum de appell.cogno.inducitur,num.7. lib.7.cap.22.

§.Cum ita.l.hæredes mei ad trebellia.perpendi, nume.10. lib.10.cap.9.

FINIS.

CAMILLI GALLINII
TICINEN. PATRITII,
AC IVRISCONS.
AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS
ET IN TICINENSI GYMNASIO
IN VESPERIS IVRIS CIVILIS
ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1  *Isciplinam omnem, ac scientiam incipere a cognitione verborum.*

2 *Generalioribus a traditionibus incipiendum est.*

3 *Verbum significans, & res significata quomodo accipiantur apud iuris Auctores.*

4 *Accursij resolutio quæ sit.*

5 *Accursij resolutio declaratur.*

6 *Verbum quomodo in strictiore significatione accipiatur.*

7 *Verbum in latiore significatione vt assumatur.*

8 *Iurisconsulti in pandectis in tit. de verborum, & rerum significatione, quis sit scopus.*

9 *Platonem conuenire cum Accursio in supra relata traditione ab illo posita in rubr. de uer. sign.*

10 *Verba secundum Platonem quæ sint.*

11 *Verbis ad rem demonstrandam vti oportere, ac textorem radio, & pectine in texendis telis.*

12 *Aristotelem cum Platone conuenire.*

13 *Voces secundum Arist. sunt earum quæ sunt in anime passionum notæ.*

14 *Voces secundum Ciceronem sunt animi passionum symbolum.*

15 *Aristotelem animi passiones à rebus non seiungere quarum significandarum instrumenta verba voluit esse Plato.*

16 *Animi passio, ideſt rei intellectus animo concepta vix voce designatur, quin & res significatur.*

17 *Non entis nullas esse qualitates.*

18 *Non potest verbum instrumentum rei esse significatiuum, quin & animi passio significetur.*

19 *Connexorum idem esse iudicium.*

20 *Rem primam repræsentari per sensum intellectui sicque repræsentatam postea vocis opificio declarari.*

21 *Rem, intellectum, vocem, literam, quatuor esse quorum res ab intellectu concipitur, intellectus a voce designatur, voxque a litera significatur.*

22 *Virgilium prædictis consentire in epigram. litera rem gestam loquitur.*

23 *Rei appellatione animi passiones, & intellectus continere sub tertio rerum principio, ideſt prædicamento qualitatis.*

24 *Plato Aristoteli, & Ciceroni conciliatur amoto obice cuius gratia dissidere videntur.*

25 *Nomen, & verbum si strictius accipiatur differre, si fusius accipiatur non multum discriminis inter se habere.*

26 *Nomen, verbum, dictio, locutio, ex Fabij auctoritate & omnium interpretum iuris mente, ac ex sententia Iurisconsultorum in titulo de verbo. ac re. significat. promiscuè accipi.*

27 *Verba in materia accipi pro vocibus quibus vtimur in enuntiandis rebus animo nostro conceptis per orationes affirmatiuas, vel negatiuas.*

28 *Verba vbi considerantur extra orationem esse quidem significatiua ipsarum dictionum non autem alicuius affirmatiuæ, vel negatiuæ dispositionis inductiua.*

29 *Verba extra orationem accepta non attinere ad hanc materiam.*

Quomodo capiatur verbum in hac materia verborum ſignificationis.

CAP. PRIMVM.

Chr. Ser. Opt. Max. Diuino præſidio ex animo implorato.

DE Verborum ſignificatione acturo mihi deque ampliſsima, ſubtiliſsima, ac vtiliſsima materia ſermonem inſtituto (cum omnis ſcientia, omnisque
1 † diſciplina incipiat a cognitione verborum, vt dicit Bald. in l. liberti libertæque, columna 2. ſub num. 5. C. de oper. liber. & Bart. Cæpol. in rubr. huius tit. ſub num. 1 & 3.) non
2 erit ab re a generalioribus † quibuſdam incipere iuriſc. exemplo in l. j. de iuſt. & iur. & in l. j. ſi cer. pe. vbi Bart. Bald. alijque omnes notant, & declarat Cagn. in rub. de reg. iur. ſub num. 14. cum quatuor
3 ſequen. Ante omniaque † inueſtigare, quomodo iſtæ duæ voces, verbum ſignificans, & res ſignificata, ex quibus verborum ſignificatio conſtituitur, accipiantur apud iuris Auctores in hac tractatione; Dico igitur Accurſ. in gloſ. rubr. huius tit. reſoluere † primam partem iſtius articuli hunc in
4 modum; quòd aut conſideramus verbum ſtrictè, & tunc capitur pro vna tantum parte orationis; aut largè, & tunc aſſumitur pro qualibet parte orationis; & ita accipitur in hac materia; vult autem
5 † dicere Accurſ. vt declarat Bar. Cæpol. in rubr. de verb. ſignific. ſub num. 9. & ſeq. poſt Bald. in §. his ita, col. 1. l. vnica. C. de cad. toll. ſub num. 20. ex ſtrictiore vocis ſignificatione verbum † eſſe eam par-
6 tem orationis declinabilem, quę cum modis & temporibus eſt ſignificatiua agendi vel patiendi, cuius rei petenda ſunt a Grammaticis exempla vulgariſsima vt do, lego, relinquo, conuenior, accuſor, &
7 cætera id genus, ex latiore autem † aſſumptione, verbum accipi debere pro quacunq; voce partem orationis conſtituente, ſiue ea declinabilis ſit, vt nomen, verbum, participium, pronomen, ſiue indeclinabilis, vt præpoſitio, aduerbium, interiectio, & coniunctio, & hoc modo verbum hic exaudiri,
8 quaſi per diſcurſum illius tituli † in pandectis, nihil aliud ſatagat Iuriſconſultus, quàm nuncupatim verba omnia exponere, prout ab hominibus proferuntur in conſtituendis orationibus, quæ illorum mentis cõceptionem enuntient, iux. tex. in l. Labeo de ſupellect. legat. & ita ſentit Bal. in rub. C. eo. ſub nu. 1. vbi & Odofr. & idem Odofr. in rub. infra eo.
9 Huic autem traditioni † Accurſianæ ſic declaratæ adſtipulari plurimum videtur, quod ſcripſit Plato in Cratylo, vt refert Aurel. Daui. c. 1. in prin. eius
10 tract. huius tit. verba enim † definit ille, eſſe inſtrumenta, quibus res ſignificantur ſiue quib. res nomi natas ab alijs diſcernimus, qua ſanè definitione pro comperto remanet cum qui rem monſtrare velit,
11 ac diſcernere, eque verbis † vti oportere, vt textore qui in texendis conſuendisq; teſtis radio & pecte
12 ne vtitur. Nec multum † a præd-ctis recedere videtur Ariſtoteles, qui lib. 1. de enuntiat. c. 1. voces
13 eſſe ait, † earum quæ ſunt in animo paſsionum, notas, ideſt ſigna, quem refert ac ſequitur Curt. ſen. in
14 conſ. 49. ſub nu. 29. & ideo Cicero in Topicis † voces paſsionum animi ſymbolum vocitat; non quod
15 ſeiungat Ariſt. animi paſsiones a rebus † quarum ſignificandarum inſtrumenta verba voluit eſſe Pla
16 to, vix eſt enim vt animi paſsionem † ideſt rei intellectum cuius ſimilitudinem quis animo concipit, voce deſignet, quin & rem ipſam ſignificet quam animo concepit, quia eius rei cuius ſimilitudinem ac formam quis animo non patitur nullus eſt intel
17 lectus, & nulla ſignificatio quia non entis † aliquę eſſe non poſſunt qualitates. l. 1. de her. vel act. vend. l. iiij. de actio. empt. & vendit. l. eius qui in prouincia, §. 1. ſi cert. pet. vbi omnes notant. vt è conuerſo
18 † non poteſt verbum rei inſtrumentum eſſe ſignificatiuum, quin & animi paſsio, ideſt illie actus conceptus per quem rem ipſam intelligimus explice-
19 tur, quandoquidem connexa † ita ſe habent, vt eorum ſemper idem ſit iudicium & determinatio eademque poſitio, l. eum actum, vbi not. Bar. de neg. geſt. & ibi Ale. ad Bar. Doct. in c. translato de conſtit. Iaſ. in l. ſed ſi plures, §. filio in 3. no. de vul. & pu. Dec. in c. quanto, col. 2. de iud. Repreſentatur enim
20 † primum res per ſenſum intellectui, ſicque repreſentata, poſtea vocis opificio declararur, quam rem luculentiſsime declarat Boethius in cap. illud primum Ariſt. de enunt. his verbis; cum igitur hęc ſint
21 quatuor † res, intellectus, vox, litera; Rem concipit intellectus, intellectum verò voces deſignant, ipſas verò voces literæ ſignificant. Intellectus verò animæ quædam paſsio eſt, niſi enim quandam ſimilitudinem rei, quam quis intelligit, in animæ ratione patiatur, nullus eſt intellectus. Cum enim video orbem, vel quadratum, figuram eius mente concipio, & eius mihi ſimilitudo in animæ ratione firmatur, patiturque anima rei intellectę ſimilitudinem; vnde fit, vt intellectus, & ſimilitudo ſit rei, & animę
22 paſsio. Quibus † verbis accedit Virg. in Epigrammatis verſibus,

Litera rem geſtam loquitur, res ipſa medullam
Verbi, quam viuax mens uidet, intus habet.

Vnde conſtitutiſsima remanet ea declaratio, quam proximè attulimus ad ſupra relatam Platonis Ariſtotelisque ſententiam in confirmationem Accurſianæ aſſertionis. Quæ & ex illo conſtantior fit, qp vt eleganter promouit Aurel. Dauid d. cap. 1.
23 ſub num. 4. & rei appellatione † animi paſsiones & intellectus contineri ſub tertio rerum principio, ſub prædicamento qualitatis nemini dubium eſt, quam rem plenius docuit gl. in uer. rei, in c. intelligentiam de ver. ſig. ita vt ſi verba ſint rerum ſignificandarum inſtrumenta, vt placuit Platoni, ſint quoque & neceſſariò animi paſsionum notæ, ut
24 ſcriptum relinquit Ariſt. nec quenquam † moueat qp Plato in Cratyl. non uerbum, ſed nomen definiat;

Ariſt.

Arist. autem d. lib. 1. Periermen. & Cic. in Topicis voces non etiam verba prosequantur. Quia vt in-
25 ficies iri non potest. † Quin nomen, & verbũ prout duæ sunt orationis partes separatæ longo interstitio inter se distent, vt apud Prisc. li. 1. & apud Aristot. d. li. 1. de enũtiat. sic istiusmodi acceptio nihil nobiscum commune habet, sed Grammaticis, & Dialecticis relinquenda est. Quod si fusius nomen, & verbũ, accipiantur, prout nomine quicquid nominamus dignoscitur; & uerbo aere intra palatum linguæ medio uerberato omnis oratio profertur tum inter hæc duo plurimum discriminis esse non potest, cum secũdum hunc sensum, omne quod loquimur, i. omnes orationis partes & nomina & verba dicere liceat, & promiscuè indifferenterq; sumi
26 videã ur. † Nomen, uerbum, uox, dictio, locutio, ut scribit Aurel. d. c. 1. ad fin. ex auctoritate Fab. lib. 1. orat. inst. & Prisc. li. 1. & est de mente omnium Iuris interpretum in hac materia loquentium qui passim confundunt istas uoces inter se, illisq; promiscuè utuntur, ut in rub. huius tit. in pandectis & C. in l. si quis in fundi uocabulo, de leg. 1. in rub. de operi. no. nunt. in l. omnes populi, post Bart. de iust. & iure, in l. si constante, in l. si vero, §. de uiro ubi late Rom. sol. matr. in auth. quas actiones. C. de sacrosc. eccles. & alibi sæpe; & ex sententia Iurisconsultorũ in hoc tractatu qui cõfundunt uerbum, nomen, dictionem, & appellationem illisq; promiscuè utuntur ut ex uarijs istius tituli responsis in Digestis facilè unicuiq; obseruare licet, in l. 1. in l. verbo victus in l. verbum amplius & in l. uerbum exactę pecunię cum sim. eo. tit. quib. in locis verbi uocc comprehẽditur quod nominis uel dictionis appellatione cõcipiendum fuisset. merito igitur in confirmationẽ Accursianæ sententiæ Platonis, Aristotelis, & Ciceronis placita uti conuenientia inducta sunt. colligẽdo itaq; ex hactenus deductis constat uerba in præ
27 senti tractatione accipi † pro illis uocibus, quib. in enuntiandis eorum mentis conceptionibus, significandisq; rebus animo conceptis, per orationes affirmatiuas, uel negatiuas, utuntur homines. ueluti si quis dixerit, supellectilem meam Titio do, lego; omne argentum quod Romæ habeo Sempronius hæres meus dato. Fundum illum uti instructus est Titio relinquo. & dubitetur quid supellectilis, argenti, & fundi instructi appellatione veniat, cũ infinitis simil. exemplis quæ unusquisque suo Marte effingere poterit, non solum in materia ultimarum uoluntatum, sed & contractuum, ac iudiciorum;
28 aliarumq; humanarum actionum. Cęterum † vbi uoces ipsę, extra orationem considerentur; ut simplices dictiones, significatiuæ quidem sunt ipsarũ dictionum; non autem alicuius affirmatiuæ, uel negatiuæ dispositionis indicatiuæ, ut prosequitur Arist. d. lib. 1. de enunt. in cap. de nomine, de uerbo & de oratione, & elegantissimè Boeth. declarans
29 in comentarijs ad illum. & ideo † non attinent ad hanc uerborum significationis materiã, in qua verba accipiuntur prout oratione coniuncta, aliquid affirmatiue, uel negatiuè ponũt, vt iam dictum est, & probatur apertissimè in l. sæpe, in l. si calũnietur in l. si cum fundum in l. nepos Proculo. l. pronuntiatio, l. liberorum. & l. uerbis, de uerb. sig. cum multis simil. quibus in locis fit uerborum interpretatio, seu traditur eorum significatio, non prout dictionum simplicium, sed ut uerborum in oratione affirmatiuè, uel negatiuè significante positorum.

SVMMARIVM.

1 *Rei verbum quomodo accipiatur in præsenti materia.*
2 *Verba significare, res significari.*
3 *Significationis vocem capi in actiua, passiuaque significatione.*
4 *Testamenti factionem accipi in actiua passiuaque significatione.*
5 *Significationis verbum prout refertur ad verbum stare actiuè, prout ad res passiuè.*
6 *Rei verbum ex communi dialecticorum consensu philosophorumque ac iurisconsultorum sententia adeo latè patere et sub eo generalissima omnia cõprehendantur.*
7 *Plura esse negocia quàm vocabula.*
8 *Plures esse voces quàm nuces, vulgo iactari.*
9 *Declaratur tex. in l. natura de præscrip. verbis.*
10 *Nomen proprium & elegans quando deficit, debere negocium alio generaliore, & pluribus communi nomine enuntiari.*
11 *Nomina finita esse, & Res infinitas, ex Arist. & ideo necesse esse vt vna oratione, vnoque nomine plura significentur.*
12 *Negocium, cui generis nomen inditum sit, posse dici innominatum, si negocio quod speciale nomen habeat, comparetur; secus si genericè compellita respicientur; vel etiam figuratè enuntiata intuecamur. ibi l.*
13 *Verborum significatione, stricta, & propria, generalisque, lata, & impropria contineatur.*

Quæ sit vocis rei acceptio in eadem materia verborum & rerum significationis.

CAP. II.

1 REs autem, in præsenti materia, † accipitur pro subiecto omni corporeo, uel incorporeo, seu promiscuo, mente paulus cõcepto, & deinde per verba significato, ut supra dictum est, iuxta ea quæ habẽtur in sti. de rer. corpor. & incorp. per totum & in l. 1. §. quædam de re. diuisio. & est de mente Bal in rubr. C. de uer. sig. sub nu. 2. & Veron. sub nu. 10. post gl. rub. in ea. rub.
2 huius tit. ita ut uerba ipsa significent, † Res aũt significentur, ut declarat D. Alciat. in rub. huius tit.
3 sub nu. 27. sicq; verbũ significatũ, † capiatur in actiua ac passiua significatione, ut in simili dicitur de testamẽti factione, quæ actiuè ac passiuè accipitur
4 diuersis respectib. † prout refertur ad eum qui in testamento disponit, & ad eum in quem disponitur, §. testamenti aũt factionem inst. de hær. qual. & differ. gl. in §. testes aũt inst. de testam ubi plenius hac de re differuimus, & l. filius familias de test. respectu enim † verborum, significatio actiuè stat, sed ita

tione rerum paſsiuè, cuius ſententiæ fuit Accurſ.in d.gl.rubr.& Azo in ſum. C. de verb. ſign. Nec quidem mirum eſt verbum,rei,in hac aſſumendum eſ
6 ſe ſignificatione, quandoquidem † communis ſit conſenſus Dialecticorum ac Philoſophorum,ac Iuriſconſultorum noſtrorum, ita illud latè patere, ut ſub eo generaliſsima omnia, ſiue rerum principia contineãtur; quę decem ſunt,ſubſtantia,quantitas, qualitas,ad aliquid,actio,paſsio,ubi,quando,ſitus, habitus; ut fuſius legitur apud Ariſt. lib.catego.& 3.Metaph.& Azo refert circa princip.ſum.& Saui. d.c.1.ſub nu.4. & in ſumma omnes omnino res, vt notant interpretes in l.1.ad fin.per illum tex.ſi cer. pe. & habetur infra in l.rei, per illum tex.vbi latius diſſeremus.hoc tit. ſed videntur hactenus deducta
7 † aliqualem pati difficultatem , dum conſtitutum fuit,res verbis ſignificari,cum dicat iuriſcon.in l.natura de præſcr. verb. Natura enim rerum inductũ eſt,vt plura ſint negocia,quã vocabula; quaſi iſtius modi res , proprijs vocabulis carentes, ſignificari non poſsint,neque a cęteris diſcerni, ſi,ut modo diximus, verba ſunt inſtrumenta res ſignificantia, &
8 propterea dicit Alberi.† in d.l.natura illum tex. facere contra illud vulgare; ꝙ plures ſint uoces quã
9 nuces , ſed facili poterit † hic obex amoueri, ſi dixerimus illum tex.non negare,quin ea quoque negotia quæ propria & ſpecifica non habẽt nomina,poſſint tamen uerbis enuntiari,atq; indicari,quia Bar. Bal.Odofr.Fulg.& Albe.in l.1.eo.tit.intelligunt eã
10 legem,vt uelit inferre,ꝙ quando † proprium & elegans nomen deficit , debeat negocium illud alio generaliore & pluribus communi nomine enuntiari,vt dicit tex.in d.l.1. de præſer.ver. & probat.l.1. in ſi.de pact.nec diſſentit Ariſt.elen. li.1.c.2.cuius
11 verba ſunt; nam nomina † quidem finita ſunt; & orationum multitudo , res uerò numero infinitæ ſunt, neceſſe eſt igitur, eandem orationem , & nomen vnum plura ſignificare . Quæ generalis nimirũ ſignificatio ſatis eſt vt omnia conſonent.Quam-
12 uis igitur ſi compareturſ negocium illud alijs,quibus nuncupatim ſit nomen impoſitum, dici poſsit innominatum , quia nomen ſpeciale atque elegans non habet vt reliqua negocia quibus comparatur; non tamen deſinet nominatum dici reſpectu nominis generici,quo poterit eius ſuſcepta mente conceptio enuntiari , vel nouæ appellationis cauſa, quæ illius ſignificandi gratia poterit induci , uel metaphoræ , translationisuè aut alterius tropi ergò cuius vſu perfacile ualeamus negocium illud, vel rẽ nomine proprio carentem exprimere,ac verbis deſignare. Nullum igitur faciet negocium ſcrupulus d.l.natura huic materię quam verſamus,qñquidem
13 nulla ſubſit hęſitatio, quin verborũ ſignatio † non ſolum ſtrictam,& propriam, ſed ẽt generalem,latã & impropriam contineat, vt infra ſuo loco comodius diſſeremus,& luculenter tradit D.Alc. in rub. huius tit. in prin.& latius lib.1.trac.huius tit.verba igitur iure merito dicta ſunt inſtrã , quibus res aĩo conceptas, notamus ac ſignamus cũ per ea uel ſpeciatim , vel generaliter , vel propriè, vel impropriè vnumquodque negocium enuncietur.

SVMMARIVM.

1 *Res poſſe aliquid præter verba extra ſe ſignificare actiuè, vt Hyeroglyphica, & emblemata.*
2 *Patibuli erectionem vbi ſontes pœnas luant iuriſdictionem ſignificare, merumque imperium cum gladij poteſtate.*
3 *Patibuli erectionem nobilitatem ſignificare.*
4 *Signum competere illi cui competit ſignatum.*
5 *Patibuli erectione iuriſdictionem merumque imperium cum gladij poteſtate ſignificari, etiam ſi per centum annos non fuerit ibidem aliquis pœna affectus, quia non requiritur actus, ſed aptitudo, ibi.*
6 *Patibuli furcarumq; erectione acquiri & retineri quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis.*
7 *Futurum ignem indicare.*
8 *Fumum patriæ luculentiorem homini videri.*
In prouerbiumque abire de re admodum optata, ibid.
9 *Fumum in ſacris literis ignem ſignificare.*
10 *Fumum ex praxi Romanæ curiæ requiri antequam remiſſoriæ concedantur.*
11 *Tabellas pictas in diuorum templis ſuſpenſas ſignificare.*
12 *Horatij locus declaratus.*
13 *Rerum ſignificationem in hac materia perpendi, qua verbis expreſſa eſt.*
14 *Verba accipi pro vocibus exprimentibus meditationes noſtras, res autem pro ſubiectis omnibus, quorum ſimilitudines animo menteque concipimus.*

Poſſe res præter verba etiam aliquid actiuè per ſe ſignificare.

CAP. III.

DOſſunt autem & res,præter uerba, uel circũſcripto verborum miniſterio,extra ſe aliquid actiuè ſignificare, vt hieroglyphica apud † Horum, Chæremonem,ac Pierium Valerianum, & apud D.Alciat.noſtrum emblemata , cuius tituli lepidiſsimum ille perſcripſit libellum , uarijs metrorum generibus extrinſecas illas rerum ſignificationes complectens; ſic patibu
2 li † erectionem ubi ſontes, & noxij fures iuſtas flagitiorum pœnas luunt, iuriſdictionem ſignificare, merumq; imperium cum gladij poteſtate ſcripſit Bal. in l. à procuratore poſt prin. uerſ. item pone, C.mandati. item ſentit Bald.in c.1.col.3.ſub nu.7. verſic. quæſiuit Oldrad. quid ſit inueſti. Franciſ. de Marc. deciſ.636. ſub num.1. Caſſan. in conſuetud.Burgund.in tit des iuſtices,§.8.in gloſ.quant le ſigne, col.1.2.3.& 4. & per totam illam gloſ. ubiin 3. colum. uaria refert patibulorum ſigna, tam eius temporis, quàm antiquioris & in fin. ſub num.21. recenſet uaria eorum genera , quæ in Francia ſunt in uſu , & dicit præter iuriſdictionem , iſtius modi
3 quoque ſigna nobilitatem ſignificare † is igitur locus vt pleniſsimus huius rei adeundus erit, & ratio

eſt

4 eſt † ut inquit Bal. in d cap. 1. quia cui competit ſignatum competit & ſignum. l. ſtigmata. C. de fabri. li 11. & l. ſed ſi accepto uſu togæ de iur. fiſc. Quod verum eſſe ait Bal. in l. arboribus. §. nam & ſi agrũ
5 ſub nu. 1. de uſufruct. ubi & Floria. etiam ſi † per centum annos ſteterit, quod non euenerit caſus, quo quis fuerit ſuſpenſus, quia non requiritur actus ſed aptitudo, & ſufficit ſignum quamuis deficiat ſignatum, arg. l. in filijs. C. de decur. l. x. ubi Bart. & nota. a gl. in cap. cum eccleſia de cauſ. poſſ. & propriè & Innocen. in cap. cum dilectus de capell. monac. & ita probat Flor. in l. ſeruitutes magna de ſeruit.
6 & per talem furcarum erectionem † acquiri ac retineri quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis ac meri imperij obſeruauit Alberic. in l. foramen ad fin. de ſeruit urban. prædio. & Rip. in d. cap. cũ eccleſia Sutrina, ſub nu. 63. D. Alciat. li. 9. par. c. 24. Didac. Couaruui. uar. lectio. lib. 4. cap. 5. ad fin. ſed Chaſſan. loco ſupra citato. ver. huius ſub nu. 19. vult huiuſmodi ſigna depreſſa ſine principis licentiam reparari non poſſe.

7 Sic etiam fumus ignem indicat † quamobrem, apud probatiſsimos Auctores fumus quantum ad rem noſtram attinet duobus modis capitur & pro re quæ proxima eſt illi de qua ſermo habetur, & pro re demonſtratiua ipſius ignis, ſeu alterius rei nondum apparentis. vnde apud Lucianum in en-
8 comio patriæ, fumu † patriæ dicitur luculentior homini videre, quàm ignis alibi. ita vt fumus patriæ in prouerbium abierit de re admodum optata, vt apud Tiraq. de leg. connub. gl. 5. 2. poſt leg. 16. ſub num. eo. & ideo Vlyſſes apud Homerum in Odiſſ. primo, Herculis terræ fumum ſurgentem mirè videre cupiebat, vnde Ouid. li. 1. de Pont. Eleg. 4. ad Ruff. Non dubia eſt, inquit, Ithaci prudentia, ſed tamen optat, fumum de patrijs poſſe videre focis. Quaſi qui fumum patriæ in cõſpectu habet, is iam
9 patriam ipſam attigiſſe videatur. In ſacris † quoq; literis fumum ignem ſupponere, uel demonſtrare videmus, vt Iudi. cap. 20. ſignum autem dederunt filij Iſrael ijs, quos in inſidijs collocauerãt, vt poſtquam vrbem cepiſſent, ignem accenderent, ut aſcẽdente in altum fumo captam urbem demonſtrarent. & Ioſue 8. Viri autem ciuitatis qui perſequebantur Ioſue, reſpicientes, & videntes fumum urbis ad cœlum uſq; conſcendere, non potuerunt ultra huc illucque diffugere. & 1. Macabe. 4 & uidit Gorgias q̃ in fugam conuerſi ſunt ſui & ſuccenſa ſunt caſtra, fumus enim qui uidebatur declarabat quod factum eſt. Apud Ariſ. pariter idem habetur qui lib. 2. Poſterio. Themiſtio iuterprete, fumare inquit ſemper ignibus ineſt, & lacteſcere mulieri quæ peperit. Hinc metaphorice ſumpta eſt praxis
10 curiæ Romanæ † & ineuitabilis ille Rotæ ſtylus ut refert Quintilia. Mandoſ. in comiſſ. pro remiſſ. in uer. remiſſoria, in eius praxi comiſsionum a Papa, ut antequam remiſſorias concedat, fumum requirat, nihil enim aliud infert, niſi q̃ ante precedere debeat aliquod inditium probationis faciendæ, ſeu aliquod ſignum, vel præſumptio, unde animus iudicis concipere poſsit huiuſmodi remiſsionales literas, non temerè neque calumniosè peti quo caſu denegandæ venirent.

11 Similiter tabellæ pictæ † in Diuorum templis ſuſpenſæ oſtendunt uota f cta ac ſoluta ab ijs qui illorum ope uarios caſus, permultaq́ue rerum diſcrimina effugerint. Vnde Cicero lib. 2. de Nat. Deo. Nonne, inquit, animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis uim tempeſtatis effugerint?

12 vnde † Horat. lib. 1. carminum;

Me inquit, tabula ſacer
Votiua paries indicat vuida.
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta Maris Deo.

Poſſent & aliæ plures iſtiuſmodi rerum ſignificationes huc afferri, ſed quia ad præſens inſtitutum
13 non attinent, eò quia nos agimus de illa † rerum ſignificatione, quę uerbis expreſſa eſt, ideo ab ulteriore ſimilium rerum ſignificationum relatione ſu perſedebimus.

Quæ uerò hactenus adducta fuere ad declara-
14 tionem, uerborum, & rerum, ſatis ſuperq́ue † patefaciant verba hic accipi, pro illis uocibus, quæ in oratione affirmatiua, uel negatiua, conceptam intellectu noſtro meditationem, exprimunt. Res autem eſſe ſubiecta omnia, quorũ ſimilitudines animis noſtris hauſtæ, atque conceptæ, prædictarum orationum uocibus exprimuntur. ut in l. labeo de ſuppellect. legat. in cap. intelligentia, de uerb. ſign. & in l. iij. C. de libe. præter. & per diſcurſum uniuer ſi tit. de uerbo. ſignificatio. & præſertim in legibus ſupra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Verba inuenta eſſe, non vt per ea ſe homines fallant, ſed vt eis in alterius notitiam quis cogitationes ſuas proferat.*
2 *Talis quis eſſe præſumitur, qualia verba profert.*
3 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant.*
4 *Verba inuenta ſunt vt dicentis ſententiam exprimant.*
5 *Verba menti vt plurimum conuenire debere.*
6 *Mens ipſa non verborum ratio attendi debet.*
7 *Verborum non tam habenda eſt ratio quàm mentis. Præſertim in ſupremis hominum mandatis.*
8 *Verba ipſo ſenſu atque intellectu nunquam cenſenda eſſe potentiora. Primum nominum impoſitorem ſapientem eſſe oportuiſe, vt qui res, quibus nomina imponebat, debuerit nouiſſe.*
10 *Sermonem nobis fore datum vt præſto forent mutuæ voluntatis indicia.*
11 *Principi illi Deo qui omnem hunc mundum regit, nihil eſſe acceptius quàm concilia cœtusque hominum quorum conciliatrix eſt oratio. Cicer. Virgilij Liuijque loci declarati ibidem.*
12 *Hominem natura eſſe animal prouidum ſagax, acutum multiplex, plenum rationis & conſilio. Non potuiſſe ſine oratione rationis vires oſtendere.*
13 *Hominum commertia ſine verbis eſſe non potuiſſe.*
14 *Homines primi ſæculi, non potuiſſe abſque verbis nomina rebus imponere.*

15 *Ea quæ gignuntur, consulto nobis donata, non fortuito nata videri.*

16 *Verba inuenta esse ratione humanarum meditationum explicandarum, humanæque societatis conciliandæ, & humanorum comerciorum absoluendorum causa, rerumque in hominum vsum progenitarum recognoscendarum gratia.*

17 *Ser no homini cur datus sit ex Aristotele.*

18 *Disceptationem de causa cur verba inuenta sint differre ab ea in qua de fine verborum disquiritur, quòd illa magis officium verborum, quàm finem concernat; hæc est contra.*

Quam ob causam verba inuenta fuerint.

CAP. IIII.

1 SEd videamus cur verba sint inuenta? Bartol. Cæpol. † in rubri. huius tit. sub num. 14. inquit reperta fuisse. Non ut per ea se homines fallant, sed ut eis quisque in alterius notitiã cogitationes suas proferat, secundum Augustinum in Enchyridio; cuius verba habentur cap. is autem 22. quæst. 2. & argum. cap. 2 humanæ aures 1. q. 5. talis enim † cuiusque animus præsumitur qualia verba profert ut per Bal. in l. si non cõuicij. C. de iniur. cui potest addi tex. in l. pe. de condit. instit. & q̃ dici solet talia esse subiecta, 3 † qualia prædicata demonstrant. l. iij. de fund. instr. l. fin. §. cui dulcia de vin. triti. oleoque legat. l. si defensor de inter. actio. l. iij. vbi Bart. de fund. instruc. Crau. in consil. 9. sub num. 23. eiusdem sententiæ videtur fuisse & Alciat. de verbo. significat. lib. 1. qui 4 inquit cum inuenta sint verba † vt dicentis sententiam exprimant per tex. in l. Labeo de supell. legat. vbi quorsum inquit I. C. sunt nomina nisi vt demonstrent uoluntatem dicentis? hancque eandem probat sententiam Io. Brechæ. Turon. in comen. suis in rubr. huius tit. sub nu. 2. secutus Bal. in d. l. si non 5 conuitij. C. de iniur. Qua ratione † inquit habent vt plurimum menti conuenire & ad eius intentionem adæquari d. l. Labeo. §. idem Tibero de supell. lega. l. librorum. §. quod tamen Cassius, de leg. 3. c. si requiras, in prin. de appellat. no. Bal. in rub. li cer. 6 pet. col. 1. post prin. quapropter † non verborum ratio tantum attendi debet, sed mens ipsa animique voluntas. l. scire oportet. §. si aliud de excusat. tuto. & no. in l. venditione. C. commu. præd. sed nec tam 7 verborum † habenda erit ratio quàm mentis, cum nunquam tanta sit verborum, quàm sensus ac mentis ipsius facultas, potissimum autem in supremis homini mandatis, & ultimis uoluntatibus, in quibus cum dubia ancepsque fuerit verborum significatio mens magis, uoluntasque testatoris consideranda est quàm verba. l. cum virum. C. de fideicom. 8 in quem locum † scribit Alber. verba nunquam ipso sensu atque intellectu potentiora censeri secundum l. iij. C. de liber. præter. & Ang. in consil. 27. in fin. Cæpol. in rubr. de uerb. signif. in 5. q. 2. princ. difficul. ver. & constitit, unde omnia tacito Auctore sumpsit Brechæus, qua de re plenius in hoc agemus eodem lib. dum differemus de fine uerborum significationis. sed & huius voti fuit Aurel. Dauid cap. 4. huius tit. sub nu. 20. ubi luculenter admodũ declarat ut uerba ad explicandas exprimendasque mentis nostræ meditationes atque conceptiones inuenta fuerint, idque ex multorum auctoritatib;

9 Ostenditque etiam † sub num. 2. oportuisse, vt primus nominum impositor, quisquis ille fuerit, maximè sapiens esse debuerit, cum opus fuerit, ut res, quibus nomina accommodabat, prænouisset, inquam sententiam faciunt illa quoque quæ scripta sunt ab eo. Aurel. huius tit. cap. 1. & quæ nos latius supra recensuimus in principio huius libri, dum, quid verbum esset prosecuti fuimus: habetque il-

10 la, ab eius partibus, quod scripsit Plato † in Timæ. cum propter. hoc inquit nobis datus est sermo, ut præsto forent mutuæ uoluntatis indicia; nam cum (secundum Ciceronem in somnium Scipionis) Ni-

11 hil sit † Principi illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod in terris fiat acceptius, quàm concilia cætusque hominum iure sociati, humanæque societatis conciliatrix maxima sit uis oratio*nis*, ut idem lib. 1. de legibus scripsit, & li. 1. de inuention. Et docet Liuius li. 2. in persona Menenij Agrippæ orantis ad plebem quæ a patribus in montem sacrum se asserat vtentisque oportunè. Apologo illo membrorum corporis humani in ventre dissentientium. & Virg. Aen. lib. 1. Dum inquit, Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem, conspexere silent arrectisq; auribus astant; ille regit animos dictis, & pectore mulcet. hacque potissima ratione verborum usum, vimque datam fuisse hominibus

12 credere est. Nam cum natura † animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij quem vocamus Hominem præclara quadam conditione generarit, non solumque celeritate mentis ornauerit, sed etiam sensus, tanquã satellites atribuerit, ac nuntios, & rerum plurimarum obscurarum necessarias intelligentias enodauerit, quasi fundamenta quædam scientiæ figuramque corporis habilem, & aptum humano ingenio dederit; qui potuisset ille rationis vires ostendere, qua vna præstamus belluis, per quam coniectura valemus, argumentamur, refellimus, differimus, conficimus, concludimus, nisi verborum orationisque facultatem elargita quoque homini fuisset

13 natura. Quomodo † rursus potuisset tanta rerum vbertas, quam ad hominum commoditates & vsus in hunc terrarum orbem innexit natura, in cõmuni hominum commertio esse, nisi verba essent, quibus mutuæ voluntatis indicia exprimemus. & qui-

14 bus † primi illius sæculi homines rebus ipsis nomina imposuissent, earum significandarũ gratia, iuxta tradita in l. si quis in fundi uocabulo de leg. 1. & in l. ad recognoscendas. C. de ingen. manum. cum

15 præsertim ea quæ gignuntur. † consulto nobis donata, non fortuitò nata uideantur? Nec solum ea, quę frugibus atque baccis terræ profunduntur: sed etiam pecudes, quod perspicuum sit, partita esse ad

vsum

vſum hominum, partim ad fructuum, & partim ad
uescendum procreatas. Resoluendo igitur ex præ-
16 dictis, concludendum est † verba inuenta esse ra-
tione humanarum meditationũ, ac conceptionum
explicandarum, humanæque societatis conciliandę, atque humanorum comerciorum absoluendo-
rum causa, & rerum a natura in hominum vsus pro
genitarum recognoscendarum gratia; & in sum-
ma, vt secundum Arist. lib. Politic. 1. cap. 2. sermo-
17 nem † homini omnium animantium soli datum es
se dicamus, vt ostendamus vtilitatem & damnum,
iustumque, & iniustum, hoc enim præter cætera
animalia hominibus proprium est, vt boni & mali,
ac iusti & iniusti; ac aliorum huiusmodi, sensum ha
18 beant soli. Nec † fortè obijciat quis, quòd eadem
sit hæc tractatio, cũ illa quã infra absoluemus de fi-
ne verborum significationis, quoniam hæc pars
magis officium verborum, quàm finẽ significatio-
nis attingit, quamuis ob earum connexitatem al-
terum sine altero difficile possit absolui iuxta ea
quæ luculenter ac grauiter differit Cic. de inuent.
lib. primo, dum agit de officio fineque oratoriæ
facultatis.

SVMMARIVM.

1 *Verborum quatuor esse genera, posita. s. innouata, po-
sita quæ ab alijs formata sunt, innouata quæ a nobis
fiunt, vel gignuntur.*
2 *Positorum verborum quædam esse nostratia siue latina
quædam externa siue peregrina.*
3 *Actus tam inter viuos quàm in vltima voluntate posse
in quacunque lingua explicari, modo intelligatur per
se vel per verum interpretem.*
4 *Verba peregrina recipere omnes illas partitiones quas
recipiunt nostratia, sed id curandum non esse cum om
nis eorum vis reducatur ad sensum veri interpretis.*
5 *Interpretationibus Græcorum verborum Standum esse
in pandectis.*
6 *Interpretis fides vbi est suspecta in pandectis, recur-
rendum esse ad Archelypum qui habetur Pisis.*
7 *Titulum de excusat. tuto. in pandectis, & Authenticas
constitutiones Græca lingua fuisse scriptas postea in-
terpretatas fuisse, neque in ijs arguendum esse à pro-
prietate sermonis.*
8 *Nostratia seu latina verba quæ sint, eaque diuidi in vsi-
tata, inusitata seu prisca, ambigua, vel obscura, ficta,
translata, propriaque ac impropria.*
9 *Vsitata esse quæ versantur in sermone & consuetudine
quotidiana.*
10 *Inusita verba sunt ab vsu sermonis quotidiani inter-
missa.*
11 *Ambigua esse quæ in plures sententias trahi possunt.*
12 *Ambiguum ab obscuro differre, sed eam differentiam
plerumque in iure nostro confundi.*
13 *Ficta verba esse quæ sonis, aut affectibus quibusdam
sunt coaptata.*
Sed aliter illa accipi apud nostrates, ibid.
14 *Trãslata verba ea esse quæ ab alia re per similitudinem,
suauitatis vel inopiè gratia transferuntur.*
*Item quæ quasi aliena in loco collocantur, & quæ alium
natura habent intellectum alium loco præsent, ibid.*
15 *Translationem, Metaphoram esse apud Græcos, dif-
ferreque ab abusione quam ipsi κατάχρησιν vocant.*
16 *Propria & certa verba ea esse, quæ earum rerum sunt,
aut esse possunt, de quibus loquimur quasi vocabula
rerum, & pene vnà cum rebus ipsis nata.*
Vel quæ id significant in quod primo denominata sunt.
17 *Lex in l. si quis in fundi vocabulo de leg. 1. declaratur.*
18 *Impropria verba esse, quæ rem suo quenque nomine non
appellant.*
19 *Ciceronis locus declaratus.*

Quàm varia sint verborum genera, & quæ sunt verba posita, ac eorum species.

CAP. V.

1 
Erborum autem varia † sunt ge-
nera, quædam enim sunt posi-
ta, quædam innouata; Posita
verba sunt vt scribit Aurel. Da
uid cap. 5. huius tit. ex Cic. li. 3.
de Orat. quæ non ipsi induxi-
mus, sed ab alijs Auctoribus
formata, vel inducta accepimus. Innouata autem
verba sunt quæ nos ipsi facimus, seu quæ a nobis
2 fiunt, vel gignuntur. Rursus † positorum verborum
quædam nostrata siue Latina sunt; quædam sunt
externa, seu peregrina. Peregrina reputantur ex
quacunque alia gente, quàm Romana vel Latina,
Hæbrea, Græca, Caldea, Germanica, Francica,
Hispanica, Affricana, & id genus cęteris, quibus
3 † stipulationes, fideiussiones, testamenta, & rel. quæ
huius generis humanæ actiones modo per inter-
pretem vel aliter intelligantur, verba, perfici atq;
absolui possunt. l. j. §. vlt. de ver. oblig. l. Græcè, de
fideiuss. §. in hac re, vers. vtrum, instit. de verb. oblig.
l. hac consultissima in fin. C. de test. l. blandi us. C.
4 de fideiusso. cum simil. in his enim † verbis tametsi
illæ omnes partitiones quas infra subijciemus in
verbis nostratibus, & latinis fieri possint, nihilomi-
nus quia eorum omnium vis reducitur ad sensum
veri interpretis, vt notant scribentes omnes per il-
lum tex. in d. §. vlt. l. j. de verb. oblig. ideo non erit in
ijs elaborandum sed in Latinis quibus ij iuris Cen-
tones euulgati sunt. & ideo dicit D. Alciat. in d. §.
vlt. de verb. obligat. in 1. no. uersic. tu dic quicqui d
senserit Azo in sum. C. quod cum eo qui in al en.
5 potest. in 4. col. vers. quid si pater; standum esse † in-
terpretationibus grecorum verborum quæ haben-
tur in pandectis: ex quo iam longa consuetudine
sunt approbata sicut dicimus de feudis, arg. l. mini-
6 mè, de leg. & vbi † dubitatur nunquid interpres ue-
rè transtulerit, recurrendum esse ad archetypum
pandectarum qui habetur Pisis tanquam ad origi-
nale arg. cap. veterum 9. distin. idque † vtile esse di-
cit propter tit. de excusat. tuto. in quo leges omnes
illius tit. græcè scriptæ per Modestinum, latinè in-
terpretatæ leguntur, & propter authenticas con-
stitutiones, quæ grecè scriptę in latinum ve sę sunt,
in quibus ait non esse arguendum a proprietate vo

8 cabuli. Noſtratia verò † ſeu latina verba ſunt quæ ex vrbe, ſeu Romano eloquio originem traxerit', ea porrò in alias ſpecies deducũtur, videli cet in uſitata, inuſitata, ſeu priſca, in ambigua, vel obſcura, ficta, translata, propriaque, acimpropria, uſitata
9 ſunt † vt ſcribit Cic. lib. 4. Rhetoric. ad Herenn. ac Aurel. Dauid lo. iam relato ſub num. 8. quæ verſantur in ſermone & conſuetudine quotidiana, inuſitata, & priſca dicuntur uetuſta, & ab vſu ſermo-
10 nis quotidiani intermiſſa. Ambigua † vel obſcura vocantur quæ in plures ſententias trahi poſſunt. At D. Alciat. in l. nepos Proculo de verbo. ſignifi-
11 cat. inter † ambiguum & obſcurum illud diſcriminis annotaſſe ſcribit, quod ambiguum dicatur cũ in ambas partes agi poteſt, obſcurum, quod in q̃plures, licet huiuſmodi differentia plerunque confundatur; quod & verius eſt, inquit enim Paul. in
12 l. iij. de reb. du. in † ambiguo ſermone non vtrunq; dicimus, ſed id dumtaxat quod volumus; itaq; qui aliud dicit quàm vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult quia nõ loquitur: ſed hac de re plenius infra loco tertio agemus dum ſermo erit de illa ſignificatione, quæ proficiſcitur ab ambiguitate obſcuritateq; verborum
13 ficta verba † appellant ea, quæ ſonis aut affectibus quibuſdam ſunt coaptata, vt ſibilus, mugitus, murmur, balatus, reliquaque huiuſcemodi. vnde onomatopœia, i. nominis fictio rhetoribus, quaſi hoc quoque pro alijs ponatur, quibus vteremur, ſi illud non fingeremus, ſed apud noſtrates aliterquã apud rhetores capiuntur, vt pet Doc. in l. j. in prin. de uerb. oblig. poſt Bar. dum verba faciunt de ficta ſtipulatione per illum tex. & nos plenius dicemus infra lib. 3. dum agemus de ficta verborum ſignifi.
14 translata verba, † Cic. d. li. 3. de oratore appellat ea verba, quæ per ſimilitudinem ab alia re, aut ſuauitatis, vel inopiæ cauſa transferuntur, ſic luxuriam in herbis eſſe, & lætas ſegetes per ſimilitudinem dicimus, cum propriè luxuria de re venerea ſit, & lætitia de gaudio animi, atque exultatione, & eadem Cicerone auctore refert Aurel. Dauid loco iam relato, translata verba eſſe, quæ quaſi alieno in loco collocantur. & rurſus ex Quintiliano lib. 1. translata vocari verba, quæ alium natura habent intellectum, alium loco præbent. Translationemq; ſecundum Græcos metaphoram dici differreque
15 † ab abũſione quam Græci κατάχρησιν vocant, ꝙ illa, vt iam patet, ſit cum verbum in quampiã rem transfertur ex alia re, quod propter ſimilitudinem videtur recte poſſe transferri. Hæc autem dicatur, quæ verbo ſimili, & propinquo, pro certo, & proprio abutitur. qua de re plura ſcripſit Do. Alciat. lib. 4. huius tit. in prin. ſub num. 2. & 3. & nos lib. 3. latius dicemus, ſufficit enim hoc loco, illæc omnia, ſummo quaſi indice retigiſſe, vt inquit Imperat. de
16 public. iudic. §. vlt. in inſtit. Propria † autem & certa verba, vt inquit Aurel. Dauid d. c. 5. ex Cicerone in rhetor. & d. lib. 3. de oratore, ea appellantur, quæ earum rerum verba ſunt, aut eſſe poſſunt de quibus loquimur, quaſi vocabula rerum, & penè una cum reb. ipſis nata, vel ut ex Fabio refert cum id ſignificant in quod primo denominata ſunt, a quibus traditionibus non abhorret D. Alcia. lib. 1. huius tit. in princ. quamuis aliquanto latius verborum proprietatem accipiat, prout ſequenti libro mox dicemus ubi illius & aliorum ſententias hac de re proferemus, quodq; erit noſtrum ea in reiu-
17 dicium, pronuntiabimus. Poteſt † autem de horum uerborum ſenſu accipi tex. in d. l. ſi quis in fundi uocabulo de leg. 1. dum loquitur de rerum vocabulis
18 immutabilibus. Impropria verò † verba, ut tradit D. Alc. lib. 2. huius tit. ſunt', quæ rem ſuo quamq; nomine non appellant, quo vitio Tyronem ſuum
19 M. Cicero epiſt. lib. 16. † arguit qui valetudini fideliter inſeruiendo ſcripſerat, quod aduerbium quaſi alieno loco poſitum, ut impropriè dictum ipſe non probat. ſed de ijs plura lib. 3. vbi ſuus eſt locus pertractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Innouata autem verba eſſe, quæ à nobis fiunt, aut gignuntur.*
2 *Innouata verba diuidi in ea quæ ab Auctoribus in quaque ſcientia, vel arte innouantur, & ea quæ a communi vſu loquendi inducuntur.*
3 *Horatij locus explicatur.*
4 *Innouatis verbis in definitionibus vtendum non eſſe ab Ariſtoteleque ideo repræhenſam fuiſſe Platonem.*
5 *Plauti locos varios declarari, in quibus verbis innouatus eſt vſus.*
6 *Plautum excluſandum eſſe qui facetiarum riſusque gratia verba plurima innouauit.*
7 *Ciceronis locum declarari:*
8 *Quintiliani locus explicatur.*
Et Philelphi, ibidem.
9 *Nouis verbis perrarò vtendum ac magno cum iudicio ex Cic. Fabij, ac Cæſaris auctoritate probari.*
10 *Ioannis Matthæi Phriſiemij in ſcholijs ad Rodulphum Agricolam, ſententia an & quatenus verbis nouis vtendum ſit.*
11 *Iuris interpretibus liberiorem eſſe facultatem circa innouationem verborum vt planius pro ſubiecta natura dicant.*
12 *Verba innouata a communi vſu loquendi, ea eſſe quæ communi hominum conſenſu inducuntur.*
13 *Innouatorum verborum a communi vſu loquendi præſcripto vim propriæ verborum ſignificationi præferri.*

De verbis innouatis, & varijs eorum generibus.

CAP. VI.

1 INnouata autem † verba ſunt, vt vult M. Cicero d. lib. 3. de oratore, quę nos ipſi facimus, ſeu quę a nobis fiunt, uel gignuntur. quã traditionem amplectitur quoq; Aur. Dauid d. cap. 5. ſub num. 1.
2 illa † autem diuiduntur in ea quę à peculiaribus auctoribus in vnaquaq; ſcientia vel arte

arte innouantur, tamsupra res naturales quarum mentionem contingit fieri, ea ipsa in scientia, uel arte; quàm circa eandem scientiam vel artem; & in ea quæ a communi vsu loquendi innouantur iux
3 ta ea quæ scripsit Horat. in arte poet. †

Vt silua foliis prunos mutantur in annos.
Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et paulò post

Multa renascentur quæ iam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus.
Quam penes arbitrium est, & vis, et norma loquendi.

Primi generis ea sunt, quorum causa arguebat Arist. lib. 1. topico, Fab. Stap. interprete, Platonem,
4 dum monebat ne in diffinitionibus † uerba noua immiscerentur, vtpotè qui innouatis vtebatur vocabulis, & cilimbre oculum; Araneum patri mordax, medullam osigenium dicebat, & qualia sunt quæ
5 apud Plautum leguntur sepiculę † ueluti in captiuis pro uerberone plagiripadem, quod plagas frequenter patiatur; & in mustella. Pro Gulone hidurocopinam, nam quod nidoreculinę trahatur, pro compedito, territribracem, quod compeditorum eorum crura ferro atterantur, & alia id genus non
6 pauca, excusandus tamen † is est, quod facetiarum, & risus gratia talia comicus innouauerit confinxeritque, similia sunt quæ apud M. Ciceronem epist. famil. lib. 3. in epist. quadam ad Appium habentur
7 quęso enim inquit † etiam ne tu has nuptias, homo mea sententia, summa prudentia; multa etiam doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, aut lentulitatem, ualere plus apud me, quàm ornamen
8 ta virtutis existimas? & apud Quintilianum † li. 8. Qui & in 7. Liuio, inquit, mira facundiæ viro, putat ineise Pollio Asinius, quandam Patauinitatem. & apud Francis. Philelphum de re literaria haud male maritæ, qui in quadam epistola dixit, Fabium Quintilianum sonare nescio quam Hispanitatem. & quamuis Gic. lib. 4. Rhetoric. de uerbis nouis lo-
9 quens; † Hoc genere, dicat, uerborum raro vtendum ne noui uerbi assiduitas tedium pariat, & Tab. lib. 8. Noua non sine quodam periculo nos affingere, nam si recepta sunt modicam laudem afferant, repudiata etiam in iocos exeunt. & Cæsar nouum atque insolens uerbum uitandum esse dixerit, ut scopuli nautis. Abstinendumque ab huiuscemodi esse uerbis scripserit Arist. lib. 6. topicorum,
10 Nihilominus † mihi placet Ioannis Matthei Phrisemij sententia in scholijs ad 7. cap. lib. 2. de inuen. Rodulphi Agricolæ; qui quemadmodum, inquit merito illic ridendi sunt qui ubiuis etiam citra necessitatem, noua ac inaudita quędam verborũ portenta ipsi sibi comminiscuntur, ita rursum laudandi illi qui ubi res poscit, vbi cogit necessitas, ibi interim nouis, interim parum usitatis uti uerbis non reformidant. & Rodulphus in epist. quadam ad Alexandrum Negium de analogia, inquit, deriuandorum cnmponendorumque nominum, uix mihi permisserim quicquam fingere, quod non apud Auctores inuenerim; varia multiplexque res est de qua nihil precipi perpetuum potest, & in qua nihil audeam, nisi sit fortasse, ut inquit Horatius, necesse indicijs monstrare recentibus, abdita rerum. Tamẽ ego & Socraticas, & Platonicas, & enticas fortè dixerim, quamuis repugnet Vallensis noster. Quid ni tam liberè cum necesse sit, quàm Cicero nulla necessitate appietatem, & lentuliratem, & Pollio Patauinitatem quandam dixit sonare Liuium?
11 Hęcque † facultas aliquanto liberius permittenda est interpretibus, quibus, modo planius dicãt, pro subiecta materia licere debet, ubi destituantur politionibus ac positis, uel ea subobscuriora sint etiam innouatis, ac propria auctoritate effictis nominibus vti.
12 Quę autem † a communi vsu loquendi innouantur, ea sunt quæ communi vsu hominum consensu introducuntur, qui consensus si decem annorum usu fuerit prescriptus, tantę est efficacię, ac roboris ut inquit Bart. in l. Labeo de supell. legat. ac præfe-
13 ratur † etiam cuique proprię uerborum significationi, prout communi consensu scribunt interprętes in rubr. de oper. no. nuntiatio. & plenius dicemus infra lib. 4. huius operis, ubi affatim pertractabimus de ui significationis uerborum, quę descendit ex communi usu loquendi, siue is usus peritorũ sit, siue imperitorum, siue etiam mediocrium, debitè tamen referendo, prout ibi latius differemus.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor in verbis considerandа esse secundum Cæpol. naturam, aptitudinem, consuetudinem, & actum naturæ seu figuram dictionis.*
2 *Multo plura in verbis considerandа esse quàm faciat Cæpola.*
3 *Naturalem propriamque vocis significationem, vinci a consuetudinaria, consuetudinariam, a subiecta materia, cui si coniuncta fuerit figurata vis dictionis, cæteras superari, sed omnibus conuenientibus naturalem præ cæteris attendi.*

Quæ in verbis considerandа sint.

CAP. VII.



IN verbis autem sic uti in sua genera diductis, inquit Barto. Cępol. in d. rubr. huius tit. sub num. 15. Quatuor esse consi-
1 derandа. † Primum scilicet naturam, quando certa & pręcisa vocabuli significatio est, ut in l. quicquid adstringendę, de uerborum obligationibus. Secundo loco aptitudinem, quando uerbum, uel nomen est ęquiuocum, ut aptior rei de qua agitur summatur interpretatio. l. quoties in stipulationibus cum ibi notat. de ue borum obligat. Tertio consuetudinem. l. Labeo vbi Bar. de supell. legat. Postremò actum naturę, seu figuram dictionis iuxta tradita per glos. in l. ij. §. j. in uersi. speciem
2 in fin. si certum petatur. Vos dicite, † quòd quamuis quatuor hæc supra relata, multę magnę q̃ sint consi-

conſiderationis interpretatione uerborum, nihilominus multo plura in uerbis excipiendis perpẽdenda eſſe, ut docet luculẽter atq; egregiè Ludo. Roma in.l.ſi vero.§.de viro ſolut.matrimo. per diſcurſum vniuerſæ illius repetitionis; & multa nos quoque conſiderabimus. j.lib. ſecundo ad fi. dum recenſebimus caſus in quibus receditur a propria verborum ſignificatione, & rurſus lib.3. dum enumerabimus caſus in quibus impropria ſignificatio primas tenet. Prætereaq; lib.5. cum referemus ea inſtumẽta, quibus in facienda verborum interpretatione vtimur, & demum lib. vlt. huius operis, dum agemus de cauſis quibus progredimur in reſtrictiua interpretatione introducenda. Erit tamen hoc vnũ
3 animaduertendum † circa quatuor illas circumſtãtias a Cæpol. Veron. annumeratas, eo quia ita ſe habent, vt vna alteram ſuperet, certa enim ac præciſa propriaq; vocis ſignificatio vincitur a conſuetudine, ſeu communi uſu loquendi qui ſit in contrarium, d.l. Labeo vbi Bar. de ſupellect.lega. l. librorũ §. quod tamẽ Caſs. de leg.3. vbi gloſ. & doctr. ſcrib. in rubri. de oper. no. nuntiatio. Naturalem verò & conſuetudinem verborum ſignificationem vincit ſubiecta materia. l. ſi vno locat. l. inſulam de præſcript.verb. & plenius dicemus in lib.3. cui ſi coniũcta fuerit figurata ſignificandi vis ipſius dictionis, ab eo figurato ſignificandi modo, cætera ſuperantur. l.ij. in prin. iuncta ibi gloſ. in ver. ſpeciem ſi cert. pet. cum ſupra relata declaratione Cæpol. quod ſi cum propria ac naturali ſignificatione reliquæ cõueniunt, ſola naturalis attenditur cœteris reiectis, arg. l. qui habent de tutel. cũ ibi not. a Bar. ſed quia ha de re latius agemus lib.2. & 3. quibus in locis commodius diſcutitur hæc tractatio, ideò ſatis ſuperq; erit hactenus admoniſſe.

SVMMARIVM.

1 *Natura & intellectus verborum in quibus conſiſtat.*
2 *Ibique ex Cæpol. quinque enumerari rationem ſermonis, cauſam & mentem verborum, vt ſemper intelligantur ſecundum ſtrictiorem ſignificationem, vt nunquàm exorbitet a natura actus ſed illi adaptentur & vt quæ pluribus accommodari poſſunt temporibus omnibus adaptentur, ſecundum naturam temporis.*
3 *Cæpolam confundere terminos naturæ & intellectus uerborum, cum inſtrumentis, quorũ ope peruenimus ad intellectum, & cognitionem naturæ verborum.*
4 *Cæpolam parum ſui memorem alibi verborum naturam & intellectum appellaſſe ipſam verborum ſignificationis.*
5 *Intellectus cap. intelligentia de verb. ſignificatio.*
6 *Intelligentiæ verbum commune eſſe tam ad verborum ſignificationem, quàm ad verborũ interpretationem.*
7 *Intelligentiã dici quoque cognitionem quæ in præceptoris memoria conſiſtit.*
8 *Intellectum & naturam verborum differre ab ijs inſtrumentis per quæ ad ipſum intellectum ac naturam perueniemus.*
9 *Producens & productum inter ſe differre, vel id quod producitur ab eo per quod producitur.*
10 *Cæpolam alibi melius collocaſſe ea in quibus voluit conſiſtere naturam verborum inter inſtrumenta verborum ſignificationis.*

In quo conſiſtat natura & Intellectus verborum.

CAP. VIII.

1 SEd quia non ab re poſſet dubitari in quo conſiſtat natura ac intellectus verborum † non importunum erit ha de re aliqua præferri. Cæpol. in d.rubr. de verborum ſignificat. ſub nume.16. cum 2. ſequen. in 5. quæſt.2. principalis dubitationis, dicit, in quinque conſiſtere hanc naturam (vt ipſe vocat) ac intellectum iſtum verborum in ratione ſermonis quia verba debent appropriata eſſe menti, ſignificatione vel uſu, d.l. Labeo ad ſuppell. legat. l. librorum. §. quod tamen Caſſius de leg.3. & l. vt Alphenus hoc ti. Bal. in rub. ſi cer. petat. Rurſus in cauſa uerborum & mente quia cauſa uerborum & mens ſunt reſpicienda. l. ſcire oportet. §. ſi aliud in fin. ut ſemper intelligantur ſecũdum ſtrictiorem ſignificationem. l. iij. ubi Bal. not. C. ad leg. iuli. de adult. l. quicquid adſtringendæ de uerbo. obligat. præterea, ut nunquàm, exorbitent a natura contractus ubi fieri poſsit, ſed ad aliùs naturam ſemper adaptentur, ut per Bal. in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum col. penul. uer. iuxta prædicta tamen. per tex. nota. in l. damni infecti uer. & quod in ſtipulatione de damn. infect. in. l. ſi ſtipulatus. §. rerum de uſur. in. l. in lege locationis cum ibi nota. locat. & in l. & puto. §. fam. ercis. Poſtremo in eo ut uerbum quod adaptari poteſt pluribus temporibus, adaptetur cuilibet, ſecundum materiam temporis, ut not. Ang. in. l. precibus de impub. & al. ſubſtituti.

2 Verum ego † animaduertendum eſſe arbitror, quia Veron. in hac ſua theorica, videtur confundere terminos intellectus ac naturæ uerborum, quos habet pro ſynonimis cum terminis inſtrumentorum, quorum medio atque ope peruenimus ad intellectum ac cognitionem naturæ verborum; Nã intelligentia uel intellectus, ſeu natura uerborum, ut ipſe uocat, nihil eſt aliud quàm ipſa uerborum ſignificatio atque expreſsio meditationis, ſeu conceptionis, quam in mente habuit Auctor, qui diſpoſuit, uel qui locutus eſt, ſeu interpretatio,
3 ut parum ſui memor † dixit & idẽ Cæpol. in rubr. de uerbor. ſignificat. in quin. princip. quæſt. ſub num. 114. & ſeq. dũ inquit, ſed ego credo quòd intelligentia uerborum ſit nihil aliud, quàm uerborum & rerum ſignificatio ac interpretatio, ut probatur in cap. intelligentia de uerb. ſignificat. † Nã
4 ibi apparet quòd intelligentia eſt ſignificatio uerborum quia illud capit. eſt in tit. de uerbor. ſignificat. unde debet ei tit. congruere. §. quibus in prima cõſiſtit. C. & l. Imperatores de in diem addict.

item

item est interpretatio, quia intelligentia etiam
sumitur ex causis dictorum, vt dicit tex. in d. cap. in
telligentia, ergo est in hoc interpretatio & nõ signi
ficatio vt patet ex ijs quę s. dixi in 3. q. & sic ver-
5 bum intelligentia † est verbum cõmune ad significa-
tionem & interpretationem; & stat passiuè &
non actiuè, qualiter ipsa verba intelligantur; sed
significatio respecta verborum stat actiuè, vt di-
cit glos. hic & s. dixi in 6. quæst. item intelli-
6 gentia † alio modo dicitur cognitio, quæ in præ-
ceptoris memoria consistit, quæ etiam appella-
tur prudentia, vt not. Bar. in tract. suo de teste ver.
prudentia & isto modo non capitur hic nec in d.
cap. intelligentia, eandemq; sententiam confirmat
sub num. 116. dum querit quid sit intellectus, & se
remittit ad ea quæ proximè dixerat de intelligentia
7 verborum, & sic apparet † intelligentiam seu natu-
ram vt vocat vel intellectum verborum non consi-
stere in illis instrumentis, quæ supra retulit Cæpol.
sed per ea instrumenta excipi atque in lucem in a-
pertumq; perduci, vt igitur id quod perducitur &
8 id per quod producitur sint † inter se diuersa quàm
uis tendant ad eundem finem, non tamen produ-
ctum poterit dici in altero consistere, vt nec in spõ-
salibus consistere matrimoniũ videmus, quamuis
per sponsalia perueniamus ad matrimonium. l. j. 2.
& seq. de spons. & propterea melius idem Veron.
9 sub num. 148. bonam † partẽ eorum in quibus
hic voluit consistere. Naturam & intellectum ver-
borum enumerat inter instrumẽta quibus facimus
interpretationes verborum, quorum instrumẽto-
rum numeris & illa addi possunt, quæ nos infra la-
tius prosequemur lib. 5. in discursu instrumento-
rum quibus vtimur in facienda tam progressiua,
quàm arctatiua interpretatione.

SVMMARIVM.

1 *Qui sint verborum effectus? & ex Cæpol. duodecim referri quorum primus est quòd per verba quisq; cogitationes suas in alterius notitiam profert.*
2 *Secundus est quia mysterium verborum ponit mysterium intellectus.*
3 *Tertius quia ex verbis in sententia appositis declaratur mens iudicis.*
4 *Quartus quia ordo verborum denotat ordinem intellectus.*
5 *Quintus quia verba deseruiunt intentioni.*
6 *Sextus quia vbi locum habent verba legis, locum habet & dispositio, & è contra ibi.*
7 *Septimus quia verba generaliter prolata non extenduntur ad incogitata.*
8 *Octauus est quia verba trahuntur ad limitationes iuris communis.*
9 *Nonus est effectus quia per verba de quibus in cap. Marthæ de celebrat. missarum conficitur sanctissimum sacramentum altaris sed eius disputationem relinquendam esse Theologis.*
10 *Decimus est relinquendus eiusdem quoq; professionis hominibus, quia tractat de transubstantiatione.*
11 *Vndecimus est quia verba debẽt semper aliquid operari.*
12 *Duodecimus est, an per verba orationis Dominicæ, vel Symboli; vel sacrarum scripturarum vel etiam præcantatoria licitum sit recuperare sanitatem, qui effectus licet videatur extra institutum sermonem tamen propter eius frequentiam diligenter pertractatur.*
13 *Circa quos verborũ effectus versetur præsens institutio.*
14 *Auctorem publicæ vtilitatis gratia nullos subterfugere labores.*
15 *Verba semper debere aliquid operari pulchrè ac latè etiam argumento a contrario sensu ad correctionem iuris communis.*
16 *Syllabas quoque verborum debere operari.*
17 *Verba ad improprium, & extraneum intellectum trahenda esse vt aliquid operentur.*
18 *Sententia quæ non potest secundum proprium verborum sensum sustineri, sustinetur ex improprio.*
19 *Verba non debere esse illusoriè ac frustatoriè posita.*
20 *Singula verba legis ac priuilegij non debere esse sine operatione.*
21 *Verba debere operari non solum de iure sed etiam de facto.*
22 *Verba debere vim suam habere in testamentis, ultimis voluntatibus, in stipulationibus, in priuilegijs, in supplici libello, in omni dispositione contrahentium inter viuos, veluti in transactionibus, conuentionibus, conductionibus, emptionibus, venditionibus, de positis, renuntiationibus, contractibusq; cæteris, nominatis, ac innominatis, in iuramentis, in sententijs, alijsque eiuscemodi generis actibus.*

Qui sint uerborum effectus duodecimq; ab Antiquioribus consideratos referri illumq; præ cæteris exeminari, quo recipitur uerba ita semper intelligenda esse ut aliquid operentur.

CAP. IX.

1 NVnc opere pretium † erit videre
qui sint verborum effectus, ad
quos, omnis ferè ista generalis
de uerbis institutio refertur.
Qua ī quęstione reperio Cæpol.
Veron. in d. rubr. de verb. significat. strenuè admodum ac valenter elaborasse; Duodecimq; præ cęteris effectus fuisse prosequutum, quos succinctè referam, vt qui
bus in locis eorum a nobis sermo habitus, vel habẽ
dus sit intelligatis, & quos nobis tractandos cæte-
ris omissis desumere voluerimus percipiatis, quos-
que addendos esse consuerimus commodius per-
noscatis. Hi autem ferè sunt; Primus quòd per ver
ba quisq; cogitationes suas in alterius notitiam
profert cap. is autem 22. q. 2. in princ. l. Labeo §.
quod Tuero de supel. legat. qua de re s. disseruimus in eo capite in quo disputatũ est, quam ob rem
2 uerba inuenta fuerint. Secundus quòd † misterium
verborum ponit misterium intellectus, vt not. Bal.
in l. generalis de adoptio. qui effectus in eundem
finem cum superiore desinit, & multis in locis hu-

ius

ius operis attingitur, prout eius cum multis communis natura patitur, tertius † a prædictis non multum recedit, nisi quatenus magis ad indiuiduũ descendit, & vult ex verbis in sententia appositis, declarari mentem per l. si prætor. §. Marcellus de iu-
4 di. quartus quia † ordo verborum denotat ordinẽ intellectus. l. quoties in prin. de vsufru. glos. in cap. quorundã de elect. in 6. glos. in c. fin. de appellatio.
5 quintus quia verba deseruiunt † intentioni, cap. secundo requiris de appellat. & 1. q. 1. c. Marchion & Basilides, qua de re. j. plenius pertractabimus dũ de fine verborum significationis verba faciemus
6 sextus est † quia vbi locum habent verba legis, ibi semper locum habet, & ipsius legis dispositio. l. ita autem in prin. de administrat. tut. l. iiij. §. toties de damn. infect. & l. constitutionibus ad municip. & de incol. cum socijs, sicut è contra vbi verba legis non conueniunt nec legis dispositio adaptatur d. §. toties vbi Bart. Ang. & Castr. l. hos accusare. §. omnibus de accusat. l. si vtero. §. de viro solut. mat. cuius effectus sedem oportuniore loco ponemus infra lib. vlt. huius operis vbi agemus de restrictiua verborum interprætatione; tametsi non semel contingat in discursu aliorum librorum huius effectus
7 meusionem fieri. Septimus est, † quia verba generaliter prolata extenduntur ad ea quæ verisimile est cogitata fuisse, non autem ad incogitata. l. omnia. §. cum ita vbi not. Alberic. de leg. 1. l. cũ aquiliana. l. qui cum sororibus de transact. l. tres fratres de pact. sed hic quoq; effectus, ad eam partem, quæ attinet ad restrictiuam verborum interpretationẽ, pertinet. propterea de illo pariter postremo illo li-
8 bro agemus. Octauus est † quia verba trahũtur ad limitationem iuris communis, & non è conuerso. Ang. in consi. 9. sed de hoc effectu plura nos dicemus. j. lib. 5. 6. & 7. in materia extensiuæ interpretationis, dum sermo erit de dispositione correctoria, limitatoria ac pœnali. interprætanda, idcòq; hic latius circa illum non erit uersandum. Nonus est
9 † effectus quia per verba illa quæ habentur in cap. Marth. de celebr. Missa. conficitur in Sacramento altaris corpus & sanguis glorioſissimi Dñi N. Iesu Christi Ser. O. M. d. cap. cum Marthæ, & de consecrat. distinct. 2. cap. quid sit sanguis. glos. in clem. 1. de reliq. & vene. sanct. quæ admirabilem effectũ ponit istorum verborum quod facit & not. Andr. in d. cap. cum Marthæ. §. quæsiuisti. Sed hæc relinquenda sunt sacrosanctis Thæologis, quorum munus est, hæc alta atq; diuina Misteria pertractare, quæ præsentis non sunt speculationis, ne videamus
10 sacra prophanis commiscere. Decimus est † eiusdem professionis hominibus relinquendus, qui tractat de transubstantione panis & vini oblati in sacramento altaris, in corpus Domini Nostri Sanctissimi Iesu Christi sacramentaliter. peculiares enim postulant ista sibi institutiones nõ promiscuũ effectuũ humanorum verborum tractationem. in Duodecimum vsq; numerum duo alij supersunt effectus in quibus aliquantisper immorandũ erit, quòd maximè attineant ad hanc scenam; Quorum
11 alter est † quòd verba semper debent aliquid operari, Alter est per verba † orationis Dominicæ, vel symboli, vel alia similia verba sacra, super malè valente prolata, vel delata, posse illum sanari? Quinimò etiã per verba præcãtatoria hunc effectum cõtingere, & an licitè id fiat? Qui postremus effectus, eorum qui hic referuntur per Veron. tametsi longe recedat ab istituto nostro, quod tantũ versatur circa effectus verborum prolatorum in legibus, statutis, rescriptis, sententijs, libellis, testamentis, codicillis, vltimis voluntatibus, contractibus, indicijs, alijsq; id generis humanis actionibus, nihilominus quia frequentissima est in foro, præsertim ecclesiastico disputatio istius effectus, circa licitum ac illicitum ob pœnas inflingendas vel remittendas, ideo in illius tractatione haud
13 quaquàm calamo parcere volui, ne data † occasione aliquos vnquam subterfugisse labores dici possim, quibus publicè prodesse valeam. Reuertar itaque ad vndecimum illum effectum qui habet.
14 Verba semper aliquid operari debere † probatur hæc pronuntiatio per tex. in. l. si quando de leg. j. vbi Bar. Alberi. de Rosat. ac alij Doct. sic notant in l. j. vbi glos. & Bar. in fin. ad municip. & de incol. in. l. Diuus in principio de vsu & habit. l. si stipulatus in prin. vbi Alberi. de vsur. glos. in l. locationis locat. l. qui sic vbi Alberic. de vsur. auct. exteſtamento vbi Fulg. & Roma. ac Recent. iuncta l. j. C. de collatio. vbi vt verba aliquid operentur assumitur argumentum a contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis, Doct. in. l. iij. §. j. in ver. frustra de iureiur. & in l. sed si adijciatur pro soc. Archidiach. in cap. si romanorum distin. 19. & in cap. sic enim 18. q. 1. ac in cap. si propter tua, in vltima glos. in ver. generetur de rescript. lib. 6. Bal. in Rub. C. de contr. empt. sub quæst. 5. Io. Andr. & doct. in cap. ex ore de priuileg. & in cap. in his eo tit. Geminius in cap. si papa per illum tex. de priuileg. lib. 6. & in d. cap. si Romanorum 19. distinct. est etiam tex. in cap. ad audientiam de decim. & in cap. pastoralis de donat. Abb. in consi. 31. Alex in consi. 195. col. 1. lib. 6. Dec. consi. 292. sub num. 2. & 3. & cõs. 414. sub num. 2. cons. 502. sub num. 6. & cons. 617. ad fin. Corn. cons. 127. sub num. 6. lib. 1. Dec. in cõs. 48. col. 2. & cons. 49. col. 3. Castr. in cons. 57. Primo Videndũ est de intellectu col. 1. lib. 1. Crau. in cons. 84. sub num. 12. in cons. 20. sub num. 9. consil. 92. sub num. 5. in consi. 118. sub num. 19. & plenius in cons. 175. sub num. 240. in cons. 105. sub num. 7. & cons. 294. col. 5. ver. & vbi talia. Cur. Iun. cons. 85. sub nu. 40. Rol. a Vall. cons. 1. sub nu. 123. & cons. 61. sub num. 18. lib 3. Osac. decis. 141. sub nu. 40. Bec. consi. 24. sub num. 29. & seq. consi. 39. sub nu. 30. & cons. 108. sub num. 32. & alibi sæpe, Rimin. iun. in consil. 52. sub nume. 70. Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. secunda sub num. 24. & sub num. 45.

15 Hæc autem conclusio † sic constituta, extenditur primum, vt vsque adeo vera sit, vt non solum verba, sed neque etiam syllabæ verborum debeant esse sine virtute operandi, gl. est notab. in l. j. quod me. cau. Bal. in d. rub. C. de contr. emp. q. 9. And. Tiraq.

Tiraq. Crauet. & alij in locis proximè citat Cæpol. in d. rub. huius tit. sub nu. 60. ver. in tantum.

16 Extenditur secundo loco, † ut procedat in tantũ, ut ad extraneum, & improprium quoque intellectum verba trahi debeant, ad hoc ut aliquid operẽtur. l. Titio. §. 1. & ibi Bal. de leg. 2. l. & puto. §. 1. ubi est tex. cum gl. sing. fam. ercis. ut dicit Bal. in c. fin. de translat. episc. Ang. in §. 1. col. 8. de actio. & Cæpol.

17 loco iam relato, quæ quidem glo. vult † quòd si non possit sententia sustineri secundum propriam verborum significationem, debent ad improprium sensum uerba conuerti, aliàs enim si verba quę non possunt vno modo operari, alio non operẽtur, cen-

18 serẽtur † frustratoriè atque illusoriè fore apposita, quod esse non debet. l. fin. §. non autem filio. C. de bon. quæ lib. l. cum in alijs in fi. C. de curat. furio. cap. commissa, § porrò de electio. lib. 6. & dicit Bal. in cons. 51. generali statuto in fi. li. 5. ꝙ singula uer-

19 ba legis † & singula verba priuilegij, debent habere aliquid ponderis, & ad aliquem effectum trahi, & plura congerit Crau. in d. cons. 135. sub nu. 24. nos autem huius extensionis naturam plenius tractabimus in lib. 2. ad fi. & 3. cum differemus de casibus in quibus à propria verborum significatione receditur.

20 Extenditur tertio loco, † ut debeant uerba operari quod possunt non solum de iure, sed etiam de facto, sic extendit Cępol. in d. rub. sub num. 61. post Bal. in addit. ad Specul. in tit. de emp. & uend. cuius auctoritatem mihi non licuit inuenire.

21 Extenditur quarto locum habere † non solum in verbis legis ut in l. iij. §. 1. ubi Bal. & Castr. de iure iur. & d. l. j. in fi. ad municip. & de incol. cum socijs, sed etiam in testamentis & vltimis uoluntatib. ut est tex. in d. l. si quando de le. j. ubi cõmuniter Doc. omnes notant, & in l. diuus de vsu & habit. cum simil. in stipulationibus, vt est tex. in d. l. si stipulatus de usur. in l. qui sic. ubi Alberic. eo. tit. & idem Alb. in d. l. si quando in princ. In priuilegijs, ut in cap. ex ore de priuilegijs & in c. si papa de priuileg. lib. 6. in supplici libello, quia alias frustra precibus implora tur, quod iure communi cõceditur l. j. C. de thesau. lib. 10. & ibi gl. in uer. lege, adducit iura concor. iuribus ad di potest. l. Imperatores de priuileg. credit. in omni dispositione contrahentium inter viuos, d. l. si stipulatus de usur. not. Angel. in d. l. si quando in princ. de leg. j. ueluti in transactionibus, conuentionibus, donationibus, mutuis, pignoribus, locationibus, conductionibus, emptionibus, uenditionibus, depositis, renuntiationibus, contractibus innominatis, & reliquis eius generis, de quib. loquũtur iura & auctoritates supra relatæ, in iuramentis, ut in l. sed etsi possessori. §. item si iurauero, in libellis, ut tradit Ias. in d. §. item si iurauero, & in l. quoties, secunda de verb. oblig. glos. & doct. in l. si quis intentione ambigua de iudi. in sententijs, vt in d. l. & magis puto. §. j. innecta ibi gl. in ver. communicare fam. ercis. & ut plenius in lib. 3. dicemus in tertio casu, quo dicemus recipi impropriam uerborum significationem gratia nullitatis actus euitandæ, & in summa in quocunque alio dispositionis genere locum sibi uendicat hæc conclusio. ut ex iuribus & auctoritatibus supra recitatis perspicere est.

SVMMARIVM.

1 *Expressio eorum quæ tacitè insunt vbi fit, verba non operantur.*
2 *Frustratorium esse prouidere vbi non expedit.*
3 *Expressionem eius quod non ex necessitate inest sed ex voluntate operari.*
4 *Expressionem eius quod tacitè inest, alio modo factam quam inerat efficacem esse.*
5 *Expressionem eius quod tacitè inest in fauorem eius cuius gratia inerat factam, plurimum operari.*
6 *Expressionem eius quod tacitè insit operari quantum ad hoc vt non dicatur amplius tacita.*
7 *Intellectus. l. talis scriptura, de leg. 1.*
8 *Vnum & idem non posse verum esse & simulatum.*
9 *Expressionis eius quòd tacitè inest in materia varias fuisse traditas theoricas ab interpretibus.*
10 *Bal. doctrinam in materia expressionis eius quod tacitè inest, vt cæteris breuiorem, sic omnibus imperfectiorem esse.*
11 *Ioannes Bolognetus laudatur & remissiue refertur eius theorica in materia eius quod tacitè inest.*
12 *Expressionem eius quod tacitè inest quantum ad inducendam voluntatem exprimentis in eo quod tacite inerat operari.*
13 *Lex Falcidia potest impediri in certis rebus & fieri vt detrahatur in alijs.*
14 *Statutum loquens de actibus voluntarijs comprehendit quoque casum qui factus est voluntarius per expressionem eius quod tacitè inest.*

An verba operentur, & quomodo, & quando fit earum expressio, quæ tacitè insunt.

CAP. X.



1 Pinantur modo interpretes reprimendam esse memoratam cõclusionem ut locum habeat quando fieret expressio eorum quæ tacitè insunt, quia tunc talis expressio nihil † operatur. l. iij. vbi Bar. & omnes notant de legat. 1. l. non rectè. C. de fideiusso. l. si arrogator de adoptio. l. vnum ex familia, §. 1. de leg. 2. l. quæsitũ, §. fin. de distract. pign. l. iam dubitari, & l. Cornelius

2 de hær. instit. Ratio autem esse potest, † quia frustratorium est prouidere vbi non expedit l. si plures de testam. tut. Sed hæc limitatio secundum Ripam in d. l. iij. sub num. 36. cum quinque sequen. non habet locum in quatuor casibus, quorum primus est

3 † quando exprimitur illud quod non ex necessitate sed ex voluntate inest. l. talis scriptura de legat. 1. l. precibus de impub. & al. subst. quas ita intelligit Bar. in d. l. iij. in l. centurio, columna 2. de vulg. & pupil. & in l. re coniuncti, columna 3. de legat. 3.

&

& Cæpol.in d.rubr.ſub num.81.uer.item illa regula quod Ripa ibidem intelligit in uerſ. ego aliter, ſi expreſsio eius quod tacitè ineſt coadiuuetur ex alia ſpeciali diſpoſitione exprimentis, & ita loquatur tex.in d.l.talis ſcriptura,ſecus ſi res permanet in terminis ſolius expreſsionis,quia tunc expreſsio per ſe ſola nihil operatur; & ita procedat tex.in d.l.nõ rectè, C. de fideiuſſ. Secundus eſt, † quando res exprimitur alio modo q̃ per eum qui inſit tacitè ac diſpoſitiuè.l.Titia ad leg.Falc.& l.1.ſi penden.appel. mors interue.quæ iura ita intelligit Bart. in d.l.iij. & ibi Rip.ſub num.38. & poteſt exemplum poni, vt facit Cępol.in d.rub.ſub nu.79.vt ſi fieret expreſsio ad finem, vt actus qui eſſet purus efficeretur cõditionalis tũc enim illa expreſsio aliquid operetur & ita procedit gl. in c.2. de elect.lib.6. & in c.1. de deſponſ.impub.eo.lib. vt intelligit Gemi. in d.c.ſi papa,de priuil.lib.6.& in c.ei cui de præbend.lib.6. per tex.in l.iij.de lib.& poſth. iuncta l.filium. §.ſed cum ex hæreditate de bo. poſſ. contratab. pulchrũ quoque exemplum ponit Io. Sadolet. in d.l.iij. ſub nu.46.per l.proculus iũct.ibi expoſitione 1.gl. quã dicit communiter eſſe approbatam Bar. & Doc.in d. l.iij. & in d. l. j. ſi pendent. appellat. mors inter. Tertius caſus eſt, † quando expreſsio fieret non in præiudicium eius in cuius fauorem ex iuris diſpoſitione tacitè increat,ſed in eiuſdem commodum,fauorem,atque vtilitatem, ita intelligit Bar.tex.in d. l. Titia ad l. Falcid. & in l. ſi arrogator de adoptio. quem ſeq.alij ſcrib.ibi. Quartus eſt † quantum ad hoc vt expreſſum non dicatur amplius tacitum, & quantum ad illum effectum vt faciat ceſſare tacitũ iux.l.cum ex filio de vulg.& pup.& in iſtis terminis ait loqui tex.† in d.l.talis ſcriptura de leg.1.Nã dies præſens expreſſa nõ amplius dicitur tacita, & ideo clauſula dilatoria legatorum, quibus dies non fuit appoſita,non porrigitur ad legata quę præſenti die deberi iuſſa ſunt, quia ob illam expreſsionem dicitur illis dies fuiſſe appoſita, nec obſtat q̃ dies tacitè ſubintelligatur quia cum expreſſa fuerit non poteſt dici amplius tacita, & hunc dicit eſſe verum ac proprium intellectum prædictę legis,quem confirmat Aret.illo arg.quòd ſicut vnum,& idem † nõ poteſt eſſe verum ac ſimulatum. l.filio quem pater de lib.& poſthu.ita non poteſt eſſe tacitum ac expreſſum, cum duo repugnantia non poſsint vna ſtare.l.vbi repugnantia de reg. iur. ſicq; limitatio iſta cum prę relatis reſtrictionibus videtur paſsim recepta eſſe per Doct.in d.l.iij.de leg.1.alium caſum addit Guliel. Poſun. in d.l.iij.ſub nu.3. aliter videtur † diſtinguere Benedic.Capr. in ſuo tract.regul.Regu.49. aliquanto latius videtur in hoc differere Par.englember.in l.expreſſa de reg. iur. ubi quinq; enumerat caſus,ſed † breuiſsime omnium Bal.viſus fuit hanc cõem materiã, ad duo capita reducere,in c.cum ordinem col.6.de reſcrip.volens & ſi loquamur de expreſsione relatiua illa nihil operetur, vt in d.l.iij.de leg.1. ſed ſi loquamur in expreſsione diſpoſitiua, potis illa ſit ad operationem.ſed hæc doctrina vt cæteris eſt breuior, ſic etiam omnib. etiã eſt imperfectior vt dicit Iaſ. in d.l.iij. ſub nu.50. & facilè cognoſcitur ex aſſertionib. Bar. ibidem ea in materia traditis,& ex his quæ proximè retulimus. Rurſus ex his, quæ pleniſsimè atque accuratiſsimè omnium † attigit in d.l.iij. Io.Bologne. dum in humanis ageret,poſtremaq; illius in ſenecta, collega mihi peruenerandus atque obſeruan. pro uberiore huius materiæ reſolutione conſideremus quatuor caſus vt ibi per eum & num.183.uſque ad nu.194. ex cuius ampliſsimè dictis, quæ tamen ipſe poſtea ſub nu.193.reducit ad tres limitationes mihi libet excipere quintum † notandum caſum quem adijciam quatuor illis ſupra ex Ripa relatis; is autẽ eſt, vt non ſit locus ſupradictæ limitationi, quantum ad inducendam voluntatem ipſius exprimentis, in eo quòd tacitè inerat diſpoſitioni, vel contra volũtatem exprimentis,ex diſpoſitione legis,nam facta expreſsione id omne quod fuerit neceſſarium efficitur voluntarium, aſſumitque omnia priuilegia, quibus pollent diſpoſitiones, quæ ex mera ac libera proficiſcitur uoluntate præillis quæ ſunt contra uoluntatem. idcirco † lex falcidia poteſt impediri in certis rebus, & fieri ut detrahatur de alijs propter voluntatem, quod non operaretur ſi duraret contra voluntatem, ut l.Titia in fin. ad leg. Falcid. & nullos alios ſimiles effectus poterit inducere, dummodo non inducat diminutionem, unde eius expreſsio non poteſt facere,ut diminuat Falcidiam de iure antiquo, l.quod de bonis, §.1. & §.fin. in fi. ad leg. Falcid. quamuis aliud ſit de iure nouiſsimo Authenticorum. §. ſi uero expreſsim in authent. de hær.& falcid. Bar. & alij in l.in quartam ad leg. Falcid. ſed quidem ut magis de re una detrahatur quàm de altera. Præterea † iſtiuſmodi expreſsio, ut ſtatutum loquens de actibus uoluntarijs comprehendat quoque hunc caſum, qui per expreſsionem factus eſt uoluntarius, ſic limitat & iudicio meo ualdè appoſitè atque utiliter Bologne. in d.l. iij. ſub num.189. uerſ.tertio limitatur.

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

SVMMARIVM.

1 *Verba non operari quando ſubiecta materia impedimento eſt quominus operentur.*
2 *Statutum vt de quolibet contractu vectigal ſoluatur non habet locum in contractu de re inæſtimabili, vel quæ non aſcendat ad valorem libræ.*
3 *Diſpoſitionis verba vbi locum non habeant neque diſpoſitionem ipſam locum habere.*
4 *Declaratur l.ſi procurator, §.ſi quis à procuratore,remorat.habe.*
5 *Falcidiam deduci ab æſtimatione.*
6 *Statutum quòd de qualibet lite debeat ærario communis reſundi triceſima, habet locum in æſtimatione fundi in litem deducti, qui ex ſui natura non poteſt pati triceſimam.*
7 *Falcidiam ex legato libertatis non deduci.*
8 *Intellectus ad §. fi. in tit.de ſportulis in nouis conſtit.*
9 *Salarium de legatis conſtitutum in §.fin.in nouis conſtit. non deberi in cauſa ſtatus delegata.*
10 *Salarium in cauſa rei inæſtimabilis deberi quando aliquid habet annexum inæſtimabile.*

Quid

Quid iuris quando subiecta materia refragatur verborum operationi.

CAP. XI.



1 Oarctandus secundo loco venit principaliter supra relatus effectus † vt nō progrediatur, quando subiecta materia impedimento esset, quominus possent aliquo modo operari, veluti quia non posset verbis accommodari; exempli gratia vt dicit Bar. in l. iiij. §. toties de damn. infect. quem legit sub §. prætor ait, ad fin. 2 sub num. 26. si statuto caueretur, † vt de quolibet contractu de, quo fieret instrumētum, soluerentur pro vectigali denarij sex pro singula quaque libra, & fiat contractus de re inæstimabili, ueluti super libertate, aut super causa status tunc nihil soluetur. Idemque est si rei æstimatio non ascenderet ad libram, vt idem Bart. affirmat per illum tex. in l. ita autem, in princ. de administ. tutor. cum quo sentit Cæpol. in d. rub. de verbor. significat. sub nu. 71. & Ang. Imol. ac Paul. Castr. in d. §. toties. & innituntur illi rationi, quia vbi dispositionis verba 3 † non conueniunt ibi nec dispositio ipsa locum habet d. l. iiij. §. toties, de dam. infect. l. hos accusare §. omnibus, de accus. Ludo. tamen Rom. in d. §. prętor ait, sub nu. 24. in contrarium adducit text. in l. procurator. §. si quis a procuratore † rem rat. habe. vbi 4 si dubitatur de mandato debet caueri de rato, vt si non habuerit dominus ratum, soluat procurator interesse; & si talis sit super causa libertatis, vel alia causa status inæstimabili, debet æstimari quanti interfuerit eius qui in iudicium vocatur non fuisse vexatum illo iudicio vnà cum impendijs litis, & tanti debebit cautio præstari, ideo inquit ille idem fatendum erit in casu nostro. Addit insuper, quòd falcidia † quæ debet de legatis detrahi deducitur ab 5 æstimatione l. in l. falcidia, & l. si is cui, ad leg. falcidiam, & quod scribit Bald. in auth. generaliter. C. de epis. & cleric. † vbi de fundo ex quo non potest repugnante eius natura deduci tricesima, facta æstimatione deducitur si vigore statuti de qualibet lite contestata debeat ærario communis refundi tri 7 cesima. Non est tamen † recedendum ab opinione Bart. vt inquit Alex. in d. § ait prætor, sub nu. 25. ver. sed verior duplici modo respondens ad text. d. l. procurator §. si quis a procuratore. rem rat. videlicet tex. illum in contrarium facere, quia supponit nullam potuisse committi stipulationem, nisi præcisè fuisset expressa quantitas illa tempore contractus, quia causa status non habet præfinitam certam quantitatem, idemq; dicendum erit in casu nostro; præterea inquit illum text. procedere in taxatione pœnæ, non autem in æstimatione interesse, vt scribit Bart. in l. fin. de prætor. stipulationi. Ad reliquas auctoritates quamuis non respondeat Alex. potest vno verbo dici, illas procedere in casibus rerum sui natura æstimabilium, quales sunt fundi domus, & reliqua huius generis, secus in ijs quæ sui natura non sunt æstimabiles, qualis est libertas, & 8 ideo † ex legato libertatis vel serui, vt manumitteretur, non deducitur falcidia. l. si seruus 2. ll. sequen. & l. sed si non seruus ad leg. falci. sed tanquàm æs alienum tale legatum deducitur. d. l. sed si non 9 seruus. Hinc potest ualde notanter † in vsu forensi inferri ad declarationem nouarum constitutionum, in tit. de spertulis. §. fin. quo cauetur; vt iudices delegati, ad quos aliàs de legatarum causarum cognitio non spectaret, possint accipere salarium sententiarum a partibus ad rationem vnius pro singulo centenario a qualibet partium, ita tamen, vt quantacunq; fuerit causæ æstimatio, summa ducentorum aureorum excedi non possit, computatis semper pecunijs pro scripturis; & pro mo.uus datis, nam si causa aliqua status delegata fuisset iuxta exempla tradita per Doct. in §. præiudiciales, instit. de act. præsertimque per Fabr. Ang. & Ias. ibi, non 10 posset delegatus † ad formam dicti §. vltimi salarium accipere iuxta illam Bart. sententiam communiter receptam; quæ tamen est intelligenda, procedere, vbi causa illa status vel inæstimabilis nihil haberet annexum vnde posset salarij pręstandi ęstima 11 tio fieri, secus vbi aliquid superesi † quia tunc iuxta illius rei æstimabilis æstimationem, fieret salarij suppotatio, argō eius qđ de falcidia quæ de libertatis legato detrahi non pōt, vt dictū est, deciditur in l. Iulianus, in l. planè, & in l. sed si seruus, ad l. falcid.

SVMMARIVM.

1 *Expreßio in ijs quæ dependent ex voluntate disponentis & fiunt ex abundanti nihil operatur.*
2 *Ea quæ causa dubitationis tollendæ in contractibus inseruntur, ius commune non lædere.*
3 *Legata & hæredum institutiones quomodocunque fiant seruantur, & expreßio in ijs facta de eo quòd a voluntate disponentis pendet nihil operatur.*
4 *Mutuum semper debet reßitui in eadem bonitate & qualitate etiam si non exprimatur, & ideo eius rei expreßio facta nihil operatur.*
5 *Naturalia contractuum semper insunt, & eorum expreßio nullius est effectus.*
6 *Ea quę dubitationis tollendæ gratia proferuntur, quamuis non disponant, declarant tamen.*

Quis sit effectus verborum quando aliquid exprimitur ex abundante, vel se habent verba vt genus & species.

CAP. XII.



1 Estringendus quoque tertio loco est iste effectus, † vt non vendicet sibi locum, quando aliquid exprimitur in ijs quæ dependent a voluntate, & sic fit expresio ex abundanti; tunc enim secundum Cæpol. in d. rubr. sub nu. 80. talis expre sio nihil operatur, quia 2 quæ † causa dubitationis tollendæ in contractibus inseruntur ius commune nō lædunt. l qui mutuam manda.

manda. & l. quæ dubitationis de reg. iur. exempli gratia quando lex non disponit quid seruandum sit mandat obseruari voluntatem disponentis iuxta l.j. §.si conuenerit, depos. & l.j. C. de iur. emphyt. Sed dispositio illo modo quo fit approbatur a lege veluti in legatis in quibus lex non adstringit testatorem legare purè, in diem, vel sub conditione, vel etiam in contractibus quibuscunque, si igitur legetur † quomodocunque legatum cum sua qualitate 3 erit secundum voluntatem disponentis, & operabitur vt debeat seruari; idem erit in institutione heredis. §. pen. instit. de hæred. instit. & §. omnis instit. de verbor. obligat. & in multis exemplis in tit. de inut. stipulat. in istiusmodi igitur casibus si quis exprimat quod a voluntate sua dependet, verbi causa, quia dicat lego purè Titio centum, nam illud verbum purè nihil operatur; quia eodem modo debetur, quo deberetur, si non esset facta expressio illius vocis purè. Idem potest dici, vt inquit † Bolog. 4 in d.l.3. sub nu.192. de leg.1. de mutuo facto, nam sicut per legem tenetur restituere in eadem qualitate, & bonitate eodem modo ex præsumpta voluntate tenetur restituere, in eadem bonitate, & qualitate, per l. cum de indebito de probatio. iuncta l. 5 cum quid si cert. petat. idem est † in cæteris naturalibus contractuum, quæ videntur inesse ex tacita voluntate, propter quam tacitam voluntatem lex mandat ita seruari, ita quòd æquè principaliter videntur inesse ex voluntate disponentis; etsi exprimatur eo modo quo ex voluntate insunt nihil operatur expressio quia videtur facta gratia dubitationis tollendæ, vt dicebat Bar. in d.l.iij. & ibi post illum Bologn. sub d.num.192.

6 Sed tamen † est animaduertendum, quia licet sit verum quòd ea quæ dubitationis tollendæ gratia exprimuntur nihil operantur, hoc tamē est verum quantum ad inducendam nouam dispositionem, vltra id, qđ sine dicta expressione, per ipsam dispositionem fuisset inductum; secus est quantum ad vim ipsam declaratiuam. l.ij. §. si quid in tanta C. de vet. iur. enucl. & l. hæredes palàm. §. sed & si notam de testam. & quantum ad alios effectus expressionis quos supra attigimus in prima limitatione ad 7 hunc effectum. Sed & putant † nostrates vt ociosus esse debeat effectus iam relatus quando verba se habent vt genus & species, quia tunc inquit Veron. sub nu.78. in d.rub. de uerb. significat. verba generalia respectu generis nihil operari, vt dicit esse tex. in l. sed & si adijciatur, pro soc. vbi hoc notat Bart. nam lucrum est genus, & quæstus est species, & nihilominus ibi restringitur significatio lucri vt intel 8 ligatur de lucro ex quæstu, & est ratio † secundum eum, quia vbi statim post genus apponitur species ipsi generi ponitur expositiuè seu declaratiuè, vt notat Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum in 2. colum. in fin. de fund. instruc. Vel quia ita communiter ea verba intelligi solent, cum ita etiam communiter fieri soleat, vt dicit Bart. in d. l. sed & si adijciatur 9 pro soci. Sed aduertendum est † ad hanc limitationem, quia non est simpliciter vera, tum ex ijs quæ dicit Bar. in d.l. sed & si adijciatur, dum restringit illam legem ad duos casus, quando scilicet declaratiuè, seu expositiuè apposita est species ad genus, & quando ex communi hominum vsu ita exaudi-
10 tur. Tum etiam † ex dictis per eundem Bart. in d. l. quæsitum §. si quis fundum in 3. quæst. a num. 15. vsque in finem, vbi duos casus distinguendo perpendit quando scilicet ad vnum & idem refertur genus & species, & quando ad diuersos; & nihilominus in vno quoque eorum casuum plures enumerat casus in quibus generalis dispositio cum speciali concurrens, suos operatur effectus, vt inter
11 cæteros est casus in l. hoc legatum † §. fin. cum leg. seq. de leg. 3. in l. qui vinum §. cui dulcia de vin. olei. trit. leg. in l. cum ex filio. §. filio, de vulg. & pup. in l. doli clausula in l. stipulationes commodissimum de verb. obl. & in l. sanctio legum de pœn. in quibus locis apparet verba generalia respectu generis etiā in eadem dispositione habere suas operationes, quamuis respectu specificatorum restringatur, vnde potius constituendam esse crederem conclusio-
12 nem † in contrarium, & restringendam, quando in oppositum adesset expressa, vel tacita, aut præsumpta disponentis voluntas, vt in casu d.l. sed & si adijciatur cum sociis. Qui autem istius materiæ tractationem maluerit adire poterit Bart. in d.l. quæsitum. §. si quis fundum, qui diffusius cæteris hanc materiam omnem complectitur ac resoluit, & Ias. in d.l. doli clausula de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Verba non operantur quando eo modo quo fit expressio intellecta, contra ius vel iuris communis intellectum essent.*

2 *Nisi secundum ius commune operari non posſent, quia contra ius commune operarentur.*

3 *Verba vt operentur fit locus argumento a contrario sensu etiam cum iuris communis correctione.*

4 *Verba non sortiri effectum quando ius commune disponit vt non operentur.*

5 *Intellectus ad cap. si duo cum glos. de procurator.*

6 *Verba semper recipere interpretationem a iure communi.*

7 *Lex vbi contrarium constituit eius quod quis exprimit dicimur versari in claris.*

8 *Facere quis non potest vt leges in testamento suo locum non habeant.*

9 *Verba non operantur quando idem disponerent quod ius commune.*

10 *Intellectus capit. quia in causis de procurato. capit. etsi Christus in fin. de iureiur. cum suis glos. finalibus.*

11 *Intellectus ad text. in l. 1. C. de thesaur. lib. 10. & in l. clarum. C. de auctо. præstan.*

12 *Timeri magis solet quod specialiter iniungitur quàm quod generaliter præcipitur.*

13 *Verba effectum habent quando id quod exprimunt non est in totum de iure communi.*

14 *Ecclesia vbi conceditur vt sit subiecta Papæ intelligitur vt sit exempta ab ordinario.*

15 *Statutum disponens vt aliquis citetur personaliter vel ad domum habitationis; intelligitur ita ut sufficiat alterum*

alterutrum non seruato iuris communis ordine.

16 *Verba non operari vbi iuri communi penitus conformia sint, secus vbi aliquid addunt, vel præter ius commune operari possunt.*

Vtrum effectum habeant verba quando prout exprimuntur intellecta sunt contra intellectum iuris communis, vel quando ius commune disponit, vt eorum expressio nihil operetur, vel quando id quod exprimitur erat ex dispositione iuris communis iam introductum.

CAP. XIII.

Conuenit pariter scriptores nostri, vt cesset memoratus effectus, quando verba quæ exprimuntur si intelligerentur & operarentur eo modo quo fit expressio resultarent † contra ius, atque intellectum iuris communis. Nam tunc talis verborum expressio nihil operatur, sed debet reduci ad ordinem dispositum a iure communi, hoc limitat Cæpo. in d. rub. de verbo. signific. sub num. 73 qui dicit esse casum in c. causam quę, de rescript. secundum Gemin. in d. c. si papa, in fin. de priuileg. li. 6. & probari hanc limitationem per nota. in l. vlt. §. in computatione. C. de iur. delib. & in l. ij. C. de noxal. actio. Sed hanc † restrictionem ita debemus exaudire, vt locum sibi vendicet, quando verba possent aliquid operari secundum ius commune, secus vbi secundū ius cōmune intellecta nullum producerent effectū, quia tunc eo modo quo expressa sunt debent intelligi, & contra ius commune effectum quoque producere, per ea quæ scribit Ias. in auth. quas actiones sub num. 26. C. de sacrosanct. eccl. Rip. in l. si constante, sub num. 73. fol. matr. & Crauet. de antiquit. tem. par. 4. sectio. 1. sub num. 139. ad fin. qui omnes volunt in materia iuris communis correctoria, licitā esse extensionem de casu ad casum cum iuris communis correctione, quando verba dispositionis redderetur superflua, aut aliàs dispositio efficeretur elusoria, & prout plenius dicemus infra lib. 6. in 6. limitat. materiæ correctoriæ. Si enim † pro tribuenda verbis operatione, fit locus etiam argumento a contrario sensu, cum iuris communis correctione, auth. ex testamento vbi notat Rom. & alij Recentior. de collat. Bald. in l. obseruare §. proficisci. q. 7. de officio proconsul. ergo idem dicendum erit in casu isto. at faciunt ad hæc quæ dicemus infra lib. 7. huius operis in quarta limit. materiæ pœnalis, & quæ scribit Crau. in supra citato consil. 135. sub num. 24.

Consentiunt insuper Doctores nostri prętarum effectum non procedere † qñ ius commune disponit vt expressio non operetur, vel non operetur in totum; quod verbum ipsum sonat, sic limitat Cæp. in d. rubr. de verb. sig. sub num. 74. & dicit esse casum † in c. si duo cum gl. de procur. li. 6. vbi licet instituantur duo insolidum cum clausula, quòd nō fit melior conditio occupantis nihilominus est melior conditio, & sic illa clausula, non operatur, aut certè non in totum, vt ibi, idéque etiam probat Geminian. in d. c. si papa ad si. de priuil. li. 6. Quæ limitatio non habet difficultatem duplici ratione, tum quia in dubio † semper recipiunt verba interpretationem a iure communi. l. ij. C. de noxal. c. cum dilectus, de consue. l. vlt. §. in computatione. C. de iu. de lib. cui in dubio videatur semper disponens se conformare velle. l. hæredes mei. §. cum ita vbi omnes notant ad senat. Trebel. l. quero. §. inter locatorem locat. cum si. Tum etiam † quia vbi lex contrarium uel diuersum eius quod quis exprimit, constituit, tunc dicemur versari in claro atque aperto casu legis, in quo debent facessere coniecturæ omnes ac præsumptiones, cum res versetur in liquidis & claris l. ille, aut ille. §. 1. de leg. 3. l. continuus. §. cum ita, de ver. obli. cum si. cum non possit quis facere † vt leges non habeant locum in eius dispositione, l. nemo potest, de leg. 1. l. iiij. de test. l. testandi. C. eod. Dec. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Bal. Ias. & alij in l. non dubium. C. de legi. cum socijs, & faciunt quæ dicemus infra lib. 7. in limitacione 22. materiæ pœnalis.

Addunt prædictis † Gemi. & Franc. in d. c. si papa de priuileg. li. 6. hic col. 2. post princ. vers. sed limita primò, ille, col. 2. ad fi. vers. fallit secundo, & Cæp. in d. rub. de ver. sig. sub nu. 75. vt fileat prædictus effectus, & illius conclusio, quando id omne quod cō ceditur, erat ex dispositione iuris cōis, nam tunc talis concessio nihil operatur, vt est casus † in c. quia in causis de proc. & in c. etsi Christus, in fi. de in rei. iunctis ibi gl. fi. nam in prin. tex. dum dī de iure cōi procuratorem uos constituere valeatis, tū eius constituendi auctoritatem per prętentes concedimus, inquit, i. concessum declaramus, in 2. aūt dī, vt uos, & cōuersi vestri in causis uestri monasterij, de sicle tib. alijs testibus, vt testes esse valeatis, indulgemus; & gl. in ver. indulgemus exponit, i. indultū esse ostēdimus. ad idem † est tex. in l. j. C. de thesau. li. 2. & in l. clarum. C. de auct. prestan. ubi dī frustra precib. implorari qđ iure conceditur, & quāuis tales cōcessiones nihil operētur, nihilominus inquiunt p̄dicti Doct. solere eas a superioribus fieri, q̄a magis † solet timeri quod specialiter iniūgitur, q̄ quod gñaliter concluditur. c. q̄q̄, 23. dis. c. si aduersus debere, l. iſ apud Labeonem. §. hoc edictū, de iniu. Si aūt † id qđ concederetur, non esset in totum de iure cōi, sed in parte, tunc oportet secundū eos, vt aliquid operet talis concessio, & ita intelligunt tex. in d. c. si papa, de priuile. li. 6. nam † quælibet ecclesia est subiecta, de iure cōi eccles. Ro. & ordinario, sed dum conceditur, ut sit subiecta Papæ, & uerba illa aliquid operentur, intelligitur exēpta ab ordinario, & in totū adicta pontificię ditioni, ut dicit ibi tex. & decla. Gemi. & Franc. in d. c. si papa. faciunt † ad confirmationem istius limitationis, no. d. Bar. in l. iiij. §. prætor ait sub nu. 15. de dam. inf. quē ibi sequit Alex. & Abb. in consil. 42. sub num. 2. lib. 2. qui ait quod

si statuto caueatur, vt quis citetur personaliter, vel ad domum habitationis non debet intelligi secundum ius commune, vt sit alternatiua ordinis, vt .s. personaliter,& deinde ad domum habitationis citetur in defectum personalis citationis; sed debet intelligi propriè vt iacet, vt scilicet satis sit alterutrum non seruato ordine iuris communis, vel citare ad domum, vel personaliter, quia aliquid sic intelligendo addit iuri cõmuni,& consequenter aliàs intelligendo prorsus secũdum terminos iuris communis nihil operetur arg. eius quod notat in l.non solum de re. vendicat. in l. iij. §. si rem, de legat.3. & in l. si quando, de legatis primo. Quæ Bartol.
16 † assertio facit, vt huic limitationi tunc demum locum fore credam quando concessio, quæ fieret iuri communi conformis ita in omnibus iuri communi conueniret, vt nihil omnino adderet, secus vbi intelligendo,vel interpretando aliquid addere posset, quia tunc semper concessio, vel dispositio iuri conformis operetur, & ita arbitror intelligendum esse quod memorati doctor. dixerunt temperando hanc limitationem quando concessio non in totum esset de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Verba nullius esse operationis, quando continent impossibilitatem vel repugnantiam.*
2 *Scriptura non valet vbi verba sunt ita obscura vt nullum intellectum habeant.*
3 *Voluntatem probrosam, vel turpem, aut legibus interdictam si verba contineant nihil operari.*
4 *Lex vbi resistit verborum dispositioni nullus producitur effectus.*
5 *Verba vim habere, vbi efficacia sunt secundum sanum intellectum.*
6 *Intellectus bonus, vel malus qui dicatur.*
7 *Sermo qui sanè exaudiri non potest non valet neque attenditur.*
8 *Verba quæ demonstrationis gratia proferuntur præter demonstrationem nihil operari.*
9 *Verba satis est, vt in aliquo etiam minimo operentur ne inducatur correctio factorum præcedentium.*
10 *Verba potius debent nihil operari, quàm vt iniquitas aliqua, vel illicitum inducatur.*
11 *Verba non habere effectum contra mentem disponentis.*

Alios plerosque casus referri in quibus verborum expressio inanes habet effectus.

CAP. XIIII.



1 Limitatur octauo loco supra relatus effectus † vt .s. vacet quando verba propter impossibilitatem operari nõ possunt, quia impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium, de reg iuris, vel propter repugnantiam, quia vbi verborum repugnantia inuenitur neutrũ valet. l. vbi repugnantia, de regu. iur. & notat gloss. mag. in fi. in l. per seruum, de vs. & habit. Nam vt
2 † inquit Cæpol. in d. rubr. sub num. 72. si verba ita sunt obscura, vt nullum intellectum valeant sustinere, nõ valet scriptura, l. quo tutela. §. quæ in testamento, de reg. iur. vbi dicitur, ea, quæ in testamento scripta sunt, vt intelligi non possint, proinde sunt, ac si scripta non essent; idq; notat etiam Bal. in l. voluntatis, circa princip. C. de fideicommiss. vel
3 propter † voluntatem probrosam, vel turpem, vel ineptam, aut aliàs iure vel legibus interdictam, vt est tex. instit. de legat. §. fin. in l. seruo alieno. §. si. de leg. 1. & in l. turpia, in princ. eo. tit. & not. glos. in §. nostra autem, instit. de legat. & hanc limitationem
4 ego puto † non habere aliquam difficultatem, quia vbi lex resistit verborum dispositioni illa nullum producit effectum, nec principaliter, nec consequenter, nec accessorie. l. non dubium. C. de legi. vbi omnes notant. l. si non sortem in principio, ubi Bartolus de condictio. indebiti. plenius idem Barto. in l. cum lex, de fideiuss. & faciunt tradita a Doctor. in l. 1. §. si quis ita per illum text. de verborum oblig.
5 Nona est limitatio † ad prædictum effectum, vt procedat quando verba dando illis sanum intellectum possunt operari; secus si secundum sanum intellectum aliquid non possent operari, quia tunc nihil operatur, secundum glossam, & Bartolum in l. prima, ad finem, ad municipa. & de incol. quando
6 autem † dicendus sit bonus, vel malus intellectus videndus est Veronen. in dicta rubr. in quarta quæst. quintę quæstio. princip. per totam illam quæstionem a numero 118. vsque ad finem numeri 122. & nos infra dicemus oportuniore loco.
7 Cæterum limitatio est vera, † quia intellectus ille, ac sermo qui sanè exaudiri non potest non valet, nec attenditur, Baldus in l. fin. columna prima, ad finem. C. de hæred. instituendis. facit l. qui plures, de vsufruct. leg. & d. §. quæ in testamento, infra de regulis iuris, & quod scribit glos. nota. in l. cum patrem. C. de condictio. fur. in glos. vltima, ibiq́ue Alberic. & gloss. fin. in l. fin. C. de fideicommiss. libert.
8 Decima est limitatio † in verbis, quæ demonstrationis tantum gratia opponerentur, quia præter demonstrationem illam nihil præterea operantur, Bartol. in l. cum præter. §. mensæ, de legat. secundo. l. Centurio, columna secunda, versiculo sed quid si dixi, de vulgari, & pupillari. Crauetta consilio 86. sub num. 11. Bec. in supra citato consilio 34. sub num. 30.
9 Vndecimo loco † limitatur antedictus effectus, vt satis illi dicatur esse factum, si aliquid etiam minimum operetur potius quàm inducatur correctio præcedentium pactorum. Crauetta in consilio 70. sub numero vigesimonono. & consilio 127. sub numero octauo, cui accedit Bec. in dicto consilio trigesimoquarto, sub numero trigesimoprimo.
10 XII. loco † restringitur, vt ferieturquando ex operatione verborũ induceret aliqua iniquitas, vel illicitum,

citum, Castr. in cons. 258. viso puncto suprascripto, colum. 1. lib. 2. & Corn. in consil. 119. colum. 2. ad fin. lib. 2. Crau. in d. consil. 70. sub dicto num. 29. vers. secundo respondeo, quia in illis casibus potius toleratur, vt verba nihil operentur.

11 Decimotertio loco † coarctatur, vt sileat recitatus effectus, quando verborum operatio esset contra mentem disponentis, quia tunc potius patitur lex vt verba nullius sint operationis quàm quod ad uersus mentem disponentis aliquid inuehant, l. verbis ciuilibus ibique in secundo nota. Alexand. de vulg. & pup. Aret. in l. a Titio, col. fin. de ver. oblig. Dec. in consil. 362. ad fin. quibus accedit Crauet. in dicto consil. 70. sub dicto num. 29. versicu. tertio respondetur.

SVMMARIVM.

1 *An sit licitus effectus bonæ valetudini qui producitur ex verbis orationis Dominicæ vel. symboli, vel sacrarum literarum, prolatis in infirmum, vel suspensis ad collum infirmi.*

2 *Quidque de illo effectu bonæ valetudinis qui resultat ex precantationibus quibusdam prophanis.*

3 *Verba Ioannis Chrisostomi contra portantes verba euangelij collo suspensa.*

4 *Verba Euangelij consistere in sensu, ac medulla, & in radice rationis.*

5 *Verba Euangelij vel sacrarum literarum quę proferuntur in infirmos pro illis sanandis, vel eorum collo suspendantur raro vel nunquam proferri, scribi aut inferri absque aliqua superstitione.*

6 *Fidem maiorem pręberi ab ijs qui deferunt vel proferunt verba Euangeliorum, vel sacrarum scripturarum pro recuperanda vel restituenda bona valetudine, obseruationibusque, quæ in ijs serendis, scribendis, vel pro serendis fiunt, quàm Deo.*

7 *Herbarum collectionem cum oratione Dominicali, vel symbolo permitti, ad rehabendum sanitatem.*

8 *Omnia quæcunque facimus, facere nos debere in nomine Domini nostri Iesu Christi gratias agentes Deo.*

9 *Intellectus ad cap. qui sine 26. quæst. secunda.*

10 *Scriptum continens aliquid superstitiosum, vel ad inuentionem cacodæmonum spectans omnino improbatur.*

Idem si contineat aliqua ignota nomina, vel aliquid falsitatis, ibid.

11 *Scriptum cui alij sint inscripti characteres quàm signo crucis reijcitur.*

Idemque si laboret aliqua alia vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non attineant, ibid.

12 *Reliquias diuorum quæ ab aliquibus collo suspensæ feruntur vbi sincera in D. O. M. fide ac veneratione in illos diuos ferantur licitè ferri secus vbi vanum superstitiosumuè aliquod concurrat.*

13 *Diui Thomæ sententiam in materia delationis scriptorum ac reliquiarum ab omnibus communi consensu esse receptam.*

14 *Omnes qui scribunt, portant, donant, aut portanda docent istiusmodi scripta superstitione, aut vanitate laborantia peccare mortaliter, nisi tanta sit eorum simplicitas, vt ignorantia illos excuset, vel monit resipiscant.*

15 *Omnem prolationem, scriptionem, ac delationem verborum diuinorum pro recuperanda sanitate innixam alicui superstitioni aut vanitati reprobatam esse.*

16 *Omnes precationes quæ fiunt in nomine Domini nostri Iesu Christi simpliciter, ad seruanda corpora, esse licitas.*

17 *Omnes incantationes quæ fiunt cum oratione Dominica vel symbolo sine superstitione, ac variatione sunt licitæ.*

18 *Omnes incantationes quæ fiunt ex verbis diuinarum scripturarum, & sanctorum modo fiant in nomine Domini nostri Iesu Christi, & sub spe ac fide aduocationis eorundem diuorum sine superstitione ac vanitate permissas esse.*

19 *Duobus capitibus omnem hanc materiam concludi.*

20 *Vt vbi ex fide sint ac sine superstitione, & vanitate istiusmodi actiones semper sint licitæ ac probatæ, vbi verò vanitatis ac superstitionis vitio laborent sint illicitæ ac reprobatæ.*

Duodecimum verborum effectum non minus vtiliter quàm accuratè discuti, an licitum sit incantamentis ex sacris verbis prolatis, uel præscriptis restitutionem bonæ valetudinis procurare.

CAP. XV.

1 QVantum ad postremum illum effectum † diducitur omnis illius disputatio in duo capita, quorum altero tractabimus, an sit licitus ille effectus bonæ valetudinis, qui inducitur ex verbis orationis Dominicæ, vel symboli, vel ex alijs verbis sacrarum literarum, siue illa proferantur siue deferantur super infirmos, vel male se habentes? Altero differemus,

2 quid censendum sit † de istiusmodi effectibus qui proficiscuntur a profanis quibusdam precantationibus, quibus in dies magno cum animi stupore videmus, læthalia vulnera, dolores incurabiles, venenosos serpentium morsus ictusque, ac sexcentas alias infirmitates nulla medicorum ope sanabiles curari, atque resolui?

Quod attinet ad primum caput videtur non leuem inijcere

3 scrupulum, quod scribit † Ioannes Chrysostomus super Mathęum, quem refert Veronen. in dicta rubrica de verborum significatione, sub numero 95. Quidam vnam partem Euangelij ad collum portant, sed nonne Euangelia in ecclesia, in auribus posita nihil prosunt? Quomodo ergo possunt circa collum posita sanare? Deinde vbi est virtus Euangelij, in figuris literarum, an in intellectu, & sensu? non in figuris circa collum suspensis, sed in intellectu, ideo

melius in corde posita sunt, quàm circa col-
4 lum suspensa. Sed Ioannis Chrysostomi † dicto non est inferius quod relatum est ex diuo Hyeronimo in cap. Marchion & Basilides 1. q. 1. vbi nec putamus, inquit ille, esse in verbis scripturarum Euangelium sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis. si enim Euangelium neque in verbis, neque in scripturis consistit, sic nec Dominicalis oratio, nec symbolum: ergo ex eorum verbis non videtur
5 aliquis licitus effectus posse produci. Rursus † accedit quòd nunquam, vel per rarò istæ prolationes verborum diuinarum scripturarum videntur proferri, scribivè, seu deferri, absque aliqua superstitione, quia vel dicuntur in aurem infirmi, vel cũ certis ligaturis, vel quia suspenduntur breuia ad collum per puerum virginem vel ieiunum, vel certa hora, vel certo loco, vel cum aliqua alia superstitione, vel obseruatione improbata, quo casu absolutè remanet illicitus, ac detestabilis, quicunque effectus resultans ex tali prolatione, vel delatione, vel scriptione, per ea, quæ scribit Archidiac. in cap. non liceat 26. qõ. 5. ibique Aegid. Bellam. ex assertione diui Thomæ, & cap. in d. rubr. sub num. 97. & in terminis incantationis, quæ fit in serpentes, & reliqua animalia sic resoluit sum. Angel. in ver. superstitio. sub nu. 8. ver. sed quia & Alber. in l. eorum sub num. 3. ver. sed quia plerunque. C. de malefi. & mathema. quia ex talibus obseruationibus magis
6 videtur † in eis poni spes, quàm in Deo, vel verbis diuinis; cui sententiæ accedit quoque Paul. Ghirlan. de sortil. q. 11. sub nu. 28. vbi in eandem sententiam citat Io. Lac. in sum. confess. q. 15.

7 Pro contraria sententia videtur adesse tex. in d. capitu. non liceat 26. q. 5. vbi permittitur collectio herbarum medicinalium tantum cum symbolo diuino, aut oratione Dominica, vt tãtum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. & in cap. non obseruetis ea. caus. q. 7. in illis verbis, præter symbo-
8 lum, & orationem Dominicam; accedit † quod si omnia quæcunque agimus in verbo, aut opere, omnia in nomine D. N. Iesu Christi facere debemus, in quo viuimus, mouemur, & sumus, gratias agentes Deo; vt habetur in dicto cap. non liceat in primo respon & in cap. non obseruetis ad fin. 26. q. 7. & habetur ad Corinth. 1. cap. 10. ad Coloss. cap. 3. & Actu. cap 17. & tradunt communi consensu Doctor. in rubr. de oper. no. nunt. in illa q. an in instrumentis facienda sit inuocatio diuini nominis; certe in procuranda recuperatione bonæ valetudinis, verbis diuinis vti poterimus in nomine D. N. Iesu Christi, & optimus omnis effectus inde resultans
9 licitus erit. Rursus † habetur in eandem sententiam tex. in cap. qui sine 26. quæst. 2. ubi reprobatur tantum illa procuratio sanitatis, quę sine saluatore fit; ergo a consequenti necessario, illa, quæ cum saluatore procurabitur, & medio eius diuinorum verborum impetrabitur, licita erit, ac permissa. Quamobrem Archidiac. in dicto cap. non liceat, & Aegid. Bellem. ibi post diuum Thomam in 2. 2. quæstio. 96. in huiusmodi probationibus, ac scriptionibus diuinorum uerborum, eorumque ad collum
10 suspensionibus duo præcipuè † consideranda esse asserunt; quorum alterum est, vt videatur quid sit id, quod scribitur, vel profertur; quia si est aliquid ad inuentiones cacodæmonum pertinens, manifestæ est superstitionis, & ideo omnino reijciendum, similiterque ait esse cauendum; si obtineat aliqua ignota nomina, ne sub illis aliquid illicitum lateat, quia vt Chrysostomus inquit, multi confingunt hebraicè aliqua nomina Angelorum, & scribunt, & allegant, quę non intelligentibus metuenda uidentur. Prætereaque aduertendum esse, ne aliquid falsitatis in talibus scriptis adhibeatur, quia sic nullus bonus effectus expectari posset a Deo, qui non est
11 testis falsitatis. Alterum † quod præcipuè perpendendum esse ait, est ne aliqui characteres præter signum crucis inscribantur, neve spes habeatur in modo scribendi, aut ligandi, vel in quacunque alia vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam nõ pertineat: quia hoc uideretur superstitiosum, vt videtur probari in d. cap. non liceat, propter eaque om-
12 nino repellendum esset. idemque in ijs † esse ait, qui collo suspensas ferunt reliquias sanctorum. nam si portantur reliquiæ tales ex fide, quam in Deum habeat, & illos diuos, quorũ reliquiæ sunt, is qui illas ferat, non erit actus illius delationis illicitus. Quid si circa hoc attenderetur aliquod vanum puta ut vasculum quo exceptæ conderentur magis trigonali, vel tetragonali, quàm sphęrica forma elaboratum, vel econtra foret; aut aliquid aliud quod ad Dei reuerentiam non attineret, aut sanctorum ut superstitiosa atque illicita illa reliquiarum delatio ac bonæ valetudinis, seu vitæ præseruationis procuratio esset omnino abominanda, &
13 hanc † diui Thomę sententiam recipiunt Bar. & Alber. in d. l. eorum. C. de malefi. & methema. a quibus non videtur ibi dissentire Salycet. & plenius sequitur Cæpol. in dicta rubr. de uerborum significatione. Paul. Ghirl. de sortileg. quæstione 11. ad finem sub numero 28. summ. Angel. in uerbo superstitio, sub numero 70. quæ hanc traditionem diui Thomæ in quinque requisita partitur, ubi, & Vngarel. in additio. ad dictam summam qui attestatur sub litera F, ad finem. quasi omnes summas hanc sententiam sequi. & quicunque scribunt, aut portant, aut donant, aut uendunt, aut portanda
14 docent, peccant mortaliter, nisi adeo † fuerint simplices atque ignari, ut ignorantia illos excuset, qui tamen si moniti hac in re instructi uè non resipuerint, non excusantur, vt refert idem Vngarel. loco iam relato ex ver. & Archi. florent. in secunda parte, titu. 23. in fine primi capitu. ex qua resolutione. Cæpol. in dicta rubrica, sub numero 97. cum quatuor sequent. constituit quatuor conclusiones quibus omnem complectitur hanc materiam.

15 Quarum † prima est, quòd omnis prolatio, scriptio, & delatio verborum diuinorum, quæ fiat etiá ad præseruandam, uel recuperandam sanitatem corporis humani vbi innexa sit alicui superstitioni non est licita, sed prorsus prohibita.

16 Secunda est, † quòd omnes incantationes, quæ

fiunt

fiunt sub nomine D. N. Iesu Christi etiam ad sanandum corpora sunt licitæ, quia omnia quæ facimus &c. dicto cap. non liceat & dicto cap. non ob-
17 seruetis. Tertia est † quod omnes incantationes quæ fiunt cum oratione Dominica, vel cum symbolo sunt permissæ vbi aliquid superstitiosum non interueniat iur. proximè citatis.

18 Vltima est, † quod omnes incantationes quæ fiunt cum quacunque alia oratione vel verbis diuinis, vel sanctorum, sunt permissæ, ac licitę, dummodo fiant sub nomine Domini N. Iesu Christi, & sub spe ac fide illorum sanctorũ, quorum sunt verba, ac orationes, non immiscendo aliquam falsitatẽ, vel characteres, aut nomina incognita, dubitat tamen de hac postrema conclusione se remittendo determinationi sacrosanctæ matris Ecclesiæ.

19 Ego autem † non recedendo a traditionibus sacrorum canonum Theologorum, atque antiquorum Patrum iuris pontificij interpretum, refero summam istius omnis disputationis ad dua capita; aut enim sumus in ijs probationibus, scriptionib. & delationibus diuinorum verborum, quæ solæ sunt innexæ illi fidei quæ in trinum & vnum Deũ, Christique Ser. nostri Opt. Max. gloriosissimam Virginem matrem eiusque diuos debitèr ferẽdo, habenda est sine aliquo cultus diuini vitio; aut quæ aliqua superstitionis labe affectæ sunt, quale-
20 cunque vitium illud sit. Priore casu † semper sunt licitæ semper permissæ & nulla ex parte improbabiles erunt, & sic procedant ea quæ pro parte affirmatiua supra considerata sunt. Posteriore semper abominabiles erunt, sicque exaudienda sunt quæ supra adduximus pro parte negatiua & hæc in summa vera est ac germana resolutio quam medullitus tradit diuus Thom. lo. iam relato & sequuntur. Theologi omnes, ac iuris Pontificij interpretes alijque proximè citati.

SVMMARIVM.

1 *An precationes profanæ quæ pariunt mirabiles effectus curationum infirmorum sint permissæ.*
2 *Incantationes prophanas videri de iure ciuili esse receptas modo fiant ad curanda mala.*
3 *Incantationes pro colligendis herbis medicinalibus non videri esse prohibitas, etiam de iure canon.*
4 *Reprobatio nulla, illicitumve nullum consideratur in ijs in quibus certa est causa.*
5 *Herbis, verbis, & lapidibus inesse virtutes ad huiusmodi effectus producendos.*
6 *Rerum magistro vsu percipi, incantationes prophanas prodesse ad inducendas sanitates, in male se habentes homines, medicorum ope destitutos.*
7 *Matres infideles male agere quæ pro sanandis filiorum languoribus ad huiusmodi prophanas incantationes recurrunt.*
8 *Magicas artes, incantationesque infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre.*
9 *Omnem inquisitionem & peruestigationem quæ fiat magorum dæmonumvè opera ad vitæ valetudinem procurandam, non salutem esse, sed mortem.*
10 *Communem Doctorum resolutionem esse, vt de iure ciuili incantationes prophanæ possint fieri ad recuperandam sanitatem, de iure vero pontificio non.*
11 *Auctorem verò opinari quòd non sit ea nota inurenda iuri Cæsareo, quo non credit ille permissas esse huiuscemodi præcantationes prophanas.*
12 *Constantinum Imperatorem fuisse Christianum, deque Romana, ac catholica ecclesia benemeritum.*
13 *Intellectus ad legem eorum. C. de maleficis, & mathemat.*
14 *Incantationes prophanas tam de iure ciuili, quàm pontificio esse prohibitas.*
15 *Ius ciuile in materia peccati ac spirituali deserre cedereque iuri canon.*
16 *Artem illam per quam ad incantationes profanas proceditur, iure ciuili esse reprobatam.*
17 *Argumentum per locum a coniugatis esse concludens.*
18 *Vsuram ob reprobationem de illa factam de iure canonicô intelligi quoque improbatam esse de iure ciuili secundum communes doctorum sententias.*
19 *Ius ciuile attendendum non esse in materia peccati, sed iuri canonico standum esse.*
20 *Intellectum ad capit. non obseruetis, & cap. non liceat 26. quæst. 5.*
21 *Inuocatio dæmonum quando expressè vel tacitè accedit operationi, non potest dici operatio proficisci ex ratione naturali.*
22 *Experientiam operationum dæmonum non esse concludentem, quia ex permissu Dei fiunt.*
23 *Incantationes prophanas esse prohibitas abominabiles ac punibiles.*
24 *De iure ciuili pœna concremationis.*
25 *De iure canonico pena fustigationis.*
26 *Quam dicit Dominus Clar. receptam esse de consuetudine.*
27 *Neque in ijs confiscationis bonorum pœnam locum habere.*
28 *Incantationes ad furta detegenda non facere indicium ad torturm.*

Incantationibus profanis fas ne sit pristinæ valetudinis restitutionem implorare.

CAP. XVI.

1 QVantum ad secundum caput † ꝯ spectat ad precantationes illas prophanas ex quibus proficiscuntur admirabiles illi effectus curationum vulnerum, ac morborum, medicorumq; ope non sanabilium. Primo obtutu siue ius ciuile inspiciamus, siue pontificium, vtroque casu concludendum videtur illas permissas esse, ac
2 licitas, ac ad salutem toleratas. De iure † enim ciuili est tex. in l. eorum. §. nullis. C. de malefi. ac math. in hæc verba. Nullis verò criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in aggrestib. locis innocenter adhibita sufragia,

fragia, ne maturis vindemijs metuerentur imbres, aut uentis, grandinisque lapidatione quaterentur, quibus non cuiusquam salus, aut æstimatio læderetur, sed quorum proficerent actus, ne diuina munera, & labores hominum sternerentur. ibique Bal. notat ex d.l.quam legit cum l.1.ad fin. incantationes quæ fiunt ad remedia esse licitas & posse fieri, idemque faciunt Bar. Alberi. & Saly. Ad idem vi-
3 dentur † esse tex. in d.c.non liceat & in d.c.non observetis, in quibus permitti videntur istæ incantationes in colligendis herbis medicinalibus pro recuperanda procurandaque bona valetudine. Ac-
4 cedit † quòd in ijs in quibus certa rationis est causa, nulla considerabilis est reprobatio vllumvè illicitum d.c.non liceat in fin. 26. q. 5. vbi notant Ar-
5 chidiac. & Bellem. Sed † in herbis, verbis, & lapidibus dicuntur inesse virtutes ad huiusmodi effectus producendos, vt tradunt supra relati Doct. in d.c. non liceat, & de verbis habetur in cap. nec mirum, 26. q. 5. de herbis habetur in d.c.non liceat, & in c.
6 fi. ead. q. & de lapidibus traditur in d.c.fi. facit † insuper quia rerum magister vsus docet innumeras ægritudines incurabiles, & læthales vulnerationes Medicorum ope destitutas, istis præcantaminibus curari, ergo ab experientia arguendo. §. quę omnia instit. de satisf. & c.quam sit de elec. lib.6. dicendum
7 erit illa esse licita ac permissa. Contrariam tamen † sententiam vti veriorem ac probabiliorem plura videtur adstruere, atque imprimis tex. in cap. quoniam non cognoui 88. distin. vbi dicitur peccatum esse habere filios, & quòd vbi capitis afficiantur grauedine, matres infideles querunt eis ligaturas sacrilegas, & incantationes, omniaque ista esse pec-
8 cata hominum & non rerum. ad idem est † tex. in c. admoneat 32. q. 7. qui ex diui Augustini auctoritate ait; admoneant fideles sacerdotes populos, vt nouerint magicas artes, incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum, nihil posse remedij conferre, non animalibus languentibus, claudicantibus, vel moribundis quidquam mederi, sed hos esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanũ decipere nititur, & si quis hoc executerit clericus, degradetur, laicus anathe-
9 matizetur. in eundem † sensum adducitur tex. in c. qui sine saluatore, vbi ex diuo August. in libris de ciuita. Dei. 26. q. 2. omnem inquisitionem ac pernestigationem, quæ fit magorum dæmonumvè opera, ad vitæ valetudinem procurandam non salutem esse sed mortem, & eum qui talia procuret non sanum fieri sed ęgrum perpetuaq; ægritudine illum
10 laborare. Rursus perpenduntur † tex. in cap. non liceat, & in cap. non obseruetis, vbi omnia quæcunque facimus, in nomine D. N. Iesu Christi facere debemus gratias agentes Deo. Communis reso-
11 lutio Doctorum † in hac controuersia est, vt si loquamur de iure ciuili, procedat opinio affirmatiua; si verò iuris pontificij dispositionem perpendamus, progrediatur negatiua sententia; sic enim resoluunt Bar. & Saly. in d.l.eorum & Cæpol. in d.rubri. sub num. 91. & seq. qui sub nu. 93. respondet ad ea quæ in oppositum fuere deducta. ego in hac re
12 † nunquam adduci potui, vt consentirem memoratis patribus, qui hanc notam inusserunt iuri Cæsareo, quasi permitteret istiusmodi sacrilegas atq; abominabiles incantationes, dæmonumque inuocationes, præsertim cum illius. l. eorum, constitu-
13 tio fuerit Constantin. † Imperat. qui fuit Christianus, tanquam de Ecclesia Dei benemeritus, capit. Constantinus 88. distinct. vnde mihi videtur veriorem, ac probabiliorem sententiam fuisse amplexus Ang. in d.l.eorum, qui cum ex illo textu hunc in modum annotasset; Nota posse incantari grandines, vt
14 non noceant, statim subijcit, & intellige † in virtute diuina, & non per inuocationem dęmonum, quia illud est prohibitum omni iure. Resoluo igitur constituendam esse hunc in modum conclusionem,
15 † vt non solum de iure pontificio, sed etiam ciuili interdictę, reprobatæ, atque vndequaque abominabiles sint omnes incantationes, quæ fiunt tacitè, vel expresè dęmonum ope implorata, vel in quib. aliquid interuenerit superstitiosum, atq; vero Dei cultu alienum, & ratio quę me in hanc sententiam
16 mouet, illa est, † quod in ijs, in quibus agitur de materia spirituali ac peccati ius ciuile semper defert, accedítque iuri canonico. l. placet. ubi Barto. C. de sacrosanct. eccles. §. hactenus, instit. de gradi. vbi Ang. & alij post gl. Abb. & cæteri in c.1. de ope. no. nuntia.
17 Altera est, † quòd ars illa, per quam ad huiusmodi incantationes proceditur, etiam iure ciuili in totum est prohibita, interdicta atque damnata. l. ij. & iij. l. nemo, & l. multa. C. eod. tit. de male fi. & mathema. ergo & omnes effectus ex illa resultantes ar-
18 guendo per locum a coniugatis. † l. damnato. C. de hær. & mani. l. j. de iusti. & iur. cum socijs citatis.
19 Doctor. topicis in hoc loco. Tertia est, † quia reprobata vsura de iure canonico, vt in decr. & clem. in tit. de vsur. conueniunt doctor. vt illa quoque sit reprobata de iure ciuili, quamuis multa constituát leges ciuiles super usuris, vt per Ale. no. l. si non sortem in prin. de condic. ind eb. in cons. 80. ad fi. lib. 3. in cons. 49. in prin. vol. 4. in cons. 141. colum. 1. li. 5. & in cons. 1. & 2. lib. 1. Bar. Soc. in cons. 2. col. pen. sub nu. 15. lib. 1. Rui. in cons. 45. col. 3. sub num. 9. lib. 4. Paris. in cons. 54. sub nu. 60. lib. 1. Didac. li. 3. varia. resol. cap. 1. sub num. 5. & 6. vbi testatur communem. Rolan. a Val. in consil. 35. sub num. 26. & in cons. 75. sub num. 40. lib. 1. & consil. 55. sub nume. 11. lib. 2. vbi & ipse frequentiore ita receptum fore calculo docet, ergo idem erit in casu nostro, vt cum sacrorum canonum iure prorsus detestabiles ac punibiles sint factę istiusmodi dæmoniacę ac superstitiosæ incatationes, quibus antiquus humanis generis hostis tentat assiduè subuertere parum fidelium mortalium animas, vt habetur in d. cap. admoneant, idem sit dicendum de iure ciuili, quando nuncupatim non essent reprobatæ, vt supra
20 damnatas esse ostendimus. Neque mouent † ea quæ supra pro parte affirmatiua adducta sunt, nã ad tex. in d.l.eorum. §. nullis, satis respondet Ang. ibi & s.d. est, vt. s. debeat intelligi in vim inuocationis, atq; implorationis nominis diuini, & nõ dæmonũ; quo intellectu sic se habẽte omnis cessat hęsitatio;

cum

cum præsertim remaneat confirmatus ex ijs ratio-
nibus, quas proximè consideravimus, & quando
21 etiam daretur † ita iure ciuili fuisse receptum ante
introductionem iuris Pontificij, nihilominus haud
deberet iuris ciuilis ea in parte constitutio atten-
di, sed in illa qua proditum est ius ciuile sacros ca-
nones imitari in materia spirituali, & peccati, vt p
Abb. & alios in d.c.1. de ope.no.nun. Bar.q; ac cęt.
22 in d.l.placet. C. de sacr.ec. cum si. Nil quoq; † profi
cit illi parti tex. in d.c.non liceat, & c.non obseruę-
tis. quia illa iura loquuntur in materia diuinæ inuo
cationis, non dęmonicę, vt supra declaratum fuit
in proximo præcedenti capite. Non obstat simili-
23 ter quod † vbi certa est rōnis causa &c. & cp in ver-
bis sint virtutes; quia respondetur, quod qñ tacita,
vel expressa accedit inuocatio dæmonum non pōt
ille effectus dici procedere ex ratione naturali, sed
ex operatione dæmonum; qui in hisce inferiorib.
partibus multa possunt ex permissu Dei. & ideo nō
deseruiunt nota. per Archid. & Bellem. in d.c.non
24 liceat. Non prodest † etiam cp eam partem adiuuet
experientia, quia respondet D. Aug. in c. nec mirū
ante finem 16. q.5. non propterea credendum esse
istis operationibus, quæ non ex propria virtute, sed
permissu Dei si. nt, vt qui illas audiunt, vel vident
probentur & appareant quali in fide sunt ac deuo-
tione erga Deum. & ideo nihil ex tali experientia
25 inferri potest, constituendum igitur est †, absolutè,
tales incantationes esse prohibitas; abominabiles,
detestabiles, ac punibiles; & propterea inquit Boss.
in tit. de homicid. sub nu. 18. in l. nullus. C. de ma-
lesi. & mathema. quæ est tertia huius tituli, impos-
26 tam esse pęnam † concremationis. De iure tñ cano
nico esse constitutam pœnam fustigationis, si reus
sit vilis conditionis, aliàs perpetui carceris, c. cōtra
idolorum 26. q.5. quem tex. non esse alibi dicit Ro-
ma. sing. 667. incip. Tu scis, Blanc. de indic. in versi.
incantationes sub nu. 402. quamuis Exodi c.22. di-
catur mathematicos non patieris super terram vi-
uere. & D. Clar. in §. hæresis sub nu. 25. ver. pœnam
27 autem ad finem d. §. ait de consuetudine † non ser-
uari pœnam iuris cōis, sed imponi pœnam fustiga-
tionis secundum Nun. de Cos. coregidores fo. 259.
sub nu. 2. vel secundum aliquos illos duci in publi-
cum cum mitra in capite depicta, & deinde eijci ex
tra vrbem, vt attestatur Berb. in Viatorio iuris in
28 rubr. de sortileg. circa finem. & ideo † inquit quòd
cum superioribus annis in causa cuiusdam Angelæ
Cornetanæ imputatæ de sortilegijs, maleficijs, &
incantationibus dubitatum fuisset, an esset impo-
nenda pœna confiscationis bonorum. Senatum
consuisse non esse imponendam die 26. Augu-
29 sti 1563. P. N. Secretario, & adeo † leuis sunt
considerationis in præiudicium tertij incantatio-
nes istæ, quæ fiunt ad inuenienda furta, vt nec fa-
ciant indicium ad torturam, vt per Boss. in d.tit. de
homicid. sub num. 19. post Ang. in l. verbum. C. de
infam. & Brun. in tract. de tortur. colum. 12. versi.
quæro an diuinatio Blanc. de indicijs, in versic. in-
cantationes, sub numero 397. ver. aduerte quod
prędicta.

SVMMARIVM.

1 *Effectus alios quindecim verborum ab Auctore adijci*
præter consideratos a Cæpol. cum plurib. seq.
2 *Stipulationem firmissimum omnium esse contractuum*
cum interrogationeque præcedente, ac responsione
subsequente fieri ad ostendendum magis deliberatum
animum promissionis volentis se obligare ad nutum
arbitriumque interrogatoris.
3 *Stipulationem triplici munitam esse funiculo, contenta*
solennitate verborum, & præsentia personæ.
4 *Stipulationem esse magis solemnem contractum omni-*
bus contractibus nihilque illi addi posse præter id
quod a lege statutum est.
5 *Acceptilationis illam esse virtutem vt tollat omnis ge-*
neris obligationes in aquilianam stipulationem, &
verborum obligationem prius deductas.
6 *Acceptilationem verbis solemnibus concipiendam esse.*
7 *Nouatione tolli omnem priorem obligationem, atque in*
posteriorem transfundi.
8 *Delegatione à priore debitore in delegatum transfundi*
omnem obligationem.
9 *Sponsalia ac matrimonia verbis absoluenda esse ab ijs*
qui loqui possunt.
10 *Hæredum nomina ore proprio à testatoribus pronun-*
tianda esse enuntiatiuè, vel relatiuè.
11 *Exhæreditationem liberorum verbis expressis in paren*
tum testamentis concipiendam esse.
12 *Liberos vlterioris gradus quàm primi posse nanciscipri*
mum gradum in potestate testatoris, & ideo vel hæ-
redes instituendos esse vel exhæredandos verbis ex-
pressis.
13 *Verba generaliter in omnibus contractibus dilucidè ac*
clarè concipienda esse, alioquin contra pronuntian-
tem interpretari.
14 *Verba esse necessaria ad stabiliendum, constituendumq;*
omnem contractum, quæ soli verborum obligationi
nomen dederint.
15 *Verba ligare homines.*
16 *Libellus vt sustineatur verba patiuntur omnem inter-*
pretationem.
17 *Res in libellis describi oportere.*
18 *Actiones verbis expressis proponendas esse in libellis*
quamuis non nominatim.
19 *Clausulas salutares exprimendas apponendasque esse in*
libellis.
20 *Positionibus respondendum esse clarè purè ac simpliciter*
aliàs fieri interpretationem contra respondentem.
21 *Inferrique ad statuta Ticinensia, & nouas constitu-*
tiones status in materia positionum.
22 *Testes in ijs quæ per sensum corporis non percipiuntur*
etiam non interrogatos debere eorum dicti causam af-
ferre vt probent.
23 *Protestationibus in faciendis, productionibusque, ac*
accept. instrumentorum iudiciarijs magnam esse ver-
borum vim.
24 *Sententias verbis dilucidis, perspicuis, & claris concipiendas esse.*
25 *Sententias libellis debere esse conformes.*
26 *Magni est effectus ob statuta nouasq; constitutiones qui*
bus prohibetur appellatio a duob. sententijs cōformib.

27 *Intellectus, §. lata in nouis conſtit. in tit. de appellat.*
28 *Proteſtationum quoque extraiudiciariarum verbis, nobis iura conſeruari.*
29 *Reſcriptorum in diſpoſitionibus attendi tantũ, quod verbis expreſſum eſt, non etiam quod fuit ſupplicatum.*
30 *Libelli ſupplicis verba, reſcripti obſcuri verba declarant.*
31 *Libelli ſupplicis verba contra proferentem probare.*
32 *Priuilegiorum verba quamuis debeant operari, eſſe tamen intelligenda quanto ſtrictius fieri poterit.*
33 *Formæ verba adeo eſſe præciſa, vt nec augeri, nec minui, nec immutari valeant.*
34 *Renuntiationum verba ad non expreſſa, neque futura, neque incogitata trahi.*
35 *Materiæ per alios diligenter elaboratæ aliqua non contemnenda addere ſatis eſſe.*

Quindecim alios effectus verborum cęteris antiquioribus conſideratis præter cæteros addi,

CAP. XVII.

DOſſent alij quoq; verborum effectus colligi tam ex ijs quæ ſupra quàm quæ infra dicemus varijs in locis, ſed ne videamur velle hanc omnem materiam ad hoc vnum caput redigere a proprijsq; locis ad improprios illam transferre hactenus de effectibus verborum
1 dixiſſe ſufficiat, illo interim non omiſſo † Decimũ tertium maximè verborum effectum perpendi poſſe in obligationibus verborum, quæ proficiſcitur ex ſtipulationibus quę firmiſsimę ſunt omnium humanarum conuentionum & ſcribunt Cyn. & Bal. in l. ſi ex pretio C ſi cer. petat. & tradũt communiter ſcribentes in rubr. de verb. obligat. &
2 † quę cum illa arctiſsima ſolemnitate verborum precedentis interrogationis, & ſubſequentis reſponſionis inuẽtæ ſunt, ut eo pacto magis exprimeretur promittẽtis cõſenſus, illiusq; animi deliberatio ac certitudo ad ſe obligandum nunc arbitrioq; creditoris futuri, vt per Caſtr. & Alex. in d. rubr. in penul. q. Soci. num. 16. magisque communi ſcripturarum conſenſu eſt receptum ut ibi teſtatur Ver. ſub. nu. 120. Nig. ſub num. 121. Galial. ſub num. 106. & Soci. den. ſub num 247. iuncta declaratione per nos ibi
3 tradita, tripliciq; funiculo, † ut inquit Rip. in d. rubr. ſub num. 130. ſunt alligatæ, videlicet conſenſu, ſolennitate uerborum, & præſentia partium. l. v. in prin. &. §. qui præſens de uerb. obligatio. & propterea ſunt omnibus contractibus ſolemniores; quia
4 eis nihil addi poteſt † præter id quod a lege ſtatutum eſt, ut per Bal. in d. l. j. & facit tex. in l. j. §. opus nouum de oper. no. nunt. Decimusquartus effectus
5 † eſt acceptilationum in quibus ea eſt uerborum uirtus, ut omni obligationi cuiusque generis ea ſit in ſtipulationem deducta quæ aquiliana uocatur, poſtea ea omnis obligatio uerborum acceptilatione ſubiecta tollatur; quæ tamen verbis ſolemnibus
6 † cõcipienda eſt. l. & uno. §. eius rei de acceptilat. §. item per acceptilationem, &. §. eſt autem inſtit. quibus modis tollit. obligat. Decimusquintus eſt
7 † effectus uerborum in nouationibus ut in. l. ult. C. de nouat. & in. l. j. & 2. & per tot. illum tit. ff. de nouatio. in quibus ea eſt uerborum uis, ut accedente partium conſenſu tollatur prorſus omnis illa prior obligatio, atque in poſteriorem transfundatur. d. l. j. & 2. de nouatio. & ibi notat. per gloſ. & Doctor. cuiuſque generationis ſit illa obligatio, ut ibi dicitur & probatur in §. præterea inſtit. quib. mod.
8 tollit. obligat. Decimusſextus eſt effectus † in delegationibus debitorum prẽſentium ac conſentientium delegari in quibus illa eſt uerborum efficacia, ut a priore debitore in delegatum transferatur omne obligationis onus; ab illoq; exigi poſsit, quod a priore debitore debebatur. l. j. & 3. C. de nouat. & delegat. l. delegere. ff. eo tit. Decimuſeptimus eſt
9 effectus † in ſponſalibus & matrimonijs, in quibus ſecũdum eccleſiam uerba ſunt neceſſaria, in ijs qui loqui poſſunt ad contrahendam illam diuini humaniqueiuris coniunctionem ac indiuiduam vitæ conſuetudinem cap. tuæ ubi gloſ. & omnes notant de ſponſal. iuncto §. 1. inſtit. de patr. poteſt. &. l. j. de rit. nupt. cum uti obique notat. tradunt. Doctor in d. l. j. de uerb. obligat. in prin. dũ de muto ille tex. loquitur arguuntque contra illum text. in d. cap. tuæ
10 de ſponſal. Decimusoctauus eſt effectus † in teſtamentis, propter expreſsionem nominis hæredum a teſtatoribus faciendam, ore illorum proprio enuntiatiuè uel relatiuè, alioqui teſtamenta non ualent, l. iubemus. C. de teſtam. cum ibi notat. per gloſ. & Doct. in l. hæredes palàm in prin. ff. eo. tit. ubi pariter Doctor notant. Decimusnouus eſt effectus
11 in eiſdem teſtamentis ratione præteritionis uel exhæredationis, quæ neceſſario uerbis exprimenda eſt, uel in perſona liberorum primi gradus, quæ ſunt uel futuri eſſent in poteſtate teſtatoris ſi nati eſſent iuxta. l. inter cætera de lib. & poſthum. inſti. de exhæred. lib. in prin. §. j. & §. poſthumi, ut. l. poſthumus & l. poſthumi eo tit. uel etiam eorum quili
12 cet ulterioris † ſint gradus poſſunt tamen nanciſci primum gradum in poteſtate teſtatoris, uel quia in defunctorum locum ſuccedendo iam nacti ſunt. l. Gallus in prin. & §§. ſeq. uſque ad. §. nunc *delege* uelleia, & ab eo. §. uſque in fin. legis &. l. poſthumorum eo. tit. de lib. & poſthum. & §. poſthumorum
13 inſtit. de exhæred. liber. Vigeſimus eſt † generalis ad omnes contractus, in quibus uerba debent purè, plenè, dilucide, ac latè concipi alioqui, patiuntur interpretationem contra eum qui illa protulit. l. veteribus de pact. cum ibi nota. a gloſ. & a Doct. l. labeo de contrah. emptio. l. quidquid adſtringen
14 dæ de uerbor. obligatio. cum ſocijs, & ſunt † uerba ad ſtabiliendum conſtituendumq; omnem contractum neceſſaria, quamuis ſoli obligationi quæ progreditur ex ſtipulatione nomen dederint, ut per Doctor. in rubr. de uerb. obligat. inſtit. de uerb. obligat. in prin. & l. j. §. uerbis &. l. obligamur de actio. &
15 obligatio. Vt enim ille ait, uerba † ligant homines taurorum cornua funes; cornu bos capitur, uoce ligatur homo, ſecũdum gloſ. inſtit. de obligat.

in

in prin. ubi id not. communiter Doctor. & præſertim Bello. ibi ſub num. 27. ubi, & nos quandoq; diximus, ſpec. in tit. de aduoc. §. utriuſque ſub nu. 21.
16 Vigeſimus primus † eſt effectus in iudicijs, reſpectu libellorum quia illorum ſuſtinendorum gratia omnem patiuntur interpretationem. l. ſi quis in tentione de iudic. l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi iuratuero, ubi inter cæteros Iaſ. de iureiur. idemq; Iaſ. in
17 L quoties de uer. obligat. & ſupra diximus pleniusq; dicemus infra lib. 2. item † ratione rerum deſcribendarum in ipſis libellis. l. ſi in rem cũ ibi nota. de rei
18 uendicat. cauſa actionum † in eiſdem proponenda rum ut per gloſ. Ang. Iaſ. & alios inſtit. de actio. in princ quàmuis non ſit opus actionis non enunciatim exprimere in libello ſecundum communem, de qua teſtatur Iaſ. in §. omnium ſub nu. 165. & in §. ſed iſta ſub num. 69. de actio. in not. Abb. Fely. & alios in cap. examinata de iud. per omnes in
19 l. edita C. de eden. & in d. §. omniũ, & gratia † clauſularum in illis quoque apponendarum de quibus per Ias. & alios in §. 1. de actio. Doct. in cap. examinata de iudic. & per Maran. de ord. iudic. in tit. de li-
20 bell. oblat. ſub nu. 9. cum plur. ſeq. Rurſus † in eiſdẽ iudicijs occaſione poſitionum tranſmittendarum, & reſponſionum illis faciendarum, quæ ubi purę, claræ dilucidæ ac ſimplices non fuerint interpretationem patiuntur contra reſpondentes, ut per Bar. & alios in l. j. §. ſi quis ſimpliciter de uerb. obligatio. & per practicum noſtrum Papiens. in forma excipiendi cõtra poſitiones, & nuncupatim deciſum
21 in foro noſtro habetur tam ex diſpoſitione † ſtatutorum Ticinenſium quàm nouarum conſtitutionum in tit. de iudic. in. §. poſitionibus. Teſtium quo
22 que gratia † in iudicijs examinandorum quia in ijs quæ per ſenſum corporis non percipiuntur etiam nõ interrogati niſi uerbis expreſſerint concludentẽ cauſam eorum depoſitiones nihil concludunt, ſi expreſſerint concludunt. l. qui teſtamento. § ult. ubi Bar. id docet de teſtam. l. ſolam. l. teſtium ubi Bal. C. de teſt. & fuit doctrina ordinaria Innoc. in cap. cum cauſam de teſti. Item reſpectu proteſtationũ
23 † in iudicijs faciendarum in productionibus & acceptationibus inſtrumentorum quæ in iudicio producuntur de quibus per Fely. in cap. imputari col. fin. de fid. inſtrumentorum & in cap. cum uenerabilis col. 2. de exceptio. & per Ripam in cap. cum M.
24 Ferrarienſis ſub num. 79. de cõſtit. Præterea † ſententiarum cauſa quæ in iudicijs proferuntur, quæ uerbis certis, liquidis, ac claris expreſsę prolatæque eſſe debent ut ualeant. §. curare inſtit. de actio. l hęc ſententia quæ bona. C. de ſent. quæ ſin. cert. quãtit. proferunt. cap. licet cum gloſ. ſuper uerb. poſsidetis poſt princ. de probat. & cap. iuuenis cum gloſ. 2. poſt prin. de ſponſali. Inſuperq; conformes libello
25 † uerbis conuenientibus cum expreſſa petitione in libello porrecta. l. ut fundus communi diuid. cap.
26 licet Hely. de ſim. Qui effectus eſt † magnus propter ſtatuta, quæ uolunt à duabus ſententijs conformibus licitum non eſſe appellare, uel de nullita
27 te dicere, ut hic Ticini & in nouis † conſtit. in. §. lata de appellat. quæ licet præciſè non utantur uerbo confirmibus, ſimilibus tamẽ in ſenſu utuntur quia dicit quatenus prima ſententia confirmata fuerit.
28 Vigeſimus ſecundus effectus † uerborũ eſt in proteſtationibus extraiudicialibus, in quibus per uerba a nobis expreſſa conſeruamus nobis iura noſtra. l. qui in aliena. §. ult. ubi gloſ. Bar. & alij de acqui. hæredi. Bar. plenè in. l. non ſolum. §. morte de oper. nou. nuntiat. Abb. Fely. Dec. Rip. & alij in cap. cum M. Ferrar. de conſt. D. Alcia. plenè infra de uer. ſignifi. in. l. deteſtatio, pleniſsime omnium Anton. Rub. in cumulatiſsima eius Repetit. d. §. morte, nos diffuſe tractabimus in d. l. deteſtatio. Vigeſimuster
29 tius † effectus uerborũ eſt in reſcriptis quia faciunt uerba quibus concepta ſunt ut debeat attendi ſolum, quod in illis expreſſum eſt, quicquid ſupplicatum fuerit. Abb. in cap. fin. de treug. & pac. in cap. inter dilectos de fid. inſtr. Iaſ. in l. j. col. 2. C. de diuerſ. reſcr. Fely. in cap. ſuper literis col. 6. de reſcrip. cũ ſimil. quando tamen certa, preciſa, ac clara ſunt.
30 Vigeſimus quartus effectus eſt † in ſupplici libello cuius uerba illam uim habent, ut ſi contingat dubitari ſuper diſpoſitione reſcripti faciant ut illud recipiat interpretationem ab ijs, quæ in precibus expreſſa ſunt Bal. in cap. inter dilectos in uer. cæterũ per illum rex. col. pen. de fid. inſtrum. Alex. in conſ. 84. col. 3. ſub num. 70. lib. 1. Iaſ. in l. iuſtitia col. 2. ſub num. 10. de iuſt. & iur. Dec. in conſ. 33. ubi plu-
31 ra citat in prin. cum ſim. Rurſusque † operentur ut quæ in precibus expreſſa ſunt contra proferentem irrefragabiliter probent l. cum precum ubi gloſ. 1. not. C. de lib. cauſ. ibiq; Bal. Saly. & alij notant Bal. in l. confeſſor col. pen. ſub num. 44. de confeſſ. ubi poſt Innoc. firmat talem confeſsionẽ probare contra ſupplicantem abſente parte, adducitq; in hanc ſententiam tex. in cap. cũ uenerabilis de except. &
32 l. poſtquàm liti. C. de pact. Vigeſimus quintus † eſt effectus in priuilegijs, in quibus tametſi ita uerba intelligi debeant ut operentur, nihilominus quanto ſtrictius fieri poteſt, & ut minus quàm poſsibile ſit offendant ius cõmune, intelligi debent. l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. ubi Bal. & alij & dict. cap. ſi Papa de priuileg. lib. 6. cum ſocijs. Vigeſimus ſe-
33 tus eſt effectus † in formalibus, ſeu ijs quæ formam alicuius actus concernunt, quia adeo præciſi ſunt effectus uerba, ut neq; alterari neque minui, neque immutari poſsint, ſed diligenter obſeruari omnino debeant ita ut nec per æquipollens impleri ualeant. l. qui per ſalutem de iureiur. l. per hanc. C. de numer. & actuar. lib. 12. l j. §. ſi quis ita de uerb. obligat. l. i. §. ſi quis opus nouum de oper. no. nuntiat. Bal. in l. quoties, colum. 1. C. de ſum. & legit. hæred. l. diligenter mandat. cap. cum dilecta de reſcrip. ubi latiſsime omnium Fely. Vigeſimuſepti-
34 mus † eſt in renuntiationibus in quibus is eſt uerborũ effectus, ut non expreſſa neque futura ex eius actus natura concipiãt. l. mater decedens de inoff. teſtam. l. qui cum tutoribus &. l. cum aquiliana de tranſact. Dec. in conſi. 419. ſub num 9. & conſ. 452. ſub num. 21. & conſ. 460. ſub nume. 3. alibique ſæpius Cur. iun. cõſ. 16. ſub nu. 11. & Gozadi. in conſ.
35 42. ſub nu. 20. ſed de ijs hactenus † qui plura enim

circa

circa hoc aliũdè quęrat. satis enim mihi ac super est præter diligenter excussam ac pertractatam materiam illorum duorum postremorum casuum Bart. Cæpol. plenius, ac copiosius, atque etiam vtilius quàm ipse fecerit quindecim alios addidisse.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus verborum & multiplex eius acceptio quo loci tractetur per Auctorem in hoc volumine.*

De intellectu verborum multipliciq; illius acceptione remissiuè.

CAP. XVIII.

1 VIderetur quoque † hic locus exposcere vt aliqua diceremus circa verborum intellectum, multiplicemque intellectus acceptionem, & qui nã intellectus sit recipiendus, & qui reijciendus, & quomodo verba intelligi deberent, verum quia commodius atque opportunius hæc omnia tractabuntur in lib. 5. in materia generalis interpretationis, ideo ijsce loco suo reseruatis ab vlteriore eorum inuestigatione hic abstinebo.

SVMMARIVM.

1 *Significare secundum Azon. nihil aliud esse quàm rem demonstrare proprio illi tributo nomine.*
2 *Significare verbum, latius accipi in hac materia cum non solum proprijs, sed etiam improprijs abusiuis & translatijs conueniat.*
3 *Significationis verbum, quàm variè accipiatur in iure nostro ex D. Alciato.*
4 *Significatio quid sit secundum Bald.*
5 *Sed Baldi significationis definitionem non deseruire in hac materia quia surditus separat verbi significationem a re ipsa.*
6 *Significationem aliter definiri ab aurelio Dauide.*
7 *Significationis verbum finiri quoque aliter a Ioanne Brechæo.*
8 *Significare esse rem de qua quæstio est representare.*
9 *Significationis verbo de propria apud iurisconsultos intelligi.*
10 *Significare quoque esse iudicare, & prædicere aliquid venturum.*
11 *Significare quoque præter summum principis significationis caput esse aliquid demonstrare ac repræsentare.*
12 *Cõsignificare, esse cõfirmationis gratia eũ alio significare.*
13 *Significandi verbo Veron. constituere quatuor conclusiones, vt. s. significare nihil aliud sit quàm propriè ac verè exprimere, notificare, vel designare, item.*
14 *Significatio sit qualitas vocis propriè rem exprimens, & rursus.*
15 *Significare esse secundum vulgus accipere, insuperq;*
16 *Significationem, omnem vocis proprietatem esse.*
17 *Opinionum quæ in scriptis proferuntur vltima censentur approbata.*
18 *Significare secundum Odofred. esse rem demonstrare*
19 *Significationem secundum Auctorem, esse rei mente, intellectuq; conceptæ, per verba affirmatiuæ vel negatiuæ orationis factam demonstrationem ac notationẽ.*
20 *Iurisconsultos sex alias orationis partes præter nomen & verbum significare intelligere.*
21 *Intellectus l. meorum l. pupillus §. verbum l. vrbana §. pernoctare & l. inter illum de verb. significat. l. alienationis §. fin. cum l. seq. & l. sæpe ita l. cæterorum l. Marcellus & Iudicasse eo. tit. & clem. 1. §. nec super de pæn.*

Quid sit verborum significatio.

CAP. XIX.

NVnc autem proprius ad materiã accedendo de tribus successiuè differendum est; quorum primum est, Quid sit significatio. Alterum, quomodo fiat. Postremum quis sit eius finis, Quantum ad primum, quid sit significatio; Azo in summa C. eo. & Accurs. hic ad fin. glos. in rubr. huius tit. significare inquiunt, nihil aliud esse quàm rem demonstrare proprio illi atributo nomine. Verum † vt ijdem definitores rectè perpendunt verbum significare & illius coniugatũ significatio, latius, fusiusque in præsenti materia accipitur quia non solum proprijs vocabulis, sed etiam abusiuis, improprijs, generalibus, & translatitijs plerumque utamur: vt docet D. Alcia. de verb. significat. lib. 1. post prin. & in rubr. huius tit. in prin. & supra diximus, & infra dicemus suis locis, & probat Aurel. de verb. signif. cap. 2. post prin. & ideo inquit † D. Alcia in rubr. huius tit. sub fin. super uerbo significatione; varijs modis assumi in iure nostro significationem. Nunc habito respectu ad proferentem, vt si uir. imperitus sit crassa minerua verba accipiantur. Nunc considerata persona eius ad quem verba diriguntur: plerunque & secundum naturam eius rei, de qua sermo habetur vel quæ in contractu deducitur, accipiturq; huiusmodi declaratio etiamsi præcisa, indefinita, generaliaq; uerba sint, quoniam nihil impedit quin ad habilem uerisimilemq; casum retrahantur, & boni uiri arbitratu intelligantur, qui consuetudini loquentis multum tribuit, ex proximis clausulis mentem coniectabit, quandoq; & distantium rationem ducet, interprætabimurque ut cum effectu prolata sint, vt secundum dubium, ordinem importent, ut actus potius sustineatur, quàm pereat, ut non superuacua sint, sed aliquid operentur, vt in potiorẽ sensum disponant, ut ad ampliationem inducta nõ diminuant, ad liberationem non obligent, ad fauorem non noceant, ut naturalẽ sensum potius, quàm ciuilem admittant, ut simpliciter prolata, prima vice officio suo funguntur, vt ad id quod principaliter

ter geſtum eſt, potius referantur, quàm ad acceſſoria, vel demonſtratiua; vt captioſa non proſint, vt clara non ofuſcentur, vt ſuperflua non noceant, vt mitiora, velint odioſa abhorreant, poſsibilia inducant, & ad maiora expreſsis non trahantur. Bal. verò † in rubr. C. de verb. ſignificat. in prin. ſignificatio eſt, inquit; proprius ſenſus dictionis, ab intellectu vel ſtatuto legislatoris attributus. Auctoritas enim inuentoris, vel legislatoris, dedit vera & propria ſignificata vocabulis. ut ff. eo. l. liberorum, non tamen ſemper ad ſtrictam ſignificationem recurrendum eſt, nam quandoque dilatatur ſeu extenditur, quandoque coarctatur ſeu reſtringitur, & iſta non dicitur ſignificatio, ſed interpretatio, ut ff. de leg. iij. l. non aliter. §. 1. & de excuſat. tut. l. ſcire oportet. §. ſed & ſi maximè. Sed † hanc Bald. definitionem minus adhuc ſignificationi accedere, ut hic de ſignificatione agitur, & in prædictis rubricis ait Aurel. hic cap. 2. poſt prin. ſiquidem Bald. inter finiendum funditus a re abſtrahat verbi ſignificationem, cum tamen iuriſc. conſideret ſignificationem, ducta ad res relatione, vt ex rubr. hic & in. c. inſcriptione facile deſcerni poteſt, & ſupra in præcedenti capite latius oſtendimus. Eſt inſuper aduertẽdum Bal. reſtringere in eius definitione veras & proprias vocum ſignificationes ad ſolam I. C. auctoritatem cum tamen & alijs modis propria verborum ſignificatio habeatur ut apud Bar. in. l. omnes populi in 4. quæſt. 6. princip. q. ſub num. 59. & D. Alcia. de verb. ſignificat. lib. 1. in princ. & nos infra latè docebimus cap. 4. Quamobrem † idem Aurel. d. cap. 2. eius tracta. de verb. ſignificat. ſub nu. 2. aliter ſignificationem definit hunc in modum. Significatio eſt, inquit, rei cuiuſpiam, extra ipſum quod ſignificat demonſtratio, ſiue repreſentatio; & verbi ſignificatio, ait, eſt rei alicuius præter ipſum uerbum ſignificans repræſentatio, ſeu demonſtratio, quippe verbum non modum ſe oſtendit, quin inſuper rem quampiam demonſtrat, exempli cauſa vox homo ſemet vocem edit; & ipſam rem exprimit, quæ homo eſt, quamobrem rectè ſignificare dicitur, hoc eſt rei ſignum facere, ſignum enim & rem ſignatam diſtingui nemo eſt qui neſciat l. ſed ſi accepto de iure fiſci auct dos data. C. de donat. ante nupt Io. autem Brechæ. Turon. † in rubr. huius tit. ſub nu. 24. ſic decernit. Quia verba ipſis rebus inquit ſignificandis inuenta ſunt, oportet ipſum ſignificare, id eſſe, quod rei ipſius eſſentiam veluti picta quadam in tabella ακριβὲς exprimit ac ponit ob oculos; ſignificare igitur eſt † rem de qua quæſtio eſt repræſentare ſed id quidem uarijs modis, modo ſtrictius, modo latius, nunc propriè, nunc autem impropriè κατα χρησικὸν ſignificatur ac ſecundũ ſubiectam materiam vt in. l. certum ſi cert. petat. Fely. in cap. 1. de ſum. trin. Alcia. in d. l. certum. Iam verò † quandoque de uerbi ſignificatione inter iuriſconſultos agitur, de propria ſolet intelligi niſi aliter teſtatorẽ ſenſiſſe deprehendamus, vt ſi Titius veſtẽ legauerit de ueſte nundum texta ſenſiſſe non putandum eſt, niſi quoque non textam nuncupatis, & expreſsis verbis adiecerit, ſic qui libros ſuos alicui ſtudioſo legauit, chartas puras legaſſe non cenſebitur. Qui & chartas puras, & libros ſcriptos aut typis excuſſos ſimul in ſcrinijs haberet reconditos, hoc eſt in. l. librorum. §. quod tamen Caſsius de leg. 3. eſt etiam

10 ſignificare † aliquando iudicare & prædicare aliquid uenturum, vt cum dicimus de ſignis pluuiam vel uentos vel quid aliud ſignificantibus, Cicer. in orat. pro ſex. Roſ. Ameri. Anſeribus inquit cibaria publicè locantur, & canes aluntur in capitolio, vt ſignificent ſi fures venerint & fures internoſcere non

11 poſſunt, ſignificant tamen &c. Sed † & ſignificare præter ſummum principis ſignificationis caput, eſt aliquid demonſtrare ac repræſentare qua ratione dicunturverba conſignificare, quando præter ipſorum uerborum naturam & actum tempus etiam verbi indicant. l. in dilectis. §. ſi extraneus ſi de noxal.

12 actio. dicitur etiam † conſignificare uerbũ quando confirmationis gratia cum alio ſignificat ut L. Aurelius. §. teſtamento de liberat. legat. Quatuor alias addit definitiones Bar. Veron. in rubr. huius

13 tit. ſub nu. 105. cum ſeq. quarũ prima eſt, † quod ſignificare nihil aliud ſit, quàm propriè & uerè exprimere, notificare, uel deſignare, quia impropria locutio non dicitur ſignificatio, Bald. in d. l. liberti libertæque col. 2. ad fin. C. de oper. libert. Altera

14 eſt † quod ſignificatio nihil eſt aliud, quàm qualitas uocis propriè rem exprimens Bal. in. l. non ſine

15 C. de bon. quæ liber. Tertia eſt † quòd ſignificare eſt etiam vt vulgus accipit & nota. in l. librorum §. quod tamen Caſsius de leg. 3. & l. Labeo de ſupel lect. legat. ſed hanc inſpecto iure communi dicit abuſiuam & improp riam; reſpectu verò communis vſus loquendi aſſerit eſſe propriam, d. l. Labeo

16 & d. §. quod tamen Caſsius. Poſtrema eſt † vt omnis proprietas uocis ſit ſignificatio, vt dicit Bald. in d. l. liberti libertæq;. qui ſubdit dictam proprietatem naſci ex auctoritate iuriſprudentiam, vel legislatoris, vel ex rationabili intellectu, ut d. §. quod tamen Caſsius. d. l. Labeo, & l. non aliter de leg. 3. ac l. liberorum in fin. infra eo. tit. & cum hac ſententia videturille tranſire, quia † in opinionibus ſcriptis ultima cenſetur eſſe approbata gloſ. in l. qui filium. §. Sabinus in ver. & alia ad ſenat. trebell. Iaſ. in l. pacta nouiſsima ſub nu. 8. C. de pact. & in l. placuit ſub num. 6. C. de iud. Odofred. autem † in rubr. huius tit. cæteris generalius ac ſimplicius ait ſignificare propriè eſſe rem demonſtrare. Sed vaga nimis atque incerta fallaxq; eſt huiuſmodi finitio, quandoquidem, & digito poſſet fieri demõſtratio, ut per Doct. in l. certum ſi cert. pet. quę eſt omni alia certior, quæ tamen uerbi non eſſet ſignificatio, & ideo ut definitio quæ cum ſuo definito non conuertatur eminus ableganda eſt l. j §. 1. de dol. Bar. & alij in l. j. de teſtam. & alibi ſæpè. Quamobrẽ

19 ſic ego opinarer conſtituendam eſſe in hoc negocio, vt ſignificatio, de qua in preſentia agimus retentis terminis ſuppoſitis in proximè præcedentibus, ſit rei mente, intellectuq; conceptæ, per verba affirmatiuæ, vel negatiuæ orationis facta demonſtratio, ac notatio. Cum enim ſupra docuerimus, verba non conſiderari in præſenti materia

prout

prout per se sunt, simplices dictiones, ac uoces sed prout in oratione affirmatiua vel negatiua enuntiantur ad significandum mentis nostræ conceptū vel meditationem, sic & significatio in uerbis considerari non aliter debet, quàm prout in oratione
20 posita sunt. & hinc est † ℣ iurisconsulti sex alias orationis partes præter nomen & verbum, significare intelligunt vt voluit Bal. in d.l. liberti libertæq; col. 2. C. de oper. libert. quia & ipsa in oratione posita circa res demonstrandas atq; exprimendas cum verbis & nominibus officio suo funguntur. Hominum & verborum significationes vel ampliando, vel restringendo, vel moderando, aut aliquando pro earum natura temperando nullo constituto discrimine quantum ad generalem significationem, inter nomina adiectiua, ac substantiua, ac modis verborum sed prorsus relictis istius modi subtilioribus differentijs, Dialecticis, ac Grammaticis vt obseruauit Aurel. de verb. significat. cap. 2. sub nu. 6. quamuis non ita extricet hanc difficultatem vt nos fecimus sed ita inuoluatur subtilitatibus Dialecticorum ut non satis commodi pro rei utilitate se
21 expediat, & ita † intelligendum est quod de pronomine meorum & tuorum in l. meorum, & pronomine suum in l. pupillus. §. verba suum, de participio in l. mouentium, de præpositione in l. vrbana. §. pernoctare. de aduerbio in l. inter illū inf. eo. habetur de interiectione in clem. j. §. nec super, de pœnis de coniunctione in l. alienationis. §. fin. cum l. seq. & l. sæpe ita in eo. de adiectiuis in l. potest, & in l. cæterorum eo. tit. & de alijs modis præter indicatiuum in l. Marcellus, & in l. iudicasse eo tit.

SVMMARIVM.

1 *Significationem fieri ex coniunctione nominum, ac uerborum, aliarumque orationis partium ad aliquid affirmatiue, vel negatiuè pronuntiandum, & num. 3.*
2 *Significationem verborum duplicem esse, vnam verborum simplicium, alteram orationum.*
4 *Significationi inducendæ necessarium fore, vt coniuncta sint nomina verbis.*

Quomodo fiat significatio verborum.

CAP. XX.



1 Vantum ad secundum membrū quomodo significatio fiat, dicendum est † illam fieri, quantum ad præsentem materiam spectat ex coniunctione nominum & verborum, aliarumque orationis partium, prout res postulat, ad affirmatiuè, uel negatiuè enuntiandam rei quam exprimimus mente, animoq; conceptam
2 imaginem, vel similitudinem. Tametsi † enim duplex sit verborum significatio, una verborum simplicium, altera orationum, vt ex Aristote. lib. 1. de enuntiat. habetur, & utraq; ex coniunctione fiat vt declarat Saui. lo. supra citato cap. 3. ex Plato. in lib. de scientia, & in lib. de ente, vocabulorum ; [illegible] ex compactione literarum, & syllabarum, & orationum, ex coniunctione verborum, & nominū prout sup radictum est, & colligitur ex Priscia. lib. 17. circa prin. & Fab. lib. 1. cap. quo differit. Quemadmodum prima elementa tradenda sint, ex Boetio ad Aristo. d. lib. 1. de enuntiatione. Nihilominus
3 † quantum ad rem nostram attinet, sola attendenda est significatio, quæ ex copulatione nominum, & verborum sit, aliarūque orationis partium prout res poscit. Dixi autem nominum, & verborum
4 † quia ex sola nominum adiunctione; vel verborum tantū connexione, vel aliarum orationis partium coactione solum, non potest resultare ista verborum significatio, sed oportet vt permixta sint nomina uerbis. Nam si dixero tantū Lucio, Sempronio, Mæuio, vel lego, substituo, relinquo vel domum pupillariter fundum, per fideicomissum, nihil ago, nec aliquid significo, quia nulla potest ex eiusmodi dictionum conductione, conceptus mentis meæ resultare expressio, vel demonstratio; sed si dixero; Lucio lego domū, Sempronio substituo pupillariter, Mæuio fundum relinquo per fideicommissum, clara resurget conceptæ animo meo meditationis expressio, ac demonstratio tam ex verbis disponentibus, quàm ex re ipsa disposita, vt per Bal. in rubr. C. eo. & per Veron. in rubr. huius tit. sub num. 113. & docet utraque huius tituli inscriptio tam hic, quàm in codice & supra diximus in præcedentibus, dum declarauimus quomodo verba, & res in hoc tractatu capiantur.

SVMMARIVM.

1 *Significationis finem nihil esse aliud quàm verbis exprimere rem a nobis mente conceptam.*
2 *Verbis malè euenire ubi rem non sequatur.*
3 *Res cum animum occupant verba pariter ambire.*
4 *Verba inuenta esse ad hominis voluntatem exprimendam.*
5 *Mentem prædominari verbis, latè & appositè.*
6 *Comendatur tex. in can. Marchion & Basilides. 1. q. 1.*
7 *In contractibus strictam fieri interpretationem.*
8 *In contractibus mentem prædominari verbis.*
9 *In vltimis voluntatibus mentem verbis præferri.*
10 *Mentem tacitam equè ac expressam seruari.*
11 *Mentem testatoris magis attendi, quam vnitatem sermonis.*
12 *Mentem testatoris in fideicomissis quibusque uerbis expressam attendi plenè ac vtiliter.*
13 *Fideicomissum uerbis enuntiatiuis induci.*
14 *Fideicomissum importari etiam per tacitam uoluntatem ex coniecturis collectam ex communi opinione.*
15 *Voluntas testatoris quomodocunque in fideicomissis habeatur attenditur.*
16 *Generale esse ut in quaque dispositione uerba ancillentur menti.*
17 *Etiam si sequatur annullatio actus.*
18 *Mentem esse uerborum radicem & eius substantiam primam.*
19 *Linguā cedere cordi ac sub iugo mentis verba consistere.*

Cice-

20 *Ciceronis uerba ad oſtendendum uerba debere ſenſui cedere.*
21 *Eſopi mythologi locus in uerbi cauillo.*
22 *Eiuſdem Ciceronis in eandem ſententiam uerba.*

Quis ſit uerborum ſignificationis finis.

CAP. XXI.



Ertiæ uerò partis, quæ continet qui ſit uerborum ſignificationis finis, ſic facienda eſt reſolutio. † ut finis ſignificationis nihil aliud ſit quã uerbis exprimere rem à nobis mente conceptam, animoq; & intellectu hauſtã, quod ſenſiſſe uidetur Bal. in l. non, ſine C. de bon. quę liber. dum dixit ſignificationem eſſe qualitatem uocis proprie rem exprimentem, & finem ſignificationis eſſe rem exprimere, idem Bal. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. cum uerba ideo recepta eſſe ait ut cõceptum animi homines aperirent proferrentq; quã Bal. aſſertionem refert Veron. in rubr. huius tit. ſub num. 106. ſeq. D. Alcia. & Brech. in rub. huius tit. in prin. & Aurel. in eius tract. huius tit. cap. 4. poſt princ. & propterea dicere ſolitũ fuiſſe legimus Polionem; malè uerbis † euenire ubi rem non ſequantur. Albutiuum uerò declamatorẽ illud familiare habuiſſe, cum † res animum occupãt, uerba pariter ambiunt, & ideo apud iuris Auctores proditum eſt uerba inuenta eſſe † ad uoluntatem exprimendam qua & ipſa res eſt, ut ſupra diximus in primo capite & propterea inquit Ariſtotel. libr. polit. capitul. ij. Iacob. Fabr. interpretẽ, ſermo ad hoc nobis datus eſt ut oſtendamus utilitatem ac damnum, & Cicero pro Cecinna, cuius auctoritatem paulo infra latius deducemus, uerba reperta inquit ſunt non quę impedirent, ſed quæ uoluntatem indicarent, & D. Auguſtinus in enchiridio, utique uerba, ait, propterea inſtituta ſunt, non ut per ea ſe inuicem homines fallant, ſed ut eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat, at iuriſcon. in l. Labeo de ſupel. legat. Quotſum inquit ſunt nomina niſi aut demonſtrant uoluntatem dicentis; & in l. iij. de reb. dub. itaq; ait quo aliud dicit quã uult neq; dicit quod uox ſignificat quia non uult, neque id quod vult, quia non loquitur. Innoc. autem in cap. ueniens de uerb. ſignificat. Anima, inquit, organo uocis ſuam exprimit uoluntatem. Accurſ. uerò in l. nam & ipſum de iuſt. & iur. uoce, inquit, exprimitur cordis intentio. Quamobrem debent ſemper uerba menti ac uolũtati deſeruire & ancillari cap. intelligẽtia de uerb. ſignifi. cap. is autem 22. q. 2. cap. humanæ aures 22. q. 5 cap. ſedulo 38. diſtinc. ubi dicitur ita prę ponendas eſſe uerbis ſententias, ut præfertur animus corpori, cũ ſim. ad hoc per Cur. ſen. in conſi. 4. col. 2. ſub num. j. & à Iaſ. in d. l. iij. C. de liber. præter. uetuſq; † eſt iuriſprudentiũ aſſertio, mentẽ præ dominari debere uerbis l. cũ proponebatur de leg. 2. l Pamphilo in prin. de leg. 3. l. unum ex familia. §. fin. de leg. 3. quem tex. multum commendat Soc. in conſ. 42. col. 7. uol. 1. l. iij. C. de lib. præter. ubi habetur nunquam proprietatem ita attendendam eſſe ut melior ſit ſenſu, l. heredes mei. §. cum ita ubi omnes notant ad ſenat Treb. & latiſsimè omniũ Zanc. ibi qui per 3. col. inſiſtit a num. 133. uſque ad num. 140. qui addit pulcherimum tex. in l. cum de lanionis. §. aſinam, ibi optimum ergo eſſe Pædius ait, de fun. inſtruc. & inſtrum. legat. ad oſtendendũ quod mens principem locum teneat ut etiam dicitur in l. in conditionibus primum locum de condi. & de
6 mon. ſed illo non eſt † inferior tex. in can. Marchion & Baſilides. 1. q. 1. ubi D. Hieronimus: Nec putamus, inquit; eſſe in uerbis ſcripturarum euangelium ſed in ſenſu, non in ſuperficie ſed in medulla, non in ſermonum folijs ſed in radice rationis & plura in hanc rem congerit Soci. iun. in conſ. 85. col. 2. ſub num. 6. conſil. 98. ſub num. 7. uol. 1. & latius in conſi. 167. ſub num. 5. & 6. uol. 2. Iaſ. in con. 41. col. 2. ſub nu. 1. Cur. iun. in conſ. 121. ante nu. 12. ideo-
7 que † in contractibus quamuis regulariter ſtricta fiat interpretatio, & niſi quid uerbis exprimatur cẽſeatur omiſſum l. quicquid adſtringendæ de uerb. obliga. & l. ueteribus de pact. nihilominus etiam in
8 contractibus mens † prædominatur l. ſi in uenditione com. prædio. l. ita ſtipulatus. §. item ſi quis ita de uerb. obligat. in uer. ex ſententia contrahentium l. ſemper in ſtipulationibus de reg. iur. Iaſ. in l. in conuentionalibus de uerb. obligatio. 2. not. & plenius in l. ſi tibi pecuniã in primo notab. & pulchrè Soci. in 3. Cagnol. in l. uinum ad fin. ſi cer. pet. Dec. in cõſ. 407. col. 3. ad fin. & 4. in princ. ſub num. 7. glo. in l. Blanditus C. de fideiuſ. & eſt tex. in l. ſed Celſus. §. 1. de contrah. emp. & in l. Diuus. §. itẽ ſenatus. uerſ.
9 & quanti de falſ. In ultimis autem uolũtatibus † res non habet difficultatem quia mens teſtantis totum facit, & omnium eſt regina l. ex facto. §. rerum ubi Bar. & alij de hæred. inſtit. & primum locum obtinet l. in conditionibus de conditio. & demonſtr. &
10 ita obſeruatur tacita uoluntas ut expreſſa † l. cũ res ubi Iaſ. in 6. notab. de leg. 1. & magis attenditur uo-
11 luntas † teſtatoris quam unitas ſermonis, & quàm natura collectiuæ l. in teſtamento C. de teſtam. mil. d. l. cum auus ubi Soci. ſub num. 54. & hoc maximè
12 obtinet in materia fideicommiſſorum † quæ adeo fundata eſt in uoluntate defuncti, ut quibuſq; uerbis, coniecturis ſeu præſumptionibus poſsit appare re ſufficiat Alex. in conſ. 100. ſub num. 5. col. 4. Iaſo. in conſ. 154. col. pen. lib. 4. ſequitur Zanc. in d. l. hæredes mei. §. cum ita ſub. num. 153. ad Trebell. qui addit tres ualde not. tex. in hanc ſententiã in l. fideicommiſſa. §. hæc uerba de leg. 3. in l. pen. §. fin. de le. 2. in l. ſi ſponſus §. ſi quis rogatus de donat. inter ui. & uxor. Marzar. in conſi. 5. pag. 44. uer. hinc etiam & in conſi. 6. pag. 53. uer. hinc etiam Alex. quibus in
13 locis alios in hanc ſententiam citat, & ideo † uerbis enuntiatiuis fideicomiſſaria uoluntas inducitur l. Pamphilo. §. hæc uerba ubi Bar. per illum tex. de le. 3. & d. l. fideicomiſſa. §. hæc uerba eod. titu. & alijs quibuſcunque l. etiam hoc modo & l. eo modo de leg. 1. & non ſolum expreſſa ſed etiam tacita uolun-
14 tate † quæ ex coniecturis colligitur l. cum propone-

retur

retur delegat.2. l. qui ſolidum. §.1.cod.tit. Barto. in l. Imperator de lega. 1. & eſt communis opinio ut per Pariſ.in conſil.92.ſub nume.15.lib.2.Socin. iun.in conſ.181.nume.20.lib.2. & alibi ſepe Rimi. in conſil.135.ſub num.30.lib.2. Iaſo.in d.l.cum res in 6.not.ſub nume. 6. de legat. 1. ita ut quomodo-
15 dunque in fideicommiſsis uoluntas† diſponentis habeatur illa ſit attendenda potius quàm uerba, d. l.iij.§. conditio de admi.leg.l. cum uirum ubi Bald. C.de fideicomiſ. Dec.in conſil.227.num. 8. & 9. & 425.ſub num.14.Bero. conſ.84.ſub nume.16.libr. 2.& præſertim quando ſequitur ex eo quod eſt expreſſum Dec.in conſ.465. ſub num. 15. & genera-
16 le† eſt in quacunque diſpoſitione ut uerba ancillentur menti ac uoluntati propter quam exprimendam ſunt inducta latè D. Alcia.in 2.&3.lib.de uer. ſignificat. Andr. Tiraq.in l.ſi unquam C.de reuoca. donat. in uer. libertis ſub numer. 5. cum ſeq. Cagnol.in l.ſemper in obſcuris ſub num.5. de reg.iur.
17 etiam ſi ſequatur annullatio† actus Craue.in conſ. 296.colum.4. ſub num.2.uer. quarto per illam & Ripa in d.l. hæredes mei.§.cum ita ſub numer.32. ad ſenat.Trebell.ut enim ſcripſit Bald.in cap.man-
18 datum col.1.de reſcrip. mens eſt† radix uerborum & eius ſubſtantia prima, corq; eſt imperator linguę, & tanquam mancipium illam habet ſub ſua
19 iuriſdictione† & ideo lingua cedit cordi, ac ſub iugo mentis uerba conſiſtunt, tanquam ſub ſuo proprio originali. Verum quia Andr. Tiraqu. in d. l. ſi unquam in uer.libertis ſub num. 49. & Cagnol. in l.quoties nihil de reg.iu. ac Zanc.in d.§. cum ita ſub d. numero 133. referunt nonnulla uerba Ciceronis in Oratio.pro Aul.Cecinna,quæ multum faciũt ad reſolutionem iſtius ultimæ partis, ideo tantorũ patrum ueſtigia imitatus, illa retuliſſe non grauabor, cum mihi ex profeſſo differendum ſit ea dare,
20 quam ipſi aliter attigerũt. Dubium nõ eſt† inquit, quin neque uerborum tanta copia ſit, nõ modo in noſtra lingua,quæ dicitur eſſe inopis, ſed ne in alia quidem ullas res, ut omnes ſuis, ac proprijs uocabulis nominentur, neque uero quicquam opus ſit uerbis, cum ea res, cuius cauſa uerba quæſita ſint intelligantur.Quæ lex, quod ſenatuſconſultũ,quod magiſtratus edictum,quod fædus,aut pactio, quod ut ad priuatas res redeam; teſtamentum,quæ iudicia, quæ ſtipulationes,aut pacti & conuenti formulam non infirmari, aut conuelli poteſt ſi ad uerba rem deflectere uelimus, conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt, & rationem & auctoritatem relinquemus? ſermo herculè familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi uerba inter nos aucupabimur:de nique imperium domeſticum nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus,ut ad uerba nobis obediant, & non ad id quod ex uerbis intelligi poſ-
21 ſit obtemperent,hæc ille. Quod† ultimum in mentem reuocat Aeſopi illius Mithologi Phrigij iocũ quem refert D. Alcia. li.4. huius tit. de ſeruo qui ſimulans dominis iuſtis parere unicam lẽtem emit, cum dominus ſimpliciter lentem emi mandaſſet,
22 & Paulo inferius ſubdit Cicero,† quid eſt Piſo? placet ſibi pugnare uerbis? placet cauſam iuris & æquitatis, & non noſtræ poſſeſsionis, ſed omnino poſſeſsionum omnium conſtituere in uerbo? ego quod mihi uideretur à maioribus factitatum, quod horum auctoritate quibus iudicandum eſt, dignum eſſet oſtendi, id uerum,id æquum,id omnibus utile eſſe; ſpectari quo conſilio, & qua ſententia, non quibus quidem uerbis eſſet actum. Tu me ad uerbum uocas; non ante uenio quàm recuſato, nego oportere, nego obtinere poſſe, nego ullam rem eſſe; quæ aut comprehendi ſatis,aut caueri, aut excipi poſsit, ſi aut præterito aliquo uerbo, aut ambiguè poſito, ſententia & re cognita non id quod intelligitur, ſed id qđ dicitur ualebit. Hactenus ille.

SVMMARIVM.

1 *Verba menti cedere, vbi de mente ex impropria ſaltem verborum ſignificatione conſtat.*
2 *Hieronimi Tornielli opinio refertur ac comendatur.*
3 *Fideicomiſſum importari ex ſola uoluntate teſtatoris etiam ſi uerba illud non importent.*
Ex eiuſdem Tornielli ſententia.
4 *Doctrinas Alex. & Iaſo.in l.iij.C.de lib.præter. appellari perniciosas & ſine iuſtitia atque æquitate a Fortunio Garcia Hiſpano.*
5 *Pleroſque referris qui iam Torniello ac Garciæ ſentiant contra Iaſonem & Alex. ac cæteros.*
6 *Fideicomiſſariam ſubſtitutionem uerificari etiam ſi uerba omnino deficiant.*
7 *Auctorem conciliare communem cæterorum ſententiam cum opinione Tornielli.*
8 *Tex. in l. unum ex familia §. ſi omiſſa de leg.2. eiusq; auctor Papinianus commendatur.*
9 *Coniecturæ quæ elicitur ex eo quod eſt expreſſum ſtari oportere.*
10 *Non repugnare inter ſe ſupra relatas ſententias ubi quod de coniecturata uoluntate dicitur, intelligatur de ea quæ elicitur ab eo quod eſt expreſſum.*

Tacita uoluntas Defuncti ut producat effectum requirat ſaltem concurſum impro prię ſignificationis uerborum.

CAP. XXII.

1 HAec tamen omnia† quæ hactenus dicta ſunt, intellexere maiores noſtri uera eſſe,ubi mens,uoluntas, ſeu ſententia diſponẽtis exim propria ſaltem uerborum ſignificatione percipitur,ſecus ubi neque propria, neque impropria ſignificatio ſuffragaretur quia tunc uerbis ſtãdum eſſet,neque mens primas teneret,Alex.& Iaſ.in d.l. iij.in 2.limitatione C.de liber.preter.Bal.& Imo.in L.quidam cum filium de hær.inſtit.Bar.in l.in ambiguo de reb.dub. dum reſpondet ad l. non aliter de leg.3.glo.in l.cum uirum ubi & Saly.in fin.C. de fideicom.quibus placuit,ſolam teſtatoris uoluntatẽ attendendam eſſe cui uerba deſeruiunt, & coniecturæ, ex quibus illa uoluntas elicitur,quæ ſint deſumptæ

ſumpte ex uerbis expreſsis teſtimenti quod tradit & Gozad. in conſ. 89. ad fin. num. 5. poſt Bal. in l. ſi pater q 4. C. de inſtit. & ſubſt. & Soci. in d. l. hæredes mei §. cum ita, poteſt addi Cur. ſen. in conſ. 45. col. 11. poſt princ. ſub num. 20. ubi nuncupatim hanc declarationem ad iſtam concluſionem ſupra firmatam probat. Sed aduertendum eſt† quia D. Toriniel. alias uenerandæ memoriæ collega & compater meus obſeruandus in d. l. hæredes mei. §. cum ita ſub num 22. ad ſenat. Trebell. uerſ. circa primũ, affirmat, legem hoc induxiſſe ſpecialiter ut ſola uoluntas ſufficiat† in fideicommiſſis ad inducendum fidecommiſſum, quamuis uerba illam nullo modo ſignificent ut ibi per eum quæ habet perpendit illũ tex. cuius ſententiæ uidetur fuiſſe Fortu. Garci. in l. Gallus §. & quid ſi tantum ſub num. 107. ubi ait, doctrinam moderniorum† uidelicet Alex. & Iaſo. in d. l. 3. C. de lib. præter. non uideri æquitatem, neque iuſtitiam habere, pernicioſeque illas poni, dũ uolunt, quòd quando uerba propriè, uel impropriè non exprimunt uoluntatem, quam dicimus fuiſſe teſtatoris, non debeat illa attendi, ut per illum ibi doctè ſanè & ſubtiliter, quæ ſententiæ nouiſſimè placuit† Marzar. in conſi. 4. car. 35. uerſ. & ſecundum pertinet in conſil. 5. car. 44. uerſ. bene etiam Alex. & in conſi. 6. car. 53. pro eidem faciunt, quæ ſcribit Benedict. in cap. Rainutius de teſtamen. in gl. in uerſ. eidem imponeri ſub num. 18. & in q. de matrimonio in princ. de attendenda uoluntate loquentis & ſcribentis contra ſonum uerborum & corticem ſcripturæ eiuſdem quoque opinionis uidetur fuiſſe idem Marzar. in conſi. 4. car. 33. uerſ. ſecundo uerò ratio ſua, ubi ait contrariam opinionẽ minus defenſibile poſſe, quia† licet uidere in infinitis iuribus, ſubſtitutionem fideicommiſſariam uerificari etiam ſi uerba omnino deficiant; ut in l. unum ex familia §. fin. de legat. 2. & in d. l. hæredes mei. §. cum ita ad ſenat. Trebell. cum multis ſimil. quę in terminis congerit Soci. in conſil. 26. libr. 4. uerum quia ſuperior illa Iaſonis & Alex. opinio in d. l. 3 C. de lib. præter. eſt communiter recepta† ego opinarer cum illa poſſe poſteriorem hanc d. Torniclli & aliorum ſupra relatorum conciliari, prout facit idem Marz. in conſil. 6. car. 52. uerſ. & hæc intelliguntur, & ſcilicet locum habeat quando uoluntas teſtatoris eiuſque mens colligitur ex alijs uerbis poſitis in teſtamento, licet uerba deficiant in caſu in quo cõprehenditur teſtatorem feciſſe fideicommiſſum iux. tex. aurcum in hac materia in l. unum ex familia. §. ſi omiſſa de legat. 2. ubi diuini ingenij iuriſcõ. ille Papinianus ait, † quod ſi omiſſa fideicommiſſi uerba ſint, & cætera quæ leguntur, cum ijs quæ ſcribi debuerãt, congruant, rectè datũ & minus ſcriptum eſſe intelligetur, & hanc ſententiam imperatorem quoque ſecutum eſſe, & ita hunc text. in eodem propoſito ualde ponderat Cur. iun. in conſil. 121. ſub num. 10. ubi ait ſtandum eſſe coniecturæ, † quæ elicitur ex eo quod eſt expreſſum, & iſtud eſſe quod dicit tex. in d. §. ſi omiſſa, cui magis credendum eſſe ait quàm dictis Doctorum, additque illũ tex. iudicio ſuo ſemper habendum eſſe ante oculos, ſeque ſemper in materia fideicommiſſi ſolere in hęrere teſtatoris uoluntati, quando uerba aliquo modo adaptari poſſunt, & idem uidetur probare Marzar. in d. conſ. 4. car. 35. & alibi ſæpe in conſilijs ubi ſemper ſe ita declarat; qua declaratione ſtante† nõ aduerſatur hæc opinio ſuperiori quam diximus frequentiore calculo eſſe receptam quæ procedit quãdo in caſu de quo agitur neque alia in parte teſtamenti uerba propriè uel impropriè importare poſſunt fideicommiſſum, quia tunc propter talem uoluntatem a uerbis non receditur, & ita loquuntur Bal. Imol. Saly. Alex. Iaſ. Gozadi. & alij pro communi opinione citati.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſignificare actiuè, res paſſiuè ſignificari, ideoque ſi unam ſignificationem ab altera ſeparari contingat, diuerſas eſſe.*
2 *Agens & patiens debere eſſe diuerſa.*
3 *Rerum ſignificationem per ſe conſideratam nihil commune cum uerbis habere.*
4 *Significationum in hac materia non eſſe neque uerborum tantum neque rerum tantum ſed coniunctim.*
5 *Vnam eandemque ſignificationem rerum & uerborum eſſe in eadem materia.*
6 *Significationem non poſſe fieri niſi connexim uerba & res concurrant.*
7 *In conſtituendo homine diuerſa officia, & nihilominus eundem eſſe hominem & indiuiduum in iure reputari.*
8 *Domum ex diuerſis rebus conſtrui, factam autem diuerſo iure cenſeri non poſſe, ob eius formæ indiuiduitatẽ.*
9 *Exempla regulam declarare.*
10 *Differre tamen domum & hominem, in iſto diuerſarum rerum ad earum formam conſtituendam concurſu.*
11 *Plura concurrentia ad faciendum corpus unius, ut uocant impreſſæ, non cenſeri iure diuerſo, prout corpus illud conſtituunt.*
12 *Lucas Contilis Seneſis laudatur.*
13 *Officia in unum eundemq; finem tendentia eundem non diuerſum effectum habere.*
14 *Scriptores, materiæ impreſſarum qui ſint.*
15 *Significatio rerum, & uerborum cum unam & eundem habeat finem eadem dicetur eſſe.*
16 *Rem a fine denominari.*
17 *Fine habito de origine non curari.*
18 *Ligas & confœderationes iudicari licitas, & illicitas ſecundum finem.*
19 *Rerum diuerſitatem propter diuerſos fines induci.*
20 *Conuenticula & congregationes ſecundum diuerſos fines, diuerſo modo puniri.*

Vna ne ſit an uero diuerſa uerborum & rerum ſignificatio. Cap. XXIII.

OPortunè autem eſſe offert ut uideamus hoc loco (plenius abſoluendo cæptã inſtitutionem) uerborum & rerum ſignificatio una an ne ſit, an uerò diuerſa, altera ſcilicet rerum, altera uerborũ? Qua in dubitatione

1 bitatione† breuiter resoluendum esse uidetur quod cum verba actiuè significent, res autem passiue significentur, ut uoluit glo. Rubr. huius tit. & Azo. in sum. C. de uerb significat. Quibus alij communi consensu accedunt, tam hic quàm in d. Rub. C. eod. qui & supra in primo capite relati fuerunt, si sejungamus uerba à rebus, non poterit ea quæ uerborũ
2 est significatio, esse rerum, neque è contra, quia agens† & patiens debent esse diuersa l. Vranius de fideicommiss. Accedit, quòd ubi cõsideremus eam significationem quàm per se ipsas & extra se ipsas res faciunt, ut supra diximus de Hieroglyphicis, de
3 patibuli, fumi, & tabellarum uotiuarum significatione, nemini dubium est illam † nihil commune habere cum uerbis, quia sine uerbis semper esse solet, & ideo non potest eadem esse cum uerborum significatione. l. naturaliter. §. nihil commune de acquiren. poss. cum simil. verum quia significatio in hac materia non est uerborum tantum sine rebus;
4 neque rerum tantũ sine uerbis, sed coniunctim† rerum & uerborũ, ut docet istius tituli inscriptio quæ est de uerborum & rerum significatione; & quæ simili modo concepta habetur C. eo. tit. crederem cõ
5 stituendam esse † unam eandemque fore significationem in hac materia, quæ resurgit ex uerbis & rebus, & quamuis diuerso fungãtur officio in ea pro
6 ducenda res & uerba; quia cum† significatio sit rerum mente conceptarum uerbis facta expressio, per orationem negatiuam uel affirmatiuam ut supra docuimus in præcedenti capite iam non poterit hæc significatio dari supponiuè nisi & res, & uerba connexim concurrant, ut sæpius diximus per discursum capitis primi, ergo una eademq; erit, quantum ad præsentem speculationem, rerum, & ue-
7 borum significatio, non autem diuersa. Potest† autem hæc resolutio confirmari exemplo naturali, nam in constituendo homine, corpus & anima cõcurrunt, diuersisque funguntur officijs, ut sensu ipso liquet, & tamen homo semper est idem in sui essentia, quamuis ex diuersis partibuus constet, & quid indiuiduum est, & pro indiuiduo in iure nostro reputatur, ita ut partium diuersarum considerationem non recipiat respectu eius præstationis l. ij. §. 1. & l. in executione. §. pro parte de verb. obliga.
8 Aliud melius† exemplum habetur in l. eum qui ædes de usucapio. ubi ex solo pariete, contignatione & tecto dicitur quæquæ domus constare, quæ omnia in se considerata, diuersa sunt, & diuersis effectibus in iure censentur, diuersisque officijs in ipsis ædibus funguntur, & nihilominus ubi coniuncta ad ipsam domum constituendam perpenduntur, eodem iure censentur d. l. eum qui ædes, unde Bar. alijque excipiunt, eandem rem non debere diuerso iure censeri, & hæc exempla satis deseruiunt ad confirmandam, & dilucidiorem faciendam ueritatem prędictæ declarationis ac resolutionis prout exem-
9 plorum † est natura l. iij. §. videamus de colla. bono. & l. j. in princ. de dol. mal. & met. exceptio. quamuis quantum ad alios effectus iuris inter se differãt
10 quia† primum est de corporibus uno spiritu consistẽtibus; Alterum de corporibus ex pluribus adiacentibus compactis, iuxta philosophicam iurisconsulti traditionem in l. rerum mixtura in prin.
11 de usucapio. Aliud potest exemplum poni† in illis mentis nostræ conceptionum expressionibus, quæ componuntur ex corpore aliquo naturali, uel artificiali, uel historico, aut fabuloso cum dicto aliquo arguto, uel uerbis quibusdam breuiter ac sub. obscurè quidem, sed ingeniosè tamẽ significãtibus laudabilem, honoratam, ac generosam facientis intentionem, quas vulgus impresas uocat, de quarum proprietate luculentissimè disseruit nouissimè om-
12 nium Lucas Contilis† Senensis compater meus honorandæ mihi memoriæ, de re literaria benemeritus, in ijs enim quãuis assumptum corpus & uer-
13 ba adiecta diuersa ineant munera nihilominus† quæ in unum eundemque finem tendunt eorum officia una eademque resurgit ex proposito corpore cum dicto significatio, atque expressio illius generosæ, ac magnanimæ intentionis, quam animo concepit is qui præstantem illam elaborauit compositionẽ; & proprerea una eademque dicitur & est dicti operis significatio, & non diuersa, una scilicet corporis,
14 altera uerborum; cuius propositi exempla, † cum multæ habeantur species apud Paulum Iouium, Hieronimum Puiscellium, Simeonem Admiratũ, ac Contilẽ in eorũlibris quos ea de re inscripserũt non elaborabo in proferendis nancupatim aliqui-
15 bus carum formulis, fic igitur † cum verborum, rerumque in oratione positorum eundem habeat finem significatio vna eademque esse dicitur, quia a fine res denominatur, finisque ipse & non initium
16 inspicitur †. l. si stipulatus essem abs se & l. insulam intra biennium de verbo. obligat. l. & si non sint §. perueniamus in fin. ubi pulcher est tex. de aur. & argen. leg. cum socijs adduct. a gloss. in cap. dudum,
17 de elect. & in cap. scientes de censi. & ideo † habito fine de origine non curatur l. cum seruus de uerbo. obligat. cum sit nobilior omnibus quę sunt ad finem d. l. etsi non sint §. perueniamus & tradit Arist. in 3. top. & Rodul. Agrico. omnino uidendus lib. 1. de inuentio. cap. 15. hinc dicebat Bal. in l. j. col. 2. ad fin. uer. iuxta hoc quæritur, quod cuiusque uni-
18 uersitatis † ligas, ut uocant, & confederationes iudicari licitas, & illicitas, secundum *finem* licitum, uel illicitum quem habent, & ideo si fiant ad illicitam defensionem iudicantur illicitę, per glo. in d. l. j. in princ. super uerb. aliorum, & probatur in l. si a reo. §. fin. in fin. de fideiusso. ubi dicit Euerar. in loco a uirtute finis, esse tex. sing. idẽ vult Bar. in extrauag. qui sint Rebell. in uerbo occultè Ang. in consil. 376. philosophicè & legaliter sub
19 num. 1. sic† etiam propter diuersos fines inducitur rerum diuersitas, unde asserit Bal. in d. l. j. quod cuiusque uniuersit. nomi. quod pœnæ quæ imponuntur facientibus illicita conuenticula, & congregationes, sunt diuersæ secundum diuersos fines, ad
20 quos istæ congregationes fiunt; Nam † si ad monopolium peragendum coguntur, puniuntur congregantes, & congregati pœna exilij. l. j. C. de mono-
21 pol. si autem ad seditionem, † uel publici status perturbationem, plectuntur pœna capitis l. j. & 2. C.

de

de seditio Similiter oblatio† quæ pót fieri ad mùlti
plicem finẽ operatur aliũ & alium effectũ secundũ
finem ad quem fit, ut grauiter admodum declarat
Henric. Boich. in cap. constitutus de in integr. restit.
& Doct. in l. acceptam C. de usur. æstimatio† pariter
quæ potest fieri ad diuersos fines, alium, & alium
operatur effectum secundum fines ad quos fit, ut ma
gistraliter declarat Bar. in l. si ut certo §. nunc uiden
dum col. 2. sub num. 3. & 4. commoda. & Salic. in l. j.
C. eo. cum sim. cum igitur † uerborum & rerum in
oratione coniunctorum, idem ad significandum sit
finis, una eademque dicetur esse significatio & non
diuersa. Cõfirmantur quoque prædicta† ex eo, quod
tametsi seiunctim accipiendo nomina & uerba se
cundum dialecticos, ac grammaticos, altera sit no
minum significatio, & altera uerborum. Nihilomi
nus quantum ad præsentem materiam spectat, una
tantum eorum significatio est, prout scilicet in ora
tione posita affirmatiuè uel negatiuè significant,
ut supra docuimus in proximo præcedenti capite, ac
cipiendo tamen significationem in simplici, ac gene
rali prolatione prout in suas postea partienda est spe
cies, qua de re sequenti libro latius ac plenius mox
tractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Significationes uocabulorum inuentas, introductasque fuisse aut iure naturali, uel gentium, uel ciuili, aut ex consuetudine.*
2 *Declaratur quod dictum est iure ciuili, uel consuetudine uerborum significationem oriri.*
3 *Significationem uerborum inuentam esse auctoritate inuentoris.*
4 *Significationem uerborum posse à uulgari sermone esse inuentam iuxta illud quod ignoramus iuxta uulgare ponamus.*
5 *Significationem uerborum usui describi posse.*
6 *Cæpola non uideri satis figere pedes in resolutione istius difficultatis.*
Aut minus uerè.
7 *Opinionem ultimam in opinionibus scriptis censeri approbatam.*
8 *Vsum non introductorem, sed censorem atque arbitrum esse uocabulorum.*
9 *Significationem uerborum, respectu eorum, quæ ius ciuile sumpsit a iure naturali, ac genti im d sumpsit, ab eisdem iuribus originem habuisse dici.*
10 *Significationem uerborum, eorum gratia quæ a iure ciuili introducta sunt, iuris ciuilis esse.*
11 *Concessa re aliqua, id omne concessum intelligi, sine quo illud, quod est concessum absolui non potest.*
12 *Ius ciuile considerari plenius prout constat quoque ex præceptis iuris naturalis, & gentium ab illo approbatis, & receptis.*
13 *Significationes uerborum etiam respectu eorum, quæ ius ciuile desumpsit a iure naturali gentium & ciuili, capiendo ius ciuile in pleniore significatione, dici a iure ciuili fuisse inuenata.*

Quo iure inuenta, introductaque fuerint uerba.

CAP. XXIIII.

DVbitari nunc posset quo iure inuẽ-
ta, introductaque fuerit uerborũ
significatio; cui dubitationi ut sa-
tisfaciat Cæpol. in rubr. de uerbo.
significat. sub num. 112. significa
tiones inquit, † uocabulorum fuis-
1 se inuentas, aut de iure naturali,
uel gentium, uel ciuili, aut cõsuetudinario, ut de pri
mo habetur tex. in l. tutelas de capit. diminut. de se-
cundo est tex. in l. manumissiones de iust. & iur. de ter
tio habetur l. uerbis ciuilibus de vulgar. & pupill. de
quarto legitur in §. tugurij & in l. ut Alphenus de
uerbo. significat. & not. Bal. in l. maximum uitium
2 col. 3. C. de liber. præter. quòd† uero dixit de iure ci-
uili, seu cõsuetudinario oriri uerborum significatio-
nem intelligendum sic esse ait ut auctoritate prudẽ-
tum uel legis aut ex communi, & rationabili intelle
ctu ea significatio proficiscatur, ut in l. librorum de
uerb. significat. in l. nõ aliter de leg. 3. in l. libeorum.
§. quod tamen Cassius eo tit. in l. labeo de suppell. le
gat. & not. Bal. in l. liberti liberteque in 3. col. C. de
3 oper. liber. rursus inquit † significationem uerborum
inuenta fuisse auctoritate inuentoris, uel legislatoris
quæ dedit uerba, & proprijs uerbis significationes d.
l. liberorum de uerb. sign. & trad. Bal. in d. rubr. C. eo.
4 posseque à vulgo asseri fuisse adinuentam † cum di-
cant grammatici quod ignoramus, iuxta vulgare po-
namus, cui sententiæ uidetur accinere d. l. librorum.
§. quod tamen Cassius, & Bal. in d. l. maximum uitiũ
5 C. de liber. præter. col. 3. insuperque usui † adscribi
posse hoc uerborum significationis inuentum affir-
mat ex auctoritate Horatij in arte poetica qui de elo
cutione loquens ait.

Vt syluæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt; ita uerborum uetus interit ætas;
Et iuuenum ritu floret, modo nata uigentque.

Et Paulo post subijcit.

Multa renascentur quæ iam cecidere cadentque
Quæ nunc sunt in honore uocabula si uolet usus
Quem penes arbitrium est & uis, ac norma loquendi.

6 Sed quia† ut facile ex iam relatis perspicere licet, aut
non satis uidetur Bar. Cæp. figere pedes in resolutio
ne istius quæstionis, aut si ex multis ab eo relatis opi
nionibus dicendũ est, illũ unã amplecti concluden-
dum erit, ultimæ illũ adhæsisse, quia in opinionibus
scriptis illa censetur recepta quæ ultimo loco ab in-
terprete refertur, iuxta gloss. in l. qui filium. §. item
7 Sabinus ad senat Trebell. cum sim. quo casu † non ui-
detur postea tuta esse resolutio pro uniuersa quæstio
ne; eo quia et iam relata auctoritate Horatij apparet
usum non introductorẽ, & inuentorẽ fuisse uocabu-
lorũ, sed potius censorẽ & arbitrũ, qui esse nõ potest
nisi de iam introductis, quia eorũ quæ adhuc nõ sũt,
nulla potest esse censura, neq; iudiciũ iur. vulg. ergo
cũ supponat usus iam uerba earũq; significationes
esse inuentas, & introductas, nimirum si ille haud
quaquam tribui poterit intentio aut introductio

ſignificationis verborum, quamobrem aliter reſoluē
dum eſſe hanc quæſtionem cenſerem, ut ſcilicet re-
8 ſpectu eorum †quæ ius ciuile deſumpſit in iure gen-
tium, ſeu naturali, quod ſcilicet natura inter omnes
homines conſtituit, & quod poſtea vſu exigente, hu
manisque neceſsitatibus, auctum eſt l.j.§. iuſgentiū
l.manumiſsiones l.ex hoc iure gentium de iuſt.& iu.
& inſt.de iure naturali §.quod uerò & §.ius autem gē
tium, dicatur quoque uocum ſignificatio, quibus e-
nuntiatur, proferunturque eius iuris inuentiones &
iura, eſſe de iure gentium uel naturali, hoc eſt natu-
9 rali ratione inter homines introductum eorum †ue-
rò ratione quæ a iure ciuili introducta ſunt, quorum
caſus aliquot enumerant glo. & Doct. in l.ex hoc iu-
re gentium tribui debeat ſignificationis inuentio iu
10 re ciuili. Nam †cum uerſetur diſputatio circa inuen-
tionem ſignificationis uerborum, quę ad ius ciuile
refertur, fateri quo que oportet eius ſignificationis
auſpicium, atque inuentionem tribuēdam eſſe iuris
ciuilis auctoribus ac cōditoribus, quia cum aliquid
11 conceditur, id omne †conceſſum quoque eſſe intelli
gitur, ſine quo iam conceſſum explicari non poteſt,
l.j.ubi omnes notant. Iaſ. que præſertim de iuriſdic.
om.iud.l.illud.de acq.hære. ubi Franc.Aret. & Lud.
Roma. quæ enim ſeparatim innexit, ius gentiū a iu-
re ciuili, & è contra, iam non in uſu hominum, quo-
rum gratia inuenta fuerant, eſſe poterant niſi uerbo
rum quibus inuentiones illæ, pronuntiabantur, inuē
ta foret ſignificatio, ergo unicuique iuri iuxta nego-
tiorum, ac iurium introductiones, adſcribenda quo
12 que erit uerborum ſignificatio. Quod ſi nos †ius ci-
uile accipiamus prout non diſtinguitur a iure gen-
tium, præceptis quæ illo iure recepta probataque
ſunt, prout ſcilicet ius ciuile conſideratur in l. iuſci-
uile cum l.ſeq.de iuſt.& iur.& comprehēdit illa om-
nia iuris naturalis, ac gentium præcepta atq; inuen-
ta, quę ius ipſum ciuile cognouit, recepit, atque ap-
probauit, cuius exempla aliquot proſequitur gl. in
d.l. ius ciuile glo.in l. legitima de pact. Doct. in l.ex
hoc iure gentium eo.tit.de iuſt.& iur. & in l. inter dū
de condict.indeb.cum alijs ſim. locis. Item prout ex
ſcripto conſtat, & non ſcripto, cōtinetq; omnes illas
iuris ſcripti partes, quæ enumerantur in leg. ſupra ci
tatis & inſtit.de iur.nat.gentium & ciuil. a §.conſtat
autem uſq; ad §.ſed naturalia. Nam tametſi uſu exi-
gente, ac humanis neceſsitatibus gentes humanæ
plura inuexerint, in ijsque iura quædam ſibi con-
ſtituerint, ut dicit tex. in §. ius autem gentium inſtit.
de iur.nat.gentium & ciuil. quæ poſtea a iure ciuili
fuerunt recepta, d.§.ius autem gentium, & d.l.ex hoc
13 iure gentium. Nihilominus † cum ea omnia prout
cū aliqua additione, uel detractione a iure ciuili fue-
runt recepta dicantur eſſe iuris ciuilis d.l. ius ciuile
de iuſt.& iu. ſic earum uocum ſignificationes ijs mo
dis quibus reperiuntur per iuris conditores in iure
ciuili explicatæ intelligentur, ac dicentur eſſe iuris
ciuilis, & modo, qui ſupra relatus eſt, eorumque in-
ductio, & intentio iuris ciuilis auctoribus erit tri
buenda. In cuius reſolutionis confirmationem poſ-
ſunt adijci illa omnia, quæ infra depromemus lib.6.
dum differemus de cauſa introductiua interpreta-
tionis extenſiuæ.

Lib. I. FINIS.

CAMILLI GALLINII TICINEN. PATRITII, AC IVRISCONS. AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS ET IN TICINENSI GYMNASIO IN VESPERIS IVRIS CIVILIS ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Significationem in genere consideratam hactenus fuisse, & quomodo genus accipiatur.*

2 *Significationis quatuor esse species, propriam, scilicet, impropriam, consuetudinariam, & interpretatiuam.*

3 *Propriam significationem secundum Bal. esse apertè loqui secundum propriam, & subiectam materiam.*

4 *Rebus, de quibus loquimur, proprios, & consonantes esse debere sermones.*

5 *Idque dupliciter accidere, vel quia vtimur vocabulis proprijs, aptisque ad significandum, vel quia proferimus verba secundum communem intellectum gentium.*

6 *Significationes per quas causas natæ sunt, per easdem mutari, minui ac augeri.*

7 *Sermones verificari debere secundum communem opinionem hominum habentium intellectum.*

8 *Propriam significationem secundum Cæpol. esse ipsam definitionem.*

9 *Propriam significationem assumi quoque ab ethimologia seu allusione, sed vbi ea repugnat definitioni, illam desumi ex definitione.*

10 *Proprium sensum vocabuli esse illum quem lex ei dat, non quem vulgus imperitum illi assignat.*

11 *Propriè illud dici fieri, quod secundum modum significandi fit.*

12 *Propriè quoque id asseritur fieri, quod fit simpliciter & non secundum quid.*

13 *Alciatum a Bal. Cæpolęque traditione de propria significatione, recedere.*

14 *Proprietatem verborum tripliciter assumi secundum Alciatum ex Fabio.*

15 *Quæ suo loco & bene translata sunt propria dici, proprietatemque non ad nomen sed ad vim significandi referendam esse.*

16 *Proprium secundo modo dici inter plura, quæ sunt eiusdem nominis.*

17 *Proprium tertio modo dici, cum res communis pluribus in vno aliquo nomen habet eximium.*

18 *Proprium illud rursus esse quo nihil significantius dici potest.*

19 *Propriè quoque significari, quod generali nomine appellatur.*

20 *Intestabilem esse, qui nec testimonium dicit, & cui dici non potest.*

21 *Petitionis appellatione in lege municipali comprehendi repetitionem.*

22 *Diœcesis appellatione ciuitatis quoque procurationem excipi.*

23 *Verbum quod in generali, & speciali significatione accipi potest, vtroque modo capi.*

24 *Sororis nomen comprehendere vtrinque coniunctam, consanguineam tantum, & vterinam tantum.*

25 *Dominium propriè de direto accipi.*

26 *Propriam significationem desumi a tribus medijs, definitione scilicet, ethimologia, & auctoritate.*

27 *Ethimologia proprietatem cognosci, si definitioni non repugnet.*

28 *Definitionem esse propriam, & breuiter comprehensam rerum substantiæ enarrationem, quæ genere specie, proprio, & differentijs constat Quintil. teste.*

29 *Quàm variè se gesserint iuris Auctores in describendis finiendisque rebus.*

30 *Quasdam traditas esse in iure nostro definitiones, quæ non nisi impropriè acceptis uerbis sustineri ualeant.*

D. Camilli Gallinij

Significationem in genere conſideratam in quatuor ſpecies diuidi, propriam, impropriam, conſuetudinariam, et interpretatiuã, quidq; ſit propria uerborum ſignificatio, et quomodo capiatur ſecundum Bald. Veronenſem et Alciatum. Cap. I.



1 Vnc de ipſius uerborum ſignificationis partitione agendum eſt, †prout in genere cõſideratur, iuxta declarationem generis traditã, a Bar. in l. legato generaliter de le. 1. quem cęteri ſequuntur, & doctè ac eruditè declarat Zaſ. ſi. 1. ſing. Reſponſ. ca. 1. ſub nu. 26. cum ſeq. illa igitur in qua-
2 tuor †ſpecies deducitur, uidelicet in propriam, impropriam, eamq; quæ ex cõi uſu loquendi deſcendit, & illam quę ex interpretatione proficiſcitur, de quarum ſingulis ut infra ſuis locis diſſerendum erit, ſic a propria ſignificatione iſtius libri exordium aſſumendũ eſt diſſerendo quę nam illa ſit, & unde proficiſcatur.
3 Propria igitur †ſignificatio, ut inquit Bal. in l. ult. col. 5. uerſ. ecõtra uerò ſub nu. 35. in 14. quæſt. C. de hęr. inſti. ſeu propria locutio (hiſce enim duabus uocibus tãq; ſynominis utitur,) & apertè loqui ſecundũ pro-
4 priã, & ſubiectam materiam, oportet enim †rebus de quibus loquimur cognitos, familiares, & cõſonantes eſſe ſermones, ut habetur primo ethi. & inſt. de don.
5 §. eſt & aliud, & hoc † dupliciciter accidere ait, uel quia utimur uocabulis ſignificantibus, & aptis ad ſignificandum ut debent ſignificare, uel quia intellectus cõmunis gentium ſic intelligit, nam cõmunis intellectus uocabuli omnes ſignificationes præponderat, & quia per quas cauſas ſignificationes natę ſunt, ideſt per cõmunem intellectum, per eaſdem mutari
6 minui & augeri poſſunt †l. librorũ. §. quod tamẽ Caſſius de legat. 3. & arg. l. de quibus de legi. §. nam cũ ipſe, & eius quod no. in auth. hoc locũ in glo. C. ſi ſecund. nup. mul. pro qua Bal. ſentẽtia ac reſolutione addit Cæpol. in rub. de uer. ſig. ſub nu. 111. facere il-
7 lud, quod. ſ. †uerificari debẽt ſermones ſecundũ cõmunem opinionem hominũ habentium intellectũ per tex. in l. ſi ita quis, ibi quod utiq; nemo ſanus probabit de euict. quã ad hoc adducit & perpendit Bal. in l. j. C. de ſer. fug. col 4. ſub n. 9. ſed idem Cep. paulo
8 ſuperius ſub nu. 110 tradidit † propriã ſignificationem eſſe definitionem, iux. gl. in l. non aliter de leg. 3. in uer. ad deſiniendũ, uel eam eſſe propriã uerborum ſignificationem, quã lex dat ipſi uoci, ut in l. propriè & in l. ferri de uer. ſig. ſecundũ Bar. in l. omnes populi 3. q. 6. q. prin. de iuſt. & iur. ſub nu. 59. & eãdem aſſertionem repetit idemmet Cæp. in eadem rub. ſub nu.
9 39. & ſeq. additq; †etiã illam quæ aſſumitur rex deriuatione, uel alluſione eſſe propriã, ſed quãdo alluſio repugnat definitioni, tunc propriã uerbi ſignificationem aſſumi ex definitione, ut no. Bar. per illũ tex. in l. j. §. ex qua re de tutet. & in d. l. omnes populi in tertia quæſt. ſex. quæſt. principal. & in l. liberorũ in 5. col. & in l. j. de uer. ſig. & Bal. in l. non ſine C. de bon. quæ lib. qui dicit ibi adeſſe textũ notandum de hoc in illis uerbis; quamuis ergo &c. itẽ propriũ ſenſum uoca-
10 buli †eſſe cũ quem lex ei dat nõ aũt quẽ uulgus ignarum, atq; imperitum illi aſsignat, ut dicit Bald. in l. maximũ uitium in 3. col. in prin. C. de lib. præt. & rur-
11 ſus propriè dici †fieri, quod ſecundũ modũ ſignificãdi fit, ut tradit Bal. in d. l. ult. C. de hæred. inſt. in 11. quæſt. ſub nu. 31. & ꝙ plenè demonſtrat intellectum loquẽtis ſecundũ Bal. in d. l. non ſine C. de bon. quæ
12 lib. itẽ propriè illud †dici fieri, quod fit ſimpliciter & non ſecundũ quid, ideſt, quod ſine aliqua adiectione pronuntiatur abſolutè tale eſſe l. hoc legatũ de lega. 3. & docet idem Bal. in l. ſi non ſpeciali C. de teſtam. in col. pen. & fin. quãuis aliter dixerint in l. j. in uerſi. modo dubitatur in fi. C. qui teſta. face. poſſ. Verum
13 huic Bald. ac Cep. traditioni, quamuis pereruditè ac grauiter admodum conſideratæ, atque deductæ non acquieſcit. D. Alciã. lib. prim. de uerb. ſignificat. ſub num. 4. & ſeq. qui aliter ſentiens tripliciter uerbo
14 rum proprietatẽ aſſumit † ex Fabij Quint. lib. 8. oſtẽdit, primus rei intellectus eſt ſua uniuſcuiuſq; rei appellatio. Non tamen inquit Fabius quicquid non erit proprium, protinus improprij uitio laborabit cum multa ſint & grecè & latinè non denominata, quæ per trãslationem, uel per καταχρησιν neceſſariò dicimus ut iaculatus eſt ſudem, uel pilam, unde quæ
15 †ſuo loco & bene trãslata ſunt propria dici poſsũt, proprietas igitur non ad nomen ſed ad uim ſignificandi referenda nec auditu ſed intellectu perpendẽda eſt, ſecundo modo dici ait proprium † inter plu-
16 ra, quæ ſunt eiuſdem nominis & unde cætera ſunt deducta, ut uortex contorta in ſe aqua, uel quicquid aliud ſimiliter uertitur, unde propter flexum capillorum pars ſumma capitis, uortex dicitur, itemque ſummi montes, propriè tamẽ ad aquam refertur, ſed iſtũ eaſum ſub priore cõprehendi inquit uideri, & ad
17 methaphoram ferè pertinere. Tertiũ eſſe uult †cum res cõmunes pluribus in uno aliquo nomen habet eximiũ, ut cũ tabernaculũ Ducis Auguſtale appellamus, & tabernacuiũ principũ lex principia appellat in l. officiũ de re mil. & uenales ac nouitios ꝓ ſeruis, ut in l. ſi. de ædilit. edict. Hinc ẽt illud propriũ dici ar-
18 bitratur quo nihil dici poſsit ſignificantius † ut cum Celſus inumbratã quietem furioſi, in l. quod meo §. 1. de acq. poſſ. qui in conſpectu ſene mẽtis videbatur & ad hanc ſpeciẽ pertinere ait cũ aliqua res ſpeciali ſibi nomine & cũ alijs cõi appellari poteſt. Nã quod
pẽculiarius ſibi eſt, id illius eſt propriũ, ut cũ adulteriũ in l. iulia cum uxore aliena dicimus, propriè dicimus, cũ ſtuprũ, qa etiã cũ uidua, uirgine, puero, meretrice comittitur καταχρησικῶν loquimur l. inter §. j. de
19 adul. præter Fabij declarationẽ, † quartũ quoq; caſũ addũci poſſe putat, cum res generali aliquo nomine appellatur, nec enim dubitandũ eſt quia ſpecies generi ſuo propriè ineſſe cenſeatur Bal. in l. 2. C. de iur. aureo. annul. codẽ pertinet cum uoce utimur quæ lata ſignificatione multa continet, nã oĩa cõprehendi arbitratur, ut cum lex inteſtabilem aliquẽ eſſe iubet,
20 †ſuetutii in l. cum lege de teſt. intelligitur. n. ut nõ ſolum eius teſtimonium nõ recipiatur, ſed ne ipſi quidem teſtimonium dici poſsit, ſic cum lex municipalis petitionem † concederet, etiã repetitionẽ cõcedi,
21 reſponſum

reſponſum eſt ut per Bar.in rub.ſol.mat.Quia generaliter d cimus,ſicut & dare,quod reddimus eadem
22 atione appellatione diæceſis†ciuitatis quoq; ipſius,nedũ agri procurationem in legibus cõtineri creditur,ut in ca.1.de offi ordi.ſed etſi,quod uerbũ ſit†cuius ſpecialis,itemq; generalis poſſit eſſe ſignificatio,
23 utroq; modo accip etur,nec altera cẽſebitur improprie ut cum lex iuriſdictionẽ alicui concedit; non de ſpeciali tantũ cenſebitur actũ ſed de mero quoq; & mixto imperio,ut per Alex.in rub.de iur.om.iud.qđ & de adoptionis nomine dicendũ eſt,quod generali
24 annotatione etiã arrogationem cõtinet,idem†quoque dicẽdũ eſſe ait de ijs nominibus,quæ uariã ſignificationem alicuius ſpeciei habent,& nõ magis propriè uno,quã alio modo accipiuntur,ut ſoror, ſignificat enim utrinq; coniunctã,ſignificat conſanguineam tantũ; itemq; uterinã tantũ cum igitur ſororis mentio fiet,quæ quoquo modo ex ſupra ſcriptis caſibus coniuncta ſit continebitur idq; propriè; Aliud
25 eſſe ait†cum in altera ſpecie improprietas eſt,ueluti cũ dicimus dominiũ, propriè de directo accipimus, ut dicit Soc.in conſ.ult.uol.2 nam qui utiliter dominus eſt abuſiue ait uideri dominũ,meritò igitur ex ui uerbi potẽtiorem ſignificationẽ accipiendã eſſe quę
26 ex proprietate deſcendit.Deſumi uerò†propriam ſignificationem ex crebiore ſentẽtia ait tribus modis Ab auctoritate, à definitione & ab ethimologia ut ſcribit Bar.in d.l.omnes populi de iuſt. & iur.in d.q. 3.non enim dubium eſt id prudentiũ auctoritati tributum t quo dicendi modo uſi ſunt;& nos uti poſſimus proprièque dicere uideamur à qua ſententia diſcedendum non eſſe ait,quã uis in multis locis M. Tulliũ non ita arbitratũ fuiſſe legamus. De ethimo-
27 logia proditum eſſe ait,& de alluſione ut inde tunc de num proprietas cognoſcatur ſi definitioni nõ aduerſentur,qua de re plenius a ſe tractatum eſſe ait in l. taberne in fi.hoc tit.quod ad definitionem attinet ait,definitionem omnem in iure periculoſam eſſe,ra-
28 rũ eſt.n.ut ſubuerti nõ poſſit.Nã cũ definitio ſit†ꝓpriè & breuiter comprehenſa rerũ ſubſtantiæ enaratio,quæ genere,ſpecie,proprio, differentijs ut inquit Quintil.cõſtat, non fermè multæ huiuſmodi in iure reperiuntur,ſed haſce ſubtilitates iuriſconſulti dialecticis reliquerunt,ipſiq; ſatis habuerunt ſi ſubſtantiã rei ex communi regula deſcriberent, ut in do-
29 te,& iudicio fece unt. Quandoq; ſatis duxerũt†ſi genus & differentias ſolũ apponerẽt,quod in doli mali definitione cernere eſt in l.j.de dol.mal. quãdoq; ex modo per quem res introducta eſt,eam deſcripſerũt ut in ſeruitute,& ſtipulatione apparet,quandoq; ab ipſo effectu cũ appellatione definierunt eſſe primæ ſententiæ q̃ in pendenti ſit reſciſionẽ. Quandoq; &
30 tales†definitiones retulerũt,quæ non niſi impropriè acceptis uerbis ꝺ fenidi poſſent,qđ Dec.adnot.in rubr.extra de probat.quod tamẽ ipſe uerũ eſſe fatetur in recentiorum definitionibus, ſecus in ijs quas ueteres tradid runt,ſic reſoluendam eſſe propoſitam difficultatem D. Alciatus opinatur.

SVMMARIVM.

1 *Propriam elocationem eſſe quæ ſecundum propriam et ſubiectam materiam fit.*
2 *Propriam eſſe appellationem quæ conuenit ſpeciei.*
3 *Propriam eſſe naturã uocabuli uim quandã attributã dictioni ad exprimẽdũ aptè ac proprie conceptũ mentis.*
4 *Propriè tale eſſe quod lex tale appellat.*
5 *Verba propriè ſignificare cum ita ſignificant ut rei eſſentiam requirit.*
6 *Rerum eſſentias aſſequi perquam difficile eſſe ex communi philoſophorum conſenſu.*
7 *Propriam ſignificationem inde eſſe cum uerbum ſignificat; ut rei paſsio expoſtulat.*
8 *Nomen quo rei proprietas aut eſſentia non oſtenditur rectè inditum non eſſe.*
9 *Propriam ſignificationem à definiptione ſumi.*
10 *Propriam ſignificationẽ a deſcriptione quoq; deſumi poſſe.*
11 *Propriã ſignificationẽ ab ethimologia pariter proficiſci.*
12 *Ethimologiam non inferre ad propriam ſignificationem.*
13 *Verba Varronis in materia ethimologiæ ſignificationis.*
14 *Varronem in ethimologijs inſiſſe ac fuiſſe luſum.*
15 *Propriã ſignificationẽ ab auctorit.nõ ſimpliciter deduci.*
16 *Primum nominum inſtitutorum rectè nominaſſe credi quatenus ſecundum rei proprietatem & eſſentiã nominarit.*
17 *Sed a primo ſequentes non potuiſſe propriam ſignificationem inducere.*
19 *Auctores cuiuſq; artis ac ſcientiæ in dubio preſumi propriè locutos fuiſſe num.18.& num.20.*
Dialecticos,Phiſicos,Geometras,Muſicos,Grammaticos, Rhetores,ſuo quodam ipſorum more uti.
21 *Propriam ſignificationem aſſumi ex legis auctoritate.*
22 *Proprietatem naſci ex auctoritate prudentum uel ex cõmuni & rationabili intellectu*
23 *Propria uerba eſſe quæ eius rei ſunt,uel eſſe poſſunt uerba.*

Quid rurſus ſentiant de propria verborũ ſignificatione Andreas Gãmarus, Aurelius Sauius,& Ludouicus Aluarus. Cap. II.

1 ANdreas Gamm.lib.1.top.leg.in loco ab interpretatione ſeu ab ethimologia propriam dici putat elocutionem†quę ſecundum propriã & ſubiectã materiã fit. quia oporteat rebus de quibus loquimur conſonãtes habere ſermones §. eſt
2 & aliud iuſtit.de don.Ariſt.in primo ethi.item † propriam eſſe appellationem quæ conuenit ſpeciei ut in l.j.de donat.Rurſus propriam eſſe materiam uocabuli†uim quãdam attributam dictioni ab intellectu
3 ad exprimendum aptè & propriè conceptum mẽtis Bal.in l.j.col.3.in 3.oppoſ.cir.finẽ de iuſt.& iur. Prę-
4 terea illud eſſe propriè†quod lex appellat propriè tale l.propriè l.frugẽ.in hoc tit.Bar.in d.l.omnes populi d.3 q.6.q.prin.& Bal.in d.l.nõ ſine col.2.C. de bo. quæ liber. qui inſuper ait illã locutionẽ eſſe propriã quæ conſtat ex ſui definitione.Aur.Dauid Sauius in eius libello de uerb.ſign.cap.6.ex Platonis ſententia
5 in Cratylo,tum uerba propriè ſignificare ait† cum ita ſignificant ut rei eſſentia requirit, enim enim ex eiuſdem Platonis auctoritate ut ſupra retulimius uerba inſtrumenta ſint quibus res ſignificamus, ut propria ſint talia eſſe oportet, qualia artis ipſius natura

tura exposuit,ei insuper cũ res ipsę nõ pro opinione no stra,sed pro ipsa natura sua, in ipso rerum ordine tales aut tales existant,æquè conuenit actiones,atq; passiones ipsas ex nostro arbitrio non pendere, sed naturales esse at significare ut actio quædam est & operatio,quare ut propria sit,& recta nominatio significatioq; aliter non fiet quàm rei ipsius essentia
6 exigat,uerum†cum ex communi phylosophorum cõ sensu per quam difficile sit rerum essentias assequi, & non rarò humani ingenij captum abfugiant imò nonnullo eas nosci ac percipi posse simpliciter negauerint,ipse putat veram propriamq; significationem
7 inde esse†tum uerbum ita significat uel uti rei passio propria postulat,siquidem ut ex Arist.reliquisq; philosophis liquere ait passio propria, ita immediatè ex forma substantiali, quæ pars essentiæ rei est, fluit, quo genita forma,mox passio ipsa suboriatur,& remota eadem forma passio ipsa tollatur,indita igitur specie,qui rectè atq; propriè nominare uoluerit, ut passio propria suadet nominabit,quę etiam cognita esse poterit, uel si substantialis forma nominãtem effugerit, quãdo passio ipsa sensibus peruia sit,inq; exteriorem cognitionem cadit; forma autẽ a sensibus abstracta,atq; seiugata in penetrabilibus delitescẽs, uix longo etiam animi discursu, & ratiocinio notam
8 se præbeat. Quod si nomen†sic inditum sit, ut rei essentia,aut proprietas eo ostendi non possit, iam manifestum relinquitur rectè impositum non esse. Quinimo secundum Platonem uerè & propriè nomẽ dici non posse,&
9 propterea inquit†a Bar. recte traditũ fuisse in d.l.omnes populi in 5.prin.q.de iust.& iu.& in l.j.§.j.de tutel.& in l.j.de testam.propriam significationem a definitione sumi. nãq; ut supra ostẽsum fuit, propria rectaq; significatio est, cum uerbum ita significat, ut rei essentia adhortatur, & definitio rei essentiam ponit explicatq; ut per Bal.in l.j. de usufr.& docet idem Aurel.cap.j.eius operis, ergo &c.
10 Rursus à descriptione†concludit propriam quoque haberi significationem, ea ratione quia cum usum sit uerbum rectè & propriè significare, cum ita significat ut propria passio suadet, cõsequens est propriã significationem à descriptione ipsa, quæ passionem
11 propriam exprimit,accipi ab ethimologia†uocabuli fatetur Bar.& doct. crebriore calculo admittere, propriam desumi significationem, si conueniat ethimologia cũ definitione, & descriptione, secus si illi aduersetur sed ipse putat non esse magnificiendum hanc interpretationem, quandoquidẽ cum ethimomologia cum definitione uel descriptione cõspiret, nihil tum prohibeat,quare promptius nõ dicamus à definitione ipsa uel descriptione propriam ipsam significationem duci,& ideo post longam disputationem quam interponit an argumentum ab ethimolo
12 gia uocabuli ualeat, concludit ab ethimologia†non posse deduci propriam significationem,quia ut inquit ualla lib.3.elegan.parũ attinet de ethimologia disputare,quæ plerunq; fallax est, & in primis nisi fideli fundamento innitatur,friuola,unde M.Cicer.in topicis & Fab.li.7.orat.inst.placuit cum intelligitur quid significatur, & rerum ipsarum manifesta natura patet,de nominibus anxiè disceptandum nõ esse.

item quia ut inquit in 2. præmisso disputationis suæ sub nu.38.non facile est ueram ethimologiam red-
13 dere,quod ex Varrone li.4.de lingua latina†in primprobat. Qui cum ita inquit priorem illam partem, ubi cum & unde sint uerba scrutantur (grecè uocant ethimologiam) illæ, alteram anologiam, de quibus duabus in his libris promiscuè dicam, sed exilius de posteriore,quæ ideo sunt obscuriora,quod neq; omnis impositio extet uerborũ, quia uetustas quasdam deleuit, nec quæ extat sine menda omnis imposita, nec quæ rectè est imposita cũ ita manet.multa enim uerba literis commutatis sunt interposita, neq; omnis origo est nostræ linguæ,uernaculis uerbis,& multa uerba aliud nunc ostẽdunt,aliud ante significabãt
14 & propterea inquit Valla li.6.elegant.† Varronẽ in ethimologijs lusisse & fuisse lusum, quem grauẽ celebremq; Auctorem in re facili ludi non potuisse crędẽdũ est.Addit insuper maximas altercationes circa ethimologias inter magni nominis uiros fuisse subortas,cũ eidem uocabulo quandoq; unã ethimologiam,quandoq; aliam,& alij sępius plures statuerũt ut p multa exẽpla ipse prosequitur sub nu.41.& seq. & præsertim ethimologiæ sequestri, de qua in l.sequester inf.eo. & de qua p Aul.Gel.li.20.noct.Atti. c.11.& ethimologiæ possessionis de qua ĩl.j.de acq.
15 poss.Ab auctoritate†tametsi dicat Bar.& Doct.cõi ni consensu in d.l.omnes populi de iust.& iur.concludere propriã desumi significationem,in camq; sentẽtiam referat concessisse Alcia.li.1.& 2.de uer.sig.putat ille tamen nundũ primoribus labris eos rem degustasse,neq; uerũ forsan sensisse; quod in hunc modũ ille ostendit; aut enim quæstionem ad primũ nominũ Auctorem referri uolumus, aut ad alios post primum,si ad primum egę communis assertio pro-
16 cedit,quãdoquidem primus nominũ institutor†propriã rectamq; significationem ex se non acceperit, sed eatenus solum rectè proprieq; nominasse credatur,quatenus secundũ quod rerũ essentiæ & proprietates requirerẽt nominarit,qđ si ad cæteros a primo subsequentes retulerimus, minus poterit crebriori
17 calculo esse locus,quoniã &sequẽtibus†a primo,prius sit ut dicamus eos potuisse quidẽ & posse propria significatione & iam impositа,seu uerbis ꝓprijs ac positis ritè quã quod ab ipsis,aut eorũ auctoritate propria significatio ducatur. Non negat ille tamẽ quin ea honoris prærogatiua præcedentibus Auctо-
18 ribus tribuenda sit, † ut in dubijs eos proprijs & positis uerbis loculos fuisse teneamus, ut qua significationę usi ipsi sunt,ea quoque nos uti ualeamus, quòd maximè uerum esse ait, cum de uerbis agitur quæ rerum naturalium non sunt sed artium. Quia omnis scientia & una quæque ars sua habet propria uocabula, teste Cicerone libr.3. de fin. bon. & mal.
19 circa initia. Qui itaque † inquit Dialectici & Physici uerbis utuntur,quæ ipsi scientiæ nota sunt.Geometrę uerò,Musici, Grammatici, etiam more quodam loquuntur,item ipsę Rhetorum artes,quæ sunt totæ forenses ãtque populares, uerbis tamen in dicendo quasi priuatis utuntur ac suis, atque omissam has artes elegantes & ingenuas,ne opifices quidem tueri possunt sua artificia, nisi uocabulis uterentur

nobis

nobis incognitis usitatis sibi, quin etiam. Agricultura quæ abhoret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus uersatur nominibus notauit suis.
20 Vnde† cum aliud non apparet, credibilius esse ait, eos qui artē aliquam exactè percalluerint, aut eius summi uertices extiterint, & uerbis ad eam artem accomodatis usos fuisse, & in eadem propriè rectéque locutos fuisse, ideoque Bald. in d.l. omnes popu
21 li dixisse asserit, propriam significationem† in iure summi legis auctoritate, uel iurisconsulti, uerbum aliquod ita debere intelligi asserentis, eundemque Bal. in l. 2. C. de oper. liber. idem sensisse per hæc verba, dum legistæ inquit omnem proprietatem uocabuli significationem appellant, quæ proprietas na-
22 scitur† auctoritate prudentum, uel ex communi & rationab. li intellectu, quam Bald. sententiam supra quoque non uno in loco retulimus. Ludoui. Alua. in rub. d. leg. primo. sub num. 113. succinctè admodum & quam paucissimis rem absoluit ptopria igi-
23 tur† uerba inquiens (ut in rhetoricis ad Herennium definita inuenio) ea uocantur quæ eius verbi rei uerba sunt aut esse possunt de qua loquuntur, ut caput, brachium, pes, pro his corporis partibus, & reliqua huiuscemodi, a quibus non esse recedendum Marcellus docuit in l. non aliter de leg. 3. & Celsus in l. Labeo de suppellec. legat.

SVMMARIVM.

1 *Neruum tractationis de uerborum significatione cōsistere in resolutione constitutionis propriæ significationis, in qua tam uariatum fuit a iuris interpretibus.*
2 *Omnem frustraneum esse conatum in qualibet scientia aut arte, nisi intellectis principijs, & in hac tractatione, nisi cognito quid sit proprium.*
Propriumque esse in quadruplici acceptione ac primum quando indiuiduo soli, & non alteri conuenit, ibi.
3 *Proprium esse quod soli speciei, & non omni de specie conuenit.*
4 *Proprium rursus dici, quod omni de specie, sed non soli conuenit.*
5 *Propriumque insuper dici quod alicui speciei soli & semper conuenit, conuersim prædicatur, nec inducat quod est esse rei.*
6 *Conuersim prædicari dici cum id importet prædicatum quod & subiectum.*
7 *Proprium cuiusque uocis significatum tripliciter in iure nostro assumi. num. 2. & 1. quando uox principaliter, & æqualiter id significat, de quo disputatio est ibidem.*
8 *Æqualiter proprium inesse dici respectu generis etiam si una species magis sit nobilis quam altera.*
9 *Propriè significari dici, quando uox certè, & determinatè, atque precisè significat.*
10 *Significari quoque propriè dici quando regulariter & secundum dispositionem iuris communis, & non priuilegiorum, neque de iure speciali significatur.*

Auctorem putare oportunum esse ac necessarium nōnulla præmittere, pro faciliore resolutione propositæ difficultatis, atque imprimis proprium esse in quadrupluci acceptione, & proprium cuiusque uocis significatum tripliciter assumi.

CAP. III.

1 Sihi tamen pro resolutione istius priore loco propositę difficultatis† in qua consistit neruus uniuersæ hnius tractationis & in qua interpretes nostri uaria tradiderunt, nec sibi ipsis prorsus consti terint, placet nōnulla præmittere: ex quibus planior, dilucidior, ac certior habeatur
2 omnis dubitationis resolutio Imprimis† igitur, cum omnis frustraneus futurus sit labor, in inuestigatione proprię significationis, nisi intelligamus quid sit proprium, cum iam supra differuerimus quid sit significatio, quia ignoratis principijs nulla potest cōmoda explicatio fieri, l. j. de orig. iur. & l. j. si cert. pet. præmitto apud nostrates proprium in quadrupl. ci esse acceptione, prima est quando indiuiduo soli, & non alteri cōuenit, vnde propriam dicimus alicuius causam cū ad eum solum & non ad alterum pertinet emolumentū, l. fęnerator de nautico fęnore l. j C. fin. reg. l. propriū com. pd. l. j. §. in propria ubi tex. sic nū cupatim decidit, quā appell. fit l. j. §. ult. ibi, hoc propriū est huius edicti l. 2. §. fi. & ibi Bar. de adoptio. Se
3 cunda est† ut proprium dicatur qđ soli speciei & nō omni de specie cōuenit, ut esse iurisc. qđ soli homini cōuenit, nec tamē omni, ita ponitur ab imperat. inst. de pat. potest, dū dicit propriū esse ciuium Romanorū filios habere in ptāte, & in l. oēs populi de iust. & iur. & in §. ius aūt ciu. de iur. nat. gen. & ciu. Tertia est
4 ut propriū dicatur qđ omni de specie sed non soli cō uenit, cōsensus in matr. l. nup. de reg. iu. cū ibi no. uel quod omni de specie cōuenit & soli sed nō semper, ut
5 canicies in senectute. Quarta est† ut propriū dicatur quod alicui speciei soli & semp cōuenit, conuersim pdicatur, nec inducat quod est esse rei, ut risus homini, & hæredis institutio, conuersim aūt prædica
6 ri† cū id importat prædicatū quod & subiectū idest q unum de altero uerificatur, ut risibile est homo, homo est risibile. Non indicare autē quid est esse, dicitur, ut a definitione quæ cōuersim prædicatur quid ditatē & proprietatē indicās, differāt, sic enim ex Porphirio in Isagoge, ex Rodulpho Agri. li. 1. de inuen. c. 8. sic ex Gāma. top. leg 1. li. 1. c. de proprio ex Alua. in rub de leg. j. sub nu. 113. cū seq. & alijs uarijs locis constituendum esse, censemus, quamuis aliqui ex recentioribus conati fuerint alias proprij acceptiones inuehere quæ tamen hac in re parum deseruiunt. Se-
7 cundo loco præmittendum est,† proprium cuiusque uocis significatū tripliciter in iure nostro assumi, ut scribit Crisp. in rub. de le. j. sub nu. 10. cū quatuor se. Primo modo quando uox principaliter, & æqualiter id significat de quo disputatio est, & nō cōparatiuè ad aliud cum aliquo defectu, ut genus, species, l. j. §. conuentionis de pact. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi ubi Ang. eod. titul. Barto. in l. quod Nerua de pos. colum. 2. in prima oppos. verb. debetis scire
8 dicitur enim† in omnibus speciebus æqualiter

ineſſe etiã ſi ſpecies una minus ſit nobilis quã altera l.naturalis de preſc.vet.l.iuriſgentium in principio de pactis.Bar. & Doct.in l.ſtipulationes non diuiduntur in 11.oppoſi. de verbo. obligat. ſecundo
9 modo, quando† uox certè determinatè atque præciſè ſignificat, ut de ſpecie differit Bar.in l.j. col.2. de vulg. & pupill.& in l.ſi quis in princip.col. 3. de legat.3.ſic probat l.munus propriè vbi gloſſ. ſupra hoc titu. facit d.l. iuriſgentium in princip.ibi proprium nomen contractus exponendo ut facit gloſſ. in uer.in ſuo id eſt ſpeciale. Tertio modo quando
10 uerbum ſignificat† regulariter & ſecundum diſpoſitionem iuris communis, non etiam priuilegiariè uel de iure ſpeciali, quia poſterior hæc pars non comprehenditur ſub definitione, ut illa prior Bar. in d.l.omnes in 3.q.6.prin.9.Areti.in l.j. de teſtam. col.pen.qui ad hoc citat l.ſuus.§. puto de hæred. inſtit.Alex. in rubr.ſolut.matr. col.8.per l.omnis definitio cum glo.de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Tres potißimum eße ſignificationes in quibus propria uerſatur locutio, generalem, latam, & ſtrictam*
2 *Generalem eſſe per quam uox in genere enuntiata propriè continet ſuas ſpecies.*
3 *Genus ſecundum ordinem naturæ ineſſe ſpeciebus tanquã materiam, & differentias, tanquàm formam.*
4 *Propriè genus de ſpeciebus prædicari, nec per legem poſitiuam immutari poſſe, quominus ſpeciebus inſit.*
5 *Propriè quoque uenire, ex generali ſignificatione quod ſub ratione in lege expreſſa uenit.*
6 *Ea quæ ſunt eiuſdem rationis includi ſub diſpoſitione ex ſignificatione, & propriè.*
7 *Rationem comprehendere omnes caſus ſuos ut propriè ut genus continet omnes ſpecies ſuas propriè.*
8 *Paria eſſe, quòd ratio ſit ſcripta in lege, uel quod unica afferri poßit.*
9 *Latam ſignificationem eſſe per quam uox amplitudine ſua per æquinocum uel aliter abſque alicuius extrinſecæ interpretationis adminiculo continet plura.*
10 *Inteſtabilem actiuè & paſſiuè dici, tam eum qui dicere quàm cui dici teſtimonium nequeat.*
11 *Fratris ſororiſque appellatione comprehendi, tam utrinque coniunctũ, quàm uterinos et conſanguineos tantũ.*
12 *Aliud eſſe propriè ſignificare, aliud ſtrictè.*
13 *Strictam ſignificationem eße uocis generalis coangußtium ut unum uel aliqua tantum ex pluribus contineat.*
14 *Suppellectilis, uel ſupellectilis legatum, ad certas tantum ſpecies ex teſtatoris uoluntate perſtringi.*
15 *Donationis uocem ad ſolam donationem inter uiuos, ex ſtricta ſignificatione referri.*
16 *Dominium ſtrictè pro directo dominio tantum accipi.*
17 *Promittere uerbum ex anguſtiore ſignificatione ad ſtipulationem reſtringi.*
18 *Teſtamenti uocem ſtrictè ſumi ut diſinitur in l. prima de teſtamentis.*
19 *Ioannis Bolagneti honeſta commendatio.*
20 *Conuentionis, ſponſionis, pactionis, contractus promiſſionis, ac pollicitationis nomen in ſtrictiore, & ampliore ſignificatione accipi remiſſiuè.*

Tres potiſſimum eſſe ſignificationes in quibus uerſatur propria locutio, generalem ſcilicet, latam, & ſtrictam.

CAP. IIII.

1 
Ertio loco præmitto tres potiſſimum, eſſe ſignificationes† in quibus propria verſatur locutio, ſeu uerbis expreſsè facta demonſtratio, generalem ſcilicet, latam, & ſtrictam. Generalis eſt per quam uox in genere enũ
2 tiata† propriè continet omnes ſuas ſpecies Bald. in l.ij.C.de iur.aur.annul. Bar.in d.l.quod Nerua col. 2.poſt medi.depoſ. Dec. in l. in toto & pars de reg. iur. tex.in l.ſi quis cum totum de excep rei iu. cum
3 ſim. & ratio eſt quia ſecundum ordinẽ naturæ† genus ineſt ſpeciebus tauquàm materia, & differentię sũt quaſi forma, & impoſsibile eſt naturaliter quod forma ſit abſque materia, quia ipſę ſimul iunctæ ſunt cauſæ eſſendi, ut intrinſecæ, ut ſcribit Bald. in l.cunctos populos col.6.ver.nunc uenio ſub nume. 8.C.de ſum.trin.& fid. cathol. in l. patre furioſo in 2.lectura ad finem & in l. quæcunque poſt principium ſub num.2.C.de bon.quæ liber. & facit optimè tex.in §.ultimo eo amplius inſtit.de uſufruct.ibi vſumfructum extingui & ne areæ quidem uſumfructum deberi, cum igitur ſecundum ordinem naturæ genus inſit ſpeciei ergo non ſolum† propriè prædicabitur ſed nec per legem poſitiuam imitari poterit l.2.de uſufruc.ea.re.quæ vſu conſum. Areti.in
4 l.ſi mutus col.2.de teſtam. ex generali rurſus ſignificatione uenit, & ſic propria† quod ſub rationem in
5 l.expreſſa comprehenditur, quia ut dicit Bal.in conſil.384. ſtatuto ciuitatis col.2. libr. 5. ea quæ ſunt
6 eiuſdem rationis† includuntur ſub diſpoſitione, ex ſignificatione, ideſt expreſsè, propriè, & non tacitè ſequitur Craue.in conſil.183.col.2. ſub nume.3.in conſil.186.ſub nume.11.& in conſi.227. col.2. ſub num.4.& ratio eſt quia ut genus comprehẽdit omnes ſpecies ſuas propriè,† ſic ratio tanquam genus
7 propriè continet caſus illos omnes qui eadem ratione determinantur, Bal.in l.de quibus col.11.ſub nume.35. de legi.Caſt.conſi.441.pro declaratione ad fin.lib.1.& copioſius conſi.83.col.2.lib.2.Alex. in conſi.5 in fin.uol.5.Dec.in conſi.301.col.2.uer. tertio hoc idem, & plenius conſi.372.col.3.numer. 6.Iaſ.in conſ.141.col.5.uol.2. Craue. in loco ſupra citato Andr. Tiraqu.in l. ſi unquam C. de reuoca. donat.in uer.libertis ſub num.45.& 46 & Menoch. de arbitra.iud. lib.2 cent.j. ſub nume.9. cap.63.&
8 caſu 84.ſub nume.8.& ſeq. & prædicta uera ſunt ſiue ratio ſit expreſſa in lege, ſiue unica tantum aſſignari poſsit, quia tunc illa pro expreſſa habetur gl. in l.quamuis ibique Bal. Caſtr. & alii communiter. C.de fideicom. Bal.in l.maximum uitium col.4.C. de liber.præter. Imol.in l.fin.de hær.inſtit. Caſtr. in conſi.251. uiſa quadam col.j. poſt medi.libr.primo Bal. in conſi. 434. Domina Ioannina col.2. in fin. lib.3.Dec.in conſi.15. Craue.in conſi.118.num.&

& conſ.

& conſi.201.col.10.ſub nu.28.Doct. in auth. quas actiones C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.ii conſtante in 5. q. primæ par.Bar.Cur.ſen.in conſi.11.col. pen. ſub num.11. Abb.in cap.fin.ſub numer.11. de reſcript. ubi hoc declarat.

9 Lata ſignificatio eſt † per quam uox ſimpliciter enuntiata, amplitudine ſua, per æquiuocum uel aliter citra alicuius extrinſecæ interpretationis adminiculum plura continet, ueluti cum lex aliquem in teſtabilem eſſe iubet, nam ſub propria huius uocis ſignificatione continebitur non ſolum actiua ſed
10 etiam † paſſiua ſignificatio, uidelicet ut non ſolum eius qui inteſtabilis eſſe iubetur, teſtimonium non recipiatur, ſed nec ei teſtimonium dicatur l. cum lege de teſtam.per quem text. ſic nuncupatim docet Fran.Aretin.col.2.poſt princ.uer.nos poſſumus dicere de teſtam.D.Alcia.lib.j.huius tit.num.6. & in l.liberationis ad fin.inf.eo.Criſpus in rubr. de leg.j. ſub num.24.Dec.in conſi.5.ad fin.& in conſi.344. ſub num.1.& in cap.inter cæteras ſub num.7.de reſcr.& Niconi.in rubr.de oper.no.nunt.ſub nu.254. ubi ad ambas uſque aures cumulat auctores, & pro hac concluſione ego ſoleo,præter cæteros, perpendere tex.in l.j. in illis uerbis inteſtatus non impropriè dicitur deceſsiſſe, de ſuis, & legit. hær. ubi vult & eum non impropriè dici inteſtatum, cuius factum teſtamentum ruptum irritumuè poſtea factum eſt, ſic etiam ſororis & fratris appellatione
11 † continetur non ſolum frater & ſoror utrinque coniuncti,ſed etiam uterini, & conſanguinei tantum, ut conſuluit Bar.Soci.in conſi.ultimo col.2.ſub nu. 2.lib.2.per tex.in l.iuriſconſultus §. ſecundo gradu de grad. cognatio. & in §. ſecundo gradu cod.tit.in inſtit.tum etiã quia auctoritate, alluſione,& definitione tales propriè ſunt fratres & ſorores, & qualitates illę uterinitatis,& conſanguinitatis ſunt ad differentiam à iure adiectæ,non etiam ad improprietatem,dicimus autem citra alicuius extrinſecæ interpretationis adminiculum,quia & illa ſignificatio quæ reſurgit ex interpretatione,lata eſt,ſed impropria,ut infra ſuo loco dicemus. Hinc etiam con-
12 ſequenter apparet, † aliud eſſe propriè ſignificare, aliud ſtrictè; quia propriè ſignificare poteſt, quod etiam latè ſignificat, unde licet ſtricta ſignificatio propria ſemper ſit non tamẽ omnis propria ſignificatio ſtricta eſt, quia,ut diximus,poteſt eſſe lata.

13 Stricta ſignificatio eſt, † per quam reſtringitur uel coanguſtatur ipſius uocis generalitas uel amplitudo, ut unum uel aliqua tantum ex pluribus contineat, quæ generalitate uel amplitudine ſua potuiſſet concipere, ueluti cum ſupellectilis uel fundi in-
14 ſtruct. legatum † ad certas tantum ſpecies ex teſtatoris uoluntate reſtringitur, quod aliàs multo plures complecti ſub ſe potuiſſet, l.legata ſupellectili de ſupel.legat. l. quæſitum §.pen. & fin. de fund.in-
15 ſtruct.uel cum uerbum donationis † ad ſolam donationem quæ inter uiuos fit reducitur l.j.de donatio. uel cum dominij uox ad dominium directum tan-
16 tum reſtringitur l.j.§. qui imperpetuum iuncta ibi gloſſ.in uer.domini, ſi ag.vectig.uel emphyt. & l.ſi domus §.ultimo cum ibi not. a ſcrib. de legat.j. aut
17 cum uerbum promiſsio † ad ſtipulationem tantũ refertur l.ſciendum §.edictum de edil.edict.l.ſciendum ubi Bar.alijque notant de uerbor.obligat.uel cum in materia prohibitæ alienationis, iuxta l.non uſque adeo ſi quis à par.manum.fue. diſpoſitio lo-
18 quens de teſtamento † intelligitur ſtrictè prout definitur teſtamentum in l.i. de teſtam. ut conſuluit Ang.in conſ.7.ad fin.cui accedit Soci.in l.j.§.quam quam ad ſenat Trebell. & Iaſ.in rubr. de legat.j. &
19 poſſunt alia plura † deſumi exempla,ex ijs quæ nouiſsimè poſt cæteros ſcripſit Ioan.Bolognetus aliàs collega meus uenerandæ memoriæ in rubr. de uer. obligatio de conuentione, pacto, & contractu, & rurſus de ſponſione, promiſsione, & pollicitatione a num.139.uſque ad nume.153. in uer. quibus ſic declaratis, quo loci magiſtraliter docet illas uoces
20 quæ ſui generalitate aptæ ſunt omnibus omnino contractibus conuenire,plerunque tamen ſtricta ſignificatione ex ui ſubiectæ, materiæ accipi, ut ad unam uel alteram tantum ſpeciem reſtringantur.

SVMMARIVM.

1 *Strictæ ſignificationis diſputationem uerſare in ijs caſibus in quibus uerbum generale ſuas ſpecies habet proprio nomine diſtitutas,uel aliquas ex ijs.*
2 *Aequiuoca ſtrictam habẽt ſignificationem ubi ad unum uel aliqua ex pluribus comprehenſis coarctantur.*
3 *Nomina quoque eandem ſpeciem uariè ſignificantia ſtrictè ſignificare ubi ad certam ſolam ſignificationem reſtringuntur.*
4 *Verbum fuerit,& uerbum habuerit ex generali ſignificatione comprehendere tẽpus præteritum & futurum.*
5 *Legatum factum filiæ cum uidua fuerit comprehendere quoque filiam uiduam exiſtentem tempore conditi teſtamenti.*
6 *Verbum fuerit ubi ex ui ſubiectæ materiæ non poteſt in præterito uerificari, adaptatur futuro tantum ex ſtricta ſignificatione.*
7 *Bartolum declarari in l.omnes populi in 6. q. uer. iuxta prædicta de iuſt. & iur.*
8 *Adoptionem, manumiſsionem, & iuriſdictionem in genere & ſpecie accipi.*
9 *Verba accipi in ſpecie in materia odioſa & ſtrictè interpretanda.*
10 *Verbum inteſtabilis, & uerbum frater ac ſoror plerunque reſtringi ad unum tantum ex comprehenſis.*
11 *In nominibus ſpecialem ſignificationem habentibus ceſſare diſputationem de ſtricta ſignificatione.*
12 *In uocibus generalem ſignificationem habentibus niſi ex cauſis non agi de ſtricta ſignificatione.*
13 *In genere ſpecies proprio nomine inſignitas habentibus, non niſi ex cauſis diſputari de ſtricta ſignificatione, ubi uerò proprium tunc ibi eſſe locum huius diſputationis.*
14 *Propriam ſignificationem non cadere in propria nomina.*
15 *Rationem nullam reddi poſſe in his quæ ſunt facti.*
16 *Nomen proprium eſſe determinatum non effectus uel rei uel officij deſignatiuum.*
17 *Nomina ſpecierum ſignificant eſſe uerum.*
18 *Ideoque eſſe immutabilia.*

Gene-

19 *Generalia quæ esse nobis sicut principia...*
20 *Nomina quæ non significant propria non sunt.*
21 *Nomina propria, quæ non significant cur propria dicantur.*

Quibus in casibus procedat ista disputatio de stricta significatione; & nomina propria significationem propriam non habere.

CAP. V.

ESt tamen aduertendum, quia omnis ista disputatio de stricta significatione procedit, vt plurimum in ijs casibus in quib. verbum generale habet † species suas sine aliquo proprio, & eleganti nomine, sed quæ solo generis nomine significantur, vel si habeat species proprium, & elegans nomen habentes, habet tamen vnam, vel aliquas quæ remanent in nomine generis, vel quando
2 † sumus in nomine æquiuoco, quod ad vnum ex pluribus a se comprehensis restringendum est, vel in no
3 minibus eandem speciem † variè significantib. quæ ad certam significationem coarctanda sunt. Primi
4 generis exempla poni possunt in verbo, † fuerit, & in verbo habuerit, quorum vtrunque ex sui generali significatione propriè importat præteritum & futurum, vt docet Bar. in l. omnes populi, in 6. princip. q. de iust. & iure. sub num. co. & Alexand. in l. cum stipulamur, de verb. oblig. vbi volunt quod si testator
5 cuilibet filiæ suæ, quæ vidua fuerit † censum legauerit, comprehendatur etiam illa, quæ fuit vidua tempore conditi testamenti, eo quia verbum fuerit tam tempus præteritum, quàm futurum ex propria significatione comprehendit, & multa huius generis exempla colligit Ias. in l. j. §. hæc verba, colum. 5. in 2. notab. quod quisque iur. sed si huiusmodi verbum fue-
6 rit † ex vi subiectæ materiæ non possit præteritum concipere; verbi gratia quia prolatum sit in l. cuius natura est futuris dare formam negocijs. l. leges, C. de legi. tunc ex stricta significatione dicitur accipiendum esse in futuro, Cuma. & Soc. in l. solemus, in 2. not. de reb. dub. & ista voluit Bart. in d. 6. q. versicu. iuxta prædicta, & Ias. in d. §. hęc verba sub nu. 5. qui in secunda limitat. ad hanc conclusionem ita intelli-
7 gendus est, dum vult ratione, † subiectę materiæ, vel absurditatis euitandæ istiusmodi verba subiunctiui temporis unum, vel alterum tantum tempus concipere, quicquid voluerint Recent. Lucens. in rubr. de leg. 1. sub num. 23. ad fin.

8 Secundi generis exempla † possunt in adoptione, manumissione & iurisdictione poni, per tex. in l. j. de adoptio. in l. 2. de off. proconſ. & in l. imperiū, cum ibi no. a glos. & Doctor. de iurisdict. om. iud. sic etiam procedit quod scribit Soc. in l. j. col. 2. de uul.
9 & pupill. Alex. in rub. fol. matrimo. dum vult † in materia odiosa & strictè intelligenda verba debere accipi in significatione speciei, quod voluit Abb. in c. Rodolphus, de rescrip. colum. 2. de verbo Diæcesis.

Tertij & quarti generis exempla possunt poni in
10 uerbo † intestabilis & in verbo frater, & soror, de quibus supra egimus in declarat. latę significationis: in ijs enim casibus si aliqua ex causa generalis & lata significatio non potest in omni specie, & in omnibus comprehensis significare, ad eas tantum species, vel comprehensa restringetur, quibus subiecta materia locum faciet, & sic dicetur agi de stricta,
11 significatione, cæterum vbi sumus † in speciebus habentibus proprium & speciale nomen, si dispositio in specie aliqua nominatim loquatur, res extra omnem difficultatem est, quantum ad caput significationis, & versamur in interpretationis materia de qua infra suo loco dicemus, si verò loquatur
12 generaliter † cum genus propriè insit semper in omnibus speciebus suis, l. semper generalibus, de reg. iur. & supra dictum est, cessabit omnis disputatio, nisi fortè subiecta materia locum faciat strictę significationi in casu alicuius tantum ex speciebus proprium nomen habentibus; quia ad illam tantū fiet restrictio, & poterit disputatio de stricta significatione ea in re sibi locum vendicare, vt declarat Bologne. in d. rubr. de verborum obligat. sub numero supra citato, & præsertim sub num. 147. de uerbo contractus. Resolutio igitur est, † quod licet in
13 genere quoque proprias species cum proprio, & eleganti nomine habente possit quandoque hæc disceptatio contingere, magis tamen proprium locū habet, in genere species omnes, vel aliquas innominatas habente, vel quod vnam tantum habeat speciem, quia ad illam semper restringitur. l. ij. vbi no. Doct. de lib. & posthum. l. si optio. & l. si vbi. §. de op. legat. Abb. in capitu. ex parte 1. post glos. fin. sub num. 6. de off. delegat. Aret. in l. secunda. §. & harum in pen. colum. de verborum obligat. Postremò præmitto in nomina propria significationem
14 propriam † non cadere, quoniam neque definiantur, neque describantur, & nulla accedente ratione ad placitum imponantur. l. ad recognoscendos. C. de inge. ma. l. j. C. de muta. nom. trad. Doc. post Bar. in rubr. solut. matrimon. in q. de Perusino; & cum
15 facti sint † nulla iuris ratio in ijs reddi possit, vt dicit Bald. in proęm. Digestorum in princip. columna
16 secunda, est enim nomen determinatum non autem effectus rei alicuius, vel officij designatiuum; secus est in nominibus specierum (loquendo de spe-
17 cie dialectica) † quæ significant esse verum, & propter ipsa datur definitio, & si desit nomen deest res, & si incipit nomen, incipit res; & ideo † sunt immu-
18 tabilia, vt dicit tex. in l. si quis in fundi vocabulo,
19 de legat. 1. generalia enim nobis sunt, † sicut prima principia, & elementa, nam nemo vocabit hominē vel leonem, bouem, neque asinum, vel equum, ceruum; & ideo nomina quæ non significant, propriè
20 nomina † non sunt; nec mouet, vt dicit Aur. Dauid cap. quinto, de verborum significatione, sub nume-
21 ro 18. quod dentur † nomina propria, quæ significationem non habeant, & tamen propria sint, quia illa propria dicantur, eo quia significatiuè solis conueniant licet voce de pluribus dicantur, & significa-
22 tione † expertia sunt, quia ad placitum sunt, & ideo mutabilia, dicta l. si quis in fundi vocabulo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Acturis sententia quæ sit de propria significatione.*
2 *Quibusque argumentis ac rationibus confirmetur remissio.*
3 *Significationes quæ ex genere vel æquiuoco aut ex comprehensione rationis alioue lato significandi modo proficiscuntur esse proprias primo modo.*
Alias vero esse proprias secundo & tertio modo, ibidem.
4 *Tertium significandi modum priori significationi non posse applicari.*
5 *Generalis latauè significatio in statutaria materia, aliauè stricte interpretanda, nunquàm censetur esse exclusa.*

Quæ sit resolutio Auctoris in proposita disputatione de acceptione propriæ significationis.

CAP. VI.

1 HIsce igitur ita propositis ac constitutis; dico illam omnem dici propriam † esse significationem vocis de qua erit controuersia, quæ vel ex generali demonstratione, vel ex æquiuoca, aliasvè suaptę natura, plurib. æqualiter applicabili notatione, vel ex stricta acceptione, siue ea in specie sit, vel in indiuiduo, aut ex vi comprehensiua rationis in dispositione expræssę, vel quæ pro expressa habeatur, eo quod vnica tantum assignari possit, proficiscatur, aut indicationem vel demonstrationē, expressionem essentialem vel accidētalem desumat, aptam, conceptam mente animovè rei de qua agitur similitudinem ostendere, prout rei essentia pas-
2 siovè nostra expostulat. Quæ assertio † cum satis superque ex ijs quæ in tribus proximè præcedentibus pręmissis diximus ita confirmata remaneant vt non egeat vlteriore confirmatione, illud tantum admonebo. Quòd tametsi omnis in relata significatio sit
3 propria; Quæ tamen † ex genere vel æquiuoco, aut ex comprehensione rationis aliovè laso significandi modo citra interpretationis extrinsecæ opem progredietur, esse tantum propriam primo modo; Alias autem strictiores esse proprias secundo modo declarando vt supra diximus in secundo præmisso, item & tertio modo qui nouissimo loco ibi relatus est; &
4 qui priori † significationi non conuenit respectu eorum quæ de iure speciali, sub eodem generali, vel lata significatione comprehensa sunt, at prosequitur Crispus in d. rubr. de leg. 1. sub num. 25 post Bart. in l. j. col. vlt. C. de sacr. eccles. & Ias. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. cum sim. per illum
5 cit. & ideo in materia statutaria, † & quaque alia materia propriè intelligenda, nunquam exclusa intelligeretur generalis latavè interpretatio vel quæ ex vi comprehensiua rationis veniret, vt per Doc. in dicto consi. 5. ad fin. per not. in d. l. cum lege de testamen. scrip. in d. rubr. de leg. j. sub num. 18. & Bal. in d. consi. 384. colum. 2. volumine 5. cum sim. s. citat. nisi aliqua subiectæ materiæ ratio vrgeret nos ad strictam vocis significationē assumendam per ea quæ scribit Socin. in l. j. colum. 2. de vulg. Alex. in rubr. solut. matri. colum. 6. versi. cogitabam sub num. 22. & Crisp. loco supra citato sub num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Proprias significationes desumi à definitione, ab ethimologia, & ab auctoritate.*
2 *Veteres considerasse tantum definitionem, auctoritatem ac ethimologiam.*
3 *Descriptionem multum diferre a definitione.*
4 *Qua ratione fuerit à definitione seiuncta descriptio.*
5 *Definitionem instrumentum esse cuiusque rei demonstrans, essentiam, ac substantiam breui oratione.*
6 *Descriptionem gubernari eisdem regulis quibus regitur definitio.*
7 *Auctorem in noua esse opinione in materia argumenti ab æthimologia vocabuli.*
8 *Argumentum ab ethimologia vocabuli valere adstructiuè & destructiuè vbi sumatur secundum limites ethimologiæ.*
9 *Propriam significationem deduci ab ethimologia vocabuli.*
10 *Ab auctoritate prudentum proficisci propriam significationem.*
11 *Valere argumentum Celsus, Vlpianus, Paulus, Sceuola, ita locuti sunt, ergo propriè locuti sunt.*
12 *Perpendi text. in l. si socer à genero in principio solu. matri.*
13 *Declarari text. in l. si seruus §. pactus ne peteret de pact.*
14 *Ab auctoritate legum quæ in corpore iuris clauduntur necessariam duci argumentationem.*
15 *Auctoritates legum in corpore iuris clausarum habere apud nos virtutem principiorum, quæ si quis negauerit mutua non est disputatione dignus.*
16 *Iudici non licere a dispositione legis scriptæ recedere sub prætextu cuiusque aliter dictantis æquitatis.*
17 *Vnicuiq; experto in sua arte, suaque scientia credendum esse.*

Propositas istas significationes desumi à quadripartito illo medio supra relato definitionis descriptionis, ethimologiæ ac auctoritatis.

CAP. VII.

1 DEsumuntur autem istæ significationes propriæ ex quadruplici illo medio de quo post Bart. locucutos fuisse communi consensu Doct. supra retulimus † vel scilicet a definitione vel à descriptione, vel ab ethimologia, vel ab auctoritate, tametsi qui Bar. secuti sunt in d. l. omnes populi in tertia quæst. 6. princ. q. triplex tantum constituerint

2 ſtituerint medium† definitionis ſcilicet ethimologię atque auctoritatis, complectentes deſcriptionem ſub definitione vt D. Alcia. ſupra relatus lib. j. de verbo. ſignificat. ſub nu. 8. Veron. in rubr. huius titu. ſub num. 39. & ſub nu. 111. & nouiſsimè Abb. in rub. de
3 verb. obligat. ſub nu. 140. & 141. nihilominus† quia longè difert deſcriptio a definitione, eo quia definitio quid ſit res, deſcriptio qualis ſit ante oculos ponat, definitio per eſſentialia; deſcriptio per accidentalia rem demonſtrat, definitio rei eſſentiam, deſcriptio rei intelligentiam claudit; Ariſ. in 6. topi. Boet. in ſecundo, Bart. in l. j de teſtam. Card. in cap. perpendimus de ſent. excommuni. Euerard. in loco a definit. per diſcurſum illius loci & ad fin. & Gam. ſimiliter in vtroq; loco à definitione & deſcriptione, ideo
4 libuit† mihi iſta duo media ſeiungere vt & per Bal. in c. contingit cir. finem de reſtit. ſpolia. & Aure. Dauidem de verb. ſignificat. cap. 6. ſub nume. 14. & ſeq. Quod enim attinet ad definitionem nullus eſt ſcribentium qui diſcrepet, cum ſit inſtrumentum, quod
5 breui oratione nobis cuiuſque rei definitæ† demonſtrat eſſentiam ac ſubſtantiam iuxta not. in l. omnis definitio de reg. iu. & per omnes topicos in a loco definitione.

Quantum ad deſcriptionem, non eſt etiam quòd multum contendamus, tum quia eiſdem regulis gu
6 bernatur, † quibus regitur definitio, vt in locis ſupra relatis; tum etiam quia, vt ait Aurel. Dauid d. cap. 6. ſub num. 15. quem ſupra retulimus, cum verbum rectè & propriè ſignificare dicatur, cum ita ſignificat vt propria paſsio ſuadet, conſequens erit propriam ſignificationem a deſcriptione quę propriam paſsiò
7 nem exprimit accepi. Reſpectu ethimologię, † quia ego ſum in noua ſententia præter cæteros, quod ab ea, quocunque modo tradita ſit à iuris Auctoribus, in iure noſtro, ſi modo deſumatur ſecundum eius limites, & non confundatur cum loco à definitione, prout hactenus imprudenter fecere Doctor. argu-
8 mentum † poſsit concludenter deduci, affirmatiuè & negatiuè, ut latè docui inſtit. de teſtam. in princip. & rubr. ſolut. mat. in q. de Peruſino, & infra plenè dicemus in l. malum. §. viduam hoc titu. ubi text. ille valdè elegans in hac materia occaſionem præſtabit promouendæ, confirmandæ, ac defendendæ iſtius ſentę
9 tiæ, & ideo † vt ualere argumentum ab ethimologia vocabuli aſtructiuè ac deſtructiuè opinor, ſic & propriam vocis ſignificationem, ab ea deſumi poſſe concludo.

Quantum ad auctoritatem antiquorum iuriſpru-
10 dentum ego tranſeo † cũ Bart. Bal. & cœteris ſupra relatis, vt in dubio voce qua vſi fuerint ad rem aliquã ſignificandam, rectè & propriè cenſeantur eſſe vſi. cum enim tanquam legalis ſcientiæ periti, & approbati ab antiquis. Romanorum imperatoribus, legis condendę auctoritatem habuerint l. 2. §. poſt originem, & §. iuris ciuilis ſcientiam vbi Zaſ. & Cagnol. de orig. iur. & §. reſponſa prudentum gloſſ. & doct. omnes notant inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. non eſt dubium quod eorum auctoritas oportunum erit in ſtrumentum, inuehendæ propriæ ſignificationis; quandoquidem ab illorum dictis ſic valet argumen-
11 tatio † vel conſequentia Celſus iuriſconſ. vel Vlpianus, Sceuola, Paulus ſic dicunt, ergo ita eſt; text. eſt inſiguis ac valde notandus in l. j. vbi Bart. Bal. Angel. Caſtr. Alexand. Iaſ. & Doct. notant ſi cer. pet. quo lo-
12 co Vlpianus. I. C. probat ſententiam ſuam auctorita te Celſi iuriſconſulti, ſimilis † eſt etiam tex. in l. ſi ſocer à genero in princ. ſolut. matri. vbi Paulus I. C. ſuã opinionem firmat auctoritate Neruę, Catonis, Pom
13 ponij, & Ariſtonis; illis affinis etiam eſt text. † in l. ſi vnus §. pactus ne peteret in fin. de pact. ubi Paul. iure con. eius deciſionem confirmat auctoritate Scæuolæ & vnicuique vel mediocriter in iuris libris verſato, facile eſt, ſexcenta huiuſcemodi exempla inuenire. idem probat Barto. in l. legata de ſupel. lect. legat. & Bald. in l. conuenticula. C. de epiſ. & cler. Ab auctori
14 tate enim legum quæ in iuris corpore clauduntur, ex antiquorum conſtitutionum & veterum iuriſprudentum libris exceptæ, ita neceſſaria fit argumentatio, vt ab illis recedere minimè liceat, nec poſsint ulterius diſputando negari, etiamſi nulla eorum quę in ijs decidunter ratio redderetur, l. non omnium de legi. l. proſpexit qui & à quib. §. ſed & quod principi
15 inſtit. de iur. nat. habent. n. † ut ait Gammar. apud nos virtutem principiorum in ſcientia, quę ſi quis negauerit mutua nõ eſt diſputatione dignus, teſte philoſopho, & probat tex. in l. regula in fin. de iur. & fact. ignor. & ita eſt neceſſaria iſtiuſmodi argumentatio, vt non liceat iudici ſub prætextu cuiuſcunque dictã-
16 tis æquitatis non ſcriptæ a legis diſpoſitione† recedere. §. oportet in auth. de iudi. d l. proſpexit qui & à quib. manu. lib. non fi. inde factus eſt locus antiquo illi dicterio, vnicuique experto in ſua arte ſuauè ſuę tia credendum eſſe l. ſi chorus ver. his uerbis de leg. 3. l. ſeptimo menſe de ſtat. homin. l. j. de nupt. l. antiqui ubi Odofr. & alii notant ſi pars hæred. pet. lc. ſi pater de ſolutio. cap. omnes principes nbi Ioan. An. de maio. & obedi. cap. ſignificaſti ſecundo, vbi & pulcher tex. quem ibi notat Ioã. Andr. de homicid. Cardin. in cap. cum haberet per illum tex. de eo qui dux. in mat. quam poll. per adult. & topici omnes in loco ab auctoritate, unde nulla ſupereſt dubitatio, quin à veterum iuriſprudentum auctoritate propria deſumi valeat ſignificatio.

SVMMARIVM.

1 *Propriam ſignificationem quandoque deſumi ab ijs quæ nuncupatim in lege ſcripta ſunt; quandoque ex ijs quæ tacite, ex menteque legiſlatoris, vel diſponentis proficiſcuntur.*

2 *Expreſſum illud dici, quod dictum uel ſcriptum reperitur.*

4 *Expreſſum rurſus dici quod uoce profertur vel per ſcripturam ad oculum apparet.*

4 *Tacitum eſſe quod colligitur per ſolam rationem intellectus.*

6 *Expreſſum tribus modis dici ſecundum communem ſententiam interpretum iuris, generaliter ſpecialiter, & ſingulariter.*

7 *Expreſſi genera tredecim connumerari a Tiraquello.*

8 *Expreſſa dici quæ ſub uerbis generalibus comprehenduntur.*

9 *Cefalus commendatur qui fideicommissis vult expressè dici, quod vi verborum desumitur.*
10 *Expressim dicitur omne quod sequitur ab expulso.*
11 *Idque etiam procedere in ijs quæ pro forma requirerentur.*

Quæ sunt ea, quæ dicuntur ab expressa, & quæ à tacita significatione proficisci quidque sit expressum, & tacitum.

CAP. VIII.

1 Ed cum supra viderimus propriâ significationem † quandoq; desumi ex ijs, quæ nuncupatim in lege, vel alia dispositione enuntiata sunt; quandoque tacitè ex ijs, quæ mente legislatoris, vel disponentis proficiscuntur: Non ab re erit, vt hoc loco pertractemus, quæ sint ea quæ dicantur expressa, & à tacita significatione proficisci. Quia in re, dignoscendum prius est, quid sit expressum, & quod tacitum, & quot modis vtrunque
2 excipiatur. Bal. igitur in l.† sed & si quis. §. quæsitũ in 5. col. vers. venio ad quæstiones, in fi. si quis caut. dicit, expressum illud dici quod scriptum, vel dictũ reperitur per l. oratio, de sponsi. ibi locuta est, vel rur
3 sus expressum illud dici † quod voce profertur, vel per scripturam apparet ad oculum. Tacitum ve-
4 ro † quod colligitur solum per rationem intellectus, per l. ia n hoc iure, de vulg. & pup. l. non rectè. C. de fideiusso. & l. j. de ijs quæ in testam. delent. & ideo dixit idem Bal. in auth. nisi rogati, colum. 2. ad
5 Trebell. quòd tacitum consistit † in interpretatione iuri, e. pressum non, & vbi testator se ipsum glossat non est recurrendum ad glo. legis, argu. l. continuus. §. cum ita de verb. oblig. & l. ille, aut ille. §. 1. de leg. 3. ficit quod scribit Cravet. in cons. 11. sub nume. 6. & Ias. in cons. 50. colum. pen. lib. 3. & istud
6 expressim, † vt dicit Barto. in l. j. colum. 2. de vulg. & pupil. quem Ias. Socin. Ripaque ibi, & alij sequuntur communiter Doct. & trad. glos. & Docto. in l. si mihi, & tibi, §. fin. in versi. valebit de leg. 1. in l. si quis in principio testamenti, de leg. 3. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. pub. potest esse tribus modis, hoc est generaliter, specialiter, & singulariter, in genere, vt in l. fin. in fi. cum ibi not. C. quod cum eo, in specie, vt in l. j. §. inter filium ad leg. Cornel. de fals. in l. fin. C. quod cum eo, secundum alium intellectum: & ita tradit etiam Bar. Cępol. de extens. d. cap. 1. sub num. 199. & Corn. in l. precibus, sub num. 41. C. de
7 impub. & al. sub stit. Andr. † verò Tiraq. de leg. con
8 nub. glos. 7. sub num. 179. enumerat tredecim genera expressi, & quod ea † quæ sub verbis generalibus comprehenduntur dicantur expressa, trad. Rip. in d. l. 1. sub num. 52. de vulg. & pupil. ex illa theorica Bar. ibi relata, Bart. & Bal. in l prætor, in princip. de oper. nuntiat. & idem Bart. in col. 1. l. Centurio, de vulg. & pupill. Bal. Aret. & Imol. in l. iliud, de acquiren. hæred. Nat. in cons. 474. num. 13. consultissimus Cefal. in responsoria iuris facultate, animi candore nemini secundus, † pulchrè in cons. 196. nu. 12.
9 qui loquitur in fideicommisso, & vult expressum id dici quod ex vi verborum desumitur, & plenius in consil. 74. sub num. 20. Rimin. in consil. 21. sub nume. 68. & in cons. 38. sub num. 8. & dici † expressum
10 id omne quod sequitur ab expresso scribit Cravet. cons. 130. col. 3. & in cons. 257. sub num. 6. & latius in l. cum filiofam in tertia par. sub num. 9. de leg. 1. cui accedit Zanc. in l. hæredes mei, §. cum ita, sub nume. 249. ad senat. Trebell. qui vult hoc etiam pro-
11 cedere † in ijs, quæ pro forma requiruntur, post Aret. in l. Gallus, in princip. colum. 3. post medium, dr liber. & posthum. & Rui. consil. 122. colum. pen. propè finem, volum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Expressim dicitur fieri quod verbis singularibus, vel specialibus fit, quando lex mandat expressè aliquid fieri certæ personæ gratia.*
2 *Idemque esse cum lex corrigens iubet expressè aliquid fieri.*
3 *Sed contra sentire Ang. qui putat per simplicia generaliaque verba satisfieri.*
4 *Intellectus. §. si verò expressim in auth. de hæredi. & falcidia.*
Prohibitionem detractionis Trebellianicæ posse fieri, verbis vniuersalibus quibus tacitè illa colligatur, ibid.
5 *Expressim vbi lex mandat aliquid fieri, quia sic sibi placet non quia sit contra dispositionem iuris communis, expresse dici fieri, quòd ex coniecturis colligitur.*
6 *Expresse quando lex mandat aliquid fieri quod simpliciter factum est contra dispositionem legis, tunc generalis expressio, vel per coniecturas non sufficit.*
7 *Testator cum iubet integre, vel sine diminutione legata præstari, tunc censetur prohibita falcidiæ detractio.*
8 *Formam l. iubemus. C. de testam. & l. per hanc. C. de numer. & actuar. non posse verbis generalibus impleri.*

Quomodo sit expressio facienda, quando lex iubet respectu certæ personæ aliquid fieri, vel expressè iubet quid agi.

CAP. IX.

1 Verum si lex mandat respectu † certæ personæ expressè aliqd fieri, tunc expressè factum fuisse id intelligitur, quod fit verbis singularibus, uel specialibus, non autem tacitè, vel per coniecturas, vt est glos. in cap. inquisitores, in versiculo expressè de hæret. lib. sexto,
2 idemq; † est ubi lex corrigens aliquid iubet expressim fieri, quia tunc quoque illi satisfaciẽdum est verbis singularibus aut specialibus, nec sufficit generaliter aut tacitè aliquid fieri per coniecturas, d. l. si quis iu princip. testamenti de leg. 3. vers. sed hoc ita, & l.
3 vlt. C. de indi. uidui. tollend. At vbi lex † uenit ad

corre-

correctionem alterius & mãdat aliquid expresse fieri, censetur satisfactum esse si fiat simpliciter, Ange. in §. illud quoq; in auth. de trien. & semiss. per illum tex. in §. si verò expressim in auth. de hęred. & falcid. & est tex. in auth. ex testamento in fin. de collatio. &
4 propterea in materia d. §. si verò expressim † communiter aut saltem magis communiter concludunt Docto. prohibitionem detractionis Trebellianicæ posse fieri verbis vniuersalibus, ex quibus tacitè id colligi possit, vt per Alex. in consil. 5. post num. 11. lib. 3. quem refert ac sequitur Cur. iun. in cons. 16. post nu. 12. & Rip. in l. cum filiofam. sub num. 69. de leg. j. & in l. j. §. sed & quoties sub num. 5. ad Trebellia & D. Clar. in §. testamentum. q. 62. sub num. 4. ver. contra riam verò, vbi alios citat & paulo superius diximus.
5 Si rursus † lex aliquid fieri mandat expresse, non ex eo quod sit contra dispositionem iuris communis, sed quia placeat legi tunc dicitur expresse id fieri si modo ex coniecturis colligatur, l. licet imperator de leg. j. ibi euidens testatoris voluntas, &c. si verò ex-
6 pressim requiratur † aliquid fieri, quia simpliciter factum esset contra dispositionem iuris communis, tunc nuncupatim deberet expressio fieri, non generaliter neq; per coniecturas, vt vult Ang. in d. §. si vero expressim per illum text. colum prima, in fin. & seq. Bar. Cœpol. d. cap. j. sub num. 113 sed tamen est aduertendum quia exemplum illud Angel. est com-
7 muniter † reprobatũ per ea quę proximè dicta sunt, quia cum testator iubet integrè & sine diminutione legata præstari, censetur prohibita esse falcidiæ detractio, vt per D. Clar. in d quæst. 62. sub nu. 3. & 4. & contra illum facit tex. in l. j. §. si quis ita, de verbo. oblig. iuncto princip. eiusdem legis, & §. præterea in
8 stit. de inutilit. stipul. melius posset † poni exemplũ in l. iubemus. C. de testa. & in l. per hanc. C. de nume. & actua. lib. 12. quib. in locis, requisita expressio debet nuncupatim fieri, & in l. secunda, de liber. & post hu. & in §. 1. institu. de exhæred. liber. cum ibi not. & aliter facta qnam ibi dicitur punitur pœna falsi.

SVMMARIVM.

1 *Casum qui comprehenditur sub ratione vel mente legis dici expresse venire.*
2 *Ratio quando vna numero complectitur plures casus, tunc dici omnes venire per comprehensionem non per extensionem.*
3 *Extensionem dici tunc fieri, quando rationes sunt tantum similes, sed specie diferentes, & progressus fit de termino ad terminum.*
4 *Casum qui ueniat ex ratione in lege scripta dici venire ex generali expressione.*
5 *Declarari quæ dicta sunt in tertio præmisso ad propriam verborum significationem.*
6 *Ratio quando vnica tantum afferri potest in lege, & pro expressa habetur, casum qui sub ea comprehenditur dici pro expresso haberi, & fictè venire. num. 7.*
8 *Expressa verbis generalibus dici ea quæ veniunt ex mente legis.*
9 *Quando ex ijs quæ dicta sunt in lege colligitur mens legis, tunc lex ipsa, & mens legis dicuntur esse vnum idem.*
10 *Mentem legis ab ipsa lege non differre, vt nec ratio ab ipsa lege differt.*
11 *Ratione comprehensa generaliter expressa dici.*
12 *Quicquid est ex mente legis necessario verbis inclusa, dici expresse generaliter venire, quod aliàs tacitè uocant Doct.*
13 *Et datur actio directa secus econtra. num. 14.*
15 *Intellectus l. sciendum ad l. Pomp. de parricid.*
16 *Casus ex mente intrinseca comprehensus, semper dicitur venire ex generali expressione.*
17 *Mens legis intrinseca quæ sit.*
18 *Genenerali ex expressione dici progredi, cum lex particularis ex plenione ratione ad alios casus producitur.*
19 *Extrinseca mens legis quæ sit.*

An ea quæ comprehenduntur sub ratione & mente legis dicantur expresse venire.

CAP. X.



1 Ed quid si casus de quo agitur ratione in lege expressa comprehendatur an dicetur † esse expressus? Et dicit Bal. in l. de quibus sub nume. 35. de legi. post Pet. & Cyn. in l. iura non in singulas eo. tit. de legi. quòd quando pluribus casibus
2 inest eadem ratio tunc una † & eadem ratio numero decidit omnes casus non per extensionem, sed per cõprehensionem, eo modo quo genus species suas cõprehendit. Sed quando sunt rationes specie diffe-
3 rentes sed tamen similes † tunc extensio esse dicitur, quia fit quædam progressio, de termino ad terminũ per adequationem seu paritatem. quæ verba inquit vera pulcherima & subtilia esse Bart. Cæpol. d. cap. 1. sub num. 116. post Castr. quem citat omnino videndum in consi. 83. præsens casus modicam hanc dubitationem. colum. 2. li. 2. quasi voluerint inferre Bal.
4 & qui illum secuti sunt, quòd vbi † eadem ratio in lege scripta casum comprehendit, de quo agitur, fatendum sit eum dici uenire ex generali expressione, secus esse quando plures possunt cõsiderari rationes, quia tunc ex omnino tacita dispositione is veniat, &
5 ita intelligenda sunt † quæ supra hoc eo. lib. diximus in tertio præmisso ad propriam significationem, dũ ea quæ ex ratione expressa veniunt diximus ex dispositione venire post Bal. in consil. 384. statuto ciuitatis
6 colum. 2. lib. 5. cum sim. ibi citat. Quando verò † ratio non est expressa in lege, sed pro expressa habetur, quia unica tantum afferri potest iux. trad. per glos. Bal. Castr. & alios in l. quamuis. C. de fideicom. cum sim. supra citat. & latius infra citandis in 5. & 6. libro tunc ego non crederem dici posse casum expressum
7 sed pro expresso habitum; neque ex vera, sed ex† ficta expresione procedere, & propterea illam tacitæ dispositioni esse annumerandam; vt tacita est ratio a qua comprehenditur ille casus, prout infra plenius declarabimus.
8 Sic quoque illa † quæ veniunt ex mente legis dicũ tur esse expressa verbis saltem generalibus; & ita intelligen-

telligendum eſt quod ſcribit Barto. Angel. & alij in l prætor ait poſt gloſſ. ibi in verb. expreſſum & Doct. in l. prima, in princ. de oper. no. nunt. quod nota in l. vlt. C. quod cum eo & quod aſſerit idem Barto in l. prima, in principio. colum. vlt. vti poſsi. quando ſcili
9 cet mens legis † ex iis quæ dicta ſunt in lege neceſſario colligitur, tũc enim mens legis & lex ipſa dicũtur eſſe vnum & idem, l. nominis & rei §. verbum ex legibus vbi demus infra de verborum ſignificatione, l. cum mulier, in fin. ſolut. matr. l. ſcire oportet. §. ſed & ſi maximè de excuſat. tut. Cardin. in capitu. ſi quan-
10 do de arbitr. at enim ratio † legis ab ipſa lege non differt, ſic nec mens legis, l. credendum circa princip. qui pet. tut. Angel. in dicta l. prætor. §. primo, de oper. no. nunt. Bar. in l. curatoris columna ſecunda, de neg. geſt. & l. tertia, §. ſi præſens de legi. tut. cum ſi
11 m. l. & ideo vt quod ratione † comprehenditur dicitur ex generali expreſsione uenire, ſic & quod ex mẽte legis. Quocirca dicebat Angel. in dicta l. prætor
12 ait §. primo, quod quicquid eſt ex mente † legis neceſſario uerbis incluſa, dicitur eſſe ex verbis, & ſic tacite, ideſt generaliter expreſſum, ita vt pro eo danda ſit actio directa & non vtilis nec ſubſidiaria ut ibi & dicto §. verbum ex legibus & l. ſi quis locuples de ma
13 nu. teſtam. ſed vbi mens † non colligitur neceſſariò ſed coniecturatiuè, quod eſt ut inquit Bar. Cẽpol. loc. iam relat. ſub num. 127. vbi verba legis non comprehendunt caſum nec ex vi rationis expreſſæ, vel pro expreſſa habita, nec ex antecedenti vel conſequẽti neceſſario, nec ex generali eorũ ſignificatione ſed ad alium caſum interpretatiuè protrahuntur; tunc
14 † non dicitur expreſſum, nec datur actio directa ſed vtilis & ſubſidiaria, ut per Angel. in l. ſed ſciendum ad leg. Pom. de parri. cuius ſententia probatur ibi in illis uerbis, ſententia tantum legis continetur; & quã
15 uis gloſſ. ibi dicat interpretatione, tamen intelligendum eſt de interpretatione declaratiua & intellectiua, non autem extenſiua, Bald. in dicta l. quamuis. C. de fideicom. in dicta l. de quibus & in l. ſi quis ſeruo C. de fur. & Cẽpol. dicto capitu. primo, ſub nume. 128.

Eſt rurſus animaduertendum quod vbicunque caſus de quo agitur comprehenditur ex mẽte intrinſe-
16 ca, † tunc ſemper dicitur eſſe comprehenſus ex generali verborum ſignificatione, ſecus vbi venit ex mente extrinſeca quia tũc dicitur tacitè venire Bal. in l. Gallus §. etiam de liber. & poſth. Cyn. in l. ſciendum de verborum obligationib. Anton. Roſell. in l. ſi vero § de viro ſoluto matrimonio. in ſexta fall. ubi & Ioan. Imo. Cur. ſen. in conſil. 9. Ticinenſis ſub numero 25. & Curt. iun. in conſil. ſexto, columna quarta, ad fin. & quinta, vbi atteſtatur de communi, eſt
17 enim mens intrinſeca, † quæ ex ui rationis expreſſe vel ex generalitate verborum colligitur, aut ex antecedentibus vel conſequentibus neceſſarijs, ut ſupra diximus de mente quę neceſſariò colligitur, & quando in diſpoſitione generali, ratio videtur quoque plura cõprehendere quàm verba ipſius legis, ut in l. cum pater §. dulciſſimis de leg. ſecundo, & in l. cum ratio de bon. damnat. Dyn. in capitu. vlt. de reg. iur. libro ſexto, Barto. in l. tertia, §. fina. de legat. tuto. perillnm textum, & l. prima eodem titulo, & Salyc. in l. fin. Bald. in dicta l. Gallus §. nunc de lege Velleia. in fin. per textum, in l. ſi ſeruitus de ſeruit. urba.
18 præd. eſtque idem dicendum, † quando legis diſpoſitio eſſet particularis, ſed per rationem in illa expreſſam quæ plenior eſſet, extenderetur per ea quæ ſcribit Caſtren. in dicta l. ſi vero §. de viro ſolut. matrimonio. Dyn. in dicto cap. fin. de reg. iur. libro ſexto, Bald. in rubr. C. de verbo. ſignificatione Cœpo. loco ſupra citato ſub nu. 136. & ſeq. extrinſeca autẽ
19 † mens eſt, quando natura uerborum non eſt apta comprehendere caſum de quo agitur, ſed venit ex tacita ratione dicit Bald. in dicto §. etiam, Cyn. in dicta l. ſciendum & Roſel. in dicto §. de viro. uel aſſumitur ex coniecturis vel præſumptionibus, vel per locum à ſimili, vel per alios modos topicos, vel per alia inſtrumenta quibus infra docebimus libro quinto, interpretationem fieri extenſiuè ac reſtrictiuè.

SVMMARIVM.

1 *Breuis epilogus eorum quæ de expreſſo ac tacito deque expreſſa ac tacita ſignificatione dicta ſunt.*
2 *Ea quæ ſpecierum ac indiuiduorum ſunt, propriè, ſtrictè, ac verè eſſe.*
3 *Ea qua ex generali ſignificatione proficiſcuntur ſi genus inſpiciamus, propriè expreſsè dicenda eſſe; ſi verò cies, & indiuidua intueamur tacita eſſe ex Bart. aſſertione communiter recepta.*
4 *Ea quæ ex coniecturis, & præſumptionibus & ex fictione iuris progrediuntur neque genealiter, neque ſpecialiter, neque ſingulariter expreſſa eſſe, ſed pro expreſſis haberi.*
5 *Idemque eſſe quando vnica tantum aſſignari poteſt.*
6 *An ea quæ ueniunt ex maioritate, uel identitate, vel paritate, aut ſimilitudine rationis expreſsè vel tacitè veniant.*
7 *Ea quæ veniunt ex rationis expreſsæ maioritate generaliter expreſſa dici.*
Ratio ad ſimilitudinem generis caſus omnes ſuos complectitur, ibid.
8 *Ea quæ ueniunt ex paritate, uel ſimilitudine rationis etiam expreſſæ tacite comprehendi dicuntur tam reſpectu generis quàm ſpeciei.*
9 *Ea quæ comprehenduntur ſub maioritate, uel identita- vel paritate rationis tacitæ, uel præſumptæ, tacita ex ſignificatione dici proficiſci.*
10 *In cauſato plus non poſſe eſſe virtutis, quàm in ſua cauſa.*
11 *Ius omne potentius eſſe in ſua cauſa, quàm cauſato.*
12 *Cauſatum & eius cauſam ad paria iudicari.*
13 *Cauſa & cauſati idem eſſe iudicium.*

Epilogantur quæ hactenus dicta ſunt de expreſſo ac tacito, & diſſeritur an ea quæ ueniunt ex coniecturis dicantur expreſſè, uel tacitè venire.

CAP.

CAP. XI.



1 EX ijs igitur in confesso† est quid sit tacitum & quid expressum, 1
quibusque modis in iure nostro capiatur, & quę ab expressa; &
quæ ex tacita significatione proficiſci dicantur nam si de ijs quæ
uerbis singularibus aut specificis enuntiata fuerint agemus, ea dubio procul semper præ cisæ atque expressæ significationi enumerãda erunt; ac propriæ, & significantiori, quia† ea quę
2 specierum, & indiuiduorum sunt, propria stricte ac uere sunt, quia uni tantum & non omnibus conueniunt, iuxta l.ij.§.hoc autem de adopt.§.illud instituteo.tit.& l.proprium com.præd.cum sim. & supra diximus, & significantius rem ipsam denotãt, ut supra
in præmissis ad propriam significationem differuimus, quę ex generaliter enuntiatis† proficiſcuntur, a
3 ratione que in lege expressa, ab antecedentibus que ac consequentibus necessariis, ex reg. cap. cui quod plus est licet de reg. iur. libr.6. si genus inspiciamus propriè expressa dicenda sunt, si uerò species, & indiuidua intueamur, tacita sunt secundum assertionem
Bar. communiter receptam in d.l.j.col.2.de vulg. & 2
4 pupill. ut supra retulimus. Quod si respiciamus† ea que ex coniecturis ac præsumptioribus resurgunt, 2
distinguendo tamen, ut infra faciemus lib.5. in materia rationis tacitæ ac præsumptæ, ex fictioneque iuris, neque generaliter; neque specialiter, neque singulariter expressa sunt, sed pro expressis habentur l.j. 3
in princ. C. de re.vx.actio. Bar. & Doct. in l.j. in princ. de verb.obligat. idem Bart. in l.si maritus §. legis ad l.Iul.de adult.& plenius in l.si is qui pro emptore de usucap. D. Alcia. in l.mercis 2.de uerb. signific. quantum scilicet ad ea quæ sunt facti, respectu uerò effectuum non differunt ut per Doct. in loco supra cita. 3
& plenius nos prosequemur in lib.3. dum tractabimus an ea quę fictè significant, propria significent,
5 & hæc omnia † intelligenda sunt quoque procedere in illis casibus in quibus unica ratio ad dispositionem, de qua sit controuersia, possit assignari de quibus infra lib. 5. agemus in instrumento rationis, &
6 propterea si nos quæramus † an ea quæ ueniunt ex 3
maioritate, uel identitate, uel ex paritate, aut similitudine rationis dicantur expresse uel tacitè uenire; ego sic resoluendum esse negocium putarem, quod aut sumus in ratione expressa uel in tacita, uel in præsumpta prout plenius in dicto lib.5. trademus, nam
7 si in expressa uersabimur quæcunque comprehẽdentur à maioritate illius rationis expressæ, uel ex identitate dicentur esse expressa generaliter, quia ratio 3
ad similitudinem generis cõplectitur casus qui sub illa ueniunt per Bald. in l.de quibus de legi. sub nu. 35.& in rubr.C. de naut.fen. per text. in l.his solis in uer. tacitè cautũ putamus C. de reuoc.dona.& supra hoc lib. in materia propriæ significationis aliqua diximus & plenius dicemus in d.lib.5.& 6.in limit.1.ad reg.cõstitutam in materia correctoria. Quæ uerò† per simi
8 litudinem ac paritatem rationis etiam expressæ cõplectimur, cum id solum mediante interpretatione productiua faciamus, per locum a simili, l. non possunt de legi.cap.translato de consti.cum sim. neque cõprehendantur sub illa ratione in lege expressa, dicitur uenire tacitè tantum absolutè, tam respectu generalis q̃ specialis & singularis expressionis, & idem
9 multo fortius† dicendum erit in ijs quę uenient a maioritate uel identitate, uel paritate, rationis tacitæ, uel præsumptæ, quia si ipsius principalis rationis gratia nulla potest dici facta esse expressio generaliter, nec specialiter, nec singulariter, ut supra diximus, multo minus considerari poterit eorum causa, quæ arguendo ab ipsa ratione producta sunt, l.quod per manus de iur.codicill.ubi glo.& Doct.de iur.codic.
10 quia in causato† plus esse uim tutis non potest, quàm in sua causa cap.1.§.hoc autem qui feud.dar. poss.cũ
11 omne † ius potentius sit in causa, quàm in causato, l. digna uox C. de legi. Castr. in consi.129.uol.1. ideo-
12 que ad pariaiudicantur† l.maritus ubi Castr.& doc. C. de procur. diciturque causę, & causati idem oportere esse iudicium † l.quominus de flumi.l.& si amicis ad l.Iul.de adul.& l.manumissiones de iust.& iu.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ex impropria significatione proficiſcuntur quandoque expresse, & quandoque tacitè uenire posse.*
2 *Verbum obsoletum, obscurum, ambiguum, fictum in dispositione prolatum, esse expressum sed improprium.*
3 *Expressum id dici quod scriptum, uoceque prolatum fuisse reperitur.*
4 *Verbum generaliter prolatum, uel specialiter, uel singulariter impropriè tamen semper est expressum.*
5 *Significationem tacitam dici, quando interpretationis medio ad casum improprium progredimur.*
6 *Tacitũ illud dici quod inducitur ex interpretatione iuris.*
7 *Generalem theoricam de propria significatione deseruit, & illi de impropria.*
8 *Adulterinam monetam, & adulterinam scientiam inconsultis dici.*
9 *Adulterinam hominis uoluntatem figuratè iurisconsultis dici.*
Enucleatum ius dici, ac nudam conuentionem dici iurisconsultis. num. 10. *&* 11.
12 *Dotem ac donationem propter nuptias æquis passibus ambulare.*
13 *Posthumum figurate dici qui post conditum testamentum uiuo testatore natus est.*
14 *Insulam quoque dici quæ amplius non est sed fuit.*
15 *Dotem dici quæ uerè dos non fuit sed animi destinatione tantum.*
16 *Verbum uenderes assumi pro uendere uelles.*
17 *Donationem pro remissione poni.*
18 *Venditionem plerumque pro contractu innominato assumi.*
19 *Manumittendi uerbum ad propriam & impropriam manumissionem referri.*
20 *Actionis uerbo ciuilem & criminalem actionem comprehendi.*
Plura exempla in quibus a propria significatione verborum receditur, & ad impropriam fit transitus remissiuè.

An

An ea quæ ex impropria significatione comprehenduntur dicantur expressim concipi.

A P. XII.



Sed dubitari contingit, an ea, quę ex impropria significatione cōcipiuntur expressè pronuntiata esse dicantur? Qua in difficultate ego crederem sic resolui
1 † posse controuersiam, ut dicamus quandoque expressè, & quandoque tacitè. Quæ ad impropriam significationem pertinent uenire posse cum impropria significatio ac locutio uarijs modis inducatur, ut prosequitur Bal. in l. ultima. C. de hæred. instit. sub num. 35. D. Alciat. de uerb. significat. li. 2. in prin. Crisp. in rubr. de legat. 1. sub num. 10. & plenius prosequemur infra loco tertio ubi proprium constituimus materiæ
2 locum, fingamus enim † a lege uel disponente, ad enuntiandam eius mentis meditationem, prolatū fuisse aliquod verbum fictè vel figuratè, uel ambiguè, uel obscurè, aut inusitatè absoletèue, vel pro eo, quod propriè ab eo non significatur, non est dubium vocem illam impropriè significatam dici expressè foreprolatam cui expressum id dici-
3 tur † quod dictum, uel scriptum aut uoce prolatum fuisse reperitur, ut supra retulimus ex Bar. in l. sed etsi quis. §. quæsitum in quinta colum. ver. uenio ad quæstiones, si quis caut. & ideo quandocunq; ali
4 quo ex tribus illis modis, † quos supra retulimus, vt tradit Bar. communiter approbatus in dicta l. prima, de vulg. & pupill. reperitur impropria locutio probata semper dicetur impropria significatio ex-
5 pressa, at quoties † non generali neque speciali neque singulari enuntiatione prolata reperiuntur verba, sed medio interpretationis ad casum impropriū progredimur, tunc impropria significatio dicitur
6 tacite inuehi, non autem expressè, quia tacitum † illud dicitur quod inducitur ex interpretatione iuris, vt scribit Bal. in auth. nisi rogati col. 2. C. ad senat. Treb. & in summa est cōcludendum in omnib. & per omnia prout supra diximus in propria signi-
7 ficatione, quia generalis † illa theorica quam supra tradidimus, tum circa ea quę ab expressa quoque & tacita significatione progrediuntur, deseruiunt & resolutioni istius difficultatis propositæ
8 circa impropriam significationem. Vt autem † pro posito exemplo res clariot fiat, veluti cum iurisconsulti, vt scribit Dominus Alciat. de verb. significat. libro quarto, sub numero secundo. Adulterinam monetam, adulterinam scietiam uocant, quæ uera, ac germana non sit, vel adulterari rationes dicunt pro falsò describi, vt in l. prima, in fin. de ser. corrup.
9 † vel ambulatoriam hominis voluntatem dicunt vsque ad extremum vitæ exitum. l. quarta, de adim. legat. & in l. cum post §. pœnitentiam de donatio. in-
10 ter ui. & uxo. vel enucleatum † ius dicunt in rub. in l. prima, & secunda, C. de vet. iur. enucl. uel nudam
11 conuentionem † l. iurisgentium §. igitur nuda de pact. uel donationem propter nuptias & dotem
12 æquis pasibus ambulare, † vt in l. fi. C. de donat. ante nupt. & in alijs casib. quos recenset Dominus Alciat. loco iam relato in quibus quod figuratum & improprium est exprimitur, & proprium subin-
13 telligitur. idem est cum posthumus † dicitur qui viuo testatore post testamentum natus est l. tertia, §. primo, de iniust. rupt. quia testator putabat post eius mortem nasciturum esse. cui non absimile est
14 cum insulam appellamus † quę amplius non est sed fuit. l. insula in fin. de acquirendo rerum dominio,
15 vel cum dotem dicimus quæ uerè dos non fuit † sed animi tantū destinatione, ut in l. si seruo de iur. dot.
16 & cum venderes † dicimus pro uendere velles. ut in l. si rem. §. si cum mihi de præscrip. uerb. idemque in
17 super est, cum donationem † pro remissione di-
18 cimus ut in l. si uno locat. vel venditionem † pro cōtractu innominato ut in l. insulam de præscr. verb. & multa poterunt desumi exempla ex his quę infra dicemus libro tertio, iu casibus excipiendis a regula quæ habet uerba non esse impropriè accipien-
19 da, exemplum rursus impropriæ † significationis nō æquè expressè ac in superioribus casibus, sed generalius proponi potest in l. secunda, iuncta ibi glos. de offic proconsulum. ubi verbum manumittere, ea in dispositione prolatum importat non solum propriam manumissionem, & libertatis dationem in seruis, sed etiam impropriam, idest ingenuorum hominū paterna in potestate existētiū emancipatio
20 nem. Nec longè distat † quod legitur institutio. de actio in principio iuncta ibi gloss. & in l. prima, C. quand. crim. actio. ubi actionis nomen simpliciter enuntiatum intelligitur non solum de propria ciuili actione sed etiam de impropria, iudicis officio, ac criminali actione, quæ duo exempla si referantur ad specialiorem significationem, possunt etiam deseruire pro exemplis tacitæ improprię si-
21 gnificationis. Alia † exempla possunt poni in ijs casibus, in quibus si verba expressa in propria significatione acciperentur, vel absurdum inducerent, uel nullitatem actus, aut frustrationem, vel repugnantiam mentis legislatoris aut disponentis inducerent, iuxta ea quæ latius prosequemur infra libro tertio, in limitationibus ad regul. Quod uerba impropriè accipienda non sunt, ubi uideri poterunt quia eorum tractatio ibi tamquam opportuniore loco reseruata est.

SVMMARIVM.

1 *Communis usus loquendi esse tacitam significationem.*

2 *Causatum plus virtutis habere nonquam posse ab influxu suæ causæ illud descendat.*

3 *Communis usus loquendi, impropriam esse atque accidentariam significationem.*

4 *Communis usus loquendi significationem omni significationi quantumuis propriæ præferri.*

5 *Communis vſus loquendi vim tacito populi conſenſu inductum eiuſdem eſſe valoris ac efficaciæ, atque ſignificationem expreſſam.*

6 *Tacitum populi conſenſum legem expreſſam in totum ac pro parte poſſe abrogare.*

An ſignificatio quę proficiſcitur a communi uſu loquendi dicatur eſſe tacita an uerò expreſſa.

CAP. XIII.

HActenus relatæ ac reſolutæ difficultatis altera eſt affinis, an ſcilicet ſignificatio, quæ proficiſcitur a comm ni uſu loquendi, dicatur eſſe expreſſa, an vero cẽſenda ſit tacita? Qua in re ego crederem † concludendum eſſe, communis uſus loquendi tacitam eſſe ſignificationem non autem expreſſam; ea ratione, quia eiuſcemodi ſermonis uſus a tacita populi conſuetudine inducitur, ut per Bar. in l. Labeo, de ſupellect. legat. D. Alcia. li. 2. de uerbo. ſignificat. ſub num. 30. uerſ. efficax autem, & Roch Cur. in cap. fin. de conſuet. ſectio. 8. ſub nu. 44. unde cum cauſa eius inductionis ſit tacita, & eius quoque ſignificatio erit tacita, ne cauſatũ † plus virtutis in ſe habere dicatur, quàm ab influxu ſuæ cauſæ in illud peruenìat, ut in c. 1. §. hæc autem qui feud. dar. poſſ. cum ius potentius in cauſa quàm in cauſato eſſe debeat l. digna uox. C. de legi. Caſtr. in conſi. 124. uolum. 1. confirmatur † quia communis loquendi uſus eſt impropria, & accidentaria ſignificatio, & non admittitur niſi probetur decem annorum lapſu inualuiſſe atque obtinuiſſe, ut per Bart. Roch. & Alciat. in loco ſupra citato. & Fel. in proem. Gregor. ſub nume. 14. & latius infra dicemus lib. 4. ubi proprium conſtituimus huius materiæ locum, ergo cum non ſit eius ſignificatio regularis propria, nec materialis, ſed irregularis impropria, & ex accidenti non poterit in prolatione uerbi, quod aliter ſignificat naturaliter, quàm ex communi uſu ſit inductum, dici communis loquendi uſus ſignificatio eſſe expreſſa. Neque † mouet quod in omni ſtatutorum genere communis uſus loquendi ſignificatio omni ſignificationi quamuis propriæ præferatur, ut ſcribit Bar. in l. librorum. § quod tamen Caſsius poſt gloſ. ibi, de leg. 3. & in l. Labeo, de ſupell. lega. ſub num. 5. Alex. Iaſ. Rui. Pariſ. Crot. & alij in rubr. de oper. no. nuntiatio. ut ibi atteſtatur Iaſ. ſub numero 7. uer. ego teneo, Rui. ſub nu. 22. & Pariſ. ſub num. 87. quia reſpondetur, quod tametſi ea ſit uis & poteſtas communis uſus loquendi, ut præferatur cuicunque etiam propriæ ſignificationi nihilominus † hoc non proceſſit ex eo quod ſit expreſſa, ſed ex eo quod tacita uis eius cum ſit, tacito populi conſenſu inducta, einſdem eſt roboris cum expreſſa propria ac naturali legis diſpoſitione, atque efficacia. l. de quibus, in fin. de legib. §. ex non ſcripto, inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. cap. ultimo, de conſuet. quæ ut † poteſt aliam expreſſam legem ac ſignificationem tollere in totum, & prò parte, l. derogatur, de uerborum ſignificatione, l. non eſt nouum cum ibi notat. de legi. ſic & conſuetudo, ut in locis ſupra relatis tradunt ſcribentes, & ſic uis illa non dat ei qualitatem expreſſæ ſignificationis ſed præſeruat eundem communem uſum loquendi in ſpecie tacitæ ſignificationis.

1 2 3 4 5 6

SVMMARIVM.

1 *Significationem prouenientem a declaratiua interpretatione eſſe expreſſam.*

2 *Declarans non dicitur aliquid noui inducere.*

3 *Expoſitiuæ interpretationis ſignificationem eſſe expreſſam.*

4 *Interpretationis reſtrictiuæ, correctiuæ ac extenſiuæ ſignificationem eſſe tacitam.*

5 *Excipi tamen caſus qui deducuntur a ui rationis expreſſæ.*

Quid concludendum ſit gratia ſignificationis, quæ prouenit ab interpretatione.

CAP. XIIII.

QVod ſi quæratur quid iuris conſtituendum ſit reſpectu ſignificationis procedentis ab interpretatione? Ego opinarer † excepta interpretatione declaratiua, quæ dicenda eſt expreſſa, eo quia declarans nihil noui inducit, † l. hæredes palàm. §. ſed et ſi notam, de teſtam. argumento. §. cum ex aliena, inſtit. de re. diui. & l. adeo. §. cum quis, de acquiren. rer. dom. & expoſitiua, † de qua in l. j. §. ultimo, de uerbo. obligat. quæ & ipſa poteſt ſub declaratione contineri, cæterarum reſpectu, ideſt extinſiuæ, reſtrictiuæ, & correctiuæ interpretationum gratia, ſemper ſignificationem inde † reſultantem dicendum eſſe tacitam, quia non ex ui uerborum expreſſorum procedit, ſed magis ex progreſſu, qui fit de ſimilibus ad ſimilia, alijsque ex fontibus topicis, prout infra latius loco quarto differemus, exceptis caſibus † illis, in quibus ſupra diximus ex ui rationis expreſſę, uel maioritatis eius rationis, & alijs ſimilibus ſupra relatos interpretationem fieri, & latius infra lib. 5. & ſeq. dicimus, quia tunc iſtiuſmodi ſignificatio poſſet generali expreſsioni adſcribi, prout etiam ſupra diximus.

1 2 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Expreſſum quomodo capiatur in ſtatuto reijciente omnem interpratationem præter expreſſam, vel iubente aliquid expreſſe fieri.*

Inte-

Intellectus cap. si quem, de procur. lib. 6.
Domino comparente in iudicio intelligi procuratorem esse reuocatum nisi expressè dicat uelle illum in iudicio perseuerare.

3 *Expressè vbi aliquid fieri requiritur respectu certæ personæ verbis singularibus fieri oportere.*

4 *Sed contra generalem sufficere expressionem, nisi lex aliud vlterius procedendo disponat.*

5 *Praxis clausulæ illius adijciendæ, citra tamen reuocationem &c. in omnibus actibus tn quibus dominus comparet.*

6 *Intellectus cap. 1. de procur. lib. 6.*

7 *Declaratur noua constitutio. stat. Mediolan. in titu. de iud. in §. omnes iusdicentes.*

8 *Iudices qui debent exprimere causam absolutionis ab expensis singulatim ac præcisam id facere debere, & cum iuramento.*

9 *Expressum generaliter, vel ex coniecturis non posse dici specificè expressum.*

10 *Specialiter enuntiandum ab omni generalitate debet esse abstractum.*

11 *Ea quæ speciali sunt designanda nota, in generali dispositione non includuntur.*

12 *In generali potestate legitimandi concessa nunquam intelligi datam facultatem legitimandi filios clarissimarum personarum.*

13 *Specialis mentio vbi requiritur posse per æquipollens satisfieri.*

14 *Dictione uniuersali quoscunque includi etiam eos de quibus specialis facienda esset mentio.*
Comitem Palatinum qui non habeat in specie facultatem legitimandi infantes, posse eos legitimare si adsit dictio quoscunque in priuilegio.

15 *Expressionem per æquipollens operari in ijs quæ sunt in libera potestate disponentis.*

16 *Sed, & in alijs modo æquipollentis modus sit specificus.*

17 *Expressionem quæ fiat per relationem ad aliud æquipollere specificè.*
Iudex absoluens ab expensis partem victam in terminis dicti § cmnes iusdicentes in nouis constitutionibus qui de iustitia causæ absolutionis se retulerit ad acta iudicy, vel ad allegationes aduocator m, in quibus talis causa expressa sit, dici satisfeciſſe dicti §. dispositioni.

18 *Relatum verè & propriè esse censeri in referente cum omnibus qualitatibus suis.*

19 *Becius senator Casalensis laudatur.*

20 *Declaratur noua constitutio, in titu. de bonis ad cridas ponendis in princ.*

21 *Verbum exprimere in dicto titu. de bonis ad cridas ponendis accipi pro nominatim enuntiare, vel vti ea demonstratione, quæ nominis vice fungitur.*

22 *Æquipollens quando non satisfacit expressioni faciendæ a lege requisitæ, debet illa specificatim, ac in individuo fieri.*

23 *Gradus consanguinitatis distinguere propriis nominibus, vel certis demonstrationibus paria sunt*

24 *Institutio hæredis dicitur nominatim facta, quando proprio nomine, vel indubitato signo ipsum hæredem expressit.*

25 *Nominatim dici exhæredationem factam quæ sub ea demonstratione absoluta est, quæ nominis vice fungitur.*

26 *Agrorum limites dicuntur certè designari, quando ipsorum agrorum fines designantur aliorum contermi-norum agrorum designatione.*

27 *Testis qui iuramento affirmauit se certò rem scire tam certus habetur quàm si distincta expressione eam rem pronuntiasset.*

28 *Iura intelligunt affirmationem induci ex ea certitudine quæ ex ipsius rei natura haberi potest.*

Quomodo sit interpretandum statutum reijciens omnem interpretationem, vel sensum, aut intellectum præter expressum, uel constitutio aliqua iubens aliquid exprimi.

CAP. XV.

EX hactenus deductis igitur apparet, quomodo significatio expressa, & quomodo tacita dicatur in iure nostro, & quo sensu vtraque veniat excipienda, quæ res maximè conferret in usu
1 forensi. Quando † lege aliqua municipali caueretur, vt statuta nõ possint aliquẽ intellectũ, sensum, vel interpretationem recipere vltra id quod expressum est, vel aliquid expresse fieri mandaretur & non aliter, procederetque lex ulterius actũ annullando. cum similibus quorum aliquot exempla supra retulimus, exemplum autem pulcherrimum, ac valde practicabile poni potest,
2 in cap. si quem de procu. li. 6. ubi dicitur, simpliciter constitutum procuratorem domino in iudicio comparente intelligi esse reuocatum, nisi inquit tex. dicas expresse quòd ipsum uis in officio procurationis remanere. ista expresio debebit ne esse formiter ac nuncupatim facta, an uerò sufficiet etiam generaliter fieri? Et videretur dicendũ precisè ac uerbis singularibus eam fieri oportere
3 per glos. in cap. inquisitores in ver. expresè de hæreti li. 6. vbi ait † ꝙ quando aliquid expresè fieri requiritur respectu certæ personæ, debet illud singularibus verbis fieri, sed ibi tex. resoluit difficultatem vlterius procedendo, dum inquit, vel nisi, ꝙ non animo reuocandi hoc facias, ex aliquibus appareat coniecturis, vt si forsan aliquis immineat articulus, in quo tu melius nosti ueritatem, aut si sit procurator ipse infirmus, vel forsan se absentet,
4 seu quicquid aliud accidat propter quod ipsi causæ tua sit præsentia opportuna, nam nisi tex † ita declarando procederet, concludendum esset, prout etiam supra admonuimus, vt sufficeret generaliter ac simpliciter istiusmodi expresionem esse factam, ita vt etiam coniecturæ legis sufficerent, vt habetur in dicta l. licet imperator, de legat. primo

quia non agitur de aliqua offenſione iuris cõmunis & ideo ſufficit, ut uel generaliter conſtet de expreſ
5 ſa uoluntate Domini. inoleuit tamen † in uſu forenſi, ut in omnibus actibus iudiciarijs qui fiunt a Domino, qui procuratorem conſtituerit, ſemper adijciatur clauſula illa, citra tñ reuocationem &c. prout ualde no. inquit Bar. in l. qui mutuam, §. non
6 ideo mandat, aliud eſſet in caſu † c. 1. de procur. li. 6. in fi. prin. dum dicitur cum regulariter qui expreſsè non prohibetur ad procurõnis officium idoneus debeat reputari, nam illa expreſsio cũ reg. generalem iuris cõis habeat in contrarium, deberet eſſe uerbis ſpecialib. aut ſingularib. facta, prout ſupra declarauimus per l. iubemus, de teſta. & l. per hãc, C. de nume. & actuar. li. 12,

7 Hæc fortius procederent in terminis † nouæ conſtitutionis ſtatus Mediolani, in ti. de iud. ĩ §. omnes iuſdicentes, ubi loquens de iudice qui partẽ abſoluerit ab expenſis, quo caſu inquit ſi abſoluerint teneantur cum iuramento exprimere cauſam ſpecificam in ſentẽtia, ſeu conſilio ſub pena duplicaturũ impenſarum in quam incurrant ipſo iure, & facto,
8 in hoc enim † caſu, ſaluo ſemper iudicio excellẽtiſs. ſenatus, oportet nuncupatim & indiuiduo ſingulatimque ac precisè exprimere cauſam abſolutionis cum iuramento, nec ſufficeret ſuper generalib. perſiſtere, aut ex coniecturis deducere iudicem abſoluiſſe ob aliquam cauſam quæ formiter expreſſa non legeretur, quia nõ eſſet formæ dictæ nouæ cõſtitutionis ſatisfactum, quę cũ iuramento uult cau
9 ſam ſpecificam exprimi, quod enim † generaliter eſſet expreſſum, uel ex coniecturis colligeretur, non poſſet dici ſpecificè fore expreſſum iuxta doctr.
10 Bar. in d. l. j. de vul. & pu. & quia qđ ſpecialiter † enũtiandum eſt ab omni generalitate debet eſſe abſtractum, l. item apud. §. hoc edictum de iniur. l. ſeruus urbanus. §. fi. de leg. 3. Ale. conſ. 44. uidebitur
11 col. 1. uol. 4. Quæ enim † ſpeciali ſunt deſignandi nota, in generali diſpoſitione non includuntur, d. §. hoc edictum c. quanto de præbend. in 6. Dec. in conſ. 272. ſuperiori anno, colum. 1. & ideo dicebat Pet. Anch. in conſ. 318. quòd in generali poteſtatis legitimandi çonceſsione nunquam intelligitur data facultas legitimandi filios clariſsimarum perſonarum, quia illa in ſpecie danda eſt. Non tamẽ videtur ꝙ in iſto caſu reijceretur expreſsio, quæ fieret per æquipollens ueluti per expreſsiones generales, vel uniuerſales. Quia ubi requritur ſpecialis
13 mentio † poteſt ea fieri per æquipollens Bart. in l. ſi quis in princ. de leg. 3. Socin. in conſ. 3. in cauſa, col. pen. uerſ. præterea ex quo uol. 3. ſub num. 23.
14 ubi uult † per dictionem uniuerſalem quoſcunque includi etiam ea de quibus ſpecialis facienda eſſet mentio per glo. in cle. 1. de reiud. in l. cum pœnam de arbit. & no. per Bal. in c. 1. de prohib. feud. alienat. per Federi. unde ait notanter çonſuluiſſe Ale. propter illam dictionem quoſcunque, ꝙ licet aliàs comes, cui non eſſet ſpecialiter conceſſum, nõ poſſet infantes legitimare, tñ hoc caſu poterit prout dicit ſe habere Alex. conſ. non impreſſum, ſed hęc poſſent procedere in ijs, quæ eſſent in liberã facul-
15 tate diſponentis † in quibus tamen operatur generalis enuntiatio quantum ad genus, quod ſpecialis quãtũ ad ſpecies l. ſi duo. de admi. tut. l. ſi chorus, in princ. de leg. 3. cum ſim. not. in d. l. ſi duo, in gl. ult. ſecus eſt in caſu noſtro in quo agitur de ſpecificè implendo legis mandato non negarem tñ, quòd
16 ſi in eodem † expreſsionis genere, ſpecifico ſcilicet eſſet æquipollens, quo iudex vteretur, poſſet defendi ſatisfactum eſſe, veluti eo modo quo habetur in l. certum, ſi cer. pet, in l. nominatim, de conditio. & demon. & in l. nominatim, de lib. & poſthu. veluti
17 etiam ſi per relationem † ad aliud fieret iux. tex. in l. aſſe toto, de hær. inſtitu. & in l. ſi ita ſcripſero, de cond. & demonſtr. cum ibi nota. a Bart. & cæteris, & ea, quæ ſcribit Rip. in l. ait prætor. §. ſi iudex, de re iud. exempli gratia ſi per relationem ad acta in quibus conſtaret de iuſta litigandi cauſa illius partis, quæ abſoluta foret ab expenſis, vel de aliqua alia cauſa ſpecifica, quæ potuerit animum iudicis mouere, aut quia iudex ſe referet ad allegationes aduocati illius partis, quæ abſolueretur ab expenſis, quę reperiuntur in proceſſu, vel ad ſingraphas partium in actis productum in qua inter ipſas partes conuentum legeretur, ne victa pars in eo iudicio victrici ad expenſas teneretur, ſed utrinque ex nunc prout ex tunc intelligeretur facta eſſe remiſſio, & ratio in iſtis caſibus eſſet, quia cauſa relata
18 † cenſeatur eſſe verè, & propriè in referente cum omnibus qualitatibus ſuis, Crau. in conſ. 45. col. 2. Soc. in conſ. 27. ſub num. 12. li. 4. Pariſ. in conſ. 22. ſub num. 7. 8. & ſeq. lib. 9. idem Craue, in conſ. 143,
19 cum ſim. Beci. ſenator † optimus Caſalenſis inter noſtrę ætatis Iuriſconſultos ſcriptor eruditionis non vulgaris, in conſ. 101. ſub nu. 11. & ſub nu. 77. ubi declar. Menoch. noſter in conſ. 1. ſub num. 93.
20 Rurſus † in nouis conſt. in tit. de bonis ad cridas ponendis, in prin. in uer. & eo amplius, dum ibi dicitur & eo amplius non ſolum exprimere tenetur, a quibus datum de eis vel aliquo eorum habuerit, ſi id intra annum factum ſit, ſed omnium eorum qui eo anno realiter ea bona poſſederint, vel quaſi, & ſi lapſus fuerit annus exprimere etiam tenetur nomen eius a quo habuerit datum uſque ad *decennium*, & paulò infra poſt formam iuramenti *in poſitione* ad cridas præſtandi: ſi uero, inquit, ſciuerit exprimere tenetur, ut ſupra.
21 Nam omnibus iſtis locis † debet uerbum illud exprimere, accipi pro nominatim enuntiare, vel uti ea demonſtratione certa, quæ nominis vice fungitur dicta l. certum, ſi certum petatur, & dicta l. nominatim, de çonditio. & demonſtratio. cæterum generalis expreſsio, uel quæ ex coniecturis colligeretur non ſufficeret, quia nõ poſſet per tales expreſſiones reſultare illa iurium certificatio, ac ſpecificatio, quam requirit noua ipſa conſtitutio. & ideo
22 quando † æquipollens non ſatisfacit expreſsioni faciendæ a lege requiſitæ debet illa ſpecificatim ac in indiuiduo fieri, vel per aliud æquipollens quod par ſit in eodem genere ſpecificæ expreſsionis, prout ſupra declarauimus, iuxta ea, quæ tradunt Doctores in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,

de

de lib. & poſth. & in l. j. §. ſi quis ita de verb. oblig. in fin. iunct. §. præterea inſtitu. de inut. ſtipulat. & d. §. ſi quis ita in princ. vbi propter relationem ad ſpecificam interrogationem generalis reſponſio habet vim ſpecificæ expræſsionis.

23 Et ideo † in cap. tuam de conſang. & affin. & apud Abb. in cap. licet ex quadam de teſt. paria eſſe dicuntur gradus conſanguinitatis diſtinguere nominibus proprijs, & eoſdem gradus diſtinguere demonſtrationibus perſonarum, vel alijs externis, certis & æquipollentibus indicijs. ſic inſtitutio

24 hæredis † certa dicitur cũ teſtator nominatim, uel indubitato ſigno, ipſum hæredem expreſsit, l. habemus, C. de teſtam. l. quoties. §. ſi quis nomen de hęr. inſtit. ad quod facit quod habetur in cap. quanto, & quod ibi not. Panor. ſub nu. 7. de ijs quæ fi. a prælat. ſin. conſen. cap. & idem Abb. in cap. in lateranenſi de præb. vnde †

25 nominatim dixit Iuſtin. exhæredari alium ſiue dicat pater Titius filius meus exhęres eſto, ſiue dicat filius meus exhæres eſto nõ adiecto proprio nomine, dummodo alius filius non extet, ſimile exemplum habetur in l. iij. de lib.

26 & poſth. item agrorum limites dicuntur certi † deſignati quando ipſorum fines diſtinguuntur ſpecificatione aliorum agrorum qui ipſis ſunt contermini l. forma de cenſib. Bartol. in l. demonſtratio queſtio. 7. de condit. & demonſtr. Mod. in enchy.

27 ſuo in ver. exprimere, qui inſuper addit. † & teſtem qui iuramento affirmauit ſe certo, rem ſcire, tam certum haberi poſſe quàm ſi diſtincta expreſsione eam rem pronuntiaſſet, ipſiuſque ita affirmantis

28 probationem preſumptiuam dici, quia iura † intelligunt eum affirmare per talem certitudinem quę ex ipſius rei natura haberi poteſt l. filium de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtrationem illam quæ fit per digitum certiorem haberi illa quæ a nomine ſumitur.*
2 *Ex communi doctorum ſententia.*
3 *Sed Dec. contra ſentire.*
4 *Homines fingere non poſſe nec facere vt ſpecies vna ſit altera.*
5 *Tolli non poſſe differentiam inter errorem nominis proprij & appellatiui.*
6 *Non referre quid ex æquipollentibus fiat, cum verſamur extra ea quæ ſunt de forma.*
Et propterea communem opinionem eſſe veram.
7 *Cum fit tranſitus à fictione declaratiua ad inductiuam rem verſari in æquiuoco.*
8 *In appellatiuis nominib. requiri præciſam expreſſamque demonſtrationem vt error nominis non vitiet.*
9 *Nominis proprij error non vitiat.*
10 *Nomina ad hoc inuenta eſſe vt res demonſtretur.*
11 *Nihil opus eſt nomine cum de re ipſa nihil amplius eſt ambigendum.*
12 *Demonſtrationem quæ fit ad oculum debere eſſe potentiorem, vt efficacior eſt probatio quæ ſubijcitur oculis.*
13 *Errorem in nomine, agnomine, vel prænomine non vitiare, vbi conſtat de qua re ſenſerit diſponens.*
14 *Rei certitudo vbi habetur de nomine non eſt curandum.*
15 *Quicquid rei per ſe ſatis demonſtratæ adijcitur fruſtra.*
16 *Rei præſentiæ, & oculis factæ ſubiectionis potentiſſimum eſſe effectum.*
17 *Demonſtrationem factam per digitum non habere locum in caſibus expreſſionum requiſitarum a nouis conſtit. de quibus ſupra.*

Quid cenſendum ſit de illa demonſtratione quæ fit per digitum vel ad oculum corporis, an cenſenda ſit æquipollere demonſtrationi verbis factæ.

CAP. XVI.

1 Vinimo & eam † demonſtrationem quæ per digitum fit, certio rem haberi debere, quam quæ à nomine ſumitur l. quæ extrinſecus de verb. obligat. ſiue id nomen proprium ſit, ſiue appellatiuum, & hęc videtur eſſe interpretum ſententia receptior cum glo. in l. iiij. de leg. 1. & ibi per Iaſ. col. pen. & alios & per Alex. &

2 alios in d. l. certum. Dec. tamen ibi ſub nu. 5. † probat contrariam ſententiam ut error in nomine appellatiuo vitiet, quia aliàs eſſet permittere vt ho-

3 mines † poſſent fingere ſpeciem vnam eſſe alteram contra l. ſi forte vbi Bar. ff. de caſtr. pecul. in l. ſi is qui pro emptore de vſuſcap. & quia eſſet tollere differentiam inter errorem nominis proprii & appellatiui cõtra tex. in d. l. 4. de le. 1. ſed nõ eſt recedẽdũ

4 a cõmuni † quia cum verſamur extra ea quæ ſunt de forma non refert quid ex æquipollentibus fiat l. Gallus. §. & quid ſi tantum vbi omnes not. de li. & poſth. l. certum ſi cert. pet. l. nominatim de condit. & demon. l. de quibus in fi. de legi. cum ſim. cũ igitur talis ſit quæſtio noſtra ergo &c. Neque mo-

5 uet prima ratio † Decij, qa laborat in æquiuoco, faciens tranſitum a fictione declaratiua ad inductiuam, de qua loquitur d. l. ſi forte, vt declarat Iaſ. in d. l. 4. ſub nu. 53. non obſtat etiam quod obijcitur

6 † de differẽtia nominis proprij & appellatiui, quia per hoc nõ tollitur eo quia in nomine appellatiuo

8 requiritur demonſtratio † expreſſa ac præciſa ad hoc vt error nominis non vitiet, in nomine proprio ſufficit qualis qualis rei demonſtratio cum re

9 gulariter nominis proprii error † non vitiet l. ſi Fortidianum. C. de leg. l. ſi in nomine. C. de teſta. §. ſi quis in nomine inſtit. de legat. & d. l. 4. vbi gloſ. & Doc. de leg. 1. & faciunt quæ ſcribit Iaſ. in l. à Titio de verb. obligat. ſub nu. 3. & quæ dicemus infra

10 lib. iij. in ſep. caſu. Quorſum † enim ſunt nomina niſi vt res demonſtrẽtur aut nominatim indicẽt l. Labeo de ſuppellec. leg.

Quæ ſi per oculorũ ſenſum res demonſtrata ſit

11 & in notitiam veniat, nihil opus est nomine † cum de re ipsa nihil sit amplius ambigendum, teste D. Alciat. in d.l. certum sub nu. 9. est communis opin.
12 ratio est † quia ita debet efficacior esse demonstratio, quæ ad oculum fit, vt fortior est & probatio, quæ oculis subijcitur, vt scribit Azo in sum. C. de leg. Aqui. Bal. in l. cõtra negantem, in fi. eo. tit. & in rubr. C. de probat. col. fin. Ale. in l. j. sub num. 8. C. ut quæ des. Dec. in d.l. certum, sub nu. 5. & est tex. in §. fin. instit. de gradi. & in l. si irruptione. §. 1. fin. reg. ubi Alber. Quare quamuis contingat aliquan
13 do error in nomine † uel cognomine, uel prænomine, si tamen ex uerbis, uel circumlocutione uerborum de quo senserit is qui locutus est nominis, uel prænominis, aut cognominis error nihil veritati officere, aut rem impedire poterit, l. si quis in nomine, de testam. ex quo enim certitudinem rei habe-
14 mus † de modo non est curandum Ias. in l. ij. sub num. 6. de lib. & posthum. quicquid enim demon-
15 stratæ satis rei † adijcitur frustra est l. j. §. 1. ad fin. de dot. prælegat. cum similibus ibid. not. in glos. in verb. demonstratæ.

Est tamen aduertendum quatenus diximus demonstrationem quæ digito fiat æquiparari ei demonstrationi, quę nominatim fiat, quia illa locum
16 habet in ijs, quæ in præsentia fiunt, † & in reb. quæ oculis subijciuntur, quia rei præsentiæ atque oculis factæ subiectionis potentissimus est effectus, l. prima. §. si iusserim. l. quod meo. §. si uenditorem, ad finem, de acquirenda possessione. l. clauibus, de contrahenda emptione cum similibus cęterum in
17 casibus illis † nouarum constitutionum supra relatis, & alijs similibus illa demonstratio non diceretur æquipollere, neque satisfaceret qualitati expressionis requisitæ.

SVMMARIVM.

1 *Testator instituens hæredes quos scripsit in schedula relicta penes priorem fratrum prædicatorum dicitur impleuisse formam expressionis nominum hæredum in testamento faciendæ, quia satis est constare per relationem ad dictam scripturam.*
2 *Si iudex dicat in sententia condemno te ad summam, quæ continetur in testamento, certa dicitur eius sententia, si certa summa ibi expressa sit.*
3 *Certitudinem sententiæ satis esse si colligatur ex relatione ad instrumentum.*
4 *Certa tradi possessio dicitur quæ per circumlocutiones designatur.*
5 *Clausulam pro expressis habentes operari certitudinem per relationem ad aliud.*
6 *Clausula in signaturis, fiat ut petitur, quid operetur.*
7 *Clausulam pro expressis habentes non tollere defectum inhabilitatis personæ.*
8 *Neque defectum intentionis.*
Neque inducere dispensationem.
9 *Eiusdem Clausulæ effectus plenius haberi in tertio tomo auctoris huius tituli.*

Quid iuris statuendum sit de expressione quæ fit per relationem ad aliud.

CAP. XVII.

1 
Vpradictis quoque affine est, quod † scribit Bald. Angel. & Imol. in d.l. asse toto, de hæred. inst. qui volunt, quod si aliquis testator instituisset eum hæredem, cuius nomen scriptum esset in schedula, quã dedit Prio-
2 ri fratrum Prædicatorum, vel Guardiano fratrum minorum, valet quidem illa institutio † iuxta relationem ad schedulam illam datam, l. in testamento, & ibi Bar. de condit. & demonstr. Socin. in consil. 4. sub num. 4. & consil. 62. sub num. 8. li. 4. & Paris. in consil. 97. sub num. 46. in 1. par. quibus accedit Demaud. iam relatus qui addit quod si iudex dixerit in sententia condemno te ad summam, quę continetur in testamento, certa est, & plena dici-
3 tur esse eius sententia, certitudo † enim eius per relationem ad testamentum ipsum colligitur, dummodo ea summa certa in testamento exprimatur. l. ait prætor. §. si iudex, de re iudic. & hinc est quòd
4 certa & † vera tradi possessio dicitur, quæ per circũlocutiones designatur. d.l. quod meo, in princ. & l. interdum, de acq. poss. cum simil. idem quoque esset in illis casibus in quibus princeps, quæ exprimẽ
5 da essent, pro expressis haberet † ita tradit Ang. per tex. in l. omnes. C. de pręscriptio. 30. uel 40. anno. ubi ait meliorem esse tex. de corpore iuris ad hoc. cum dicat ibi q̃ imperator pręscriptionem tot annorum obstare omnib. actionibus siue illic expressę sint siue nõ sint, quia quę non sunt expressæ, vult haberi pro expressis. unde quando petitum est ali-
6 quid pro expresso haberi; & quando † in signaturis dr̃, fiat ut petit, uel simpliciter fiat, ualet gratia, nõ minus q̃ si clarioribus uerbis expressa fuisset; quia per hoc verbum constat de mente Pontificis, ut late Fel. in c. super literis nu. 9. de rescr. & Butr. in consil. 2. & cons. 41. quia per expressionem, nihil de nouo datur, sed iam datum & habitum refertur, *non*
7 tamen clausula illa † pro expressis habentes, *tollit* inhabilitatem personæ, sed solum taciturnitatem, & subreptionem remouet, Fel. in c. in nostra, de rescrip. gl. in clemẽ. si Romanus, de præben. Anch. in
8 consil. 20. sic quoq; istiusmodi † clausula non tollit defectum intentionis, nec ẽt inducit dispensationẽ ut testatur Io. And. in c. cũ adeo, de rescr. & Paris. cons. 1. sub nu. 96. li. 1. Rui. in cons. 128. cum si. adductis per Demaud. loco iam relato, in uer. pro expresso, cuius clausulę uirtutem postea plenius tra-
9 ctabimus † in tertio huius materię uolumine, quod multa cura elaboramus, de peculiari vocum ac formularum iuris significatione, ubi eiusmodi clausularum ac formularum iuris naturam vires ac potestatem prosequimur; quod, non multo post, Dijs benè fauentib. in publicam cõemq; studiosorum nostrę professionis hominum vtilitatem edetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tacitæ, atque actualis expreßionis eundem ſemper eſſe effectum.*
2 *Nominationem perdi, ſiue tacitè quis illi renuntiauerit ſiue expreßè.*
3 *Expreßionem eorum, quæ tacitè inſunt nihil operari.*
4 *Quæ ſit vtilitas tractationis, at ſignificatio tacita ſit vel expreſſa.*
5 *Multos eſſe caſus in quibus regula l. cum quid ſi certi pet. ocioſa remanet.*
6 *Vbi aliquid omittitur quod ſit de ſubſtantia, vel de forma id pro expreſſo non haberi.*
7 *Propter nimiam quoque incertitudinem tacitum non haberi pro expreſſo.*
8 *Tacitum non habetur pro expreſſo quando ex vna tantum parte agitur, vt habeatur pro expreſſo.*
9 *Voluntatem in mente retentam non accommodari actui hominum.*
10 *Teſtatorem non ſufficit ita voluiſſe niſi ita diſpoſuerit.*
11 *Hippolitus Reminaldus iunior comendatur.*
12 *In ſubſtitutionibus non ſufficere dicere teſtatorem ſic voluiſſe niſi illum ſic diſpoſuiſſe appareat, ex communi.*
13 *Statuta quòd inſtrumenta habeant executionem paratam intelligi de expreſſis tantum in inſtrumento.*
14 *In obligationibus facti in quibus ſuccedit obligatio ad intereſſe ſtatutum dans executionem paratam inſtrumentis locum non habere.*
15 *Inſtrumenta de iure communi non habere executionem paratam.*
16 *Intereſſe procedere ex legis diſpoſitione, & non ex conuentione partium.*
17 *Statutum præfatum debere intelligi de ijs, quæ immediatè ab ipſo inſtrumento proficiſcuntur.*
19 *Intereſſe proficiſci ex tacita voluntate contrahentium mediante diſpoſitione legis.*
20 *Baldum putare ſtatutum dans executionem paratam inſtrumentis, habere locum etiam in ijs quæ tacitè proficiſcuntur ex ipſo inſtrumento.*
21 *Statutum memoratum prout loquitur de inſtrumento, & executione conſiderare factum inſtrumenti & factum executionis.*
22 *Fictionem non operari in ijs, quæ ſunt facti.*
23 *Ea quæ ſunt de ſubſtantia contractus, ſed variant ex voluntate contrahentium, niſi exprimantur non prodeſſe.*
24 *Pretium in emptione niſi exprimatur nõ valet emptio.*
25 *Vtilem eſſe prædictam diſputationem propter eos caſus in quibus pro forma requiritur aliquid nominatim exprimi.*
26 *In appellatione ab interlocutoria, non ſufficere illam exprimere per relationem ad acta.*
27 *Quod Bal. putat verum eſſe vbi ſimpliciter fiat relatio ad acta ſecus ſi ad illam partem actorum facta eſt in quam cauſa eſt expreſſa.*
28 *Sed Bald. a Decio improbari.*
29 *Omnimoda certitudo, vbi pro forma expreſſio requiritur, non ſufficit.*
30 *Vbi aliquid requiritur eſſe certum, & expreſſum, ſola certitudo non ſufficit.*
31 *Baldi ſententiam veriorem eſſe ac tenendam. quicquid dicat Decius.*
32 *Vbi ſit ſpecialis relatio ad eam partem actorum, quæ continet cauſam grauaminis ibi concurrere & certitudinem & expreſſionem.*
33 *Certitudo per vim relationis ſpecificæ ad acta intelligi verè & propriè ineſſe.*

Quis effectus ſit ſupra relatæ diſceptationis de tacito, atque expreſſo, & an ſemper verum ſit tacitum æquipollere expreſſo.

CAP. XVIII.

1 SEd poſſet aliquis non fruſtranee hoc loco dubitare, quis ſit iſtius diſputationis atque inueſtigationis effectus † cum ſemper tacitæ, atque actualis expreſsionis idem videatur eſſe effectus. l. cũ quid ubi plenè notant Bal. Angel. Saly. Alex. Iaſ. Dec. Curt. & alij ſi cer. pet. cum dicat ibi tex. aſsignando rationem, nam in contrahendo quod agitur pro cauto rehabendum eſt ſi & nominatio perditur, ſiue quis expreſsè illi renuntiauerit, ſiue tacitè. ut latè not. Rebuf. de nominat. q. ult. ſub num. 18. ſequitur Demauel. lo. ſupra cit.
3 in uer. expreſsio tacita. Hinćque videtur factus eſſe locus illi regulæ, quòd expreſsio † eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur, l. iij. de leg. 1. l. non rectè, in fin. C. de fideiuſſor. quia tacita expreſsio ſufficit, & pro expreſſa habenda videtur, l. conditiones extrinſecus, de condi. & demon. cum a lege ſupleatur l. triticum, cum ibi not. de verb. oblig. & l. de quibus, in fin. de leg.

4 Sed reſponderi poteſt, inutilem non eſſe † hactenus peractæ quæſtionis inueſtigationem, ac reſolutionem, tum quia in multis caſibus ſupra relatis apertiſimè demonſtratum eſt, ea quæ requiruntur exprrſsè fieri non poſſe tacitè atque etiam per generalia æquipollentia impleri, ſed neceſſe eſſe, vt nũ cupatim impleantur, uel per expreſsionem in individuo factam, vel per æquipollẽs ſpecificum, vt ſu
5 pra abunde fuit declaratum. tum etiam † quia multi ſunt caſus in quibus regula illa dictæ l. cum quid ocioſa remanet, quorum tres refert Iaſ. ibi ſub numero 18. ex doctr. Bartol. & primus eſt quando
6 omittitur aliquid de ſubſtantia, vel de forma † tunc enim id non habetur pro expreſſo, idque locum habet tam in legibus, quàm contractibus, & ultimis uoluntatibus, vt de legibus eſt tex. in l. nõ dubium. C. de legi. & in l. cum lex, ubi Bar. de fideiuſſ. de ultimis uoluntatibus eſt tex. in l. iubemus in l. hac cõſultiſsima. C. de teſta. in l. ſi quis & in l. ex ea, de teſtam. de contractibus habetur in l. quicquid adſtringendæ, ſecundum unum intellectum, l. ita ſtipulatus, & l. inſulam, de verb. obligat. & l. iij. §. ſi quis inſulam, de eo quod cer. loc. Secundus † caſus, in quo
7 tacitum non habetur pro expreſſo, eſt propter ni-

miam incertitudinem, d.l.quicquid adſtringendæ ſecundum alium intellectum, idque locum habet etiam in vltimis voluntatibus, l. duo ſunt Titij, de
8 teſtam.tut. Tertius † caſus eſt, quando agitur ex una parte tantum, ut tacitum habeatur pro expreſſo, quia tunc non habetur l. ſi repetendi, de condictio.ob cauſam, & ideo dicebat Bald. in l.iuriſgentium.§.pactorum de pact. voluntatem in mente re
9 tentam, non accommodari actui hominum † quod dixit & Pariſ. in conſil.89. ſub num.27.uolum.2.& Rol.a Vall.in conſ.42. ſub num 22.uolumine 4. & procedit hoc etiam in ultimis voluntatibus, in qui-
10 obus non ſufficit teſtatorem † ita voluiſſe, niſi ita diſponat, l.quidam cum filium, vbi Bal.Ang. & Imo. de hæred.inſtit. Pariſ.in conſ.87.nu.17. & d.conſilio 89. ſub num.15.vol.2.Soci.iun.conſ.3. ſub numero 8.volum.1. & alibi ſæpe, Crot. in conſil. 30. ſub num.17.lib.1.Craue.in conſi 161. ſub nu.6.& conſil.208. ſub num.30. Iaſo.conſil.29. ad finem, col.pen.& conſil.30.colum.2.lib.3. D.Alcia. reſp. 564.ſub num.1. Rolan.a Val. d.conſil.42. ſub numero 18. & ſeq.d.lib.4. Zanch.in l.hæredes mei.§.
11 cum ita ſub num.11.ad ſenat.Trebel. Hippol.† Riminal. interrectior.celeberrimi nominis ob eruditiſſimos & commentariorum & reſponſorũ eius libros in conſ.80. ſub num.11.& quatuor ſeq. ubi latiſsimè loquitur ac eruditſsimè multa adducens ad rem facientia, Menoch. noſter valde appoſitè in conſil.85. ſub num.37.& in conſil.105. ſub numero 29.& Burſat. in conſil.51. ſub num.33. quib.in locis communiter concludunt docto.non ſufficere
12 in ſubſtitutionibus † & fideicommisſis aſſerere teſtatorem probabiliter ac veriſimiliter uoluiſſe ſubſtituere, niſi appareat de illius mente, & propterea ad talem intentionem remouendam ſufficere ſubijcere ſubſtitutionem de illa non loqui.

13 Vtilis eſt quoque hæc diſputatio † in eo ſtatuto quo caueatur, ut inſtrumenta habeant executionẽ paratam, nam intelligitur de ijs quæ ſunt expreſſa in inſtrumento non etiam de ijs quæ tacitè veniũt extra connentionem contrahẽtium, & ſcribit Dec.
14 in d.l.cum quid ſub nu.5.& 6.& ideo † dicebat Anto.Butr.in cap.translato col.2.uer.ſimiliter ſi ſtatutum, ibique Imol.in vlt.notat.quod in obligationibus facti, in quibus ſuccedit obligatio ad intereſſe, non habebit locum prædictum ſtatutum, quia eſt contra ius commune, cum de iure communi inſtru
15 menta † non habeant executionem paratam. l.minor uigintiquinque annis cui fideicommiſſum, de mino. & ideo debet tale ſtatutum contra ius commune ſtrictè interpretari.l.ait præcor. §.ſi iudex, de re iud.L.iij.§.hæc verba, de neg.geſt.l.j. §.hoc interdictum, de fonte, addit Dec.quod cum ſtatutum loquatur de inſtrumento, intelligere ſe id ſolum dare, uelle executionem paratam ijs, quæ proueniunt
16 ex cõuentione partium, intereſſe autem † procedit, ex diſpoſitione legis, ut per Bar.in l.cum ſtipulatus, de verb. obligation. item quia ſtatutum non ueri-
17 ficatur in tacitis † quę pro expreſsis habentur ſecundum fictionem, ut per Bart.in l.j.in princip. de ijs, quæ in teſtam.delent, & rurſus quia ſtatutum de-
18 bet intelligi † de ijs, quæ immediatè proficiſcuntur ab ipſo inſtrumento, non autem de ijs, quæ media-
19 te, ut intereſſe, † quod prouenit ex tacita voluntate contrahẽtium, mediante diſpoſitione legis; argum. eius quod dicitur de iure accreſcendi, in l. ſi ex teſtamẽto de vulg.& pup.ſed hoc nõ uidetur abſolu-
20 tè expeditum † quia in contraria ententia fuit Bal. in l.ad probationem la 1.C. de probat. in l.prima, §.& vt plenius.C.de ré.vxo.actio.cum ſim. de quib. per Alex.in l.iuriſgentium.§.quod ferè in fi.de pac. & Fely.in cap.translato de conſt. Non poteſt tamẽ
21 negati † quin ſtatutum prout loquitur de inſtrumẽto & executione, non videatur, magis conſideraſſe factum executionis, & factum inſtrumenti, prout ſcilicet eſt rogatum à notario, & propterea non videtur poſſe extendi ad ea quæ non niſi fictè poſſunt inſtrumento ineſſe, quia fictio non operatur in ijs
22 † quę ſunt facti l.denique l.nec vtilem ex quib.cauſ. maio. l.in bello §.factæ res de capti. quod tamen intelligendum eſt, prout j. plenius declarabimus lib. 3.in materia eorum quæ procedunt ex ficta ſignifi-
23 catione. Rurſus proponi poteſt † exemplum in ijs quæ ſunt de ſubſtantiam contractus, ſed tamen nõ habent uniformem materiam, ſed difformem ex voluntate cõtrahentium ueluti eſt pretium in emptione & venditione.§.pretium inſtit.de emptio.& ven-
24 dit.nam niſi exprimatur pretium † emptio non ualet d.§.pretium, per quem ſic tenent Fulg. & Deci. in d.l.cum quid.& Barto.in l.ſciendum colum.1.de verb.obligat.

25 Vtilis eſt quoq; præmiſſa inueſtigatio † propter eos caſus, in quibus pro forma requiritur vt aliquid nominatim exprimatur, exempli gratia in appellatione ab interlocutoria, cauſa debet eſſe nomina-
26 tim expreſſa, clem.appellanti de appellatio. † ideo non ſufficiet illam exprimere per relationẽ ad acta, vt notant.dicit Alex. in l.1.de lib.& poſthum. Ang. ibi & Alex.in l. ubi autem §. illud de verb. obligat. & in l.prætor in princ.de oper.no.nunt.& idẽ Alex.
27 in conſi.80.colum.6.lib.j. Sed hoc eſſe verũ † inquit Bald.in l.minoribus col.1. C.de ijs quibus vt indign.quando appellans ſimpliciter ſe refert ad acta, ſecus ſi ſpecialiter ſe referat ad illam partem actorum, in qua eſt precisè grauatus, ſeq. Petr. *Anchar.* in cap.conſuluit ſecundo, de appella tio. *quod* dictũ maximè extollit Ang. Aret.in §.ſi minus colum.19. uer.ad unum aduerte, inſtit.de actio. & faciunt quę ſupra diximus per diſcurſum declarando iſtam materiam expreſsionis p relationẽ ad aliud, ſed Dec.
28 † in d.l.certum ſub num.3.& in cap.conſuluit 2.de appellatio. dicit illam aſſertionem Bald.ſupra relatam ſibi non uideri ueram, quia ſpecialis illa relatio non uidetur poſſe conſiderari ad alium finem niſi ut habeamus omnimodam certitudinem, quæ non
29 ſufficit ubi forma requiritur, † ut not.idem Bald.& doct.in d.l.1.de liber.& poſthum. nam illa certitudo non facit, ut quod per relationem ad aliud habetur dicatur nominatim eſſe expreſſum, prout requiritur in dicta clementina appellanti, quia ubi requi
30 ritur aliquid eſſe certũ & expreſſum, † ſola certitudo nõ ſufficit: ut dicit glo.notan.in ca.ſi epiſcopus

de

de preben.in 6.& plenius prosequitur Dec.in d.ca. consuluit.uerum ego puto non esse recedendum à
31 supra relata d- laratione Badl.† quicquid sentiat Dec.in d.consuluit secundo,& in d.l. certum,& ratio est quia falsò assumit Dec.quòd ubi quis in scriptura suæ appellationis dicit appello à tali interlo-
32 cutoria,† quia ita interloquendo grauastis me,ut apparet ex rationib. & causis per aduocatum meũ adductis in tali parte actuũ, ibi dicatur haberi certitudo & non expressio. Nã habetur vtrunque quia in appellatione fit expressio rationis grauaminis, quæ postea certificatur per relationem ad speciem illam actorum; quæ certitudo cum per uim relation s censeatur uc.è† & propriè inesse in referente, vt supra diximus,& probat Bar. in l.j. de exceptio.in l.j.circa finem si fam.fur.fec.dicatur,& in l. si quis seruum § fin. vers. sed quero testator de leg.
33 2.causa expressa & certa dicitur prolata esse in ipsa appellatione.

SVMMARIVM.

1 *An per clausulam non obstantibus quibuscunque verbis derogatorijs de quibus etiam mentio fieri debuisset de verbo ad verbum, sufficienter dicatur priuilegio speciali d rogatum.*
2 *Communemque opinionem esse pro parte affirmatiua.*
3 *Qui contrariam firmauit sententiam.*
4 *Quomodo Ang. conciliarit inter se recitatas opiniones d'sidentes.*
5 *Auct rem non recedere a communi opinione.*
Clausulam non obstantibus vt supra conceptam, in ijs quæ d.pendent a voluntate summi Pont. uim specialis derogationis habere, ibi.
6 *Dictio vniuersalis omnia includit, & nihil excludit.*
7 *Dictio vniuersalis omnia comprehendit quæ cogitari possunt.*
8 *Quando legantur omnia mobilia, veniunt pecuniæ, libri,pecudes aurum,argentum fructus separati à solo, omnia mobilia ac ve iaii.*
9 *Dictio uniuersalis ab homine prolata complectitur etiam i habiles.*
10 *Statutum prohibens alienationem in forenses si vtatur dictione vniuersali videtur comprehendere etiam filiam nuptam extra territorium.*
11 *Sed nihil decernitur quia ca sa decidenda pendet coram Auct re.*
12 *Diction m vni ersalem continere et iam illos de quibus spec alis facienda esset mentio.*
13 *Per illa uerba de uerbo ad uerbum, de mente summi Pontifi.in clausula non obstantibus dici constare.*
14 *Communem opinionem Romanæ curiæ stylo esse confirmatam.*

An per clausulam non obstantibus, plenè sed generaliter tantum conceptam, dicatur der ogatum esse priuilegio speciali, in quo adsit clausula vt non censeatur illi fore derogatum, nisi specialiter facta fuerit mẽtio illius clausulæ,ac de verbo ad verbũ.

CAP. XIX.

INfert quoque Dec.in dicta l. certum sub num. 4. ad aljam pulcherrimam quæstionem in
1 praxi,videl cet an ponẽte† summo Pontifice eam clausulam in aliqua dispositione. Non obstatibus quibuscunque uerbis derogatoriis,de quibus etiam mentio fieri debuisset de verbo ad verbum,sufficienter dicatur esse priuilegio speciali derogatum, in quo adsit clausula sub hac forma, quòd illi non possit dici esse derogatum,nisi facta fuerit specialiter mentio illius clausulæ,ac de uerbo ad uerbum? Et imprimis dicit com
2 munem opinionem esse pro parte affirmatiua† cũ Federi.de Senis in cons.47.habita super casu & Anto.Butri.in consi.2.ad finem qui attestatur, sic fore de stylo Curiæ Romanæ. Pro parte negatiua
3 † ut non censeatur esse derogatum,ex quo non fuit specialiter facta mentio de illa clausula speciali, citat Cyn.in l.j.C.quan.Imper.int.pup. & uid. Feder. de Sen.sibi contrarium in consi.233. casus talis est Monasterij,Calde.in consi.11. de priuileg.Card. in consi.51.in præmisso dubio,& in consi.136.præmitto.Roma. in consi.327. istæ sunt rationes col. pen. & in consi.436.quod indultum colum. tertia,& 4. & in consi.498.in casu quo quæritur,& Cast. in cõ si.52.passus iste,& in consi.312.adiectione non indiget col.3.in antiquis vbi dicit eum latè hunc pas-
4 sum examinare. Postmodum ait Ang.in l.sed & si quis.§.quæsitum in fin.si quis cautio.sic distinguendo conciliare istas duas opiniones, vt prior locum habeat in dispositione legis, posterior autem in priuilegio, vel rescripto, cuius sententia videtur, fuisse & Calder.in dicto consil.11. de priuileg. uel
5 aliter hoc pacto;† si concessio facta sit motu proprio,videatur derogatum priori speciali priuilegio secus autem si concessio fiat ad postulationem, & ita disting.Castr.in d.consil.51.colum.3.& Rom. in d.consi.327.col.pen.& fin.sed ipse quia causa coram eo pendebat noluit aliquid ibi decidere.

Ego tamen† in isto controuerso articulo credere
5 m non esse recedendum a cõmuni opinione,quia cum simus in ijs qua à sum.Pont.potestate absolute dependent,nõ est dubium,quòd clausula vniuersalis,non obstantibus quibuscunque uerbis derogatorijs etiam si de illis specialiter ac de verbo ad verbũ faciẽda esset mentio,cõprehẽdit ẽt clausulã, de qua faciẽda specialiter esset mẽtio,duplici rõne, tũ
6 scilicet quia† dictio vniuersalis nihil excludit omnia quę includit l.Iulianus de leg.3.ca. solitæ de maio. & obedi.cap.si Romanorum 19.distinct. Deci.in l. omnia sub num.1.si cer.pet.Craue.consi.29.sub nume.3.consi.294.num.1.Didac.loco j.varia.4.resolut.cap.13.sub nu.2.plenè ac disertè Bec. grauissimus Casal.senator.consil.94. sub num.31 & seq.&
7 omnia comprehendit,quæ excogitari possunt,Bal. in l. cum uirum in fe cunda oppos. C.de fideicom. Cravet.in consi.105.sub nume.3.& Rimin. iun.in consi.68.sub nu.1.& ideo quamuis in legato mobi

lium

lium non veniant pecuniæ,vt ſcribit Cor.cõſi.49.in
8 præſenti ſub num.2.& 3.uol.3.nihilominus †quando legantur omnia mobilia, veniunt pecuniæ, libri, pecudes, aurum, argentum, fructus ſeparati a ſolo,& omnia mobilia etiam venalia, Spec. in titu. de fruct. & int.col.3.uerſi.3.quæritur,& col.2.uer. ſed pone prælatus,Bar.in l.generali.§.uxori,de uſufruc.legat. Alexan.in conſ.118.in caſu col.2.uol.5. Dec.in conſil.472.per eo tamen, & in fin.in conſilio 294.colum.2. in conſ.360. col.1. in fi. & conſilio 666.colum.1.Rui.conſil.78.colum.pen. uol.1. Crot.conſil.44.num.17. uol.1. Plot. in l.ſi quando ſub num.15.C.unde ui.Rol.a Valle conſil. 82. col. 1.uolum.1.Hippol.Rimin.acutiſrimi uir ingenij in conſ.58. ſub nu.7.& in conſil.68. ſub num.1. facit
9 quia verbum uniuerſale† ab homine ad aliquã ſpeciem redactum comprehendit omnes inhabiles, qui aliàs ſub ea ſpecie non uenirent,& firmat Cur. iun.conſ.1.ſub num.7.in fi.& in 3.par.q.vl. de feu. cui accedit Burſat.in conſ.22.ſub num,20. & quod ſcribit idem Riminal. ſupra citat. in conſil.15. ſub
10 num:53.ubi uult†ſtatutum prohibens alienationẽ in forenſes, ſi vtatur dictione nullus, vel alia ſimili uniuerſali,quale eſt ſtatutum Laudę,quo cauetur, vt nulla mulier extra territorium nupta ſuccedat, omnem comprehendere forenſem, & neminem excludere,ita vt etiam filiam comprehendat,vt apud Socin.iun.in conſ.62. ſub num.11.uolu.3. & apud
11 Rui.in conſ.47.uol.3.quantum†tamen ad præſentem articulum an filius comprehendatur ſub tali ſtatuto,vel id minus, nihil decerno,quia cauſa decidenda coram me pendet. tum etiam quia Bar.Socin.in conſ.3.colum.pen. uer. præterea ex quo uol. tertio ſub nu. 23.in indiuiduo vult per dictionem
12 † uniuerſalem quoſcũq; includi etiam eos,de quib. ſpecialiter facienda eſſet mentio,per glo.in clem.j. de re iud.in uer.pęnam,in c.1.de prohib.feud. alienat. per Federic. tum denique quia appoſita ſunt
13 nuncupatim illa uerba, † de quibus etiam mentio fieri debuiſſet de uerbo ad verbum, quo caſu dicitur conſtare de mente ſummi Põt.uolentis pręciſe etiam ſpecialibus,derogare per ea,quæ ſcribit Fel. in cap. ſuper literis ſub num.9.& ea quæ ſupra dixi mus de clauſula, pro expreſsis habentes, & per has
14 rationes a communi Doctorum ſententia,†Romanæ curiæ ſtilo comprobata, haud quaquam recedendum eſſe concludo.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo inter ſe differant ſignificationum genera ex iam deductis apparere infraque latius appariturum.*
2 *Propriam ſignificationem illam eſſe,quæ ipſi ſoli rei voce importatæ conuenit.*
3 *Propriæ ſignificationis proprium eſſe rem voce importatam a cæteris ſeparare genere, ſpecie, vel indiuiduo.*
4 *Ad propriæ ſignificationis ſupra relatam traditionem, poſſe referri omnia quæ de illa a recentioribus tradita fuiſſe propoſitum eſt.*
5 *Impropriam ſignificationem eſſe propriæ contrariam,et voce importatam expreſsionem, alteri potentius eſſe communem,docere.*
6 *Ad prædictam notationem impropriæ ſignificationis trahi poſſe omnia quæ a ſcribentibus prodita ſunt de impropria ſignificatione.*
7 *Conſuetudinaria ſignificatio quid ſit.*
Et quid diferat a ſupra relatis,ibid.
8 *Interpretatiua ſignificatio quid ſit et ut differat ab alijs ſignificationum ſpeciebus.*
9 *Summo quaſi indice prætactarum ſignificationum naturas demonſtratas fuiſſe, de quibus tamen plenius infra ſuis locis diſſerendum eſſe.*

Quid differat ſignificatio propria ab impropria, conſuetudinaria, vel interpretatiua.

CAP. XX.

SVcceſsiuè videndum eſſet nũc, quid differat ſignificatio propria ab impropria, conſuetudinaria, & interpretatiua? I
1 Sed quia †ex hactenus deductis & ex plenius infra deducẽdis magis in indiuiduo examinabuntur ac diſcutientur ea, quæ differre inter ſe faciunt iſtiuſmodi ſignificationes, ideo in præſentia illud tantum admonuiſſe ſatis, ſuperque erit.
2 † Propriam ſignificationem,vt ex ijs,quæ ſupra retulimus colligere licet,nihil eſſe aliud quàm rei,de qua agitur, ſoli conuenienti uoce importatamdemonſtratamque expreſsionem. Propriæ enim ſignificationis proprium eſt†ipſam rem deſignatam
3 per vocem ita exprimere ac demonſtrare, vt a cæteris ſeparet, vel genere, vel ſpecie, uel indiuiduo, iuxta ea quę ex Porphyrio,in prędicabilibus, Agricol.de inuentio.lib.1. cap.8. Gammar.lib.3. topic. leg.in cap.de proprio,& Aluar.in rubr.de leg.1. ſub num 113.cum ſeq. ſupra retulimus in primo præmiſſo, ad declarationem proprię ſignificationis
4 hoc lib. & ad hanc † proprię ſignificationis definitionem poſſunt reduci omnia quę ſupra variè tradita fuiſſe a Bald. Alciat. Gammar. Criſp. Cæpol. Dauide, atque alijs ſupra hoc loco recenſuimus.
5 Impropriam uerò † ſignificationem dicimus eſſe, quæ propriæ contraria eſt, & quæ demonſtratam, atque importatam voce expreſsionem, atque indicationem,non rei tantum, de qua agitur,ſed & alteri efficacius ac potentius communem eſſe oſten-
6 dit; ad quam†notationem trahi poſſunt omnia quę ſcripta ſunt a Bal.in l.ult.C.de hær.inſtit.ſub numero 35.ab Alciat.lib.2.de verb.ſignificatio. Criſp.in rubr.de leg.1.ſub nu.4.& quæ nos latius infra diſſeremus lib.3. proximè ſubſecuturo in materia improprię ſignificationis. Conſuetudinariam autem
7 † ſignificationem eſſe illam quæ contra,uel prętet, aut ſecundum propriam ſignificationem ipſius uocis,& rei, de qua agitur, tacito populi conſenſu ex communi ſermonis uſu inuecta eſt, uel confirmata,eadem in voce expreſsio,ac demonſtratio, & ad

hanc

hanc conſuetudinariæ ſignificationis finitionem referenda ſunt omnia, quæ infra dicemus lib. 4. de communi vſu loquendi; & quæ ibi reſoluendo diſſeremus circa explicationem quæſtionum ad eandem materiam ſpectantium. Interpretatiuam † verò ſignificationem nihil eſſe aliud, quàm reiderum qua agitur, præter uerborum, ac mentis orationis prima facie occurentium uim poteſtatemque extendendo, ac reſtringendo pactum demonſtrationem ad quam ſignificationis interpretatiuæ traditionem reduci poterunt omnia quæ lib. 5. & 6. tractabimus de interpretatione in genere, & illius ſpeciebus, ex quibus poſtea preſsius ac penitius apparebit de diſcriminibus ac circunſtantijs, quibus differt poſtrema hæc ſignificationis in genere acceptæ ſpecies a propria, & ab alijs ſupra relatis. Hactenus igitur docuiſſe † ſummo quaſi indice ſufficiat, vt inter ſe differant quatuor iſtæ ſignificationum ſpecies, cum plenius ac uberius ſuis locis de illarum peculiaribus qualitatibus ſimus acturi.

SVMMARIVM.

1 *An verba ſecundum propriam ſignificationem accipi debeant quàm difficile ſit aliquid certi conſtituere. num. 2.*
3 *Verba propriè accipienda eſſe.*
4 *Verba eſſe inproprianda ſecundum ſubiectam materiam.*
5 *Verborum proprietate reiecta diſponentis mentem attendendam eſſe.*
6 *Verba contra propriam ſignificationem ſecundum communem vſum loquendi intelligenda eſſe.*
7 *Tres ſupra relatas poſteriores regulas procedere in claris, & diſputationem verſari in ambiguo.*
8 *Primam regulam quæ habet in dubio à verborum proprietate recedendum non eſſe procedere tam in legibus, quàm in ſtatutis.*
9 *Et in contractibus.*
Et in priuilegijs ac reſcriptis, ibid.
10 *Ac in vltimis voluntatibus.*
11 *In ſententijsque.*
12 *Et generaliter in omnibus diſpoſitionibus etiam odioſis, ac penalibus.*

An verba ſecundum propriam ſignificationem ſemper accipi debeant.

CAP. XXI.

1 MOdo autem & abſoluamus ſuſceptam ſecundi huius libri inſtitutionem, non importunè tradenda ſe ſe offert illa valde utilis, ac frequens diſceptatio; an verba † ſecundum propriam ſignificationem ſemper accipi debeant, an verò id minus. Qua in quæſtione difficile videtur eſſe, certi aliquid † conſtituere. Quando quidē uariè videantur hac in re conſtituiſſe iura noſtra, quatuor enim proditæ videntur eſſe generales inuicem repugnātes regulæ, quarum prima eſt † uerba propriè accipienda eſſe l. j. §. ſi is qui nauem, de inſtit. actio. l. eum qui vectig. de verb. ſig. l. conſtitutionibus ad municip. & de incol. l. quod cōſtitutū. de mil. teſtam. l. j. §. hæc verba ubi Bar. de neg. geſt. cum ſim. Altera eſt. † Quòd uerba improprianda ſunt, & accipienda ſecundum ſubiectam materiā. l. ſi uno locat. l. inſulam, de preſcript. verb. l. plenū. §. equitij. de uſ. & habit. cum ſocijs. Tertia eſt † ut reiecta uerborum proprietate diſponentis mens ſit attendenda, l. iij. C. de libe. prēter. l. non aliter. de leg. 3. l. iiij. §. conditiones, de adim. legat. l. cum proponebatur. de legat. 2. l. Pamphilo, in princip. l. unum ex familia. §. ult. de leg. 3. cum ſimil. Quarta eſt † contra propriam verborum ſignificationem ſecundum communem uſum loquendi uerba intelligenda eſſe l. librorum. §. quod tamen Caſsius de leg. 3. l. Labeo ubi Bar. de ſupell. legat. l. ſi ſeruis legatis. § ſin. eo. ti. l. ſi ita fuerit libertas de manum. teſtamen. l. ut Alphenus, & l. anniculus, de uerborum ſignificatione. l. cum de lanionis. §. optimum ergo eſſe, de fundo inſtruct. legat. Verum quia † diſputatio uerſatur in dubio, & tres poſteriores regulę contra primam adductæ procedunt in claris, quando ſcilicet conſtat de mente diſponentis, uel ſubiecta materia refugatur propriæ uerborum ſignificationi, vel in comperto eſt communē uſum loquendi eſſe contra propriam uerborum ſignificationem, ideo conſtituemus in dubio † regulam affirmatiuam ſecundum primam concluſionem, uidelicet in dubio a uerborum proprietate non eſſe recedendum, ſiue in legibus uerſemur, ut in d. l. tertia. §. hęc uerba, de neg. geſt. d. l. conſtitutionibus ad municip. & de incol. & dicta l. quod conſtitutum, de militari teſtamento. cum ſimilibus, ſiue in ſtatutis, ut ſcribit Bartol. in l. omnes populi, in quarta quæſtio. ſextę quæſtio. principal. Signo. de Homod. in l. Cęſar, de publ. & vectigal. Bartol. & alij in l. non dubium. C. de legatis. Alexand. in conſilio 153. ſub numero quarto. lib. ſeptimo. & in conſilio 190. ſub numero ſexto, lib. ſecundo. Bal. in conſilio ſecundo ſub numero quarto, lib. primo. & trad. Bartol. Alexander, & cęteri per illum textum in dic. l. tertia. §. hęc uerba, de negotijs geſtis, & latius dicemus infra lib. octauo, ſiue † in contractibus l. quicquid adſtringendę, de uerborum obligationibus. l. ueteribus, de pactis, & capitulo cum dilectus de donationibus, cum ſocijs, faciunt quæ ſcribit Crauet. in conſilio 105. ſub numero ſecundo, ſiue in priuilegijs, & reſcriptis, capitulo ad audientiam, ubi Abba. pulchrè, de decimis, capitulo ſedes, de reſcript. Iaſon in l. beneficia, ſub numero 33. & 34. de reſcriptis. l. quod uero contra, de legibus, cum ibi notatis, ſiue ultimis uoluntatibus † dicta l. non aliter in principio, de legatis tertio, dicta l. Labeo, de ſupp legat. l. quidam cum filio, de hæred. inſtituen. l. unica, §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. tollen. cum ſimilib. ſiue in † ſententijs. l. ſi expreſsim, ubi Bartol. columna ſecunda. de appellationibus. l. Iulianus, de condictio. indebiti.

deb. Dec.in consil.607.sub nume.7. & generaliter
12 † in omnibus dispositionibus,etiam odiosis & penam irrogantibus uerba accipi oportet,quatenus eorum proprietas patitur,ut scribit Aret. in l.cum lege per illum tex. de testam. Calder. in cons. 1. de consang.& affinit Dec.in l.secunda,col.pen.de iur. om.iud.in cap.sedes,de rescrip.& in consil.5.ad fi. & alibi sæpe cum simil.supra citat.

SVMMARIVM.

1 *Septem casus infra seq.lib. referri quib restringitur supra firmata regula, verba in dubio proprie accipienda esse.*
2 *Proprietatem verborum non attendi, quando in contrarium stat communis vsus loquendi regionis.*
3 *Communem vsum loquendi præferri cuique propriæ verborum significationi.*
4 *Communem vsum loquendi in quocunque Statutorum genere præferri cuicunque significationi.*
5 *Peculiaris vsus loquendi testatoris si refragatur propriæ significationi non posse proprietati esse locum.*
6 *Mens disponentis de qua constat potissimè attenditur.*
7 *Peculiaris quoque consuetudo vtendi testatoris facit, vt a propria significatione recedatur.*
8 *Si obscuritas contingit circa substantiam rei legatæ, tunc ex peculiari usu loquendi testatoris & consuetudine utendi declaratur.*
9 *In qualitatibus intrinsecis si contingat obscuritas illa non declaratur ex consuetudine loquendi, vel utendi testatoris.*
10 *Qualitates à natura immutari non possunt ex consuetudine testatoris.*
11 *In qualitatibus extrinsecis inspicitur consuetudo patrisfamilias defuncti.*
12 *Quando testator expressit qualitatem, veluti, quia legauit vinum vetus etiam in qualitatibus intrinsecis consideratur consuetudo testatoris.*
13 *Consuetudinem patrisfamilias præferri consuetudini regionis.*
14 *Communem usum loquendi præferri propriæ uerborum significationi.*
15 *Et multo magis peculiarem patrisfam. consuetudinem.*
16 *Peculiaris huius exceptionis casum locum habere tam in contractibus, quàm Statutis, ac ultimis uoluntatibus, & alijs quibuscunque dispositionibus.*
17 *Quàm varia tradiderint Doct. circa communem vsum loquendi.*
18 *Quid sentiat ipse auctor in eadem materia, remissiue.*
19 *Verba impropriari, ut fiat reductio ad ius commune.*
20 *Propter publicam utilitatem à uerborum proprietate recedi.*
21 *Doti multa esse concessa priuilegia ob publicam utilitatem quæ in ea versatur.*
22 *Ob priuatam vtilitatem à propria uerborum significatione non recedi.*

Plures esse casus in quibus propria uerborum significatio non attenditur, præsertim cum communis usus loquendi, uel ius commune læditur, aut publica utilitas est in contrarium.

CAP. XXII.

HAec tamen conclusio sic, vt supra firmata, multis in casibus
1 restringenda est; quorum septem † cum simus infra in seq. libro relaturi ad regu. contrariam,quæ habet verba non esse impropriè accipienda, videlicet quando subiecta materia repugnat, mens disponentis aliter suadet,actus nullitas euitanda est, dispositio posset reddi eluforia, conditio personæ non patitur, absurdum sequeretur, verisimilis disponentis mens refragatur,alios nonnullos hoc loco retulisse contentus ero. Primus igitur †erit quã-
2 do contra propriam verborum significationẽ staret communis usus loquendi ipsius regionis, uel ciuitatis,unde esset auctor dispositionis,de cuius intellectu controuerteretur, quia vt inquit Cæp. de uerb.signific.in rub.sub num.7.uersic. & sic nota, in expositione uocabulorum attendendus est communis usus , & consuetudo loquendi l. anniculus,infra eo. Bald.in cap.primo,colum.6. de capita. qui curi.uendi. & talis communis vsus loquendi præfertur † cuicunque verborum significatio-
3 ni,ut scribunt Bar.in d.l.Labeo, de supell. legat.& proximè diximus , & ita est communis Doctorum sententia in rubr. de oper. no. nunt. ut ibi testatur Iaſ.sub num.7.uersi.ego teneo. Ruin. sub num.8. Socin. iun. sub num.86. Alcia. sub num.28. & alij doct. communi voto admittunt in quocunque Statutorum † genere,communis usus loquendi signi-
4 ficationi præferri , & hic casus probatur in l. si seruus plurium.§.ult.de leg.1.in l.cum de lanionis. §. asinam,uer.optimum ergo esse de fund.instruc. & in alijs iuribus infra citandis,dum ibi dicitur in declaranda exponendaque uoluntate defuncti inspi-
5 ciendam esse consuetudinem regionis,idemq; † est quando refragaretur peculiaris loquendi usus ipsius testatoris , de cuius dispositione tractaretur l. nummis, de leg.3. l.cum alimenta, de adim.legat. & l.j.& l.cum certum de trit.uin. & ol. legat.& ratio est secundum Aurel. Dauid de verbo. signific. cap.7. sub num. 4. quia huiusmodi peculiaris vsus loquendi defuncti mentem euidenter ostendit. l. Labeo,de supel.legat.unde si propter mentem verba extra propriam significationem trahuntur. l. non aliter, de lega.3.& in suo loco ostendemus,sic & propter peculiarem usum loquendi a proprietate verborum recedi posse dicendum est, ut enim
6 mens † de qua constat potissimè attenditur.l.in cõditionibus,& l.cum auus de condit.& demonstra. sic priuata testatoris consuetudo , supra propriam significationem attendenda erit, l. vel vniuersorum,

rum de pignor. l. qui ſemiſſes de vſur. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt de teſtam. refert Dec. in l. ſem-
7 per in ſtipulationibus, de reg. iur. idemque † eſſe ait Bart. in d. l. cum certum de trit. vin. & ole. legat. in peculiari conſuetudine vtendi ipſius teſtatoris, quia propter illam receditur quoq; à propria verborum ſign. ficatione iuxta pulcherrimam valdeque notandam diſtinct. quam proponit Bart. in d. l. cum certũ ſub nu. 1. quam recipiunt Ang. Caſtr. & Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. de leg. 1. is enim
8 † vult nulla conſtituta differẽtia inter vſum loquendi & conſuetudinem vtendi l. 1. eod. tit. de trit. vin. & ole. legat. quod ſi obſcuritas ſit circa ſubſtantiã rei legatæ, veluti quia legatum ſit vinum & dubitetur an voluerit intelligere de aceto, & acetum ſit vinum in ſubſtantia, & tũc recurritur ad conſuetudinem defuncti, tam loquẽdi, quam vtendi, quam vult præferri cuicũque ſignificationi d. l. j. eod. tit. ſi
9 vero ſit † circa aliquam qualitatem, tunc conſiderandum eſſe ait an ſit illa qualitas intrinſeca vel extrinſeca, ſi enim intrinſeca eſt qualis eſt bonitas, prauitas, dulcedo, amaritudo, & reliquæ eius generis qualitates, tunc non conſideratur conſuetudo
10 defuncti tam vtendo, quàm loquendo, quia † talis qualitas eſt a natura & immutari non potuit ex cõſuetud ne defuncti, & ita loquitur d. l. cũ certum de tri. vin. & ole. legat. ſi vero qualitas eſt extrinſe-
11 ca, quę non eſt à natura, † vt in pretio, valore, & alimentis, & tunc inſpicitur conſuetudo teſtatoris, vt d. l. ſi ſeruus plurium §. fin. & l. cum alimenta de alim. & cib. legat. niſi teſtator qualitatem expreſſiſ-
12 ſet † puta quia legaſſet vinum vetus tunc enim in qualitate etiam intrinſeca inſpicitur conſuetudo teſtatoris l. ſi quis vinum cũ l. ſeq. de vin. tri. oleque legat. & tanti eſt momenti atque effectus iſte peculiaris vſus teſtatoris vel diſponentis, vt etiam præferatur cuicunque conſuetudini regionis tam loquendi quàm vtendi, vt de hoc eſt tex. in d. l. ſi ſeruus plurium vbi Iaſ. ſub nu. 2. in l. hæredes palàm in d. §. ſi quid poſt in fin. in d. l. nummis de leg. 3. in l. cum de lanionis. §. aſinam ver. optimum ergo eſſe Pędius ait, de fund. inſtruct. quibus in locis
13 † apparet conſuetudinem patrisfam. præferri cõſuetudini regionis priuſq;, quàm illam inſpici ac cõſiderari. vnde ſuccedit vt ſi generalis cõmunis vſus loquendi præfertur propriæ verborum ſignifica-
14 tioni, † vt ſi pra diximus & probant gloſ. Bart. & doc. in d. l. librorum. §. quod tamen Caſs. de le. 3. & in d. l. Labeo de ſupell. lega. & plenius dicemus infra lib. 4. quia in expoſitione vocabulorum attẽdendus eſt vſus, & conſuetudo loquendi, d. l. anniculus 1. in prin. de verb ſignifica. & notat Bal. in cap. primo, de capit. Corrad. in vſib. feudo. multo ma-
15 gis hoc ad mittendum erit in peculiari † vſu loquendi ipſius diſponentis; qui, vt diximus præfertur ipſi generali conſuetudini & vſui loquendi, arg. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl. l. non debet de reg. iur. & l. de acceſſionibus cum ibi nota. de diuer. &
16 temp præſcr. & iſtiuſmodi exceptionis caſus † habet locum tam in contractibus & ſtatutis, quam in vltimis volũtat. bus, & quibuſcunque diſpoſitionibus, quia in omnibus, communi vſu loquẽdi ſuadente, à verborum proprietate receditur, vt ſcribit Bar. in l. talis ſcriptura de lega. 1. & Alexan. in conſil. 5. volum. 3. quibus accedit Aurel. Dauid Io. iam relat. ſub nu. 5. & quamuis doctoribus viſum
17 fuerit † verba vernacula lingua proferri, quandoque à rudibus & imperitis viris, & quandoque à literatis & peritis, ita vt prioribus duobus caſibus popularium virorum communem loquendi vſum attendendum eſſe dixerint; poſtremo ad ipſorum peritorum communem loquendi conſuetudinem recurrendum eſſe velint, vt Bart. in l. j. de legit. hæred. C. Roma. conſ. 4. Alexan. conſ. 85. lib. 4. & Dec. conſi. 366. quorum ſententię ſimpliciter adſtipu-
18 latur Aurel. loc. iam relat. nihilominus † dicendum eſt, prout infra præter cęteros reſoluemus, in materia communis vſus loquendi lib. 4. vbi plenius tamquã ſuo loco materiam hanc attingemus.
19 Secundus caſus † eſt, quando agimus de diſpoſitione reducenda ad ius commune idque ſine verborum impropriatione fieri non poſsit, nam tunc verba impropriantur, vt diſpoſitionis reductio fiat ad ius commune; vt in ſtatutis & legibus municipalibus cap. cum dilectus de conſuetud. cap. cum dilectus de cler. non reſid. refert Roma. in conſil. 318. quæritur; & in conſi. 333. quoad primum vbi videndum & ibi loquitur in reſcriptis per text. in cap. ſuper eo, de offic. deleg. faciunt quæ tradunt doct. in l. ij. C. de noxa. in l. fin. §. in computatione C. de iur. deli. per tex. in l. cum antiquitas. C. de vſu fruc. & in l. ſi cui de ſeruit. ſeq. Aurel. Io. iam relat. ſub num. 13.
20 Tertius eſt † propter publicam vtilitatem, nam vbi publica ſuadet vtilitas tunc a verborum proprietate receditur, Bar. Cœpol. in d. rubr. de verb. ſignific. ſub nu. 33. Bar. Soci. in tractat. fallent. reg. 536. limit. 14. per tex. in l. vnica §. vlt. C. de caduc. tol. in auth, res quę. C. com. de legat. & in l. vtilitas. C de primipi. lib. 12. & cap. licet ante fin. de regular. facit quod ſcribunt. Bar. & alij doct. in l. j. ſolu-
21 mat. circa priuilegia dotis volentes † propter publicam vtilitatem quę in ea verſatur, multa contra ſtrictam iuris rationem fuiſſe introducta, dicit tñ
22 idem Soc. hoc ita nõ eſſe in priuata vtilitate † quia propter illam à propria verborum ſignificat. non receditur l. proſpexit qui & a quib. l. ſcire oportet §. & ſi maxime de excuſa. tut, cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Ratio diſpoſitionis vbi ſuadet impropriationem tunc non attenditur proprietas verborum.*
2 *Ratio dicitur eſſe anima ipſius legis ac diſpoſitionis.*
3 *Et ſi propter rationem recedatur a proprietate verborum caſus tamen quid ſub ratione comprehenditur dicitur proprie venire.*
4 *Quando lex verba intelligeret aliter quàm verborum proprietas pateretur, tunc à propria verborum ſignificatione recederetur.*
Verba illa, ſi hæres non erit, plerunque intelligi aliter quàm proprius eorum ſenſus patiatur, ibi.

Verba

5 *Verba illa exhæredes sunto non semper secundum propriam significationem accipi.*
6 *Propter ordinem scripturæ legem plerumque aliter interpretari nomen quàm verborum proprietas patiatur.*
7 *In material.uoluntas. C. de fideicom. non stari propriæ verborum significationi, quia lex aliter intelligit.*
8 *Vbi de mente legis non constat a uerbis legis quamquam duris non receditur.*
9 *In omnibus supradictis exemplis legem uideri aliter intelligere quàm proprietas patiatur ex ui subiectæ materiæ.*
10 *Honestatis seruandæ gratia a propria uerborum significatione recedi.*
11 *Parentum vocem ex causis in infinitum accipi.*
12 *Contrarietatis euitandæ gratia a uerborum proprietate discedi.*
13 *In libello propter uerborum repugnantiam propriè uerborum significationi locum non esse.*
14 *Propter perplexitatem vitandam uerba quoque impropriari.*
15 *Ex perplexitate indissolubili actum vitiari. Secus ex dissolubili, ibid.*
15 *Et siue contingat ex proposito, siue præter propositum disponentis.*
17 *Regulas legistarum ita sæpius fallere, ut regulas dialecticorum.*

Propriam quoque verborum significationem non attendi contra rationem dispositionis, contra legem, contra honestatem, contra euitationem contrarietatis, & quando induceretur perplexitas.

CAP. XXIII.

1 QVartus succesiuè nunc exoritus casus quando ratio dispositionis suadet impropriationem †quia tunc quoque verba propriè non intelliguntur, eo quia vt dicit Soc.lo. iam relat. in decima limit. & Cæpol. in d.rubr. sub nu.29.uerba semper ad rationem sunt
2 referenda cum ratio sit anima †ipsius dispositionis l.cum mulier.fol.matrimo.ubi not.doct. l.cum tale.§.falsam, de condit.& demonstratio. Dy. in cap. fin.de reg.iu.lib.6.Bal.in l.non dubium. C.de legi. & ita singulariter declarant Bal. & Paul.Castr. in l.si seruus. §.quicunque,de leg.j. Aurel. Dauid loc. iam relat.sub nu.20. li.5. in instrumento rationis, & quæ supra diximus in significatione, quæ desumitur ex ratione, quæ res facit, ut admoneam †
3 tametsi propter rationem recedatur a proprietate uerborum, casus tamen qui sub ratione comprehenditur dicitur propriè venire saltem ex generali significatione,ut supra hoc eodem lib. declarauimus.

4 Quintus est † quando lex aliter uerba intelligeret,quàm proprietas ipsa uerborum pateretur,l.si paterfam.de hæred.instit.cum l.seq. & §.fin.Instit. de uulg.ubi lex aliter interpretatur verba illa si hæres non erit, quàm eorum proprietas patiatur,de qua in l.1.de vulg & pupill.& instit.eo.in princip. & in l.cum proponas. C.de hær.instit. ad idem est
5 †l.paterfamilias eo titu. ubi tex.interpretatur verba illa omnes exhæredes sunto,aliter quàm eorum proprietas patitur,videlicet,ut importent singularitatem,cum importare deberent uniuersalitatem omniaque comprehendere & nihil excludere,l.Iulianus,de leg.3.Bar.in l.generali. §.uxori, de usufr.
6 legat.cum sim.notat Bal.in l.quoties †de usufruct. ubi lex propter ordinem scripturæ aliter interpretatur nomen quam uerborum proprietas patitur
7 Bal.in l.uoluntas. C.de fideicom.†ubi accipiuntur uerba ea in materia aliter quàm proprietas patitur,quia lex aliter intelligit & hanc partem amplectitur Soci.loco supra citato,in prima limit. & Cæpol.in dicta rub.de uerb.signif.sub nu.21.ubi intelligit hunc casum procedere quando legem habea
8 mus †quia tunc a uerbis legis quanquam duris nõ receditur l. prospexit qui & a quib. manumiss.libe. non fiant, cum socijs ab eo. citat. sed est aduertendum, quia iste casus uidetur in eundem finem desumere cum subiectæ materię casu, de quo in seq. lib.agemus,quia in omnibus prædictis exemplis,
9 †ex causis rei subiectæ lex aliter intelligit quàm proprietas ferat, vel in aliquem ex ijs, quos infra prosequemur lib.prox. subsequenti.

10 Sextus est†quando ageremus de causa honestatis seruandæ, quia tunc si verba non sufragantur, potest a propria verborũ significatione recedi,ita pulchrè asserit Angel. in l.quique. §.parentes de in ius voc.post glo.ibi in ver.Parentes, ubi in materia in ius uocationis concludit contra propriam signi
11 ficationem†parentes in infinitum accipi causa honestatis, cum tamen ex propria significatione non comprehendat maiores, nisi usque ad tritauum,l. iurisconsultus.§.parentes,de gradi.& affinit. & eodem modo possunt induci quatuor alię leges subsequentes & præsertim text. in l. parentes eodem titulo dum in ea dicitur, una enim seruanda est omnibus parentibus reuerentia, & sic ostendit illam uocabuli impropriationem fundatam esse super causa honestatis, & super reuerentia parentibus exhibenda, sic concludit Cæpol. in dicta rubr.sub num.24. uers.quinto fallit,sic etiam Soc.lo.iam relat.uer.quinto fallit,Ale.& Ias.in d.l.iiij. §.parentę, & Aurel. Dauid loco supra citato sub num.16. faciunt quæ scribit Craue. de antiquit.tempo.par.4 sect.videamus sub nu.39. & quæ nos plenius prosequemur infra lib. septimo in materia pœnalium constitutionum limitat. 29. vbi multa ualde utilia in praxi ad hanc rem eleganter facientia referemus.

12 Septimus est casus, † quando ageretur de contrarietate euitanda,tunc enim permissum est quoque a propria uerborum significatione recedere, ratione contrarietatis euitandæ, l. si duo patroni.

§. item

§.item ſi iurauero, de iureiuran. ubi Barto. idem Barto. in l. Titius. §. fin. de legat. 2. Doct. in l. prima. C. ſi ſec. nupſ. mul. gloſ. in l. & puto famil. erciſcun. & cap. cum tu de teſti. cum ſim. Aret. in conſil. 127. ſub num. 1. ubi ait ptopter tollendam verborum
13 repugnantiam† in libello a propria uerborum ſignificatione recedendum eſſe, Barto. Soc. in conſilio 57. ſub numero 12. & Aurel. loco ſupra citato ſub num. 14.
14 Octauus eſt, † quando ex uerborum proprietate ſequeretur perplexitas, tunc enim ut illa euitetur receditur a propria verborum ſignificatione, Cæpol. in d. rub. ſub num. 36. per l. ſi Titius, de uerbo. obligat. ubi glo. & Doct. & in l. ſi Titius per illum tex. de condit. inſtit. faciunt nota. per glo. in l. ſi quis a filio, de leg. 1. ſub nume. 3. eſt tamen intelli-
15 gendus iſte caſus † in perplexitate diſſolubili, ſecus in indiſſolubili, duplex eſt enim, ut declarat Euerar. in lo. a tracta. ſub numero 3. hæc enim uitiat actus ut habetur pulchrè per Caſtr. in d. l. ſi Titius, de conditio. inſtit. & per Bar. in l. 1. colum. 3. eo. tit. illa uerò non uitiat actum, ſed diſſoluitur recedendo etiam a proprietate uerborũ, ut in d. l. ſi Titius, de uerborum obligation. quæ pulchrè declaratur per Bar. in l. ita ſtipulatus, de uerborum oblig. colum. 7. & Aretin. columna 22. & hoc ſiue contin-
16 gat † ex propoſito diſponentis, ut in d. l. ſi Titius ſiue præter eius propoſitum, ut in l. qui quadringenta, in princ. ad leg. Falcid. in l. æquiſsimum. §. 1. ad ſenat. Tertyll. in cap. cum contingat, & in capit. capitulum ſanctæ Crucis, de reſcript. cum ſimilib. adduc. per Euer. in d. lo. a tracta. in princ. & in hac
17 † materia, ut dicunt Bald. Ang. & Imol. in d. l. ſi Titius, de uerborum obligatio. Azo in ſumma. C. de contrahen. emptio. & glo. in d. l. ita ſtipulatus, iſtę regulæ legiſtarum, ut dialecticorum falluat, ita ut mirum non ſit, ſi & regulæ noſtræ locus non ſit, qui autem plura uelit is Euerar. loco iam citato adire poterit.

SVMMARIVM.

1 *Ob euitationem mali exempli uerborum pariter proprietatem non recipi.*
2 *Exemplo ſeuerius punitorum deterreri plerunque homines a delinquendo.*
3 *Pulchrum refertur ex Craueta exemplum in quo propter euitandum malum exemplum, propria uerborum ſignificatio non recipitur.*
4 *Quando propriæ uarborum ſignificationis finis non inuenitur, ab illa diſceditur.*
5 *Vinum uetus legatum accipiendum eſſe ſecundum uſum ipſius teſtatoris.*
6 *Promiſſio ſimpliciter facta de dando calendis, intelligitur de primis calendis.*
7 *Verba illa dum nupta erit, primas tantum nuptias ſignificare.*
8 *Cautio de danda, uel reſtituenda dote filiæ nupturæ, ad primas nuptias reſtringi.*
9 *Promiſſionem dotis in primis tantum nuptijs deſtinare, neque alterius obligationem durare.*
10 *L. Matrimonij, qui & a quibus declarari.*
11 *Pactum de dotanda filia de communibus bonis, intelligi de prima tantum dotatione.*
12 *Plura exempla actuum ac diſpoſitionum, quæ in prima tantum uice uerificantur.*
13 *Infinitatem eſſe uitandam.*
14 *Impropriationis caſum ob infinitatem uitandam in omni diſpoſitione, ac in omni materia locum habere.*
15 *Impoſsibilitatis gratia a propria uerborum ſignificatione recedi.*
16 *Declaratur l. impoſſibilium, de reg. iur.*
17 *Impoſsibilia facto, uel natura, aut ratione contrarietatis, legis auctoritate uel principis poteſtate non cenſeri.*
18 *Quinimo nec Dei poteſtatem ad ea extendi.*
19 *Legem ſecundam, de uſufruct. eare. quæ uſu conſum. enucleari.*
20 *Ad impropriationem progreſſum dari rationę omnis generis impoſsibilitatis.*
21 *Idque locum habere in omni genere diſpoſitionum tam inter uiuos, quàm in ultima uoluntate.*

A propria rurſus ſignificatione recedi ob malum exemplum, quando non inueniretur finis neque principium, & reſultaret impoſsibilitas.

CAP. XXIIII.



1 Vnc pregrediamur ad nonum caſum, quòd eſt quando ſi atten deretur uerborum proprietas † reſultaret actus qui eſſet mali exempli, ueluti ſi graſſerentur homines frequentiusuè committerent in ſpeciem aliquam delicti, cui certa eſſet pœna læuior impoſita, qua potius inuitaretur ad delinquendum, quàm a delinquendo perterrerentur, tunc enim etiam uerba impropriarentur, acrioráq; contra uerborum pro-
2 prietatem pœna imponeretur, ut exemplo † ſeuerius punitorum abſtinerent homines a delinquendo, Cæpol. in d. rub. ſub nu. 32. l. aut ficta. §. fi. l. capitalium. §. ſolent, & §. famoſos & l. ſi quis aliquid. §. abortionis, de pę. facit tex. in l. quicunque. §. quod ſi fecerint. C. de hæret. & l. prima. C. ad leg. Iul. repet. l. iij. §. ſed ex ſenatuſconſulto, ibi non malo animo, ſed malo exemplo & l. ſi mulierem, eod. titu. l. exemplo perniciosum eſt, ut ei ſcripturæ credatur &c. l. obſeruare, de iudi. l. diuus, in fi. de re iud. l. j. ad Macedo. cum ſi. & pro hoc nouo caſu pulchrè
3 poſſet deſeruire † exemplum, quod refert Crauet. de antiquit. temp. par. 4. ſectio. uideamus, ſub nu. 6. de ſtatuto illo eorũ apud quos ipſe pfatam gerebat primo anno eius doctoratus, quo puniebatur falſum cõmittens pœna viginti ſolidorum Turonenſium, cuius ſtatuti pœnam cum caſus eueniſſet, imponere noluit, ſed ſeueriorem, quaſi iuramento

de

de ſtatutis ſeruandis ab eo præſtito, non comprehenderetur ſtatutum illud tanquam inualidum ac nullum, ut potè quod eius pœnę leuitate inuitaret homines ad tam atrox delictum, quale falſi crimen eſt, comittendum, qua de re infra plenius agemus lib. 7. in 1. limitatione concluſionis conſtituendæ in materia pœnalium conſtitutionum, & huius caſus limitationem amplectitur quoque idem Crau. loco ſupra cita. ver. 13. fallit quamuis duobus verbis ſe expediat.

4 Decimum autem caſum † excipere poſſumus, ex dictis eiuſdem Soc. in 15. fal. & Cępol. in d. rubr. ſub num. 34. uerſ. decimoquinto fallit, quando ſcilicet verbis & eorum propriæ ſignificationi non inueniretur finis neque principium, tunc enim uult a verborum proprietate recedi, adducit text. in l. non aliter de uin. trit. & ole. legat. qui tex. probat, iuncto tex. l. ex uſu & l. uetus eod. titu. ubi legatum inquit iuriſconſ. intellige ex uſu teſtatoris, & ideo
5 † vinum uetus legatum accipiendum eſſe ſecundũ ipſius teſtatoris vſum, quod ſi is non appareat accipi oportere vinũ uetus illud quod prioris anni fuerit. Nam aliter inquit qui finis aut quod initium
6 ueteris vini ſummetur. ad idem † eſt tex. ſecundum glo. in ver. finis in l. eum qui calendis, de uer. oblig. ubi promiſsio per ſtipulationem facta de dãdo ſimpliciter calendis, intelligitur de primis calendis; ne alias non inueniatur ipſius ſtipulationis finis, ad idẽ
7 † eſt tex. in l. boues. §. hoc ſermone de verbo. ſignifi. vbi ut infinitas euitetur, verba illa dum nupta erit primas tantum nuptias ſignificant, quamuis ex propria eorum ſignificatione, & ſecundas & tertias, aliasque uſque in infinitum comprehendere poſ-
8 ſent. ad idem † eſt tex. in l. cum pater. §. pater certam de leg. 2. ubi cautio de danda uel reſtituenda dote filiæ nupturæ, ad primas tantum nuptias reſtringi-
9 tur, nec alias continet alius eſt † in l. dotis promiſsio verſ. vlt. de iur. dot. ubi dicitur promiſsionem in primis tantum nuptijs deſtinari, neque ulterius obli-
10 gationem durare. alius eſt † in l. matrimonij qui &
11 à quib. alius † in l. ſi ſocius pro filia, in princ. & ibi Rapha. Fulgoſ. in 5. not. pro ſoc. ubi pactum de dotanda filia de communibus bonis, intelligitur tantum de prima dotatione quamuis aliter uerborum proprietas ſignificaret, & ita not. ibi Fulg. in 5. no.
12 & plura † huius generis exempla deſumi poſſunt ex his quæ luculentiſsimè ſcripſit Andr. Tiraq. in d. l. boues. §. hoc ſermone, a princ. conſtitutionis regulę uſque ad nu. 141. ubi octuaginta nouem exempla affert confirmatoria illius regulæ, & ex ijs quæ ſcripſit ante illum Felyn. in cap. 2. col. 1. 2. & ſeq. de treg. & pac. & Iaſ. in l. in duobus §. ſi ei qui colum. j. & 2. de iureiur. & in l. diuortio §. quod in anno col. 2. 3. & 4. ſol. matr. & plenius dicemus in d. §. hoc ſermone ſuo loco, & facit pro iſto decimo caſu uulga
13 ris illa concluſio, † infinitatem eſſe euitandam, l. fi. & ibi glo. C. de ſacr. eccl. l. vnica. C. de ſent. quę pro eo quod inter. profer. cum & iſte caſus habeat locũ
14 † in omni diſpoſitione, & omni materia, vt ſcribit Alex. in cõſi. 16. col. 9. ſub nu. 9. lib. 4. Cur. iun. in cõſi. 132. col. j. Iaſ. in conſi. 36. col. vlt. verſi. iſta reſpon ſio li. 3. quibus accedit And. Tiraq. in d. §. hoc ſermone in princip.

15 Vndecimus eſt caſus † quando ſi proprię uerborum ſignificationi ſtaretur, actus impoſsibilibus reſultaret, tunc enim a propria verborum ſignificatione receditur, vt uoluit Socin. iam citat. uer. 16. fallit & Cœpol. in d. rubr. nu. 35. eorũ uterq; citat tex. in l. j. §. ſi inſulã ibi quia impoſsibile eſt de ſum.
16 (ſed corrupta eſt allegatio) † & l. impoſsibiliũ de reg. iur. quę iura ut arbitrõr ſic uoluit inducere, q cũ nulla proficiſcatur obligatio ex impoſsibili promiſsione, etiam ſi uerba illam ex propria eorum ſignificatione importent, illam tamen non attendi facit tex. in l. ea quæ & in l. quod nullius eo. tit. & in l. inter ſtipulantem §. ſacrã de uer. oblig. & ratio eſt
17 † quia vt inquit Bald. in l. eam quam col. 9. C. de fideic. ad ea quę ſunt impoſsibilia natura, vel facto, uel ratione cõtrarietatis, nec principis nec legis au-
18 ctoritatem extendi clarũ eſt. Quinimò nec Deiſut ex theologis refert Cagnol. in d. l. impoſsibilium, ſub nu. 1. reſpectu eorum quæ contradictionem implicant, addit tex. in §. quę rerum natura (ſed uoluit citare l. ea quę de reg. iur.) quia dicit §. eo. & l. ubi repugnantia infra de reg. iur. cum l. 2. de vſufr. ea. re. quę vſu conſum. qui tex. melius deſeruit, ſic indu-
19 cendo; quod † uox vſusfructus in legis vel alia diſpoſitione probata, & relata ad eas res quę põdere numero menſuraque conſiſtunt & vſu conſumuntur, pp impoſsibilitatẽ amittit propriã ſignificationẽ, & impropriè accipitur, ut per totum illum tit. & de
20 bet iſte caſus accipi † non ſolum in triplici illa impoſsibilitate, iuris, facti, ac naturę, quã ualde notanter proſequitur gl. in c. nemo põt, de reg. iu. li. 6. ſed & iã in illa quam addit gl. in §. impoſsibilis inſti. de hęred. inſtit. de quib. omnib. loquitur Bal. iã citat. in d. l. eã quã. C. de fideic. & Cagno. in d. l. impoſsibiliũ poſt princ. qui addit nõnullas alias impoſsibili-
21 tatis ſpecies, vt tibi per eũ. Rurſus † intelligendus eſt iſte caſus locũ habere in matrimonijs, vltimis uolũtatibus, & cõtractibus, iudicijs, ſententijs, reſcriptis, præceptis, confeſsionibus, alijsq; cuiuſcunque generis diſpoſitionibus, prout ualdè grauiter ac diſertè pſequitur gl. in d. c. nemo põt de reg. iur. & ibi plenius declarant Dy. Anch. Io. And. & *alij*.

SVMMARIVM.

1 *Adiuncti ratione plerunque a uerborum proprietate recedi.*
2 *Qui legauit decem quæ in arca habebat ſi quinque tantum habere reperiatur ea tantum videri legaſſe.*
3 *L. primam, §. penul. de dot. prelegat. l. ſi certos de legatis primo, & l. ſi ita de uerborum oblig. declarari.*
4 *Adiectionem facere ut plurimum, ut uoces ſui naturæ ſimplices tranſeant ad ſecundum quid.*
5 *Fratris appellatione contineri eos qui in ſecundo gradu tantùm, ſunt ſecus ſi aliquid adijciatur, ueluti frater patruelis.*
6 *Patrui appellatione non venire patruum magnum.*
7 *Adiectionem oẽm nõ facere uoces improprias & ſecundum quid ſed eam tantum quæ alterat ſubſtantiam.*

Omnem

8 *Omnem adiectionem inducere saltem qualitatiuas differentias.*

9 *Consanguinitatis ratione a uerborum proprietate posse discendi.*

10 *Legatum certæ annuæ pecuniæ factum à filio matri non referri ad eas annuas pecuniarum summas quas filius mat i ex obligatione debeat.*

11 *Ob pacta in instrumento apposita verborum impropriationi interdum locum fieri.*

12 *Pacta conuentiones que contractus reformare, illisque legem præscribere.*

13 *Omnes contractus ex contrahentium uoluntate legem accipere.*

14 *Ratione publicæ vindictæ impropriam significationem propriæ præferri.*

15 *Geminationis quoque verborum ui à propria significatione recedi.*

16 *Verbis illis, quoruncunque hæredum ac successorum, bonorum quoque possessores significari.*

17 *Appellatione omnis & cuiuscunque contractus abusiuos quoque contractus contineri.*

18 *Verba illa quoruncunque & cuiuslibet, esse uniuersalia, & eorum adiectione facere, vt verborum proprietas plerunque alteretur.*

19 *Legatum mobilium cui adiecta sit uniuersalis illa dictio omnium, ad ea extendi quæ aliàs sub eo legato non venirent.*

20 *Impropriationem recipi, quando seruata proprietate in debitè quis damnum pateretur.*

21 *Omnem dispositionem sic semper intelligi, ut saluum sit ius tertij.*

22 *A proprietate tunc pariter discedi quando per eam quæcunque alia iniquitas induceretur.*

Non recipi propriam verborum significationem quando adiuncti ratio aliud suadet, vel consanguinitas, vel pactio, vel publica vindicta, vel geminatio verborum, vel indebita dicti illatio.

CAP. XXXV.

1 DEgrediamur nunc ad duodecimum casum qui est quando adiuncti ratio suaderet † à uerborum proprietate recedi ut inquit Cœpol. in dicta rubric. sub num. 23. per text. ubi not. Bald. in l. si seruus §. quinque de leg. 1. ubi qui habebat quinque in arca, legauit decem

2 quæ in arca hab bat, † unde propter adiectionem arcæ intelligitur legatum quod erat de decẽ, in quinque tantum valere; voxque illa decem ad quinque restringitur, quasique certum corpus pecuniarum

3 quod in arca habebat, legasse excipitur, ad idẽq; † est tex. in l. j. §. pe. de dot. prælega. in l. si certos de leg. j. & in l. si ita de verb. obligat. quibus in locis apparet ob adiectionem factã legato, nel stipulationi respectu rei in eis contentæ, à proprietate verborũ discedi; adiectio enim † facit, ut plurimum, uoces sui natura simplices transire ad secundum quid, & consequenter a proprietate ad improprietatem, iuxta ea

5 quæ scribit Bar. in l. Lucius. §. quæsitum sub num. 1. de leg. 3. ubi uult propria fratris appellatione † contineri eos tantum qui in secundo gradu sunt, l. iurisconsultus §. secundo gradu de gradi. affinit. quòd si proferatur cum adiuncto, ueluti frater patruelis, impropriè inquit id fieri, & propter seruandos testes à contrarietate à propria illa fratrum significa-

6 tione recedi, & impropriæ adhæreri, hinc † etiam dixit Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. & & in l. 2. C. de successo. edict. sub patrui appellatione non uenire patruum magnum, quia adiuncta ratione a propria uerborum significatione receditur & plura huius generis exempla prosequitur Alex. ad Bart. in dicta l. Lucius. §. quæsitum de leg. 3. non

7 tamen omnis adiectio † facit uoces impropriãs, & secundum quid, sed illa tantum quæ alterat substantiam, & ideo si super accidente sint, nel ratione differentiæ factæ adiectiones, non inducunt secundum quid, nec improprietatem, gloss. in uersi. anno in §. quoties l. final. de publican. Maria. sen. in consil. 1. colum. 3. uolum. j. cui accedit Gammar. lib. 3. top. legal. in ca. de uitio secundum quid ad fin. in istis ta-

8 men casibus † quamuis adiectiones illæ discrimen aliquod substantificum inducerent, neque improprietatem inueherent, tamen qualitatiuas differentias iuxta pulcherrimam illam theoricam quam tradit Zas. in l. tertia, §. genera de acq. possess. vbi omni no videndum erit.

9 Decimustertius est casus † quando consanguinitatis ratio urgeret a uerborũ proprietate recedere tunc enim impropriarentur uerba ratione consanguinitatis l. Aurelius §. Titia testamento de liberat. lega. ubi expressè iuriscons. ait legatum quo patrẽ filius ab actione tutelę liberat, multo plura continere causa naturalis affectionis et charitatis quã filius erga patrem habere præsumitur, per quem tex. ita concludit Aurel. Dauid. d. c. 7. sub nu. 17. ibique in eandem sententiam addit. l. prętor. §. j. de excep. dol. l. si seruus plurium de leg. j. l. cum auus de condit. & dem. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum simil. ibi adduct. per doct. quibus adijcit Lud. Rom. cons. 510. col. pen. multa iura pro hac sentẽtia citat gl. in ver. pręsumptio in d. l. Aurelius §. Titia testõ cuius tex.

10 † & gl. intuitu. respondi quandoq; multisque alijs rationibus, ob naturalem hãc charitatem, atq; affectionem filij versus matrem legatum certæ annuæ summæ pecuniarum a filio matri factum, non esse referendum ad eas annuas pecuniarum summas, quas ex obligatione filius matri pręstabat. ut legit controuer. forens. li. 3. c. 3. potestq; in huius casus illiusq; tex. cõmendationem addi Rom. in sing. 111. vltimo si adultus, & quæ scribit D. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsum. 6. cum sim.

11 Decimusquartus est † qñ pacta in instrumento apposita suaderent à verborũ proprietate recedendũ esse, ut scribit Socin. post alios quos ibi refert in

12 cons. 161. li. 2. & rõ est, quia pactũ † conuẽtiones q; cõtractus reformant, legẽque illis pręscribũt, l. j. §. si conueniat depos. l. contractus de regul. iur. & l. iurisgentium. §. prętor ait de pac. cum sim. omniaque

13 ex contrahentium uoluntate † legem accipiunt l. semper in stipulationibus de reg. iur. & l. in conuentionalibus de uerborum obligat. cum sim. nec dubitandum est, de ueritate istius casus cum desinat in casum mentis disponentis, cuius gratia in li. 3. ostendemus impropriam significationem posse recipi.

14 Decimusquintus † est ratione publicæ uindictæ, cuius gratia etiam in pœnalibus ad casum impropriam dispositio extenditur, vt trad. Corne. in consi. 192. lib. 3. Craue. de antiq. temp. par. 4. sect. uideamus post prin. in prima limit. ad reg. quod in pœnalibus non fit extensio, & plenius dicemus nos in lib. 7. limit. 1. conclus. constitutæ in pœnalibus, & faciunt quæ scribit Ludo. Roma. in l. si uero. §. de uiro sub num. 32. fol. matr. & aliqua supra diximus in 3. casu & plenius attingemus ad hunc casum spectantia in lib. 10. in materia restrictiuæ interpretationis propter publicam utilitatem faciendæ.

15 Decimussextus † est casus, quando geminatio uerborum hortaretur discessum a propria uerborũ significatione, tunc enim inquit Aurel. Dauid d. c. 7. sub nu. 89. quod uerba extra sermonis proprietatem acciperentur, ut per Modern. in l. j. §. enuncia-

16 tio de oper. nou. nuntiat. & propterea † illis uerbis quoruncunque hæredum, & successorum, Bonorũ possessores significari, ut per Roma. in l. id tempus

17 de ususcapi. iudeque etiam appellatione † omnis & & cuiuscunque contractus, abusiuos quoque contractus uenire, ut per Gemini. in cap. 1. de reb. eccl.

18 non alienand. lib. 6. & ratio est, quia uerba illa † quoruncunque & cuiuslibet sunt uniuersalia, quæ ratione eorum adiectionis faciunt ut propria uerborum natura atque significatio alteretur, ad omniaq; trahatur, ut in huiusmodi dictionibus scribit gloss. in clem. 1. in uer. quibuscunque de iudic. & gloss. ult. in uer. per quæcunque in l. j. C. qui legit. person. cũ sim. aductis copiosissimè per Andr. Tiraquel. de retrac. consang. §. 1. glos. 7. sub num. 23. & 24. & ideo multæ locus hic affinitatem habet cum casu supra relato impropriationis quæ fit ratione adiun-

19 cti, & faciunt † quæ scribit Bar. in l. generali. §. uxori de usufru. leg. Alex. in consi. 118. col. 2. lib. 5. Cor. in consil. 49. sub nu. 2. & 3. lib. 3. Dec. in consi. 472. dum omnes concludunt legatum mobilium, cui adiecta sit uniuersalis dictio omnia, contra propriam eius significationem trahi ad ea quæ alias non uenirent de propria eius significatione, cum sim. quæ supra adduximus in quæstione illa, plaustrulæ. Non obstantib. quibuscunque &c. adiectæ à sum. Pont. in rescripto.

20 Decimusseptimus est † quando propriè uerba accipiendo, quis indebitè damnum patere tur, uel alicui ius suum iniustè auferretur, ut dicit Aurel. Dauid dicto cap. 7. sub num. 18. per ea quæ scribit Roma. consil. 316. & Socin. consil. 122. uolum. 1. cui accedere ait nullis non obuiam propositionem qua-

21 proditum est, quamcunque dispositionem † ita semper intelligi debere, ut saluũ sit ius tertij l. 2. §. meuio, & §. si quis a principe ne quid in loc. public. & per Alex. in consi. 15. lib. 4. sed quia iste casus comprehenditur sub casu impropriationis, quæ fit ratione absurdi euitandi, de qua latius differendum est in li. proximo, ideo ulterius circa hoc nõ immoror.

22 idemque est † quando sensus proprius uerborum contineret quamcunque aliam iniquitatem, quia tunc quoq; recedimus a uerbis legis & locus fit impropriæ significationi, ut probatur in l. scire oportet. §. si maximè de excusat. tuto. Cœpol. in d. rubri. de uerb. signif. sub nu. 30. post Bal. in l. non dubium in 5. col. de legi.

Lib. II. FINIS.

CAMILLI GALLINII
TICINEN. PATRITII,
AC IVRISCONS.
AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS
ET IN TICINENSI GYMNASIO
IN VESPERIS IVRIS CIVILIS
ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Tertius.

SVMMARIVM.

1 VNO *contrariorum cognito, alterius quoque cognitionem haberi.*
2 *Impropriam locutionem esse eam, quæ recedit a propria significatione.*
3 *Item quæ recedit a proprio effectu rei designandæ.*
4 *Rursus quando vocabulum vnum ponitur pro altero.*
5 *Et quando subauditur dictio quasi, vel ferè, & his similes.*
6 *Acquæ aliter significet, quàm sonet.*
7 *Necnon, & quando propria locutio concipit impropriam.*
8 *Insuperque quando seruatur locutio per figuram.*
9 *Masculinum concipere fœmininum verè, & propriè secundum rationem recti iudicij quod legistæ ponderant, si eadem sit ratio.*
10 *Improprium esse cum quanque rem suo nomine non appellamus.*
11 *Improprium, & illud dici quod cum aliqua adiectione non etiam simpliciter profertur.*
12 *In lege municipali quæ vocet fratrem, vel patrem exclusa matre, non contineri fratrem patruelem, nec patruum magnum.*
13 *Sororem vterinam proprie sororem esse secundum receptiorem sententiam.*
14 *Dictiones illas ad improprietatem quoque trahi, quæ ex larga significatione quidpiam denotant.*
15 *Emphyteuta, seu vectigalem sui idem a municipibus habens ac se dominum vocans impropriè id facit.*
16 *Improprium significatum bifariam in iure nostro capi.*
17 *Stipulationem propriè contractum non dici vulgò, quia non habet vltrò citroque obligatorium.*
18 *Pactum impropriè dici contractum.*
19 *Improprium significatum dici confusum, & indeterminatum.*
20 *Quo sensu genus impropriè, & species propriè significare dicitur.*
21 *Declaratur l. iurisgentium, in princ. de pactis.*
22 *Improprium quoque dici, quando id quod significatur non est secundum regulas iuris.*
23 *Impropriam vocis significationē secundum Auctorem verè dici à qua remouentur omnes illæ qualitates, quæ faciunt propriam significationem.*
24 *Contrariorum vno remoto poni alterum, & econtra.*

Quæ sit impropria significatio secundum Bal. Alcia. Crispum, & alios, & quid secundum Auctorem.

CAP. PRIMVM.

1 NVnc locus quodammodo expostulat, vt ad impropriam verborum significationem descendamus, cuius cognitio tametsi iudicatur †eo ipso quod de propriæ significationis facultate aliunde tractatum est, ac cognitum, ita vt vnius contrariorum habita cognitione, & alterius quoque habita esse censeatur, in-

ſtitutio.de ijs qui ſunt ſu.uel alien. iur.in principio l.prima, eodem titulo, l.Pomponius, §.ſed & is,in principio, Doctor.in rubr. de acquiren. poſſeſſ. nihilominus ut eius quoque plenior habeatur cognitio de illa nuncupatim aliqua dicere libuit. Bal-
2 dus † igitur in dicta l.ultim.de hæred.inſtituen. ſub numero 35. impropria inquit locutio illa eſt quę recedit à propria ſignificatione. ff.de legatis tertio, l. non aliter.§. primo,in uerſicu.abuſiuè,item impro-
3 pria eſt locutio † illa quæ recedit a proprio effectu rei deſignandæ per ipſam, ff.ſi certum petatur, l.ſi tibi.item eſt impropria locutio, quando unum uo-
4 cabulum † ponitur pro alio,ut ff.locat.l.ſi uno.item eſt impropria locutio ubicunque ſubauditur dictio
5 quaſi uel ferè, & his ſimiles † ut. ff.de iureiur. l.ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum & l. ſecunda, ff.de
6 uſufru.ea.re.quæ uſ.conſum.item † eſt impropria locutio illa quæ aliter ſignificet quàm ſonet,ut in di-
7 cta l.ult.C.de hæred.inſtit.item † eſt impropria locutio quando propria locutio concipit impropriã
8 locutionem, ut, ff.de off.proconſ.& leg.l.2.item † eſt impropria locutio omnis quæ ſaluatur per figurã, quæ multa ſunt, hinc eſt quòd maſculinum concipit fœmininũ ex impropria locutione l.j.infra eod. ubi Dy.ſcilicet ſecundum rationem recti ſermonis, ut, ff.de aur.& arg.leg.l.Plautius,ſed ſecundum rõ-
9 nẽ † recti iudicij,quod legiſtę ponderant,uerè & propriè concipit,ſi ratio ſit eadẽ,arg. C. de ind. uidui. tollen.l.fin. improprisſima locutionum eſt ironia, C.de lega,l.cum quidam. & Bald.ferè ad literam ſequen. Gammat. lib.primo topic. legal.in loco ab ethimologia,illo tamen non relato, D. Alciatus li. 2.de uerb.ſignificat.in prin.ſic inquit,improprium
10 dr̃ † cum quanquã rem ſuam nomine proprio nõ appellamus,quo uitio Tyronẽ ſuũ M.Cicero epiſtola rũ lib.16.arguit,q̃ valetudini fideliter inſeruiendo ſcripſerat, quod aduerbium loco alieno poſitum ut impropriè dictum ipſe comprobat. illud etiam
11 improprium cenſeri † vulgò traditur,quod cum aliqua adiectione, non etiam ſimpliciter profertur, vt trad.Barto.in l.quæſitum. §.Lucius de legat. tertio,veluti cum fratrem patruelem dicimus, etiam patruum magnum, quapropter in l. municipali
12 † quæ fratrem vel patruum matri præferat, huiuſmodi uocati eſſe non cenſentur, vt per Doct. in l. prima,de ſucceſſ.edict.. Quamuis in ſorore uteri-
13 na receptius ſit † illam propriè ſororẽ eſſe, cum in ſecundo gradu ſoror ſit. §.ſecundo gradu inſtit. de grad.& qualitas illa uterinitatis ſit differentię & nõ improprietatis nota.vt per Soc.in conſil.25. in tertio volumine & in conſilio vltim.ſupra cita.uolum.
14 ſecundo. Ad improprietatem † dictiones illas quo que trahi ait, quæ ex larga quadam ſignificatione quippiam denotant,cum enim proprium ſit quod uni ſoli conuenit,non caret ab uſu qui latiori uoce id deſignat,quod peculiari uoce dicendum erat, vt cum lex Iulia quod adulterium eſt,ſtuprum dicit l. inter liberas de adulter.vel cum lex manumituntur inquit apud proconſulem tam liberi, quàm ſerui, quòd enim ad liberos attinet manumiſsio impropriè dicitur, dicta l. ſecunda, de off. proconſ.ſed &
15 cum emphyteuta † vel qui uectigalem fundum à municipibus habet, ſe dominum appellat, impropriè loquitur, quoniam uerè dominium eſt, quod directum vocamus l.prima,in fin.ſi ag.vectigal.vel
16 emphyteut.eſſe dicat.Criſpus verò † in rubri.de legat.primo, ſub numero 10. improprium ſignificatum quantum ad rem pertinet noſtram in iure bifariam ſumi,uno modo; quando illud quod ſignificat ad comparationem alterius patitur defectum aliquem, & hoc poteſt eſſe multipliciter, vel quia ſit prorſus inefficax vt l.ſecunda,§. primo,quemadmod.teſtamen.aperiant.l.tertia, §.condemnatum, de re iud.l.nec ſeruus cum gloſſ. in uerſi. abutimur de pecul. uel quia habeat aliquam efficaciam ſed non plenam, ut l. fideiuſſor.§. fideiuſſor de fideiuſſo. uel quia plenam habeat efficaciam, ſed
17 non ab omni parte ut ſtipulatio, † quæ non dicitur proprie contractus quia non eſt ultro citroque obligatoria l.labeo 2.§.contractum de uerbo.ſignificat.Bar.in l.ſi donationis C.quod met.cauſ.Ial.in
18 l. prima in 5.notab. de pact. & idem eſt † in pactonam licet ſit contractus per gloſſ.ſing.in l.prima in gloſſ.magna in fin.de actio.& obligatio. Bald. in l. lecta colum.tertia, ſi cer. petat.& licet quandoque habeat plenam efficaciam ut plenè trad.Ial. in l. iuriſgentium §.ſed cum nulla de pact.tamen non proprie dicitur contractus nominatus, quia non eſt ultro citroque obligatorius Ial.plenè in d.§.ſed cum
19 nulla in ſecundo notab. Secundo modo † improprium ſignificatum illud dicitur, quod eſt confuſum & indeterminatũ, proprium uerò ut ẽt ſupradictum fuit, quod eſt certius & determinatius & quia genus ſignificat confuſius,& ſpecies determinatius ac certius, vt per Bart. in l.prima colum.ſecunda de uulg.& pupill.quam ceteri ibi ſequuntur & in l.ſi quis in princ.colum.tertia,de leg.tertio,id
20 circo genus † impropriè, ſpecies propriè ſignificare dicitur, in quam ſententiam facere ait text.in l.munus proprie infra eod. ubi munus quod habet ſignificatum generis & ſpecici, ut ibi colligitur iuncta gloſſ. propriè dicitur ſignificare, quando in
21 ſpecie ſignificat,& ad idem † inducit l. iuriſgentium in principio, ibi proprium nomen contractus ideſt ſpeciale,de pact. ut ibi per gloſſ. in uer.in ſuo & ſic tantum eſſe propriè quantum ſpecialiter, & impropriè quantum generaliter.
22 Addit deinde tertium improprij genus † quod eſt quando id quod ſignificatur, non eſt ſecundum regulas iuris,ſed de iure ſpeciali, quod dicit probari ex eo quod non comprehenditur ſub definitione, ea quæ ſunt de iure ſpeciali, ſecundum Barto. in dicta l.omnes populi in ſexta quæſt. princ. de iuſti.iur. Aretin.l.prima,& l.pen. de teſtamen. ego au
23 tem † quàm pauciſsimis negocium reſoluens dico, illam eſſe uerè impropriam uocis ſignificationem,à qua remotæ eſſe reperiuntur illæ omnes qualitates quas ſupra ſingulatim diximus facere propriam uocis ſignificationem, quæ illa certiſsima eſt iuris concluſio in materia contrariorum (prout ſunt iſta duo proprium & improprium) ut re-
24 moto uno ex contrarijs ponatur alterum † &

econ-

econtra l. hæc verba ille. in eod. vbi dicemus l. cum inter de exceptio. re iud. Doctor. in rubr. de acquir. p. Ias. Dec. & Cagnol. in l. vbi repugnantia de reg. iur. Bald. in l. prima, per illum text. ubi est locus ordinarius de fur. & ser. corrupto. cum simil. sic igitur ubi uocis significatio, neque ex genere, nec ex æquiuoco, nec ex specie, nec ex ui legis rationis comprehensiua descendit, neque definitionis, vel descriptionis, ethimologię vè, aut auctoritatis legis seu iurisconsulti instrumento, inuenta non erit, semper impropria erit.

SVMMARIVM.

1 *An ea quę ueniunt ex latiore significatione dicantur propriè uenire.*
Qua in quæstione refertur D. Alciatus sibi ipsi contrarius ibid. & nu. 3.
2 *An ea quæ per tropos sunt enuntiata uel per figuratos dicendi modos dicantur propriè significata.*
4 *Ea quæ proficiscuntur à latiore significatione dici proprie uenire.*
5 *D. Alciatus quatenus uisus est contraria sensisse concilia tur. num. 6. & 7.*

An ea quæ veniunt ex latiore significatione, dicantur venire propriè vel impropriè.

CAP. II.

SEd hic oriuntur duæ non præter
1 mittendę difficultates, quarum prima est, quomodo defendemus ea, quæ ex latiore † significatione ueniunt propria esse, si (ut paulo supra relatus Dom. Alciatus ait) negari non possit, quin latæ significationi insit abusus, cum speciei significatio sit illa quæ propriæ significationis nomen habet. Altera est an † ea quæ per figuratos dicendi modos sunt enunciata ac demonstrata, dicantur propriæ significationis medio pronuntiata esse? Quod ad priorem attinet † quamuis D. Alciatus variauerit qui lib. 1. de verb. significat. & in l. liberationis infra hoc tit. putauit venire propriè, & deinde in supra relato principio lib. 2. cõtrariũ profess est cuius sententia videtur fuisse Fely. sæpius per discursum eius comment. in ca. Rodulphus de rescript. nihilominus quàm pauci simis rem absol-
4 uendo † non esse recedendum ab illa opinione quã supra quoque defendimus, quòd ea quæ proficiscũtur ex latiore significatione sine adminiculo alicuius extrinsecæ interpretationis, rectè ac propriè dicuntur significare, quia comprehensiuè ad generis simil. tud. nem significant. Neque mouet illa duerfras Dom. Alciati & contraria assertio Felyn. quia
5 Dom. Alciatus sic conciliatur, quòd in dicta l. liberationis & dicto libro primo, considerauit propriũ significatum primo modo, vt supra retulimus ex Crisp. in dicta rubri. de leg. primo, secundum quem genera, æquiuoca, & alię significationes quæ comprehensiuè ad plura referuntur cum sine defectu & absque comparatione de pluribus dicantur, propriè dicuntur significare iuxta ea quæ scripsit Aretin. in dicta l. cum lege de testam. Dec. in dicto consilio quinto, ad finem cum alijs supra relatis Bald. in d. l. de duobus sub num. 35. de legi. in l. his solis in uer. tacitè cautum putamus C. de reuoc. donatio. Bal. in d. l. 2. C. de iur. aure. annul cum sim. supra ci-
6 tat. Quod uerò † dixit in dicto lib. secundo, in principio, eod. tractat. de uerbo. significatio. locum habeat, capiẽdo impropriũ significatũ secũdo modo, prout scilicet genus, æquiuocum, & lata significatio confusius, incertius & indeterminatius significant comparatiuè ad speciem, quæ certius, determinatius ac præcisius rem mente conceptam exprimit. & ita excipiendã esse mentã D. Alci. docẽt eius
7 uerba; dũ inquit † non carebit ab vsu, q latiore uoce, designat id, quod peculiari uoce dicendum erat, nã liquidò apparet illum considerare latiorem significationem comparatiuè ad peculiarem, quæ est specifica, & ita intelligenda est quoque Felyn. sententia in d. cap. Rodulphus, & aliorum qui eo loquendi genere utuntur, significat scilicet latè & impropriè uel procedit secundum latam & impropriam significationem, uel de lata & impropria significatione, uel alijs sim. modis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ suo loco, & benè translata sunt propria dici possę.*
2 *Cum propria deficiunt nocabula, noua nos, petita uenia, formare possę.*
3 *Proprijs uocibus ubi distituimur ad translationes recurrimus.*
4 *Ciceronis uerba in materia vsus uerborum translatitiorum.*
5 *Propriæ significationi in translatis non uideri posse locum esse.*
6 *Circuitus uerborum a iure non tolerari.*
7 *Quomodo posit hæc quæstio distinguendo resolui.*
8 *Auctorem opinari, vt quæ figuratè dicuntur uix propriè significari possint.*
9 *Tropum esse uerbi sermonis à propria significatione in aliam cum uirtute factam mutationem.*
10 *Tropi significationem non procedere ab aliqua earum partium, quibus diximus propriam proficisi significationem.*
11 *Vbi per tropum ornatus gratia res dicitur non ex necessitate, sed copiæ, atque eloquentiæ gratia fit.*
12 *Figuræ non posse quoque propriam esse significationem cum sit conformatio orationis remota a communi ratione.*
13 *Quæ a communi ratione deuiant iuri priuilegiario ac singulari innitì.*
14 *Figuratum dicendi modum ubi iurisprudentum auctoritate sit suffultus propriam inducere significationem.*
15 *Titij plantam in solum nostrum translatam si in eo radices egerit, nostram fieri.*

An ea quæ pronuntiata sunt per tropos, & alios figuratos dicendi modos propriè dicantur significare,

CAP. III.



Vantum ad alteram difficultatem, an pronuntiata per tropos dicantur propriè significata? Fab.lib.8. oratoria, instit. quem refert D. Alciat. li.1. in princip. de verb.significat.† putat ea quę
1 suo loco & benè sunt translata, propria dici posse; cui videtur assentiri D. Alciat. quia proprietas non ad nomen,sed ad vim significandi referenda est, & non auditu solum,sed etiam intellectu est perpendenda. sed in aliam† nos trahere posse videntur sententiam,quæ scripsit Aurel. Dauid de verb.significat.cap.5. sub num.45. qui sciendum est tamen inquit,supradicto corolario, quo dixerat verba propriè accipienda esse,locum non esse,quando posita
2 verba & vera,& propria deficiunt, & propterea nihil obstare. Quare noua ipsi,venia præcipuè impetrata,formare non possumus, & cur externis peregrinisque non vtamur, quemadmodum frequenter?
3 quia vbi res † appellationibus suis carent, & propria vocabula non habent, ad translationes, & circuitus recurrimus; & necessitas excusat, huiusmodi rerum innominatarum, aut proprijs nominibus carentium significandarum causa, Cic.lib.1.
4 Academi.quæstio. Dabitis enim profecto † ut in rebus inusitatis quid Græci ipsi faciunt,a quib.hæc tandiu tractantur, utamur interdum verbis non auditis. Nos verò inquit Atticus quin etiam Græcis licebit,vtare cum voles si te latina fortè deficiant; & paulò post; Aut enim noua sunt facienda rerum nouarum nomina, aut ex alijs trãsferenda; & idem de oratore ad Brut. neque enim esse possunt rebus ignotis nomina, sed cum verba, aut suauitatis, aut inopiæ causa transferre soleamus, in omnibus hoc sit artibus, at cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum,nullum habuerit ante nomen,necessitas cogit,aut nouum facere, aut a simili mutuari.& in 3.de oratore sic ait. Nam si res suum notum & proprium vocabulum non habet, ut pes in naui, & nexum quod per libram agitur,ut in uxore diuortiũ necessitas cogit,quod non habeat aliunde sumere,& in 4. Rhetoricorum;Nominatio prima est,quæ nos admonet,ut cui rei nomen non sit,aut satis idoneum non sit,eam nosmetipsi idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa,Fab.lib.orato.inst.ultimo. His illa potentiora,quod res plurimæ carent appellationibus,& eas necesse sit transferre,aut circuire, etiam in ijs, quæ damnata sunt. Aristot. quoque in 4.Meteor. cap.2. Digestionis inquit tres sunt species, maturatio, elixatio, & assatio, indigestionis tres oppositæ cruditas,inelixatio,inassatio,& apta non habemus nomina quibus ipsas nominare possimus,sed quadam similitudine hæc trahenda sunt ad omnes digestionum & indigestionum species,
5 Ex pluribus † euidenter liquere videtur propriæ significationi in translatis non posse esse locum; cũ tropi & figuræ eiuscemodique translationes, & circuitus non recipiantur,nisi cum propria destitui mur significatione,alioqui enim isti verborum circuitus
6 † in iure non tolerantur, l. dominus testamento,de condict.indeb.l.ueteres circuitus. C. de adopt,l.ult.C.de donatio.in princip.& fine,ex Do. Alciat,lib.4.de verb. significat. in principio, videmur hanc controuersiam sic distinguendo dirimere posse,quòd aut loquimur† de figuris, quæ pertinent ad ornatum orationis,aut de alijs, quę potius
7 inclinant in uitium orationis, & abusu prodentiũ auctoritatem sumunt, ut earum pars maior est,uel nihil ferè a verbis mutuantes, omnem ex interpretatione uim accipiunt, quales sunt paræmiæ, ut in prioribus vera sit talis sententia, quod si loco suo, & rectè sint uerba translata propria dici possint;in posteriorib.verior sit illorum opinio qui putãt improprietati adscribendam esse illam uerborum significationem, quæ ex figurata proficiscatur oratione. Mihi tamen † uix persuaderi potest, ut quæ
8 figuratè dicuntur propriè significẽt, oportet enim ut uel per tropum, uel per figuram enuntiata sint, quorum vtriusque genera prosequitur Fab. lib. 8. cap.ult.& lib.9.cap.2, & D.Alciatus de uerborum significatione lib. quarto, ferè per dimidium illius libri. Nam si ad tropum negocium referamus,clarum est propriam illius medio non importari signi
9 ficationem.Quia † tropus,ut ait Fab.d.cap.ultimo est uerbi uel sermonis a propria significatione *in* aliam cum virtute facta mutatio, uel ut alijs placuit,ut idem refert lib.nono, cap. primo,est sermo a naturali, & principali significatione translatus ad aliam ornandæ orationis gratia,uel ut plerique Grammatici finiunt, est dictio ab eo loco in quo propria est,translata in eum locum in quo propria non est,ex quibus definitionibus luce clarius appa
10 ret, quod cum tropi qui figuras continent ornandæ orationis gratia destituantur propria significatione, nec inuehi possint nisi cum impropria, uerũ non erit ornatus gratia figuratè dicta posse propria significare. Confirmatur † quia cum *tropi* significatio non procedat ex aliqua earum partium, quibus diximus proficisci propriam significationem, necesse erit ut sit impropria; arguendo a partibus sufficienter enumeratis iuxta. textum in l. patre furioso, de ijs qui sunt sui, uel alieni iuris, ubi notat Iason, & §. omnium, ubi latè inter cæteros Gomes. institution. de action. Baldum in l. conuenticula. C. de episcopis,& clericis. Gam. & topici in loco a sufficienti partium dinumeratio-
11 ne. Facit insuper † quod vbi per tropum ornatus gratia res dicitur, non ex necessitate, quia scilicet uerba deficiant, id fit sed copiæ atque eloquentiæ causa; ergo uerba propria quibus res significentur, superesse oportet; si supersunt, figurata propriè significare non poterunt, cum translatitiè, & non comprehensiuè significent; & certissimi iuris sit, cum propria significatione aliam propriam

in

in idem subiectum concurrere non posse, nisi
genere vel æquiuoce, vel comprehensiue ex vi
rationis concurrat, & tamen figurata significa-
tio eo modo proficisci nequeat. ergo &c. si vero fi-
12 guram † inspiciamus, res quoque omni hæsitatio-
ne careret, inde non posse proficisci propriam signifi
cationem; cum figura vt ait Fab. d. cap. j. lib. 9. ora-
to. instit. sit conformatio quædam orationis, remo
ta à communi, & primũ se offerente ratione. Quod
13 enim à communi ratione † deuiat, iuri priuilegia
rio, ac singulari innititur. l. quod verò & l. ius singu-
lare cum ibi notat. de legi. & significatio, quæ pri-
uilegiaria est, impropria est, vt supra vidimus ex
Crispo in rubric. de leg. j. poste. Areti. in l. j. colum.
pen. de testam. ergo figurata significatio quæ talis
est, impropria erit. sic igitur cum tropica omnis si-
gnificatio, quæ ornatum respicit, impropria sit; &
quæ in vitium orationis inclinat, multo magis sta-
bilienda erit conclusio vniuersalis negatiua, pro-
priam non esse significationem, quæ progreditur
ab oratione figuratè pronuntiatam vel à verbis
14 tropicè prolatis. Quam tamen † ego restringe-
rem vt locum non haberet, quando figuratus ille
dicendi modus auctoritate iurisprudentium esset
receptus, maioris demonstrationis, uel significatio
nis expresionis gratia; tunc enim auctoritatem
prudentium proprietatem significationis illi dare
dicendum esset, per a quæ supra disseruimus in
tractatu propriæ significationis, in capite auctori
tatis iurisprudentium, vt enim dubitationem non
15 recipit † quin aliena planta quæ a Titij solo in no
strum translata fuerit, si in solo nostro radices ege-
rit nostra fiat. §. si Titius instit. de re. diuisio. sic
verẽdum non est, quin si vsu recepta fuerit apud le-
gislatores, ad aliquid enuntiandum figurata di-
cendi formula uel ad aliquid magis significandum
vt supra dictum est, illa propriam habere significa-
tionem dicenda sit, tanquam radices egerit in solo
Romani eloqui iurisconsultorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba regulariter non esse secundum impropriam significationem accipienda.*
2 *Aliquos esse casus in quibus assertio illa officium suum amittit.*
3 *Verba secundum subiectam materiam vt accipiantur im proprianda esse.*
4 *Eum qui dixit tibi vendere insulam, vt aliam reficeres, in nominatim contraxisse intelligi.*
5 *Verbum omphyteusis pro contractu censuali & verbum pensionis pro censu, ex subiecta materia accipi.*
6 *Venditor vbi fundum dari stipulatur intelligi secundum naturam contractus.*
7 *Fœnerator cum ablatas usuras donare se debitori dixit non de donatione, sed de restitutione lequi intelligitur.*
8 *Declarari Imperatores de in diem addict. cum plur. sim. legibus.*
9 *Verbum, assignare licet de propria sui significatione non importet dominij translationem, tamen vbi subiecta id suadeat materia etiam dominij translationem importat.*
10 *Iudex qui in constitutione tutelæ dixerit talem legitimum agnatum proximiorem tutorem do, intelligitur dicere voluisse decerno.*
11 *Verba intelligenda esse secundum subiectam materiam ne sermo reddatur inutilis.*
12 *Verba vniuersaliter prolata ad particularia materiæ oportere restringi.*
13 *Verba nunquam exorbitare à natura contractus vbi possint aptè illi applicari.*
14 *Verba quæ possint adaptari pluribus temporibus adaptari cuilibet secundum materiam temporis.*
15 *Verba aliquando propter subiectam materiam, id quod non est de natura eorum importare.*
16 *Sententiæ verba intelligenda esse, secundum iudicij naturam.*
17 *Actorem exponi pro syndico & è conuerso.*
18 *Procuratorem quandoque capi pro actore.*
19 *Fideicommissariam substitutionem propriè non esse substitutionem.*
20 *Neque comprehendi in statutis de substitutionibus loquentibus.*
21 *Nisi subiecta materia aliud suadeat.*
22 *Subiectam materiam multum operari & facere vt verba improprientur.*
23 *Statutum iubens mulierem amittere dotem ob adulterium, si plenè atque euidenter conuicta fuerit de adulterio, exaudiendum erit, secundum subiectam materiam adulterij.*
24 *Adulterium intelligi plenè atque euidenter probatum si fuerint probationes in statu suo concludentes.*
25 *Testes de credulitate deponentes in materia non non certitudinaliter vt vocant cognoscibili probare.*
26 *Testes de condulitate secundum subiectam materiam probare.*
27 *Doctores deponentes ac iurantes de sufficientia scolastici de credulitate deponunt.*

Verba non esse secundum impropriam significationem accipienda nisi subiecta ma teria id suadeat.

CAP. IIII.

1 RVertor modo vnde sum degres sus, ad articulum scilicet impropriæ significationis, & con-
stituo assertionem generalem. Regulariter † verba non
esse secundum hanc impro-
priam significationem acci-
pienda, dicta l. non aliter vbi glossa, & doctor.
de legat. tertio, & argumento à contrario sen-
su omnium iurium quibus supra constituimus
contrariam conclusionem, verba propriè exau-
dienda esse.

2 Sunt tamen aliqui casus † in quib. assertio hęc officium suum amittis. Quorum omnium primus optimusq; ac maximus est; quando subiecta materia aliud suaderent tunc enim non secundũ propriã
3 significationem, sed impropriè † secundum subiectam materiam accipiuntur, sic probat tex. in l. si vno locat. in princ. ubi notatur per glos. & Doct. & maximè per Bal. & Albe. de Rosa. Odofre. que & Fulg. sub nu. 1. ubi qui colono ob sterilitatem donauerat mercedem secundum subiectam materiam, transigendo intelligitur remisisse, non donasse, ita & sequente ulteriore anno posit remissum repetere, seq. D. Alcia. de ver. signifi. l. 2. sub num. 4. ubi & alia permulta inducit exempla post Veron. in rub. huius tit. sub nu. 25. & 128. Aurel. Dauid de uerbo.
4 signifi. cap. 7. sub nu. 9. Nam † qui tibi uendere insulã asseruit ut aliam reficeres, non uendidisse sed innominatim contraxisse censendus erit, ideoq; præscriptis verbis agendum erit, l. insudam de præscr.
5 ad idem induci potest text. in cap. constitutus † de religio. Dom. ubi not. glos. & Doctor. uerbum emphiteusis pro contractu censuali, & uerbum pẽsionis pro censu accipi, quia subiectu materia neque emphiteusim, neque pensionem admittebat; cum de libera dominij translatione ageretur, sic etiam
6 emptor fundum dari à uenditore stipulatus † secundum contractus materiam intelligetur, ut si uenditor Dominus non sit, sufficiat translata esse usucapiendi facultas, l. si stipulatus de usur. sic cum fænerator ablatas usuras donare se debitori dixisset non do-
7 nationem sed restitutionem censeri respondit Bald. cum subiecta materia refragaretur donationi, ad idem habetur tex. in l. imperatores † de in diẽ addictio. not. in l. fi. de vsufruct. ea re. que usu consum. in l. damni infecti in l. quidam §. j. de damn. infect. in l. legaui de liberat. legat. Deseruit quod scri
9 bit Saly. in l. placet † col. j. ad fin. & 2. in princ. C. de sacrosanct. eccl. ubi asserit, quod uerbum assignare de propria sui significatione non importet dominij trãslationem de leg. 2. l. cum pater § pater pluribus not. per Iaco. de Are. in l. assignare de uerb. signific. hoc tit. tamen si causa assignationis sit habilis ad translationem dominij idque colligatur uel ex subiecta materia, ut in l. si uno locat. uel ex præcedentibus & sequentibus, secundum l. fi seruus plurium in fi. de leg. j. non attenta propria eius uerb. significatione dominij translatio importatur per assignationem, licet impropriè, de rei uendicat. l. item si verberatum l. Lucius de euictio. & de assignat. liber. l. j. §. assignare, ad hæc quoque attinet quod tradit idem Saly. in l. j. C. de neg. gest. sub nu. 2. ubi ait qui si iudex in decreto legitimi tutoris dixerit, talẽ proximiorem agnatum tutorem do; nihilominus valeat quamuis dicere debuerit decerno, & nõ do;
10 quia † extantibus legitimis non peruenitur ad datiuos, exponitur enim uerbum illud do, id est per legẽ datum decerno, confirmo, uel declaro, quia propter subiectam materiam verba impropriantur d. l. si stipulatus de vsur. in hanc quoque sententiam citan-
11 tur † Iaco. Butrig. in l. j. C. depos. & Oldrad. in cons. 224. qui uolunt verba exaudienda esse secundum subiectam materiam, ne sermo reddatur inutilis, & ideo uerba ampliari, ac restringi secundum natu-
12 ram causę, cap. exhibita de iudic. ubi pilla uerba inquiras ueritatem, non inquisitio sed iudicialis indagatio commissa intelligitur. Hinc est quod dicitur verba uniuersaliter prolata † ad particularia materię oportere restringi cap. vigilanti de præscriptio. & quod Bald. quandoque asseruit in l. sed & si quis
13 §. quæsitum si quis cautio uerba † nunque exorbitare à natura contractus ubi per apertam verborũ naturam possunt adaptari contractui, quodque ad notauit Ang. in l. precibus C. de impub. & al. subst.
14 verba quę possunt † adaptari pluribus temporibus, adaptari cuilibet secundum naturã temporis. ideoque etiam dixit Cy. in l. 2. de offi. præsid. verba ali-
15 quando † propter subiectam materiam, id quod non est de natura eorum importare; & cautum legitur, aliam interpretationem fieri cum materia exorbitans, pœnalis, aut alioquin odiosa est, aliam quando est fauorabilis cap. odia. de reg. iur. lib. 6. & cum quidam de lib. & posthum. inde etiam Bald.
16 scribit in l. vltima C. com. diuid. und. sentẽtiæ † verba intelligi debere secundum iudicij naturam, uel si extra propriam significationem trahantur. Hinc quoque pertinet, cum uidemus actorẽ exponi pro
17 syndico, & econuerso † Bar. in l. j. §. j. quod cuius. uniuer. curatorem pro tutore, cap. j. cum gl. de obligat. ad ratio. & econtra l. ad protegendum C. de in lit. dand. tut. cum ibi notat. & per Ang. in rubric. de exceptio. in princip. procuratorem pro actore, cap.
18 petitio de procur. Reddere † pro dare secundũ Bal. in l. cum etiam C. de reb. credit. & petere pro repetere, uel econtra iuxta nota. per Bar. & alios in rub. soluto matrim. Confine supradictis admodum est,
19 quod scriptum reliquit Bar. soci. in rubr. de vulg. et pupill. sub nu. 11. ubi post Paul. infert, quòd tamet si fideicommissaria substitutio propriè non sit substitutio, sed fideicommissum quoddam, per l. eam quam cum glos. in uer. directis C. de fideicom. trad Bal. Saly. & Castr. in rubr. C. eo. ita ut in statutis loquentibus de substitutionibus non comprehendatur fideicommissaria substitutio, quia propriè debent intelligi l. j. §. si is qui nauẽ, de exercito. actio. Bar. in l. oẽs populi de iusti. & iur. in 6. q. prin. nihil-
hominus si ratio subiectæ materiæ aliud suadeat
21 † uerba intelligentur, & impropriabũtur secundũ subiectam materiam d. l. insulam de prescrip. uerb. d. cap. constitutus de religio. domi. & sub talium statutorum dispositione comprehendetur etiam fideicommissaria substitutio, cuius sententię uidetur fuisse glos. ibi & in §. qua ratione de vulg. & pupill. quæ inter species substitutionum non enumerant fideicommissariam; quamuis contrarium fecerit gl. in cap. Raynutius de testam. Qua de re cum plenius meum protulerim uotum in d. rubr. de vulga & pupill. quàm ut hic repetendum sit; ulterius non
22 immorabor. Confert etiam ualdè notanter † huic negotio, quod legitur apud Ioan. Annibal. in l. post contractum sub nu. 7. de donat. Qui ait subiectam materiam multũ operari & facere vt uerba improprientur d. l. si uno cum sim. & ideò si secundum subie-

biectam materiam a communiter accedentib. ple-
23 ni non posſit fieri probatio, † ueluti in materia a-
dulterij, & lex municipalis, uel ſtatutū dictet mulie-
rem ob iniuſtum crimen adulterij tunc demum a-
mittere debere dotem, ſi plenè atque euidenter fue
rit probatum adulterium, impropriabuntur enim
uerba illa plenè & euidenter, & intelligentur ſecun
dum ſubiectam materiam adulterij, quæ non reci-
pit plenas probationes, cap. præterea & ibi Doct. in
L quod ait lex ad leg. Iul. de adult. ut ſcilicet plenè &
euidenter dicatur adulterium probatum, ſi per con
24 iecturas † in ſtatu ſuo neceſſario cōcludentes pro-
batum fuerit, u. luti quia demonſtratum fuerit per
teſtes, mulierem nudam cum adultero nudo in le-
cto uiſa fuiſſe, eòdem ſpectat & illud, quod licet
25 teſtes de credulitate deponentes non probent † ne-
que faciant fidem ut per glo. & Doct. in l. teſtium
C. de teſti. & in l. 2. § idem labeo de aq. plu. arcen,
ſpec. in tit. de teſte §. 1. uer. item quod depoſuit de
credulitate, nihilominus ſi uerſemur in materia cer
titudinaliter, ut uocant, non cognoſcibili, ueluti ſu-
per filiatione l. filium definimus de ijs qui ſunt ſui
26 uel alie. iu. teſtes de credulitate † deponentes ratio-
ne ſubiectæ materiæ dicentur probare. Bar. in d. l. 2.
§. idem labeo ſub num. 5. de aq. pluu. arcen. Bald. in
d. l. teſtium ſub num. 24. per tex. in cap. literas de præ
ſump. & in l. ſolam in 5. q. ſub num. 4. per text. in l. j.
de uentr. inſpici. & in cap. tertio loco de præſumpt.
ſed non loquitur Bald. ita explicite ut facit Bar. lo.
ſupra citat. Abb. in cap. quoties extra de teſti. & Io.
Andr. ad ſpecul. lo. ſupra cita. Alterum exemplum
27 poſſet † poni in doctoribus deponentibus ac iuran
tibus de ſufficientia ſcolaſtici laureandi, nam & ip-
ſi de credulitate iurant, ut ſcribit Bar. in proœm. ff. rum
in princ. ſub num. 8. Abb. in cap. propoſuiſti ſub nu.
12. de probatio. Cagnol. in d. proem. ſub nu. 84. qui
nuncupatim atteſtatur, & hic Ticini, & Taurini ita
ſeruari. Nam omnibus ſupradictis caſibus uis ſu-
biectæ materiæ faceret, ut uerba probationis im-
propriarentur.

SVMMARIVM.

1 *Ob mentem diſponentis a uerborum proprietate recedi.*
2 *Petitionis uerba extra proprium ſignificatum accipi, ut eius qui petionem porrexit mens ſuſtineatur.*
3 *In ſtatutis quoque ob ſtatuentium mentem à propria uerborum ſignificatione recedi.*
4 *Abſurditas uel iniquitas cum reſurgit ex propria ſignificatione in ſtatutis, quaſi de mente ſtatuentium certi ſimus a uerborum proprietate recedimus.*
5 *Ratio ſtatuti mens eſt ſtatuti.*
6 *In ſtatutis, iuramentis, contractibus, & iudicijs ob diſponentis mentem proprietati uerborum non eſſe locum.*
7 *Verba debere ſemper menti atq; intentioni deſeruire.*
8 *Ex contrahentium mente uerbum uendidit accipi pro uerbo permutauit.*
9 *Verbum reſtitutionis accipi pro inſtitutione ex mente teſtatoris qui dixit ſe filio relinquere iure reſtitutionis.*
10 *Tutoris nomen pro curatore accipi, ueluti cum teſtator dicit ſe relinquere Titium filijs ſuis tutorem uſque ad xxv. annum.*

Impropriæ quoque ſignificationis locum eſſe ex mente diſponentis.

CAP. V.



Alter eſt caſus quando mens teſtatoris, vel cōtrahentium ſuadet, vt verba impropriè accipiantur; tunc † enim a uerborū
1 proprietate receditur d. l. non aliter, de leg. 3. ubi omnes not. l. quiſquis infra hoc tit. l. ſi ſibi,
2 ſi cert. pet. ubi latè Doct. referunt inde adnotantes petitionis verba † extra proprium eorum ſignificatum intelligi, vt eius qui petitionem porrexit mens ſuſtineatur l. in conuentionibus infra eo. l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur. L. in conuentionalib.
3 ubi latè Iaſ. de uerb. obligatio. ſed & in legib. † municipalibus, ſiue ſtatutis ob expreſſam ſtatuentium mentem à propria uerborum ſignificatione rectè receditur, Bar. in l. quod contra, de legi. Alex. in conſil. 52. ſub num. 2. uolu. 1. vbi ait tunc dici conſtare de mente ſtatuentium, quando reſultaret abſurditas, vel iniquitas, ſi verba ſecundum propriam ſignificationem acciperentur. tunc enim quaſi certi
4 ſimus de mente ſtatuentium, † verba debent ſecundum impropriam ſignificationem accipi, l. in ambigua, de legi. l. ſcire oportet. §. oportet, de excuſat. tuto. uel quando ratio ſtatuti repugnaret,
5 quia ratio ſtatuti † eſt mens ſtatuti. l. cum mulier ſol. matr. l. cum tale. §. falſum, de condit. & demon-
6 ſtrat. Dy. in cap. fin. de reg. iur. lib. 6. & quod † in ſtatutis, iuramentis, contractibus, & iudiciis debeant ob manifeſtam diſponentium mentem verba impropriari, conſuluit Socin. conſil. 2. vol. 4. ſub nume ro 8. ubi multum notanter loquitur. & ratio eſt,
7 quia † verba debent ſemper menti, atque intentioni deſeruire, & ancillari cap. intelligentia, extra eod. tit. cap. is autem 22. q. 2. cap. ſedulò. 38. diſtinct. Iaſ. in l. iij. C. de lib. præterit. Curt. ſen. conſ. 45. ſub numero 1. cum ſim. ſupra citat. in 3. par. 2. cap. & ideo
8 † inquit D. Alciat. d. lib. 2. de verb. ſignifi. ex contrahentium mente uerbum uendidit, accipi pro permutauit, & locationem pro conductione, & emere redditus annuos pro eo quod eſt conducere; & uerbum debere pro eo quod naturaliter tantum debetur l. quibus. §. dominus, de condit. & demonſtrat. iuncta l. nec ſeruus, de pecul. & verbum reſtitutionis pro inſtitutionis, ut cum teſtator dicit ſe filio re-
9 linquere † iure reſtitutionis, cum dicere debuiſſet inſtitutionis iuxta tex. in §. aliud quoque capitu um in auth. ut cum de appellatio. cognoſc. & nomen tu
10 toris pro curatore, ut cum teſtator dixit ſe filium filijs ſuis tutorem conſtituere, uſque ad xxv. annum, † nam ultra quartum decimum annum quo in maribus tutela finitur inſtit. quibus mod. tuto. finit. in

prin.

princ.& l.qua ętate de testam,tutoris uox pro curatore accipitur,vt per Ang.in l.1. C.de confir m.tut. Et possunt ad confirmationem huius casus multa uideri, quæ nos congessimus supra in ultima parte secundi capitis principalis,dum declarauimus quomodo verba menti, & intentioni ac uoluntati disponentis,& an saltem cum propriâ significatione an vero etiam sine,vbi videndum omnino erit; nec si rursus per eum relata repetere, actum agere videar.

SVMMARIVM.

1 *Verba improprianda esse vt actus sustineatur. illiusque nullitas euitetur.*
2 *Suorum appellatione filios intelligi,ut in substitutione, quæ facta foret Titio & suis.*
3 *Idq; etiam procedere in fœmina quæ liberos in potestate non habet.*
4 *In libellis uerba quoque improprianda esse,ut actus sustineatur.*
5 *Is qui in libello dixit rei proprietatem ad se pertinere, si probauerit se emphyteutam obtinere debere.*
6 *In sententijs impropriationi quoque locum fieri,ut sententia sustineatur.*
7 *Testium dicta ut concordentur, impropriationi locum fieri.*
8 *Idque non solum vt euitetur pœna falsi sed etiam vt probent.*
9 *Testis verba in dubio ita intelligenda esse ut euitetur falsitas.*
10 *Verba semper ita intelligenda esse vt actus sustineatur.*
11 *Quod locum habet in quacunque dispositione.*
12 *Verba quando ex proprio neque ex largo significatu, casum de quo controuersia est comprehendunt dispositio efficitur inefficax atque inualida.*
13 *Quis sit intellectus l. tutores §.1. de admistr.tuto. nume.14.*
15 *Prouisionem testatoris ultra illius metas non esse trahendam.*
16 *Impropriationi locum non esse quando impropriando uerba fieret contra mentem testantis.*
17 *Dispositio debet potius esse nulla, quàm ut fiat contra mentem disponentis.*
18 *Ex duabus limitationibus traditis à Iaso. in l. quotiens de verbor.obligatio.ad hunc casum vnam tantum esse veram.*

Admitti quoque impropriam significationem vt actus nullitas euitatur.

CAP. VI.

1 TErtius est casus, quando capiendo verba secundum propriam significationem, actus efficere tur nullus, † tunc enim uerba improprianda sunt,vt actus sustineatur, secundum Ang.in l. cum ante per illum text. C.de donat. ante nupt. per Barto. in l. si tam ang usti de seruit.tit.generali & in l.proculus de vsufru.quibus accedit Cæpol.in rubr.de verb. signific. sub num. 24.sic notat Bar.per illum text.in l. stipulatio ista. §.hi qui de verbo.oblig.vbi vult stipulationem quæ verbis propriè acceptis sustineri nequeat, impro-
2 priè accipiendam esse,vt sustineatur. sic † cum quis Titium & suos hæredes instituisset,scripsit Guido Papæ decis.548.talem substitutionem de filijs intelligendam esse etiã si nõ essent in potestate,ne actus institutionis esset nullus; quod dicit Do. Alciat. de verb.signifi.lib.2.sub num.6. esse verum etiam quãdo talis institutio esset facta in fœmina quę liberos in potestate non habet.§.fin. instit. de pat.pot. &
3 §. fęminæ institu.de adopt.idem iuris † esse in iuramẽtis,pro quibus sustinendis uerba impropriantur. l. sed & si possessori.§.item si iurauero de iureiur. ubi
4 omnes notant.in libellis † quoque uerba improprianda sunt ubi non possent secundum propriam significationem sustineri, Bart.in l.scire debemus, ad fin.de verb. obligat. Ias.in l. sed & si possessori §. item si iurauero sub nu.15. cum plur. seq.ubi octo decisionibus multum notandis confirmat hanc cõclusionem in libellis, Bart. & alij in l. certi condictio.§.si numos si cert.petat.Felyn in cap.auditis colum.prima & secunda,de præscript. Doct.in l.naturaliter. §. nihil commune de acq. poss. in illa quæst. an qui dixerit in libello rei proprietatem ad se spectare, & deinde probauerit se emphyteutam, debeat obtinere; quod Alex.& alij magis communi-
5 ter † admittunt,ut ibi diximus, & habet hæc sententia rationem,quia si in iudicijs solent libelli ex partium intentione declarari, l.si quis intentione ambigua de iudic.multo magis improprianda erunt uer-
6 ba ut sustineatur libellus, idque & † in sententijs receptum est gloss.in l.& puto in princip.super uerbo non communicari, fam.er.ubi,ut sententia sine effectu non maneat uult uerba impro. idem est † in testibus discordantibus,quorum dicta etiam cum impropriatione uerborum ad concordiam sunt reducenda gloss.& Doctr.in cap.cum tu, & in ca.in præsentia de testi.Doct.in l.secunda,§.creditum si cert. petat. & ibi lãtè inter cœteros Alex. & Ias.Curt. de testi.concl.60. non solum ut euitent pœnam falsitatis & periurij, ut per Doctor.in dicto capitu. cum tu,& per Alberic.Male.de testi.part. ultim. sub numero 31.& Bart.in l. inter stipulantem §.primo,de
8 uerbo.obligatio. sed etiam ut probent, † si possibile est,ut scribunt Butri. Imol. & Abb. in dicto cap. cum tu, Bart.in l.prima §.non tamen ad fi. de bon. possess.secund.tab. Bar. & alij in l.in insulam.§.fructus solut. matr.in l.stipulatio ista §.itaque de uerb. oblig.Bal.pulchrè in l. item uidendum in princip. & in fin.de pet.hæred. ubi dixit sanam interpretationem posse fieri in dictis testium, etiam ad probandum;Bald.in l.2.de bon.poss. secun.tab. Imol. plenè in l.inter stipulantem.§.1. de uerb. oblig.sub nu.6.& seq.quibus accedit Curt.in d.tract. de testi. conclusio.61. Dom. Clar.in §.falsum sub nu.7.& 8.
9 ubi ait, † quòd in dubio uerba testis semper ita sunt intelligenda, ut euitetur falsitas quam incurreret deponendo super negatiua,per glo.in l.iurisgentiũ

§.quod

§.quod ferè in verſic.contrarium præbatur de pact. quam dicit eſſe cõmuniter approbatam poſt Cur. iun.in l.vnica in princ.ſub nume. 9.ſi quis iuſdicen. non obtẽpera.eſt enim fundata concluſio,quam in hoc caſu conſtituunt Doct. ſuper illa vulgatiſsima
10 iam regula,qua proditum eſt;verba ita ſemper† intelligenda eſſe,vt actus ſuſtineatur d.l.quoties 2.de verb.oblig.l.quoties de reb.dub.& l.quoties de reguiur.& cap.Abbate de verb.ſignificat.& generali
11 ter† quòd in quacunque diſpoſitione uerba impriùs intelligi poſsint ac debeant, vt actus ſuſtineatur, tradit Abb.in cap.olim de reſt. ſpoliat. & Alex. in conſ.42.lib.4o.Iſte tamen caſus duas habet notabiles limitationes, quas refert Iaſ.in l.quoties 2.de verb.obligat.earum prima eſt,vt locum nõ habeat,
12 quãdo† neque ex proprio,neque ex largo ſignificatu verba poſſunt comprehendere caſum in quo diſpoſitio valeat, quia tunc efficitur inualida atque inutilis & nulla, per tex.in l.tutores §. j. de adminiſtratio.tuto. vbi curator datus à teſtatore filio impuberi non poteſt tanquam tutor ſe immiſcere adminiſtrationi rerum impuberis, quia verbo curatoris, neque ſtrictè neq; largè poteſt tutoris uox concipi, & ideo impropriatio fieri non poteſt, vt actus ille ſuſtineatur, ſed ea ratione tanquàm nul
13 lus concidit, dicit tamẽ Iaſ.ſe valde dubitare de illius tex.† deciſione, per tex.in §. j.in ver.ad curationem, ibiq; gloſ.& Doct. in auct. vt ij qui obligat. vbi ſub verbo curatoris, etiam tutelam cõcipi apparet; quod videtur quoque dicendum eſſe arg.L. pater Seuerinam §. conditionum verba. de conditio. & demonſtrat. quamobrem poſtquàm Proteus more in varias ſe conuertit formas, tandem ſuper rẽ ſolutione dicti tex.cogitãdum relinquit. ſuper quo tam multa quoq; dicunt interpretes in l. j. §.ſi quis ita de verb. obligat.vt ſi quis vellet ſingulatim omnia recenſere longam eſſet iliada contexturus. ſed
14 quam pauciſsimis† rem expediendo,dico,illũ tex. nihil facere ad rem,quia ibi actus ille curationis vlebat in propria ſpecificaq; illius forma, nec erat opus cum valeret, vt fieret impropriatio pro illo ſuſtinendo;ſed difficultas in eo verſabatur,an cum teſtator de ſolo prouidiſſet curatore filio impuberi poſt pupillarè ætatẽ poſſet per illam prouiſionem intelligi,cauere quoque voluiſſe pupillari ætati,cõſtituendo eundem curatorem,in tutorem dicto impuberi, & decidirur ibi cauere noluiſſe, ſed opor-
15 tere prætorẽ de datiuo tutore prouidere,quia† prouiſio teſtatoris non eſt vltra illius metas trahenda in materia tutelari,l. quod ſi nepotes de teſtam.tu. & propterea cum prouidere voluerit de curatore tantum, & prouiſio illa ſecundnm propriam ſignificationem in caſu ſuo valeat, non debent verba impropriari,vt contra teſtatoris mentem trahatur ad caſum tutelæ, quem ipſe relinquere voluit ſub diſpoſitione iuris communis, & ideo melius ſenſerunt Paul.de Caſt. & Alex.ibi à Iaſ. relati ſub num. 5.ver.& per illum tex.ex quorum dictis.

Secundã cõſtituit Iaſ.limitationẽ,videlicet.vt lo-
16 cum non habeat† aſſertio firmata in iſto tertio caſu quando impropriando verba fieret contra mentem teſtantis, vt idem Caſtr. & Alexã. firmant in l. verbis ciuilibus de vulga. & pupil. in illis verbis,ne contra voluntatem defuncti,quamuis ipſi non ita intelligant text.in d.l.tutores,§. j.prout ſuprà à no-
17 bis declaratus fuit;ea ratione† quia potius patimur diſpoſitionem eſſe nullam, quàm vt fiat contra voluntatem diſponentis, d.l.verbis l. quoties §. ſi duo de her.inſtit.& l.pen.de iniuſt.rupt. teſtam. vbi potius toleratur,vt teſtamẽtum irritetur quàm vt fiat contra voluntatẽ teſtatoris,qui prohibuit expreſsè
18 portionem cohæredi accreſcere. Reſoluendo† igitur concludendum erit ex duabus limitationibus ſuprà relatis & per Iaſ.traditis in d. l.quoties, vltimam tantum attendendam eſſe, ut nunquàm impropriatio ad actum ſuſtinendum fiat, quando reſultaret inde impropriatio mẽtis ipſius diſponẽtis.

SVMMARIVM.

1 *Verba impropriari quando facile poſſet reddi diſpoſitio eluſoria.*
Declarariq́ue cap. ſi ciuitas de ſenten. excommu. lib. 6. ibid.
2 *Et l.Diuus de uſufr.*
3 *Interpretationem cuiuſque diſpoſitionis ita faciendam eſſe ne reddatur eluſoria.*
4 *Diſpoſitionem etiam ad non expreſſa trahi ne fiat eluſoria.*
5 *Quod & in materia pœnali procedit.*
6 *Diſpoſitionem nunquàm ita eſſe interpretandam vt ſuperuacue,& ludubrio facta eſſe cenſeatur.*
7 *Iacobi Menochij mentio, honeſtaq́ue commendatio.*
8 *Sententiæ verba ita ſemper exaudienda eſſe vt valeant.*
9 *Perſonæ qualitatem facere,vt à propria verborum ſignificatione ad impropriam tranſeatur.*
10 *Verba quæ ob perſonæ conditionem propriè accipi nequeunt, impropriè capi.*
11 *Verba illa ſi ſine filijs deceſſerit ad perſonam relata quæ inhabilis ſit ad nuptias,de naturalibus tantum intelligi.*
12 *Cum pater filio pro ſalcidia legat,intelligi de triente iure naturæ debito.*
13 *Seruus cum ſibi poſsidere licere ſtipulatur intelligi de ſimplici detentione.*
14 *Teſtes deponentes de poſſeſsiione intelligi de naturali quæ per uiſum corporis percipi poteſt.*
15 *Verba ſecundum perſonæ qualitatem ad quam referuntur accipienda eſſe.*
16 *Verba priuilegij principis intelligenda eſſe ſecundum cõditionem perſonæ eius cui conceditur.*
17 *Conductiones Aduocatorum & procuratorum qui ſolent patrocinari cum ſalario intelligi factas eſſe ſub ſpe ſalarij & non gratis.*
18 *Legatum factum mulieri maritatæ vt veſtiatur veſtibus nigris intelligi ſecundum conditionem mulierum maritatarum.*
19 *Teſtator ſi legat lectum uxori viduæ intelligi ſecundum vidualem conditionem.*
20 *Epiſcopo ſi conceditur vt tempore interdicti poſsit celebrare intelligatur in Pontificali.*

21 *In*

21 *In emphyteuſi pro ſe & filijs ab eccleſia ſuſcepta ſi fœmina uel ſpurius ſucceperit intelligitur de feminis quoque & naturalibus.*

Improprię ſignificationi locum fieri quando poſſet facile reddi diſpoſitio eluſoria vel qualitas perſonæ ad quam uerba referuntur id ſuaderet.

CAP. VII.



1 Vartus eſt caſus, quando facile poſſet diſpoſitio reddi eluſoria tunc enim verba impropriantur† ne efficiatur diſpoſitio inanis cap. ſi ciuitas de ſent. excomun. vbi ſi ſummus Pontifex ali cui ciuitati ſacris interdixerit, tametſi ciuitatis appellatio muris finiatur, l. urbis appellatio hoc tit. nihilhominus, ne in ſuburbijs data facultate celebrandi eluſorium ac contemptibile fieret ſummi Pont. interdictum ſuburbia & continentia quoque ædificia tali interdicto continentur ex impropria ſignificatione ipſius vocis, idem
2 deciditur† in l. Diuus de vſufruc. vbi vſu ſyluę legato conſtituit Diuus Adrianus, ſyluę vſum fructum deberi, ne eluſorium foret legatum, in cuius caſus confirmationem facit communis illa iuris noſtri aſ
3 ſertio,† quæ habet ita ſemper cuiuſque diſpoſitionis faciendam eſſe interpretationem ne reddatur eluſoria, l. ſi prætor de iud. l. fi. ne quid in loc. pub. l. 1. §. exceptiones qua. re. actio non det. Rui. in cõſ. 57. ſub nu. 6. li. 3. Crau. conſ. 135. ſub nu. 25. 175. ſub nu. 3.
4 & ideo videmus† diſpoſitionẽ etiam ad nõ expreſſa extendi ne fiat eluſoria. Rui. in conſi. 24. ſub num.
5 11. lib. 2. extendique item† in materia penali, Gozadin conſil. 5. ſub nu. 6. Craue. conſi. 248. col. pen.
6 verſic. igitur. Quamobrem† ſcripſit Alex. in conſi. 81. ſub nu. 6. diſpoſitionem nunquã ita eſſe interpretandam, vt ſuperuacuè & ludibrio facta eſſe cenſeatur, quod ſecutus eſt & Pariſ. in conſ. 83. ſub nu. 49. lib. 3. eſt tex. in l. ſi quando in princ. de leg. 1. Craue. in conſi. 25. ſub num. 7. & ſcripſit hac de re plenius
7 eruditiſsimus† Menoch. vir alias in primis Iuſtinianeis elementis publicè interpretandis in Tyci nẽſi hoc noſtro Gymnaſio, humaniſ. collega meus, & mei verè amantiſsimus, in li. ſecundo eius luculẽtiſsimi operis de arbitra. iudic. caſu 199. vbi huius & ſuperioris caſus materiam aliaque perplura
8 ad rem facientia† diligenter pertractat. faciunt quę ſcribit Cæpol. in d. rub. de verbor. ſignificat. ſub nu. 28. de verbis ſententiæ ita excipiendis, vt valeat per gloſſ. in l. & puto §. 1. fam. ercis. quam dicit ſingul. poſt Bal. in l. cũ virũ. C. de fid. cum ſim. ab eo citat.

Quintus eſt caſus quando ob conditionem, ſeu
9 qualitatem perſonę ad quam verba referũtur† opporteret, omiſſa proprietate, ſignificationem impropriam recipere, tunc enim verbis impropriè acceptis inhærendum eſt, vt proditum eſt a Cępo. in d. rub. de verb. ſignifica. ſub nu. 37. per tex. in l. fi-
liusfam. de donat. & no. Albe. de Roſa in l. j. de bon. poſſ. receptumque eſt à Soc. in l. in conditionibus. §. ſi patronus de condit. & demonſtrat. Paul. Caſtr. in l. ſeruus de peculi. vbi nuncupatim adnotauit ver
10 ba quæ ob perſonę† conditionem ſeu qualitatem propriè accipi nequeunt impropriè accipienda eſſe facit tex. cum ibi notat. in l. ex facto. §. ſi quis roga-
11 tus ad Trebel. vbi conditio illa† ſi ſine filijs deceſſerit ex conditione perſonæ quæ inhabilis reputetur ad nuptias contrahendas etiam ſi in dignitate conſtituta ſit, impropriè in naturalib. tantum acci
12 pitur, idem eſt cũ pater filio† pro Falcidia ſua legat intelligiť enim de triẽte iure naturæ debito de quo habetur in §. 1. in auth. de trient. & ſemiſſ. vt ſcribit Bar. in l. 1. ad leg. Falc. ſub nu. 2. & tñ Falcidia pro legitima impropriè ponitur, auth. vnde ſi parens vbi gl. & Doct. C. de inoff. teſta. Rip. in l. in quartã col. 3. ſub nu. 6. ad leg. Falcid. uel cum ſeruus ſibi poſſi-
13 dere licere ſtipulatus eſt† nam intelligitur de ſimplici detentione non etiam de ciuili poſſeſsione ut per gloſ. in l. ſtipulatio iſta §. hi qui de uerbor. obligat. quam ibi ad hoc ſcrib. omnes notãt & trahunt etiam ad dicta teſtium qui ſi deponant de poſſeſsio
14 ne† intelligi debent de naturali & quæ per uiſum corporis percipi poteſt, ut trad. D. Alcia. d. li. 2. ſub nu. 7. ad fi. & Nell. de Sancto Gemin. de teſti. par. 2. ſub nu. 133. fundatur aũt iſte caſus ſuper illa ſtrictiſ
15 ſima, ſed ueriſsima regula† quod uerba ſecũdũ pſonę qualitatem ad quã referuntur ſunt accipienda l. plenum. §. equitij de uſu & habit. ubi Bart. & Doct. cap. ſolitę de maior. & obedient. c. requiſiſti, & *ibi* gloſſ. in uerbo præſumptione de teſtam. cum *ſimil.* citat. in rub. huius tit. à Veron. ſub nu. 129. & tradit Soci. in l. quibus diebus. §. dominus de condit. & demonſtrat. & ideo arg. illius reg. collectę tex. d. l. plenũ. §. equitij dicit ibi Alberi.† uerba priuilegij prin
16 cipis intelligenda eſſe ſecundum conditionem eius cui conceditur, per l. ex facto de uulga. & pupil. &
17 conductiones† aduocatorum & procuratorum qui ſolent patrocinari cum ſalario, intelligi factas eſſe ſub ſpe ſalarij & non gratis. eiuſdemque reg. argu.
18 conſ luit Fulg. in conſi. 27. legatũ† factum alicui mulieri maritatæ ut ueſtiatur ueſtib. nigris debere intelligi iuxta conditionem maritatarum, non aũt de nigro ſecundum conditionem & qualitatem ui-
19 duarum. ſic etiam uoluit Bal. in d. §. equitij† quod ſi legauerit teſtator uxori lectum, intelligitur de lecto ſecundum conditionem ipſius uxoris uiduę relictę, uiduali ſcilicet non etiam ſericeo ac coniugali, & idem Bal. in l. ex militari de teſta. milit. ſcriptum
20 reliquit† quòd ſi concedatur epiſcopo ut tempore interdicti poſsit celebrare, intelligetur in pontificali & non aliter. faciunt ad hoc quæ ſcribit Ias. in h. ſed ſi hac. §. liberos in 1. notab. de in ius uocan. ubi
121 uoluit† quòd licet in emphyteuſi pro ſe & filijs ab eccleſia ſuſcepta non ueniant fœminę, nec naturales; tamen ſi tãtum fęmina fuerit, uel ſpurius quicõ duxerit talem emphyteuſim, ex perſonarum conditione intelligentur & fœminæ, & naturales tantum etiam filiorum appellatione fore comprehenſi. eadem igitur ratione uel eiuſdem regulæ arg. dicen-

dum

dum erit, ſi perſonarum qualitas & conditio patiatur vel expoſcat verba ſecũdum impropriam ſignificationem excipienda eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Impropriari verba vt abſurdum euitetur.*
2 *Legem omnem ac diſpoſitionem ſemper ita accipi ut abſurdum euitetur.*
3 *Eum qui ſuper furto gratuito paciſcitur ne damnetur infamia non notari.*
4 *Legem ſimpliciter loquentem reſtringi ne ſequatur abſurdum, impropriari enim eo ipſo quod reſtringitur.*
5 *Dictionem plus, ad multum referri ne ſequatur abſurdum, vt in ſtatuto, quod qui habet centum, & plus in bonis debeat tenere equum & arma ad vſum communis.*
6 *Si ſtatuto caueatur vt nullus ex magnatibus poſsit ingredi palatium, non exauditur de medico, ac chirurgo.*
7 *Statuto puniente eum qui ſanguinem fecerit in palatio non comprehendi tonſorem qui venam ſecuerit.*
8 *Abſurditatis euitandę gratia uerba generalia ſtatuti non concepiſſe caſum tonſoris ſecantis uenam.*
9 *Dictionem alius vt euitetur abſurdum non referre eandem qualitatem contra naturam ſuam.*
Verba illa euangelij crucifixus eſt Chriſtus & alij duo latrones, qu modo exaudienda ſint ibi.
10 *Sum. Pont. ſi in reſcripto compellarit cardinales fratres, & deinde dixerit & alios prælatos non intelligi ob dictionem appellaſſe prælatos fratres.*
11 *De ſignificatione dictionis alius remiſſiones.*
12 *Dictionem alius importare ſimilitudinem & relationem ſimilium qualitatum.*
13 *Filiorum appellatione. Nepotes contineri gratia abſurditatis euitandæ.*
14 *Parentum appellatione vt abſurditas euitetur in infinitum omnes aſcendentes contineri.*
15 *Verba legis ubi ad abſurdum trahi poſſunt partes iudicis eſſe decretorem temperare.*
16 *Et reſtringere ad id quod eſt rationis.*
17 *Abſurdi euitandi cauſa, extenſiones reſtrictioneſque fieri.*
18 *Diſpoſitionem ſemper ita intelligendam eſſe ne aliquid reſultet rationi contrarium.*

Propter abſurdum vitandum impropriam ſignificationem propriæ præferri.

CAP. VIII.

1 SExtus eſt caſus, quãdo diſpoſitio ad abſurdum traheretur, niſi improprie verba acciperentur; eſt autem † abſurdum, id, in quo neque ratio neque æquitas militat; ſed ex quo omne malum aptum natum eſt prouenire, ut definit Euerar. in loc. ab abſur. ſub num 2. tunc enim
2 impropria ſignificatio accipienda erit † quia ſemper lex & quælibet alia diſpoſitio ſic exaudienda eſt, ne abſurdum contineat, l. nam abſurdũ de bon. liberto. l. 2. & ibi gloſ. C. de condit. inſer. ſic no. Bar.
3 in l. furti. §. pactus per illum tex. de infami. ubi † cum lex decidat eum qui furti paciſceretur gratuito ne damnaretur, non haberi pro infame, quamuis lex generaliter dicat paciſcentem ſuper furto ne damnaretur infamia notari, quia id nimis inhumanum eſſet, Bar. excipit legem ſimpliciter loquentem reſtringi ne ſequatur abſurdum, impropriatur † enim
4 eo ipſo quòd reſtringitur, vt ſpeciem quæ propriè in illa contineatur non comprehendat, ut declarat D. Alcia. de verbo. ſignificat. lib. 1. & in lib. 2. ſub nu. 10. & quantum ſit reſpectu ſpeciei non comprehenſę; ſic etiam tradit idem Bar. in l. omnes populi de iuſt. & iur. in 5. princ. q. dum agit de interpretatione reſtrictiua. Bal. in l. conuenticula de epiſco. & cler. col. 3. Iaſ. in l. diuortio in 5. nota. ſub nu. 12. ſolut. matti. copioſiſsimè Euerar. in loco ab abſurdo Cœpol. in d. rubr. de verb. ſignificat. ſub nu. 31. vbi multa in hanc rem citat. Hinc refert Alber. de Roſa. in tracta. ſtat. par. 1. q. 173. quòd ſi ſtatuto caueatur † vt habens centum in bonis vel plus debeat tenere equum & arma ad commodum communis,
5 licet dictio plus referatur ad modicum l. hæc adiectio plurisuè infra hoc tit. tamen in antedicto ſtatuto non accipietur hoc pacto, ne ſcilicet ſequatur abſurdum, vt ſi quis habet viginti millia in bonis non vt obnoxius huiuſmodi obligationi contra mentem ipſius legis municipalis. cum ratione diuitiarum & opulentioris cuiuſque cenſus fuerit iſtiuſmodi onus impoſitum, vt ipſe latius proſequitur, & probat Iaſ. in l. & ſi poſt tres, in ſecunda
6 colum. ſi quis cautio. Hinc etiam † dixit Bald. in authen. ingreſſi colum. ſecunda, C. de ſacr. eccl. ſi lege municipali caueatur, vt nullus ex magnatibus ingredi audeat Palatium, intrare tamen poterit Medicus vel artifex neceſſarius etiam ſi ſit de Ma-
7 gnatibus. inde quoque factum eſt † vt tonſor ille qui Bononiæ venam ſecauerat emittendi ſanguinis gratia cuidam officiali in prætorio ciuſdem vrbis non fuerit comprehenſus ſtatuto puniente eum qui ſanguinem fecerit in palatio, vt ſcribit Bart. in d. l. omnes populi de iuſt. & iur. in 6. quæſt. princip. ſub nume. 15. ver. pone vnam, quam quæſtionem ſatis ocioſe diſputant cęteri, ob ſtatut. Bonon. quo præcipiebatur, verba intelligi debere ad literam
8 prout iacent. † attamen ratio abſurditatis euitandæ facit vt verba nõ cõciperent hunc caſum; & Bar. ſequitur Abb. in cap. ſolitę de maior. & obedien. Albert. de Roſa. in l. quamuis de in ius vocan. poſt Iac. Bu. Iaſ. in l. nõ dubiũ. C. de leg. ſub nu. 39. & plenius
9 Euerar. in loco ab abſurdo ſub. nu m. 4. ſic ẽt † dictio alius contra ſuam naturam eandem qualitatem nõ refert, quãdo ſi referret, aliquid abſurditatis reſultaret, vt ſcribit Cardi. in clem. ẽ. j. §. j. de iureiur. de illa propoſitione euangeliſtæ, crucifixus eſt CHRISTVS & alij duo latrones, quem refert & ſeq. Aurel. Dauid de verbo. ſignific. cap. 7. ſub nu. 12. & idẽ Cardi. in clem. j. in §. Vrbanus de reliq. & venera. ſan
10 cto. vbi inquit quod ſi † in reſcripto ſuo ſum. Pont. vocet Cardinales fratres, inde ſubijciat & alios prælatos,

latos, verbis illis & alios prælatos non cēsebitur fratres vocasse alios prælatos, quia absurda esset locutio ob æquationem quam faceret de alijs prælatis
11 Cardinalibus, pro cuius † dictionis pleniore tractatione videndum erit quod scribit Fely. in cap. sedes de rescrip. Ias. in l. quicunque C. qui admitt. sub nu. 2. & 3. & Dec. ibi sub nu. 15. aliàs enim regulater
12 vox † illa alius cum socijs importat similitudinē, & seu relationem similium qualitatum secundum glos. in l. si fugitiui C. de ser. fugitiu. glo. in l. quidam relegatus de reb. dub. in d. l. quicunque C. qui admi. glos. & Doct. in d. cap. sedes de rescrip. tex. in c. cum non ab homine de iudi. glos. in auth. sed neque C. de epis. & cler. & in cap. sacris de sepul. & Doct. pas
13 sim in locis suprà citat. sic etiam † ratione absurdi euitandi, voluit Bar. verba vltra propriam significationem trahi, & filiorum appellatione nepotes veni re, sic inquam uoluit Bart. in l. vxorem §. concubinæ de leg. 3. in l. liberorum infrà hoc tit. Alex. in consi. 80. col. pe. lib. j. & cons. 93. col. 3. lib. 3. Socy. in cons. 122. lib. 1. qua de re infrà nos latius disseremus in d.
14 l. liberorum inf. eod. sed & in edicto † prætoris quo in ius parentes vocari sine venia nequeunt; parentes non propriè tantum vsque ad tritauum, sed omnes in infinitum accipiemus. l. 4. §. j. de in ius vocan. sic
15 pariter † vbicunque verba legis ad absurdum trahi possunt partes iudicis sunt decreto rem temperare, quia tali casu non videtur hæc fuisse mens legis l.
16 scire §. aliud de excusat. tuto. & restringere † ad id quod est rationis l. 2. ubi est tex. notab. C. de noxal. actio. l. vt gradatim §. j. de muner. & honor. l. j. C. de Sacr. eccl. l. in prouinciali §. vltimo iuncta l. de pupil lo in prin. vbi omnes notant de op. no. nuntia. cum
17 passim † ratione absurditatis fugiendæ extensio restrictioque fiant, quæ aliàs non fierent, secundum glos. in clem. j. de electio. declar. Imol. in l. si verò §. de viro solut. matr. & Alex. refert consi. 216. colū. j. Bart. in l. ex facto §. vltimo ad Treb. deseruit à Soc. iun. scriptum in consi. 102. sub num. 36. vol. 3. & ab Andr. Tiraq. de legi. connub. glo. 5. sub nu. 124. sem
18 per † enim ita est intelligenda dispositio, ne aliquid resultet rationi contrarium l. vltima §. in computatione C. de iur. deliber. & ne mereatur à sapientibus reprehendi l. Saluius de leg. præstand.

SVMMARIVM.

1 *Ex verisimili disponentis mente discedi à propria uerborum significatione.*
2 *Verisimilē disponentis mentem varijs ex causis conijci*
3 *Verba directa ad obliqua trahi ex testatoris mente.*
4 *In fideicommissis eliciendis locum esse verisimilitudinibus, præsumptionibus ac coniecturis.*
5 *Vbi sunt coniecturæ mentis defuncti ibi improprijssimæ quoque verborum significationi locum esse.*
6 *Constituens Titium asinum suum ad agendum intelligitur constituere procuratorem.*
7 *L. si quis in fundi vocabulo quomodo intelligenda.*
8 *Dicens se constituere Titium dilapidatorem bonorū suorum intelligitur constituere voluisse dispensatorem, & executorem.*
9 *Constituens Titium procuratorem suum ad dissipandum, & perdendum rectè dici procuratorem constituisse.*
10 *In constitutione procuratoris vim non esse in nomine.*
11 *Relictum filio iure restitutionis intelligitur iure institutionis pro legitima relictum.*
12 *Vasallum suum sibi ipsi legans intelligitur remittere res vasallitij.*
13 *Legans Sempronio filium suum viuum & mortuum in vitatutorem illum ei post mortem substituere accipitur.*
14 *Paupertatem suam Titio relinquens de vniuersis eius facultatibus egisse creditur.*
15 *Intellectus l. tutores §. 1. de admin. tuto. & l. quod in rerum §. 1. de leg. 1.*
16 *Verbis standum esse quando alius casus salua ratione recti sermonis comprehendi non potest.*
17 *Sacerdotem qui in sacri lauacri mysterio dixerit baptizo te in nomine patria, filia, spirita sancta rectè christianum baptizasse credi.*

Verisimilem Testatoris mentem plerunque operari, vt impropria significatio propriæ præponatur.

CAP. IX.



1 Eptimus est casus quando de verisimili mente disponentis † cōstat contra proprietatem verborum vt pulchrè tradit Cæpol. in d. rubr. de verb. signi. sub nu. 22. vbi multa notanda congerit quę
2 verisimilis mens vel † ex consuetudine patrisfamilias, vel loci, in quo versatur potest deprehendi, itemque dignitate, charitate, necessitudine, ex his quæ præcedunt, vel deinde subsequuntur, & alijs quàm plurimis l. si seruus plurium de leg. j. & l. cum de lanionis §. asinam versicu. Pædius ait l. licet imperator de leg. j. l. Publius §. j. de condit. & demonstr. l. illud §. vlt. de iur. cod. Ale. & Ias. in l. 3. C. de lib. præter. l. Scæuola ad Sena. Trebel. l. verbis ciuilibus & ibi Bart. sub nu. 4. & alij de vul. & pup. & in l. precibus C. de impu. & aliis subst.
3 dum volunt † directa uerba ad obliqua trahi, si per coniecturas de verisimili testatoris mēte appareat, quod non nisi ex impropriatione fieri potest, & deseruit iste casus potissimè in materia fideicomissorum, in quibus eliciendis † est locus verisimilitudinibus, præsumptionibus, ac coniecturis, prout latius suprà disseruimus. conueniunt etiam quæ supdiximus in 2. casu de mente testatoris. Quinimò ubi
5 ad sunt † coniecturę verisimilitudinis mentis defuncti, inquit D. Alcia. d. lib. 2. de verbor. signific. sub num. 11. etiam impropriſsimæ fieri locus verborū significationi, & ideo dixit Hostiensis in cap. petitio de procura. cuius dictum ad hoc millies allegatur,
6 q̄ si † quis volens constituere procuratorē dixerit cō stituo Titium asinum meum ad agēdū cām meam, quamuis non nisi improprijssime verba illa possint importare procuratorium mandatum, nihilominus valere talem procuratoris cōstitutionem, quia con-

constat de intẽtione talis sic loquentis volẽtis procuratorẽ constituere & cum Host. sentiunt Bald. & Paul de Cast. in l. testamentum non ideo C. de testa. idem Bal. in l. neque col. vlt. C. de procurat. & in l. id quod pauperibus in princ. C. de epis. & Cle. Lud. Ro. in l. si quis mihi bona §. quid si mãdauit sub nu. 1. de acqu. hered. & ibidem quoque Aret. Ias. in l. à Titio sub nu. 3. & seq. de verb. oblig. & in l. si quis in
7 fundi vocabulo sub nu. 19. cum seq. vbi † communem esse scribent, sententiam affirmat; illamque ex professo aduersus nonnullos defendit qui putabãt per tex. in d. l. si quis in fundi vocabulo, quo decidi-tur errorẽ nominis appellatiui vitiare dispositionẽ, talem procuratoris constitutionem sustineri non posse; cui ipse notanter respondet in d. l. à Titio sub nu. 6. & in d. l. si quis in fundi vocabulo colum. 3. fa
8 cit † insuper quod scripsit Bald. in d. l. id quod pauperibus q. j. ubi vult quòd si quis volens constituere executorem & dispensatorem bonorum suorum dixit, constituo illum dilapidatorem bonorum meorum, ex verisimili eius mente cum impropriſsima verborum significatione, non obstante illa ineptitudine expressionis, intelligitur ille datus, esse execu-
9 tor, eiusdem † est generis quod tradidit Bald. in l. filiusfam. de donat. vbi ait constitutionem procuratoris valere quæ hoc modo facta sit, constituo Titium procuratorem meum ad dissipandum & per-
10 dendum, & ratio prædictorum est † quia in constitutione procuratoris uis non est in nomine d. cap. petitio de procurat. l. j. §. quibus, quod cuiusque vniuersita. nomi. Abb. in cap. pertractandi colũ. 2. de iuram. cal. Ias. in d. l. si quis in fundi vocabulo sub
11 nu. 24. ad fin. cum seq. Hisce affine est † quod proditum est à Bald. in l. cum ante. C. de donatio. ante nupt. in casu valde notando, vbi asserit quòd licet paternum testamentum, in quo aliquid relictũ non esse reperiatur filio titu. institutionis honorabili, sit nullum, auth. nouissima vbi Bar. & alij notant C. de inoff. testam. nihilominus si crassioris Mineruæ Not. conficiens prædictum testamentum dixerit, patrem filio relinquere iure restitutionis, non tamen vitiabitur testamentum, sed ex impropriſsima significatione verbum restitutionis importabit institutionem, seq. Ias. in d. l. a Titio. colum. vlt. sub num. 4. vbi alia profert exempla, quòd & copiosius facit in d. l. si quis in fundi vocabulo. col. 2. & 3.
12 eiusdem † rationis sunt quæ prosequitur D. Alciat. d. lib. 2. de verb. signif. sub num 12. & sequen. ueluti cum quis clientelę ius vasallo suo remittere uolens uulgo uasalitium vocant, clientulum, seu uasallum suum sibi ipsi legat. l. cætera. §. qui ab hostibus cum
13 ibi not. de leg. 1. sic & † qui filium suum viuum, & mortuum Sempronio se legare protestatur ex illa impropriſsima significatione Sempronium filio in uita tutorem constituere intelligitur, post mortem uerò uoluisse illum ei substituere. Socin. in l.
14 qui duos, de reb. dub. ita † et uir locuples qui pupertatem suam Titio relinquere se dixerit, de uniuersis facultatibus in illum disponere uoluisse exaudiendus erit l. Lucius. §. hæredum, ad Trebellia. & quamuis Aret. in d. l. a Titio, de uerbo. oblig. & Ias. in d. l. quoties, eod. tit. putauerint huic impropriſsimæ significationi ob verisimilem dispositionis mẽtem locum esse non posse per l. tutores. §. 1. de administr. tut. & l. quod in rerum. §. 1. de leg. 1. Nihilominus respondet D. Alciat. d. li. 2. de verb. significa.
15 sub num. 13. quod † in dictis iuribus non aderat cõiectura uoluntatis defuncti, vel error in aperto erat ut in d. l. iiij. de leg. 1. ut meritò aliud constituendũ
16 necessariò fuerit. Nam etsi uerbis utamur † quæ sana ratione recti sermonis alium casum non comprehendunt, dubium non est illis standum esse. l. Plautius, de aur. & argen. legat. quia credendũ non est quemquã nisi salua ratione recti congruiq; sermonis loqui voluisse, l. ult. ad Trebell. si tamen alia mens appareat, ea prævalere debet, præsertim cum de rustici hominis bonarumq; artium imperiti interpretanda voluntate agitur. Nam & saeerdos qui
17 † in lauacri mysterio dixerat, Baptizo te in nomine patria, filia, & spiritua sancta, Christianum rectè baptizasse existimatus est, cap. retulerunt, de cõsecrat. distinct. 4. quod tamen declarandum est sic per sum. Ang. in uer. Baptismus 3. sub num. 15. ut procedat, quando, circunscripta omni malitia, id contingit, vel ex infirmitate, vel ex ignorantia linguæ; quia tunc sustinetur Baptismus, cum error syllabæ non vitiat l. qui habebat seruum de ma. testa. & sequuntur hanc sententiam Scot. diuus Bonauẽ. & diuus Thomas in 3. distinct. 4. senten.

SVMMARIVM.

1 *Verba vsitata esse quæ versantur in sermone, & consuetudine.*
2 *Noua, seu innouata uerba esse ea, quę nos ipsi facimus, vel a nobis ipsis gignuntur.*
3 *Prisca verba sunt vetusta, & ab vsu quotidiani sermonis intermissa.*
4 *Pulchrum, & ridiculum exemplum allatum de quodam Grammatico qui utebatur uerbis priscis, & absoletis.*
5 *Epistolę quam transmisit Grammaticus ad ueterinarium verba.*
6 *Literatorem condemnatum fuisse quod ignorabili sermone vsus fuisset.*
7 *Sermone vtendum esse qui intelligi possit ab eo ad quem literæ dantur.*
8 *Romanum hominem qui ad græcum scribat, non latinè, sed græcè conceptis literis vti debere.*
9 *Verbis vbinimis absoletis exulcatisque, aut insolentibus, nouitatisque duræ par esse delictum.*
10 *Viuendum moribus præteritis, & vtendum esse verbis præsentibus.*
11 *Verbum inauditum, atque insolens, tanquam scopulum fugiendum esse.*
12 *Tuberonis libros parum gratos fuisse quod sermone antiquo versus affectauerit scribere.*
13 *Qui infectentur antiquarios qui prisca atque absoleta uerba quasi ab orco reuocant.*
14 *Declarari l. Pleutius, de aur. & argen. legat. & l. si ita de testam. tute.*

Mundum

15 *Mundum neutro genere etiam apud antiquos dictum fuisse.*
16 *Veteres datiuum uocis filiarum non filiabus sed filijs dixisse.*
17 *Verbis priscis uel ornatus gratia vel parce vtendum esse.*
18 *Verba ab antiquitate repetita non solum magnos assectores habere, sed etiam orationi maiestatem asferre.*
19 *Angeli Politani sententia de vsu verborum periscarum.*
20 *Difficultatem nasci; ex auctorum contradictione circa usum priscorum verborum.*
21 *Quomodo conciliandæ sint in hac controuersia dissidentes veterum sententiæ.*
22 *Lucem ac claritatem appetendam esse in cuiusque loquentis oratione.*
23 *Verbis priscis vtendum non esse, quando obscurum aut non intelligibilem faciunt sermonem.*
24 *Vsum verborum periscorum reijci, & contra proferentem interpretari.*
25 *Intellectus tex. in l. secunda, §. post hos in fin. de origin. iur.*
26 *In dubio præsumi loquentem verbis idoneis ac vsitatis vsum fuisse.*

An verborum significatio recipienda sit quæ ex aula recesserit uel absoluta sit.

CAP. X.

SEd oportunè hic quærendum est, quid si aliquis uerbis usus est quę ex absoleta antiquorum obseruatione sustineri in propria ac significante oratione possint, an tunc sermo ille pro idoneo habẽdus sit? Pro cuius quæstionis pleniore cognitione in primis præmittendum esse opinor, quæ sint uerba usitata quæ noua, & quæ prisca, atq; absoleta. Verba vsitata, vt
1 scribit Cic. li. 4. Rheto. † sunt, quæ uersantur in sermone & consuetudine quotidiana, Noua autem vel innouata uerba secundum eundem Cicero. li-
2 bro tertio, de orato. † dicuntur quę nos ipsi facimus, seu quæ à nobis ipsis fiunt uel gignuntur. prisca ve-
3 ro † atque absoleta uerba, ut idem Cice. loco superius adducto auctor est, dicuntur uetusta & ab vsu quotidiani sermonis intermissa, & ita prædictis authoritatibus motus tradit Aurel. Dauid de verbo. significatio. cap. quinto, sub numero primo & secundo, ac septimo & octauo. Hisce ita prænuntiatis, dico modo pro istius quæstionis resolutione, proponi per pulchrum ac ridiculum Grammatici cuiuspiam hac in re non postremum nominis
4 exemplum † à Dom. Alciat. dicto libro secundo, de verborum significatio. sub nume. 14. is fuit ni fallor Baptista Egnatius, cuius qui extant commentarij, docent, istis verborum fętoribus illum penitus fuisse immersum. is enim cum Mediolano Bononiam esset iturus, equumque à veterinario certa indies constituta mercede cõduxisset, remisso equo per literas Veterinarium certiorem fecit, vt in tale diuersorium iret, equum suum accepturus; Veterinarius non iuerat quod chirografum non intellexisse assereret, integramque lapsi temporis mercedem
5 petabat: eius epistole verba hæc erant, † Pegasus qui me tollutim succussit, apud campanæ peluis copam erit, inde petito, phoretrumque ex eo tempore præcidito. cum uerò quæsitum esset, uter æquiorem causam haberet, refert idem Dom. Alciat. earum consensu qui de re pecuniaria ius dice-
6 bant, † placuisse literatorem condennari, qui ignorabili huiusmodi sermonę vti non debuit. cum traditum sit eum qui ad aliquem scribit, tali idiomate
7 uti eũ oportere, † qđ intelligi ab eo ad quẽ lrę dãtur posse. §. alienationis in auth. de nõ alie. alioq; huius modi testationes damnũ ei nullũ iferre. Propterea
8 que Romanum hominem † qui ad græcum scribat, non latinè sed græcè conceptis literis uti debere, l. prima, de excusatio. tuto. cuius sententiam
9 ego reor. verisimam esse. Quia ut scripsit † Aul. Gell. lib. nocti. Attica. 11. capitulo septimo, verbis uti aut nimis absoletis excultatisque aut insolentibus, nouitatisque duræ, & illepidæ, par es-
10 se delictum videtur, & propterea † Phauorinus Philosophus, ut refert idem Gell. libr. nocti. Att. primo, cap. 10. Adolescenti veterum uerborum cupidissimo & plerasque uoces nimis priscas & ignotissimas in quotidianis, communibusque sermonibus expromenti Curius inquit & Fabritius & Corrumcanus antiquissimi viri nostri, & his antiquiores Horatij illi tergimini, planè ac dilucide cum suis fabulati sunt, neque aurumcorũ, aut sicanorũ aut pelasgorum, qui primi incoluisse Italiam dicũtur, sed ætatis suæ uerbis locuti sunt; Tu autem perinde quasi cum matre euandri nunc loquare, sermone ab hinc multis annis iam desito uteris, quod scire atque intelligere neminem uis quæ dicas. Nonne homo inepte ut quod uis abunde consequaris taceres? sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta & sobria sit; uiue ergo moribus præteritis, loquere uerbis præsentibus: ideoque C. Cæ-
11 sar † excellentis ingenij atque prudentiæ vir, in primo de anologia libro scriptum reliquit, habe semper in memoria atque in pectore. ut tanquam scopulum sic fugias inauditum atq; insolens uerbum. Pompon. iurisconsul. in l. secunda, de origin. iur. an-
12 te §. post hunc & Tubero, † inquit, doctissimus quidem habitus est iuris publici ac priuati, & complures utriusque operis libros reliquit; sermone tamen antiquo uersus affectauit scribere, & ideo parum eius libri grati habentur, ex quo textu istius quoque sententiæ confirmationem colligunt. Vdalricus Zas. & Hieron. Cagnol. qui multa quoque in huiusmodi sententiam congerunt; fœ-
13 tentesque † hosce atque olentes antiquarios, qui prisca illa & absoleta uerba, quasi ab orco reuocant, insectantur. Quod facit & Aurel. Dauid de verborum significatione, capitulo quinto, sub
num.

nu. 19. cum seq. Mihi tamen inter cætera videntur
hanc sententiam maximè probare duo illa iura ad
14 hoc perpensa à D. Alc. lo. s. relato † tex. scilicet in l.
Plautius de aur. & arg. leg. & tex. in l. si quis ita de
testam. tut. in quorum priore cum testator dixisset
quisquis mihi h ̄res erit, Titiæ vestem meam, mun
dū, ornamentaq; mulebria damnas esto dare, Cas-
sius, inquit Paulus ait omnem vestē secundū verba
testamēti, legata videri idem Iabolenus scribit, qa
verisimile est, inquit, testatorem tantum ornamēto
mulebrium accōmodasset. Accedere eo q̄ illa demon-
stratio muliebria neq; vesti neq; mundo applicari
15 salua ratione recti sermonis potest. & tamē † ex No
nio Marcello constat mūdū ēt neutro genere vete-
res dixisse, vt in illo Lucilij, legauit quidam vxori
mundum oē in posteriore autem dubitat Vlpianus
an is qui filijs tutores dederit filiabus dedisse uide
tur, & concludit videri quia filiorum appellatione
16 ēt fœminæ continentur. & tamen † certum est vete-
teres datiuum filiæ casum non filiabus, sed filijs, di-
xisse, ut Nevij, Plautiq; exemplis Priscianus ostēdit,
vt appareat non ex eo quod masculinum cōcipiat
fœmininum, sed ex proprietate sermonis Vlpiani
sn̄a, potuisse defendi nisi ille absoletā veterum de-
clinationem neglexisset; vt & cæteri iurisconsulti,
quibus affectatus is loquendi modus in libris Tu-
beronis nunquā probatus fuit, vt supra retulimus,
ex tex. in l. 2. §. post hos ad fi. ante vers. post hunc de
17 origin. iur. Est verum † q̄ aduersus hactenus con
stitutā opinionem, videntur non leuiter refragari q̄
mox subijcientur; Cicero enim non prorsus reijcit
priscorum verborum vsum, sed vel ornatus gratia,
vel parcè illis vtendum esse ait; Nam de oratore, Ne
que tamen, inquit, vtendum est ijs verbis quibus iā
consuetudo nostra non vtitur, nisi quandoque orna
tus cā. & idē Cicero in Brun. inusitata, inquit, & pri
sca sunt in proprijs, nisi quod rarò vtimur. Fab. au-
18 tem Quintil. lib. 1. orato. instit. † verba, inquit, à vetu
state repetita, non solum magnos assertores habēt,
sed etiā afferunt orationi maiestatem, nam & aucto
ritatem antiquitatis habēt, & quia intermissa sunt,
gratiam nouitati similem parent; sed opus est mo-
do. Refert etiam Cagn. in d. l. 2. vers. fuit eodem tē-
19 pore, sub nu. 154. † Angel. Politianum in quadā epi
stola scriptum reliquisse, præceptum illud Cæsa-
ris de euitando verbo inusitato tanq̄ scopulo, s. re-
latū, magis illo seculo valuisse, quo latinè adhuc oēs
loquebantur, q̄ nostro; iure enim tunc poterat ar-
gui qui parum contentus foret ætatis suæ vocabu-
lis, nunc autē vulgò latinus sermo nescitur, nec à nu
tricibus iam, sed ā magistris discitur, à quibus nulla
magis haberi verba & recepta, & vsitata debent q̄
quæ de veteribus illis magnorum auctorum thesau
20 ris proferuntur. Quamobrem † cum tot talesq; lati-
næ linguæ proceres & improprijs esse, & si modera
to vsu sint, splendorem ac maiestatē orationi affer
re prisca & inusitata verba testentur; non leuem pa
titur obicem, quam supra defendimus assertio, qua
propositū est priscę atq; inusitatæ, vel antiquæ ver-
borum significationi locum esse non oportere.

21 Sed possunt hæc omnia vno verbo resolui † vide-
licet q̄ hactenus recensuimus aduersus s. relatā opi
nionē locū habent, qñ apertè ac liquido constat, lo-
quētē cū iudicio, & p orationis ornatu voluisse ali
quo prisco atq; inusitato verbo vti, & sic intelligen-
da est Ciceronis, Fabij, & Politiani assevueratio. quia
tūc, cū antiqua verba ac deposita nō officiant intel-
lectui orationis ipsius loquētis, sed maiorem afferāt
22 lucem ac claritate, † q̄ maximè appetenda est in cu-
iusq; loquentis oratione l. sed & si pupillus §. 1. ver.
proscribere de instit. actio. iuncta l. 1. de ijs q̄ in test.
delent. §. legi. l. j. §. vlt. & ibi gl. & doct. de ver. obl. cū
sim. infra citandis, non pōt illorū vsus dici reproba-
23 tus, cōtraria † verò opinio sit vera, qñ vsus illorū ver
borū ac nō intellibibilem redderet loquētis sermo-
nē, qualis ille fuit deridendi illius s. relati grāmatici
ac iuuenis a Phauorino philosopho reprehēso per
ea quæ habētur in l. j. §. vlt. de ver. obl. vbi gl. & doc.
notant per illum tex. in l. iudices. C. de sen. & inter.
omn. iud. in §. j. instit. de ver. obl. in ver. vtrū, in l. de-
creta de re iu. & in d. l. sed & si pupillus §. proscribe-
24 re de instit. actio. † tunc enim vsus ille reijcitur &
cōtra proferentem interpretatur l. veterib. de pac.
vbi notant gl. & doc. l. quicquid adstringēdę, de ver.
obl. l. stipulatio ista §. in stipulationibus eo. tit. cum
sim. faciunt trad. a Bar. ac Soc. & alijs in l. in ambi-
25 guo de reb. dub. & in istis † terminis procedit tex. in
d. l. 2. §. post hos in fi. de orig. iur. vel quādo essemus
26 in dubio † tunc enim præsumimus loquētem verbis
idoneis ac vsitatis usum fuisse, & ita procedat d. l.
Plautius de au. & ar. leg. & d. l. si qs ita de test. tu. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ex his quæ dicta sunt in verbis priscis, depositis, atque inusitatis, facile resolui posse, quæ dici oporteat in verbis obscuris & ambiguis.*
2 *Ambigua verba secundum D. Alciatum ab obscuris differre, sed eam sententiam à Recentio. impugnari.*
3 *Ciceronis loci in materia ambigui.*
4 *Ambigua & obscura verba eadem esse secundū Scquium.*
5 *Chrysippum omne verbum fore ambiguum credidisse.*
6 *Diodorum cui chrono cognomentum fuit è contra sensisse nullum verbum esse ambiguum.*
7 *Accursium sentire obscuritatem versari circa dictionem ambiguitatem circa orationem. nu. 8.*
9 *Ambiguitatem pro obscuritate plerunq; poni, & è cōtra.*
10 *In generalitate atq; alternatione magis incertitudinē inesse, quàm obscuritatem vel ambiguitatem.*
11 *Obscuritatē dici posse quando non constat de significato, ambiguitatē quādo multiplex est significatū. ex Baldo.*
12 *Obscuritatē esse ī dictione, ambiguitatē ī oratiōe ex Alberico. Et incertitudinē ī generalitate, uel alternatiōe. ib.*
13 *Raphaelis Fulgosii sn̄a de obscuritate ac incertitudine.*
14 *Ambiguum sermonem iura quandoque appellare ob generalem incertitudinem.*
15 *Rei incertitudine plerunque obscuritatem oriri.*
16 *Verbi natura ac ius vbi plura significat & plura inducuntur in dispositione ibi oritur obscuritas.*
17 *Verbum vbi ex proprietate plura significat & testator denuo sensit ibi oritur ambiguitas.*
18 *Eorum esse veriorem opinionem, qui nullum putarunt*

esse discrimen inter ambiguum, obscurum vel dubium. Non dari obscurum, quin detur ambiguum & dubiũ & è contra. Pluresque iuris locos ea in materia ꝑpẽdi. ibi.

20 *Dictionem, vel, exponi pro idest.*

21 *In materia verborum significationis verba & dictiones non considerari per se.*

22 *Obscuritatẽ in dictionib. esse non posse sine ambiguitate.*

23 *Eadem esse quæ eadem sunt substantia.*

24 *Ab obscuris vel ambiguis verbis in omni dispositione abstinendum esse.*

25 *In legibus communibus ac municipalibus oportere verba esse perspicua ac clara.*

26 *Obscuram legem, vel constitutionem ad causarum decisionem adduci non posse.*

27 *Obscuri iuris probabilem esse ignorantiam.*

Quid censendum sit de illa verborum significatione quæ proficiscitur ex verbis obscuris & ambiguis.

CAP. XI.

EX his quæ in proxima præcedẽti quæstione resoluimus de verbis priscis, depositis atque inusitatis, †potest facile constitui quid in obscuris atq; ambiguis sit censendum, D. Alcia in l. ne pos proculo infra eo. putat †ambigua verba ab obscuris differre; Quòd ambigua dicantur, quæ in ambas partes agi possunt, obscura quæ in quamplures sed hanc differẽtiã dicit Aurel. Dauid de ver. sig. c. 5. sub nu. 10. confundi per tex. in l. 3. de reb. dub. vbi Paulus ait in ambiguo sermone non vtrunque dicimus, sed id duntaxat quod volumus, itaque qui aliud dicit q̃ vult, neq; id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id quod vult, quia non loquitur. item †ex illa auctoritate Cicero. de oratore ad Brutum, in qua; Nam si quando inquit aliud in sniã videtur esse aliud in verbis, genus est quoddã ambigui quod ex præterito verbo fieri solet, in quo quod est ambiguorũ propriũ, res duas significari videmus, & in lib. 1. Rhetor. ad Heren. vbi ambiguum ait est scriptũ, quod in duas plures vè sententias trahi possit. Vnde is resedit in ea sententia, quam proposuit sub nu. 9. †vt obscura & ambigua verba eadem sint, eaq̃ esse dicantur q̃ plura significant, seu quæ in plures sententias trahi possint, ex Gellio lib. 11. noct. attica. cap. 12. qui refert Chrysippum dixisse † omne verbum sui natura ambiguum esse, qđ ex eodẽ dicto, aut oratione plura accipi possunt. Diodorũ verò cui chrono cognomentũ fuit, è contra sensisse †nullũ verbũ esse ambiguũ, nec quemq̃ ambiguũ dicere aut sentire, & huius sniæ fuisse Odoffr. in l. veterib. de pac. per discursum. 1. col. & Bal. in vlt. nota. dũ inquit, itẽ notatur aliquod esse obscurum vel ambiguũ dici quinq; modis. Sed Accursius in d. l. veteribus in ver. obscuram aliter nodũ hũc resoluit; Quidã †enim, inquit, dicũt ꝙ obscuritas & ambiguitas idem est; Tu dic ꝙ vertitur obscuritas circa dictionẽ aliquã ex eo ꝙ multipliciter intelligi põt, vt infra de iur. fisci l. ita fidei in fi. 1. respon. & ita ex generalitate fit. fit etiam ex alternatione obscuritas, vt infra de iniur. l. prætor. §. quod autem. Sed †ambiguitas est circa orationem, vt hic Aio & Aacida Romanos vincere posse, sic & infra de ijs q̃ not. infam. l. vxores, & infra de bon. liber. l. si ex modica in fi. 1. respon. sed è contra plerunq; vnum pro altero ponitur †nam in verbo vno quandoq; reperitur ambiguitas vt ff. de petit. hær. l. vtrũ & infra de reb. dub. l. vbi, & infra de verb. sign. l. nepos proculo. & hãc gl. traditionẽ sequitur Bar. ibi in prin. eo excepto ꝙ in generalitate & alternatione non obscuritatem, sed magis incertitudinem inesse credidit, cui sententiæ accedit quoque Paul. Cast. †volens vt obscuritas sit in dictione, ambiguitas in oratione, incertitudo in obligatione generis vel alternatiuę, nec dissentit Bal. secundum aliquos quamuis aliud diligẽtius intuenti velle videatur, vt supra dictum est, qui in secunda lect. in princ. ait, ꝙ †obscuritas dici etiam possit, quãdo nõ constat de significato. Ambiguitas verò quando multiplex est significatum, eadem quoque glos. assertionem recipit ibi Alberic. de Rosat. †qui coniungẽdo dictum glo. cum declaratione quam facit Bar. & quam sentit fuisse antiquorum ante Iac. de Rauen. ad euidẽtiam ipsius l. præmittẽdum esse ait, ꝙ obscuritas est in dictione, & parit æquiuocationem; Ambiguitas est in oratione & parit amphibologiã. incertitudo est ex alternatione, & ex generalitate. Raphael autẽ Fulgos. in †d. l. veteribus sub nu. 2. ait quod scribunt Bar. Castr. & Alberic. de incertitudine, modici esse momenti quia parum differt incertitudo ob obscuritate, quandoquidem in generalibus orationibus incertitudinem & obscuritatem inesse nemo sit qui nesciat, vt l. cum Stichus infra de solutio. & maximè in iudicijs, si debuit clarè loqui & potuit certissimè loqui, & locutus est sub alternatione, & ita loquitur l. prætor hic alleg. & ideo fit interpretatio pro reo contra creditorem, quia electionem damus debitori, & non creditori, vt l. cum his de cond. indeb. & l. pleruuq; §. fi. de iur. dot. hactenus Raphael Fulgos. Bar. verò Soc. in l. in ambiguo de reb. dub. sub nu. 1. & 2. sic ait. †Aliquando iura appellant sermonem ambiguum quando causatur incertitudo generalis veluti dicendo fundum, tunc enim I. C. *dicit legatum esse obscurũ* l. ita fidei in fi. de iur. fisci. Aliquãdo & secundo causatur ambiguitas †propter incertitudinẽ rei relictæ non à propria verbi significatione, puta quando dico lego Stichũ, quia tunc de uno sensit, licet plures accipi possint, & ita loquitur tex. in l. vbi de reb. dub. & est casus in princ. d. l. in ambiguo in prin. secundũ intellectum gl. sed videtur attenta auctoritate prædicta magis esse oratio obscura quã ambigua, differunt enim hæc inter se ambiguum & obscurũ, vt est casus in l. veteribus de pac. dũ dixit obscuram vel ambiguam, cũ dictio, vel, soleat apponi inter diuersa, iuxta nota. in rubr. de iur. & fact. ignor. Aliquando †& tertio ambiguitas causatur, quia de proprietate verbum plura significat, & plura inducuntur in dispositione, & propriũ esse dicitur verbum ambiguum secundum prædictam

ctam aũctoritatem, vt est bonus textus qui hoc probat in l. si seruituus der ser vrban. prædio. Aliquãdo
17 †quarto & vltimo causatur hæc ambiguitas, quia de proprietate verbum plura significat, sed tamen testator de vno sensit, & tunc iura appellant verbũ ambiguum, vt est casus in l. nepos Proculo. §. primo infra de verb. sign. & est tex. secundum intellectum quem tibi declarabo in glos. sed tamen attenta auctoritate prædicta magis deberet dici obscurum. & hæc videntur magis procedere q̃ ea quæ dicit gl. in d. l. veteribns super quibus cogitabis hactenus Soc.

Ego tamen in hac difficultate, crederem verioꝛẽ
18 esse illorum opinionem †qui arbitrati sunt, nullum esse discrimen inter obscurum & ambiguum vel dubium, nec rursus datur ambiguum & dubiũ quod non sit obscurum, vt de hoc videtur in indiuiduo
19 esse tex. in l. si legatario in fin. in illis verbis; †ne dubium & obscurum esset cuius libertus foret, Prętorem pronuntiare debere, sic etiam videtur probare tex. in d. l. ita fidei ad fi. de iur. fisc. dũ dicitur. cũ diuersitas rerum obscurum faciat legatum, ibi enim & obscuritas ad vniuersam legati dispositionẽ refertur, cum tamen gl. & alij supra relati dixerint obscuritatem ad solam dictionem referendam esse, & clarior est etiam de hoc tex. in d. l. veteribus de pac. in illis verbis pactionem obscuram vel ambiguam quorũ vtrunq; cum eadem significãdi potestate ad pactionem refertur, vt per gl. & doct. in l. ad protegendum. C. de in litem dan. tuto. & per Ang. in rub.
20 de except. post princ. inter iuris elementa & est †in terminis illius dictionis vel glos. summe notab. in rubr. si ag. vectig. vel emphyt. esse dicatur, quæ inductio resoluit ponderationem quam fecit Bar. Soci. in d. l. in ambiguo col. 2. sub num. 20. de reb. dub. põderãdo diuersitatem importatam per dictionẽ illã vel, quam nos dicimus reduci ad solam diuersitatẽ soni verborum per supradicta.

21 Præterea considero †quòd cum supra ostenderimus quãtum ad materiã verborum significationis, verba & dictiones non considerari per se, verũ put in oratione coniuncta copulataq; essent ad ipsam orationem afficiendam, pro exprimenda mentis nostrę meditatione, quapropter siue consideremus dictiones in oratione, vel orationem cũ dictionibus,
22 semper verum erit †obscuritatem in dictionibus nõ posse esse sine ambiguitate in oratione, sine obscuritate in dictionibus, & sic semper eadem erunt cũ
23 †eadem eorum sit substantia Bal. in l. non possunt de legi. Euerar. in lo. a simili sub nu. 5. quibus ita se habentibus vt in priscis atq; absoletis verbis supra
24 fecimus constituenda erit † conclusio, ab obscuris vel ambiguis verbis in omni dispositione abstinendum esse Nam in legibus cõibus & municipalibus
25 pro reg. traditum est †verba oportere perspicua esse ac clara, auct. de testa. imperfec. §. nos oĩa igitur & 4. dist. cap. erit autem lex, & d. l. sed & si pupillus. §. proscribere de instit. actio. cum simil. supra deduc.
26 qua ratione nonnullis visum est †obscuram legem, vel constitutionem, ad causarũ decisionem adduci non posse, vt tradunt Bar. Imol. & Ro. in l. cum pro-
27 batis de re iudic. item obscuri iuris †probabilẽ esse ignorantiam, Cardi. in cle. fin. q. 4. de reg. & in cle. 1. §. sanè oppo. 3. de vsur.

SVMMARIVM.

1 *Opiniones Doctorum vbi sunt super aliquo passu tunc si iudex vnam ex ijs elegerit quamuis malam, sententiã non esse nullam.*
Opiniones Doctorum facere rem ambiguam ibi.
2 *Bar. opinionem in §. duo fratres sub num. 32. esse communiter approbatam.*
3 *Iudicem qui ex pluribus vnã eligat, quamuis malam vbi conflictus est opinionum nec sententiam nullam dicere, nec litem suam facere.*
4 *Iudicem in materia l. dos à patre excusari.*
5 *Et in articulo glos. in l. Lucius de hæred. instit.*
6 *Fallit vbi appareat de veritate communis opinionis.*
7 *De communi opinione vbi constat in dubio ab illa non esse recedendum.*
8 *Iudicem qui contra communem opinionem iudicat facere litem suam.*
9 *Pœnam iudicis contra communem sententiam iudicantis arbitrariam esse syndicatori, vel iudici qui in illa causa iudicare debet.*
10 *Iudicem qui propter imperitiã, vel imprudentiã, iudicauerit condemnandum esse ad resarcienda damna parti læsæ, quatenus is facere possit.*
11 *Iudicem qui dolo, vel culpa contra communem sententiam iudicauerit insolidum teneri.*
12 *A communi opinione recedendum non esse, etiam si non habeat casum legis.*
13 *Sententiam contra communem opinionem latam mero iure tenere.*
14 *Si tamen opinio contra communem sententiam sit validis firmata fundamentis.*
15 *Opinioni contra communem posse iudicem inhærere quãdo bonis rationibus defendi posset.*
16 *In constitutionibus Pontificijs obscura vel ambigua verba eminus ablegari.*
17 *Obscuram testatoris dispositionem pro nõ scripta haberi.*
18 *In contractibus que idem obtinere.*
19 *Et in iudicijs.*
20 *Obscurè factæ positioni, non teneri interrogatum respondere.*
21 *In vsu forensi obtinuisse, vt aduersus positiones opponatur illas esse vagas, incertas, dubias ac generales.*
22 *Responsionem obscurè factam positioni non releuare respondentem.*

Quando super aliquo articulo sunt opiniones Doctorum hincinde an iudex faciat litem suam qui secundum hanc vel illam opinionem iudicauit.

CAP. XII.



1 TIdeo Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 3. sub num. 9. de verb. obligat, ait, quòd †quando super aliquo passu sunt opiniones Doctorum tunc si iudex eligat vnã ex prædictis opinionibus quamuis malam, non est sentẽtia nul-

la d.l.cum prolatis de re iudi. Quia opiniones Doctorum faciunt rem ambiguam, vt nota. supra de legi.l.non possunt & C.de legi.l.cum nouo.& nota. in prima constit. C. in §. quibus in glos. super ver. certas, quam sententiam Bartol. multi probant quos refert Rip. in d. §.duo fratres sub num. 32. &
2 est magis communiter approbata, vt testatur ibi Soci. iun. sub num.74. & absque dubio in se est vera,quia vbi conflictus est opinionum iuris interpre
3 tum super aliquo articulo,† tunc nec sententia est ipso iure nulla, nec iudex qui ita iudicauit facit litem suam,vt voluit Alexan. in consi.66.col.fin.sub num.6. lib. 5. in ardua illa quæstione compromissi quam disputant Bartol. & docto. in d. §. duo fratres. glos. in ver. certas,not. in cap. cum Bertoldus de re iudi.Fely.in cap.1.de constit.Bart.in l.in ambiguo de reb.dub.& in l.1. C.de erro.aduocat.Bar. in l.de eo.C.de pœn.iudi.qui mal.iudi. Bal.in l.obseruare §.proficisci in 30.q de offic. proconsi. Imol. in l.j.ad fin.de appellatio.Bal.in cap.1.§.iudicis sub
4 num.4.de pac. tenen. ad fin.volum.5. Aliud†ponit exemplum Soci. iun. ibi super eo quod disputant glos.& Doct.in l.dos à patre. C. sol.matr. vel etiam
5 †in illo articulo glos.l.Lucius secunda.de hæredib. instit. an filij in conditione positi censeantur esse vocati, de qua per Bartol. & doct. in l.centurio de vulg.& pupil.in l.hæredes mei §. cum ita, ad Senat. Trebell.& in l.j. C. de pact. & an eo ipso quòd sunt grauati dicantur esse vocati: cum multis simil. Quod tamen intelligendum est verum esse, nisi ap-
6 pareret de veritate communis opinionis, † ideſt quæ nam ex dictis pluribus opinionibus esset communis: ita declarat in d.consi.66.sub num.6. Alex. & nouissimè Menoc.de Arbitr. iudi.lib.2.ca. 349. sub num.19. vbi disertè per capitis illius discursum materiam hanc explicat. & Ant. c.ad Angel. in titu.de obligat. quæ ex quas. delic. in insti. sub numero 4.& est de mente aliorum supra citatorum, in locis proxime allegatis. & habet hæc declaratio
7 rationem, quia vbi constat†de communi opinione non est in dubio ab illa recedendum l.1.§. sanè crebrior,vbi Bald.not.de offic.quæsto. Felyn.in cap.1. col.penult. versic. nono fallit, de constit. vbi Abb. & omnes tradunt Deci. in consil.131.reuocatur in vltimis verbis, copiosè Catellia. cot. in memor. in ver.opinio communis,omnes in cap.ne innitaris de
8 constitutio. & iudex† qui contra communem opinionem iudicat facit litem suam, quia imperitè facit qui contra crebriorem interpretum sententiam iudicat Alex.in consi.95.col.penul.lib.2.cum loc.su
9 pra citat.pœna tamen est † arbitraria syndicatori vel iudici, qui illa in causa debet iudicare, vt not. Ang. per illum tex. instit. de obligat. quæ ex quas. delic.vbi diffusè hanc rem attingit. l.vlt. de vari. & extraordina.cognitio.not.Bal.in cap. 1. §. iudices, sub num.1. de pace tenen.Menoch.d.consilio 339. sub numero 4. vbi ex dictis scribentium in hac ma-
10 teria notanter concludit † quod si propter imperitiam vel imprudentiam iudex pronunciauerit, sicque litem suam fecerit, iudicis arbitrium versari debebit,in condemnando eum, qui sic imperitè iudicauerit ad resarcienda damna parti læsæ, quatenus is facere poterit secundum glos.in d.l.vlti.de var.& extraordin.cognitio. Bart.in sua quæst.9.index per imperitiam colum. vlt. Bald. in dict. cap.1. §. iudices sub numero primo. & ibi Aflict. de pac.
11 tenen.ex text. l. si iudex de iudi. si autem†dolosè sic perperam iudicauerit, vel ex lata culpa quæ dolo comparatur, l. quod Nerua vbi Bartol. depo.& l. latæ,de verborum significat. insolidum teneatur secundum Alexan.in l.4.§.quando in fin.de damn. infec. Deci. in l. tertia.§.hæc autem verba sub numero tertio.quod quisque iur. Boss. in titu.de officiali.corrupt. pecun.sub num.23.

Quæ autem diximus de communi opinione, lo-
12 cum habent etiam si † communis opinio nullum haberet casum legis, vt declarat Antonius Caius iam cita.ad Angel. sub numero quarto. versicu. & hæc procedunt, qui dicit ita probare scrib.in l.1.
13 si cert.pet.mero tamen †iure sententia lata contra communem tenet,vt scribit Ripa post Imol.in d.§. duo fratres sub numero 33. & post Felyn. in dicto cap.1.de constitutio. Qui insuper cum Iaf. in dict.l. cum prælatis de re iudic. attestatur ita communi-
14 ter teneri. Sed hac † in re ego facile manum darem Bologneto, in d.§. duo fratres qui sub numero 94. credit prædictam opinionem veram esse, quando opinio contra communem esset multum valida, vel clarè esset in iure recepta per tex. in §. pri. instit. in illis verbis secundum Attilicini sententiam cui sententiæ quadrant quod scripsit limitando Cott.
15 in d.ver.opinio communis in secunda limit. videlicet opinioni contra communem posse iudicem in hærere,quando bonis rationibus defendi posset vt per Iaf.in authen.nouissima in quinta colum.C. de inoffic.testamen.& in l.vt vim in penult. colum. post med. de iust. & iur. velut idem Iaf. clarius ait in authen. si qua mulier, sub numero 15. quando rationes opinionis contra communem præstarent numero,pondere,& mensura,aliàs supra dicta semper locum haberent, nec posset iudex a comuuni, vel magis communi opinione recedere, in consti-
16 tutionibus quoque † Pontificum & rescriptis obscura vel ambigua verba eminus ablegantur, cap. fina.de constitutio.capitu. Abbate de verborum si-
17 gnificatio.in testamentis † idem est quia testatoris obscura dispositio perinde habetur, ac si nunquam scripta fuisset l. secunda. de ijs quæ pro non script.habent.l.in tempus.§.primo.de hæred.instit. si tamen declarari nequeat. l. hæredes palam de testamen. §. 1. Nec verisimile est in contractibus.
18 d. l. veteribus †de pact. & l. Labeo scribit de contr.
19 emptio. similiter in iudicijs†obscuritas citationem reddit inanem,atque inualidam Bald. in l.hac consultissima col.2.C.qui testam.fac.poss. & consimili ratione libellum specul.de libell.concept.§. penult. ver.item non valet si obscurus Practi. Papi.in forma respons. rei conuenti in glos.vagus & obscurus fic etiam obscuritas, vel ambiguitas in causa est
20 vt quamuis statuto † vel lege municipali caueatur, vt positioni factæ debeat sub pœna confessi simpliciter responderi, si obscurè facta fuerit positio re-

spondere

spondere non tenebitur interrogatus, vt scribit prac. Papien. in forma oppon. contra positio. in ver.
21 obscurę, & ideo inducit vsus forēsis † vt aduersus positiones opponatur illas esse vagas, incertas, dubias, generales, & obscuras, vt discurrit practi. Pap. loco supra citat. in glos. in ver. vagæ, incertæ, genera
22 les, obscuræ, & è conuerso † responsio obscurè facta positioni non releuabit respondentem, per ea quæ tradit Bal. in l. precibus in prin. C. de impub. & alijs substit. & Bar. & alij in l. j. §. si quis simpliciter interrogatus vbi diximus de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Obscuritas, vel ambiguitas verborū vnde proficiscatur.*
2 *Ambiguitas quot modis fiat.*
3 *Aequiuocationem esse in dictione, vt cum vna vox plura æqualiter significat.*
4 *Amphibologiā esse in oratione. & quomodo fiat. nu. 4.*
5 *Ambiguum dici quinque modis secundum Baldum.*
6 *Sex esse numero secundum Squium quæ pariant obscuritatem.*
7 *Obscuritatem ex æquiuocatione procedere.*
8 *Quid sit Amphibologia.*
9 *Tresque esse modos quibus amphibologia vel obscuritas producitur.*
10 *Quomodo singulis vocibus amphibologia, & æquiuocatio obscuritatem producunt.*
11 *De æquiuocationis fallacia quò loci differatur.*
12 *Orationem compositam, ac diuisam non semper significare.*
13 *Accentus quoque ratione obscuritatem generari.*
14 *Figura dictionis quid sit.*
15 *Metaphoram quoque seu translationem obscuritatem parere.*
16 *Obscuritatem fieri verbis ab vsu remotis.*
17 *Transgressio quid sit.*
18 *Fabij verba circa vitia in oratione fugienda.*
19 *Ex generalitate, alternationeque obscuritatem fieri.*
20 *Incertum in stipulatione dici deduci cum alternatiuè decem vel hominem non reseruata electione quis sibi stipulatur.*
21 *An generalitas promissionem irritet vel legatum.*
22 *Generalitatem nullius efficaciæ reddere confessionem, rescripta, atque articulos.*
23 *Idemque esse in citatione, libello, appellatione, ac iudicis decreto.*

Vnde proficiscatur ambiguitas, vel obscuritas verborum.

CAP XIII.

SEd posteaquā incidimus in mentionē obscurorum ac ambiguorum verborum, & non indiligenter attigimus eorum materiam, non inconueniens
1 erit perueſtigare † successiuè vnde proficiscatur ambiguitas vel obscuritas verborū? Quā dubitationem attigit glos. in d. l. quoties, secunda. de verbo. obligat. in ver. ambigua, illamque sic re-
2 soluit; Ambiguitatem scilicet fieri, † vel propter æquiuocationem, vel propter amphibologiam, vel compositionem, vel diuisionem, vel generalitatem, vel consimilium, vel alternationem, æqui-
3 uocatio est in dictione, † vt cum vna dictio æqualiter significat plura, vt in hac dictione, canis, quæ significat marinum, latrabile, & cœleste sydus.
4 Amphibologia fit in oratione, † vt in hac oratione liber Aristotelis nam vno modo pōt intelligi, q̄ sit editus ab Aristotele, alio modo potest intelligi, q̄ sit proprius ipsius, vel in hoc exemplo, littus aratur, nā propriè significat terrā scindi transumptiuè, ope
ram perdi; in compositione, & diuisione ponas exemplum in hac oratione, duo & tria sunt quinq; secundum quòd est diuisa, est falsa. Nam tunc intelligitur quod duo sunt quinque, & tria sunt quinque, quod est falsum. Aliter hanc rem absoluit Bal.
5 in l. ueteribus de pact. ubi ait ambiguum dici † quin que modis; Primo ratione æquiuocationis, quia oratio uel uocabulum potest accipi pluribus modis; Secundo dicitur aliquid obscurum uel ambiguum ratione generalitatis. Tertio ratione alterna tionis. Quarto ratione non coarctatæ locutionis, & ista tria probantur de iniur. l. prętor. in princip. §. quod autem & de dol. l. item exigit. Quinto & ultimo dicitur aliquid obscurum ratione indefinitatis de seruit. vrban. prædio. l. si seruitus. l. autem uete ribus loquitur de obscuritate primo modo acce-
6 pta. Aurel. uerò Dauid † de uerbo. significatio. capitulo qnnto, sub numero 23. & 24. ex Aristotel. 1. elench. Fabro interprete, sex numero esse ait potissimumque qnæ in uerbis producunt obscunitatem, videlicet æquiuocationem, amp ibologiam, compositionem, diuisionem, accentum, figuram dictionis, & quemadmodum idem Arist. lib. Catego. ostendit; æquiuoca, quæ & græce homonyma dicuntur, sunt quæ eadem appellatione plures res substantia, & definitione inter se diuersas significant, ut canis, gallus, namque canis eodem nomine animal domesticum, & astrum significat; & Gallus una communi uoce gentem, & auem.
7 & quòd obscuritas † ex æquiuocatione proueniat Aristo. & ipse, non minus apertè sexto top. capitu. secundo, eodem Fab. interprete ostendit, cuius verba sunt, vnus autem locus eius quod obscurè est: si sit æquiuocum alicui, quod dictum est, ut quòd generatio ductio est ad substantiam, & quòd sanitas commensuratio est calidorum & frigidorū, nam æquiuoca est ductio, & cōmensuratio, immanifestū igitur vtrū velit dicere, eorū quæ significantur ab eo quod multipliciter dicitur, & in 5. etiam topi. c. 2. cum inquit, quapropter non vtēdū nomine, quod multipliciter dr̄, neq; oratione quæ plura significat, quia qđ multipliciter dr̄ obscurū facit qđ
8 dictū est, Amphibologia † siue amphibolia, ambigua locutio, siue ambiguus sermo latinè interpretat̄, vt velle capere me pugnātes, & eiusdē Aristote-
9 lis testimonio, in d. j. elench. lib. Tres sunt modi † q̄b. secūdum æquiuocationem, & amphibologiam obscuritas prouenit, vnus quando idem nomen, vel

eadem oratio, plura ut ſupra dictum eſt inter ſe diuerſa ſignificat principaliter, vt Aquila Taurus. Alius quando ſoliti ſumus ſic dicere, quo ſanè modo inducit obſcuritatem æquiuocatio, cum hunc in modum paralogiſmum inteximus, gemmæ ſunt pretioſi lapilli, in palmite ſunt gemmæ, ſunt igitur in palmite pretioſi lapilli, licet enim propriè gemmæ de pretioſis lapillis dicantur, ſolemus tamen & arborum & fructuum oculos, hoc eſt id primum quod germinando emittunt gemmas appellare. Tertius verò quando compoſitum plura ſignificat, ambo ſimul plura, verbi gratia, aut literas ipſas ſciẽ
10 tiam habere, aut alium de ipſis literis, & de† Amphibologia qualiter ſingulis vocibus, vel coniunctis accidat quomodo duo hæc, æquiuocatio amphibologia, obſcuritatẽ induçat ſcripſit Fab. elegãtiſsimè lib. 7. & 8. & in 6. quoque cum de riſu tractat. & diffusè apud iuriſconſ. noſtros habetur ſub
11 rub. de reb. dub. de æquiuocationis† quoque fallacia non indoctè differit Specul. titu. de diſputat. §. poſthac, & nũquid propter æquiuocationem actus reddatur inualidus tradit Abb. in ca. quia nonnulli de reſcript. Propter compoſitionem, & diuiſionem
12 obſcuritas contingit,† quandoquidem oratio compoſita & diuiſa non ſemper idem ſignificat, quin plerunque compoſita falſa videtur, diuiſa vera, & è conuerſo diuiſa falſa, compoſita vera, & cum dicitur poſsibile eſt ſedentem ambulare, in ſenſu compoſito ſignificat quempiam dum ſedet poſſe ambulare, & impoſsibile eſt, in ſenſu diuiſo ſignificat, quòd quis cum ſedet poteſtatem habet, vt aliquando deambulet, quod verum eſt, è contra huiuſmodi oratio, ego poſui te ſeruum exiſtentem liberum compoſita vera eſt, ſignificatque, quòd ego cum ſeruus eſſes te liberum poſui, quæ res vera eſt, ſuppoſito quòd manumiſſus à me fueris, diuiſa autem falſa, ſecundum quem ſenſum ſignificat, quòd ego poſuerim te ſeruum exiſtentem liberum, quod eſſe
13 non poteſt. Accentus† quoque obſcuritatem parit, vt ſi dicatur, omnis populus eſt arbor, omnis gens eſt populus ergo omnis gens eſt arbor, maior enim propoſitio huius parologiſmi duplicem ſenſum cõtinet, quia prior ſyllaba vocis populus poteſt ,pduci, & vera eſt propoſitio, ſed concluſio nõ infertur, aut corripitur, & falſa redditur ipſa maior propoſitio, & ſequitur cõcluſio, ſed apud poetas id crebrius reperire continget. huic Seruius ſuper eo Virgilij, & Buccolicis; Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. accentu forte hallucinatus pẽtimemoriam, ſeu cæſurã ſemiquinariam, & turtur fœminini generis putauit, cum ſecundum Priſcianum maſculini tantum generis ſit, & aeria ibi non ad turtur, ſed ve-
14 rius ad vlmo referri debeat. Figura dictionis† nihil aliud eſt, quàm ſimilitudo dictionis cuiuſpiam in parte cum alia dictione, idem tamen non ſignificãte, vel eundem ſignificandi modum non habente, & obſcuritas prouenit, quandoquidem tali ſimilitudine dictionis, cum dictione inſpecta, facile arbitrari contingit, quòd idem ſignificent, vel eodem modo, & nihilominus in ſignificato, vel ſignificandi modo differunt, vt videre agere quoniã ſimilem habent terminationem, & infinitiui ſunt modi, putaret quis quòd ambo actionem ſignificent, & tamen ita non eſt, cum illud apud Philoſophos paſsionem, hoc autem actionem ſignificare exiſtimetur. Rurſus inquit Aurelius præter hos modos de quibus diſſeruimus Ariſt. memorato lib. 6.
15 cap. 2. ex metaphora† etiam ſiue translatione, obſcuritatem ſuboriri adijcit, item propter verba innouata Ariſtotelis Fabro interprete verba ſunt; Alius ſi ſecundum metaphoram dixit, vt ſcientiam indeciduam, terram nutricem aut temperantiam conſonantiam, nam omne obſcurum, quod ſecundum metaphoram dicitur. Amplius ſi non poſitis nominibus vtitur, nam omne obſcurum eſt, quod inſuetum eſt: & de Metaphora, ſiue translatione atque verbis innouatis quid ſint abundè ſupra vi-
16 ſum eſt. Fab. autem† in octauo, addit obſcuritatem fieri verbis ab vſu remotis. Item tranſiectione tarda, ſiue tranſgreſsione quadam verborum, ordinẽ turbante, quæ græcè, Hyberbaton dicitur; item interiectione, ſeu verborũ interpoſitione, quam græcè parentheſin vocant, vide ibi. & de tranſgreſsione in 4. Rhet. vbi ita ſcriptum legitur, tranſgreſsio
17 eſt† quæ verborum perturbat ordinem peruerſione, aut tranſiectione, amplius adhuc ſecundum eũdem Fabium iam d. lib. 8. & fuſius in 4. nimiam breuitatem & periſſologiam, ideſt ſuperfluam orationem obſcuritas ſemper conſequitur Fabij verba
18 ſunt† in 4. Nos autem breuitatem in hoc ponimus, vt non minus, ſed ne plus dicatur quàm oporteat; Nam variationes quidem & tantologias, & periſſologias, quas in narratione vitandas, quidam ſcriptores artium tradiderunt, tranſeo, ſunt enim hæc vitia non tantum breuitatis gratia fugienda, non minus autem cauenda erant, quàm nimium corripientes, omnia enim hæc ſequitur obſcuritas. Addunt
19 inſuper iuriſconſulti noſtri, † ex genelitate & vtipſi loquuntur alternatione obſcuritatem afferri, ita Accurſ. in l. quoties in ſtipulationibus de verb. obl. quo fit, vt ſi quis generaliter fundum, nulla adiecta propria appellatione, vel hominem, ſine proprio nomine dari ſibi ſtipulatus ſit, incerta dicatur ſtipulatio. veluti incertum quoque in ſtipulationem
20 deducit, † qui alternatiuè decem, vel hominem, nulla expreſsim ſibi conſtituta electione, ſtipulatur, l. vbi autem in prin. & §. qui illud de verb. oblig. & an
21 generalitas promiſsionem irritet vel legatum, † vide Abb. in cap. ex parte de cenſ. Pleniſsimè Alex. & cæteros in l. ita ſtipulatus de verb. ob. in l. legato de leg. 1. de cõfeſsione, reſcriptis, articulis, an propter
22 generalitatem nullius efficaciæ reddãtur † habetur in l. certum. §. 1. de confeſſ. in cap. ad hæc de reſcrip. Doct. in l. 1. in prin. de edendo, & in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuram. calum. & de alternatiua itidem
23 an vitiet † citationem, libellum, appellationem, iudicis decretum, poſitiones, ſententiam & huiuſmodi actus tradit Io. And. in reg. in alternatiuis de reg. iur. in mercurialibus. Roma. in conſi. 360. in princ. Bal. in l. magis. §. ſi prætor de reb. eo. Alex. in conſ. 95. lib. 4. vbi allegat tex. in l. prætor. §. quod autem de iniur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ad quatuor capita ex Auctoris sententia reduci omnem disputationem de obscuritate, æquiuocum, generalitatem, alternatiuitatem, ac indefinitatem.*
2 *Æquiuocum quomodo in hac materia accipiatur.*
3 *Transumptiones, Amphibologias & cætera id genus sub æquiuoco contineri.*
4 *Nouum, quàm æquiuocè significet.*
5 *Æquiuoci exemplum. nu. 6. 7. & 8.*
9 *Idem esse quando multiplex intellectus resurgit ex modo punctuandi.*
At in exemplo Lamberti Scoti Placentiæ tiranni, qui ambiguo Dæmonum responso ob punctuationem fuit elusus. 161.
10 *Exemplum oraculi quo delusus fuit Pyrrhus Epirotarum Rex.*
11 *Exemplum Responsionis cuiusdam Vngari Episcopi.*
12 *Exemplum festiuum Chyrographi Catonis Sacci.*
13 *Exemplum lepidum de Roberto sacerdote auaro atque inhospitali, qui ob mutationem puncti priuatus fuit opimo Asselli sacerdotio. num. 13.*
14 *Plurium eiusmodi exemplorum loci.*

Quæ sit Auctoris resolutio in proposita quæstione vnde progrediatur ambiguitas vel obscuritas verborum, præcipuèque quomodo proueniat ab æquiuoco.

CAP. XIIII.

1 VErum mihi placet † quantũ ad præsentẽ materiã, omne istius propositę difficultatis negociũ ad quatuor capita esse redigendũ. Videlicet ad æquiuocũ, & generalitatẽ, ad alternatiuitatẽ (vt sic dixerim) & ad indefinitatẽ, ex quib. quatuor capitibus tantũ, reliquis omissis, puto proficisci omnem ambiguitatem, obscuritatem, dubitationem, & incertitudinem, quæ sit circa verba, vel orationem affirmatiuam & negatiuã, de cuius verborum significatione ac rerum agatur, prout tamen res per verba significantur, ut supra sæpius diximus, ac declarauimus in alijs præce-
2 dentibus capitibus. Æquiuocum igitur hic † ego voco ex mente Bal. & Gammar. illo in d. l. veterib. de pact. in vlt. not. hoc lib. 3. topi. legal. in cap. de vitio æquiuocationis, verbum, seu orationem, ex qui-
3 bus multiplex possit intellectus haberi, & hoc † transumptiones, amphibologias, & his similia complecti intelligo, licet propriè loquendo aliter definiri possit vt supra ex Arist. retulimus. & exemplũ poni
4 potest in voce nouum † de qua per Bart. in rubr. de oper. no. nunc. ad fin. & ibidem per alios, & in verbo iudicium, de quo per Abb. & alios in rub. de iud. & inter cæteros Ripam ibi sub num. 37. exemplum
5 autem sic proponi potest, † quicunque habet mancipium illud tenetur exhibere l. fi. C. de ædili. actio. At Titius habet seruum mortuum, qui est in causa redhibitionis, ergo seruum tenetur exhibere. contra l. quod si nolit de ædilit. edic. Vitium enim est in verbo exhibere, quod duplex est, cum modo probare significet, vt in d. l. fin. modo sui palpandi copiam facere d. l. quod si nolit. Aliud est exemplum,
6 † testator quatuor habebat pocula oleagina paria, & Titio legauit duo pocula oleagina paria, Titius verò subdola vtens argumentatione, quatuor sibi deberi contendebat; sic arguens, legata sunt mihi duo pocula paria, ergo quatuor debentur. Sed repellitur, quia æquiuocatio est in verbo paria, vt in l. qui concubinam. §. qui quatuor de leg. 3. item contra † legẽ facit qui alligatos bouis triturantis, cap. cũ 7
secundum de præben. At rusticus in messe alligat os bouis triturantis, ergo rusticus facit contra legem. Prima propositio est equiuoca, quoniam in d. cap. cum secundum transumitur ad denotandum ei qui ecclesiæ seruiat nõ esse denegandum victum in ecclesia, quia qui altari seruit, de altari viuere debet cap. extirpandæ, & d. ca. cum secundum de præ-
8 bend. est & aliud † exemplũ, Titius & Sempronius furati sunt trabem, ergo Titius furatus est trabem, si enim ita arguatur, vt velit inferri eius furti gratia solum Titium condemnandum esse, inanis est conclusio, per l. ita vulneratus ad leg. Aquil. Quod si nõ inferatur: vt cum Sempronio Titius cõdemnetur, bona erit illatio, vt per glo. ibi & possunt plura huiusmodi exempla colligi a, Doct. in locis supra citatis. Habet quoque locum iste intellectus æquiuocationis, & amphibologiæ, quando † multiplex intel-
9 lectus resurgit ex modo punctuandi, l. nemo iudęorum. C. de iud. vbi Alberi. de Rosat. refert nonnulla notanda exempla, & inter cætera illud, quod summæ perniciei faciliąue exitio fuit Lamberto Scoto Placentiæ domino, is enim cum a cacodęmone, quẽ familiarem habebam, sciscitaretur. Quid nam sibi fata portenderent de illius dominatu, respondit ille, Domine stes securus, inimici tui suauiter intrabunt terram tuam & subijcientur domui tuę. quod responsum cum ille integris dictionibus interpretaretur, vt primo se se offerebat obtutu, in melioręm sui fortunam, contrarium habuit eius intentioni res exitum, quia malignus ille spiritus, hunc in modum senserat supra relata verba punctis esse distinguẽda, Domine stes securus, inimici tui, sua, ui, ter intrabũt terram tuam, & subijcient, vr, ideſt ignem domui tuæ. Prout ita refert Albericus illi miserè
10 succesisse. Non dissimili † delusus esse fallacia, & Pyrrhus ille Epirotarum rex ab Apollinis oraculo, à quo cum de bello cum Romanis gerendo consultum peteret, responsum eiusmodi tulisse fertur, Aio & Aacida Romanos vincere posse, cuius ambigui oracoli altero sensu promittebatur victoria, altero portendebatur exitium cladesque quibus afficiendus erat, si Romanis bellum mouisset, prout amisso profligatoque exercitu, tandem affectus fuit, cum
11 Roma. populo bellum intulisset. Aliud † exemplum de quodam Pannoniæ Archiepiscopo recensęt Odofr. in d. l. veteribus de pact. cum enim fuisset is interpellatus à principibus viris illius prouinciæ, vt sententiam proferret eius literis, cum abesset à

prouincia de conſpiratione aduerſus illius regni Dominam, ineunda, ſic ille & reſcripſiſſe proditur, Reginam interficere nolite timere bonum eſt & ſi omnes conſentiant ego non contradico. Quod reſponſum cum illi ita excipiſſent, vt reginam interficere hortarentur, illorumque deſcitioni cõſentiret, ſic verba illa diſtinguendo, Reginàm interficere nolite timere, bonum eſt etc. patratoque ſcelere, coram Sum. Pontif. reus eius facti argueretur. Accuſationem eluſiſſe traditur, punctis hunc in modũ ſuper relata verba ſe iungẽdo, Reginam interficere nolite, timere bonum eſt, & ſi omnes conſentiant,
12 ego non cõtradico. Feſtiuum eſt † exemplum illud, quo in hoc genere carmen Saccum Patritium noſtrum Ticinẽſem iuris vtriuſque cenſuræ prudentẽ facundiſsimum, ac omnium qui ætate ſua profitebantur, anteceſſorem famigeratiſsimum, ſe à Bononienſibus exemiſſe per manus quaſi traditum eſt, is enim cum de illo cõducendo ageretur, vt publicè in eo Gymnaſio primario loco iura interpretaretur, hunc in modum de transferendo ſe Bononiam ſcripſiſſe proditum eſt, Cato Saccus ſenex prodagroſus Bononiã veniet, verum cum Ducis Mediolani imperio, cuius ditioni ſuberat, hic Ticini profiteri cogeretur, nec comeatũ ab eo impetrare poſſet. Rurſusque à Bononienſibus conueniretur, vt Bononiam iuxta ea quæ per literas eius promiſſa fuiſſe contendebatur, concederet, in iudicium decliaſſe præter ſuperioris auctoritatem quę in quacũque promiſsione ſemper excepta eſſe creditur feſtiuo illo commento fertur. Aſſeruit enim verba illa, Cato Saccus ſenex podagroſus Bononiam veniet, quę ipſi legabant poſitiuè ſe ſcripſiſſe vt interrogatiue intelligerentur, hoc eſt Cato Saccus ſenex podagroſus Bononiam veniet? quaſi ſenſus eſſet cum ſenio confectus eſſet, podagraque inſuper laboraret, futurum facile non eſſe, vt Bononiam eius muneris implendi gratia cuius cauſa perquirebatur ſe
13 conferre valeret, longè feſtiuius eſt † exemplum illud, quod habetur apud Alcia. lib. 4. de verb. ſigni. ſub num. 4. ortum ex hiſtoria quam Alberi. de Roſate refert in eius Dictionar. in ver. punctus. vt citat D. Alcia. quamuis in meo codice nihil dicat, ſed attingit in d. l. nemo. C. de iude. Robertus enim quidam opulenti ſacerdotij, cui aſinus nomen (vt vocant) Abbas erat, cæterum auarus, & inhoſpitalis, quapropter carmen, quod pro foribus Monaſterij proſcriptum erat, cuius ſenſus, inuerſa punctatione, facile immutari poterat, commutato puncto inuertiſſe traditur. nã cũ antea ſic legeretur. Porta patẽs eſto, nulli claudaris honeſto. ille ſic inuertit. Porta patens eſto nulli, claudaris honeſto. Quod cum Romanus Pontifex reſciuiſſet, ſacerdotio hominem priuauit, vnde in fabulam vulgi tranſiuit, inuecto prouerbiali illo carmine, ob ſolum punctũ
14 caruit Robertus Aſello. traduntur alia † huiuſmodi exempla à gloſ. & à Doct. in cap. 1. de tempor. ordinatio. lib. 6. à gloſ. & Doct. in l. vxores de ijs qui not. infam. in l. fundum cuius, de euicto. in l. cum filius de hoffic. teſtam. & in l. librorum. §. penult. de legatis tertio.

SVMMARIVM.

1 *Generalitatem parere obſcuritatem quando de vno tantum intelligitur.*
2 *Stipulationem generis non expreſſa qualitate nec quantitate, nec ſubintellecta nullam eſſe.*
3 *Veluti ſi triticum ſimpliciter ſtipuler.*
4 *Idemque eſſe in legato generis.*
5 *De æquitate canonica poſſe agi ex omni promiſſione incerta.*
6 *Si quis faciat votum de dando ſingulo anno frumentum certæ eccleſiæ, nulla expreſſa quantitate, eam verificari debere arbitrio iudicis.*
7 *Idem ſi alij promiſi ſimpliciter dare frumentum.*
8 *Promiſſionem incertam ac generalem dotis fauore non vitiari.*
9 *Quod & in legato facto ob refectionem viæ procedit.*

Quomodo ex generalitate uerborum fiat obſcuritas, uel ambiguitas.

CAP XV.

1  Eneralitas autem parit obſcuritatem, quando † de vno tantum intelligitur, & generali enuntiatione virtute generis plura comprehenduntur. l. in tradendis com. prædi. l. prætor edixit §. qđ aũt de iniur. l. cũ Stichus de ſolutio. & l. ita fidei in princip. de iur. fiſc. quinimo
2 ſtipulatio generis † non expreſſa qualitate nec quantitate, nec ab vtraque parte tacitè intellecta, adeò nulla eſt, ut ſcribit Iaſ. in l. triticum ſub nume. 3. de verb. oblig. & ante illum Alex. in l. ita ſtipulatus ſub nu. 3. eod. titul. ut nec in aliqua modica parte ualeat
3 veluti † quia dando quid modicum liberarer. l. triticum in princ. de uerb. obligatio. uel ſi ſtipuler res aliquas ex his quæ pondere, numero, ac menſura conſtant, ſine adiectione alicuius numeri, ponderis uel menſuræ dicta l. ita ſtipulatus in princ. de verb. obligat. idem eſt † in legato generis ueluti ſi animal legatum fuerit, quia dando muſcam, uel formicam,
4 quis liberaretur l. legato generis ubi gl. Bar. & doct.
5 communiter notãt de leg. 1. intelligenda tamẽ hęc omnia ſunt, procedere inſpecta diſpoſitione iuris ciuilis, ſecus autem de æquitate canonica, ſecundũ quam poteſt agi ex omni promiſsione incerta, & ex omni legato incerto, ſic limitat Iaſ. in d. l. triticum ſub num. 4. hanc concluſionem, ex dicto ualde celebri Archidiac. in cap. ſunt nonnulli. 1. quæſt. 3. quod refert ac ualdè commendat tanquam menti tenendum But. in cap. ex parte de cenſib. ibique Abb. ſub num. 5. qui & ipſe ait, eſſe valde notandum æquum ac menti tenendum, Alex. in d. l. ita ſtipulatus ſub num. 9. ubi ait hoc dictum eſſe legiſtis incognitum
6 voluit enim Archidiac. † quod ſi quis faciat uotum de dando frumentum eccleſiæ diui Iacobi ſingulo anno, non adiecta aliqua certa quantitate, nihilominus promiſsio valeat, & certificanda ſit ex arbi-

trio

trio iudicis, reprobata opinio. Gofred. qui contrarium ſenſerat in cap. ex parte de deci. quam Archidiac. aſſertionē Bal. probauit in l. qui mutuam. §. ſalarium mandas. Ioan. Ana. in cap. cum iuramento colum. 1. de homicid. facit quod tradit Abb. in c. 1. de deci. & in c. quãdo de cenſi. ubi uult q̃ ſi promiſi
7 † tibi dare frumentum ſimpliciter, de æquitate canonica talis promiſsio ualet ac tenet, ac ſolutio faciẽda eſt arbitrio boni uiri, iuxta qualitatem perſonarum, temporum, & cauſæ promiſsionis. habetq; ſententiam iſta rationem, ut dicit Abb. in d. cap. ex parte, ſub num. 5. de cenſi. nam ſi fauore dotis indu-
8 citur ut promiſsio incerta † ac generalis non uitietur, ſed debet certa fieri ac ſuſtineri arbitrio boni viri ſecundum dignitates conditiones ac facultates perſonarum, d. l. cum poſt §. gener. de iur. dot. à fortiore, aut ſaltem pari ratione idem debebit poſſe operari æquitas canonica, per ea quæ ſcribunt doct. in l. prima, ſolu. matr. arg. à dote ad cauſam piam & è contra per text. in l. cum is §. ſi mulier. ibi pietatis cauſa, ubi Bal. Ang. & Floria. docent de condic. inde. plenè Andr. Tiraq. in præfat. priuilegio. piæ cau-
9 ſæ car. 12. uerſ. item cum dos, & eodem † modo poteſt argui ab incertitudine legati relicti in refectionem uiæ, vt eſt tex. in l. quidam de leg. 2. in illis uerbis; tunc enim officio iudicis ſecundum ęſtimationem patrimonij legati quantitas definiri poteſt quod ſenſit Bald. in l. uoluntatis num. 7. C. de fideicom. Menoch. refert ac probat de arbitra. iud. libro 2. caſu 188.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiuas conceptiones inducere ambiguitatem.*
2 *Quæ ſint alternatiuæ enuntiationes.*
3 *Diſiunctiuæ orationes quæ ſint.*
4 *Subdiſiunctiuæ aſſertiones quæ dicantur.*
5 *Contrariæ prolationes quæ ſint.*
6 *Diuerſæ pronuntiationes quæ aſſerantur.*
7 *Subdiſiunctiuam aſſequendo ſenſus coniungitur licet uerba diſiungantur.*
8 *Ratio cur ex alternatiua producatur obſcuritas.*
9 *Quæ ſit alternatiuæ natura.*
10 *Altero alternatorum ſublato utrumque intelligi ſublatum.*
11 *Alternatiuæ naturam eſſe ut diuerſa alternet.*
12 *Alternatiuam implicare præcedentia in ſequentia.*
13 *Et cuilibet parti actum inſolidum tribuere.*
14 *In vnoque veram in totum facere orationem veram.*
15 *Si affirmatiuè fuerit concepta, ſed ſi negatiue concipiatur ſufficere alterum factum non eſſe.*
16 *Alternatiuæ conditionem eſſe vt alternet æqualia.*
17 *Statutum imponens pœnam mille ducatorum uel aliam arbitrio iudicis intelligendum eſſe de æquali.*
18 *Alternatiuam illud habere proprium ut licet utrunque ſit promiſſum & in obligatione, alterum tamen ſit in ſolutione.*
19 *Eum qui alternatiuè ſtipulatur incertum dici ſtipulari.*
20 *Petens vnum ex alternatiuè promiſſis plus dici petere.*
21 *Alternatiuæ proprium eſſe vt faciat rem dubiam.*
22 *Alternatiuum libellum non admitti, quia cũ ſit incertus is qui conuenitur non poteſt deliberare an cedere vel contendere debeat.*
23 *Niſi ex facto rei procederet incertitudo.*
24 *Vel alias incertitudo eſſet probabilis exceptionem alternatiuam non admitti.*
25 *Articulos alternatiuos non recipi.*
26 *Sententiam alternatiuam non ſuſtineri.*
27 *Alternatiuam electionem, præſentationem, ac collationem nullius eſſe effectus.*

Ex alternatione ut proueniat ambiguitas vel obſcuritas verborum.

CAP. VI.

1  Lternatiuæ conceptiones & ipſę quoque obſcuritatem ſeu ambiguitatem inducunt † ut uoluit glo. & poſt illam Doct. in dicta l. quoties de uerb. obligat. ſunt
2 autem alternatiuæ enuntiationes, † quæ communi Recentiorum uoce, quam non omnino barbaram putat Do. Alciat. in l. hæc uerba ille aut ille ſub num. 2. ff. eo. concipiunt ſub ſe tam in diſiunctiuas quàm ſubdiſiunctiuas orationes, ſunt verò † diſiunctiuæ, ut idẽ Alcia. docet loco ſupra relat. quæ inter contraria ponantur, quorum vno poſito alterum tollitur, ſubla-
4 to verò ponitur ſubdiſiunctiuæ, † autem ſunt, quæ diuerſa diuidunt, ſiue ea ſimul eſſe poſsint, ſiue non
5 poſsint, intelligenda verò hoc loco ſunt † contraria, quæ nullo medio inuicem repugnant. Diuerſa
6 † quæ medium habent, vt ſedere & ambulare, quorum medium eſt accumbere, & ſtare, idem ſi inuicem non repugnant, vt in homine actiua, & paſſiua qualitas. ſed & quoties ſenſus coniungitur, † licet verba diſiungantur, ſubdiſiunctiua eſt, vt Alex. ſiue Pariſ. Bartol. in rubr. C. de nauicul. lib. 11. idemque ſi aurum vel argentum à te petam, non enim alterum peto, vt alterum excludam, cum vtrumque
8 ſim paratus recipere. Ratio autem eſt † quia ex multiplici varioque ſtatu ipſius alternatiuæ, tam anceps redditur eius natura, vt omnino ſit neceſſarium illam producere obſcuritatem, cum eius quod multipliciter exponitur veritas ignoretur. Nam vt inquit Mari. Salomo. in l. Gallus. de lib. & poſthum. in diuiſione ipſius legis ſub num. 8. Alter-
9 natiuę † ea eſt natura quod facit vt in eodem, vt ita dixerim, cardine verſentur alternata, ideſt vt vbi vnum ibi & alterum poſsit viciſim conſiſtere alternatorum, ita quòd res quæ non eſt capax vnius, ſimiliter nec ſit alterius, non eſſet enim oratio alter-
10 nata ſi alterum deſideretur, quo fit † vt ſublato altero alternatorum, vtrunque intelligatur eſſe ſublatum, l. ſi vnus. §. ſi ſtipulatus ſim decem de pact. & eodem modo, & pro eadem parte qua vnum æquè

11 & alterum tollitur.l.qui hominē de acceptilat.† rur-
ſus alternatiuæ ea eſt naturam, ut diuerſa alternet
gloſſ.& Doct.in l.ubi pactum. C. de tranſactio. &
12 præcedentia in ſequentia implicet † §.occaſione in
authen.de nupt. Ang. in §. licet Inſtitut. quibus ex
13 cau.manu.non licet,& cuilibet parti actum inſoli-
dum tribuit.l.ſi Titio de leg.ſecundo,l.ſi ex toto §.j.
& §.fin.& ibi Iaſ.de leg. primo, & ideo in uno uera
14 † totam orationem ueram facit, l.ſi is qui ducenta
ubi Barto. & Socin. de reb.dub.Alciat.reſponſ.57.
ſub nume.9.ubi affirmatiuè concepta eſt, quod ſi
15 negatiuè concepta fuerit † ſufficit alterum factum
non eſſe, ut dicit Ripa, noſter in cap.inter cœte-
ras de reſcript.ſub nume.25.per text. in d.l. ſi is qui
ducenta.§.vtrum de reb.dub. l. ſi is qui ſtipulatur,
& l.ſiquis ita ſtipulatus fuerit in fin.de uerb.obliga
tio. quàmuis Abb.& Cardi.ibi putent requiri neu-
trum factum eſſe,quod reprehendit Socin.in dicta
l.ſi is qui ducenta. §. cum ita colum. penult.de reb.
16 dub.Præterea † & illa eſt alternatiuæ conditio, ut
alternet æqualia uel parum diſtantia,l.prima,de re-
bus dub.quam ad hoc ponderat Bald. in l. conuen-
ticula C.de epiſc. & Cler. colum. tertia, & in l.& ſi 1
poſt tres colum.9. ſi quis cautio. inferens quòd ſi
17 ſtatutum imponat † pœnam mille ducatorum uel
aliam arbitrio iudicis, iudex debebit arbitrari æqua
lem vel aliam parum diſtantem a pœna mille duca-
torum.Habet inſuper alternatiua & illud proprium
18 † quod licet utrunque alternatiue ſit promiſſum &
in oblig atione,unum tamen eſt in ſolutione l.illud
de conſtitu.pecu.& ſic effectualiter unum tantum
debetur l. cum illud aut illud,quand.dies legat.ced.
19 hinc eſt quod qui alternatiue ſtipulatur † incertum
dicitur ſtipulari. l. ubi autem non apparet §. qui il-
lud aut illud, de uerborum obligationib. & ideo
20 † potens unum ex pluribus alternatiuè promiſſis,
dicitur plus petere. §. huic inſtitutio. de actio. ubi
Fab.Ange. & Iaſ. luculentiſsimè declarant iſtam al
ternatiuorum materiam in uarias ſpecies illam par
tiendo,in perſonas, res, loca, & tempora & pro-
miſcuæ inter has circumſtantias cadit. ex quibus
omnibus cum tam varius,anceps, atque ambiguus
appareat iſte alternatiuæ orationis ſtatus, mirum
21 non eſt, ſi hoc alternatiuitatis proprium eſſe ſcri-
bant interpretes ut reddant rem dubiam, & ob-
ſcuram atque incertam l.prætor edixit.§.quod autē
de iniur.& ibi Barto. gloſ. in d.l. quoties de uerbo.
obligat.ubi & alij Doct .d.l. ueteribus de pact. d.l.
ubi autem §.qui illud de uerbo.obligat. & capit. ut
22 quis duas de electio.in 6.& ideo inquit † Ripa in d.
cap.inter cæteras ſub num.27.cum multis ſeq.hanc
eſſe rationem, cur non admittatur regulariter li-
bellus alternatiuus, quia cum ſit incertus non poſ-
ſet is contra quem porrigeretur deliberare, an cede
re uel contendere deberet, iuxta text.ubi glo. Bart.
& doct.omnes tradunt in l.j.de edend. capit. 2. ubi
Abb.& alij de libel. oblatio. & plenè ſcribit Iaſo.in
in §.ſed iſtæ inſtitu.de actio.ſub num.71.& 72. col.
13.& 14.poſt Ang.& Fabr.in glo.magn.nec minus
plenè agit eadem de re Ludo. Gomes. ibidem ſub
23 nume.37.& 38,ubi limitant † quando incertitudo,
eſt probabilis uel proficiſcit ex facto l.j. §.quod aũt
24 quorum legato.ubi Barto.ſimiliter non † admitti-
tur exceptio alternatiuæ, quia alternatio reddit rē
obſcuram & obſcura exceptio reijcienda eſt l.Titiæ
textores de leg.1.quod cum limitandum eſt ut per
Fel.in cap.tertio loco, colum. 1. de probatio. idem
25 quoque dicitur de articulis † alternatiuis, ſecundū
Innocen.in cap.ex parte.primo,de reſcript.Specul.
in tit.de teſtam. §.nūc uidendum uerſic.item articu
li. Nec diuerſum obtinet in ſententia alternatiua
26 ſecundum glo.in cap. latores de Cler. excommun.
miniſtr.niſi in caſu in quo reo datur electio à iure,
ut in capit.cum cauſa,de empt.& uendit.ubi Butr.
Bart.in l.j.C.de fur. Alex.in d.l. ubi autem. §. qui il-
lud de uerb. obligat.Rip.in d cap.inter cæteras ſub
27 num.71. de reſcript. ubi ſub num. ſeq. tradit † alia
exempla alternatiuæ electionis, præſentationis, &
collationis, quas uult non valere declarando tamē
reſpectu præſentationis ut per eum, & per plures
ſubſequentes numeros, poſtea multum appoſitè ac
diſertè tractat, quibus ex coniecturis alternatiua
quæ non poſit in uim diſiunctiuæ ſtare aſſumat
naturam coniunctiuæ, uel expoſitiuæ, ibi omnino
apud illum videndum erit.

SVMMARIVM.

1 *Indefinitatis ratione ratione rem dici obſcuram.*
Indefinita prolatione non magis unum ſignificat quā alte
rum ibi,& plura apta illa eſt ſignificare.
2 *Indefinita oratio quæ ſit.*
3 *In materia probationis indefinitam non æquipollere uni*
uerſali
4 *Probationem ambiguam non releuare probantem.*
5 *Indefinitum quandoque illa incertitudine pollere ut di-*
ſpoſitionem uitiet.
6 *Generaliter aliquid enuntiari ac indefinitè, idem eſ-*
ſe.
7 *Quando indefinita æquipolleat uniuerſali & an ex pro-*
pria, uel impropria ſignificatione.
8 *Quo loci tractentur caſus omnes in quibus indefinita æ-*
quipolleat uniuerſali.

Ex indefinitate quo pacto producatur ambiguitas, uel obſcuritas.

CAP. XVII.

1 INdefinitatis uerò ratione reſpe-
riter obſcura eſſe dicitur,† ut de
hoc eſt tex. in l.ſi ſeruitus in illis
verbis,quia ambigua eſt ſcriptu
ra,de ſernit.urb.prēd. quia cum
per indefinitatem non magis ſi-
gnificemus vnum quàm alte-
rum,& plura ſit oratio illa apta ſignificare,vt decla
rat Cagno.in l.j.ſub nu.6.de reg.iur. neceſſe eſt, vt
per illam inuehatur obſcuritas,eſt enim indefinita
2 oratio † cum ter. communis ſine aliqua ſigno poni-
tur

turet homo, fundus, aurum, argentum, Bart. in l. si ita de leg. 2. Cagnol. supra citat. & scholia. ad Dy. in præfat. ad reg. 61. car. 4. Menoch. in consil. 97. sub
3 nu. 154. & ideo † dicit Craue. in consil. 33. sub nu. 16. in materia probationis indefinitam non æquipollere vniuersali, ut dicit Innocen. in c. auditis, de præscr. quia negari non potest, quin indefinita locu
4 tio, sit obscura, & dubia; & probatio ambigua † nō releuat c. in præsentia, ubi Dec. & alij de probatio. & idem scribit Didac. uar. resolutio. c. 13. lib. 1. sub num. 9. colum. antepen. uersicu. undecimo ex his.
5 Quinimmo † ut dicit Bart. in l. si pluribus, de leg. 2. colum. 2. uer. ideo aliter, potest ea pollere incertitudine indefinita, ut etiam dispositionem uitiaret, iuxta nota. in l. legato generaliter, de legat. 1. & faciunt quę supra diximus de generalitate quæ parit obscuritatem quando de uno tantum intelligitur cum plura comprehensione sua complectatur, & ideo multa, quę ibi diximus pro declaratione illius capitis, deseruire oportunè possunt ad explicationem
6 istius quia generaliter † & indefinitè idē est, ut colligitur in l. j. §. & generaliter, de leg. præstan. Dec. probat in l. prima, sub num. 19. de regu. iur. quando autem indefinita æquipolleat uniuersali, †
7 & an ex propria significatione, uel impropria & an in statutis alijsq; dispositionibus, tradit Bar. in d. l. si pluribus, de leg. 2. Dy. in præfat. ad reg. 6. sub num. quinto, sexto, & septimo. Bald. Alexand. & Ias. in l. secunda, de liber. & posthum. Alber. de Ros t. in dict. l. si pluribus, & in dictionar. in uer. indefinita ibique Ioan. Bapt. Castilio. Bar. Dec. & Cagnol. in l. prima, de regu. iur. ibique cęteris plenius Cagnol. qui a nume. 7. usque ad num. 18. per octo colum. in octauo diligentissimè prosequitur hanc materiam. Abb. & Felyn. in cap. auditis, de præscrip. Ioan. Andr. in cap. ut circa in gloss. in uer. aliorum, de electio. lib. 6 ubi & alij Docto. Bartol. in l. omnes populi in 6. quęst. princip. uer. quandoque in statuto sub num. 57. de iust. & iur. Scholiastes plenè ad Dy. in præfat. ad reg. 6. in char. 4. sub litera A, & latè nouissimè Didac. lib. primo uaria. resolut. dicto cap. 15. sub num. quinto cum plurib.
8 sequen. ubi diserte † admodum ac grauiter usque in finem illius capitis casus omnes prosequitur in quibus indefinita æquipollet uniuersali.

SVMMARIVM.

1 *Verba obscura contra quem debeant interpretari.*
2 *Albericum distinguere inter iudicia, contractus, vltimas uoluntates, leges, rescripta, ac confessiones.*
3 *In iudicijs verba intelligi secundum declarationem proferentis.*
4 *In præparatorijs faueri actori in decisorijs reo.*
5 *In contractibus quando ambiguitas versatur in personis vitiatur contractus.*
6 *Quid iuris sit quando ambiguitas in contractibus versatur circa res.*
7 *Quando ambiguitas est circa verba contractuum quid seruandum sit.*
8 *In vltimis uoluntatibus obscuritatem circa personas nisi lex eam remoueant uitiare.*
9 *Quid dicendum sit quando obscuritas est circa res in eadem materia.*
10 *Et quid iuris sit quando ambiguitas est circa verba in eisdem vltimis uoluntatibus.*
11 *In verbis legis quando obscuritas est quid seruetur.*
12 *Rescripta beneficium continentia latissimè interpretari.*
Aliàs secus, ibid.
13 *Quando in confessionibus inest obscuritas quid agendum sit.*
14 *Quid seruetur in sententijs obscuris.*
15 *Prætoriæ stipulationes ambiguitatem habentes quomodo intelligendæ sint.*
16 *Dicta testium ambigua contra producentem interpretari.*

Contra quem obscura uerba sunt interpretanda.

CAP. XVIII.



1 Erum enim uerò cū uiderimus hactenus unde uerborum obscuritas, uel ambiguitas ꝓgrediatur, tractemus nunc † contra quem uerba obscura excipiantur. Qua in quęstione reperio Alber. de Rosate in d. l. ueterib. de pact. sub num. 6. post alios antiquiores, vsq; ad eius tempora valde notanter loquentem: is enim
2 reducit omne hoc negocium ad sex capita, † quia aut uersantur in iudicijs, aut in contractibus, aut in ultimis uoluntatibus, aut in legibus, aut in rescriptis, aut in confessionibus. Primo casu quando occurit ambiguitas ac l. obscuritas in iudicijs,
3 tunc † aut illa resurgit propter uerba prolata a litigatoribus, aut propter aliud: prima in specie intelliguntur secundum declarationem proferentis, siue is sit actor, siue reus, l. sed quis intentione ambigua, de iud. cum ibi no. si tamen interpretatio illa potest conuenire uerbis prolatis. Altera autem in
4 specie, quando propter aliud oritur ambiguitas † in præparatorijs fauemus actori, in decisorijs uerò reo. l. de die qui satisda. cogan. & l. Arrianus, de act. & obligatio. Secundo uero principali casu, quando obscuritas, uel ambiguitas uersatur circa con-
5 tractus, tunc † aut in personis est, aut in rebus, aut in uerbis, si in personis est, regulariter uitiatur contractus, l. sed si tibi, de stipulat. seruo. cessat hoc tamen quando lex declarat, ac facit alterum haberi pro adiecto, l. eum qui ita, de uerbo. obligationib. uel quando conuertit disiunctiuam in copulatiuā. l. pen. C. de uerbo. signific. uel uni dat actionem directam & alteri utilem. l. Caius, solu. matrim. si circa † res est obscuritas, aut est ex generalitate, &
6 tunc recurrendum est ad gl. in l. fideiussor mandat. & Dy. in cap. in obscuris, de reg. iur. li. 6. si ex alternatione regulariter est electio debitoris. l. plerunque, de iur. dot. cap. in alternatiuis, de reg. iur. lib. 6.

cum

7 eum ſim. ibi notat. per Dy. & alios, ſi circa † verba eſt obſcuritas vel ambiguitas, tunc aut poteſt uale re ſecundum intellectum unius tantum & tunc id ſeruatur. l. eum qui calendis & l. quoties de ver. obligat. ſi verò poteſt valere ſecundum intellectum vtriuſque, tunc ſeruandum eſt quod veriſimilius eſt, ſi nec id apparet, quod eſt minimum, quòd ſi & id ceſſet, uerba contra proferentem, qui clarius legem dicere potuit, accipiemus. d. l. ueteribus de pact. in dotibus tamen ſeu earum contractibus pro dotibus reſpondendum erit. l. ambiguis de reg. iur.

8 Tertio principali † caſu quando uertitur ambiguitas uel obſcuritas in ultima uoluntate, tunc dicendum eſt quod aut ambiguitas uerſatur circa perſonas tantum, & tunc ſi lex remouet obſcuritatem, vt in d. leg. pen. C. de uerbo. ſignific. ualet; Quod ſi non remoueat, uitiatur, ut de legat. 2. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos, de teſtam. tut. & l. duo ſunt Titij de teſtam. tut. idem eſt ſi circa perſonas & res, promiſcuè eſt obſcuritas. Si verò circa res tantùm

9 eſt ambiguitas, † tunc ſi propter generalitatem ea prouenit ſeruandum eſt quod habetur in l. legato generaliter cum ſua gloſſ. de leg. 1. ſi propter alternatiuam attendendum eſt quod habetur in l. Lu-

10 cio de leg. ſecundo, ſi circa uerba, † ſi de mente apparet ea ſequenda eſt, iur. uulg. ſi de illa non cõſtat coniecturæ ſunt inſpiciendæ, l. ſi ſeruus plurium de leg. 1. quæ determinationem recipient iudicis arbitrio l. uoluntatis. C. de fideicom. alias uitiatur. l. ſi pluribus de leg. j. uel poteſt dici circa ultimas uolũtates ut per Dyn. in capitu. contra eum ad finem libro 6.

11 Quarto verò principali caſu, † quando ambiguitas, uel obſcuritas uerſatur in uerbis legis, tunc ſeruatur, qđ habetur in l. in ambigua de legi. Quinto autem principali caſu, quando ambiguitas eſt

12 circa ſcripta, † ſi ſunt beneficia gratioſa, contra concedentem ampliſsimè ac pleniſsimè ſunt intelligenda, l. beneficia de conſtitu. ubi de hoc plenè habetur per doct. Si verò in alijs reſcriptis uerſemur, ſi fieri poteſt debent certum intellectum recipere à concedente, alioqui contra producentem intelligẽ da ſunt, ubi aſſumi non poſsit interpretatio quæ vitio careat iuxt. tex. in d. l. in ambigua de legi. Sexto

13 principali † caſu quando in confeſsionibus adeſt ambiguitas, uel obſcuritas ſeruatur quod habetur in l. certum de confeſſ. uiuente ipſo confitente, illo aũt mortuo, quidam dicunt confeſsionem ex hæredis declaratione intellectum recipere oportere, argu. de leg. 1. l. legato. §. ſi de certis, uel dici poteſt ut reſoluit Dy. in d. cap. contra eum de reg. iur. lib. ſexto,

14 in ſententijs † quando ineſt obſcuritas, obſeruatur quod habetur in l. Paulus & in l. ab executione cum vtrobique notat. de appellatio. Si circa prætorias

15 ſtipulationes ſit † obſcuritas, prætor is eſt, qui obſcuritatem declarando tollit, l. j. §. vlti. & l. in prætorijs de prætor. ſtipulatio. Si uerò in dictis teſtium

16 diſcernatur ambiguitas † uel obſcuritas, contra producentem illorum dicta exaudiuntur, cap. in præſentia de probatio. ſed de obſcuris atque ambiguis interpretandis hactenus dixiſſe ſufficiat, quia infra in eo. capite in quo de interpretatione agemus hanc partem oportuniore loco explanabimus.

SVMMARIVM.

1 *Verba non ſecundum fictionem, ſed uerè ac propriè accipienda eſſe.*
2 *Verba naturaliter & verè intelligi debere, non autem fictè ac improprie.*
3 *Fictionem iuris eſſe contra ueritatem, ſemperque ſuppone ueritatem in contrarium.*
4 *Vbi non adeſt ueritas ibi non eſt eſſentia, & ubi non eſt eſſentia, non poteſt eſſe proprietas.*
5 *In contractibus & ſubſtitutionibus, in quibus ſtrictè agendum eſt fictionem ſibi locum non vendicare.*
6 *Delictum attentatum, & non conſumatum quod ex diſpoſitione ſtatuti habetur pro conſumato intelligi ſecundum fictionem.*
7 *Fictionem eſſe quandam improprietatem, & verba ſtatutorum debere intelligi propriè, num. 8.*
9 *Statutum diſponens de uero actu hominis, non comprehendit actum ratificantis qui operatur fictè.*
10 *Statutum loquens in caſu vero non trahitur ad fictum.*
11 *Vbi eſt fictio ibi non eſt ueritas extremorum, cum fictio ſit contraria ueritati.*
12 *Statutum requirens conſenſum intelligi de vero.*
13 *Si ſtatuto prohibeantur portari uniones intelligi de ueris, & non de fictis.*
14 *Statutum puniens perſonam, non ligare vniuerſitatem, quæ ficta eſt perſona.*

Nunquid verba ſecundum fictionem accipienda ſint:

CAP. XIX.

VIdendum modo eſt pro abſolutione iſtius capitis impropriæ ſignificationis, Nunquid uerba accipi debeant ſecundum fictionem

1 qua in q. Bar. † in l. 3. §. hæc uerba de negoc. geſt. concludit uerba non ſecundum fictionem, ſed verè & proprie intelligenda eſſe, idem Barto. in l. prima, §. hoc interdictum de font. & in l. omnes populi de iuſt. & iur. in 6. q. princip. ſub num. 62. cui accedit Bal. in l. ult. C. de ijs qui ueni. ætat. impetra. quo

2 loci inquit † uerba naturaliter, & uere intelligi debere non autem fictè & impropriè Dec. in conſilio 541. ſub num. 6. & in conſil. 543. ſub num. 6. eſt tex. in l. ex parte, in §. inſulam, de uerb. obligat. l Statius. §. Cornelio de iur. fiſc. not. 16. q. 1. cap. ſi cupis & in cap. ſuſceptum de reſcr. lib. 6. Aurel. Dauid de uerb. ſignifi. cap. 5. ſub num. 42. ſancto Scue. in l. omnes populi de iuſt. & iur. ſub nume. 236. ubi ſub numeris ſeq. poſtea infert ad plura in praxi, eſt & text. in l. prætor ait de ſu. & leg. hæted. & in cap. in noſtra de iniur. Are. in l. lege Cornelia ſub nu. 2. per illum tex.

3 d. teſtam. & ratio eſt, quia † cum fictio iuris ſit con-

tra

tra ueritatem ſupponatque ſemper ueritatem in cõ trarium, ut patet in poſtliminio & lege Cornelia, §. ſed ſi ab hoſtibus inſtit. quibus modis ius patr. po teſtat. ſoluit. §. fin. inſtit. quibus permiſſ. non eſt face re teſtam. cap. 2. de arbitr. cap. non dicatis. 12. q. 1. in quibus iuribus patet legem uel canonem finge re aliquem mortuum uel preſentem, qui uerè mor tuus uel præſens non eſt, & fingit captiuum non eſ ſe qui uerè fuerit captiuus. unde non poſſunt vide 4 ri quæ fictè dicuntur propriè dici, quia † ubi non adeſt ueritas ibi non eſt eſſentia, & ubi non eſt eſſen tia ibi non poteſt dari proprietas; quia non entis, nulla eſt qualitas l. nam & ſi de iniuſt. rupt. l. 4. de actio. empt. l. eius qui in prouincia ſi cert. pet. cum 5 ſim. unde † Andr. Tiraq. in l. ſi unquam. C. de reuoc. donat. in uer. ſuſceperit liberos ſub numero 44. & 85. docet in contractibus, & ſubſtitutionibus, in quibus ſtricta ſit interpretatio, fictionem locum ſi bi non vendicare; & filiorũ apellatione fictos filios non contineri; & ideo ſcriptum reliquit Bal. in conſ. 6 394. ad euidentiã; verſ. ſic præmittendum eſt † quod quando delictum attentatum & non conſumatum habetur pro attentato & conſumato ex diſpoſitio ne ſtatuti, cum iſtud non ſit ſecundum naturam, quia contra ſe habet veritatem, dicitur eſſe ſecun dum fictionem iuris quæ fictio locum non habet in ſtatutis, vt notat. de neg. geſt. l. iij. §. hæc verba, quia fictio eſt quædam improprietas; & verba ſta 7 tutorum † debent intelligi propriè ſecundum quod vulgus intelligit, & ſic naturaliter & non ſecundum fictionem arg. l. ſi. C. de ijs qui veni. ætat. impetra. l. ex parte. §. inſulam de verb. oblig. l. tutelas de capit. dimin. & l. Statius §. Cornelio de iur. fiſc. cuius ſen tentiæ fuit Abbas in cap. 1. colu. 6. de eo qui mit. in poſſeſſ. refert & ſeq. Feli. in c. inſinuatum ſub nume. 1 de ſimo. accedit Menoch. de arbitr. iud. caſ. 360. ſub nu. 109. ubi & ipſe firmat fictionem quandam eſſe improprietatem, & in ſtatuto non ha bere locũ 8 † quo caueatur delictum non conſumatum, & attẽ tatum pro conſumato haberi debere. ſic etiam ſta 9 tutum, loquens ſeu diſponens de uero † actu homi nis, non comprehendit actum ratificantis, qui ope ratur, ut fictè uideatur ratificans actum feciſſe, l. q. d ergo de infam. cap. cum quis de ſent. excom. l. ſi pu pilli §. ſed ſi ego de nego. geſt. gloſſ. in capit. ratum de regu. iur. lib. ſexto, cum qua communiter tranſi re doctor. refert Benedic. capr. in reg. 54. ſub nu. 6. 22 & 24. pulchrè Andr. Tiraq. de retract. conſangui ne. §. 1. gloſſ. 10. ſub num. 72. Iaſ. in l. ſi is qui pro em ptore de uſucap. ſub num. 129.

Hinc eſt ſimiliter, ut factus fuerit locus illi com muni Doctorum aſſertioni, quæ habet, ſtatutum di 10 ſponens in caſu uero, † non intelligi locum habere in caſu ficto, de qua per Barto. & doct. in d. l. tertia, §. hæc uerba de nego. geſt. & in d l. omnes populi, in 6. q. princip. ſub num. 62. & in l. ſi is qui pro em pto. qnæſt. tertia, de uſucap. Andr. Tiraq. de retra ctat. conſangui. d. §. 1. gloſſ. 10. ſub nu. 93. Alexan. & Io. Imol. in l. j. §. lex falcidia ad leg. falcidiam ibique col. ult. poſt princip. remiſsiuè multas auctoritates citat. Bal. in l. meminimus. C. de legit. hæred. ubi ad intellectum. d. l. j. §. lex falcidia dixit ſtatutum non 11 pertinere ad fictionem, † quia ubi eſt fictio ibi non eſt ueritas extremorum, cum ſit fictio contraria ue ritati ut ſupra diximus, & tradit Andr. Tiraquel. in tractat. le mort ſaiſit le uif. par. 2. declar. 2. ſub nu. 15 ad fin. & ſub num. 4. ubi conſtituit cum Bald. & cæ teris, ſtatutum loquens de continuanda poſſeſsione in heredem intelligi de herede uero & non ficto, ad ducit illam potiſsimã rationem, quòd ſtatutorum verba debent intelligi uerè & propriè, & nõ debent trahi ad caſum fictum. Hanc etiam concluſionem firmat Barto. in l. 2. §. uoluntatem ſol. matr. ubi ait 12 † quòd ſtatutum requirens conſenſum, intelligitur de uerò & non de ficto, ita ut conſenſus per tacitur nitatẽ elicitus tanquam fictus in tali caſu ſtatuto lo cum habere non poſsit. ſic etiam excipit Bald. in l. ſe cunda, C. quor. appellatio. non recip. ubi ſi lege mu 13 nicipali prohibeantur † portari uniones, intelligi tur de ueris & non de fictis, inde quoque dixit Petr. Anch. in ca. nouit de his quæ fiunt a prælat. ſtatutũ 14 puniens perſonam non ligare uniuerſitatem † quæ ficta eſt perſona. & aſſeruit Cardin. in cap. is qui ſi dem de ſponſal. ſtatuto puniente uirũ qui certũ die conſumauerit matrimonium, non comprehendi ſponſum, qui eo die de facto cognouerit ſponſam.

SVMMARIVM.

1 *Multis iuribus videri receptum ut in ſtatuto caſus quoq; fictus concipi debeat.*
2 *Quomodo reſoluerit Petr. Ancharan. hanc difficultatem.*
3 *Quid alijs placuerit.*
4 *Dynus qualiter diſtinxerit.*
5 *Caſus fictus qui non operatur eundem effectum cum vero illi non æquipollet.*
6 *Quid ſentiat in eiuſdem dubitationis reſolutione Baldus.*
7 *Caſus ſimilis vbi eiuſdem eſt effectus, diſpoſitio facta in uno trahetur ad alterum.*
8 *Idemque eſt quando conie ctur ata diſponentis uoluntas concurrit.*
9 *Vel quando continetur ſub expreſſo.*
10 *Quæ ubi ceſſant, prouiſio in vno caſu facta ad alterum non trahitur.*
11 *Statutum non diſponens præter, vel contra ius commune intelligitur ſecundum ius commune.*
12 *Quando lex omnino comparat caſum fictum caſui uero, diſpoſitio quæ in vno facta eſt ad alterum trahitur.*
13 *Statutum vbi alias fieret eluſorium trahitur ad caſum fictum.*
14 *Dom. Alciatus qualiter diſtinxerit in hac controuerſia.*
15 *Statui idem de caſu vero quod de ficto quando conueniunt nomine, & effectu.*
16 *Statutum admittens ad decurionatum ſolos ciues originarios, ad alienigenas trahi qui ius ciuilitatis impetrauerint.*
17 *Statutum loquens de domino non habet locum in filiofamilias qui fictè eſt dominus.*

Statutum

18 *Statutum prohibens uniones uel gemmas mulieribus non intelligi de adulterinis.*

19 *Casus fictus ubi solo effectu conuenit, cum eadem iuris dispositione censetur.*

20 *Infamiæ notam q̃ lex verè condemnatis publico iudicio irrogat, inuri quoq; ijs qui pro confessis habentur. Sed communem opinionem esse in contrarium ibi.*

21 *Casus fictus quando diuersa ratione distinguitur à uero, non comprehenditur sub eadem dispositione.*

22 *Quando verisimile esset de alio casu actum non fuisse quàm de uero, casus fictus sub dispositione veri non contineretur.*

23 *Statutum excludens à collegij ingressu eum qui exercuerit artem uilem intelligitur de eo qui proprijs manibus exercuerit artem vilem.*

24 *Conditio si sine liberis ex legitimo matrimonio concepris non comprehendit filios legitimatos per subsequens matrimonium.*

25 *Franciscus Bursatus commendatur qui de communiore opinione in contrarium utetatur.*

26 *Auctorem in quadam causa nobilium de Pirris consulere noluisse contra filium legitimatum per subsequens matrimonium.*

27 *In materia stricte interpretanda, & ad literam intelligenda, casum fictum non comprehendi sub dispositione casus veri.*

28 *Sub statuto de bonis ad fridas ponendis non comprehendentem hæreditatem iacentem.*

29 *In statutis correctorijs ac limitatorijs non fieri extensio ad casum fictum.*

30 *In pœnalibus & odiosis idem esse.*

31 *Et in dispositione taxatiua.*

32 *Ac in dispositione hominis, quando casus fictus sub verbis comprehendi non potest.*

33 *Mortis appellatione regulariter ciuilem non comprehendi.*

34 *Nisi omnes effectus cum illa omnino communes habeat.*

35 *Societatem ita publicatione bonorum ut morte finiri.*
Et ita deportatum ut mortuum non impedire in successionibus sequentem in gradu ibi.

36 *Pactum de lucrifacienda dote in casum mortis vxoris, trahi ad casum quo illa religionem ingrederetur.*

Quàm varie traditæ fuerint resolutiones in materia fictæ huius significationis, ob iurium rationumque contradictionem Præsertimque à Felyn. & D. Alciato.

CAP. XX.

1 SEd reuocari in dubium uidetur, assertio,† per tex. in l. cum exoratione de excusat. tuto. in l. fin. de magis. conuenien. in l. liber homo prima, §. si seruus ad leg. Aquil. in l. Gallus. §. & quid si tantũ de liber. & posthum. in l. Deo nobis. C. de episc. & Cler. in l. nihil ad senat. Macedoni. in l. mortuo de fideiuss. in l. aduersus de arbitr. & in l. diuus ad leg. Cor. de fals. quibus in locis habetur casum fictum eodem iure censeri, quo casus uerus determinatur, unde Petr. Antiq. iur. nostri interpres hanc difficultatem quàm breuissimè resoluebat in l. deo nobis. C. de episc. & cleric. sic dicendo aut quæritur an id quod ciuiliter contingit, æquipolleat naturali casui, & tunc distinguit, Aut post ciuilem casum potest naturaliter aliquid euenire effectum pariturum, aut non; Primo casu non sufficit ciuiliter fieri, vt in l. ex ea parte §. insulam de verbo. obligat. ibi enim potest euenire mors naturalis post ciuilem ideo expectatur, aut nõ potest post ciuilem casum aliquid naturaliter euenire efficax, & tunc non expectatur naturalis casus, ut in matrimonio disoluto per ciuilem casum, quo superueniẽte naturalis non potest aliquid operari, quia quod solutum semel est, amplius disolui non potest. & ita intelligitur. §. distrahuntur in authen. de nupt. Alij

3 † uoluerunt distinguere; aut profertur dispositio ab homine, & tunc non sufficit quod prolatum est fieri ciuiliter. Aut profertur à lege, & tunc sufficit, sed hoc secundum eundem Petr. nihil est.

4 Dyn. † aliter soluit, aut scilicet ciuilis casus operatur eundem effectum quem operatur naturalis, & tunc æquipollet, ut in d. l. Deo nobis, & l. si decesserit qui satis. cogan. & l. actione. §. publicatione.

5 pro soci. aut non operatur eundem effectum † & tunc non æquipollet d. §. insulam. l. cum pater. §. hæreditatem de leg. 2. & de iur. fisc. l. Statius. §. fin. cum sim. & ita scripsit in pluribus locis in d. §. insulam in l. si cum dotem in princ. sol. matr. in l. si quis. §. fin de testam. tut. & hanc resolutionem dicit Cyn. in dicta l. Deo nobis col. 2. post princ. eandem esse cum prima Petr. & cum illa transit. Sed planius † explicando Bal. in d. §. & quid si tantum l. Gallus de liber. & posthum. sub nu. 2. colu. 2. uer. item contra hoc, sic

7 distinguit, aut est casus similis & eiusdem effectus, & tunc prouisio facta in unum casum trahitur ad alium d. §. & quid si tantum, & de cond. caus. dat. l. si extraneus secundum vnam lecturam; aut non est idem effectus & tunc inquit referre an adsit coniecturata uoluntas defuncti interpretata per legem,

8 & tunc prouisio † facta in vnum casum trahitur ad alterum, quantumcunque non sit eiusdem effectus, l. iam hoc iure de uulg. & pupill & l. si ita supra eod. aut non est coniecturata uoluntas defuncti, & tunc aut de sui natura casus omissus continetur sub ex-

9 presso, † & tunc prouisio facta in unum casum trahitur ad alium, ut institu. pro socis. §. illud aut non

10 est simul † nec eiusdem effectus, nec est coniecturata uoluntas, nec de sui natura cõtinetur sub expresso, & tunc prouisio facta, in unum casum non trahitur ad alium ut l. commodissimè de liber. & posthum. sed bene trahitur ad eundem casum alio modo contingentem, ut est exemplum in l. Titius. §. fide liber. & posthum. ex quibus apparet an substitutio facta in vnum casum contineat alium casum cõtingentem circa eandem speciem, & hanc Bald. doctrinam sequitur Socin. in consi. 1. sub num. 12. uol. primo, Felyn. uerò quantum ad materiam statuti

tantum

tantum in tribus, ualde notandis caſibus in d. ca. inſinuatum de ſimo. limitat memoratam concluſio
ſionem. Quorum primus eſt, niſi ſtatutum loquere
tur in materia iuris non diſponendo præter uel cō-
11 tra ius, † quia tunc interprætabitur ſecundum ius,
per tex. in cap. ad audientiam de cleric. non reſiden.
ubi not. Abb. & alij doct. Secundus eſt quando lex
omnino compararet caſum fictum caſui uero,
12 † quia tunc ſtatutum etiam ſi eſſet præter ius, nihi-
lominus extenderetur ad caſum fictum, quem per
omnia lex comparat uero. Roma. in l. prima, §. de il
lo ad Trebell. qui ſic intelligit tex. in d. cap. ad audiē
tiam, de qua tamen limitatione dubitat Felin. in d.
13 cap. infinuatum ſub nume. 3. tertius eſt † quando
alias ſtatutum intelligeretur eluſorium, niſi intelli-
geretur in caſu ficto. ut latè notat Domini. in capi.
ut circa in princ. in vlt. colum. de electio. lib. 6. Do.
14 † Alcia. d. l. 2. de uer. ſignific. diſtinguit, quando ſci-
licet caſus fictus nomine & effectu conuenit cum
uero; item quando nomine tantum, & rurſus quan
do ſolo effectu eſt conformis, primo caſu credit re-
gu. non eſſe locum ſed quod ſtatuitur in caſu uero
15 locum habere † in caſu ficto, per ea quæ trad. Bart.
in dicta l. omnes populi ſub num. 62. de iuſt. & iur.
per tex. in l cum ex oratione. C. de excuſat. tuto. ubi
conſtituta in in genuo locum habet in eo qui inge-
nuus eſt fictè, & ſic in liberto qui reſtitutus eſt nata
16 libus l. ſecunda, C. de iur. aure. anul. item in † caſu ſta
tuti admittentis ad decurionatū ſolos ciues origina
rios, quod etiam comprehendit alienigenas qui im
petrauerint ciues fieri cum ea clauſula, ut pro origi
narijs habeantur, quod plenius tradit ſancto Sene
ri. in d. l. omnes populi ſub num 236. item in ijs quę
tradit Bar. in d. l. ſi maritus ad leg. Iul. de adulte. Se
17 cundo uerò caſu † quando nomine tantum conue-
niunt, vult regulam procedere, veluti ſi loquatur,
ſtatutum de domino nō intelligetur in filiofamilias
qui uiuente patre factus eſt dominus, l. in ſuis de
lib. & poſthum. & §. ſui inſtitu. de hæred. qualitat. &
diffetent. Bart. in l. ſciendum qui ſatiſd. cog. ita vult
18 quoque quod ſupradictum eſt de ſtatuto † prohi-
bente uniones uel gemmas in mundo muliebri ha-
beri, negat enim ſtatutum extudiri debere de adul
terinis & ſuprapoſitijs, & reſpondet ad text. in l. iij.
C. de ueſti. olob. & aurat. lib. 11. idem quoque eſſe
vult in caſu. l. ultim. C. de ijs qui ueni. ætat. impetr.
19 tertio verò principali † caſu negat rurſus regulæ eſ-
ſe locum, ſed idem ius conſtitui oportere in ficto,
atque in uero caſu, quia fictio imitatur ueritatem,
ut in l. fin. de magis. conueni. in l. liber homo 1. §. ſi
ſeruus ad leg. Aquil. Bar. in l. ictus fuſtiū de infamil.
20 ubi vult notam infamiæ quam irrogat † lex uerè cō
demnatis publico iudicio, habere quoque locum
ueluti in ijs qui pro confeſſis habentur. ponit quo
que exemplum in l nihil, ad Senat. Macedo. in l. mor
tuo de fideiuſſ. in l. diuus de falſ. & in l. aduerſus. de
arbitr. inducendo vt per eum, ſed Viuius li. com. opi
nio. uer. infamia iuris, & Dom. Clar. in praxi. crimi.
q. 72. in fi. teſtatur de communi in contrarium. Hāc
tamen concluſionem reſtringit, ut locum non ha
beat quando diuerſa ratio operaretur ut diuerſum
21 ius conſtitui deberet in uero, † quam in ficto, ut in l.
illud. de peti. hæreditat. in l. non abſtulit. C. de nou.
in l. 1. §. denique ad ſenat. Trebellia. in l. 3. §. hæc uer
22 ba de nego. geſt. item quando veriſimile eſſet † de
alio caſu actum nec fuiſſe quàm de uero, ut in eo q̃
iurauit ſe ſoluturum, qui non poterit quod eo tem
pore debebat compenſare, licet aliud eſſet in eo qđ
ex noua cauſa incipiat deberi, ut per Bar. in l. am-
plius rem rat. habe. uel quando eſſemus in ſtatuto
23 † excludente ab ingreſſu collegij eum, qui exercue-
rit artem vilem, nam intelligetur de eo qui uerè
per ſe & manibus proprijs exercuerit, non etiam p
alium, argum. l. 3. §. ſi procurator quod quiſque iur.
iuncta clem. j. de inceſt. nupt. idem dicit eſſe † in con
ditione illa ſi ſine liberis ex legitimo matrimonio,
conceptis deceſſerit, quia non cenſentur comprehē
ſi etiam legitimati per ſubſequens matrimonium
quia ficti ſunt filij, ut per Alex. in conſi l. 6. lib. 7. &
per tex. in cap. innotuit de electio. Sed quantum ad
hoc ultimum eſt aduertendum, quia communior
opinio uidetur eſſe contra Alex. ut nouiſsime teſta-
24 tur Franciſcus Burſatus † non uulgaris eruditionis
iuriſconſultus in conſil. primo, ſub num. 28. in conſ.
17. ſub num. 3. & 4. & ſeq. & in conſil. 17. ſub nu. 3.
4. 5. & pluribus ſequen. ubi diligentiſsimè enumera
tis auctoritatibus oſtendit communiorem eſſe opi-
nionem, ut legitimati per ſubſequens matrimoniū
faciant deficere ſupra relatam conditionem, & cum
requiſitus fuiſſem à quibuſdam Nobilibus Nouo-
26 comenſibus de Pyrrhis † ut in quandam ſimili ſub-
ſtit. conſulerem contra legitimatum per ſubſequēs
matrimonium, nolui conſulere pro opinione Alex.
etiam id à me enixe contendente uſque ad aras tñ
egregio iuriſconſulto Alexandro Locino Auditore
mihi ex animo addictiſsimo, dū in hoc Ticenenſi
gymnaſio inter ſcholaſticos fuit, ſed hæc obiter & à
me quaſi aliud agentem dicta ſint hac de re. plenius
dicturo. j. li. 9. materia conditionis uoluntarię. Pu
tat rurtus D. Alci. ſupra firmatæ concluſionis locū
27 non eſſe † in materia ſtricta, quæ ad literam debet
intelligi ut in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. in l. fi.
28 C. vnde ui, in l. municipali † mandante rem uenditā
publico preconio, præſcriptioneque certis in lo-
cis euulgari, uulgò dicunt ponere ad cridas, & niſi
intra ſex menſes contradictum eſſet, quamlibet per
ſonam, etiam ſi uniuerſitas eſſet, excludi; quia inq̃t,
hæreditatem iacentem nō comprehendi, ut per Iaſ.
poſt Rapha. quē citat d. l. ſi is qui pro emptore in 7.
notab. declat. ut per eum, idem vult eſſe in ſtatutis
29 † correctoriis & limitatoriis in quibus non eſt extē
ſioni locus, ut per Imol. in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
30 tum de liber. & poſthu. quod & in pœnalibus † &
odioſis procedere uult, ut per Rom. in conſil. 436.
& in diſpoſitione taxatiua ueluti cum quis ſe pro
31 facto ſuo tantùm † obligauit, Bart. in l. ſi ſic de uer
bo. oblig. & in diſpoſitione hominis, quando caſus
32 fictus ſub uerbis † comprehendi non poteſt, l. ſi cū
dotem in princip. ſolut. matr. ex his quoque ait deci
di arduam illam quæſt. an mortis appellatione de
motte quoque ciuili accipiamus, in qua pro regu-
33 la traditum eſt, non accipi, † l. ex ea §. inſulam de

verb.

verbo.obligat.quia uis uerborum talem ſenſum nõ
34 patitur,in omnibus tamen caſibus † in quib. mors
ciuilis omnino eiuſdem effectus erit, quo ad id de
quo agitur cum morte naturali,tunc ex interpreta-
tione de illa quoque actum cenſebitur,ut docet ip-
35 ſe multis exemplis,& ideo † ut ſocietas morte fini-
tur,ſic etiam publicatione. l.actione. §. publicacio-
ne pro Soc.& ſicut mortuus non impedit ni ſequens
in gradu agnatus ut proximus admittatur,ita & de
portatus.l.j,in fin.de contratab.bon. poſſ. & pactũ
36 † de dote lucrifacienda in caſum uxoriæ mortis fa-
ctum quoque cenſetur in caſu quo illa religionem
ingrederetur.l. Deo uobis.C.de epiſc.& cler.declara-
rando ut per eum cum ſimil.exemplis ab illo ad-
ductis.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſentiat Io. Imol.in hactenus contrauerſata quæſtione,an d ſpoſita in caſu uero trahantur ad fictum.*
2 *Statutum a iure communi in caſu uero trahi ad fictum quando eadem eſt ratio.*
3 *Statutum exorbitans a iure communi, de caſu uero loquens non trahitur ad caſum fictum, ſecus ſi eſt ſecundum uel præter ius commune, eademque militat ratio.*
4 *In ſtatutis ſecundum uel preter ius commune locum habere arg.a contrario ſenſu,& à ſimili.*
5 *Reſcriptum in caſu uero non trahi ad fictum.*
6 *In diſpoſitione hominis ſi ex caſu ficto reſultat idem effectus qui ex caſu uero, fit progreſſus de uno caſu ad alterum.*
7 *Impetratio ueniæ ætatis,non per omnia facit haberi ac ſi quis eſſet legitimæ ætatis.*
8 *Quid reſoluat Franciſcus Areti. in eadem controuerſia.*
9 *In diſpoſitionibus præter ius commune ſi caſus fictus ſimpliciter habetur pro tali,comprehenditur ſub diſpoſitione ueri.*
10 *Quibus iuribus probetur Io.Andr.ſententia in materia extenſionis diſpoſitionis caſus ueri ad fictum.*
11 *Quid alibi ſenſerit Io.Imo in eadem materia.*
12 *In teſtamentis & contractibus diſpoſita in caſu uero nõ trahi ad fictum,niſi omnino inſit idem effectus.*
13 *In reſcriptias caſu uero non procedi ad caſum fictum.*
14 *Et quæ ſit ratio.*
15 *Priuilegia non trahi ad caſum fictum niſi concedens reſpiceret caſum fictum.*
16 *Diſtributiones quotidianas inter præſentes tantum erogari, niſi quis admiſſus ſit in canonicum perinde ac ſi eſſet præſens.*
17 *In diſpoſitione iuris communis caſum fictum ex ui uerborum non comprehendi,ſed ex mente legis fieri progreſſum de uero ad fictum.*
18 *Idemque eſſe in ſtatutis quæ ſunt ſecundum uel præter ius commune.*
19 *In ſtatutis contra ius commune caſum fictum, neque ex ui uerborum,neque ex mente comprehendi.*
20 *Niſi fictio poſt ſtatutum ſuperuenerit.*
21 *Quamuis aliud ſit ſi iure communi fuerit inducta.*
22 *In ſimilibus faciliorem dari limitationem.*
23 *Alexandrum accedere ſententiæ Imolæ in materia comprehenſionis caſus ficti ſub diſpoſitione caſus ueri.*

Quam varie rurſus ſenſerint Ioan.Imola & Franciſc.Aretin.in hoc eodem articulo fictæ ſignificationis,

CAP. XXI.



Mola uerò in d.l.Gallus.§.& qd
1 ſi tanũ ſub nu. 36.† omue hoc
negocium ſic concludit. Tu po
tes inquit dicere in hac materia
licet doctor. varient,quod aut
quæritur, id de quo agimus in
diſpoſitione iuris communis,
aut in diſpoſitione ſtatutaria, aut in diſpoſitione
hominis; Primo caſu ſtatutum in caſu uero trahi-
2 tur ad † caſum fictum,quando eſt eadem ratio etiam
ſi materia ſit exorbitans, ut uidetur probari in d.§.
& quid ſi tantum iuncto eo quod notatur in princ.
legis,pro hoc etiam quod habetur in l.prima, §.1.
ad leg.faicid.nec obſtat d.l.3.de neg.geſt.in §. hæc
uerba,quia facit pro hac parte, nam licet caſus fi-
ctus non comprehendatur ſub uero ex ui uerborũ
tamen ex mente, & interpretatione comprehendi-
tur, quando eſt eadem ratio, hinc eſt quòd ibi idẽ
deciditur in caſu uero atque in caſu ficto. Secun
3 do caſu † aut ſtatutum eſt exorbitans a iure cõmuni
& tunc uidetur, quòd non fiat extenſio ad caſum fi
ctum argumen.l.præcipimus.C.de appellat.& ita in
telligatur dictum Bart.in d.l.omnes populi in ſexta,q.aut eſt præter ius ſecundum ius, & tunc trahi-
tur etiam ad caſum fictum in quo eſt eadem ratio,
ut uoluit Io.And.in ſimili conſuetudine, in cap.vlt.
de conſuetu.lib.6.pro qua concluſione facit, quòd
4 tunc quoque locum habet arg.† à contrario ſenſu,
& procedi poteſt ex mente de ſimilibus ad ſimilia,
ut not.Bart.in d.l.omnes populi. Tertio uero caſu
concludi inquit, quòd aut loquimur in reſcriptis,
5 † & tunc reſcriptum in caſu uero non trahitur ad ca
ſum fictum,etiam ſi ſit eadem ratio,ut eſt caſus in
cap.ſuſceptum de reſcript. lib.6. Aut quærimus in
alia diſpoſitione hominis,& tunc ſi ex caſu ficto re
ſultat præciſe idem effectus qui reſultat ex caſu uero
6 quo ad id de quo agitur,† tunc trahitur ad caſum fi-
ctum: ut eſt caſus in dicto §. & quid ſi tantum & in
§. ſequen.& in l. Deo nobis. C.de epiſcop. & cler.
aliàs ſecus, & ſic loquitur dicta l.fin.C.de ijs qui
ven. ætat. impetrar. nam impetratio ueniæ ætatis
7 † non per omnia facit haberi ac ſi quis eſſet legitimæ ætatis,nam non poteſt alienare immobilia ſine
decreto ut ibi, facit etiam l. ex parte §. inſulam de
uerbo.obligat.cum ibi notat. & ex ijs poſtea infert
ad deciſionem illius quæſtionis an ſub ſtatuto pu-
niente facientem maleficium comprehendatur eũ
8 mandans.Franciſ.uerò Aretin. † in l.lege Cornelia,
ſub num,ſecundo,de teſta. tranſit cum reſolutione

Ioan.

Ioan. Andr. in dicto cap. final. de consuet. in uersi. per alios ubi uidetur concludere, quòd dispositio contra ius in dubio non comprehendit casum fictum, aut dispositio est præter ius & tunc si casus † fictus simpliciter habetur pro tali, comprehenditur, secus si quo ad aliquos tantum effectus. uerum ipse primum membrum limitat locum non habere quando dispositio exorbitans contineret fauorem publicum, uel alàs esset fauorabilis, & ex æquitate naturali approbata a iure ciuili, ut uidetur probari in textu, & gloss. l. milites. ff. ex quibus caus. maio. & in l. sed si hac §. patronum de in ius uocando, ibique per Bald. non tamen absolute firmat istas limitationes, & dicit pro secundo membro supra relatæ doctrinæ Ioannis † Andreæ, esse textum, in lege tertia, §. minorum de minor. ubi fictio quod quis habeatur pro nato dum est in utero, operatur ad excludendum ius restitutionis in integrum. pro tertio membro dicit optimum esse textum in lege cum ex oratione de excusatio. tuto. ubi Baldus plenius hanc materiam complexus fuit † Ioan. Imol. in dicta lege prima, §. lex falcidia ad leg. falcidi. sub numero octauo, sic distinguens, quod aut quæritur in testamentis, aut in contractibus, aut in rescriptis, aut in priuilegijs, aut in iure communi, aut in statutis. si in testamentis uel contractibus uidetur dispositum in casu uero non habere locum in casu ficto, nisi haberet omnino eundem effectum per nota. in l. ex parte in §. insulam, de verborum obligationib. in l. Deo nobis C. de episcopis, & clericis, uel si constaret testatorem uel contrahentes habuisse respectũ etiam ad casum fictum ut in dicta lege prima, §. lex falcidia ad l. falcidi. si uerò nos loquimur in rescriptis † tunc dispositum in casu uero, non habet locum in casu ficto, quia illa sunt ambitiosa, & restringenda dicto capitulo suscepta de rescriptis. libro sexto, & est ratio huius dicti & præcedentis † quia cum pari passu non procedat casus uerus, & casus fictus, & testator uel contrahens seu rescribẽs respiciat casum uerum, non uidetur uoluisse respicere casum fictum, argum. l. cum prætor de iudic. non in testamentis, nec in contractibus, in casu de quo dixi, in quibus latior fit interpretatio, quàm in rescriptis facit l. in testamentis de regulis iuris, & capitulo cum dilecti. de donatio. Si uerò nos loquimur † in priuilegijs, idem uidetur per dictum capitulum suscepta, secus si priuilegium concedens respiciat casum fictum, ut quia concedit, quòd habeat perinde ac si esset in beneficio, & interesset diuinis, nam tunc haberet priuilegiarius distributiones quotidianas quæ dantur tantum præsentibus qui intersunt † diuinis, ut in capitulo primo de cleric. non resident. in sexto, & in capitulo vltim. de consuetud. in 6.

Si autem nos loquimur in iure communi tunc ex vi verborum disponentium in casu uero, non † comprehenditur casus fictus, dicta l. tertia, §. hęc uerba de neg. gest. tamen ex mente legis fingentis tralutur dispositum in uero ad casum, fictum, ut probatur in dicta l. j. §. lex falcidia. Si uerò loquimur in statutis, † si sunt secundum ius commune uel præter ius commune, tunc idem dicendum est, quod in iure communi, tamen talia statuta recipiẽt interpretationẽ & extensionem secundum ius commune, ut not. Barto. in dicta l. omnes populi in materia interpretationis statutorum.

Si verò essent contra ius commune, † tunc statutum in casu uero, ex ui uerborum non comprehẽdet casum fictum, & hoc est clarum, item nec ex mẽte si fictio præcedebat, quia tũc disponendo super uero, uidetur disponens præcisè fuisse ueritatem cõtemplatus, argumen. l. cum prætor de iudic. Secus forte si post statutum fictio fuerit inducta per habentem potestatem, † nam tunc trahetur statutũ ad casum fictum saltem quando per eosdem statuẽtes ad successores esset inducta fictio argument. d. §. lex falcidia. Sed si induceretur per ius commune esset tunc maius dubium & forte † tunc non traheretur, argum. dicti capit. suscepta de rescript. lib. sexto, & l. quicquid adstringendæ de uerborum obligationibus, cum ibi nota. nam satis esse videtur, quòd lex superueniens limitet dispositionem iuris communis sibi similem, cum in similibus faciliter fiat † imitatio l. fina. C. qui potio. in pigno. habe. & in l. in rem. §. item quæcunque de rei uendicatio. institutio. de iur. natu. §. sed naturalia & l. si unus. §. si acceptilatio. de pact. Cum hac resolutione Imo. † transit quoque Alexand. in dicta l. prima, §. lex falcidia columna penultima, & final. sub numero nono, ibique columna ultim. post princip. dicit hanc esse satis sustentabilem, atque notandam doctrinam præterquam in eo dum facere uidetur differentiam inter ius commune & statutum, quia ipse putat idem in utroque casu concludendum esse, declarando ut per eum.

SVMMARIVM.

1 *Diogenis exemplo alijs laborantibus cessandum non esse.*

2 *Auctorem reducere omnem hanc disputationem ad tria capita, quòd aut uersamur in ijs, quæ sunt facti, uel in ijs, quæ sunt iuris, aut quæ promiscuo sunt facti, & iuris.*

3 *Fictionem in triplici esse differentia.*

4 *Fictio inductiua secundum Barto. quid sit.*

5 *Fictio priuatiua quid sit.*

6 *Fictio translatiua quid sit.*

7 *In omnibus fictionum generibus posse locum habere tria illa capita supra relata.*

8 *Exempla plura proponi fictionis inductiuæ, circa ea quæ sunt facti, uersantis numero 9. 10. 11. & sequen.*

13 *Casum fictum qui eiusdem sit effectus cum casu uero, sub dispositione loquente de casu vero concipi.*

Ex communi doctor. sententia.

14 *Pactum de dote lucranda in casu solutionis matri morrij per mortem naturalem uerificari quoque in ingressu religionis.*

15 *Societatem sic resolui morte ciuili, vt naturali.*
16 *Damnatos in metallum ac deportatos pro mortuis naturaliter haberi.*
17 *Conceptos & natos uerè, pro non natis neque conceptis haberi ex legis dispositione,*
18 *Eos qui mortui nascuntur legem fingere non natos esse.*
19 *Fictionem translatiuam uel extensiuam esse vel de tempore ad tempus, uel de persona ad personam, vel de re ad rem, aut de loco ad locum.*
20 *Legem plerumque effingere aliquem retromortuum, pecuniam retrofuisse solutam, aliquem retrofuisse in ciuitate retroue occisam fuisse, retrodamnum datum.*
21 *Qui per alium facit per se ipsum facere videri.*
22 *Clauium traditione res omnes, quæ sunt intus traditas videri.*
23 *Possessionem prout est ius insistendi traditione clauium uere acquiri.*
Instrumento tradito, uideri quoque ea tradita, quæ in instrumento continentur. num. supra citat.
24 *Exempla cum lex de loco ad locum fingit unde petantur.*
25 *Casus fictus quando dicatur eiusdem effectus esse cum vero.*
26 *Casum fictum dici habere eandem operationem, & eundem effectum cum uero quando illi à lege est comparatus,*
27 *Quando reperiuntur duo à lege antiqua comparata, noua dispositio superueniens in vno locum habet in altero, ex communi.*
28 *Diuersi effectus eos casus censeri quando ex legis uel hominis dispositione nulla reperitur facta esse comparatio.*
29 *Casus fictus vbi ex vi rationis comprehenditur semper includitur sub dispositione ueri, nu. 30.*
31 *Rationem in lege esse expressam, uel pro expressa haberi in iure comparari.*
32 *Modo tamen ratio sit finalis & non impulsiua.*
33 *Rationem ut genus comprehendere casus omnes qui sub illa veniunt.*
34 *Casum qui veniat ex ui rationis dici uenire per comprehensionem, & non per extensionem.*
35 *Casum fictum sub uero ex mente quoque disponentis comprehendi.*
36 *Mentem legislatoris ac disponentis cuicunque etiam propriæ uerborum significationi præferri.*
37 *In dubio disposita in casu vero non habere locum in casu ficto.*
38 *Ex diuersis illationem non fieri.*
39 *Casum fictum sub uero concipi, quando dispositio redderetur eluforia, vel ad absurdum traheretur.*

Quid sentiat Auctor in proposita difficultate, reducens omne negocium ad tria capita, hoc est ad ea quæ sunt facti, ad ea quæ sunt iuris, & ad ea, quę promiscuè atttinent ad factum & ius, præmissaque triplici fictionis acceptione, uersatur circa ea quæ sunt facti, primum differens qualiter in ijs fictio uersetur.

CAP. XXII.



IN hac difficultate, ne alijs tam
1 strenuè laborantibus, nos ipsi nihil † agere uideamur, Diogenis exemplo, qui Corinthijs de republica laborantibus, Gurgoreſtiolum & ipse suum uersabat, ne in aliorum laboribus solus ipse sim. ocioſus. Videretur mihi omnis hæc controuersia ad tria esse capita reducenda, hunc scilicet in modum † quòd aut sumus
2 in dispositionibus concernentibus ea quæ sunt facti; aut respicientibus ea quæ sunt iuris; aut pertinentibus promiscuè ad ea quæ sunt iuris & facti, prout tria ista capita considerat Barto. in dicta l. si is qui pro emptore in tertia, quarta, & quinta quæstione, in triplici illo genere fictionis. Sed antę omnia puto ad maiorem totius negocij perspicuitatem, † præmittendum esse, fictionem in triplici
3 esse differentia, quia alia est fictio inductiua, alia priuatiua, & alia translatiua, seu extensiua. fictio inductiua † secundum Bartolum in dicta l. si is qui pro emptore sub numero vigesimo-
4 sexto, est in re certa non existente possibili, pro existente a iure facta assumptio. fictio priuatiua,
5 † ut idem ibi scribit sub numero 37. est in re certa existenti, possibili non existere, pro non existente
6 facta assumptio. fictio autem translatiua, † ut ab eodem ibi traditum est, sub numero 43. est in re certo modo existenti, pro alio modo possibili, in iure facta assumptio. Declarando unamquamque definitionem ut per Bartolum in loco supra citat. quem mihi solum adduxisse satis esse putaui; quod cæteri Doctor. paucis additis uel immutatis ab illius traditionibus non recedat, in quibus
7 omnibus † fictionum generibus, cum locum habere possint tria illa capita, de quibus supra mentionem fecimus, ut per Bartolum, Crotum, Iason. Bolognetum, & alios in dicta lege si is, qui pro emptore, de usucapion. quia in unoquoque earum genere, potest fictio uersari, circa ea quæ sunt facti, quæ iuris, & quæ promiscuè iuris sunt ac facti, ut multis propositis exemplis appositè admodum declarat Bartolus in locis supra relatis, de quorum ueritate postea alij disputant; ideo omnem hanc controuersiam ad tres illas partes reduxisse voluit.

Primo igitur casu, quando uersamur in ijs,
8 quæ sunt facti, † uerbi gratia, quia tractemus an dispositio quæ loquitur de iam natis habeat locum in ijs, qui pro iam natis habentur, iuxta l.
9 qui in utero de stat. hominum, fingere enim † quod

natum

natum non est esse natum facta est l. Arethusa. l. ultim. de statu. homi. uel an dispositio, quæ
10 loquitur † de uiuentibus locum habeat in ijs, qui pro uiuentibus habentur, vt instituti o. de excusat. tutorum, §. sed si in bello, lege bello de excusatio. tutoto. & l. ultim. de uar. & extraordinar cognitio. ui-
11 uere enim est facti. Aut cum quærimus † an proui sio facta in casu conditionis potestatiuæ impletæ, protrahi possit ad casum in quo pro impleta habea tur, ut in l. iure ciuili de condition. & demonstrat. in l. à Diuo Pio. §. si pignora de re iudic. est enim hęc
12 materia meri † facti l. qui hæredi. in principio, & l. Mæuius de condition. & demonstrationibus, & ego non constituo aliquam differentiam inter dispositionem legis, vel statuti, uel hominis, sed dico sic esse distinguendum; aut casus fictus de quo agitur, vt concipiatur in dispositione aliqua loquente de casu uero, eiusdem effectus cuius est
13 casus verus; aut diuersi, Priore casu † frequentior est supra relatorum Patrum sententia, vt quod dispositum est in casu uero, censeatur quoque dispositum esse in ficto, ut est casus quantum ad fictionem inductiuam in iuribus & exemplis supra relatis, quantum uerò ad fictionem priuatiuam habetur exemplum in l. Deo nobis. C. de episcopis & clericis, ubi quod constituitur in casu pacti de
14 dote lucranda † soluto matrimonio morte naturali, censetur quoque decisum quando resoluitur per ingressum religionis, & sic euentu mortis ciuilis, & sic societas, quæ finitur morte naturali,
15 † finitur & ciuili deportationis, & publicationis bonorum, propter identitatem effectus l. actione. §. publicatione pro socio. Sic pariter in materia consilij Galli disposita in morte naturali uendicant sibi locum in morte ciuili lege Gallus. §. & quid si tantum de liberis & posthumis, idem est
16 cum lex † in alijs casibus singit damnatos in metallum, & deportatos, cum uerè uiuant, nihilominus esse mortuos, ut in lege prima, §. penultim. de bon. possessio. contra tabul. & in alijs partibus iuris, dum uere uiuentes pro mortuis habentur, l. antepenultima, & l. seruitutem de regulis iuris
17 item dum singit eum qui conceptus † fuerit & natus neque natum, neque conceptum esse l. Titius, §. Lucius de liberis & posthumis, cum ibi no-
18 tat. idemque de ijs, † qui mortui nascuntur, quos lex fingit non natos fuisse l. qui mortui infra eod. l. si qu s prægnantem infra de regulis iuris, & l. is cui, quando dies legati uel fideicommiss. ced.

Quod autem attinet ad fictionem translatiuam,
19 † seu extensiuam, quia hæc recipit quatuor considerationes, ut docet Bartolus in dicta. l. si is qui pro emptore sub numero 43. ad finem, & post principium quintæ principalis quæstionis; videlicet quia uel fingit de tempore ad tempus, uel de perso na ad personam, uel de re ad rem, uel de loco ad lo cum, ideo singulatim in uno quoque capite sunt
20 ponenda exempla. Quando † igitur de tempore ad tempus fingit, exemplum proponi potest, ut cũ aliquem retro mortuum fuisse effingit, ut in l. Cornelia, uel retro fuisse in ciuitate, ut in fictione postliminij retro, pecuniam fuisse solutam, ut l. solutionem infra de solutio. retro occisum qui hodie moritur. l. huic scripturæ. §. penultimo, & l. ait lex ad legem Aquili. Retro damnum datum quod hodie patitur l. damni. §. Sabini de damn. infect. cum sexcentis simi.

21 Quando uerò de † una persona ad alteram fingit potest exemplum poni in eo qui per alium facit qui iuris fictione per se ipsum facere uidetur, ut in lege prima, §. deieciisse, de ui. & vi arma. in l. ita autem. §. gessisse, de administratione tutorum. per Dyn. in capitulo qui per alium facit, de regulis iuris libro sexto, in l. nemo de duo. re. & not. in l. si pacto super gloss. in uer. feciisse de ijs, quæ in fraud.
22 credit. cum autem † de una re ad aliam fingit po test exemplum poni in traditione clauium, per quam aliæ res quæ sunt intus uel sunt inuectæ intel liguntur, esse traditæ, & hoc prout ad traditionem quæ est facti, negocium referimus ipsa autem
23 † possessio prout est ius insistendi, uerè acquiritur, probatur. in te xtu, l. clauibus de contraend. emptio. facit. l. secunda, C. de pericul. & commo. re. uendi. idem potest dici tradito instrumento, argumento, l. primæ, C. de donatio. & l. secundæ, de pact. & l. seruum filij. §. eum qui chirographum, de legatis primo. At ubi de loco ad locum fingit,
24 † effingi potest exemplum in l. quæsitum in principio de legatis tertio, & in l. quęsitum, §. idem respondit prædijs, & in l. Seiæ. §. Pamphilæ de fund. instructo. & l. illud de captiu. & postliminio reuersis.

25 Eiusdem autem effectus † appello casum fictum cum uero, quando habent eandem operationem respectu implementi ipsius dispositionis, ut in omnibus casibus supra relatis cernere est. ex quibus unus quisque per se facile poterit exempla de sumere ad confirmationem huius assertionis, ve luti cum in excusationibus tutorum uel curatorum tantum excusant filij in bello mortui, qui per gloriam fictè uiuere dicuntur, quàm qui uere uiuunt, ut institution. de excusationibus tutorum, §. sed si in bello. uel cum agimus de dissoluenda societate, uel matrimonio, tantum dissoluit ficta mors ciuilis, quantum naturalis, ut lege actione §. publicatione, pro soci. & in lege Deo nobis, C. de episcopis, & clericis, & ita de similibus supra re
26 censitis. hanc † autem operationem respectu implementi dispositionis, huncque eundem effectum habent casus ficti cum ueris, quando ex dispositione legis reperiuntur esse comparati uel per omnia exequati, ut in lege prima, de legatis primo, notanter tradunt explicantque interpretes nostri post Bartolum, & in capitulo translato de constitutio. dicunt Abbas, Felynus, & Decius & alij Doct. omnes in topicis in loco a similibus, & ideo
27 † facta est communis illa doctorum conclusio, quòd quando duo reperiuntur à lege antiqua comparata, dispositio noua superueniens in uno locum habet in altero, glossa in lege, quod uero

de legi.in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit, C. de furt. & ſeru.corrupt. Doctor.dicta l. prima, de legatis primo, Abb.& alij in d.cap.translato, Bartolus & cœteri in dicta l.prima,§.lex falcidia ad leg.falcidi. Iaſon in lege Marcellus in principio ad Senatus. Trebellia: cum ſimil. idemque eſt quan do comparatio uel exequatio illa eſſet facta in ſtatutis, in ultimis uoluntatibus, & in diſpoſitionibus inter uiuos; in ijs tamen, quæ ſunt ſub poteſtate ipſorum diſponentium.

28 Quando uerò ſunt diuerſi effectus † quia ex regula iuris, uel ex diſpoſitione expreſſa, uel iuris, vel hominis in eo caſu de quo agitur non reperitur facta eſſe comparatio; tunc ego arbitror

29 ſic † eſſe diſtinguendum, quòd aut ex ui rationis, quæ expreſſa ſit uel pro expreſſa habeatur, caſus fictus poteſt comprehendi, vel aliquibus ex coniecturis apparere poteſt de legis mente, uel ipſius diſponentis volentis ut ſub diſpoſitione caſus ueri intelligatur quoque conceptus caſus fictus; Aut uerſamur prorſus in dubio.

30 Priore caſu † concludendum eſt, caſum fictum comprehendi, quia quæ ratione coniunguntur, pro diuerſis non habẽtur lege à Titio. de verborum obligationib. l.illud ad leg. Aquil. & lege vltim.C.ad leg.falcid.Baldus in l.non poſſunt de legibus, maximè, qnando ratio expreſſa eſt in lege, uel pro expreſſa habetur, quia unica tantum afferri

31 posſit, (duo enim † iſti caſus componantur, gloſſa in l.quamuis ibique Baldus, Caſtrenſ. & alij C.de fideicommiſſ. Baldus in l. maximum uitium, columna quarta, C.de liberis præter. Imol. in lege finali, de hæredibus inſtituen. Baldus in conſilio 434. Domina Ioanna columna ſecunda, in fine, libro tertio, Decius in conſilio decimoquinto, Crauet.in conſilio 118.ſub numero octauo,& conſilio 201.ſub numero 28. Curtius in conſilio vndecimo, columna penultima, ſub numero 11. Abbas in capitulo finali, de reſcriptis. ubi hoc in-

32 telligit uerum eſſe † quando ratio eſt finalis, quod non habet dubitationem, quia vbi vnica tantum ratio aſſignari poteſt ea debet neceſſario eſſe finalis, quia impuſiua ſociam finalem admittit, & ſic vnica eſſe non poteſt.) tunc enim cum ratio

33 tamquàm genus † complectatur omnes ſuos ſpecificos caſus qui ſub ea comprehenduntur, ut per Baldum in lege de quibus ſub numero 35. de legibus,& in rubr.C.de naut. fœno.per textum in l.his ſolis.C. de reuocan. donationibus, cum ſimilibus, ſupra latius traditis in ea parte quam abſoluimus circa propriã verborum ſignificationem, caſus fictus, qui uenit ex ratione dicitur venire per

34 comprehenſionem † & ex diſpoſitione, ut per Baldum in conſilio 384. libro quinto, & per Crauet. in conſilio 183. ſub numero tertio, in conſilio 186.ſub numero 11.& 227. ſub numero quarto, & ideo ſub diſpoſitione facta de caſu uero conti-

35 netur ſimiliter ubi conſtat de mente legis † uel diſponentis ex aliquibus coniecturis, tunc quoque dubium non eſt, diſpoſitum in caſu uero, cenſeri quoque diſpoſitum in caſu ficto, quia mens legis

36 latoris, † & diſponentis, cuicunque etiam propriæ verborum ſignificationi præfertur lege non aliter: de legatis tertio, l.ſi ſeruus plurium §.vltim. & l. licet Imperator; de legatis primo, l.cum de lanionis, §.Pædius ait de fund.inſtruct.l.tertia. C. de liberis præteritis, l.in conuentionibus, infra eodem.l. ſemper in ſtipulationibus de regul. iuris,& l.in conuentionalibus, ubi latè Iaſ.de uerborum obligationibus cum ſimil.ſupra citatis in hoc libro, quando agimus de recipienda impropria ſignificatione ex mente diſponentis.

37 Quando uero eſſemus prorſus † in dubio ego nõ recederem a regula quæ habet diſpoſita in caſu vero non cenſeri locum habere in caſu ficto iuxta textum in l.tertia,§. hæc uerba de negocijs geſtis, cum ſimilibus, ſupra citat. in principio iſtius quæſtionis, quia tunc cum remaneant in prorſus diuer-

38 ſis terminis, † & ex diuerſis non fiat illatio. l. naturaliter. §.nihil commune, ubi omnes notant de acquirend.poſſeſsio.cum ſimilibus, non poterit caſus fictus ſub diſpoſitione de uero loquente contine-

39 ri. Reſtringerem ego tamen hoc caput † niſi diſpoſitio ipſa redderetur cluſoria, aut nulla, aut alias traheretur ad aliquod abſurdum, uel ad aliquod inconueniens per ea, quæ ſcribit Felyn. dicto capitulo inſinuatum in tertia limitatione, & ſupra retulimus in tertio caſu eius theoricæ in cuius ſententiæ confirmationem poſſunt adduci quæ ſupra diſſeruimus in tertio, quarto, & ſexto, eorum caſuum, in quibus impropriæ ſit locus ſignificationi.

SVMMARIVM.

1 *Legem non fingere in ijs quæ ſunt iuris ſed uere & proprie diſponere.*

2 *Paria eſſe quem eſſe talem uel haberi pro tali.*

3 *Ea quæ habentur pro talibus ficte ac improprie talia eſſe.*

4 *Lex fingendo circa ea quæ ſunt eius poteſtatis dici uere & proprie facere.*

5 *Verba intelliguntur, & credantur, ſolere importare fictionem.*

6 *Lex faciens eum qui ſit in poteſtate ſui iuris uel non legitimum, legitimum, uel ſeruum liberum, vere, & proprie id facere dici cum ſint iuris.*

7 *Et eos proprie ac uere dici ſui iuris liberos, & legitimos.*

8 *Legitimatus an ſit vere legitimus magna in controuerſia eſſe apud iuris interpretes.*

9 *Magis communem opinionem eſſe ut legitimatus ſit vere legitimus.*

10 *Auctorem nihil in præſentia decernere ob longiorem eius quæſtionis, & aliarum coniunctarum tractatum.*

11 *Quomodo intelligatur ratione contrarietatis ſupra firmatam*

firmatam conclusionem procedere non posse.

12 *Legem quæ fingit in castrensibus filiumfamilias haberi pro patrefamilias intelligi id facere secundum fictionem, & non secundum veritatem.*

13 *Vsufructus qui fingitur à lege in ijs quæ usu consumuntur, non secundum veritatem, sed secundum fictionem.*

14 *Fictionem priuatiuam inducere ueritatem in ijs quæ iuris.*

15 *Acceptilatio si fiat ad tollendam aliam obligationem quàm uerbis contractam non operari secundum veritatem ipso iure, sed secundum fictionem.*

16 *Fictionem extensiuam dum fingit de tempore ad tempus nihil uerè ac propriè inducere posse.*

17 *Quod pluribus exemplis declaratur sub numero 18. & 19. ac seq.*

20 *Dominium rei legatæ quod uerè est legatarij à die aditæ hæreditatis, fictè fingi retro fuisse a die mortis testatoris.*

21 *Quod iuris sit, quando fingit de persona ad personam.*

22 *Quod per nuncium uel per ministrum sit propriè a domino fieri dici.*

23 *Quid dicendum sit de ijs quæ per procuratorem fiunt.*

24 *Quando actus principaliter fundatur in persona procuratoris, non potest dominus nisi fictè ac impropriè dici facere.*

25 *Quando lex fingit de re ad rem in ijs quæ sunt iuris dicitur facere*

Vt in traditione clauium respectu possionis prout est iuris, ibi.

26 *Clericos qui in sua ecclesia pro residentibus habentur, quantum ad facultatem percipiendi fructus, pro uere præsentibus habentur, licet respectu facti residentiæ talis dispositio non nisi improprie & fictè operetur. & nu. 27.*

Quid iuris sit statuendum quando agimus de ficta uerborum significatione quę uersatur circa ea quæ sunt iuris.

CAP. XXIII.

1 SEcundo principali casu quando uersamur in ijs quæ sunt iuris, si agimus de fictione † inductiua Barto. in dicta l. si is qui pro emptore quæstione tertia, sub numero 29. Regulam esse ait, legem non fingere in ijs, quæ sunt iuris, sed uerè & proprie inducere, ac disponere. præterquam in casu contrarietatis ac repugnantiæ iuris, declarando ut per eum. Ias. tamen in d. l. si is qui pro emptore sub numero 222. quàmuis probet hanc Barto. sententiam, dicit tamen illum nihil sufficiens allegare, unde ipse ait posse ad hoc adduci eundem Barto. in l. si maritus, secunda, in §. legis ad l. iul. de adult. ubi concludit paria esse † quem

2 esse talem uel haberi pro tali in ijs, quæ sunt iuris. licet aliàs ea quæ habentur pro talibus, fi-

3 ctè & impropriè † sunt talia, l. mercis, secunda, de verborum significationibus, hoc titulo. item quòd lex fingendo in ijs, quæ pendent ab eius potesta-

4 te, uel per uerba fictionis loquendo dicitur † uerè facere, & non fictè, ut per Butr. in consilio 20. & licet Bartolus, & Doctor. pro ista solenni doctrina nihil allegent, ipse adducit textum in l. prædijs, ibi, tacitè pignori esse intelliguntur, & in l. eo iure ibi pignori esse creduntur, supra, in quibus cas. pign. uel hypothe. tacit. contrahatur, quibus, in lo-

5 cis appositis sunt illa uerba † intelliguntur, & credantur, quæ solent importare fictionem, ut per eundem Iaso. in tertia oppositio. Bartoli, ad primam part. in dicta l. si is qui pro emptore, & tamen in supra relatis iuribus non important fictionem, sed cum ueritate bona illa fuisse obligata designant, eo quòd id de quo enuntiatur est iuris, &

6 ideo inquit † Bartolus, si lex uult facere filium, qui sit in potestate, esse sui iuris, uel non legitimũ, esse legitimum, uel seruum esse liberum, quia ista omnia sunt iuris, §. primo, institutio. de patri. potest. §. liceat in auth. qui mo. nat. lib. effic. legi. l. quarta, de statu homi. intelligetur facere non secundum fictionem sed secundum puram ueritatem,

7 quia uere erit † sui iuris, uel legitimus, uel liber. & ita intelligit constitut. quę de dignita. per tot. in authen. & auth. positam ad l. sacrosanctæ, C. de sacro sanct. eccles. authen. quibus modis natular. effici. legitim. quib. modi. effici. su. & l. prima, cum ibi notat. C. si mancip. ita fue. alienat. additque rationem ut per eum, & quamuis id quod Bar. pro absoluto habet, videlicet, legitimatum esse uerè legiti-

8 mum, maxima sit † in controuersia apud iuris nostri interpretes, ut apud Ias. in d. l. si is q. pro empto re à nu. 227. usq; ad numerũ 277. qui sub nu. 275. transit cum opi. Bened. de Plumbino qui distingue bat inter ueram originariam legitimationem, & aliam quæ generaliter consideretur, ut priore casu uera sit opinio contra Bartolum, posteriore sit recipienda opinio Bartoli, magis tamen commu-

9 nis opinio † illa esse uidetur, ut sit uerè legitimus, per ea quæ scribit Didac. in secunda part. epitom. capitulo octauo, sub numero tertio, ubi in uersi. cæterum ualdè commendat, opinionem prædictam, Benedic. de Plumbino eandem quoque cum Bartolo, sententiam communiorem esse multis in hoc congestis auctoritatibus nouissimè testatur Franciscus Bursatus in consilio decimo, sub numero se-

10 cundo, sed ego † in præsentia nihil decerno, reseruata deliberatione alio oportuniore loco, quia propter longiorem huius quęstionis & aliarum coniunctarum tractatum amitteret præsens re-

11 solutio uim suam. Ratione autem † contrarietatis dictum est supra, firmatam conclusionem procedere non posse; quia si fictioni legis quominus

plenam inducat dispositionem in totum refragatur ius, non potest etiam in ijs quæ sunt iuris, lex fingendo uarietatem inducere, quia ueritatem in contrarium habet. & ideo lex quæ fingit filiumfamilias in castrensibus haberi pro patrefamilias, non potest id facere secundum ue-
12 ritatem † sed secundum fictionem, cum in reliquis obstet ueritas, secundum quam filius dicitur esse in potestate patris, & ita intelligitur text. in l. pater militi, §. si seruus, de castrens. pecul. & in l. secunda, ad senat. macedon. idem est in usufru-
13 ctu † earum rerum quæ usu consumuntur, quem lex fingit, qui licet sit iuris, lege prima, de usufruct. non tamen potest secundum ueritatem esse usufructus, quia ueritas & natura repugnant, ut earum rerum sit usufructus, quas usus consumit l. secunda, §. vltim. de usufruct. ear. re. quæ usu consum. & & ita tradit Barto. in dicta l. si is qui pro emptore sub numero tertio, in fin. cum sequen. de vsucap.

Si autem agimus de fictione priuatiua, tunc quo-
14 que Barto. concludit; fictionem regulariter inducere ueritatem in ijs, quæ sunt iuris: ueluti in stipulatione in qua cum ius uersatur, tollitur ipso iure, secundum ueritatem, per alteram stipulationem, l. si unus, §. pactus ne peteret de pact. l. vltim. C. de nouatio. §. præterea institution. quibus mod. toll. oblig. uel per acceptilationem ut in §. item per acceptilationem institutio. quibus mod. tollit. obli-
15 gatio, & l. penulti. de solutio. quæ tamen † acceptilatio, si fiat ad tollendam aliam obligationem, quam uerbis contractam, non potest operari secundum ueritatem ipso iure, sed secundum fictionem & ope exceptionis, ut declarat Barto. in dicta l. si is qui pro emptore sub numero 40. cum legibus sequent. Quia cum acceptilatio inuenta sit, ut uerborum obligationem extinguat, non ut eam excusciter non potest, cum sit, contrarium effectum eius finis, ad quem inuenta est, secundum ueritatem operari, l. cum tale, §. falsam de conditio. & demonstrationib. & l. legata inutiliter de legatis primo.

Sin autem loquamur de fictione extensiua, tunc si fingit de tempore ad tempus in ijs, quæ
16 sunt iuris; † non potest ueritatem inducere; sed solum fictionem & improprietatem operari, quia ius non potest facere ut fuerit secundum ueritatem quod non fuit, ut cum fingit aliquem retro in pote-
17 state † fuisse qui non fuit. §. si ab hostibus quibus mod. ius patriæ potest. soluit. item aliquem retro-
18 fuisse infamem qui non fuit, l. furti. §. primo, qui not. infami. idem in omnibus iuribus hæreditariis,
19 quæ adita hæreditate † finguntur fuisse retro penes hæredem à die obitus defuncti, l. cum hæredes de acquirend. possess. l. hæres quandocunque de acquirend. hæred. l. omnis hæreditas, & l. omnia fe-
20 rè de regulis iuris, idem est in dominio rei † pure legatæ, quod uerè est legatarij a die aditæ hæreditatis, fictè fingitur retro fuisse a die mortis testatoris l. a Titio de fur. l. si tibi homo. §. cum seruus cum ibi notat. de legatis primo, & l. si quis ita hæredi de conditio. institutio. per quæ iura sic concludit Barto. in dicta l. si is qui pro emptore sub numero 45. de usucapio. Quando autem fin-
21 git † de persona ad personam, tunc inquit Barto. in dicta l. si is qui pro emptore sub numero 57. differentia est quantum ad hoc propositum, an fictio fit respectu eius quod fit per nuntium, an uerò ratione eius quod fit per procuratorem, quod enim
22 per nuntium † uel per ministrum fit, propriè a domino dicitur fieri, ut est casus in l. prima, §. omnia enim. C. de uet. iur. enuel. & in l. pater in fine. C. de manum. uindict. aliud exemplum habetur in l. qui autem: §. fin. de constitut. pecuni. in l. prima, in fin. de contra. emptio. & in l. multum cum ibi plenè notat. C. si quis ult. uel sib. si uerò sumus in eo quod per procuratorem explicatum est, differunt ea, quæ acquiruntur per actus naturales, ab ijs, quæ acquiruntur per actus ciuiles; primo casu idē
23 est in procuratore † atque in nuntio ueluti in acquisitione dominij ac possessionis, cum enim semper in istis casibus procurator exhibeat solum nudum ministerium, nec differat à nuntio, propriè semper domino acquiritur. l. quod meo. §. procurator de acquirend. possess. l. certè. §. primo, ubi est casus in individuo de precar. secundo casu cum actur principaliter fundetur in persona pro-
24 curatoris, ipseque is sit, qui † uere faciat, non nisi improprie & fictè poterit Dominus dici facere, ut not. in dicta l. multum interest. C. si quis alteri uel sib. & in l. si pater de ijs quę in fraud. cred. & facit. l. ea quæ ciuiliter de acquirendo rerum dominio.

Quando autem fingit de re ad rem, Bart. concludit in d. l. si is qui pro emptore sub nume-
25 ro 65. † in ijs quæ sunt iuris legem fingentem, uere & proprie operari non autem per fictionem & impropriè; ueluti cum fingit per traditionem dominium possessionem, prout est ius insistendi, ut per Barto. & alios communiter in l. j. in principio, de acquirenda possessione, earum rerum, quæ sub clauibus sunt uere & propriè acquiri. Idemque uidetur, esse de mente Bartolum loco supra relat. sub numero 66. quando lex fingit de loco
26 † ad locum, verbi gratia, quando fingit Clericos non residentes ex causa studiorum, uel ex alia publica seu iusta causa cum licentia eorum episcopi pro residentibus, & pro præsentibus haberi, iuxta text. in capit. relatū de cleric. non resid. & ea quæ scribunt Iaco. de Are. Dyn. & idem Barto. in l. quæ-
16 situm in principio de legatis tertio, nam prout † fictio respicit facultatem illam percipiendi, effectum que iuris uere & propriè operatur, quatenus autem factum residentiæ respicit impropriè & fictè operatur, quia non potest facere ut qui secundum ueritatem non resident, uere dicatur. residere. & in istis duobus posterioribus casibus difficile potest separari caput de ijs quæ sunt promiscuè iuris & facti, ab ijs, quæ sunt meri iuris, si exempla separatim perquirantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In ijs quæ promiscuè sunt facti ac iuris, legem inductiuè fingentem, respectu iuris uerè, respectu facti fictè operari.*
2 *Stipulationem respectu facti interrogationis præcedentis & responsionis subsequentis non nisi impropriè ac fictè a iure induci.*
3 *Idemque esse in sententia.*
4 *Ob solennitates quæ requirunt factum, ibi, quas non nisi impropriè ac fictè lex inducit.*
5 *Quod uerum est quando factum ad actum necessarium nō adest, secus si adsit, quia tunc ob adminiculum iuris ad veritatem recurrimus.*
6 *Si statuto caueatur, ut non possit aliquis effici ciuis nisi præsens à concilio generali ciuitatis recipiatur, sic receptus à reformatione simpliciter loquente de ciue comprehendetur. nu. 7.*
8 *In fictione priuatiua ad cuiusque falsitatem uel destructionem inducendam sufficit alteram partem non esse ueram.*
9 *Quia altero sublato & alterum corruat necesse est.*
10 *Nullam cadere disputationem super non ente.*
11 *Fictionem extensiuam in promiscuis dum fingit de tempore ad tempus non nisi impropriè & fictè operari.*
12 *Quod declaratur.*
13 *Sed dum fingit de persona ad personam dicendum esse pro ut supra dictum fuit in ijs quæ sunt iuris.*
14 *Dispositionem in casu vero loquentem numquam trahi ad casum fictum nisi in ijs quæ ad ius referri possunt.*

Quid sit constituendum circa eas uerborum significationes, in quibus fictio promiscue uersatur circa ius & factum.

CAP. XXIIII.

PRocedendum modo est ad tertium & ultimum principalem casum, quando agimus de ijs quæ sunt promiscuè iuris & facti, si
1 quæramus de fictione inductiua inquit Barto. † in dicta l. si is qui pro emptore sub num. 32. Quòd tametsi in ijs quæ sunt meri iuris lex regulariter nō fingat, tamen in ijs quæ habent mixturam facti suadente æquitate stat in ueris & proprijs terminis fictionis, quia factum illud quod habet actus in quo lex fingit, non potest uere & propriè induci, ut
2 in stipulatione, quæ licet dicatur † esse iuris, in l. si unus. §. pactus ne peteret, tamen propter factum interrogationis præcedentis, & responsionis subsequentis quod in ea est necessarium. l. obligamur. §. uerbis de action. & obligation. non potest a lege induci secundum ueritatem, sed secundum fictionem tantum l. prima, C. de re. uxor. actio. in principio, l. his uerbis de adoptio. & plura eiusce modi stipulationum exempla pro sequitur Barto. in l. prima, in principio, de verborum obligationib. & alij post eum, ubi & nos post cæteros
3 de illorum ueritate diseruimus. idem est † in sententia, quæ licet sit iuris, tamen habet quasdam solemnitates quæ requirunt factum, lege prima, C. de sent. ex breui. recitan.

Quas tametsi lex ex æquitate plerunque fingat l. cum quasi §. si plures de fideicommis. libertat. non
4 tamen secundum ueritatem inducit, † sed impropriè tantum & secundum fictionem, alia prosequitur exempla Barto. in dicta l. si is qui pro empto re sub dicto numero 32. quæ apud illum uideri po
5 terunt. subijcit tamen prædicta esse uera, † quando factum, quod est ad actum necessarium, in ueritate non adest, secus si adsit, quia tunc ob iuris adminiculum, ad ueritatem, recurrimus, & non ad fictionem, ueluti si statuto caueatur,
6 ut aliquis non possit effici ciuis alicuius ciuitatis, nisi præsens a consilio generali fuerit receptus. Quòd si ita fuerit receptus habeatur pro ciue, inquit enim Barto. (quàmuis multis uerbis exempli hoc deducat & distinguat loco supra citato, sub numero 33. & tribus sequent.) quod tametsi statuta simpliciter loquentia debeant intelligi de ijs quæ sunt uera secundum ueritatem,
7 & non secundum fictionem, nihilominus † reformatio simpliciter loquens de ciue uerificaretur in tali ciue, quia facto illo interueniente cum adminiculo iuris secundum ueritatem efficitur ciuis quia ubi uerba a lege apponuntur iuxta id, quod potest esse uerum secundum veritatem & proprietatem, nunquam trahitur ad fictionem, argu. l. fructus soluto matrim. & l. sed si unius. §. prætor ait de transactio.

Vbi verò loquimur de fictione priuatiua, cum
8 ea sit negatiua † ad cuiusque falsitatem uel destructionem inducendam sufficit alteram partem ueram non esse, l. si is qui ducenta. §. utrum de reb. dub. ubi notant Barto. & Socin. & alij. Siue per fictionem remoueatur factum siue remoueatur ius
9 † cum semper actus corruat altero sublato, non est quod ulterius disputetur de ueritate, uel de fictione, seu de proprietate, aut improprietate,
10 † quia super non ente nulla cadit disputatio l. eius qui in prouincia si certum petatur, l. nam & si de iniust. rupt. & l. quarta, de actionib. empti. cum simil. & hoc est quod multis uerbis uoluit dicere Barto. loco supra citat. sub nn. 44.

Circa fictionem translatiuam seu extensiuam,
11 vbi fingitur † de tempore ad tempus, ut in contractibus celebratis sub conditione, l. necessario. §. quod si pendente de pericul. & com. re. uenditæ. l. potior, §. primo, & l. qui balneum qui potio. in pigno. habe. impropriè & fictè & non secundum ueritatem lex retrotrahens conditionem procedit; quia non est in illius facultate, eo quod non potest facere secundum ueritatem, ut fuerit, quod non fuit, declaranda est tamen hæc asser-
12 tio † ut per Barto. in dicta l. si is qui pro emptore sub numero 46. & 47. ut non procedat in conditionibus potestatiuis, & in legatis, dicite

ut per illum. Vbi autem fingit de persona ad
13 personam † dicendum est ut supra diximus in
ijs qui meri sunt iuris, quia duos hosce casus com-
parat Bart. inter se in d. l. fi is qui pro emptore sub
nume. 57. & seq. quod facit, & ubi fingitur de re ad
rem, & de loco ad locum, quia eodem modo conclu
dendum est prout constitutum supra fuit in ijs quæ
sunt meri iuris. ita ut concludendo quàm pauciſsi-
mis ea quæ uberiore stylo ad maiorem perspicuita-
tem supra deducta atque explicata sunt sit dicen-
14 dum dispositionem † in casu uero loquentem nun-
quam trahi ad casum fictum in quocunque fictio-
nis genere, nisi simus in ijs quæ ad ius referri pos-
sunt, & in quibus lex ex sui potestate ac facultate
potest inducere ueritatem; uel in factis in quibus,
uel effectus identitas, uel ratio, uel mens legis, aut
defuncti uel disponentis inter uiuos, aut euitatio,
absurdi uel ne actus nullus eluſoriusue fiat, faciant
ut casus fictus ad dispositionem de uero loquen-
tem protrahatur. Sed hactenus de fictionis impro
prietate, deque impropriæ significationis materia
dixisse sufficiat.

Lib. III. FINIS.

CAMILLI GALLINII TICINEN. PATRITII, AC IVRISCONS. AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS ET IN TICINENSI GYMNASIO IN VESPERIS IVRIS CIVILIS ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *Disputationem huius libri versari circa illam significationem quæ descendit ex communi vsu loquendi.*
2 *Difficile esse ob varias Doctorum traditiones constituere quid sit communis vsus loquendi.*
3 *Quid sentiat Fabius de communi vsu loquendi.*
Cui accedere videtur D. Alciatus. ibi.
Communem vsum loquendi, Niconitio teste, nihil aliud esse, quam communem opinionem, ab omnibus vel à maiore parte approbatam ibi.
4 *Quid sit communis vsus loquendi secundum Auctorem.*
Vndeque illius definitionem is deducat, ibidem.
5 *Consuetudinem accipi pro omni iure non scripto frequenti vtentium vsu inducto.*
6 *Declaratur Auctoris definitio.*
7 *Consuetudinem quandoque vocari communem vsum.*
8 *Eius consuetudinis potissimum esse, vt peculiaris, & popularis esse possit.*

Quid sit communis vsus loquendi.

CAP. PRIMVM.

1 NVnc operæpretium est, vt ad eam partem progrediamur; in qua † de significatione illa verborum agendum erit, quæ descendit ex communi vsu loquendi. Quæro igitur imprimis, quis sit communis iste
2 loquendi vsus? Qua in re † quamuis Docto. non satis se explicent, & difficile sit quid certi constituere, cum non satis conueniant interpretes in eo, an Peritorum, vel Medicorum, vel Vulgarium loquẽdi vsus sit attendendus, & multi multa dixerint in rubr. de oper. nou. nunciatio. Felyn. in procem. decretal. sub num. 13. & seq. D. Alcia. lib. 2. huius titu. vers. ex vsu sub num. 29. & Aurel. Dauid. ca. 6. huius
3 titu. sub num. 62. & plur. seq. vnde Fab. † Quintilian. lib. 1. orat. institut. cap. 5. consuetudinem inquit sermonis vocabo consensum eruditorum, cui accedere videtur D. Alciat. loc. supra cita. sub num. 29. & Franc. Niconi. in rubr. de oper. no. nun. sub nu. 215. vers. & ex ijs, scriptum reliquit communem vsum loquendi nihil esse aliud quàm communem opinionem ab omnibus, vel à maiore parte approbatam, nihilominus persistendo in terminis generalibus istius propositæ quæstionis prout ad vsum loquẽdi omnium supra relatarum personarum referri po-
4 test, dico, † vsum communem loquendi, nihil esse aliud, quam consuetudinem vtendi verbis, atque intelligendi in sermonibus vel orationibus sub certa significatione, alicuius vniuersitatis consensu, debito tempore receptam. Quam communis vsus loquendi notationem ego deduco ex l. Labeo de supellect. lega. in illis verbis; Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu verba exaudiri debere, ex glo. in l. librorum. §. quod tamen Cassius de leg. 3. Bart. in d. l. Labeo & ex alijs in locis proximè citatis, & ex ijs quæ tradunt Bar. & Doctor. in l. de quibus de legi, & in l. consuetudinis. C. quæ sit longa consue. & Doctor. in cap. fin. de consuet. ex quo-
5 rum traditionibus apparet consuetudinem † in genere accipi pro omni iure nõ scripto, quod morib.

fre-

frequentiq́ue vtentium assuetudine inductum est, cuius multæ sunt species, vt prosequitur Petr. Rauen. in titu. de consuet. cap. 3. sub num. 43. Item ex valde notando tex. in cap. consuetudo, dist. prima. in vers. vocatur, vbi dicitur id omne quod in vsu est cõ suetudinem esse, & ex eo quod scribit Petr. Rebuf. in tract. de cõsuetud. artic. 2. glo. 12. post princip. vbi ait post Bart. in l. Labeo & Bal. in l. diuturna de
6 legi. Consuetudinem quandoque † vocari commu-
7 nem vsum. Consuetudo enim in hac definitione locum generis tenet. Verba illa, vtendi, & intelligendi verba in sermonibus vel orationibus sub certa significatione, differre faciunt hanc consuetudinẽ
8 à cæteris. Posteriora autem illa † alicuius vniuersitatis consensu debito tempore receptam, & proprij & differentiarum quoque locum subeunt, quia id potissimum huius consuetudinis communis loquẽdi est, vt peculiaris, & popularis vniuersitatis esse possit per ea quæ mox dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Communis vsus loquendi significatio sit ne propria an impropria.*
2 *Communem vsum loquendi quando cum propria conuenit significatione esse propriè quoque censendum.*
3 *Quando aliter se habet, esse impropriam, & figuratam significationem.*
4 *Figura & imago non est propriè id quod figuratur.*
5 *Populum facere non posse quòd vere alteretur propria significatio rei.*
6 *Imperitæ multitudinis loquendi vsum improprium esse.*
7 *Sed peritorum præstantiumque hominum proprium esse.*
8 *Peritorum vsum à Cicerone optimum magistrum appellari, & omnium magistrorum præcepta superare dici.*
9 *Quid de hoc communi vsu sentiat Horatius.*
10 *Qualem tribuat auctoritatem huic vsui Fabius.*
11 *Legum quoque ipsarum iussa tacito populi consensu mutari.*
12 *Naturalem rei significationem posse immutari credidit D. Alciatus.*
13 *Communisque vsus loquendi sermonem figuratum dici non posse.*
14 *Quid sentiat Sauius in hac materia.*
15 *Ex imperitorum vsu propriam significationem accipi non posse.*
16 *Pleraque verborum latinorum ex ea significatione in qua nata sunt decessisse, in aliamque ex consuetudine & inscientia temerè dicentium concessisse.*
17 *Facies, forma omnis, & modus est à faciendo dicta.*
18 *Vocum à naturali significatione decessionem ab imperitis factam magnificendam non esse.*
19 *Declaratur l. ita vulneratus ad leg. Aquil.*
20 *Intellectus l. si dictum ff. de euictio.*
21 *Ex communi peritorum vsu propriam significationem non assumi secundum Sauium. nu. 27.*
22 *Quibus rationibus Bar. & alij opinati sunt ex communi vsu loquendi non proficisci propriam significationem.*
23 *Aegre defendi secundum Sauium D. Alciati sententiam qui putauit naturalem significationem populi auctoritate posse imminui.*
24 *Ex auctoritate excellentis Auctoris propriam significationem acoipi.*
25 *Non esse satis tutum eidem Sauio, quòd vsus communis loquendi significatio non sit figurata.*
26 *Lege item si prætor de suis & legiti. hæred. sensus.*
28 *Ciceronem a pluribus verbis abstinuisse quæ in vsu erãt apud doctos.*
29 *Indeque inferri peritorum vsum propriam non facere significationem.*
30 *Excellenti viro id tribui, vt cum aliud non appareat, proprie loqui putetur.*
31 *Consuetudinis loquendi peritorum eam esse vim vt propriæ significationi præualeat.*
32 *Multitudinis indoctæ vsum in consideratione esse non debere.*

An communis, vsus loquendi significatio sit propria vel impropria.

CAPVT II.

DVbitant modo iuris interpretes,
1 an communis vsus loquendi † significatio sit propria, an verò impropria. Bar. in d. l. Labeo de sup pel. lega. sub nu. 4. Respõdet hũc in modum communem vsum lo-
2 quendi, posse esse † vnum & idẽ cum propria significatione, & tunc cum nihil repugnat, illius propriam esse significationem; Quod si aliud sit communis vsus loquendi, & aliud propria significatio, quod esse potest, estque ut plurimum,
3 tunc propria non erit significatio † sed figurata l. cũ de lanionis §. asinam de fund. instr. & hoc uidetur asserere glos. in d. l. Labeo, quæ incipit, scilicet proprio &c. Et ex hoc inquit Bar. quod dicit figurata concluditur quòd non est propria; Nam figura &
4 † imago non est propriè id quod figuratur, l. 2. C. de iure aure. annu. & l. imaginaria de reg. iur. Præterea
5 populus † nõ potest facere quòd uerè alteretur propria significatio rei. ut l. 2. de vsufru. ea. rer. quæ usu consum. unde concludit post Iac. Butrigar. in quadam sua disputatione, communis usus loquendi significationem propriam non esse, sed figuratiuã; & hanc Bar. sentẽtiam recipiunt cæteri in d. pœm. Decr. in d. rubr. de oper. no. nunc. & in l. 1. de fid. ut testatur Aurel. Dauid de uer. sig. cap. 6. sub nu. 42. D. Alcia. lib. 2. de uerb. sign. sub num. 30. distinguit.
6 † nunquid communis loquendi usus ex imperitæ multitudinis sermone introductus sit; & hac specie procedat Bart. & sequacium opinio; An uero ex probatis atque excellentibus auctoribus originem sumpserit, & tunc secus, † quando quidem Ci-
7 cero nonnunquam huiusmodi peritorum usum
8 optimum magistrum appellet, † interdum omniũ magistrorum præcepta superare affirmet. Hora-
9 tius † autem in arte poetica, de hoc usu loquens dicat.

Multa renascentur, quæ iam cecidere cadentq́;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus
Quem penes arbitrium, est, & ius, ac norma loquendi.

Rursus

10 Rurſus Quintiliano teſte †lib. 1. cap. 5. orato. inſtit. Auctoritatem ſermonis conſuetudo ſuperet, & ſecundum Sulpitium apud Aul. Gelli. in noct. atticis non ſolùm verborum communiorum veræ & pro-
11 priæ ſignificationes †mutentur, ſed legum quoque ipſarum iuſſa tacito conſenſu obliterentur, frequentioris autem ſententiæ cum Bar. rationibus occur-
12 rit D. Alciat. diffitendo †naturalem rei ſignificationem non poſſe populi auctoritate immutari, cum propria verborum vis ac ius penes vſum ſit, vt ſupra dictum eſt, negandoque figuratum ſermonem il-
13 lum dici, † qui ſecundum communem vſum proferatur; cũ magis ſit vt per abuſum & κατάχρησιν dici intelligatur, quod præter ſeu contra commu-
14 nem vſum dicitur, Aurel. Dauid d. cap. †6. de verb. ſignific. ſub num. 65. cum Domino Alciato ſentit quatenus imperitæ multitudinis vſum à peritorum conſuetudine diſtinguit. Contra verò ſentit, quatenus à communi vſu loquendi prudentum vult propriam proficiſci ſignificationem. Sed eius verba lubens ſubijcio ob varias humaniorum auctorum locos quibus utitur in eius reſolutione facienda; quamuis de illius ueritate paulo infra ſuccintè tamen ſumus dicturi, antequam noſtram ea de re ſimus prolaturi ſententiam. Ipſe, inquit, Alciato
15 aſſentior, † dum noluit ex imperitorũ uſu propriã ſignificationem accipi, ſi quidem hoc uerum eſt, & apertè Gellius uoluit, cuius uerba in 2. Noct. Atti. lib. cap. 6. ſunt. Non igitur quia uulgo dici ſolet uexatum eſſe, quem fumo, aut uento, aut puluere, propterea debet uis uera, atque natura uerbi deperire, quæ à ueteribus qui propriè aut ſignatè locuti ſunt, ita ut decuit conſeruata eſt, nec aliud idem Gelli. in 9. cap. 1. ſenſit, cum inquit; Quod autem ait Quint. Claud. è primis hoſtes defendebant, facillime animaduertendum eſt, uſum eſſe eum uerbo defendebant, non ex uulgari cõſuetudine, ſed admodum propriè ac latinè. eodem pertinent eiuſdem ſcriptoris uerba in 3. noct. attica. cap. 28. cum ait ani-
16 maduertere eſt †pleraque uerborum latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt, deceſiſſe; uel in aliam longè, uel in aliam proximam, eamque deceſsionem factam eſſe conſuetudine, & inſcitia temerè dicentium, quæ cuiuſmodi ſint non didicerint, ſicuti quidam faciem hominis putant os tantum, & oculos, & genas, quod græci προσωπον,
17 dicunt, quando facies † ſit forma omnis & modus a faciendo dicta, ut ab aſpectu ſpecies, & à fingendo figura, nec obijciatur eo loco uerius oſtendi cõtrarium; namque etſi Gellius imperitorum conſuetudine complura uocabula latina ex ſua propriaque ſignificatione deceſiſſe dixerit, mitus ta-
18 men & † in cute intelligendo, uoluit huiuſmodi deceſsionem ab imperitis ſubortam, non adeo magnificiendam, quominus ea poſthabita, ipſarum latinarum uocum propria ſignificatio retineri nõ poſsit, ueluti ibi de ſignificatione uerbi faciei do-
19 cuit. id ipſum quoque †in iure probari uidetur Iuliani teſtimonio, in l. ita uulneratus ad leg. Aquil. ſic reſpondentis, occidiſſe dicitur uulgo, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit, licet lege Aquilia is demum teneri uideatur qui adhibita ui, & quaſi manu cauſam mortis tribuiſſet, tracta ſcilicet interpretatione uocis à cędendo, & à cęde. Rurſus in l. ſi
20 dictum de euictio. † ubi contra uulgi opinionem ſcribitur, cum qui duplam repromiſerit, etiam ſatis dare non debere ſed niſi aliter actum fuerit nudam promiſsionem ſufficere. Cæterum cum Alciatus exiſtimet ex peritorum uſu propriam ſignificationẽ
21 aſſumi, † in eius ſententiam, inquit, non eo, nec quicquam obſtant auctoritates per eum adductæ, probant enim communem peritorum lõquendi cõſuetudinem contra ſermonis proprietatem attendi poſſe, & id ingenuè profitemur; At inde non ſequitur ex uſu ipſo cõmuni propriam ſignificationẽ originem capere, ſed neque Andr. Alciat. obices qui contra eum ſunt remouet, Bar. enim & Docto.
22 † quòd uſus communis propriam ſignificationem non præbeat ut ſuperius dictum eſt, ita aſſerunt, quia rerum uocabula ſunt immutabilia, item quia propria ſignificatio populi auctoritate immutari non poſsit; quorum rationum hæc Caij Iuris C. fuit in d. l. 2. illa Vlpiani in d. l. ſi quis in fundi uoca-
23 bulo, Alciatus non putat † propriam ſignificationem populi auctoritate nõ poſſe imminui. Atqui hoc non eſt contraria ſoluere, ſed contra iuriſconſ. reſponſum loqui, extant igitur ob una parte Vlpianus & Caius Iuriſconſ. expreſsim concordique aſſenſu dicentes, propriam ſignificationem populi auctoritatem immutari non poſſe; Ab altera Alciatum uidemus contrarium credentem; qualis modo
24 ſrntentia ferenda ſit, alij iudicarint. Non dubitat Alciatus † ab auctoritate excellentis auctoris propriam ſignificationem accipi, pro comperto itidẽ habet prudentium loquendi conſuetudine ſermoni proprietatem tribui, & nihilominus quod ab Vlpiano & Caio conſtitutum eſt, manifeſtè diffitetur, ſed fortè duos Iuriſconſultos in album imperitorũ retulit. Inſuper quod Alciatus ait uerum non eſſe
25 †communem loquendi uſum figuratum dici, cum potius figuratus is ſermo ſit, qui præter uſum accipitur, unde etiam cathachriſis figura, quã abuſum latinè dicimus, non ſatis tutum uidetur, cum magis chathachriſis ſeu abuſio tropus ſit, improprio nomine utens pro uerõ & proprio, & non habentibus ſuum nomen accommodans, quod ex Cicerone lib. 4. Rhetor. prox. capite docuimus. Et Quintilia.
26 lib. 8. Orat. inſtit. oſtendit, & iuriſcõſ. †in l. item Prætor de ſu. & legit. quo loco apertius id probatur, quàm ut referri debeat. Et idcirco rectius forſitan fuerit opinari; Neque ex uſu communi peritorum
27 propriam †ſignificationem accipi; & hoc non ſolũ Barto. & aliorum ſectatorum rationibus, ſed alijs quoque quibus in ſuperioribus uiſum eſt, propriam ſignificationem ab auctoritate originem non trahere; Nam cum ibi tradita appotiſsimè etiam locum ſibi uindicent, operæpretium non duxi illa itẽ-
28 rum referre. Addi tamen poterit † quod Gellius lib. 10. cap. 22. tradidit, M. Cicero, pluribus uerbis, quæ in uſu erant apud doctos abſtinuiſſe, quòd propria & latina ſibi non uiderentur; Gellij uerba ſunt; Non paucis uerbis, quorum frequens uſus eſt nunc,

nunc, & fuit, M.Ciceronem noluisse vti manifestũ est,quod ea non probaret veluti est,nouissimè & nouissimus; Nam & cum M. Cato ad Salust. & alij quoque ætatis eiusdem verbo isto,promiscuè usitati sint; Nulli non etiam non indocti viri, libris id suis scripserint, abstinuisse, eo tantum tanquam nõ
29 latino videtur. Enimuerò si Cicero†nõ pauca uerba tanquam non latina obseruantissimè deuitauit, quorum frequens vsus apud doctos fuerat, etiam hinc manifestum fit,aliundè quàm ex communi loquendi consuetudine sermonis proprietatem sumi. Nec cauilletur aliquis secundum hæc parum refer re an usus Doctorum uirorum sit, an imperitorũ, non enim huiusmodi consecutio deducitur; si quidem,vt proximo articulo relatum est, excellenti vi-
30 ro id tribuitur, †vt cum aliud non apparet propriè loqui putetur,multò magis id ipsum de consuetudi ne prudentum credendum est,cum integrum sit iudicium, quod plurimorum prudentum sententijs comprobatur cap.prudentiam in princ.de off.dele. Diuersum tantum est in vsu loquendi rudium &
31 imperitorum.Rursus consuetudinis†loquendi quę apud doctos uiget, tanta uis est atque efficacia, ut quemadmodum prædictum est,nonnunquam etiã si de propria significatione constet, consuetudo tamen ipsa sermonis præualeat, atqui de usu rudium atque imperitorum hæc dici non possunt, imo ut recte Alciatus meminit,huiusmodi indoctæ multitudinis vsus in animaduersione esse non debet,qua
22 re &c.& huius†opinionis videtur fuisse Alex.ĩ rub. sol.ma.sub nu.17.& Fel.in d.proœ.Gre.sub nu.13.

SVMMARIVM.

1 *Iacobum Butrigarium & socios putare ex communi vsu loquendi indistinctè progredi propriam significationem.nu.2.*
3 *Eumuerum, & proprium esse intellectum qui auribus vulgi consonet secundum Baldum & alios.*
4 *Verba intelligenda esse, prout vulgus illa accipit.*

Qui putarunt communis vsus loquendi propriam esse significationem indistincte.

CAP. III.

1 SEd aduersus hasce omnes hactenus relatas sentẽtias ex professo stare videntur† Iac. Butrig. in l.1.de fid.instrum.in 1.cõsti. fforum. & in auth. sacramenta puberum. C.si aduers. vẽditio. Ant.in proœm. Gregor. Barb. in l.1.§.si quis ita, in col.5. ad fin.vers. Quinimò de verb. obligat. & in l. qui ante col.4.post princ.eod. titu.Ang.in §. ius ciuile col.10. in fin. sub num.19. instit.de iur.nat. qui omnes absolute constituerunt
2 absque aliqua distinctione, communem†vsum loquendi propriam verborum producere significationem, quos omnes in hanc sentẽtiam citat Nico. in rubr.de oper.no.nunciatio. sub num.252. implicare videtur maiorem contrarietatem,quod ab aliquibus proditum est, qui opinati fuerunt,eum solũ
3 esse verum & proprium† intellectum, qui auribus vulgi consonaret,cæteros esse extraneos, Bald.in §. Opizoni in fi.verbis in tit.de pac. Constant.seq. Ias. in l.eum qui ita §.qui ita stipulatus 2.in 2.notab.de verbo.oblig. Barbat.in l.5.§.satis acceptio col.5.in med.versitem adduco eo.tit.Ias.in l.1.§.hoc autem sub num.3.de oper. noui nuntiatio.Soc.in cons.89.
4 col.fin.in 4.vol.Hinc dicebat idem Bal.†in auth.sed nouo iure in vlt.col. in princ. C. de ser. fugit. uerba intelligenda esse,prout uulgus illa accipit, Cy.Bal. & alij in l. si cum ante. C. de donatio. ante nupt. & idem Bal. in additio. ad speculato. in tit. de iniur. Veron.in rubr.huius tit.in 5.q.quin. prin. quæstio. sub num.126.

SVMMARIVM.

1 *Quid sentiat Auctor in hac controuersia.*
2 *Communis vsus loquendi propriam esse significationem quando cum verborum proprietate concurrit.*
3 *Quando accessio communis vsus loquendi habet eundem finem ac rationem cum naturali ac propria significatione,eodem iure censeri debere.*
4 *Communi vsu loquendi appellari testamenta ea omnia in quibus hæredes vniuersales instituuntur.*
5 *Communem vsum loquendi propriè significare quando concurrit cum significatione generis.*
6 *Communis vsus loquendi impropriam esse significationẽ quando præter vel contra propriam est significationem.*
7 *Et quibus rationibus ita constituendum sit.*
8 *Propriam significationem vt naturalem neque legis neque hominis dispositione mutari posse.*
9 *Fictio in ijs quæ sunt facti, nihil potest vere ac proprie inducere.*
10 *Pupilli appellatione non contineri eum qui in vtero sit, quod si contrarium communi vsu loquendi inducerẽtur,non nisi improprie id fieri posse.*
11 *Absentem esse qui extra continentia vrbis ædificia reperitur, non is qui intra ea est, quòd si aliud esset in ductum communi consuetudine id improprie esset.*
12 *Pœnæ capitalis appellatione contineri pœnas quæ mortem,uel ciuitatis amissionem infligunt, quod si communi vsu loquendi omnes in appellatione designarentur quo corpus afficerent, uel infamiam irrogarent improprie id esset.*
13 *Significatio quæ est per extensionem impropria est.*
14 *Vsuram in fructu non esse,nec esse posse per communem vsum loquendi nisi improprie.*
15 *Communem vsum loquendi propriam habere significationem quando respicimus personas eorum qui illam induxerunt.num.16.*
17 *In dubio peritorum vsum propriæ significationis præsumptionem habere.*
Imperitorum vsum impropriam.ibi.
18 *Bartoli sententia & communis,quæ negat propriam esse communis vsus loquendi significationem,procedere in ijs quæ præter, vel contra propriam significationem sunt inducta a communi vsu loquendi. nu.19.*

20 *Iacobi Butrigac. ac Dom. Alciati ſententiam procedere quantum ad ipſos ſtatuentes, & in claris quo ad omnes, & in dubio reſpectu peritorum tantum & ſeq.*

21 *Eodemque modo excipiendam eſſe Baldi opinionem de excipiendo intellectu qui auribus vulgi conſonat. num. 22.*

Quæ ſit Auctoris reſolutio in propoſita difficultate de propria vel impropria cõmunis vſus loquendi ſignificatione.

CAP. IIII.

1 EGo pro reſolutione iſtius propoſitæ difficultatis opinarer, ſic diſtinguendum eſſe, †quod aut communis vſus loquendi conuenit cum propria vocis ſignificatione; aut præter eam eſt; vel contra illam; Primo

2 caſu, †res non habet difficultatem, quia Bar. in d. l. Labeo. habet pro indebitato, eo in caſu communis loquendi vſus propriam eſſe ſignificationem, & eſt de mente omnium ſupra relatorum, qui communi loquendi vſui impropriam tribuunt ſignificationẽ, qui loquuntur in caſu, quo contra propriam naturalemque verbi ſignificationem ſermonis conſuetudo inuecta eſt, & ſic ab incluſione vnius oppoſitorum excludunt reliquum, l. ſi inter de excep. rei iud. Doctor. in rub. de acquir. poſſ. habetque prima hęc

3 aſſertio rationem, †quòd cum acceſsio conſuetudinis loquendi habeat eandem rationem ac finem cũ ipſa naturali ac propria ſignificatione, eodem iure cenſeri debebit, cap. acceſſorium de reg. iur. lib. 6. l. etſi non ſunt. †. peruenimus de aur. & arg. lega. Iaſ. & alij poſt glo. in rubr. de leg. 1. l. quod per manus de iure codi. Exemplum autem iſtius primi capi-

4 tis, poni poteſt †in communi omnium loquẽdi vſu, qui teſtamenta appellant illas vltimas uoluntates, in quibus hæredes inſtituuntur, quæ vocis ſignificatio eſt propria, cum definitione, ethimologia, & auctoritate, in iure ſit recepta l. 1. vbi Bart. & omnes de teſtam. & inſtit. eod. in prin. vbi glo. & ſcrib. omnes & per diſcurſum illarum legum, quæ ſub illis titulis, tam in C. quam in pandect. poſitæ ſunt, iuncta doctrina Bart. in d. l. omnes populi ſub num. 59. de iuſti. & iur. de qua ſuo loco ſupra oportunè dictum

5 fuit. Alia poſſent †proponi exempla in omnibus illis caſibus in quibus communis loquendi vſus in aliquam ſpeciem concurreret cum ſignificatione generis, quia ſi generis ſignificatio ꝓpria eſt, vt ſupra lib. 2. in quo actum eſt de propria ſignificatione oſtendimus, ſic & conſuetudinis ſermonis, quæ in eundem finem deſineret.

Secundo verò & tertio caſu rurſus ſic eſſe conſti-

6 tuendum crederem, †aut conſideramus propriam ſignificationem reſpectu iuris communis, aut reſpectu ipſius vniuerſitatis more illo loquentis; Priore caſu ego ſentio cum Bart. ac cæteris ut communis

7 vſus loquendi ſignificatio ſit impropria. †tum quia non deſcendit ex aliquibus illorum modorum, à quibus ſupra diximus proficiſci propriam ſignificationem. Tunc etiam quia ſi repugnat propriæ ſignificationi illi eſt contraria, ſi contraria eſt ergo impropria, quia nihil eſt magis contrarium proprio, quàm improprium. Tum denique quia propria ſi-

8 gnificatio† vt naturalis eſt immutabilis tam per legis quàm per hominis diſpoſitionem l. 2. de vſufr. ea. rerum quæ vſu conſum. & l. ſi quis in fundi vocabulo de leg. 1. & contra eam non poteſt per communem vſum loquendi aliquid in contrarium in

9 duci niſi fictè ergo impropriè quia fictio†in ijs quæ ſunt facti, quales ſunt naturales rerum ſignificationes arg. l. legatum de capit. diminut. & l. nec ſeruus de pecul. non poteſt aliquid verè nec propriè inducere; per ea quæ à nobis proximè diſputata fuerunt in materia fictitiæ ſignificationis. Huius autem capitis exempla poſſent innumera proponi, ſed vnum vel alterum interim adduxiſſe contentus ero. Ver-

10 bi gratia; Pupilli†appellatione non venit qui in vtero eſt, l. non eſt pupillus infra eod. Quid ſi communi loquendi conſuetudine in ciuitate aliqua introduceretur, vt pupilli quoque dicerentur qui nundũ nati forent, adhucque in vtero eſſent. Certe contra propriam ſignificationem hic vſus eſſet, nec eius ſignificatio poſſet niſi ficta & impropria dici.

11 Rurſus†abſens is dr̃ qui extra cõtinentia vrbis ædificia reperitur, non is qui intra eſt, l. abſentem & l. collegarum. §. 1. de verb. ſignificat. Atſi vſu receptũ ſit, vt is dicatur abeſſe, qui intra vrbis murorum ambitum non ſit, etiam ſi in continentibus vrbis ædificijs reperiatur, planè impropriæ ſignificationis nota laboraret hic vſus. quòd aduerſus propriã & naturalẽ verbi abeſſe ſignificationem inductus eſſet. Quando uerò præter propriam ſignificationẽ loquendi conſuetudo introduceretur, verbi cauſa

12 pœna capitalis appellatio†eas tantum comprehendit pœnas, quæ mortem, vel ciuitatis amiſsionem infligunt l. licet capitalis infra eod. Quid ſi communi ſermonis vſu probatum ſit, ut omnes pœnæ, quibus corporaliter quis afficeretur, uel infamiæ nota, capitales dicerentur. Certe ſignificatio, quę progre-

13 ter propriam ſignificationem, & ſic † per extenſionem, eſſet impropria, quia per tractum ad diuerſa fieret, & ita improprie Doct. in auth. quas actiones. C. de ſacr. eccleſ. in l. ſi conſtante in princ. & in l. ſi uero §. de uiro ſolut. matri. & infra latè dicemus in ſeq. lib. quo agetur de ſignificatione quę

14 proficiſcitur ex interpretatione. Prętereà†uſura infructu non eſt, l. uſura infra eod. Quid ſi communi conſuetudine dicendi, & fructus appellatione uſura comprehenderetur; impropriè quidem ac extenſiuè id fieret. Poſteriore caſu, quando reſpicimus

15 †perſonas eorum qui communem uſum loquendi induxerunt; Tunc ſi in claris & apertis caſibus ſimus, in quibus appareat, uel certi ſimus de mente eorum qui communem illam conſuetudinem introduxerunt, ut in eam conſenſerint ad hunc finẽ, ut propria inuecheretur ſignificatio; hoc caſu puta-

16 rem†communis uſus loquẽdi propriam cenſeri debere ſignificationem; ea ratione, quia ſi expreſſo

conſenſu

consensu & lege scripta potuissent quantum ad se ipsos, illius vocis quam communiter loquendo ac vtendo, certo modo intellexerunt propriam facere significationem, prout supponunt Bar. & omnes in locis supra cita. sic & tacito consensu. l. de quibus de legi. & alias rationes proferemus infra in seq. q.

17 si verò sumus in dubio. † Tunc rursus crederem distinguendum esse inter peritorum, & imperitorum multitudinem, a qua introductus fuisset communis iste vsus loquendi. Nam primo casu præsumptionem propriæ significationis assumerem, argu. cap. prudentiam de offic. deleg. & per ea quæ diximus supra in tractatu propriæ significationis in materia auctoritatis prudentū, circa inducendam propriam significationem. Altero verò casu impropriā significationem præsumerem ex imperitia loquentium, vt tradit Aurelius Dauid, & supra retulimus, de verbor. sig. cap. 6. ad finem. Et per hāc theoricam mea

18 quidem sententia, † inuiolabili foedere conciliantur omnes supra relatæ Doctorum traditiones quæ aliàs implacabiliter dissidere videntur. Nam Bart. & communis cum illo cęterorum sententia, qua solam tribuit impropriam significationem consuetudini loquendi, intelligenda erit † in communi vsu loquendi contra propriam vel præter propriam uerborum significationem, considerata proprietate inspecto iure communi. Contraria Dom. Alciati, qua proditum est propriam ex tali consuetudine in

19 20 duci significationem, procedet † quantum ad ipsos statuentes, & in claris quantum ad omnes, & in dubio quantum ad peritos; & hoc modo exaudienda quoque erit illa Iaco. Butriga. & aliorum eius adstipulatorum sententia, qui simpliciter atque in-

21 distinctè crediderunt † propriam significationem proficisci a communi usu loquendi. & rursus illa Bal. & cæterorum opinio, qua receptum est, excipiē dum illum solum esse intellectum, qui consonat auribus uulgi, cæteros pro extraneis esse habendos; quatenus hanc sententiam illum habet fensum, ut huiusmodi consonantia propriam inducat significa-

22 cationem. Cæterum † si alio sensu percipienda sit, ut scilicet vulgi intellectus seu significatio, quæ ex uulgi intellectu procedit, debeat cuicunque alij significationi preferri, resoluenda postea erit dubitatio prout in sequenti q.

SVMMARIVM.

1 *An omnis generis Statuta quantumuis stricte interpretanda recipiant interpretationem à communi usu loquendi.*
2 *Qui sint affirmatiuæ sententiæ assertores.*
3 *Quibusque medijs illa probetur.*
4 *Quæ tamen intelliguntur procedere à Recentio. Bonon. vel quando communis vsus loquendi concurrit cum proprietate verborum, vel quando res versatur in hominum dispositionibus.*
5 *Nullam esse legem quæ à Doctor. adducatur quæ loquatur de verbis statuti.*
A communi recedendum non esse secundum Recentio. & quibus iuribus eam melius probari putant.

An omnis generis statuta strictè & ad literam intelligenda admittant significationem quæ ex communi vsu loquendi proficiscitur.

CAP. V.

1 Inc fit ab interpretibus ad alia non leuem disceptationem in hac materia progressus; An scilicet omnis generis statuta † tam scilicet odiosa pœnalia exorbitantiā correctoria, & alias quantumuis strictè & ad literam intelligenda admittant significationem, quę proficiscitur ab iure communi? Qua in controuersia Bart. in l. librorum. §. quod tamen Cassius de leg. 3. & in l. Labeo de suppel. leg. 1. sub num. 5. & in l. non dubium col. 2. C. de legi. affirmatiuè concludit † in omni statutorum genere tali significationi

2 esse locum per tex. in l. ut Alphenus, & in l. annicul Ius de uerb. significatio. cui accedit Bald. in l. ult. C. de uerb. significatio. Alex. Ias. Rui. Paris. Crot. & alij communiter in rub. de oper. nou. nunc. ut ibi attestatur Ias. sub num. 7. uers. ego teneo. Ruin. sub numero 22. Paris. sub nu. 87. qui multas congerit auctoritates, & ita firmare ait Canonici iuris interpretes in cap. quamus per illum tex. de uerbo. significe. Soc. iunio. in d. rub. de oper. no. nunc. sub num. 86. qui adducit in hanc rem multa cons. doctorū, ibiq; D. Alcia. sub num. 28. Niconi. sub num. 204. qui cęteris copiosius ac cumulatius huius sententiæ locos addit, Horma. Det. sub num. 24. uers. sed contra & nouissimè. Io. Bologne. aliàs collega meus sub num. 111. & clarius sub num. 113. In huius uerò

3 sententiæ confirmationem † per plura perpenduntur à scribent. iura, præter supradicta à Bar. cita. ue luti l. librorum. § quod tamen Cassius de leg. 3. l. si seruis legatis §. fin. eod. titu. l. si ita fuerit libertas de manu testam. l. cum de lanionis §. asinam de fundo instruct. & instrum. legat. cum simil. adductis per Niconi. in d. rub. de oper. nou. nunc. Ias. sub num. 7. uersiculo tertia conclusio, & Soc. iun. sub num. 86.

4 Quibus tamen † omnibus iuribus, respōdent nouissi. Bonon. à num. 112. usque ad nu. 113. uolentes, post singulatim quoque allatas responsiones, omnia iura quæ pro communi adducuntur, uel loqui in casibus in quibus uocis proprietas conuenit cum communi usu loquendi, uel procedere in hominum dispositionibus; quæ intelligantur prout ipsi erant soliti uerba proferre, ut in d. l. cum de lanionis. §. asinā uers. optimum ergo esse, in d. l. librorum. §. quod tamen Cassius, & in d. l. Labeo cum simil. & nullam

5 esse † legem quę à Doctor. adducatur, quæ loquatur uel probet de uerbis statuti seu legis. Non tamen esse recedendum à communi opinione, quam mellius † probari putant in l. 1. de sui. & legit. hæredib. in §. alio quoque in instit. de leg. Aquil. inducendo ut per eos sub num. 213.

SVM-

SVMMARIVM.

Ludouicum Romanum, & socios credidisse communis vsus loquendi significationem locum non habere in statutis.
2 *Romanum opinionem suam defendisse quatuor fundamentis.*
3 *Quibus occurritur per Alex. & alios.*
4 *Crotum addere in eandem sententiam quatuor alia fundamenta præsertimque quòd communis vsus loquendi significatio sit impropria.*
5 *In statutis ita uerba esse propriè intelligenda, vt in ædictis prætorum.*
6 *Aliter quam faciat Roma. Crotum inducere tex. l. ita vulneratus ad leg. Aquil.*
7 *Sed omnibus istis considerationibns accuratè responderi per Parisium.*

Qui putant communis vsus loquendi significationem non habere locum in statutis.

CAP. VI.

1 LVdouici. autem Roman. in d. rubr. de oper. no. nunciat. omnium primus ausus fuit contrariam †constituere opinionẽ sub num. 111. cum seq. quam dicit firmasse Bal. in l. 1. C. de succes. ædict. & in cap. 1. de succes. feud. & Anto. Butri. in proœm. Decretal. & quam inter recentio. amplexus est Io. Crot. ibi sub nu. 42. vers. sed aduerte. Romani quat. sunt fundamenta
2 †tex. in l. ita vulneratus ad leg. Aquil. in l. si dictum de euictio. in quibus vulgi opinio reprobatur, in l. item si prætor de su. & legit. vbi improbatur consuetudo illa, qua nepotes appellantur, qui post mortem aui sunt concepti. & glos. notanda in l. quod si nepotes de testament. tut. quæ reprobat sensum idiotarum in materia d. l. quòd si nepotes, sed istis
3 omnibus fundamentis copiosè respondent Alex. Iaf. Rui. Niconi. cæteris latius Soci. iun. Paris. & Bologn. in d. rub. de oper. no. nuntiat. sub num. supra
4 cita. Addit verò † in hanc sententiam Io. Crot. sub num. 42. Quatuor alia huiusce opinio, argumenta videlicet quòd significatio communis vsus loquendi est impropria. d. l. item prætor de sui. & legit. l. fideiussor obligari §. fideiussor de fideiussor. quæ in statutis locum non habet l. 1. §. si is qui nauem de
5 exercit. actio. Rursus †quia si in edicto prætoris reiecto communi vsu loquendi verba capiantur propriè d. l. item prætor, ergo idem erit in statutis. item inducit l. 1. §. 1. de flumi. vt per eum, postremo aliter †quam faciat Roma. inducit tex. in d. l. ita vulne
6 7 ratus ad leg. Aquil. Quibus †omnibus considerationibus accuratè respondet Paris. in d. rubr. de oper. no. nunciat. sub num. 89.

SVMMARIVM.

1 *Variè distinctum fuisse à Doctoribus in ea quæstione an communis vsus loquendi significatio locum habeat in statutis.*
2 *Statuentes si expresse voluissent facere vt significatio quæ inducta fuisset per communem vsum loquendi propria esset potuisse ita facere.*
3 *Legis principis & legis ciuitatis, legis communis, & legis municipalis eandem virtutem, eandemque potestatem esse quantum ad eos qui ligantur.*
4 *Quod in lege expressa dicitur, dicendum quoque esse in communi vsu loquendi, qui tacita populi consuetudine inducitur.*
5 *Quæ à lege expressa non differt.*
6 *Pœnes communem loquendi vsum esse vires ac potestatem vocum hominum quæ sunt mutabiles.*
7 *Legis proprium esse ex ijs quæ frequentissime contingunt interpretationem recipere.*
8 *Communem loquendi vsum oportere frequentatum esse ea in prouincia in qua viget, per decem annos.*
9 *intellectus l. item prætor de suis & legiti. hæredib.*
10 *Opinio D. Alciati secundum repositam lectionem ad l. item prætor, esse contra communem.*
11 *Responsum venerandi Collegij Ticinensis pro Illustr. Com. Io. Iacob. Triuultio dispositum fuisse ab auctore iussu eiusdem venerandi collegij.*
12 *Inductio per locum a speciali d. l. item prætor de suis & legiti. hæred.*
13 *Argumenta opinionis contra communem a quibus resoluantur.*
14 *Noua consideratione resoluitur obiectio tex. in d. l. item prætor.*
15 *Communis vsus loquendi significationem quantum ad ipsos statuentes non esse impropriam.*
16 *Contrariorum eam esse naturam, vt uno posito remouea tur alterum.*

Quid sentiat auctor pro resolutione istius difficultatis.

CAP VII.

1 DRo resolutione igitur istius controuersiæ, quamuis pleriq; distinxerint in hac materia †inter communem vsum peritorum, & consuetudinem imperitorũ. & alij aliter vt per Alex. loco supra relat. & plenius ac prolixius per Niconi. in d. rub. de oper. nou. nunciat. à numero 224. vsque ad num. 250. & elegantissime admodum ac grauiter loquatur Do. Alciat. in d. lib. 2. de verb. signifi. sub num. 30. Nihilominus ego opi-
2 nor communem †sententiam posse defendi, atque imprimis, quia nemo est eorum tam qui tuentur, quàm qui impugnant communem opinionem, qui neget neque iure medio inficias ire possit, quin si statuentes expressa municipali lege cauissent, ut significatio illa quæ per communem vsum loquendi inducta esset, antequam induceretur, esset propria,

non

non est dubium quòd esset propria, aut propria haberetur, omniquc in dispositione in qua propria significatio procederet,& illa sibi locum vendicaret;
3 quia†legis principis & legis ciuitatis, legis communis & legis municipalis eadem virtus eademque potestas est,quantum ad eos qui ligantur l. omnes populi de iusti. & iur.l.fin.in fin. C.de fideiusso. & l.2. C.de noxal. actio. ergo idem dicendum erit in com
4 muni vsu loquendi, qui tacita populi †consuetudine inducitur,vt per Bartol. in d. l. Labco de suppel. legat.D. Alciat.in d.lib.2. de verb.signifi.sub num. 30.ver.efficax autem,Roch.Cur.in cap.tanto de cõ
5 suet. sectio.8. sub num.44. & quæ †a lege scripta non differt. l. de quibus de legi. l.1. & 2.C. quæ sit long.consu.& cap.vlt.de consued. Secũdo loco ego considero,quòd cum penes loquendi vsum sint ui-
6 res†ac potestates vocum hominum quæ sunt mutabiles l.ii quis in fundi vocabulo ad fin.prin.de leg.j. & refert glo.in d.l.librorum §. quod tamen Cassius de leg.3.in ver.libros.& in ver.continebuntur ex auctoritate Prisciani & Horatij in arte poetica in illis verbis . Si volet vsus quem penes arbitriũ est & vis , & norma loquendi,cum simil.supra cita.in preced. arti. fateri oportebit, inductam significationem ex vi communis vsus loquendi in quacunque dispositione statutaria, & quantumuis strictè accipienda, sibi locum semper vendicare oportere. Tertio loco
7 †videtur mihi ex eo confirmatior reddi hęc opinio, quòd si legis illud potissimè proprium est; ex ijs quæ frequenter fiunt interpretationem recipere,& ad illa accõmodari.l.nam ad ea de legi. & l. antiqui si cert.peta.ex ea quoque significatione,quæ ex cõmuni loquendi vsu resurgit , debet declarationem
8 recipere,cum oporteat vt per decem annos † fuerit frequentatus in illa ciuitate , uel prouincia , vt per Bar. Cur. Alcia. & alios in locis supra cita.& Felyn. in procem.Gregoria.sub num.14. & seq. postremo
9 hanc partem adiuuat † tex. in d.l. item prætor de su. & legit. hæred. secundùm veram lectionem quã restituit D.Alcia.lib.1.disputt.cap.28. loquendo hunc in modum , non propriè sed per abusionem vel potius ἀναφορικῶς id est per relationem declarãdo,vt per eum ibi loc.supra relato, quamuis opinio
10 †illa quam defendit D. Alcia. per illam lectionem sit contra communem cæterorum sententiam vt à nobis latius fuit deductum in responso venerandi collegij nostri DD. Iurisconsultorum vrbis Ticini, quod eisdem præstantissimis patribus id muneris
11 de mandantibus digessimus † ac disposuimus pro Illustri Com. Io. Iacobo Triuultio sub num. 55. vt in impressis habetur, probatumq; fuit in tribus antecedenti.num. Et propterea induci potest ille
12 tex. per locum à speciali † hoc pacto; si enim ibi à prætoris edicto eminus ablegatur illa consuetudo, quia ex eo admittebantur solum ij qui cognati essent tempore mortis, unde cum qualitas adiecta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi l. in delictis §. si extraneus de noxal. actio. l. Titius ubi Bar.de milit.testam.Consuetudo illa quamuis fundata in generali significatione,quam etiam propriã esse supra ostendimus iatè atque exactè suo loco; nihilominus admissa non fuit,eo quia qualitas à lege requisita resistebat.ergo apparet,in alijs casibus in quibus ratio illa cessaret, cõsuetudo uel communis ille loquendi usus fuisset admissus. Ad argumẽ-
13 ta uerò †quę pro contraria parte supra relata fuere, longè lateque occurrunt interpretes in d. rubr. de no.oper.nunciatio.& præsertim Paris.sub num.89.
14 Sed dici quoque potest † præter eos; tex. in d.l.itẽ prætor , ex proximè relato intellectu , facilem recipere solutionem, & in oppositum prorsus reuolui; quia illo casu excepto,tex.ille in reliquis probat per locum a speciali communi loquendi consuetudini esse locum in d.spositionibus strictè recipiendis, ar. l.quod verò & l.ius singulare de legi.cum simil. Ad
15 rationem illam † quòd usus communis loquendi impropria sit significatio dici potest,non discedendo à theorica supra relata, quantum ad ipsos statuentes non esse impropriam , uel pro impropria non haberi, quamuis inspecto iure communi talis sit, & quamuis impropriam simpliciter illam esse admitteremus,nihilominus tantę est potentiæ utq; effectus, ut ubi contra propriam concurrat illi præferatur , & propriam ejciat contrariorem more,
16 †quorum uno posito alterum remouetur l.hæc uerba ille,infra hoc titul. & Doctor. in rub. de acquir. possess.& ita firmat Petr. Ancar. in cons.383.apud me ista,& in cons.333. Lanfr. Oria. de testi. cap.1. sub num.97. ad fin. & ibi Celsus in adno. ad eum, Niconi.qui dicit communem in dicta rub.de oper. nou.nunciatio.sub num.255. in reliquis autem argumentis confutandis non dissentio à scribent.in d. rub.de oper.nou.nunciatio. quæ omnia latè prosequitur Bolognet. à num.114. usque ad num.118. colum.8.

SVMMARIVM.

1 *Limitari supra firmatam conclusionem quando in volumine statutorum esset statutum,quod verba deberent ad literam intelligi.*
2 *Cuiusmodi duo hic Ticini habentur.*
3 *Communis vsus loquendi significationem non recipi in statutis, vbi ab ijs reijcitur extraneus intellectus.*
4 *Communis vsus loquendi significationem esse impropriã ex communi interpretum sententia.*
5 *Do. Alciatum impugnare praedicta n limitationem.Socin. de illa dubitare, Bolognetum verò asserere audacter esse tenendam.*
6 *Quid sentiat auctor in resolutione antedictæ difficultatis.*
7 *Vbi communis vsus loquendi significatio propriæ iuris communis refragatur,eam significationem dici impropriam & extra iacentem literam, neque statutis recipi.*
8 *Sicque intelligendam esse Bar. ac cæteros qui communis vsus loquendi impropriam dixerunt esse significationem.*
9 *Quantum ad ipsos statuentes communis vsus loquendi propriam esse significationem.*
10 *Sicque intelligenda esse omnia argumenta, rationes & exempla quibus vtitur D. Alciatus.*
11 *In dubio propriam significationem accipiendam esse potius*

potius ex vsu ipsius ciuitatis, quàm ex iuris significatione.

Quid decernendum sit, quando statutum iubet verba debere intelligi secundum propriam significationem, & prout statuti litera sonat.

CAP. VIII.

REstringunt modo interpretes hanc conclusionem varijs modis, & inter cæteros, quando in volumi. statu. adesset statutum quòd uerba intelligantur
1 secundum † propriam significationem, vel deberent accipi ad literam prout iacent, & prout in omnium ferè statutorum ciuitatum uoluminibus legitur, & præsertim hic Ticini † duplici statuto altero de Regimi.
2 potestatis sub numero 55. Altero in criminal. ultimo, tunc enim uolunt Alexan. Iaſ. Crot. & alij communiter †
3 in d. rubr. de oper. noui nunciatio. ut ibi testatur Socin. iun. sub numero 96. & Bolognet. sub numero 117. communis usus loquendi significationem in statutis non recipi; quam assertionem firmauit †
4 & Fely. in dicto procem. Gregoria. sub numero 14 innixus doctrinæ Bartol. in dicta l. Labeo de supellect. legat. qui uoluit communis usus loquendi significationem esse impropriam quæ conclusio passim à doctor. est recepta, ut supra ostendimus, ut passim attestantur omnes in lo-
5 cis proxime relatis, sed hanc † limitationem plerique ueram esse non putant, quos inter est dominus Alciat. de uerborum significatio. sub numero 27. uersic. sed in hanc ego sententiam; Socin. iunio. in dicta rubr. de oper. nou. nunciatio. sub dicto numero 96. uersicul. tu considera, quamuis aliqualiter dubitet more suo, sed audacter ac firmiter tenendum esse dicit Bolognet. ibi sub dicto numero 117 uers. sed tu audacter, quamuis Paris. sub numero 90. illam absolutè non firmet, ego tamen hac
6 in † difficultate distinguerem tres casus; quòd aut sci licet in claris sumus statutum dum uoluit uerba accipi secundum propriam significationem intellexisse de significatione quæ propria est inspecto iure communi; Aut de significatione propria quam statuentium ciuitas tribuit ipsis uerbis iuxta notata in l. si quis in fundi uocabulo de legat. primo. & in l. omnes populi de iusti. & iur. Aut sumus in dubio; primo casu ego habeo communem opinionem pro
7 vera, quia † ubi communis usus loquendi alicuius ciuitatis retragatur propriæ significationi, quam uerbum habet de iure communi, dicitur impropriè significare, atque extrinsecus & contra id quod ex iacenti litera legi ac percipi potest, iuxta tex. in l. 1. §. legi. de ijs quæ in testam. delent. & ea quæ scribit Bartol. de supellect. legat. qui ita intelligendus
8 est cum cæteris Doctor. qui communiter illum sequentes constituunt † communis usus loquendi impropriam esse significationem, ut apertè ex Bar. uerbis colligitur in d. l. Labeo. qui dum agit de communi loquendi usu, semper supponit usum loquendi alicuius ciuitatis uel prouinciæ, ut apparet ex formulis capitulorum quibus utendum esse ait, in probando communi usu loquendi aduersus propriam significationem, de qua cum loquitur semper intelligitur de propria illa significatione, quam habet uerbum a iure communi, quod & faciunt alij qui referunt atque sequuntur uerba Bartol. Secundo
9 casu opinor † dubio procul ueriorem esse opinionem contra communem, ut quantum ad ipsos statuentes, communis loquendi usus propriam habeat significationem; quia ut cuiusque ciuitatis proprium est ius, quo ciuitas ipsa utitur d. l. omnes populi cum socijs de iusti. & iure sic & significatio illa, quæ in aliquod uerbum ex communi usu loquendi inducta fuerit, propria erit ipsius ciuitatis, ita ut statuentium gratia non possit aliquid impropriè extrinsecus. & contra literam dici assumi, & ita
10 intelligo omnia argumenta, rationes & exempla quibus utitur Dom. Alciat. in dicto libro secundo, de uerborum significationibus. & rationes Bolognet. sub dicto numero 117. Tertio uerò casu in
11 dubio, ego pariter inclino † in eandem sententiam contra communem, quia propria significatio accipienda potius est ex usu ipsius ciuitatis & statuentium, argum. l. talis scriptura §. fin. de legat. pri. & dicta l. cum de lanionis §. Pedius ait, optimum ergo esse Pædius ait, de fund. instru. cum similib. quàm ex iuris significatione, quia ita interpretando minus offendimus ius commune, quod habet ut in omni dispositione, quantumuis odiosa, pœnali, exorbitanti, correctoria & quantumuis strictè interpretanda, nunquam censeatur exclusa esse ea significatio quæ resurgit ex communi usu loquendi.

SVMMARIVM.

1 *Communis vsus loquendi significationem quam locum habet in statutis restringi ad communem illum usum loquendi qui obtinebat tempore conditi statuti.*
2 *Qualis debeat esse iste communis vsus loquendi.*
3 *Communem vsum loquendi debere esse an statuentium tãtum & sufficere si probetur tempore disputationis in ciuitate obtinere secundum Bolognetum.*
4 *Distinguere tamen eundem Bolognetum inter peritos & imperitos, & eos qui latina, vel materna vel alia extranea lingua locuti sunt.*
5 *Dominum Alciatum dissentire à Bologneto in utroque capite, & seq.*
7 *Quæ sit auctoris sententia in hac controuersia, & numero 10.*
Ad probationem communis vsus loquendi sufficere si probetur à decem annis citra homines ea in ciuitate ita fuisse locutos ibi.
8 *De præsenti in præteritum non præsumi.*
9 *Qualitas vbi est fundamentum intentionis alicuius formiter debere illam probari.*
11 *A præsenti in præteritum non præsumi, quando præ-*

ſens ſtatus eſt diſformis à ſtatu qui neceſſariò aliter ter fuit in præterito.

12 *Si probetur communem vſum loquendi a decem annis tantum citra obtinuiſſe, ante illos decem annos non obtinuiſſe neceſſariò ſupponitur.*

13 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

14 *Probatio communis vſus loquendi à præſenti in præteritum infert quando per expreſſa in capitulis tempora cõtinuatur ad tempus excedens hominũ memoriã.*

15 *Quæ hominum memoriam excedunt, ita ab antiquo obtinuiſſe præſumũtur, vt vim tituli ac priuilegij habeãt.*

16 *Tempus excedens hominum memoriam coniungi alteri antiquo tempori ratione vicinitatis & ſymboli.*

17 *Quando tempus præteritum coniungitur antiquo procedit regula, quod de præſenti ad præteritum præſumitur, & num. 18.*

19 *Probationem incertam nihil concludere.*

20 *Circa diſtinctiones vſus peritorum, ac imperitorum coniungendas eſſe opiniones D. Alciat. ac Bologneti.*

An prænarrata concluſio procedat in omni communi vſu loquendi.

CAP. XII.



1 Eſtringunt inſuper ſupra relati Doctores memoratam concluſionem, ut locum non habeat in omni communi uſu loquẽdi, ſed tantum in eo † qui obtinebat tempore conditi ſtatuti, ſic Bart. in dicta l. Labeo de ſupel. legat. Fely. in proœm. Gregoria. Soci. in l. Gallus. §. ſi eius in fin. de liber. & poſthum. & domin. Alcia. in dicta libro ſecundo, de uerborum ſignificationibus. ſub
2 numero 30. Sed punctus eſt uidere † an iſte communis uſus loquendi debeat eſſe ſtatuentium tantum, an uerò & aliorum. item an formiter probandum ſit tempore conditi ſtatuti uiguiſſe in ciuitate talem communem uſum loquendi, an uerò ſufficiat probare in præſentia uigere in ciuitate, ut de præſenti in præteritum præſumatur. Bolognet. in
3 dicta rubr. de oper. nou. nunciat. ſub numero 119. putat eſſe debere ſtatuentium tantum, & non aliorum, itemq; ſufficere ſi probaretur hodie in ciuitate eſſe communem uſum loquẽdi, in illis uerbis de quibus diſputatio eſſet, quia præſumeretur etiam retro fuiſſe tempore, quo ſtatutum conditum fuerit, cum populi naturaliter loquantur, & præſumantur etiam retro fuiſſe, quod naturaliter iudicatur.
4 Eſt uerum † quòd primi capitis reſpectu idem Bolognet. ſub numero 120. diſtinguit inter ſtatuentes peritos, & imperitos; Rurſusque inter peritos qui materna lingua, uel alia extranea uſi fuiſſent, & eos qui latina lingua locuti eſſent; ut primo & ultimo caſu peritorum uſus inſpiciendus ſit; in cæteris uulgarium conſuetudo ſit attendenda; ſed in
5 primo capite † domin Alciat. dicto libro ſecundo, ſub numero 30. verſ. quapropter diſſentit poſt Bartolum a Bolognet. niſi eſſemus in communi vſu loquendi adeo inueterato, qui hominum memoriam excedere probaretur, vt per Bartol. in dicta l. Labeo de ſupellect. legat. In ſecundo autem capite ſub numero 29. & 30. varias refert opiniones; & tan-
6 dem ipſe † concludit diſtinguendo inter peritiſſimos & imperitos ſimpliciter, vt priore caſu verba accipi eo modo debeant quo peritiſſimi accipere ſolent, poſteriore craſſa minerua, argumen. l. ſi chorus de legat. tertio. Ego † reſpectu primi capitis non
7 leuiter ſubſiſto; quia Bartolus in d. l. Labeo concludit ſufficere ad obtinendum in communi vſu loquendi, ut probetur ita à decem annis citra communiter locutos fuiſſe homines in illa ciuitate, & cum Bartolo tranſeunt communi conſenſu Doctores
8 cita. item quia † de præſenti in præteritum non præſumimus, cap. ſi eo tempore de reſcript. & clem. literas eodem titu. Et rurſus, quia vbi qualitas eſt
9 fundamentũ intentionis alicuius, debet illa † formiter deduci ac probari, gloſ. in cap. ſi fortè in verſicu. ſcientiæ de electio. libro ſext. l. ſecunda. §. docere. vi bon. rapto. l. pri. §. ait prætor vbi Bartolus nequid in flumi. public. Iaſ. in l. ſi extraneus in fin. de
10 condic. cauſ. dat. Vnde exiſtimarem † ſic eſſe diſtinguendum; Aut probatum ſimpliciter eſt, quod de præſenti in tali ciuitate communis eſt vſus loquendi, vt talis vox, quæ in ſtatuto comprehenſa ſit, ſub tali accipiatur ſignificatione; Aut probatum eſt, à decem annis citra eam ſignificationem vſu receptam fuiſſe. Aut probatum eſt, quòd à decem annis, uiginti, triginta, quadraginta, & à tanto tempore citra, quod hominum memoria non extat in contrarium, fuit in communi uſu loquendi dictæ ciuitatis, ut ſub tali vocis ſignificatione talis res comprehenderetur. Aut ſimpliciter probatum fuit communem eum loquendi uſum fuiſſe in ciuitate.
11 Primo caſu † opinor Bologne. minus uera ſenſiſſe, quia concluſio illa, quòd a præſenti in præteritum præſumatur, ceſſat quando præſens ſtatus eſt diſformis à ſtatu qui neceſſario aliter fuit in præterito argumen. l. 4 de probatio. & tradit domi. Alciat. de præſumptio. reg. ſecunda præſumpt. 26. poſt princi. poſt Iaſo. quem citat in l. ſi prius de oper. nou. nunciat. & egregiè Stepha. Bertrand in conſilio ſeptimo ex themate libro primo. quem refert ac ſequitur Nicolaus Arelata. loco ſupra cita. in adnotatio. ad Alciat. in caſu autem noſtro, vt fateamur oportet, communem uſum loquendi, qui de præſenti obtineat, cum repugnet propriæ uerborum ſignificationi, aliquando habuiſſe ſtatum diſformem ob propriam uerborum ſignificationem quæ antea obtinuit. Ergo in præteritum non po-
12 tuit inferre. Secundo quoque † caſu res eſt clara, quòd probatio non concludit neque præſumptiue infert in præteritum per reg. l. cum prætor de iudi. & capit. nonne benedicimus de præſumptio. ſi enim probatum eſt à decem annis citra tantum, communem uſum loquendi ita ſe habuiſſe ergo ante illos decem annos oportet ut non fuerit in obſeruantia; præterea ſi qualitas hæc tempore ſtatuti conditi formiter eſt probanda, ut ſupra dictum
13 fuit, eo quia qualitas † adiecta uerbo debet intelligi

ligi ſecundum tempus uerbi, l. Titius ubi Bartolus de milit. teſtam. cum vulgarib. quomodo probatio communis uſus decem annorum, etiam præſumptiuè concludat pro antiquiori tempore promulgationis ſtatuti de quo interpretando agatur, ſtante præſertim difformi illo ſtatu communis uſus loquendi qui in antecedens neceſſarium quandoque fuiſſe ſupponere opportuit, ut ſupra dictum fuit.

14 Tertio caſu † ſententiam domini Alciati ueram eſſe reor, quamuis Bartolus ab eo citat. in dicta l. Labeo de ſupellect. legat. id non dicat, & ratio eſt, quia probatio illa communis uſus loquendi continuati per tempora illa in capitulis expreſſa, & à tanto tempore citrà, cuius initij memoria non habeatur in contrarium, triplici modo infert ad

15 tempus illud ſtatuti, primo quia † ea quæ hominum memoriam excedunt, ita ab antiquo obtinuiſſe præſumuntur, ut uim tituli habeant ac priuilegij. l. hoc iure §. ductus aquæ ubi gloſ. & doctor. not. de aqua pluuia. arcend. capit. ſuper quibuſdam §. præterea de uerborum ſignificatione Crauet. de antiq. tempor. parte tertia, ſub numero 19. ſecun-

16 do, quia tempus † excedens hominum memoriam duplici ratione ob antiquitatem coniugitur alteri antiquo tempori, ratione ſcilicet uicinitatis, & ſimboli, ſeu proportionis, & propterea facilius de uno ad alterum inferimus capit. quanto de præſumptio. l. in rem. §. item quæcunque de re. uendicatio. Barto. in l. centurio in prima oppoſitio. de uulgar.

17 & pupillar. Tertio quia † in præſumptiua hac probatione facienda concurrit non ſolum præſens tempus, ſed etiam præteritum, ex quo urgenter etiam retro infertur, ut dictum eſt, propterea concluſio quod de præſenti in præteritum præſumatur

18 uires habet † & ſibi locum in caſu iſto uendicat. ut ſcribit Salyc. in l. ex perſona. C. de probatio. domi. Alciat. de præſump. regu. ſecunda præſump. 26. ſub numero ſecundo, in ſecund. limit. cum præſertim in re adeo antiqua leuiores ſufficiant probationes l. penultima de probatio. capit. cum cauſam eodem titul. Crauet. de antiq. tempor. in principio, & alibi ſæpe per diſcurſum illius tractatus. Quarto autem

19 & ultimo caſu puto † eiuſcemodi communis uſus loquendi probationem nihil inferre, per ea quæ ſcribit Bartol. in dicta l. Labeo de ſupellect. legat. & quia probatio incerta, quæ ſe habet ad eſſe, & non eſſe, nihil concludit, & contra ſic probantem interpretationē patitur l. neq; natales. C. de prob. l. nō hoc. C. unde leg. & c. in præſentia de probatio.

20 Alterius autem † principalis capitis ratione ego arbitror coniungendam eſſe opinionem domini Alciati cum opinione Bologne. ſupra relata. Qua coniunctione facta conciliantur etiam omnes aliæ opiniones ſupra relatæ per Dom. Alciat. loco ſupra citato, tam ſcilicet Fab. Quintiliani, quàm Bald. & aliorum, & facile diſcernitur quando peritorum & qū imperitorū cōis uſus loquendi ſit attendendus.

Limitat rurſus Bologne. hanc concluſionem ſupra firmatam in quocunque ſtatutorum genere, ut non progrediatur, quando de mente ſtatuentium

21 † appareret in contrarium, & ita intelligit in dicta rubr. de nou. oper. nunciat. ſub numero 122. tex. in l. item prætor, de ſuis & legit. hæredi. & in l. ita uulneratus ad leg. Aquiliam, ſecundum intellectum quem ipſe dedit, additque rationem, quia liberum fuit ſtatuentibus arbitrium determinare caſus quos uoluerint, & capere uerba in ſtricta & larga ſignificatione, prout neceſſarium fore animaduerterint.

22 Quam limitationem † ego credo ueriſsimam eſſe & omnino recipiendam, quamuis illa iura poſsint alios ſenſus recipere, ut per doctor. in dicta rubrica de oper. noui nunciat. & ſupra attigimus reſpectu textus dictę l. item prætor de ſu. & legiti. quia in ſta-

23 tutis † mens conditorum omnibus præfertur, ut teſtis eſt Bartol. in l. quod contrà de legi. Alexan. in conſil. 52. ſub numero ſecundo uolum. 1. ubi uult tunc dici conſtare de mente quando reſultaret abſurditas, uel iniquitas ſi acciperentur uerba ſecundum communem uſum loquendi, uel quando ratio ſtatuti refragaretur, & ut latius ſupra retulimus li. 3. de impropria ſignificatione in ſecundo caſu quo à propria ſignificatione diſceditur propter impropriā.

SVMMARIVM.

1 *Communis uſus loquendi ſignificationem locum habere in alijs diſpoſitionibus.*
2 *Verba legum, ultimarum voluntatum, contractuum ac priuilegiorum recipere interpretationem à conſuetudine loquendi.*
3 *Communem vſum loquendi in omni materia attendi.*
4 *Legitimatum non dici legitimum ſecundum communem vſum loquendi.*
5 *Communis vſus loquendi ſignificationi eſſe locum etiam in exorbitantibus & correctorijs.*
6 *Et in teſtium depoſitionibus.*
7 *Ac in alijs quoque probationibus.*
8 *In ſacris pariter literis recipi ſignificationem innectam à communi vſu loquendi.*

An ſupra conſtitutæ cōcluſiones locum habeant non ſolum in ſtatutis ſed etiam in alijs diſpoſitionibus.

CAP. X.

1  Vę autem hactenus diximus de communi uſu loquendi, ut eius ſignificatio locū habeat in ſtatutis; intelligenda ſunt † etiam locum habere in alijs diſpoſitionibus, & propterea dixit Innoc. in c. olim ad med. de uerb.

2 ſign. uerba † legum, ultimarum uoluntatum, contractuum, & priuilegiorum recipere interpretationē a conſuetudine contra propriam uerb. ſignifi. citat l. ſi de interpretatione, l. nam imperator. l. minimè

3 & l. ergo de legi. & quod † in omni materia communis uſus loquendi attenditur, & ad eum recurritur probatur in cap. ex literis de ſponſali. in l. legatis §. fina. de legatis tertio. in l. ſi ita fuerit libertas de manu. teſtamen. Iaſ. in l. prima ſub numero 42. de

acquiren.posseſſ. & in l. filiusfam. §. diui sub numero 108. in prima lectu. de legat. pri. & in l. qui ante calendas colum. secunda circa med. de verborum obligationibus, vbi loquitur in materia stipulationum, & in l. stipulatio ista §. hæc quoque sub numero octauo, eod. titu. vbi generaliter idem asserit in omni materia Socin. in l. prima, sub numero 44. si cert. petat. & in rubrica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. sub numero 15. Decius in consilio 284. colum. quarta in fine, uersicul. primo,
4 inferens † ad uerba testatoris quòd legitimatus non dicitur legitimus secundum vsum loquendi, & idem repetit Dec. in consil. 365. col. 1. sub num. 4. Angel. instit. de legiti. agnato. succesſio. in fin. prin.
5 vbi ait communis loquendi vsus significationi † locum esse etiam in exorbitantibus & correctorijs, & idem Ang. instit. de leg. Aquil. in princ. sub num. 5. & innumeros propè citat in hanc rem auctores Franc. Nico. in rubr. de oper. nou. nuntia. sub num.
6 mero 236. in testium quoque † depositionibus locus est communi loquendi consuetudini, Innoc. in cap. cum clamor in fi. de testi. & in cap. cum causam col. pen. vers. videtur quòd si testis, vbi etiam Aret. col. 6. sub num. 18. eod. titul. idem Areti. in d. cap. cum clamor col. pen. in fin. de testi. Dec. in cap. translato in 2. lectur. sub num. 8. de testib. Nico. in d. rub. de oper. nou. nunc. sub num. 220. vbi alios citat in alijs quoque † probationibus locus est com-
7 muni vsui loquendi, vsque adeo vt dicat Felyn. in cap. super his col. 8. de accusat. communem vsum loquendi excusare probationes non concludentes, quem refert ac sequitur scholiast. ad Iaso. in l. stipulatio ista §. hæc quoque stipulatio sub litera B. ad fi.
8 de verb. obligatio. In sacris † quoque literis recipitur significatio, quę inuecta est communi vsu loquendi, ut est tex. in cap. maiores in ver. veterum quem ibi notat Abb. de Baptis. & eius effecti. cui accedit Ias. in d. l. stipulatio ista §. hæc quoque sub num. 8. ad fi. de verb. obligat. & Nico ni. in d. rubri. de oper. nou. nunciatio. sub num. 238.

SVMMARIVM.

1 *Communis vsus loquendi difficilem esse probationem.*
2 *Communis vsus tria esse genera, loquendi scilicet, vtendi, ac intelligendi.*
3 *Communis vsus vt dici possit, oportere, vt saltem duraverit per decem annos.*
4 *Glos. in l. Labeo de supel. leg. in ver. ex communi vsu, intellectus.* 1
5 *Bart. quid resoluat circa probationem communis vsus loquendi.*
6 *Qualiter sit formandus articulus in probatione communis vsus loquendi.*
7 *Appositum exemplum circa propositionem articuli communis vsus loquendi.*
8 *Testes oportere concludere de tempore decem annorum, & quod communis vsus loquendi fuit in dicto loco.*
9 *Testis dicens Scio quia ita communiter dicitur, nihil concludit.*
10 *Nisi per relationem ad capitula in quibus expressa sint exprimenda seruetur, ibi.*
11 *Exemplum articuli communis vsus vtendi, qualiter proponendum sit secundum Bar.*
12 *Qualiter sit proponendus articulus in communi vsu intelligendi.*
13 *Conditionem illam si filius meus morietur, de iure communi comprehendere conditionem illam, si sine liberis decesserit, & ex communi quoque vsu intelligendi concipere posse.*
14 *Alijs exemplis declarari communis vsus intelligendi articulum.*
15 *Vendito equo intelligi venditam esse sellam, si tamen sit præsens.*
16 *Secus si ostendatur equus sine sella.*
17 *Ornamenta quæ haberent arma ipsius venditoris non intelligi comprehensa esse in venditione.*
18 *Consuetudo Angleriæ declarata de libris Ingillorum.*
19 *Consuetudinem Ticinensis patriæ esse, vt appellatione ducati intelligatur de ducato quatuor librarum non de ducato auri.*
20 *Secundum Rochum Curt. Bart. theoricam in hac materia communiter a doct. esse receptam.*

Quomodo probetur communis vsus loquendi.

CAP. XI.



Værendum modo est, pro absolutiore huius loci tractatione, quomodo probetur communis vsus loquendi? quia vt dicit Io.
1 † de Ana. in cap. 1. de sagita. est difficilis admodum probationis, quod affirmat & Rochus noster Curt. in cap. cum tanto sectio. 8. in 7. q. princip. sub numero 44. ad Celsus ad Oria. de testib. capi. 1. sub dicto numero 97. in addit. incip. significatione
2 sub litera F. post princip. Propterea † ad euidentiam præmittendum est, Bartol. in dicta l. Labeo de supell. legat. & Doctor. in locis proximè citat. partiri hunc communem vsum in tria genera, loquēdi scilicet, vtendi, ac intelligendi. Rursus & illud præsciēdum est, vt dicit Oria. sub dicto numero 97. ad hoc vt possit communis vsus loquendi, utendique, ac
3 intelligēdi, appellari, oportere † ut talis usus duraue rit per decem annos, sic voluit glos. in d. l. Labeo de
4 supellect. legat. † in ver. ex communi vsu in illis verbis, & sic usitatè dici potest. quam ita intelligit Bartolus in dicta l. Labeo de supellect. legat. sub numero sexto & probat Bald. in l. dies festos. C. de ferijs. Accedendo modo proplus ad resolutionem propositæ difficultatis, dico, Bartolum valde grauiter ac notanter, vt cætera illius omnia, in dicta l. Labeo de supellect. legat. sic resoluere, uult enim in communi usu loquendi sic posse poni exemplum; Testator quidam multos habens equos cuidam legauit palafrenos, dubitatur qui nam equi debeant
5 contineri appellatione palafrenorum, is autem ait ex communi usu loquendi posse hanc resolui difficultatem,

6 difficultatem, & ad probandum hunc † communem uſum loquendi, ſic eſſe formandum articulum. Quod ſcilicet à decem annis citra, & per ipſum tempus cõis vſus loquendi fuit in hac ciuitate, vnde teſtator eſt, & vbi conuerſabatur, quòd equus talis conditionis appellaretur palafrenus, teſtis autem deponat contenta in capitulo eſſe vera; interrogatus quomodo ſit, dicit, quia per dictum tempus in dicto loco audiuit equum talis conditionis ab omnibus talia tractantibus palafrenum appel-
7 lari. Aliud poterit † proponi exemplum, videlicet, ſi dubitetur an appellatione aduocatorũ veniant procuratores; tunc formandus erit articulus, quòd cõmunis vſus loquendi fuit à decem annis & citra, & per ipſum tempus in ciuitate vel loco vnde ſunt, vel conuerſantur litigantes, vel de quo agitur, Aduocatos appellari eos tantum, qui in voce vel ſcriptis de iure allegant, illos autem qui ſimpliciter factum proponunt ſine iurium allegationibus, procuratores vocari. Teſtes autem ſuper hoc interrogati, deponent contenta in capitulis eſſe vera; de cauſis verò ſcientiæ requiſiti reſpondebunt quia à decem annis, & citra, & per illud tempus audiuerunt communiter ab omnibus ea de re loquentibus, in illo loco de quo agitur, puta hic Ticini ubi litigant contrahentes, Aduocatos appellari eos tantum qui in
8 iure allegant, &c. oportet enim † teſtes concludere de tempore decem annorum, & quòd communis modus loquendi eſt in dicto loco eo modo, qui ſupra dictus eſt, vt in l. minus ſunt de leg. 3. & in l. ſi ſeruus plurium §. fin. de leg. 1. ſi autem teſtis dice-
9 ret, † ſcio quia ita cõmuniter dicitur, tunc nihil probat, ſecundum Bart. verum tamen ſi teſtis in ratione ſui dicti non replicet tempus x. annorum, nihilominus valebit, quia tempus expreſſum in dicto intelligitur repetitum in ratione eiuſdem dicti, & ideo ſi
10 teſtis † dicat contenta in capitulis eſſe uera: addatq; rationem quia audiuit ab omnibus communiter loquentibus de hac materia ſic dici, uel etiam à maiore parte eius loci tametſi non dixerit à decem annis citra, nihilominus eius dictum valebit, quia tempus illud in eius ratione repetitum eſſe intelligitur; & ita probat Oria. ſub d. nu. 97. ad fin. In communi
11 vero vſu vtendi, † ponit Bartol. exemplum. Quando quis emeret telas in aliqua ciuitate, vel loco, quas illi dimenſus fuiſſet venditor cubito minore, & tamen inter ementes & vendentes in communi vſu eſſet in ciuitate, vt illę menſurarentur cubito maiore. Nam tunc effingendus eſſet articulus quod à decem annis & citra, & per ipſum tempus &c. Teſtes autem qui examinarentur deberent deponere contenta in capitulis eſſe uera, de rationeq; interrogati dicere, quod à decem annis citra, & per ipſum tempus viderunt communiter ementes & vendentes telas in illis dimetiendis uti brachio maiore, & poſſent ſexcenta huiuſmodi exempla effingi; & cũ
12 Bar. ſentit quoq; Roch. Cur. in d. 7. q. 8. ſectio. ſub d. nu. 44. In communi autem uſu intelligendi ponit exempla Bar. in ea propoſitione, quamuis ipſe uulgari ſermone illam enuntiet, ſi filius meus moriatur, uolo ut bona mea deueniant ad talem. Nam ſi
13 ex communi uſu intelligendi ea uerba † exaudirentur, vt comprehenderent illam conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, quod eſt etiam de iure communi l. cum auus de conditio. & demonſtr. l. cum virum. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. cum ſimil. Qui uellet probare hunc communem uſum intelligendi deberet articulum formare; Quòd à decem annis & citra, & per ipsũ tempus in tali ciuitate, uel loco unde eſſet teſtator uel conuerſaretur, communis uſus intelligendi fuit, ut uerba illa, ſi filius meus moreretur, intelligerentur hoc pacto, ideſt ſi ſine filijs deceſſerit; Teſtis autem productus interrogatus deberet deponere cõtenta in capitulis eſſe uera; rogãtique iudici rationem addere, quod à dicto tempore citra, & per ipſum tempus ab omnibus hominibus loquentibus de hoc audiuit dicta uerba ſic intelligi, prout ſupra
14 relatum eſt; Dicit † inſuper Roch. Cur. loco ſupra relat. poſſe & altero exemplo hoc caput declarari veluti in conſuetudine exiſtente in ciuitate uel loco, ut quando uenditur equus, intelligatur etiam uendita eſſe ſella, quam conſuetudinem refert Bar.
15 in lectur. circa fin. quamuis idem Curt. dicat † hoc eſſe quoque ex diſpoſitione iuris communis per l. ædiles in princ. iuncta ibi gloſ. in uer. ornamenta de ædili. edict. & ita determinat Bar. in l. eum qui §. nõ ſolum de furt. & in l. ſi vt certo. §. uſq; adeo. como. Iaſ. in d. l. de quibus col. antepen. dicit tamen poſſe ſeruari id quod ſenſit Bart. quando equus oſtendi-
16 tur emptori ſine ſella, quia † de iure communi illud uenit in contractu quod tempore contractus oſtenditur, ut inquit Bald. in l. 2. C. de ædili. actio. per tex. in l. ædiles §. uendidi de ædilic. edict. item de iu-
17 re communi † non uenirent ornamenta quę haberent arma, ut uulgo uocant ipſius uenditoris, ſic Paul. de Caſtr. in d. §. uſque adeo. Alterum iſtius ultimi capitis exemplum proponit Lanfran. Oria. in d. tracta. de teſtib. cap. 1. ſub num. 97. vbi dicit ſe de
18 facto habuiſſe quomodo intelligeretur † conſuetudo Anglerię, quæ intelligebat, libram, de libra iugil lorum, ut uocant, non autem de libra imperialium ibique ponit formam capitulorum & quomodo teſtes ea in re debeant teſtimonium dicere, idem ait
19 Cur. † poſſe dici de conſuetud. quæ eſt in patria iſta ut ducati appellatione intelligatur de ducato quatuor librarum, non autem de ducato Auri. Et hanc
20 Bart. doctr. † probat Bal. in repet. l. de quibus col. fin. de legi. & in l. dies feſtos. C. de ferijs, Lanfran. de Oria. in d. tracta. de teſtib. uel in cap. quoniam contra falſam cap. 1. ſub num. 97. & ibidem Celſus de probatio. Rochus Cur. loco ſupra citato. Fely. in d. procem. Gregoria. ſub num. 16. & Doctor. in d. rubr. de oper. nou. nunc. Alex. in d. l. Labeo de ſuppel. leg. Bal. in l. 2. ſi aduerſ. rem iudi.

SVMMARIVM.

1 *Multa obſtare aduerſus Bartoli theoricam.*
2 *Fulgo. putare quòd ſufficiat ſiteſtis dicat ſe audiuiſſe dici a maiore parte hominum ea de re loquentium, ad probandum communem vſum loquendi.*

3 *Roch. Cur. opinari Fulgoſium melius eſſe in hac materia locutum, quam fecerit Bar.*
4 *Butrium conuellere quoque eniti Bart. doctrinam dum credit tempus decem annorum continuatum eſſe debere.*
5 *Sed Curtium eos conciliare.*
6 *Quod ſit auctoris votum hac in controuerſia.*
7 *Quando agitur de probando communi vſu loquendi, utendi, vel intelligendi in actu de præſenti ueram eſſe doctrinam Bartol. & ſufficere talem uſum eſſe conſtitutum per lapſum decem annorum, & nu. 8. ex communi. ibi.*
9 *Stylum Curiæ induci per lapſum decennij.*
10 *Vbi agitur de probando communi vſu de actu præterito Bar. aſſertionem non eſſe tutam.*
11 *Communis vſus probatio debet ita fieri ut probetur tempore actus de quo eſt controuerſia viguiſſe.*

Qui contra Bartol. theoricam ſenſerit, cum reſolutione auctoris.

CAP. XII.

1 Duerſus tamen hanc Bart. theoricam quam multum commendant †Roch. Cur. loco ſupra citato, & Raph. Fulgoſ. in conſil. 165. col. antepen. circa mediũ multa obſtare videntur, imprimis enim dum concludit Bart. teſtem debere in dicti ſui ratione aſſerere, quòd ab omnibus ea de re loquentibus &c. Putat Fulgoſ.
2 †in dicto conſ. 165. col. antepen. circa medium ſufficere ſi etiam dicat à maiore parte eorum ſe audiuiſſe. eſt uerum Fulgoſ. loco ſupra relato ad hoc allegare Bart. in d. l. Labeo qui nihil dicit de maiore parte in nullo ſupra ſcriptorum caſuum, eſt tamen ad hoc doctr. Abb. in cap. ex parte de cenſi. propter glo. ibi in ver. primo caſu, quam ſequitur Fely. in d. proœm. Gregoria. ſub num. 16. & Roch. Curt. in d.
3 q. 47. col. 3. ad fi. in 8. qui † ait ſe putare Fulgoſ. melius loqui quàm Bart. tum quia ita ſonant hæc verba communis vſus loquendi; tum quia in ſimili videmus in conſuetudine ſufficere maiorem partem populi. & hanc partem ſequitur Bal. in l. de quibus
4 in col. ult. de legi. Rurſus contra hanc †Bart. doctr. opponit Butr. in repetit. dicti cap. fina. de conſuet. quatenus Bartol. ſupponit communem uſum loquendi eſſe debere continuatum, nam ipſe contrarium putat eſſe uerius, quia vſus ſonat prout in facto, & ſic ſufficit ſecundum eum quod generet habitum, ſed Curt. †loco ſupra citato dicit, Bart. non
5 refragari huic Butri. opinioni, ſed cum illa conuenire; quia dum putat ſufficere ſi teſtis dicat, quia audiuit omnes de ea re tractantes ſic loqui, oſtendit ſufficere ſi tempore quo talia tractantur ſic ſe habeat communis uſus loquendi; probatio enim ut ait communis uſus loquendi, debet concludere de ipſo communi uſu tempore quo fit actus, vt per Bartol. in d. l. Labeo, & Fulgoſ. in d. conſi. 165. col. antepenult. Quid conſtituemus in hac difficultate? Ego arbitror ſic eſſe reſoluendum hoc negocium,
6 †Aut agimus de probando communi loquendi uſu reſpectu actus qui de præſenti fuerit factus, ſiue is ſtatuentium, ſeu teſtatoris, uel contrahentium, aut iudiciorum fuerit; Aut tractamus de actu in præteritum abſoluto, cuiuſcunque generis ſupraſcripto
7 rum ille ſit. Primo caſu uera † erit egregia ac magiſtralis illa theorica Barto. quam commendant omnes ſupra relati interpretes communique etiam cõſenſu recipiunt, quia in actu qui fit de præſenti, ut interpretationem recipiat à communi uſu loquen
8 di, utendi, uel intelligendi, ſufficiet †communem illum uſum eſſe conſtitutum per lapſum temporis decem annorum, per ea quæ ſcribunt de conſuetudine doctor. in d. l. de quibus de legi. in l. conſuetudinis. C. quæ ſit long. conſuet. & in cap. fi. de conſuet. gl. Ang. & alij in §. ex non ſcripto inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Aegidi. Bellamer. in d. c. ult. de conſu. ſub nu. 21. ubi communem dicit, facit inſuper quod
9 tradit †Pet. Rebuf. in tract. de conſuetu. art. 2. gl. 13. ſub nu. 11. de ſtylo curiæ qui inducitur per lapſum decennij, ut ante illum aſſeruit Guid. Pap. in conſi-
10 lio 119. Altero uerò caſu † tunc non habeo doctrinam Bart. quamuis cõmuniter in ſuo caſu receptã pro uera, per ea quæ diximus ſupra in quæſtione proximè præcedenti in ſecunda limitatione, quia tunc ab illo tempore in præteritum non præſumeretur communis loquendi uſus, ad interpretationẽ actus, qui longo annorum curſu diſtaret ab illo de-
11 cennio. Eo quia ut ſupra diximus † probatio communis uſus debet ita fieri, ut nũcupatim probetur tempore quo gerebatur actus is uiguiſſe, ut per Fulgoſ. Oria. Curt. & alios in locis proximè relatis.

SVMMARIVM.

1 *Duas proponi quæſtiones per Curtium valde appoſitè atque oportunè in hac materia.*
2 *Teſtem debere concludere in probando communi uſu ab omnibus ea de re loquentibus, ſic audiuiſſe dici, aliàs ſi diceret quia ita communiter dicitur nihil concluderet.*
3 *Teſtem deponentem de fama ſi dicat, quia publicè dici audiuit nihil concludere. ex communi, ibi.*
4 *Baldum contrariam ſententiam ueriorem opinari quam diſputando putat Cur. defendi quamuis neget a communi opinione recedendum eſſe. & num. 5.*
6 *In dubio a communibus opinionibus recedendum non eſſe.*
7 *Qualiter credat auctor in propoſita quæſtione diſtinguendum eſſe.*
8 *Per relationem teſtis ad articulos omnia quæ in articulis continentur, vere & proprie eius diſpoſitioni intelligi ineſſe.*
9 *Perindeque haberi ac ſi præcisè a teſte fuiſſent pronuntiata.*
10 *Generaliter enuntiatum, quando in una tantum ſpecie verificari poteſt, perinde haberi ac ſi in ſpecie probatum fuiſſet.*
11 *Teſtem qui dicat ſe ita communiter dici audiuiſſe, non repetito loco neque tempore, probare.*
12 *Secus tamen eſſe quando capitula ſimpliciter eſſent con-*

cepta

cepta ſine illis qualitatibus, quòd a decem annis citra in tali loco &c. num. 12.

13 *Paria fore, non eſſe, vel non apparere.*

Vtrum ratio teſtis deponentis ſuper communi vſu loquendi & dicentis ſeſcire, quia ita communiter dicitur, concludat.

CAP. XIII.



RO pleniore verò atque abſolutiore explicatione iſtius materiæ communis vſus loquendi, quærit † Roch. Curt. multum oportunè atque appoſitè de duabus difficultatibus in d. 7. quæſt. princip. 8. ſectio. ſub numero 47. Quarum altera eſt, quid ſi teſtis productus ad probandum communem vſum loquendi de ſcientiæ cauſa interrogatus, reſponderit ſe ſcire, quia ita communiter dicitur, concludenter depoſuiſſe defendi poſſit. Altera eſt, quid ſi interrogatus à quibus dici audiuerit, dicat ſe neſcire, aut ignorare eorum nomina, ſuſtineri valeat eius teſtimonium. Circa primum inquit ille, Bartol. reſoluere

2 in d. l. Labeo non ſufficere † quia debet teſtis concludere quòd ab omnibus ea de re loquentibus ſic dici audiuit; & quod niſi per ſenſum corporis deponat nihil agit, & ita ait recipere Anto. Butri. in d. cap. fin. Fely. in d. proœm. decret. Lanfran. de Oria. in d. cap. quoniam contra in cap. 1. ſub numero 97. quibus poteſt addi Fulgoſ. in dicto conſil. 165. col.

3 antepenult. idemque velle † Bartol. in ſimili de teſte deponente ſuper fama, qui ſi deponit, ſic dici publicè, nihil probat, quia etiam verificari poteſt eius dictum in vno qui publicè id dixiſſet, prout conſiderat Fulgoſ. loco ſupra citato. vnde probatio non concluderet, prout debet, cap. in præſentia de probatio. cum ſimil. Bartolus in l. de minore §. tormenta de quæſtio. & in l. tertia. §. eiuſdem infra. de teſtib. Bal. in additio. ad ſpecul. in titu. de ſenten. Ang. in l. ſecunda ad Macedonia. Ioan. de Imol. in l. hæredes palam in principio de teſtam. ubi dicit ita communiter teneri; Alexan. in conſilio 17. & 20. & 25. in quarto volum. & conſil. 159. in fin. volum.

4 quinto. Contraria tamen placuit ſententia † Bald. in cap. per tuas de probatio. & in alijs locis per Iaſo. cõgeſtis in l. nõ hoc. C. de un. legit. & in l. de quibus. colum. vlti. de legi. vbi in terminis noſtris inquit, ſic

5 Dynũ conſuluiſſe, illa ratione quia teſtis non † præſumitur vt fatuus vel vt mentecaptus loqui, ſed cum ratione, l. ſi filius ad Senatus Macedon. item quia vt addit Bald. teſtium dicta non ſunt calumnianda, ut per Bartol. & alios in l. 1. ſi cert. peta. & quamuis hanc Bald. opinionem putet Curt. diſputando facilè ſuſtineri poſſe, per ſupra dictas rationes, nihilominus haud opinatur ille à communi vo-

6 to eſſe recedendum, † quia in dubio non recedimus à communibus opinionibus, vt per Io. Andr. Abb. Fely. & alios in c. 1. de conſt. & Bar. in l. 1. in fi. C. de

7 pœn. iudic. qui mal. iudicau. Ego crederem † ſic diſtinguendum eſſe; Aut in articulis propoſitis ad probandum communem vſum loquendi fuit in indiuiduo expreſſa illa qualitas, quòd apud omnes de ciuitate illa de re loquentes, uel apud maiorem partem fuit à decem annis citra, & per ipſum tempus auditus communis uſus loquendi eſſe &c. Tunc teſtis qui deponit contenta in capitulis eſſe uera, quia communiter ſic dicitur in ciuitate; ob relationem quam faceret depoſitionis ſuæ ad capitula, neceſſario intelligendus eſſet dicere uoluiſſe, in illis uerbis communiter ſic dicitur, ab omnibus uel

8 à maiore parte, ſic dici audiuiſſe; quia † per relationem cenſerentur omnia quæ in uerſiculis dicta forent, uerè & propriæ ineſſe depoſitioni ipſius teſtis, l. aſſe toto de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero de cond. & demon. Ripa in l. ait prætor §. ſi iudex de re iudic. col. 1. cum ſimil. neque poſſent uerba illa, quamuis ita ſimpliciter enuntiata, in alium ſenſum diſtor-

9 queri, & ideo perinde † habenda eſſent, ac ſi ita precisè fuiſſent à teſte pronunciata, prout in cap. habetur, arg. eius quod ſcribit Barto. in l. fundus qui tibi de fund. inſtr. & in l. ſi tibi optio. §. 1. de optio. legat. Abb. in cap. ex parte ſecundo ſub num. 6. de officio deleg. Doctor. in l. 2. de lib. & poſth. ubi quod ge-

10 neraliter † enunciatum eſt, quando in una tantum ſpecie uerificari poteſt, perinde habetur ac ſi in illa tantum ſpecie prolatum eſſet, & faciunt quæ in ſimili dicit Bart. de teſte qui dixit ita ſe communiter

11 dici audiuiſſe, in d. l. Labeo ſub nu. 8. † cum defendit id ſuſtineri poſſe, tametſi non repetierit locum neque tempus, aut capitula ſimpliciter fuerunt con

12 cepta ſine illis qualitatibus, uerbi gratia † quod à decem annis & citra, & per ipſum tempus fuit communis uſus loquendi in dicta ciuitate, uel loco &c. Nam tunc uerba illa à teſte in eius dicti ratione expreſſa, quia ſic communiter dicitur, ut dicit Bar. & communiter doctor. ſupra relati non inducerent ſenſum auditus, eo quia cum nec per relationem ad capitula neque per exceptionem depoſitionis teſtis ſubſtantia appareat, non poſſet etiam præſumi, quia

13 paria † ſunt, non eſſe, uel non apparere, l. in lege cum ibi nota. de contrahen. empt. & ſuper eo quod non eſt, præſumptioni non ſit locus, quia non entis &c. iur. uulg.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictum aſſerentis ſe neſcire, a quibus dici audiuerit in materia communis vſus loquendi nihil probare.*

2 *Paria ſunt reſpondere, aut ineptè reſpondere.*

3 *Teſtes qui de numero eorum qui fuerunt actui præſentes deponunt, licet neſciant eos nominare, nihilominus probant.*

4 *Teſtis qui deponat à multis vidiſſe fieri, ſed interrogatus de nominibus, dicat non recordari probat.*

5 *Teſtis interrogatus per quos viderit ſeruare id de quo ipſe deponit dicat neſcire nihil probat.*

6 *Quinimò voluit Bar. debere illum, perſonas aliquas nominare, ut in materia famæ communiter volunt Doctores.*

7 *Sed contra ſentire Curtium, quia fama debet habere ori-*

ginem ab honestis personis.

8 *Quando fama aliunde locum habet, quàm à personis, testem non debere personas aliquas nominare.*

9 *Auctorem Curtio accedere, quia satis est, testem deponere, ab omnibus, vel à maiore parte eorum qui de ea re locuti sunt, dici audiusse in tali loco, etiam si personas non recordetur.*

10 *Hominum memoriam esse labilem, omniumque habere memoriam diuinitatis esse potius quàm humanitatis.*

11 *Ea quæ secundum iuris dispositionem fiunt rata haberi.*

12 *Nominatio aliquarum personarum cum non sit necessaria illius omissionem non vitiare dictum testis.*

13 *Argumento à partibus sufficienter ennumeratis ostendi supra firmatam cum Curtio, sententiam esse veram.*

14 *Genus eundem effectum operari in generali enuntiatione quem species in speciali.*

15 *Omnium à quibus testes dici audiuerint denominationem non esse necessariam, aut vbi sit aliquorum non sufficere.*

16 *Nihil dici actum quamdiu aliquid supereſt agendum.*

17 *Argumentum à fama ad communem vsum loquendi non esse concludens in materia testium, & nu. 18.*

Argumentum à simili vbi diuersa inducitur ratio non concludere. ibi.

19 *Testis dictum qui deposuerit se ab omnibus, vel a maiore parte audiuisse, etiamsi dicat interrogatus se nescire a quibus, concludens esse nec vitiari.*

An dictum testis interrogati à quibus dici audiuerit, & respondentis se nescire, concludat.

CAP. XIIII.



1 VAntum ad secundam dubitationem Bart. in l. de quibus in in 4. q. de legibus (ut declarat Roch. Cur. loco supra cita. sub num. 48.) supponit dictum testis † asserentis, nescire se nominare eos à quibus dici audiuerit, nullam fidem facere, dum inquit, testes deponẽtes talem esse consuetudinem, probare, si ulterius non interrogentur, ergo si ulterius interrogati non
2 responderent, aut ineptè responderent, † quia duo hæc paria sunt. l. quoties qui satisd. cog. l. nulla de
3 auctor. tuto. eorum attestatio corrueret, idem † tamen ex alijs Bart. concludit, quod si testis deponat de numero personarum quæ tempore actus præsentes fuerunt sufficit, quamuis dicat neminem cognouisse, quia hominum nomina probabiliter ignorari possunt. l. si quis in fundi uocabulo de legat. 1. & ita intelligit opinionem quorundam qui dicebant se nescire quot præsentes uiderint aliquẽ actum fieri, confirmat Bar. in d. l. Labeo sub nu. 10.
4 ad fin. ubi ait quod si testis † interrogatus a quot uiderit fieri, dicat a multis personis, sed de nominibus non recordari concludenter deponit, Alex. in
5 cons. 45. in 2. uolum. qui inquit si testis fuerit interrogatus † per quos uiderit seruatum id, de quo ipse deponit, respondeat se nescire, nihil probat quia ostendit se non intelligere id quod deponit, debet ergo deponere, per quot id fuerit seruatum, utrum autem debeat aliquas personas nominare, & dicit
6 oportere, ut decidit † Bar. in testibus deponentibus de fama, in l. de minore in §. tormenta alias in § plurimum in 5. col. de quæstio. Innoc. in cap. qualiter secundo de accusatio. Specul. in titu. de accusatio. §. nunc tractemus Innocen. Butr. & Areti. plenè in cap. cum oporteat de accusat. & ibidem subijcit ita se habere communem opinionem, est verum quòd Roch. Cur. loco supra cita. sub num. 49. dicit con-
7 trarium esse concludendum † quia in casu famę cum illa debeat habere originem ab honestis personis d. cap. qualiter, rationabile est, ut aliquæ personæ nominentur ita dicunt doctor. præalleg. quæ ratio cessat in terminis nostris & propterea dicit Areti.
8 in d. cap. cum oporteat quòd quando † fama aliunde locum habet quam a personis, non est necesse ut testes aliquem nominent & mouetur per doct. Bar. in d. §. tormenta in 3. q. & per dicta Bal. ac Sal. in locis per eum relat. Concludit igitur Rochus Curt. Dictum testis sustineri qui dicat ab omnibus ea de re loquentibus, uel à maiore parte loci uel ciuitatis ita fieri, loqui, vel intelligi, uidisse aut audiuisse debite referendo, etiamsi interrogatus, a quibus dici audiuerit, dicat se nescire uel eorum nomina ignorare. Et hanc partem ego puto esse ueram
9 † quia non est dubium, quod cum communis usus loquendi sit consuetudo, ut supra abunde ostendimus in principio huius partis quæ attinet ad significationem ex communi usu loquendi descendentẽ, in eoque inducendo necessarium non sit ut unus uel alter usus fuerit, sed oporteat ut omnes qui ea de re locuti sunt uel eorum maior pars eo modo usi fuerint tempore statuto, ut supra dictum sæpius ac repetitum fuit, cum eorum omnium qui sic usi fuerint nominum relatio impossibilis sit ob homi-
10 num memoriæ labilitatem † l peregrè de acquiren. possess. & quia omnium habere memoriam diuinitatis est potius, quàm humanitatis l. secunda. §. cumque omnia. C. de ueter. iur. enucl. nec aliquorum nominum expressio sufficeret, ergo si testis dixerit se nescire, aut eorum nomina ignorare, non uitiabitur illius dictum, tum quia ratione omnium non est à iure improbata ignorantia, sed etiam permis-
11 sa ut supra dictum est, † ea quæ secundum iuris dispositionem fiunt, rata habentur l. Graccus. C. ad leg. Iul. de adult. & arg. l. non dubium. C. de leg. & l. iurisgentium §. ait prætor de pact. Tum etiam quia expressio particularium aliquot nominum non est
12 instar omnium & ideo non est † necessaria, cum nó releuet, igitur illius defectus dictum testis non uitiabit. l. 1. in princ. C. de re. uxor. actio. l. qui test. §. per contrarium de testamen. ubi Ang. Rursus quia
13 † aut uolumus ad hoc ut istiusmodi testium depositiones concludant, sufficere ut generaliter testes dicant ab omnibus uel à maiore parte eorum qui illa de re locuti sunt, audiuisse per dictum tempus & ab illo tempore citra dici &c. Aut uolumus singulatim omnium a quibus auditũ fuerit nomina exprimere

primere, Aut uolumus aliquibus in specie nomina
tis sufficere si postea geneneraliter dicatur ab oīb.
uel à maiore parte auditū fuisse, &c. Plures n. casus
magistraliter hoc in negocio cōsiderari nō possunt.
primo igitur casu res non habet aliquam difficul-
tatem, quia non est opus aliqua particulari enun-
14 tiatione † quandoquidem eundem effectum ope-
retur genus in generali enuntiatione quòd species
in speciali l. si duo in fin. de excusatio. tuto. l. si cho-
rus in principio de legatis tertio, & capitulo licet de
offic. uicar. libro sexto.

Secundo casu nulla pariter remanet hæsitatio,
15 tum quia doctor. pro absoluto habent † omnium
denominationem non esse necessariam uti im-
possibilem, & humanæ memoriæ captu maiorem,
ut supra dictum est, Tum etiam, quia si omnium
esset necessaria enumeratio, aliquorū expressio nō
16 satisfaceret, quia nihil dicitur esse actum † quam-
diu aliquid supererit agendum. l. penultima, C. de
ijs quibus ut indig. capitulo primo, in fi. cum glo.
ultim. cir. med. de renuntia. & capitulo nihil septi-
ma, quæstione prima.

Vltimo uero casu, in quo iacet punctus, & ad
quem uidentur reduci doctorum disceptationes,
17 mihi uidetur similiter esse concludendum † non
uitiari dictum testis quia obseruauit doctor. in hoc
articulo moueri ad requirendam aliquorum nomi
num expressionem, argumento eius quod in teste
de fama deponente scripsit Bartolus in locis su-
18 pra relatis inter quę duo † cum longa militet diffe
rentia, ut disertè docuit Roch. Curtius in dicta se-
ptima princip. quæstio. octaua sectio. sub nume-
ro 49. nō erit necessaria, neque concludens illatio.
ista quæ ducitur per locum à simili, ut per Abbat.
Felyn. Deci. & alios in capitulo translato de con-
stitutio ut per Doctor. in l. prima, de legatis pri-
mo, adeo quod omni ex parte uidetur esse con-
19 cludendum, testis † dictum qui responderit se ne-
scire à quibus audiuerit, non propterea uitiari, mo
do deposuerit se ab omnibus, uel a maiore parte
illorum qui ea de re tractauerint audiuisse.

SVMMARIVM.

1 *An peæstantis excellentisque alicuius Doctoris attestatio de communi usu loquendi fundet intentionem illius qui iuri communi innititur.*
2 *Iasonem opinari ut non debeat credi excellenti interpreti attestanti de communi usu loquendi.*
3 *Facti ignorantiam prudentissimos fallere.*
4 *Curt. seniorem credere communem usum loquendi non esse probandam, quando plures illustres doctores de illo attestantur.*
5 *Hanc controuersiam ex Auctoris sententia resoluendam esse in decisione illius controuersiæ, an Doctori attestanti de consuetudine sit credendum.*
6 *Communis usus loquendi ac consuetudinis idem esse iudicium.*
7 *Qui putarunt Doctori attestanti de consuetudine credendum.*
8 *Qui contra opinati sunt non esse credendum.*
9 *Rotam Romanam secutam fuisse partem negatiuam tam quam communem.*
10 *Et maximè quando Doctores qui attestarentur de consuetudine essent mortui.*
11 *Alios distinguere inter vnum & plures attestantes de consuetudine, ut primo casu negatiua, secundo affirmatiua sit uerior opinio.*
12 *Alios sic negocium dissoluere, ut si attestatur, doctor de consuetudine curiæ in qua uersatus est, illi creditur, cæterum illius attestationi non stetur.*
13 *Plerosque primam opinionem recipere ubi consuetudo sit multiplex, secundam ubi sit unica.*
14 *Nonnullos opinatos esse negatiuam opinionem esse ueram quando agitur de plena probatione consuetudinis affirmatiuam quando agitur de præsumptione tantum.*
15 *Quosdam constituisse regulam affirmatiuam illamque uarijs modis limitasse.*
16 *Quis dicatur doctor excellens.*
17 *Quis mediocrem, & quis sufficientem habere peritiam dicatur.*
18 *Excellentiæ qualitatem non nisi longis uigilijs ac multo labore comparari posse.*
19 *Quando excellens doctor uarijs in locis, uariè attestatur de consuetudine illi non credi.*
20 *Idemque esse ubi diuersi diuersa attestarentur.*
21 *In attestationum uarietate maioris auctoritatis doctorem attendi, uel qui magis efficaci moueatur ratione.*
22 *Affirmatiuam opinionem procedere, quantum ad transferendum onus probandi in contrarium, non quantum ad plenam probationem.*
23 *Item quantum ad ea quæ sunt de consuetudine in iure.*
24 *Et rursus quò ad ea quæ sunt de consuetudine uigente tempore uitæ ipsius Doctoris.*
25 *Insuperque quando consuetudo erat in eo loco in quo habitabat ipse Doctor.*
26 *Quæsit Auctoris opinio in hoc negocio.*
27 *Quando plures Doctores faciunt fidem de consuetudine, uel communi usu loquendi de quo uerisimiliter possunt esse informati, tunc plenam fidem eorum attestationibus esse adhibendam.*
28 *Vnumquemque præsumi eius in quo uersatur scientiam habere.*
29 *Quando vnus tantum Doctor attestatur de communi usu, uel consuetudine eius patriæ, alij nihil dicunt, tunc locus est tantum præsumptioni quæ transfert onus probandi in partem aduersam.*
30 *Vbi Doctores attestantur de consuetudine de qua probabiliter non possunt esse informati, illis non creditur.*
31 *In dubio quando plures attestantur de communi usu loquendi illis credi plenè, quando unus tantum, illi credi quantum ad præsumptionem faciendam.*

An doctori alicui præstanti attestanti de communi usu loquendi sit credendum?

CAP.

CAP XV.



1 Ostremò videndum restat pro absolutione istius materiæ, an Doctore aliquo præstanti † seu excellenti de communi vsu loquendi ita credatur ut dicatur esse fundata intentio eius qui innititur communi vsui loquendi. Iason in
2 † l.de quibus de legib.sub nume. 90.concludit non credi, quia cum communis vsus loquendi sit facti. eius ignorantia præsumitur,capitulo primo,de con
3 stitutio. quia facti ignorantia † etiam prudentissimos fallit.l.in omni parte de iur. & fact.ignorantia. Contrarium uult Curtius Senior in consilio 74. co
4 lumna 24.circa medium ubi ait † probandum non esse communem vsum loquendi, quando plures Illustres Doctores de illo attestantur, cui accedit Crauetta,in consilio 325.columna secunda,in principio circa fin.uersiculo nam respondetur.

5 Ego credo hanc difficultatē resolui ex resolutione illius conclusionis, seu quæstionis,in qua Doctores tam uarij fuerunt; An scilicet Doctori excellenti attestanti de consuetudine sit credendum, cum
6 & † communis vsus loquendi sit consuetudo, vt supra diximus in principio huius partis,& ea quæ de consuetudine dicuntur locum habent in communi vsu loquendi, vt dicit Hercula.de probatio.negati. sub numero 302.versic.hæc tamen,qua in quæstione duæ sunt principales opiniones, Prima Bartoli
7 † in l.de quibus in repeti. in quarta principali quæstione, ut credi debeat; quam sequitur Castrensis in consilio 457.iu fine,libro secundo,Socin.in consilio 252.columna septima, versiculo quarto, eandem conclusio. in consilio 275. columna secunda, libro secundo,Guid.Pap.quæstione 139.& 565.columna quarta, uersiculo, quibus consuetudinib. Ias. in consilio 268.columna quinta,post med.libr. secundo,& in consilio decimoquinto, numero 13. in fin. libro tertio,quam Dec. testatur communem in consilio 559.columna secunda, & in l.secunda, in §.mutui datio,in secunda lectur. si certum petatur,& alibi sæpè in §.creditum in fin. eadem lege,in consilio 420.in fine, & in consilio 538. & 540. columna secunda,& alibi sepe,Socin.Iunior in consil. 60.nume. 90.in consilio 131.numero 17.& in consi. 130.in principio libro secundo,& plerique quos refert Anto.Gabri.libro primo conclusio.titulo.de probatio.conclusio.quarta,in principio & hanc partem probauit Andr.Sicul. in consilio 85. columna secunda,libro quarto,& Purpura. in l. certi condictio,§.si nummos sub numero 34.si certum petatur quibus accedere uidetur Menoch. consilio 37. sub numero 95.eandem. Natt. in consilio 218. sub nu. quarto,dicit communem,quam quoque attestatur Franciscus Bursatus consilio 16.sub num.37. communem ex Iasone in dicta l. de quibus sub numero 89. Grat. in consilio.12. sub numero 58. volumine primo,& alijs nonnullis ex recentioribus quos citat Herculan. de probation. negati. sub numero 301.
8 Altera est opinio † ut non credatur, quæ fuit Bald. in plerisque locis quam sequitur. Ias.in d. l. de quibus sub numero 89.uer.Ego item teneo contra Bartolum,& Alexand.in l.post dotem sub numero 29. uersiculo. Sed puto, & quam plurimi asserunt esse communem quos refert Gabriel.dicta conclusione quarta,verficulo contrarium Baldus, & hanc dicit magis communem Deci. in consilio 402. Betran. in consilio 181.uolum.tertio,Grat.consilio 12. volumine primo,Gozadin. in consil. 59. sub numero 18. quibus accedit Bursatus in dicto consil.16. sub
9 dicto numero 37.in fi.qui inquit hanc partem † negatiuam amplexam fuisse Rotam Romanam tamquam communem in decisi. Moedan. decisi. 209. qui decisio.276.affirmat hanc quoque partem esse veriorem & idem Bursatus in consi.43.sub numero 54.qui eandem recipit etiam quādo Doctores qui
10 attestarentur de illa communi opinione † essent mortui,ut uoluit decisio.Pedemon.141.sub numero 16. communem quoque esse dicit Rochus Curtius de consuet.capitu.vltim.quæstio.quinta,sectio octaua, sub numero nono, columna ultim. Cagnol.in l.un.in principio,sub numero 20.si quis ius dic.non obtemper. & alij plures qui referuntur a Gabr.loco supra citato, Bursatus in dicto consilio 16.sub numero 37.in principio, & Herculan. de probat.negati.sub num.302.

11 Alij † autem varijs modis distingunt,quidā enim sic; an scilicet unus tantum Doctor attestatur de de consuetudine,an vero plures, ut primo casu secunda opinio sit uera, secundo uero casu prima sit sententia recipienda, quamuis Alex.in l.post dotem soluto matrimonio,& Aflict.decisio. 176. in secun
do dubio ni nouis probent in vtroque casu secun-
12 dam opinionem. Alii vero † aliter hoc est: an simus in eadem curia uel in eodem foro, in quo Doctor ille uersatus sit, qui fidem facit de consuetudine: an uero in alijs Curijs,ut primo casu credatur, secundo non item, & ita distinguit Ioan.Lup. in rubr.de donatio.inter ui.& uxor. §. hodie tamen sub num.primo,Menoch. de arbitr. iudic.libro secundo cas.360.sub numero 94.Guald. de substitutio, caut.35.quem refert & sequi.Bursatus in dicto consilio quadragesimotertio, sub numero 54. Decius in consilio sexagesimoseptimo,sub numero 32. ubi uidetur affirmare communem esse hanc sententiā. Quidā rursus distinguūt † inter consuetudinē uni
13 cā,ac uniformem,& consu...udinem multiformē,ut primo casu prior opinio sit uera, secundo posterior conclusio sit admittenda, ut per Brun. in consilio sexagesimosexto,uersiculo secus si Doctor. Nonnul
14 lis placuit † discrimen constituere inter plenam probationem,& præsumptionem quæ transferat onus probandi in partem aduersam, ut scilicet primo casu credendum non sit & uera sit secunda opinio. secundo uero casu credi debeat & uera sit prior opinio Bartoli, quam sententiam probauit Dec. in dicta l.secunda,§.primo,si certum petatur, columna finali,in consilio 420.in fine,in consilio 540.columna secunda,in fine,& in consilio 559.columna septima,Curtius Iun.in consilio sexto, columna quarta circa med. Goz. in consilio quinquagesimonono,

colum.

columna quarta,in principio Crauetta conſil. 166. columna penultima, numero nono, & in conſilio 325.columna ſecunda,Roland. à Valle conſilio ſeptuageſimoprimo,& ſub num. 21.& 24.& conſilio octuageſimoſeptimo,ſub numero duodecimo, volumine primo, ſequitur.Menochius in conſilio 92. ſub numero 55. & conſilio quinquageſimoquarto, ſub numero qninto,& ſexto,& conſilio primo, ſub numero 164.& hoc uidetur quoque eſſe de mente Nattæ in dicto conſilio 218. ſub numero quarto,
15 Hercula. de proba. negati. † ſub dicto numero 302.ob uarias interpretum hac in re ſententias, ut ex hactenus relatis facile percipi poteſt, conſtituit regulam affirmatiuam cum Bartolo in d.cta l. de quibus ſub numero 21.& alijs ſupra relatis, quam limitat infraſcriptis modis: Primoque ut procedat ita demũ ſi doctor qui ſit atteſtatus de cõſuetudine, ſit excellens,& ita declarat Dec.addens neceſſe eſſe aſſerens ſic in ſcriptis,& in lecturis illum fidem facere oportere.

16 Excellentem † autem Doctorem, uel eminentis ſcientiæ appellauit Iaſ.in l.ſtipulationum quædam ſub numero quarto,eum qui ſciat ſubtiles quæſtiones diſcutere ac definire,& qui reſponſiones habet in promptu,ut ſcribit Innocen.in capitu.cum in cũctis de electio.ubi declarat idem Innocen. qui mediocrem,& qui ſufficientem ſcientiam habere dicatur. Quamuis hæc omnia iudicis arbitrio dirimen
17 da eſſe dicat, quandoquidem qualitas † iſta, ut inquit Dominus Alciat.de præſumptio.regula tertia, præſumptio.tertia, in fin. non niſi longis uigilijs, & multo labore comparatur. Quod tamen uerum
18 eſſe ait niſi uarijs in locis uariè atteſtatus † fuerit de iſta conſuetudine, illi enim tunc non ſtaretur. l. qui falſò uel uariè de teſtibus Alexand.in l.inter ſtipulantem §.ſi ſtichum de uerborum obligationib. Doctor.in capitu.per tuas extra de probatio.Pariſ. in conſilio 152.columna tertia,libro quarto,idem
19 que eſſe ubi diuerſi diuerſa † teſtarentur de eadem conſuetudine,qnia data paritate nemini crederetur ſed in ſpecie probanda eſſet,alias attenderetur ma-
20 ioris auctoritatis Doctor,† uel is qui meliorem rationem redderet, erumerando caſus ex quibus, inducta fuerit conſuetudo,argumento eorum quæ ſcribit Alexander conſilio 189.columna finali,libro primo. Secundo ut uera ſit quantum ad transfe-
21 rendum onus † probandi in aduerſarium non autem quantum ad plenam probationem ita ſentit Pariſi. in conſilio centeſimoquinto,columna ſecunda libro quarto, Crauetta in conſilio 166. columna prima, & conſilio 325. columna prima, u erſiculo nam reſpondetur,& ita intelligit nota. per Deci. in conſilio 681.in fine, & Socin. iunior in conſilio ſeptu geſimo,ſub numero decimo, libro primo.
22 Tertio ut progrediatur.quò ad ea † quæ ſunt de cõſuetudine in iure iuxta l.cum de interpretatione de legibus.quia Doctoribus iura interpretandi tributa eſt auctoritas,non autem de facto atteſtandi, §. reſponſa prudentum inſtitutio. de iure naturali, gentium,& ciui.& ita procedat opinio Alexand. & ſcribentium de quibus per Iaſonem in dicta l. de quibus ſub numero 89. ad fin. & ſcripta per Alexandrum in conſilio ſecundo, columna nona,libro primo, Decius in conſilio 306. columna finali, in conſilio 540.columna finali,& in conſilio 559. co-
23 lumna finali,in fine. Quarto in ijs † quæ ſunt de conſuetudine tempore uitæ ipſius Doctoris ita atteſtãtis, ſecus in ijs quæ ſunt ante uel poſt, & ita procedant, alleg.per Alexandrum conſi. quinto, columna,penultima, libro tertio, & per Decium conſilio 472.numero decimooctauo, & conſilio 286. in fine libro ſecundo. Quinto, ut procedat ſi Doctor
24 † de illa certitudine fidem faciat, quæ ſit in loco ubi habitat,ſecus ſi de conſuetudine alterius loci atteſtaretur,& ita procedant allegat.per Decium in conſilio 372.ſub numero decimoſexto, libro quarto,tradita per Pariſium in conſilio ſeptuageſimoſeptimo,columna ſecunda,libro tertio, & per Deci. in conſilio 559.in fin.& conſilio 640.columna fin. Hactenus Herculanus.

25 Ego autem † hac in quæſtione putarem, tres eſſe caſus diſtinguendos, hoc eſt. Quod aut ſumus in conſuetudine, uel communi uſu loquendi, de cuius ſtatu poteſt probabiliter eſſe informatus is, qui de conſuetudine vel communi uſu atteſtatur: Aut de illa conſuetudine uel uſu agitur, de quo eius aſſertor non probabiliter cognitionem habere poteſt, aut poſtremo in illa conſuetudine uerſamur uel uſu de quo dubitatur an ſcientiam habere ualuerit is,qui fidem de illa facit.

26 Primo caſu † ut doctores omnes, uel plures qui de illa materia locuti ſunt, atteſtati fuerunt de tali conſuetudine, uel communi uſu loquendi,uel unus tantum,primo & ſecundo caſu ego crederem opinionem Bartoli, eſſe ueram ac recipiendam, ut eis credi deberet etiam quantum ad plenam probationem, veluti cum de conſuetudine fidem faciunt,quæ in ea curia vel ciuitate,uel prouincia, in
27 qua uerſati ſunt,uiget,quia eius † in quo uerſabantur ſcientiam habere præſumuntur l.ſecunda,§.Seruius autem, de origine iuris,& per rationes quibus utitur Bartol.in repetitione,l.de quibus in 4.princ. quæſt.arg.a fortiore.

Vltimo caſu iſtius primi capitis, quando unus
28 tantum aſſeuerator † eſt conſuetudinis,uel communis uſus loquendi. Alij uero eandem materiam tractantes nihil dicunt tunc crederem eſſe locum tantum præſumptioni, quæ transferret onus probandi in contrarium, per ea quæ ſcribit idem Bartolus in dicta quarta quæſtione.

29 Secundo caſu principali ego prorſus † tranſirem cum opinione contra Bartolum, quæ magis communis eſt, ut apparet ex relatis auctoritatibus per Gabriel.locis ſupra citatis, & alios à nobis ſupra recenſitos, quia tunc potiſsimè locum habet illa ratio, quæ deſumpta eſt ex capitulo primo,de conſtitutio.libro ſexto,& ex l. in omni de iur. & fact.ignoran.quem ſupra conſideraumus pro opinione Iaſon. & Alexandri ac Baldi eorum Auctoris.

Tertio

Tertio uerò & ultimo casu principali † quando dubitatur, Ego distinguerem prout in primo casu a me factum fuit. Et per hæc ni fallor remanent absolutæ principales omnes difficultates, quæ ab interpretibus in hac materia communis usus loquendi attinguntur unde parte hac satis exactè pertractata, consentaneum est ut ad postremum huius quarti principalis capitis articulum descendamus.

Hoc est ad disceptationem illius significationis, quæ purifi cisci tur ab ipsa interpretatione.

Lib. IIII. FINIS.

CAMILLI

CAMILLI GALLINII TICINEN. PATRITII, AC IVRISCONS. AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS ET IN TICINENSI GYMNASIO IN VESPERIS IVRIS CIVILIS ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Quintus.

SVMMARIVM.

1 *Qua methodo vsus fuerit Bart. in tradenda significatione verborum quæ progreditur ex interpretatione, remissiuè.*
2 *Quid seruauerit Sig. Homodeus, remissiuè.*
3 *Qua ratione ratione processerit Ludo. Roman. remissiuè.*
4 *Quo ordine progressus fuerit Barto. Cæpolla Veronensis remissiuè.*
5 *Quam uarie ad alijs sensurit Dom. Alciatus.*
6 *Sed & alijs alia placuisse, remissiuè.*
7 *Ab interpretationis definitione exordiendum.*

Quam uaria vsi fuerint methodo iuris interpretes in tradēda materia significatio nis quæ progreditur ab interpretation e.

CAP. PRIMVM.

1 QVoniam tam uariè Docto. in definienda hac materia se gesserunt, ut quot penè capita fuerint, tot ēt fuerint. methodi. n. aliter † p- tractauit hanc disceptatio nem Bar. in l. omnes popu li, de iust. & iur. in 6. quæ- stio. princip. sub num. 53.
2 cum sequen. aliter Signor. inter † com. B r. in l. Cæ- sar. de public. & uectigal. sub num. 15. cum multis
3 sequen. diuerso modo Ludo. Roman. † in l. si uero, §. de uiro, sub num. 19. & deinde usque in finem le- gis, nec eadem methodo complexus fuit Veronens.
4 † in rubric. de verbo. significatione à numero 131. usque in finem eius commenti, à cuius uestigijs re cessit & Alciat. d. lib. 2. de verb. signific. sub numero 31. versiculo ex interpretatione, alijque aliter hanc
5 prosequuti sunt. † in auth. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccles. in l. si constante solut. matrim. in l. Gal- lus. § & quid si tantum de lib. & posth. & in tra- tatibus istius materiæ. Verum quia inter cæteros Ve- ronen. in rub. huius tituli loco supra citato ab ipsius interpretationis definitione exorditur, putaui opor
6 tunius esse cum illo prius uidere † quid interpreta- tio sit, & deinde ad alias quæstiones huic tractatui necessarias progredi, quàm origine non repetita ip sius rei substantiam aggredi.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio quid sit ex Cæpolla.*
2 *Casus quimente concipitur non dici per interpretatie- nem venire.*
3 *Interpretationem esse cum fit extensio non ex mente le- gis sed similitudine rationis.*
Quod ex mente legis est, ex lege esse non ex interpreta- tione, ibid.
4 *Consutari gloss. in l. nominis. §. uerbum ex legibus.*
5 *Et leg. prim. in principio de orig. iur.*
6 *D. Alciatum assentiri Cæpollæ ac Bart. traditioni.*
7 *Interpretationem aliter quoque describi a Veron. quam supra relatum sit.*
8 *Sed & aliter ab eodem diffiniri sub num. 9.*

Cæpollam

10 *Cæpollam defeciſſe in perueſtiganda interpretationis natura ac eſſentia.*
11 *Quia non demonſtrauit naturam illius primariæ ac ſimplicioris interpretationis, ſub qua tamquam ſub genere concipiuntur aliæ ab eo relatæ interpretationis ſpecies.*
12 *Cauſatum in ſuam cauſam non influere ſed è contra.*
13 *Genus prædicari de qualibet eius ſpecie.*
14 *Speciem non prædicari de ſuo genere.*
15 *Speciem generi derogare non autem illius ſubſtantiam aperire.*
16 *Species præmiſſas genus reſtringere.*
17 *Expreſſum in genere non poſſe dici in ſpecie fuiſſe expreſſum.*
18 *Niſi quando in una tantum ſpecie uerificari poteſt, ibi, uel quando ſpecies omnes tendunt ad eundem effectum.*
19 *Interpretationis uocem latius patere, quam ut aliqua ſupra relatarum definitionum Cæpollæ concipi. ualeat.*
20 *Interpretatio quid ſit ſecundum auctorem.*
21 *Expoſitionis uerbum ad omnes interpretationum ſpecies loco generis eſſe.*
22 *Definitionis interpretationis ab auctore propoſitæ reliquas partes declarare num. 22. 23. 24. & 25.*

De interpretatione in genere, et quid ſit interpretatio.

CAP. II.



1 Nterpretatio igitur ut trad. Barto. Cæpol. in Rub. huius tituli ſub nume. 131. in 6. & vltima princip. quæſt. eſt propriè cum caſus de quo quæritur non continetur in uerbis, nec in mente diſpoſitionis, ſed ſolũ propter identitatem rationis lex extendi poteſt ad caſum, de quo diſputatio quæritur, ut not. C. de leg. l. non
2 dubium. Si enim† mente conciperetur caſus non diceretur per interpretationem uenire ſic uoluit Angel. in l. ſed ſciendum ad l. Pomp. de Paricid. Idem ante illum noluit Barto. in l. prima, poſt. princip. vti
3 poſsi. vbi ait interpretationem habere locum† quando fit extenſio non ex mente legis, quia illud quod fit ex mente legis, eſt ipſa lex, & non interpretatio. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus infra hoc tit. idem uoluit Veron. infra in l. prima, in 2. quæſt. primæ part. princ. uerſic. ſed quæro pro declaratione,
4 quicquid ibi ſenſerit† gloſſ. quæ putauit id quoque quod mente fuerit comprehenſum dici fore ex in-
5 terpretatione, quinimmo credit† gloſſ. in l. j. in princip. de origine iur. quę dicit interpretationem ponere apertam uerbi ſignificationem, non eſſe ueram, ſi intelligamus apertam, ideſt propriam, quod ſi intelligamus apertam, ideſt claram per extenſionem,
6 tunc illam eſſe ueram, & huius ſententiæ† uidetur quoque fuiſſe D. Alciat. lib. primo, huius tit. ſub nume. 31. uerſi. ex interpretatione, dum inquit, ex interpretatione ſenſum legis accipi, cum uis uerborum id non ſignificat, ſed extenſio inducit. Sed nec in hoc ſibi prorſus ſatisfacit Veronenſis, qui aliter ſic
7 que ſecundo modo putat interpretationem poſſe deſcribi† ut ſit interpretatio, quando receditur à propria ſignificatione, & declaratur, ſeu extenditur uel coarctatur ſeu reſtringitur intellectus uocabuli ut l. non aliter. §. 1. de leg. 3. & l. ſcire oportet. §. & ſi maxime de excuſ. tut. & not. Bald. in rub. C. eod. tit. de uerb. ſig. & ita refert ſe tenuiſſe in rub. huius tit. in 3. quæſt. 3. part. prin. in quam ſententiam adducit gloſſ. in l. ij. in verb. interpretamur, de orig. iur. nec
8 in hac etiam quieſcit ſed tertio loco opinatur, †interpretationem nihil aliud eſſe, quam declarationẽ uoluntatis abſconditæ, cuius ſecretum non patet niſi Deo, ne diſſentit Angel. in l. ſi quis intentione ambigua de iud. Poſtremo dicit aliter quoque de-
9 monſtrari† poſſe interpretationem, ut nihil ſit aliud quam aperta verbi ſignif. catio, & ita intelligatur l. fin C. de leg l. 1. §. fin. de uerb. oblig. l. minime. ff. de leg. iuncta, l. ſi lenones. C. de epiſc. aud. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. verſ. & ita interpretandum eſt de lib. & poſth. tradit Alberi. de Roſat. de interpretatio. ſtatuto. in 8. quæſt. primæ part. colum. penul. & hanc dicit fuiſſe opin. gl. 1. in dicta l. j. de origin. iur. quam dicit intelligendam eſſe prout ſupra relatum eſt.

10 Verum† tametſi eruditè ac ſubtiliter agat Veronens, ſtrenueque laboret in perueſtiganda eſſentia ac natura interpretationis non vī mihi tũ adhuc punctum attigiſſe, propoſitamque difficultatem abſoluiſſe: ſed tantum aliquos interpretationis ſpecies, uel oſcitanter percurriſſe ex quib. qualiter qualiter delineatis non reſultat demonſtratio nec co-
11 gnitio† illius primariæ ac ſimplicioris interpretationis, ſub qua tamquam ſub genere ſuo concipiantur ſpecies omnes ſupra relatæ, quia per ſpecies non definitur genus, ſed è conuerſo. tum quia cauſa
12 † influit quidem in ſuum cauſatum, ſed non cauſatum in ſuam cauſam l. quod per manus de iur. codicil. & l. per ſeruum de acquir. hæred. Barto. Alber. & alij in d. l. quod per manus, tum ẽt qa genus prædi
13 catur† de qualibet eius ſpecie l. ſi quid earum. §. inter emptũ de leg. 3. l. j. §. conuentionis de pact. l. ſem per generalibus de reg. iur. non autem e contra ſpe-
14 cies prædicatur de genere† ſed de pluribus differentibus numero, ut latè Gam. lib. 1. topi. lega. in lo. a ſpecie ad genus l. hæres, §. duæ ſtatuæ de leg. 3. Bald. in cap. naturales ſub nume. 13. ſi de feud. fuerit contro. inter dom. & agn. uaſ. ubi ponit pulcherrimam deciſi. nec per definitionem ſpecici intelligi poteſt definita eſſe generis ſubſtantia, quia ſpecies generi
15 derogat† non autem illius eſſentiam aperit, Luxorem, §. Feliciſsimo de leg. 3. cap. generi de reg. iur. in
6. Henric. Boch. in cap. ſtuduiſti de off. de legati, &
16 ſpecies præmiſſæ† reſtringunt genus, ut latè per Iaſ. in l. ſi de certa. C. de trans., nec unquã expreſſum
17 † in genere dicitur in ſpecie fuiſſe expreſſum, niſi quando genus in uno tantum uerificari poteſt. l. ſecunda, vbi omnes notant de lib. & poſth. & in capi-
18 tulo paſtoralis in fi de reſcrip. uel niſi quando† ſpecies

cies omnes tendunt ad eundem effectum, cap. pia. §. si quis igitur ubi Philip. in 3. col. de except. lib. 6. quorum neutrum in casu nostro uersatur. Quamobrem cum latius pateat interpretatio † unde pro-
19 gred.tur ista significatio, de qua in præsentia agimus, quam ut aliqua supra relatarum definitionū, seu descriptionum, uel notationum concipi ualeat, ut próbtex. in l. prima, de orig. iur. ibi facturus legū uetustarum interpretationem, & ibi interpretationem promittentibus, iunctis ibi traditis à gloss. in uers. interpretationem, ab Azo. in princip. eius sum. sub num. 3. Bald. in l. tertia, C. de lib. præt. sub num. 1. Signor. de Hom. in l. Cæsar sub uu. 22. de pub. & vectig. & gloss. in l. j. §. qui operas in uer. interpretatione ad senat. Tertyl. quibus in locis apparet interpretationis uocem esse sui amplitudine applicabilē ampliationi, restrictioni, declarationi, & correctionī. ut etiam prosequitur Veron. in rub. huius titu. in prima. q. 6. q. princ. & Aurel. Dauid de uerb. signifi. cap. ultim. in prin. sic ego interpretationem finiri
20 posse opinarer, † ut sit interpretatio cuiusque dispositionis, citra eius mentis ac uerborum suapte natura occurrentium uim, iustè atque artificiosè facta expositio. Dictum enim fuit expositio, vt verbo isto tamquam genere communique ad omnes interpre
21 tationes † definitio ista reluceret, per tex. quem ad hoc a nemine ponderatum reperi, in l. prima, uersi. deinde in illis verbis, rem exponere, & paulò inferius ibi naturam interpretationis tractare. de orig. iur. ubi quod prius generalius dixerat rem exponere, loquendo specialius dixit materiam interpretationis tractare, & sic interpretatio aceipitur & in procem. forum. in §. itaque, in illis tam ad uestram expositionem, qnam ad iuuentutis eruditionem & in §. & ex his ibi & penè omni' eius expositione in digestorum nostrorum ordinatione præfulgente. cum simil. quibus in locis aperte constat expositionis uerbum ad omnes referri interpretationes.

22 Diximus uerò † Citra mentis ac uerborum suapte natura occurrentium uim; quia significatio quæ est ex natura uerborum uel ex mente auctoris in lege expressa, ueluti per rationem, propria est & dicitur ex lege l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus de uerbo. sig. & supra docuimus in hoc capite ea in parte qua complexi fuimus propriæ significationis tractationem, non autem ex interpretatione, ut dicit Cœpol. de extens. ca. primo, sub numero 141. & seq. ideoque addita fuere illa uerba ut & propriam interpretationis naturam, & a proprio significandi modo differentiam ostenderemus. Iu-
23 stè † uerò dictum fuit arg. l. iusta de uerbo. sign. & l. quia actionum de præt. uerb. si enim non esset iusta expositio, non esset attendenda l. secunda. col. penul. ante fin. C. de uet. iur. enunc. faciunt quæ scribūt glo. Bart. & omnes in l. prima, in uer. iusta de test. & Cœpol. de extensio. cap. 1. sub numero 67. cum pluri. seq. Artificiosè autem facta, non ociosè dictum
24 fuit, † quia ex uarijs modis Topicis legitimę scientiæ artificio cognitis, dispositiones tam hominum priuatorum, quam legum, interpretationem recipere consueuere, ut constat ex ijs quæ scripsit Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & Cler. And. Gam. trib. libris Topicæ legalis, Mathæ. Gri. lib. primo, eius Metho. cap. 18. & latius cœteris Euerar. in eius locorum centuria, Neuizan. in eius Sylua nupt. uer. nō esse nubendū & nos paulò inferius dicemus, quibus in locis compertum est, modis topicis potissimè demonstrationes proficisci quib. tā iuris utriusque prudentiæ, quàm singularium humanarū actionum dispositiones interpretamur, ut hac quoq; adiectione differret interpretatio, à naturalis significationis ui. Cum igitur dicimus, interpretatio † est cuiusque dispositionis citra eius mentis ac uerborum suapte natura occurrentium uim artificione facta expositio, patet satis explicatam demonstratamque fore interpretationis in genere consideratæ naturam atque essentiam.

SVMMARIVM.

1 *Quinq; modis accipi interpretationem auctore Cœpolla.*
2 *Interpretatio quibus in locis capiatur pro expositione uocabuli.*
3 *D. Alciatum prætermissorum libris locos iuris nostri græcè scriptos in latinum foelicissime conuertisse.*
5 *Eamque interpretationem non debere ad uerbum fieri, sed sensum ad uerborum, & ubi nam capiatur interpretatio pro expositione, quæ fit inspecta potius ratione, quam uerborum cortice.*
6 *Interpretatio quando capiatur pro adhæsione intellectus.*
7 *Quid sit unumquenque abundare in sensu suo.*
8 *Vnde profectæ sint sabinorum & proculianorum sententiæ diuersæ.*
9 *Et opinionum diuersitates quæ ansam dederunt quinquagnita illis decisionibus Iustiniani.*
10 *Attticini sententiam qui a cæteris antiquioribus dissentiebat a Iustiniano fuisse receptam.*
11 *Communes sententias in iudicando, & consulendo saturnis opinionibus præferendas esse.*
12 *Nomina appellatiua, quibus ab intellectu hominum naturaliter interpretante data est significatio, dici significare secundum quartum modum significandi.*
13 *Assis nomine hæreditatem totam significari, & illius partium appellatione hæreditarias quotas.*
14 *Frigiusculum quid significat.*
15 *Insulas domus appellari undequaque libeas.*
16 *Interpretationis quintus modus quib. sit, & quibus in locis probatur.*
17 *Interpretationis nomen prout quinto modo accipitur comprehendere sub se omnes alias interpretationis species.*

Quomodo accipiatur interpretatio apud iuris interpretes.

CAP. III.

1 ACcipitur † autem interpretatio ut scribit Cœpol. in rub. de verbo. sign. sub num. 135. & 136. quinque modis, primo pro expositione uocabuli, dum redditur uerbū pro uerbo; Secundo pro expositione

quæ

quę fit perpensa potius ratione, quam cortice uocabulorum. Tertio pro adhesione intellectus; Quarto pro modo significandi attributo distinctioni ab intellectu; Quinto modo pro disputandi subtilitate quæ prudentum auctoritatem exigit. de modo primo † est text. in l. prima, §. vltimo, de verborum obligatio. & in hoc uersantur interpretes, qui unius linguæ scripta uel dictata uertunt in alteram, ut de hæbrea in grecam, & græca in latinam, & latina in communem hanc italicam, ut fecere septuaginta duo interpretes ueteris testamenti, Interpretes Homeri, Plutarchi, Aristotelis, Platonis, Galeni, & alij eiusdem generis & quisquis ille fuerit Grecè à Modestino Iurisconſ. scripta in tit. de excusſtut. ut is testatur in l. j. eiusdem tit. In latinum ut cunque uertit. ut fecit D. Alciat. † lib. præter mis primo, qui locos iuris nostri grecè scriptos in latinum fœliciſsimè conuertit, illis luculentiſsiſsimè castigatis, a pluribusque mendis, atque infinitis quibus scatebat erroribus perpurgatis, hancque interpretationem † in l. 3. in epitome illius tex. C. de lib. præter. non debere ad literam fieri. ſed ad sensum uerborum & est text. in c. præterea de ver. signific. ibi non uerbum ex uerbo ſed sensum ex sensu cui quadrat illud Horatij in arte poet. nec verbum reddere uerbo, cvrabit fiduſque interpres. De secũdo modo † est tex. in l. ſi de interpretatione de leg. in l. pen. ad exhib. & In l. prima, de orig. iur. De tertio intelligitur † tex. in l. iij. C. de lib. præter. Sed melior & elegantior est tex. in l. j. §. ſed non ex multitudine. C. de uet. iur. enuc. ſic quoque † intelligitur qđ dicitur unumquemque abundare in ſenſu ſuo: & quod ſcrib. tur, tot esſe ſententias quot capita, ſic intelligitur, quod habetur in ca. ne innitaris, & ibi trad. Doctor. de conſtitu. hinc profectæ sunt illę proculianorum, ſubinianorum & Caſsianorum diuerſæ ſententiæ de quibus in §. cum ex aliena inſtitut. de rerum diuiſ. in l. adeo. §. cum quis de acquiren. rerum domin. & diuerſitates (illæ ſententiarũ quæ anſam dederunt illis quinquaginta deciſionib. Iuſtiniani, de quibus in l. prima, C. de emend. cod. iuſtin. & rep. eius prælectio. hinc factum est vt Attilicinus à cœteris antiquioribus diſſenſerit † illiuſque sentẽtia recepta fuerit a Iuſtiniano inſt. de hæred. inſtitut. §. primo, hinc quoque factæ fuerunt communes Doctorum † ſententię a quibus in iudicando & conſulendo non recedimus propter ſingulares & ſaturninas aliorum opiniones ſecundum Bal. in l. vlti. C. de pœn. iud. qui mal. iud. probat tex. in l. j. de ſenato. iuncto tex. in l. j. ibi ſane crebrior de off. quæſto. ubi Bald not. ſcribunt interpretes in cap. 1. de conſtitu. & in d. c. ne innitaris in l. qui Romæ. §. duo fratres poſt Bar. ibi de uer. oblig. & Catell. Cot. in eius memorial. in ver. opinio communis, & ſupra diximus, dum locuti fuimus. de impropria ſignificatione reſurgente ex ambiguis. De quarto modo † poteſt poni exemplum in omnibus nominibus appellatiuis, quibus ab intellectu hominum naturaliter interpretante data eſt ſignificatio, iuxta tradita in l. ſi quis in fundi uocabulo de leg. 1. & in l. vlt. C. de conſtitu. pec. ad fin. ubi per glo. & docto. in ſignificationibus datis a iure ciuili per intellectum antiquorum iuriſprudentum uocibus & terminis materiarum ipſius iuriſprudentiæ, ut in tit. Digeſt. & C. de uerb. ſig ueluti quod nomen, as, † totam ſignificat hęreditatem, illius verò partes hereditarias quotas, iuxta tex. in l. hæreditas, & in l. aſſe toto de hęredib. inſtitu. & in §. hæreditas de hæred. inſtit.

Item quod frigiuſculum † importet modicum illud tempus & leue iurgium, quo diuerterit uxor à uiro, quæ paulo poſt reuerſa fuerit iuxta text. in l. cũ hic ſtatus. §. ſi diuortiũ de don. inter uir. & uxor. l. quod ſi non diuortium de iur. dot. & l. ſi liberis de pact. dot. vel quòd inſulę appellentur domus, quæ † undequaque liberæ ſunt ab alijs ædibus propter interiacentes vias l. ſi inſulam ubi tradunt ſcrib. & nos diximus poſt cœteros de verb. oblig. l. inſula de acquir. rerum do. Bud. in prio. annot. ad Pandec. in l. ſed addes. §. ſi inquilinus locat. De quinto modo † est tex. in l. ſecunda, §. his legibus de orig. iur. ubi not. Bald. & Cagno. in l. cum quidam de lib. & poſthum. & in l. in ſubſtitutione de vulg. & pupil. Bal. in d. l. 3. C. de libe. præt. Cœpol de extenſio. cap. primo ſub num. 19. & iſte modus ille est qui nobis exhibet interpretationem illam de qua nobis inſtitutus est ſermo, & quæ † complectitur ſub ſe quatuor illas ſpecies de quibus mox agemus, uidelicet extenſuam, reſtrictiuam, declaratiuam & correctiuam.

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem potiſsimè locum habere cum uerſamur in ambiguis.*
2 *Ambiguitas ubi non eſt, ibi non cadit interpretatio.*
3 *Verba diſpoſitionis ubi ſunt clara dicimur habere textum.*
4 *Verba quando ſunt perſpicuae, ibi Cauillationes Aduocatorum non recipiuntur.*
5 *Dubium relinquitur interpretandum & non certum. Determinata non egere interpretatione, ſed indeterminata ibi.*
6 *Rei per ſe demonſtratæ fruſtra demonſtrationem adijci.*
7 *Certa pro incertis relinquenda non eſſe.*
8 *Omittere certitudinem, & querere indicia eſſe infirmitatem intellectus.*
9 *Aequitatem facere locum interpretationi.*
10 *Aequitatem potiſsimum eſſe inſtrumentum interpretandi leges ac omnes diſpoſitiones.*
11 *Aequitas ubi ſuggerit actionem uel exceptionem datur licet directa non competat.*
12 *Aequitas ut prodeſt agenti ſic exceptionem tuetur.*
13 *Aequitas ubi eadem eſt ibi idem quoque ius conſtituitur.*
14 *Interpretationem fieri vbi lex ut iacet intellecta iniquitatem ſaperet.*
15 *Plura vbi habeantur in materia æquitatis remiſſiuè.*
16 *Interpretationem inferioris locum non habere ubi Principis adeſt preſentia.*
17 *Cauſas quæ ſunt in audiẽtia ſum. Pont. ſemper deberent ferri*

ferri ad sedem Apostolicam quando oritur dubitatio iuris.

18 *Interpretatio locum non habet ubi sublatus est tex. circa quem interpretatio facienda erat.*

Quando locum habeat interpretatio.

CAP. IIII.



1 Haec autem interpretatio potissimum locum habet, quando versamur in ambiguis †ut dicit Cæpol. in d. rubr. de verb. sign. sub num. 140. quia vbi non est
2 ambiguitas ibi non cadit. † interpretatio. l. ille aut ille. §. 1. de leg. 1. l. continuus. §. cum ita de verbo. oblig. Innoc. & doctor. in cap. causam quæ de rescript. & dicit Bald. in cons. 143. examinanda sunt col. 2. circa fin.
3 lib. 1. quòd vbi verba sunt clara dici potest †nos habere textum ideoque glossa nos haud indigere, & in cons. 174. casus est talis, quoddam foenile ad fin.
4 lib. 2. ubi ait, quòd quando uerba sunt clara † cauillationes aduocatorum non debent habere locum etiam si lex sit dura, refert & sequitur Crauet. in consil. 11. sub num. 6. facit tex. in cap. estote de reg. iur. & l. pediculis. §. argento de aur. & arg. leg. per quem tex. Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. in 1.
5 notab. inquit † quòd dubium relinquitur interpretandum non id quod est certum, quia determinata non egent determinatione, sed indeterminata, ut not. Bal. in l. certo generi. §. 1. per illum tex. de seruit.
6 rusti. prædio. & omnis demonstratio † frustra rei per se satis demonstratæ adijcitur l. 1. §. 1. in fin. de dot. præleg. nec pro incertis est à certis recedendum,
7 ut habetur in capit. iudicantem 30. q. 5. & omittere
8 certitudinem & quærere indicia † est infirmitas intellectus, secundum Bal. in l. continuus. §. cum ita de uerb. oblig. per illum tex. ubi res igitur procedit per interpretationem dicitur dubia. Locus etiam
9 fit interpretationi quando suadet æquitas. †ut dicit idem Cæpol. in rubr. de uerb. sig. sub dicto nu. 140. & plenius de extensio. sect. 6. æquitas enim potisi-
10 mum est instrumentum interpretandi † leges ac omnes dispositiones, secundum Bald. in l. si defunctus ante finem. C. de suis & legit. hæred. & uidetur esse tex. in l. si socius pro filia pro soc. & in l. in his. primo resp. de cond. & demon. in l. Diuus in princ. de rest. in integr. in l. & si nihil de reg. iur. & propterea ubi
11 æquitas † suggerit actionem vel exceptionem dari, l. cet actio uel exceptio directa de iure non competat, tantum utilis danda est, glo. & doct. in l. si uero. §. de uiro solut. matr. glos. in l. quoties de præscript.
12 uer. & sicut æquitas † prodest agenti sic exceptionē tuetur. l. tertia. & ibi Bal. C. de bon. auct. iud. pos. &
13 ideo ubi eadem est æquitas † ibi dicitur idem ius esse oportere l. fin. C. de const. pec. l. illud in fin. ad leg. Aquil. Vnde si iniquitas surgeret, si legem uel aliam dispositionem intelligeremus; prout iacet,
14 † est adhibenda interpretatio ut cesset iniquitas, l. scire oportet. §. & si maximè in fin. de excus. tutor. & plura de istiusmodi æquitate interpretationis effe-
15 ctrice aut auctrice † scribit Cæpol. d. sect. 6. cart. 51. & 52. à num. 1. usque ad 14. & dicta sect. 5. sub numero 9. & aliqua etiam infra dicemus. Quando rursus principis habetur præsentia non est recurrendū
16 ad interpretationem † inferioris, sed ad ipsum Principem qui est lex animata in terris, ut in authen. de consuli. & ideo inquit Cæpol. in dicta rub. sub dicto nume. 140. uers. & ideo, causas quæ sunt in. audien-
17 tia Domini Papæ † quando oritur dubitatio iuris, semper debere referri ad sedem Apostolicam, antequam pronuntietur, Bald. in l. cum de nouo. C. de leg per illum tex. Silent pariter interpretationes,
18 † quando sublatus est textus cui applicandæ erant interpretationes, quia sublato textu ociosæ quoq; remanent omnes glossæ, ut notat Bald. per illum textum in l. ult. C. de edict. Diu. Adria. tollen. in 4. col. uers. nota secundo, ubi allegat quoque notata per Cyn. in l. transigere, ad fin. C. de transi.

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem in genere consideratam quatuor continere species, extensiuam scilicet, restrictiuam, declaratiuam, ac correctiuam.*
2 *Interpretatio extensiua quando dicatur fieri.*
3 *Interpretationem extensiuam legibus communibus odiosam non esse.*
4 *Ratio vbi eadem est, idem quoque ius debet constitui.*
5 *Ex legibus esse non minus dicitur quod ex mente est, quam quòd ex verbis.*
6 *Extensionem fieri ad casus de quibus auctor si interrogatus fuisset ueri similiter respondisset se complecti dispositione uoluisse.*
7 *Interpretatio restrictiua quid sit.*
8 *Macedonianum S. C. non procedere quoties in necessariam causam mutuum fieret.*
9 *Lex generaliter loquens generaliter intelligitur.*
10 *Dispositionem generalem comprehendere casus omnes etiam priuilegiatos, tametsi maior sit ratio in uno quàm in altero.*
11 *Interpretatio declaratiua quæ sit.*
12 *Alienationis uerbo omnem actum comprehendi per quem dominium transfertur.*
13 *Expositionem non admitti nisi congrua sit.*
14 *In claris non esse opus coniecturis.*
15 *Dubium interpretari non quod clarum est.*
16 *Rei demonstratæ non esse demonstrationem adijciendam.*
17 *Rationem quærere vbi sensus fidem facit infirmitas est intellectus.*
18 *Manifesta negare irrenitentiam esse.*
Negantem ea, quæ sensibus patent, non doctrina, sed correctione egere, ibi.
19 *Interpretationem correctiuam tribus modis potissimè contingere.*
20 *Derogatione pro parte legem tolli.*
21 *Ampliatione legi semper aliquid adijci.*
22 *Correctiuam interpretationem summopere fugiendam esse.*
23 *Et præcipuè cum inducitur per subauditos intellectus.*

24 *Distinctionis fœdere concilianda esse iura ne correctio eorum inducatur.*
25 *Interpretationis correctoriæ speciem ad Principem spectare.*
26 *Baldum partiri interpretationem in intrinsecam & extrinsecam.*
27 *Statutum remouens interpretationem de qua sit intelligendum.*
28 *Interpretatio extrinseca qualiter sit intelligenda.*
29 *Statutum prædictum non intelligi de literali interpretatione.*
30 *Prædictas species interpretationis à Baldo consideratas non esse substantificas sed accidentarias.*
31 *Pulchramque referri theoricam ea in re ibidem.*
Superiorem interpretationis partitionem communiter esse receptam.
32 *Posseque in omni illius specie ad hanc Baldi diuisionem reduci.*
33 *Declaratiuam & correctiuam interpretationem non admodum latioris esse tractationis.*
34 *Extensiuam ac restrictiuam interpretationem illas esse in quibus insudant Doctores, & in quibus diffusius hoc in volumine agetur.*

Quot sint species interpretationis in genere consideratæ.

CAP. V.

1 HAec autem interpretatio sic in genere accepta, quatuor potissimè †concipit species, extensiuam scilicet; restrictiuam, declaratiuam, ac correctiuam, vt scribit Bartolo. Veron. in rubr. huius tit. in prima quæst. 6. q. princip. sub num. 139. post Bartol. Bald. & doctor. in l. omnes populi de iust. & iur. in 6. princ. q. ipsius Bart. quem cæteri sequũtur Bal. in l. imperialis, & in l. si furiosi. C. de nupt. & in l. 3. C. de lib. præter. & Saly. in l. hac lege. C. de sent. ex breuic. recit. quam partitionẽ secutus fuit & nouissimè Aurel. Dauid cap. vlt. huius tit. sub num. 2. & seq. num. declarans vniuscuiusq; speciei naturam ac circunstantias, & est de mente glos. Azo. & aliorum supra in princ. huius partis relatorum, nec dissentit Ludo. Roma. in d. l. si vero. §. de uiro solut. matr. sub num. 19. quamuis ibi se restringat ad duas tantum species, interpretationem
2 extensiuam † seu ampliatiuam fieri dicunt cum lex uno casu loquens, ad alium consimilem producitur, ut in l Gallus. § & quid si tãtum de lib. & posth. ubi Galli Aquilij consilium, quod de morte naturali loquitur, ad emancipationem deportationemue extenditur, & Senatusconsultum Macedonianum, quod de filiofamilias scriptum erat ad nepotem pariter fuit extensum, l. filium habeo. ad Sena. Maced. l. si filius. C eod. titu. & huiusmodi extensiua interpretatio †in legibus communibus odiosa non est, l.
3 non possunt, & seq. de leg l. illud ubi glos. C. de sacr. eccles. Accurs. in l. j. de interdict. maximè quando similis, aut eadem, uel maior ratio militat, per no-
4 tissimam regulam, quæ habet, ut ubi † eadem est ratio ibi & idem ius constitui debeat l. illud ad l. Falcid. l. à Titio de uerb. oblig. & l. ult. C. ad leg. Aquil. idemque est quando de legis mente constat, quia
5 non minus † ex legibus dicitur progredi quod ex mente est, quàm quod ex uerbis. l. nominis & rei de uerb. sig l his solis. C. de reuoc. don l. cum mulier ubi Raph & Rom. sol. matr. Ias. in d. l. Gallus. §. idem credendum, intelligendo tantum, ut supra declarauimus, ex mente enim arguimus ad extensionem fa-
6 ciendam ad illos casus † quos uerisimiliter responsurus fuisset se disponere seu complecti uelle, si interrogatus fuisset legislator, ut per glos. & doct. in l. tale pactum de pact, Dec. consil. 394 & faciunt quæ supra diximus libro secundo in parte spectante ad impropriam significationem, de impropria significatione recipienda ex mente defuncti, & latius infra dicemus in discursu huius speciei. Interpreta-
7 tio restrictiua est, † ut eisdem placuit, quoties lex generaliter loquens certis casibus minuitur, uel coarctatur, ut in Senatusconsl. Macedo. pecunia mutua dari filiofam. prohibita fuerat simpliciter ac indistinctè l. 1. ad Senat. Macedo. & id per ius Cæsareũ restrictum est, ut non procedat, quoties in necessa-
8 riam † causam mutuum fieret l. Macedoniani. C. ad Macedoni. quæ interpretatio non nisi certis in casibus admittenda est, quia regulariter, lex generaliter
9 loquens † generaliter debet intelligi l. 1. § & generaliter de leg. præst. l. 1. § quod autem de aleæ lus. & aleat. l. de pretio de publi. l. in rem. & dẽt casus om-
10 nes etiam † priuilegiatos, & quamuis maior ratio in uno militet quàm in altero, continere, l in fraudẽ. § ultimo de milit. testam. d. l. 1 §. & generaliter de leg. præst. Dec. in consil 5 col. penult. circa medium, sub numero 3. & alibi sæpe, quibus accedunt quæ supra diximus de generali significatione & copiosius di-
11 cemus infra libr. 10. Interpretatio declaratiua † est quæ fit per congruam uerbi obscuri expositionem; sic in lege Iulia quæ prohibebat fundi dotalis alie-
12 nationem; uerbum alienationis † exponitur, ut omnem actum comprehendat per quem dominium transfertur. l. 1. C. de fund. dot. ubi Azo in principio, congruam dispositionem, dictum est, quia ex-
13 positio † non admittitur nisi congrua sit, ut tradit Angel. in l. item ueniunt § aptanda de re. uend. uerbi
14 autem obscuri, additum fuit, quia in claris † non est locus interpretationi l. continuus. § cum ita de uer. oblig. & l. ille aut ille §. 1. de leg tertio. ubi Paulus ait quoties in uerbis nulla ambiguitas reperitur, nullam uoluntatis quæstionem esse, refert Bart. in l. ab executore de appel. l pediculis. §. argento de auro &
15 arg. leg. ubi † quod dubium est interpretandum esse dicitur, non autem quod certum est, quod & trad. Bal. in l uoluntatis. C. de fideicom. & Alexan. in l. si stipulatus de uerbor. oblig. facit lex 1. in fin. de dot.
16 præleg ubi superuacancum † fore dicitur, quicquid demonstratæ rei adijcitur, & l. si uero. §. qui pro rei cum ibi nota. qui satisd. cog ubi enim sensus fidem facit, ut ait Arist. libr. 8. de physic. audient. quærere
17 † rationem ingenij est infirmitas, & ideo idẽ Arist. lib.

18 lib. Rhetorico. manifesta negare † irreuerentiam esse, ait, & lib. primo Topico. qui ea inquit quæ sensibus percipiuntur negat, doctrina non eget, sed correctione; Quæ autem sint verba obscura, circa quæ expositio voluntatisque coniectura cadere potest, supra ostendimus in materia obscurorum atque ambiguorum verborum.

19 Interpretatio correctiua † tribus maxime modis efficitur, per abrogationem cum lex penitus tollitur, atque aboletur, ut C. & in instit. de lege fus. canini. tol. in titu. C. de ædict. Diui Adria. toll. C. de nud. iur. Quiri. toll. C. de impet. & formul. subl. C. de annal. excep. itali. contr. tollen. C. de senatusconsul. Claud. toll. C. de usucap. transfor. & de sublat. different. rerum mancipi & nec mancipi, & in l. 1. C. ut actio. ab hered. & contra hæred. cum simil. per dero

20 gationem † cum pro parte legi detrahitur l. derogatur infra hoc tit. ut in l. Bebius de pact. dot. in l. nec

21 mandante de tut. & cur. per ampliationem † cum legi quippiam adijcitur §. per occasionem in authen. de nupt. Paul. Castr. in 1. constit. C. & ibi latius traditur per Curt. in addition. ad illum & hanc correctiuam interpretationem tamquam odiosam sum

22 mopere fugiendam esse asserunt interpretes per l. præcipimus. C. de appel. l. sancimus. C. de test. l. 1. C. de inoff. doti. cap. cum expediat de elect. in 6. ma

23 xime que quando induceretur per † subauditos intellectus, iuxta glos. celebrem in cap. cupientes de elect. in 6. Ias. in l. Marcellus ad Senat. Trebellia. in auth quas actiones. C. de sacrosan. eccles. propterea-

24 que inquiunt, ne correctio † inducatur distinctionis fœdere, quantum fieri potest iura concilianda esse, cap. cum tu de test. & §. quibus in 1. constitutione. C. not. in l. scripturæ. C. de fide instrum. & per Cy. in l. in exercendis. C. eod tit. Hæc tamen species inter-

25 pretationis † an ad solum Principem spectet, uel etiam per legem aliam, uel per constitutionem municipalem, uel per non usum, uel per priuatorum pactionem effici possit, scribit glo. fin. ibique latius doctor. in l. de quibus de legi. Bal. autem in d. l. 3.

26 C. de lib. præter. uidetur interpretationem † partiri in duo genera, uidelicet in extrinsecam & in intrinsecam, dum inquit scias tamen, quòd si statutum remouet omnem interpretationem intelligitur de

27 extrinseca † quæ potest circumscribi, non de intrinseca, sine qua non potest scena duci, ut de conditioni. & demonstr. l. in his. Extrinsecam interpretatio-

28 nem intelligens Bal. † quæ uersatur extra literam & uerba; intrinseeam quæ uenit ex uerbis, mente, & ratione in dispositione expressa uel quæ pro expressa habeatur, iuxta glos. Bal. Castr. & alios in l. quamuis. C. de fideicommis. ut est de mente Curt. iun. in consil. 6. col. 4. post medium, nec dissentit Cæpol. hic in rubr. sub nu. 139. uers. sed quæro, qui ait nun-

29 quam istiusmodi statutum intelligi de literali † expositione, ut etiam not. Bald. in fin. l. iubemus. C. ad Trebellia. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. & Paul. Castr. in l. j. in fin. si cert. pet. Quinimò nec posse statutum os claudere, quominus eius nullitas allegari ualeat, ut notanter asserit Bald. in l. pri. in tertia col. C. de his quæ pœn. nomi. rel. sed dici potest, duas istas species a Bal. consideratas nō

30 esse species † substantificas, sed potius qualitatiuas & accidentarias, quæ omnibus supra relatis interpretationis speciebus applicari possunt, iuxta pulcherrimam theoricam quam tradit Vdalri. Zas. in l. 3. §. genera de acqui. poss. & de qua plenius quandoque disseruimus in l. de pupillo in §. meminisse de oper. noui nunc. propterea non est recedendum

31 à superiore illa interpretationis † partitione, quàm frequentiore uoro recipiunt scrib. cuius unicuique speciei poterit addi posterior ista Bald. qualitatiua, seu accidentaria. Quia & ampliatiua, & restrictiua,

32 & declaratiua, & correctiua interpretatio † potest esse intrinseca, & extrinseca, prout de extensione, restrictione, declaratione, uel correctione mentis, uel uerborum tantum, uel utriusque capitis agitur, earum tamen specierum quas supra retulimus declaratiua, † & correctiua, non magnam habēt contro

33 uersiam; Extensiua uerò & restrictiua, duæ illæ sūt,

34 circa quarum explicationem, strenuè laborant † atque insudant omnes interpretes supra relati, & in quarum disceptatione nostra uersabitur oratio, in hoc & sequentibus libris, exponendo ea quæ extensiuæ interpretationis materiam concernunt, & absoluendo quæstiones illas quæ restrictiuæ interpretationis tractationem resoluunt; Quoniam ex duobus istis interpretationum generibus, illa potissimè progreditur significatio de qua in præsentia sumus acturi, & de qua in omni professionis nostræ munere frequens est disputatio.

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem ad sensum fieri oportere & non ad literam.*
2 *Item sine captione.*
3 *Rursus ut careat uitio.*
4 *Neque sequatur inhumanitas.*
5 *Et ut res magis ualeat quam pereat.*
6 *In benigniorem que partem.*
7 *Ac secundum affectionem.*
8 *Et consuetudinem.*
9 *Conditionemque personæ.*
Et qualitatem rei ibidem.
10 *Ex præcedentibus ac sequentibus.*
11 *In scriptis.*
12 *An debeat pars citari ad interpretationem faciendam.*
13 *In interpretatione facienda semper saluam esse debere rationem recti sermonis.*
14 *Nec nisi tota lege perspecta fieri oportere.*
15 *Itaque ut nullum resultet absurdum.*
16 *Aut quis indebitè damnum patiatur.*
17 *Secundumque mentem disponentis.*
18 *Et ne inducatur legum correctio.*
19 *Vel contrarietas aut repugnantia.*
20 *Et fiat secundum æquitatem.*
21 *Secundumque naturalem ac ciuilem rationem.*
22 *Nec sit contra fauorem publicum.*
23 *Aut contra fauorem animæ, ecclesiæ, uel piæ causæ.*
24 *Neque tendat ad faciendam dispositionem elusoriam.*
25 *Aut detur materia fraudandi, uel circumscribēdi legem.*

26 *Vel ne durities aliqua inuebatur.*
27 *Seu operetur cum alterius prçiudicio.*
28 *Et ne quod in bonam partem accipi poteſt, accipiatur in malam.*
29 *Neu ve fiat contra veriſimilitudinem.*
30 *Nec contra propriam charitatem.*

Quomodo ac qualiter verba interpretanda ſint & præſertim in genere.

CAP. VI.

NOn inappoſitè dubitari quoq; hoc loco poſſe videtur, quomodo & qualiter verba interpretanda ſint; cuius difficultatis propoſitio duplicem poteſt habere exitum, aut enim intelligimus quæſtionem hanc in genere, aut in ſpecie. Quantum ad primum caput, reſpondet Bar. Cæpol. in dicta rubrica infra de verb. ſign. ſub num. 149. debere fieri iſtis requiſitis concurrentibus. †Primo vt fiat ad ſenſum & nõ ad literam, ut in cap. propterea de verb. ſign. Secundo ſine captione† ſecundum nota. ab Oldra. & Alber. Roſa. in l. ſi vxori de aur. & arg. lega. Tertio vt careat vitio, † l. in ambigua voce. de legi. Quarto vt non ſequatur inhumanitas, †l. furti. §. pactus de ijs qui no. infam. Quinto vt res magis valeat † quàm pereat, l. quoties de reb. dub. de verb. oblig. & l. in contrahenda & l. quoties de reg. iur. Sexto in benigniorem partem ſemper in dubio, †l. benignius de legi. l. capienda infra de reg. iur. Septimo ſecũdum affectionem, l. Gallus. §. quidam rectè de lib. & poſth. Octauo ſecundum conſuetudinem loquẽtis †& locum, l. ſemper in ſtipulationibus vbi gloſ. de reg. iur. Nono ſecundum conditionem perſonæ, † & qualitatem rei, vt per gloſ. in d. l. ſemper in ſtipulationibus Decimo ex præcedentibus †& ſequentibus l. talis ſcriptura, & l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. Vndecimo in ſcriptis, † ſecundum gloſ. in l. ſi de interpretatione de legi. & an ſit pars citanda † vel non ſe remittit ad id quod ſcribit Angel. in l. ſi quis intentione ambigua de iudi. & Bal. in l. 1. C. de tempor. appellatio. Duodecimo ſecundum ordinem Iuris, vt per Io. Andream in cap. olim de verb. ſign. Hiſce autem per Cæpol. conſideratis addi poteſt. Decimotertio loco oportere interpretationem ita fieri ut ſalua † ſemper ſit ratio recti ſermonis, l. Plautius in fin. de aur. & arg. leg. vbi Bart. Decimoquarto non niſi tota lege perſpecta, † l. inciuile eſt de legib. Decimo quinto ne reſultet aliquid abſurdi, † l. abſurdum de bonis liber. Bal. in l. terminato in fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Curt. ſen. in conſ. 79. col. 7. in princip. Decimoſexto ne indebitè † quis damnum patiatur, l. vltima §. in computatione. C. de iur. delib. cum ibi nota. & præſertim a Bal. conſil. 275. col. 2. poſt med. libro tertio. & in conſil. 191. col. 3. lib. 4. Dec. in conſilio 37. col. 3. circa medium, uerſ. præterea etiam ſtatutum, Crauet. in conſ. 70. ſub num. 29. qui recitatorum patrum auctoritatibus accedit, & eſt tex. in l. 2. C. de noxal. & in l. fin. C. in quib. cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſ. Decimoſeptimo ſecundum mentem diſponentis, †l. verbis ciuilibus de uulgar. & pupil. ibique Alex. in 2. notab. Areti. in l. à Titio col. fin. de uerb. oblig. Deci. in conſ. 362. ad fin. Decimooctauo ne inducat legum correctionem. †l. 1. de inoff. dot. l. ſi quandò. C. de inoff. teſt. l. præcipimus in fin. de appel. l. ſancimus. C. de teſtamen. l. ſi vnus §. pactus ne peteret vbi gloſ. & Iaſ. ſub num. 5. de pact. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. caſ. 199. ſub num. 21. Decimonono ne inducat contrarietatem, vel repugnantiam, †l. 1. C. de pact. l. vbi repugnantia de reg. iur. l. ſcripturæ vbi Bal. C. de fid. inſtrum. Vigeſimo ſecundum æquitatem, † l. ſi ſocius pro filia, pro ſoci. per quem ſic firmat Bal. in l. ſi defunctus. C. de ſu. & legiti. l. vnica quibus non comp. bon. poſſ. ibi ſed eſt æquum & c. l. ex facto ver. etenim vbi Bal. & alij nor. de vulg. & pup. facit l. in his de cond. & demonſtr. Soci. in conſil. 159. col. 7. in fin. libr. 2. Bald. in l. cum allegas in fin. C. de uſur. Menoch. d. caſ. 199. ſub num 4. in conſi. 68. ſub numero 10. & conſi. 70. ſub num. 13. Vigeſimoprimo ſecundum naturalem & ciuilem rationem, † ut de naturali eſt tex. in l. non ſine circa med. C. de bon. quæ lib. & in l. 1. §. 1. C. de cadu. tollen de ratione ciuili notat. in cap. ego ſolis, diſtin. 9. in ca. decretales diſtin. 20. in prin. & in cap. Melchior & Baſilides 1. q. 1. vbi Diuus Hieron. in Epiſto. ad Galat. Non putetis, inquit, in uerbis ſcripturarum eſſe Euangelium ſed in ſenſu, non in ſuperficie ſed in medulla, non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis, & plenius etiam ſupra libro ſecundo retulimus hanc auctoritatem ad aliud etiam propoſitum. Vigeſimoſecundo, ne ſit contra fauorem publicum, † l. hoc modo in fin. ubi Bal. de cond. & demonſtr. ibique Bal. Vigeſimo tertio ne ſit contra fauorem animæ, † contra eccleſiam, contra piam cauſam, cap. ex tenore, vbi Abb. qui filij ſint legit. Archidiac. in cap. 1. in ver. quæcunque in fin. de ſtat. regul. auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccleſ. l. ſunt perſonæ de relig. & ſumpt. fun. Vigeſimoquarto ne tendat ad faciendam †diſpoſitionem eluſoriam, l. fin. in fin. ne quid in loc. pub. l. ſi prætor in fin. de iud. vel inutilem, l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, de uerb. obli. Bar. in l. non dubium. C. de leg. Crauet. in conſ. 25. ſub num. 7. & in conſil. 135. ſub num. 23. & conſ. 175. ſub num. 3. Menoch. d. caſu 199. num. 19. & conſ. 37. ſub num. 120. conſi. 80. ſub nu. 37. Vigeſimoquinto, ne detur materia circumſcribendi. †vel fraudandi legem, d. l. non dubium. C. de leg. l. cum hi §. ſed cum hi cum ibi nota. per doctor. de tranſ. & l. magis puto §. ſi pupillus de reb. eor. Quot autẽ modis modis dicatur fieri fraus legi, ſcribit Bal. per illum tex. in l. fraus legi de leg. & plenè Bartol. per illum tex. in l. contra eo. titu. Io. Mona. in c. auaritiæ de elect. libro ſexto. Bald. & alij in l. non dubium. C. de legi. & hunc caſum ſeq. Menoch. d. conſil. 68. ſub num. 24. Vigeſimoſexto ne durities aliqua inueniatur, † l. illud de pet. hæred. ubi hoc not. Ang. Bal. in l. in teſtamento q. 1. C. de teſtam. milit. arg. l. cum tale uerſ. ſed diſpli

cuit

cuit de cond. & demon. Vigesimoseptimo ne ope-
27 retur cum alterius prejudicio, † si possunt sine incommodo alterius operationem producere, ut per Abba. in consil. 128. col 2. uersi. nec obstat lib. 2. & Cravet. in d. consil. 70. sub num. 30. l. 2. §. merito & §. si quis a principe ne quid in loco publ. Cravet. in consi. 245. num. 9. consi. 269. num. 3. & consi. 91. sub num. 12. Menoc. in d. cas. 199. sub num. 15. Vi-
28 gesimo octauo ne quod † in bonam partem accipi potest, accipiatur in malam, l. merito pro socio, cap. estote de reg. iur. in antiq. nisi ex causis aliter constituendum sit, ut per D. Alcia. de presump. reg. 3. præ sump. 1. per totum. Vigesimonono ne tendat con-
29 tra uerisimilitudinem. † l. non est uerisimile quod met. caus. cap. quia uerisimile de præsumptio. Bal. in l. 1. col. 4 sub num. 9. C. de ser. fugiti. Aret. in consilio 9. col. 2. in princ. Craue. in consi. 155. sub num. 33. Menoch. d cas. 199. sub num. 10. & in consi. 80. sub nume. 38. Trigesimo & ultimo ne contra pro-
30 priam charitatem † fiat interpretatio. l. præses. C. de ser. & aq. Soci. in consi. 11. sub num. 7. lib. primo. qui eleganter admodum exornat reg. d l. præses, possent & alia ex infra dicendis colligi sed hæc in præsentia sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Quid sentiat Veron. circa interpretationem faciendam in particularibus dispositionibus.*
2 *Interpretationem faciendam esse secundum consuetudinem ciuitatis.*
3 *Secundumque naturalia.*
Et votum parentum.
4 *Et ea quæ adiecta sunt per interpretationem.*
5 *Statuta interpretanda esse ut quanto minus fieri possit offendatur ius commune.*
6 *Vtque intelligatur secundum ius commune.*
7 *Et recipiat interpretationem secundum ius commune etiam lege interpretationem prohibente.*
8 *Et quantum ad casum de quo quæritur.*
9 *Priuilegia recipere interpretationem potius a consuetudine, quæ obtinent contra ius, quam a iure communi.*
10 *Interpretationemque suppletiuam correctiuam admittere a iure communi.*
11 *Et ut aliquid noui inducat.*
12 *Rescriptorum uerba intelligenda esse secundum iuris intellectum.*
13 *Sententiæ uerba interpretanda esse stricte & ad literam.*
14 *Secundum ius commune.*
15 *Et secundum improprietatem, quando aliter sententia sustineri non potest.*
16 *Acta iudiciaria in dubio interpretanda esse secundum mentem proferentis.*
17 *Iuramentum interpretandum esse secundum mentem iurantis.*
18 *Contractuum verba qualiter intelligenda sint.*
19 *Ex prælocutionibusque maxime interpretationem accipere.*
20 *Nisi quando se ipsus clarus esset ex uerbis.*
21 *Esseque stricti iuris.*
22 *Sed interpretationem extensiuam recipere, quando alter effectum habituri non essent.*
23 *In testamentis a proprietate verborum non recedi, nisi aliter constet de mente defuncti.*
24 *Plenioremque esse debere.*
25 *Testium dicta interpretanda esse vt à contrarietate, falsique labe, excusentur, & cauillis careant. num. 26. & 27.*
28 *Mandatum summi Pont. intelligendum esse ne tertio præiudicet.*
29 *Quis fuerit auctoris scopus in præsenti capite.*

Quomodo verba interpretanda sint secundum varias dispositionum species.

CAP. VII.

SEcundo vero principali casu quando nuncupatim ad particulares dispositiones trahitur istius quæstionis disputatio tũc
1 inquit † Cæpol. loco supra citato, sub d. num. 149. uers. Quæro secundo cum pluribus seq. aut nos uersari in uerbis legis, aut in statutis, aut in priuilegijs, aut in rescriptis; Aut in sententijs, aut in iuramentis, aut in contractibus; aut in testamentis; aut in dictis testium; aut in mandato sum. Pont. Pri-
2 mo casu quando sumus in uerbis legis † concludit faciendam esse interpretationem secundum consuetudinem, qua fuerit antea usa ciuitas, l. si de interpretatione de legi. quæ uicem legis obtinet, l. nã
3 Imperator de legi. Item secundum naturalia, † l. confessionibus in princ. de inter. actio. not. Bal. in d. l. 1. col. 4. C. de ser. fugi. Cyn. in l. si dolo, si quis omis. caus. testam. ubi inquit uerba debere interpretari secundum naturalem cursum causæ, & secundum
4 uotum parentum, item ut ea quæ † adiecta sunt per interpretationem in illis in quibus interpretatis legibus fit locus, vt in auth. de filijs ante dot. instr. §.
5 tertia uerò, secundo casu ait statuta † interpretanda semper ita esse, ut quanto minus possibile sit offendant ius commune, l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. l. si serui uestri. C. de nox. actio. Item quod
6 intelligantur secundum ius † commune, l. ut gradatim. §. sed si lege de mun. & honor. not. Bal. in l. 1. an
7 te finem. C. de succes. ædict. item quod licet † lex prohibeat statutũ interpretari, nihilominus interpretationem recipiet. Rursusque quod licet statu-
8 tum † quantum ad ipsius substantiam non recipiat interpretationem, recipit tantum quantum ad casum de quo quæritur, sed an ille casus intelligatur dispositus per statutum, an uero id minus, trad. Bar. in auth. ex testamento. C. de secun. nupt. & de hac materia dicit plenè tractari per Bart. in l. omnes populi de iust. & iur. in l. si serui uestri. C. de nox. action. Petr. Anchar. in cap. canonum statuta de constit. & Alberic. de Rosat. in tract. statut. q. 8. sed
9 est q. 9. Tertio casu † inquit priuilegia recipere interpretationem potius a consuetudine quæ obtineat contra ius, quàm a iure communi, iuxta notat.

10 per Butr.& alios in c.certificari de sepult.Item †admittere interpretationem suppletiuam & correctiuam à iure communi, iuxta notat. in cap. fin. de
11 præscrip.& in l.ex facto de uulg.& pup.Item ut †aliquid inducat, cap.examinata de confir.util.uel inutil. & de hac materia inquit per Doctor. haberi in l. beneficium de constit.Princip.& in cap.cum dilectus de donat.& in cap. causam de rescript. quarto
12 casu dicit † uerba rescripti intelligenda esse secundum iuris intellectum, ut est glos. not. in l. sed nisi hoc de iur. dot. & probatur in l. curatores. §.fin.de admi.tuto.& de hac materia dicit haberi per Inno. & Doctor. in cap. causam. de rescript. Quinto casu
13 † concludit uerba sententiæ debere interpretari strictè & ad literam prout iacent, l. 1. C.si plur.una sent. l.diui de lib. caus. l. si à te de except. rei iudic. Bart.in l.si expressim in secunda col. de appellatio.
14 Item secundum ius commune †Io. Andr.& Zabar. in c.ex literis de constit. Bart.in l.miles. §.decem de re iud. item secundum interpretationem quan-
15 do †aliter sententia ualere non potest, glos. singul. in l. puto §.1. fam. ercis. quam ibi probat Flo. qui dicit hoc tenere Cyn.& notari in l. sed si possessori.§.sed si rerum de iureiur.& de hac materia dicit haberi apud Bar. in d.l.miles.§.decem de re iud.vbi etiam Ang. & Doctor. in l. Paulus respondit eod. titu.& in l.si quis stipulatus fuerit decem in melle de solutio.uers.sed quæro quid si in casu legis.Quã-
16 tum ad acta†iudiciaria dicit in dubio debere interpretari secundum mentem proferentis per d. l. si quis intentione ambigua de iudic.ubi agitur de hac materia. Sexto casu quando agitur de uerbis iura-
17 menti, †resoluit interpretanda esse secundum intẽtionem iurantis, ut not. in cap. uenientes in uerb. præscripsi de iureiur. glos. in cap. magnæ de vot. & vot. redempt. in cap.1.§. item sacramenta de pac. iur. firm. & in auth. sacramenta puberum. C. si ad-
18 uers.vend. Septimo casu quando agitur de uerbis †contractuum, asserit intelligenda in primis esse, ut declarat glos. in l. semper in stipulationibus de regu.
19 iur. Rursus quòd uerba contractus †sunt propter ambiguitatem trahibilia ad plures sensus, semper trahi debent ad sensum, qui constare potest ex præ-locutionibus contrahentium Angel.in l.1. col.3.in fin.per glos.ibi de iudi.& per l.Titia.§.idem respondit secundo de uerbo.obligat.nisi tamen sensus cla-
20 rus esset ex uerbis †ut dicunt ibidem Doctor. & in l.pacta nouissima post Bart.C.de pact. Item recipe
21 re†contractus interpretationem stricti iuris, l. fin.
22 in fin.de cond.ob caus.item interpretationem †extensiuam quando aliter effectum habiturus non esset contractus, vt tex.est in l.si stipulatus fuero de uerb.oblig. Rursus contra proferentem qui potuit apertius legem dicere. l. ueteribus de pact. & ibi per omnes doctor.qui declarant quomodo hæc assertio sit intelligenda & post Curt.in l.sæpe hoc tit. & Angel.in l.insulam, qui potior. in pig.hab. in dictaque l.veteribus cano. in cap. causam quæ de rescript.in cap.contra eum de reg.iur.in 6. & in l.sem
23 per in stipulationibus de reg.iur.Octauo casu,†qui pertinet ad testamenta, dicit interpretationem per quam recedamus a proprietate uerborum faciendam non esse, nisi aliter constat de mente defuncti
24 l.non aliter de leg.3. Item pleniorem †faciendam esse interpretationem quàm in contractibus, l. in testamentis de reg.iur. cap. cum dilectus de dona-
25 tio. Nono casu qui uersatur in dictis †testium, sere mittit ad dicta per Barto.in l.inter stipulantem.§.si Stichum de verbo.oblig.& per Innoc. & doctor.in ca. causam quæ de rescript.Bar.& alios in l.1.si certa. vbi concludunt dicta testium semper ita in-
26 telligenda atque interpretanda † esse, vt a contrarietatis vitio, falsique labe excusentur, item ut non
27 calunnijs neque cauillis † excipiantur, ut ibi per Bar.Alex.Ias.& alios. Postremo casu qui attinet ad
28 mandatum sum. Pontif. asseuerat †verba ita esse ex audienda, ut tertio non præiudicent, l. secunda.§. merito & §.si quis à Principe ne quid in loco publi. & in l.nec auus. C.de emancip. liber. cap. super de off.deleg.cum simil.
29 Sed quod attinet †ad secundum istum casum in quo dispositionum species nuncupatim recensentur ac perquestigantur; Ego opinarer satis superque esse quæ à Barto.Cæpol.tradita sunt hactenus breuiter ac dilucide retulisse, ac summo quasi indice demonstrasse, quæ antiquis singulatim in una quaque earum placuerint; reseruata plena atque exacta legis communis, statutorum, atque humanarum actionum tractatione, in quatuor sequentibus libris, in quibus omnia adamussim disceptabuntur, nullo eorum intentato, atque in inuestigato relicto, quæ ad extensiuæ atque restrictiuæ interpretationis uberiorem cognitionem, planioremque declarationem, oportunè facere videbuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pro religione iudicandum esse.*
2 *Pro paupere contra diuitem.*
3 *Pro priuatis contra fiscum.*
4 *Pro possessore.*
5 *Pro Reo.*
6 *Pro absente contra fiscum ne condemnetur.*
7 *Pro promissore contra stipulantem.*
8 *Nisi ex causa onerosa sit facta promissio.*
9 *Pro proferente in Iudicijs.*
10 *Pro his quibus disponens prodesse uoluit.*
11 *Pro disponente ut minus ligetur quam sit possibile.*
12 *Pro collectatis aduersus collectantes.*
13 *Pro accipiente censum.*
14 *Pro torquendo, ut indicia non sufficiant ad torturam.*
15 *Pro faciente actum ne censeatur viam eligere per quam impugnet iudicium suum.*
16 *Pro eo qui agit de pœna vitanda.*
17 *Pro decepto contra decipientem.*
18 *Pro eo qui de damno uitando agit.*

Quæ

Quæ sint personæ pro quibus verba interpretanda sint.

CAP. VIII.



Vbitari quoq; ulterius potest pro absolutione istius tractationis genericæ interpretationis, quam versamus, quæ nam sint personæ pro quibus faciendasit interpretatio, & quæ causæ in quarum fauorem in dubio sit interpretandum? Quod ad primam spectat quæstionem Bartol.Cæpol.in d.rubr.de verb.sign. sub num.156.hosce recensetcasus.Primum,ut pro
1 religione † sit iudicandum l. sunt personæ de relig. & sumpt.fun.gl. in l. locum ibique Floria.de vsufr. in cap.ex literis in uer.religiosis de dol. & contum. in capit.ad nostram audientiam de confir. util. uel
2 inutil.secundum pro paupere† contra diuitem,per glos.notab.in l. non puto dum dicit quia dies est, licet quandoque seruetur contrarium & malè. Ter-
3 tium pro priuatis † contra fiscum, ut est tex.in d.l. non puto de iur.fis.licet Patauij dicat statutum esse in cõtrarium quod nullam habet æquitatem.Quar-
4 tum pro possessore. † §.commodum instit.de interdict.l.cum par de reg. iur. cap.inter dilectos de fid.
5 instrum.in fin. Quintum pro reo†l. fauorabiliores de regul.iur. l.in eo eod.tit. l.inter pares de re iud.l. Arianus de action.& oblig.glos.& doctor.in cap.ex literis de probat. quem casum dicit non habere locum quando sumus in dubio iurisdictionis,per tex. cum glos.in cap.cum contigat de rescript.& ibi per
6 Innoc. & Doctor. Sextum pro absente † contra fiscum ne condemnetur, quia melius est nocentem absoluere,quam innocentem condemnare l.absentem in principio de poe.tex.& glos.fin.in cap.ponderet 50.dist.Ego autem præctis addo.Septimum
7 pro promissore†contra stipulantem l. veteribus de pact. l.Lubeo de contr.emptio. l.stipulatio.§.in stipulationibus de uerb.oblig. ibique Alex. Bart.in l. in conuentionalibus eod.tit.& cap.ex literis de spõ salib.Quod verum est†nisi ex causa onerosa sit promissus Stichus Titio,& dubitetur de quo Sticho sit
8 facta promisio † nam si promissor sit mortuus,qui poterat declarare, stipulatio est nulla; secus si ex causa lucratiua,Alex.ibi & Bart.in l.inter stipulan-
9 tem §.Stichum eod.tit.Sed &†octauus adijci potest pro proferente scilicet in iudicijs. l.si quis intentione ambigua de iud. cum ibi nota. facit tex.cum ibi trad.a Ias. in l. sedet si possessori §. item si iurauero
10 de iureiur.Item nonus †pro his quibus disponens prodesse noluit, non autem pro his quibus prodesse noluit Castr.in consil.52. super primo puncto col. 1. libr. primo Crauet. in consil.5. sub num.15.
11 Rursus decimus†pro disponente,ut minus ligetur quàm sit possibile,argum. l.si quid venditor in fin. de ædil.edict. & l. si peculium §. sicut autem de pecul. Crauet. in consil.135. sub num.33. ad fin. Menoch.in consil.32.sub num.52. Insuper vndecimus
12 pro collectatis †aduersus collectantes, Barto.in l.si pupillus ad leg. Falcid. per cuius dictum ita arguit Corn.in consi.194.col.4.lib primo.& in consi.194. col.3.libr.4.Grau.in consi.111.sub num.26.col.vlt.
13 in princ.Ad hæc duo decimus, pro accipiente censum, cap.constitutus de religio. domi. Imol.in cap. ad audientiam eod.tit.Dec.in consi.13.sub num.5. & consil.146.in princ.Burs.in consil.26. sub nu.18.
14 Præterea decimustertius † pro torquendo, ut indicia non sufficiant ad torturam, l.2.in fin. vbi Ange. C. de quæst. Abb. in cap. atsi clerici in fin. de iudi. Boss. de indici. sub num.72. Item 14. pro faciente
15 †actum,ut non censeatur eligere uiam per quam impugnet iudicium suum,l.3. de milita.test.Dom. Alciat.plenè de præsumpt. reg.3. præsum p.35. per
16 totum. Et decimusquintus pro eo qui†agit de pœna euitanda, Rui.in consil.170.sub num.7.lib.4.facit quod scribit Alex. in consi.169. sub nu.8. vol.5. quòd ea sit facienda interpretatio per quam lega-
17 tum adimatur. Decimussextus erit † pro decepto contra decipientem, l.secunda & tertia.C.si minor se maior.dix.l.si sine.C.ad Velleian.l.secunda.§.hæc verba ad Velleia. & l. & si decipiendi eod.titu. De-
18 cimusseptimus pro eo † qui de damno vitando agit,Bartol.in l.cum mulier de dam.infect. & Fely. in cap.dilecti col.3.de exceptio.quibus accedit Menoch.consi.56.sub num.39.

SVMMARIVM.

1 *Pro causa matrimonij faciendam interpretationem.*
2 *Item in fauorem libertatis.*
3 *Rursus fauore dotis.*
4 *Et pro testamento.*
5 *Gratiaque repetitionis.*
6 *Rei dubiæ causa.*
7 *Quod in leuibus procedit non etiam in grauibus.*
8 *Maioris quoque æquitatis gratia fit interpretatio.*
9 *Pro maiore quoque pietate.*
10 *Et propter minimum.*
11 *Necnon & euitandi vitij causa.*
12 *Fauore pariter potioris & antiquioris auctoritatis.*
13 *Maioris auctoritatis quid esse dicatur.*
14 *Sententiam illam Deo dici fauorabiliorem, quæ maioribus roboratur auctoritatibus.*
15 *Pro multitudine semper præsumi.*
16 *Opinionem illam tenendam esse quæ a pluribus & melioribus comprobatur.*
17 *Fauore similiter auctoritatis canonis interpretationem faciendam esse.*
18 *Illique magis deferri quam auctoritati sanctorum Patrum, nisi illa sit munita auctoritate noui seu veteris testamenti.*
19 *Ex subiectæ quoque materiæ ratione interpretandum esse.*
20 *Ratione concordiæ pariter interpretationem fieri.*
21 *Et quando aliter facta interpretatio a prudentibus meretur reprehendi.*
22 *Minoris quoque præiudicij causæ idem fieri.*
23 *Interpretationem illam faciendam esse per quam culpa excluditur.*

24 *Et per quam fraus reijcitur.*
25 *Ac iniquitatem non admittit.*
26 *Actus pariter ſuſtinendi gratia fieri interpretationem.*
27 *Nullitas ſuper qua diſputatur ubi dubia reddi poteſt contra illam pronuntiatur.*
28 *Principem præſumi uti plenitudine poteſtatis ut actus valeat.*

Quæ ſint cauſę pro quibus interpretatio eſt facienda.

CAP. IX.

QVantum ad ſecundum caput ſupra relatæ dubitationis dico Cæpol. in ult. quæſtio. in dicta rubr. de uerb. ſignifi. ſub num. 157. referre nonnullos caſus, in quibus cauſarum gratia fit magis vno modo quàm altero
1 interpretatio; quorum primus eſt †fauore matrimonij, per tex. in cap. fin. de ſent. & re iud. gloſ. & doct. in cap. ex literis de prob. & rationem adducit glo. in auth. de nupt. in princip. in ver. ampliori, & colligitur ex his quæ ampliſsimè tradunt ſcrib. in l. 1. ſolu.
2 matr. Secundus eſt fauore †libertatis, ut eſt tex. in d. cap. fin. & in d. cap. ex literis in l. inter pares de re iud. & in l. in obſcura uoluntate de reg. iur. & eſt tex. ualde notan. in §. ulti. de donat. apud Inſtin. ibi cuius fauore multa per antiquos legum latores contra ſtrictam iuris rõnẽ inducta ſunt. Tertius eſt fauo
3 re †dotis, l. in ambiguis de reg. iu. l. in ambiguis, de iu. dot. d. c. fi. de ſent. & re iud. Dotis. n. cã ſemper & ubiq; præcipua eſt, d. l. 1. ſol. mat. ubi Bar. & omnes notant gloſ. & doctor. in cap. ex literis de probatio.
4 Quartus fauore † eſtamenti d. cap. fin. dicto cap. ex
5 literis de probatio. Quintus eſt gratia †repetitionis, cui magis faueri debet quam aduentitio lucro, l. non debet actori. §. in re obſcura de reg. iur. Sextus
6 eſt rei dubiæ cauſa, per l. ea quæ § in re dubia de reg. iur. & l. benignius de legi. & maxime in pœnalibus l. factum cuique ſuum §. in pœnalibus de regul. iur.
7 Quod tamen † le leuibus accipiendum eſt non etiã de grauioribus, l. reſpiciẽdum in principio de pœn. qua de re ampliſsimè infra libro ſeptimo dicemus.
8 Septimus eſt maioris æquitatis †ergò l. in omnibus quidem de reg. iur. & l. & ſi nihil eodem titu. l. pla-
9 cuit. C de iud. Octauus ratione maioris pietatis † l. maiorem de pact. l. ult. cum ibi nota. C qui bon. cęd. poſſ. gloſ. in uer humanius in cap. ſi quis dederit 23.
10 q. 1. cum ſimi. Nonus propter minimum †l. quoties nihil de reg. iur. l. apud Iulianum § ſcio de leg. 1. l. nũmis de lega. tertio. l. ſemper in ſtipulationibus de
11 reg iur. Decimus eſt gratia †cuitandi uitij per dictã
12 l. in ambigua de legi. Vndecimus eſt fauore †potioris & antiquioris auctoritatis, cap. Domino Sancto in fin. 50. diſtinct Io. Andr poſt Hoſtien in cap. 1. de ſacr vnctio. Maioris autem auctoritatis eſſe dicitur,
13 † quod a pluribus recipitur, quàm quod à paucioribus, ut not. gl in cap. in canonicis 29. diſtin. & pro-
14 pterea, †illa ſen tẽtia dicitur eſſe fauorabilior Deo, quæ pluribus roboratur auctoritatibus, & quæ euidentioris auctoritatis ratione fundatur, ut eſt in ca. qui recedit a Chriſto. §. uerum diſtinct. quarta & eſt tex cum gloſ. in d. cap. in canonicis, & eſt ratio, quia
15 †præſumitur ſemper pro multitudine d. cap in canonicis iuncta ibi gloſ. in uer. proponit, quæ allegatur ad hoc idque dicit Cæpol. maximè notandum eſſe propter dubitationes quæ quandoque occurrunt circa opiniones tenendas, illa enim amplectenda
16 eſt, † quæ a pluribus & melioribus probatur iuxta notata in l. ult. C. de pœn. iud. qui mal. iudi. Duode-
17 decimus eſt fauore auctoritatis canonis † cui magis defertur, quàm auctoritati Sanctorum Patrum gloſ. not. in cap de libellis 20. diſtinct. glo. in cap decretales 20. diſtinct gloſ. in l. 2. in uer. nec generalia
18 C. de leg. niſi auctoritas Sanctorum Patrum †eſſet munita auctoritate ueteris uel noui teſtamenti, ut per docto. in cap. ne innitaris de conſtitut. Predictis uero adijci poſſunt multę aliæ cauſæ, quæ faciunt ut interpretatio magis fiat uno modo quam altero, & ideo decimotertio loco poteſt conſiderari ca-
19 ſus ſubiectæ materiæ, quæ ſolet in dubijs ad ſui fauorem trahere interpretationem, gloſ. in l. eas cauſas de cond. & demonſtr. Roma. in conſil. 376. col. penult. Rui. conſi. 30. num. 20. libro primo. Cagnol. in proœm. dig. in princip. ſub num. 10. Menoch. de arbitra. iudi. lib. 2. caſ. 199. ſub num. 2. ubi percurrit quæ obſeruari debeant a iudice in actus dubij interpretatione, Decimoquarto, ratio concordiæ,
20 †ad quam poſsint iura reduci, ut per omnes in l. ubi repugnantia de reg. iur. & in cap. inter dilectos de fid. inſtrum. Menoch. loco ſupra citato. ſub nu. 23. & faciunt quæ ſupra diximus de legum correctione euitanda, de euitandaque contrarietate l. non ad ea de condit. & demonſt. trad. Doctor. in rubri. de oper. nou. nunciat. poſt Bart. in materia editionis ſtatuti & faciunt quæ trad. Bal. in l. ſcripturæ. C. de
21 fid. inſtru. Decimoquinto quando aliter facta †interpretatio, a ſapientibus uel prudentibus poſſet reprehendi, nam tunc illius reprehenſionis effugiendæ gratia fit ea interpretatio quæ ſapientibus probari poteſt, l. Saluius Ariſto. de leg. præſt. Soci. Sen. conſi. 21. col. 4. lib. tertio. & conſi. 27. num. 8. libr. 4 Soc. iun. in conſ. j. ſub num. 128. lib. 1. & idem Soc. iun. conſi. 76. ſub num. 11. lib. 2. Crau. in conſ. 3. ſub
22 num. 24. & 5. ſub num. 14. Menoch in conſi. 55. ſub num. 22. & in conſi. 41. ſub num. 14. d. caſ. 199. ſub num. 8. & alibi ſæpe 16. ratione minori. †præiudicij, propter quod dicitur recipiendam eſſe illam interpretationem, quæ minus ſit præiudicialis, Crauet conſi 33. ſub num. 24 & eſt tex. in l tertia. de ſuſpect. tutori. Hinc ut ait Menoch. loco iam relato ſub num. 16. cum ſeq. dicimus illam faciendam eſſe
23 interpretationem, per quam † culpa excluditur, ut per Crauet. in conſil. 151. ſub num. 18 & illam per
24 quam fraus† eijcitur, Dec. in conſil. 278. col ult. &
25 quæ iniquitatem non admittit † ut per Crauet. in conſil. 186. ſub num. 14. Menoch in conſil 41. num. 13. & in conſi. 68 ſub num. 21. & alibi ſæpe. decimo-
26 ſeptimo ſuſtinendi gratia. †l. quoties de reb. dub. & de

de reg.iur.cap. Abbate de uerb.sig. Dec.in cap.quoniam Abbas sub num. 15. de officio deleg. & in l. si donatione sub num. 12. C. de collat. Menoch. loco citato sub num. 22. & consi. 37. sub num. 121. Vantius de nullit. proceſſ. in cit. qui. mod. teſt. null repar. poſſ. sub num. 127. uerſ. inſuper vbi conſulit eſſe ſtu
27 dendum quando diſputatio † eſt ſuper nullitate, ut aliquo modo obiecta nullitas dubia reddi poſsit, quia tunc iudex contra nullitatem pronuntiare debet, ut actus ſuſtineatur, & potius valeat, quam pereat, ſeq. Cæfal lin conſilio 223. ſub numero 7. qui ſub num 45. & 6. plura addit ad rem facientia Crau. in conſil. 52. ubi ait quod quando actus aliàs
38 non ualeret præſumitur Princeps † vti plenitudine poteſtatis ut ſuſtineatur, vt per Caſtr. in l ex imperfecto in fin. C. de teſt. cum ſimil. per eum cita. & ſub num. 6. plura ſcribit, quibus oſtendit in quacunque materia etiam odioſa debere interpretationem fieri, per quam actus valeat, ibique omnino uidendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Imperfecte locutos fuiſſe antiquiores circa inſtrumenta quibus in interpretando vtimur.*
2 *Quid ſentiat auctor.*
3 *Vim naturalem a qua primum vocabula inuenta ſunt, primum interpretandi inſtrumentum eſſe.*
4 *Intellectum communem alicuius loci uel patriæ, optimum eſſe interpretandi inſtrumentum.*
5 *Intellectus legis ſeu uerborum optimè deſeruire interpretationi, eumque multiplicem eſſe.*
6 *Intellectus grammaticalis gratia ad quos ſit recurrendū.*
7 *Intellectus ciuilis gratia recurri ad mentem & ad rationem legis.*
8 *Intellectum literarum extranea egere interpretatione.*
9 *Intellectus tranſcendens quis ſit, eoque commendari Papinianum & Claudium.*
10 *Intellectus non omnes commendandos eſſe, ſed eos qui conſonant iuri communi.*
11 *Et qui conſonant auribus uulgi.*
12 *Intellectus ſubauditos omnino reijciendos eſſe.*
13 *Vt quando induceret peccandi occaſionem.*
14 *Vel quando legis, cuiuſuè diſpoſitionis correctio induceretur.*
15 *Intellectui diuinatiuo locum eſſe non debere.*
16 *Niſi contrarietatis vitandæ gratia.*
17 *Intellectum correctiuum ſimiliter non recipi. Dicique refugium miſerorum. ibi.*
18 *Idemque eſſe in intellectu conſtitutionis ſpecialitatis ſine ratione.*
19 *Intellectum qui caſus uerbaliter tantum diſtinguat, bonum non eſſe.*
20 *Non ſufficit dicere aliud hic, & aliud ibi, niſi ſpecialitatis ratio aſsignetur.*
21 *Et vbi huius intellectus materia habeatur.*
22 *Intellectum qui ſanè haud poteſt intelligi, eminus abegandum eſſe.*
23 *Intellectus qui ſeparat caudam a capite non admitti.*
24 *Perſonæ qualitatem multum operari in interpretatione facienda.*
25 *Rei qualitatem quoque eo in negocio magni eſſe momenti.*
26 *Loci pariter qualitatem maximè deſeruire interpretationi faciendæ.*
27 *Temporis circumſtantiam multum pariter ad interpretationem conferre.*
28 *Iuſtam cauſam plurimum in abſoluenda interpretatione poſſe.*
29 *Ex negocij quoque qualitate plurimum adiuuari interpretationem.*
30 *Naturalem quoque claritatem multum ſuffragari interpretationi faciendæ.*
31 *Amicitiamque & affinitatem plurimum operari in eadem interpretationis materia.*
32 *Paulus Fuſcius laudatur.*
33 *Odij pariter qualitatem maximè conferre interpretationi faciendæ.*
34 *Sed & veriſimilitudinem plurimum poſſe.*
35 *Naturalemque rationem ac iuſtitiam maxime operari in interpretationis prouincia.*

Quibus inſtrumentis vtendum ſit in intetpretatione facienda, deque illorum effectu, ſexdecimque inſtrumenta hoc capite enumerari.

CAP. X.

SEd cum poſt ſupra factam partitionem, hactenus diſcurrerimus circa aliqua generalia attinentia ad materiam interpretationis, operepretium quoque factu rum me eſſe arbitratus ſum, ſi antequam de iſtiuſmodi ſpeciebus nobis ediſſerendum aſſumpſerimus, viderimus, quorum inſtrumentorum potiſsimus ſit uſus effe-
1 ctusque in interpretatione facienda. Qua † in difficultate nec Bal in l. vlt. C. de hær. inſtit. q 11. ſub numero 36 nec Veron. in rubr huius tit. ſub num. 148. nec Dom. Alciat. ibi ſub num 4 verſ ex uarijs cum ſeq. ad unguem ſatisfacit, quamuis idem Dom. Alciat. lib. primo de uerb. ſig. ſub num. 10. uerſic explicato articulo. cum plur. ſeq latius & diffuſius per diſcurſum ferè totius illius primi libri, eaſdem qualitates ſeu circumſtantias examinet. Mihi igitur
2 cùm ex † coniunctione eorum quæ ex illorum traditionibus colliguntur, tùm ex aliquorum quę mihi ſuccurrunt adiectione, putarem hiſce inſtrumentis prę cipuè utendum eſſe in interpretatione extenſiua, uel reſtrictiua facienda, unde ſignificatio de qua agimus proficiſcatur.

3 Primum igitur inſtrumentum erit, † naturalis vis, qua primum a natura uocabula ipſa a principio nata ſunt, & accidentariæ quæ poſtea ex gentium conſtitutionibus inuecta eſt, ſignificationis conſideratio, in quibus inueſtigandis cum primas inſtitutiones neſciamus de ipſis, credendum eſt auctoribus iuxta tex. in l. 1 cum ibi notat ſi cert. pet. Bal. in d. l. vlt. q. 15. C. de hæred. inſtit. ſub num. 36. Secundum

4 dum eſt intellectus communis † alicuius loci vel Patriæ, l. librorum. §. quod tamen Caſsius de leg. 3. cui deſeruiunt quæ ſcribit Bart. in l. Labeo de ſupellect. legat. doctor. in rubr. de oper. nou. nunc. & nos latè proſecuti fuimus ſupra lib. præcedenti. in materia communis vſus loquendi & intelligendi, atque utẽ
5 di. Tertium eſt † intellectus legis ſeu uerborum, qui multiplex eſt, ut docuit Veron. in rubr. huius titul. ſub num. 115. in 3. q. quartæ q. prin. poſt Bal. in l. omnes populi. col. 7. ſub num. 18. & ſeq. Multiplex eſt
6 cum alter ſit grammaticalis, † in quo recurritur ad Feſtum Pompeium, Noniu m Marcellum, Priſcianum, Aſconium, Prædianum, Seruium, Trebelliũ, Pollionem, & alios, ar. l. ſeptimo mẽſe de ſtat. hom. l. antiqui ſi pars hæred. pet. & l. ſi pater de ſolut.
7 Alter eſt † ciuilis in quo recurritur ad mentem & rationem legis, qui intellectus vocatur ſenſus, ſeu voluntas. l. 3. C. de lib. præt. Bal. in l. omnes populi in 10. col. de iuſt. & iur. cum ſim. ſupra deductis. lib. 1.
8 Tertius eſt intellectus † literarum, qui extranea indiget interpretatione, ut in cap. exijt qui ſeminat de verb. ſignif. in fin. & l. ſed ſi pupillus. §. præſcribere
9 de inſtit. actio. Quartus eſt intellectus † tranſcendẽs, qui appellatur ſubtilis, cuius gratia commendatur Papinianus & Claudius, ille in l. cum acutiſsimi, & in l. cum uirum. C. de fideic. & alibi ſæpè, hic in l. à teſtatore de condit. & demonſtr. & ita colligitur ex Bald. in d. l. omnes populi loco ſupra citato, quem
10 ſequitur Veron. loco ſupra relato. Non tamẽ † ſunt paſsim intellectus omnes admittendi, ſed qui conſonant iuri communi, l. ſi cum dotem in princ. ſol. matr. l. vlt. §. licentia. C. de iur. delib. l. ſi ſerui. C. de noxal. c. cum dilectus de conſue. l. quæro. §. inter locatorem de locat. & conduct. Bart. in l. hæredes mei §. cum ita ad Senat. Trebellia. vbi omnes notant, & quos ordo uerborum deſignat, qui denotat ordinem intellectus, l. quoties in princ. de uſufr. Bart. in
11 l. generalis de adopt. Item qui conſonat † auribus vulgi, cap. ex literis de ſponſal. cum ſimil. ſupra relatis in materia communis vſus loquendi, cuius vulgaris communisque intellectus gratia dicebat Bal. in cap. 1. in prin. col. 3. ad fin. Bartolum de Saxoferrato qui fuit homo legalis, magnum ſibi comparaſſe honorem, quia tenebat ſemper opiniones placẽtes
12 laicis & populo, intellectus aũt ſubauditi † reijciunt omnino & pro non adiectis habentur, gloſſ. penul. & vltim. in l. cum patrem quæ eſt 2. C. de condit. inſert. & maximè quando uitioſus eſſet, veluti quia in
13 duceret peccandi occaſionem † ut not. d. glo. ult. in dicta l. cum patrem, & ibi poſt illam Albe. & gloſſ. fin. in fin. C. de fideicomm. libertat. uel quando
29 A conſecutiuis, † cum principalium non eorum quæ obiter, & in conſequentiam facta ſunt, rationẽ habendam eſſe contendimus, l. ſi tibi l. ſi quis nec cauſam ſi cert. peta. l. 1. de auct. tuto. l. conditionib. pupillus de condi. & dem.

30 A concurſu plurium, † cum ex multitudine uel frequentia concurrentium effectum augeri intendimus, l. 1. ubi Bal. C. de fideicom. cap. innotuit uerſi. multa enim de electio. Vel ut unita iuuent quæ ſingula nequeunt, l. ſpadonem §. qui iura de excuſ. tut. l. ſancimus. C. de teſt. in fin. cap. præterea de teſtib. Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. de eden.

31 A conſequenti dato † uel deſtructo, ſi antecedentis conſtitutionem uel deſtructionem aſſeueremus, d. l. illud de acq. hæredi. l. apud antiquos. C. de furt. Et ideo dicimus, quòd cui conceditur conſequens conceditur illud omne per quod peruenitur ad illud, l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, cum ibi nota. per gloſ. de procur. cap. quoniam de ſenten. excom. libro ſexto. §. idem iuris inſtit. ex quib. cauſ. manu. licet. Item conceſſo fine concedi omnia per quæ peruenitur ad finem cap. cum infirmitas, & ibi Abb. de pœnit. & remiſsio. Et rurſus qui petit conſequens uidetur petere omne antecedens, d. l. illud & ibi Bar. Caſtr. & Doctor. not. de acquir. heredit. cap. ex parte, & ibi Butri. Abb. Præpoſ. & alij, de ſponſal. Inſuper conſequenti deſtructo deſtrui & antecedens, l. ſecunda. §. mutui datio cum gloſ. ibi ſi cert. peta. l. apud antiquos, ubi Cyn. & Alber. C. de furt. cap. ſolitæ, ubi Cardi. & Imo. de maior. & obedi. cum ſocijs de quibus per Euerar. in loco a conſequen. deſtruct. ſub num. 1. & per tot. cui annecti poſſunt & tradita per eundem in loco a conceſsio. conſequentis.

32 A caſus omiſsione, † ueluti cũ dicimus caſum omiſſum relinqui diſpoſitioni iuris communis, l. commodiſsimè de lib. & poſthu. l. ſi cum dotem in princ. ſolut. matri. l. quicquid adſtringendæ de uer. obligatio. & ideo caſus contingens præter ordinationem teſtatoris non dicitur comprehendi ſub diſpoſitione, etiam quòd maior eſſet ratio diſponendi Cyn. in l. quod fauore. C. de legib. Deci. in conſilio 63. col. 2. poſt medi. uerſ. & quia caſus, & alibi ſæpè Crauet. in conſilio 166. ſub numero 10. Vel cùm dicimus caſum omiſſum non haberi pro omiſſo,

quando

quando militat eadem diſpoſitionis ratio, l. his ſolis.C.de reuocan.donatio.Dyn. in cap. final.de reg. iur.Bart.in l.1. vti poſsid. Crauet. in conſil.62. ſub num. 14. vel ſubeſt eadem æquitas & omnimoda ſimilitudo Bal.in l.mater.C.de inſtit. & ſubſtit.Crauet.in conſi.326. ſub num.9. cætera poſſunt haberi apud Gam.lib.3.topi.lega. in hunc locum.

33 A caſu †uel exemplo non ualet,l.1.§.quod uulgo de ui & ui arma.& ante num.209.Veluti cùm dicimus, conditiones caſu impletas non prodeſſe, neq; pro impletis haberi, l. 2. de condi. & demonſtr. vel exemplis iudicandum nõ eſſe,l.nemo. C. de ſenten. & inter.om.iud.aut exempla regulam non reſtringere,l.damni infecti quidam de dam.infect.§.hacte nus inſtit.de gradi. cum ſimil. ad cuius loci materiã pertinentia multa tractabimus libro ſexto & ſeptimo dum agemus an in materia correctoria,exorbitanti, ac pœnali liceat extenſionem facere in ijs quæ exempli gratia dicta ſunt.

34 A cauſis tendentibus †ad eundem finem ſeu effectum; dum dicimus quod de vna diſponitur, & de altera diſponendum eſſe, l. Papinianus, §. ſed nec impuberis de inoffic.teſtam. ibiq; Alberi. quem ſic inducit Neuiza. dicto libro primo ante num. 209. unde ſi una ceſſat,altera ſuſtinet, §.affinitatis inſtit. de nupt.Iaſ.in l.dedi.1.in pri. nota. de condic.cauſ. dat.faciunt quæ dicemus infra libro nono in materia ceſſantis rationis poſt Andr. Tiraq. in locupletiſsimo eius commentario cap. cùm ceſſante,adſtipulantur & quæ ſcribit idem Neuiza:d.lib.1. ſub num.298.

35 A certis & ſpecificatis †veluti cum aſſerimus,in certis, claris,ac ſpecificatis non eſſe opus coniecturis,l.continuus,§.cùm ita de uerbo. obliga. l.ille aut ille §.1.de leg.3.ubi Bal.Iaſ.in l. quicquid adſtringẽdæ col.2.de uerbo.obligatio. & in conſi.56.col.penult.circa medi.lib.3. ubi pulchrẽ hunc locum exornat,Alex. in conſil.1.lib.5.Crauet.in conſil.11.ſub num.6.Bero.in conſi.225.libro primo.

36 A coniugatis †dum dicimus coniugatorum idẽ debere eſſe iudicium l.1.in prin.& ibi Bal.de iuſt.& iur.& quicquid de uno coniugatorum ſtatuitur & de altero ſtatui intelligendum eſſe, l. damnatos.C. de hæret. & manich. ubi doctor. Gam.libro primo top.lega.in hunc locum.

37 A communi patriæ †conſuetudine, uel obſeruantia,cum dicimus,ita ſe habet patriæ obſeruantia, & ita cuſtodiendum eſt, l. de quibus de legi. l.ſemper in ſtipulationibus de regu.iur. l.cùm de lanionis,§. optimum ergo de fundo inſtruc. Fulgoſ.conſil.53. quoniam ſuperius,per l.certi iuris.C.de iudi.& l.mi mine de legi. quia conſuetudo ac obſeruantia loci ius commune eſt in loco,Abb.in rubr. de conſue.& in cap.1.ut lit. penden. Iaſ.in l.omnes populi col.1. de iuſti.& iur.

38 A conſuetudine ſimilium perſonarum, †ueluti cùm dicimus, ita inter mercatores conſuetum eſſe fieri, & ita ſeruari inter alios eiuſdem aut ſimilis conditionis homines oportere, Socin. in conſil.96. ſub num.1. lib.4. per l. uniuerſorum cum materia, de pig.actio.l.quod ſi nolit, §. quia aſsidua de ædil. edict. Vel cum arguimus a conſuetudine teſtatorum, ut per eundem conſi.73. capiendo ſub nu.23. libr.4. per l. ſi ſeruus plurium §. fin. de leg.1. & d.l. cùm de lanionis, §.optimum de fund.inſtruc. faciũt quæ ſupra diximus libro tertio de uerisimili mente teſtatoris.

39 A conſequentia pernicioſi exempli, †ueluti cùm dicimus aliquid impunitum relinquendum non eſſe,quia exempli mali ac pernicioſi eſt, l.ſi quis aliquid §.qui abortionis de pœn. l.3.§. ſed ex ſenatus conſulto ad leg.Corne.de ſicar. & l.ſi mulierem eo. titu. l. conſeruare de iudi. l.exemplo, C.de probat. l.1.ad Senat.Macedoni. & l.diuus in fin. de re iudic.

40 A contradictorijs; †ueluti cùm ſic ratiocinamur, ſi contradictoriorum unum eſt uerum, alterum eſt falſum, quia duo contraria ſimul eſſe non poſſunt, l ſi ancillam pro ſuo,l.illud de acquir. hæredit.l.hæc uerba ille,de uerbo.ſignificat.l ſi inter de re iudica. Zaſ.in rubrica de acquir. poſſeſ.

41 A diuerſitate temporum, † cùm affirmamus ex diuerſitate temporum in actu reiterabili ſequi diuerſitatem factorum, gloſ.in cap.nihilominus 3. q.9.Bart.in l. denuntiaſſe, §.quid tamen quam legit ſub l.qui uxori, ad leg. Iul. de adult. Caſtr. in l.cùm te.C.de probatio. Abb. & alij in cap. cùm tu de teſtibus,Bal.in l.conuenticula C.de epiſc.& cleri.l.nunquam plura de priuat.delict.In actu non reiterabili & unico inducere contrarietatem, l.1. C.qui accuſ. non poſſ.Velúti ſi Titium quis dicat occiſum fuiſſe de anno præterito, alter dicat de menſe præſenti, hoc tamen dicit eſſe uerum Neuiz. in actu inſtantaneo ſecus in ſucceſsiuo, dicto libro primo car.103. poſt Bal.in dicta l.prima col.1. plura addit Euerar. in hunc locum ſub num.1. & 2. ac per totum.

42 A diuiſione generis, † ueluti cùm dicimus genus diuidi, cùm ſpecies enumerantur, genus minui cùm illi ſpecies obijciuntur, genus alterari,quando qualitas ſpecifica alterat genus; genus declarari quando ſpecies inferuntur, prout ſunt de natura generis ſic Neuiza. loc. iam relato poſt Dyn.in l.j.de adoptio. & Bal.ibi col.4.

43 A dictis poetarum,†ac aliorum auctorum, dum dicimus dicta poetarum & aliorum auctorum licitè in cauſis allegari poſſe,ut dicit gloſ.fin. in l.in tantum de re. diuiſ. Innoc. in cap. cum uenerabilis de exceptio.Alber.in l.ſeptimo menſe col.pen. deſtat. homi.Iaſ.in l.j col.6.ſi cert.peta.ubi & alij Doctor. Afflict.in prælud.feud.ſub num.104. qui dicit huic argumentationi locum eſſe,ubi dicta illa ſint rationabilia, quia rationabile dictum debet mouere ſicut lex,cap.conſuetudo 1.diſtinc.modo non ſit contra legem ſcriptum, & ad ornatum decoremq; orationis ac diſpoſitionis poſſunt allegari, ut idem affirmat poſt Andr. de Iſer.

44 A duobus propter unum, cum ſic inferimus; ſi duo propter unum ergo perinde ac ſi unum tantum eſſet,l.ſiue autem, § penult.de aqu.plu. arcen. ibique Alber.col.penul.Neuiza.per illum tex.dicto libro primo car.104.

45 A differentibus; †dum arguimus differentium rerum idem non eſſe iudicium cap. nuptiarum 27. q.1.

§. 1. sed hunc locum ferè superfluũ esse dicit Gam. l. b. 2. Topi. legal. quia per locum a simili, & per locũ à definitione, omnis ferè illius vtilitas explicata est, sed melius dici posset, hunc locum eundem esse cũ loco à separatis seu diuersis, & propterea Euerard. hunc locum concepit a separatis differentibus seu diuersis, sic etiam differentium rerum differentem esse debere rationem, l. permiscerì, & ibi Io. de Imo. de acquir. possess. l. si maritus 1. C. de donatio. inter vi. & vxor. l. Papinianus ait de mino. cum simil.

46 A defectu formæ, † cùm asserimus, deficiente forma actum corruere, ca. quia propter de electio. ibique Abb. & alij, cap. fine exceptione 12. q. 1. ca. 1. de reb. eccles. non alienan. lib. 6. l. cùm hi §. si prætor de transf. l. 1. §. si quis ita vbi omnes notant de verb. obligatio. l. non dubium. C. de legib. quia forma dat esse rei, l. Iulianus, §. sed & si quis ad exhib. vbi Bal. not. l. mulieri & Titio, §. 1. ibique Dom. Alciat. ac alij de verb. signi. Vel cum dicimus, non esse formę fines transgrediendos, ca. cùm dilecta de rescr. vbi latissimè omnium Felyn. l. diligenter mandat. vbi Bart. & alij, vel cum adstruimus, nihil esse ex solennibus omittendum, l. nam ita Diuus de in integr. restitutio. l. & si nihil de reg. iur. cætera prosequitur Euerar. in loco a defectu formæ.

47 A diuersis, † quando ab uno ad alterum illationem ob diuersitatem, quæ sit in eo de quo agitur, fieri posse negamus, l. Papinianus libro sexto resp. de minor. l. naturaliter, § nihil commune, vbi Bart. & alij communi uoto id excipiunt de acquir. poss. Vel diuersum esse iudicium contendimus, l. inter stipulantem, §. sacram de uerbo. obligatio. Vel diuersam rationem actum reformare dicimus, l. interpositas. C. de transf. Vel diuersitatem iuris inducere, l. fin. de rit. nuptia. Vel cùm in actu iterabili diuersitatem loci, uel temporis diuersitatem actuum inducere inferimus, l. nunquam plura de priuat. delict. l. si communem de seruit. vrba. prædio. vbi Paul. Castr. & in actu non reiterabili contrarietatem, l. 1. C. qui accus. poss. cap. cum tu de testib.

48 A destinatis, † veluti si in vltimis uoluntatibus arguamus destinatum ad tale haberi pro tali, l. seruos de liber. caus. In actibus viuentium dicamus solam destinationem non facere implementum, l. si nondum. C. de furt.

49 A definitione, † cùm destructiuè uel astructiuè arguimus definitionem esse, uel non esse bonam, quia conuertatur, uel non conuertatur cum suo definito; Aut conueniat uel non conueniat definitum, quia definitio adaptari nequeat, l. 2. §. appellata si cert. pet. l. 1. §. 1. de dol. glos. in l. omnis definitio de reg. iur. Bar. & alij in l. 1. de testam.

Ab effectu, vnde causam dicimus ab effectu cognosci, l. non codicillum. C. de testam. Vel cùm asserimus modum non curari, quando idem sequitur effectus, l. 3. C. de instit. & substit. l. 2. C. commu. de leg. l. sancimus l. quoniam indignum. C. de testam.

50 Ab æquipollentibus, † quando circumscripta forma constituimus non referre quid ex æquipollentibus fiat, l. fi. deicommissa, §. si cui de leg. 3. l. Gallus, §. & quid si tantum de lib. & posthu. l. de quibus in fin. de legib. aut in materia formali ad destructionẽ actus inferimus asserendo formam non posse per æquipollens impleri; l. qui per salutem de iureiur. l. iubemus. C. de testam. l. per hanc. C. de numer. & actuar. libr. 12. l. 1. §. si quis ita de uerbo. ob ligatio.

51 Ab euentu, † quando dicimus, statum rei dubiũ à futuro declarari euentu, l. iure nostro, §. fi n. de test. Vel exitum acta probare, l. si mater, vbi Bal. C. nę de stat. defunct. l. rem non nouam in fin. C. de iudi. cap. quod autem 22. q. 2. vel frustrà illud expectari cuius euentus nihil operatur, l. cùm hæres §. 1. de acquir. hæredit. l. aliquando in fin. ad Senat. Velleia. l. si quis ita scripserit de hæred. instit. vel dubium esse litis euentum, l. quod debetur de pecul.

52 Ab extremis, † vbi probatis extremis inferimus media præsumi oportere, l. sicut, §. nõ videtur quib. mod. pig. vel hypoth. solui. Do. Alcia. de præsumpt. reg. 2. præsump. 22. & infra in seq. cap. dicemus. Vel ob extremitatem vitium arguimus, l. solent, §. vlt. de offic. proconsl. Vel cùm dicimus mediano. sapere naturam extremorum, l. arbor quę in confinio, pommu. diuid. l. si uerò, §. quod si ex mediano. de ijs qui dele. uel effud. cum simil. de quibus per Euerar. in hunc locum ab extremis, ubi ad multa infert in praxi, valde digna notatù. Vel cùm asserimus, medium inhabilé impedire extrema coniungi, l. qui sella, §. fin. & ibi Doctor. l. tria prædia. & l. si mihi, §. penult. de ser. rusti. prædio. l. Pomponius, §. quæsitum, & ibi Franc. Areti. qui pulchrè declarat de acquir. possess. & è contra, medium pertinens non impedire extrema coniungi, l. duos reos in fin. de duo. reis, l. cùm antiquitas. C. de testam. l. continuus in princ. de uer. obligatio. Rip. in rubri. solut. matri. sub num. 26. reliqua videri possunt apud Euerar. loco iam relato.

53 Ab experientia; † cùm asserimus, experientiam esse rerum magistram cap. quam sit de electio. li. 6. §. sæpe instit. de satidan. Vel cùm dicimus, experto credendum esse, l. si chorus, §. his verbis de leg. 3. l. semel de re mili. & ibi Alberic. col. 7. quæ iura citat Neuiza. car. 106. ante num. 216. dicto libro primo. Specul. in titu. de teste §. 7. ver. hoc quoq;. Aut cùm experientiam literaturam supplere contendimus, Specul. de iudi. deleg. §. 8. uers. item quòd est illiteratus, aut experientiam ad iuris & iustitiæ administrationem necessariam esse proferimus, Specul. in tit. de libel. concept. circa prin.

54 Ab exemplis, † ut cùm dicimus, exemplis supremi principis iudicandum esse, quia illius sententia facit ius in omnibus causis similibus, l. si. C. de legi. cap. in causis, ubi Felyn. & Doctor. de re iudi. Vel exemplis inferiorum non esse iudicandum, l. nemo. C. de senten. & interlocut. om. iudi. Euerar. in loco ab auctoritate, sub num. 5. Vel exempla regulam non restringere, l. 1. §. quod uulgo, de ui & ui arma. l. 1. cum ibi nota. uti possi. cap. 1. ne cler. uel mona. sed tantum declarare, l. 1. de dol. mal. & met. except. l. 3. §. uideamus de colla. bono.

55 Ab excessu † ueluti cùm dicimus, quędam se ut excedenti a & excessa habere, ut in l. iam dubitari cum ibi nota. in glos. de hęred. instit. glos. 1. in l. naturaliter §. nihil commune ad fin. de acquir. posse.

Vel

Vel cùm dicimus, exceſſum hyperbolicum ad ſuos ordinarios terminos ſubiectæ materiæ eſſe reſtringendum, ut in l.1.§. huius rei fortiſsimum eſt argumentum de offic. eius, l. in tempus, §. 1. de hæred. inſtit. ubi Bal. notat ad hoc illum tex. de hære. inſti. iuncta, l. ſi fuerit in principio de reb. dub. & l. licet Imperator de lega. 1. & pulchrè facit, l. ſi pluribus de lega. 1. vbi Raph. Comen. Bart. & Doctor. communiter in l. ſi conſtante ſolut. matrimo. in prima q. primæ q. princip. Bart. in uer. euidentiſsimè, Vel cùm aſſerimus exceſſum uni ſoli conuenire, l. vbi autem in princ. de verbo. oblig. Vel quod excedit alia, non eſſe de numero eorum quæ excedit, l. ciuibus, & ibi Alber. de leg. 3. Vel quæ ſuperabundant non vitiare ſcripturas, l. non ſolent cum ſimil. ubi à gloſ. & Doctor. annotà. de regul. iur. l. quæ extrinſecus de uer. oblig. Vel abundantem cautelam non nocere, l. teſtamentum non ideo, vbi Iaſ. C. de teſtam.

56 Ab exceptione † ad regulam; dum ſic arguimus, exceptio in caſibus exceptis vitiat regulam in caſibus non exceptis confirmat regulam, ut de primo eſt tex. in l.1. de regul. iur. in l. in his, in l. quod verò, & in l. ius ſingulare, de legi. cum vtrobique not. per gloſ. & Doctor. De ſecundo autem eſt textus notatu digniſsimus in l. nam quod liquidæ, §. final. 1. reſponſ. de pen. legat. l. quæſitum, §. denique ubi notat Bart. de fund. inſtru. cum ſimil. congeſtis ab Euerar. in hoc loco ab exceptione ad regulam, & ab hoc loco in not. caſu arguunt in materia ſtatuti de lucro dotis, Dec. in conſi. 283. col. 2. uerſ. & quòd filij, Pariſ. in conſi. 91. ſub num. 28. & Menoch. conſi. 4. ſub num. 12. Item cùm dicimus exceptionem arctare, declarare, ac reſtringere regulam, & exceptionem eſſe de regula, ut declarat Euer. loco ſupra cita. ſub num 6. & 10. Dec. & Cagnol. in l.1. de reg. iur. dum tractant materiam exceptionis, & Dyn. in præfatione ad regulas ſexti. Cætera copioſè proſequitur Euerar. in dicto loco ab exceptione ad regulam.

57 Ab effectu, † dum dicimus, exitum acta probare, & effectum denotare cauſam, l. rem non nouam circa finem. C. de iudi. & §. quorum vtranque in inſtitutio. procemio. Euerar. in hoc loco ſub num. 2. & dicitur probatio ſenſitiua, & multum efficax quę deducitur ab hoc loco, quia quærere rationem, vbi habemus ſenſum ac effectum rei eſt infirmitas intellectus, Bal. in rubr. de rer. diuiſ. in vlt. col. & in l.1. col. 2. C. qui accuſa. poſſ. cum ſimil. adduc. per Euer. loc. ſupra cita. ſub num. 1. qui ſub num. 7. docet quãdo iſtiusmodi argumentatio procedat, & quando non.

58 Ab effectu † eorum quæ ſimul requiruntur ad eſſe ſic ratiocinamur, quando plura coniunctim requiruntur ad eſſe rei, uel probationis, non ſufficit alterum eſſe uel probari, l. fulcinius, §. cum hoc, & ibi Bart. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eat. l. ſi per alium, & ibi Caſtr & Iaſ. not. nequis eum qui in ius uoca. eſt, l. 2. §. quod diximus, ubi Bartol. & alij ſi quis cautio. cum ſocijs de quibus per Euerar. in hoc loco, ſub num. 1. apud quem videri poterunt, & reliqua quæ ad hunc locum ſpectant, & maxime ſingularem illam limitationem quam affert ad hanc argumentationem quando in diſpoſitione eſſet adiecta clauſula illa, ſuper præmiſsis omnibus & ſingulis &c. quæ ſolet de conſuetudine libellantium apponi in libellis.

59 A fortiore, † veluti cum dicimus ſi vinco vincentem te, a fortiore vinco te, l. de acceſsionibus de diuerſ. & tempor. præſ. quo argumento vtitur Pic. in materia ſtat. de lucr. matrimo. in auth. præterea ſub num. 44. ad fin. C. vnde uir & uxor, & Menoch. conſilio 4. ſub num. 33. in materia eiuſdem, ubi poſt Areti in conſi. 27. ſub num. 3. ait hoc argumentum procedere quando maior militat ratio, & hoc eodem argumento utitur Com. in conſil 54. videtur libro ſecundo, & Neuiz. dicto libro primo car. 107. ſub num. 117. limitat non habere locum in pœnalibus poſt Abb. in cap. atſi clerici in princ. in antepen. col. de iudi. & in materia diſpenſatoria poſt eundem in §. de adulterijs eiuſdem capitul., at ſi clerici columna quarta.

60 A fato; † cum fatale implementum non releuare grauatum a conditione implenda dicimus, l. 2. in fi. de condit. & demonſtr. Vel fati infelicitatem neminem excuſare, l. uerum, §. ſciendum de minor. Vel caſus fortuitos nemini imputari, l. 2. §. eo autem de admi. rer. ad ciuit. pertin. l. quæ fortuitis cum ibi nota. C. de pignor. actio.

61 A fictione autem recipit † interpretatio adiumentum, cùm ideo operari defendimus fictionem quod ueritas, l. 1. de adoptio. inſtit. eod. in princ. l. cùm ex oratione de excuſatio. tuto. Vel fictionem non niſi æquitate ſuadente induci proponitur. l. denique, & l. nec vtilem quib. ex cauſ. maior. aut voluptatis gratia non induci fictionem, l. 2. C. de capti.

62 A fine; † cum intendimus omnem actum a fine iudicari, l. rem non nouam, C. de iudi. uel inducta ad unum finem contrarium effectum non debere operari, l. legata inutiliter de leg. 1. & de reb. dub. l. quod fauore. C. de legib. & cap. quod fauore de reg. iur. in 6. Vel habito fine de medijs non curari, uel origine, l. ſi ſui natura quemad. teſta. aper. l. cùm ſeruus de uerbo. obligatio.

63 A forma; † ſi a forma eſſe rei deducamus, l. Iulianus, §. ſi quis ad exhib. l. mulieri, §. 1. vbi dicemus infra eod. Vel eius omiſsione actum vitiari arguamus, l. cùm hi, §. ſi prætor, de tranſ. l. non dubium. C. de legib. l. nemo poteſt de lega. 1. ubi trad. Doctor. l. 1. §. ſi quis ita de uerbo. obligatio. Vel per æquipollens non admittere implementum, l. qui per ſalatè de iureiuran. dicto §. ſi quis ita cum ſimilibus ſupra cita. in loco ab æquipollentibus; Hinc locus eſt à cauſa formali, vbi agimus de habitudine ipſius cauſæ formalis ad ipſum effectum, à quo affirmatiuè ac negatiuè ducimus argumentum, affirmatiuè cùm dicimus poſita cauſa formali ponitur eius effectus, cap. cum apud, cap. cùm locum de ſponſal. l. nuptias de reg. iur, Negatiuè cum ſic arguimus remota cauſa formali remouetur eius effectus, l. Iulianus §. ſed ſi quis ad exhib. l. Seia de aur. & argen. lega. ſic etiam è contra ab effectu ad ipſam cauſam utroque modo arguimus, ut docet Gammar. lib. primo Topic. lega. l. in hoc loco.

A gene-

64 A generalitate,† veluti cum dicimus ubicunque generalitas per medium habile uerificatur in qualibet ſui ſpecie generalitas indiſtinctē operatur, l. emptor §. Lucius iuncta gloſſ. de pact. quando autem medium non eſt habile non operatur niſi ut poteſt operari, l. ſi de certa, C. de tranſac. quem text. dicit notandum Bald. in l. conuenticula in hoc loco, Neuizan. dicto lib. primo, ante nume. 218. & Euera. in hoc loco ſub numero primo, & cum diximus, uerba generaliter prolata, generaliter quoque debere intelligi, l. prima, §. quod autem de ale. luſ. & aleato. l in fraudem §. ultimo, ubi Bald. de milita. teſtam. l. prima, § & generaliter de legat. præſtan. l. de pretio de publicia. in rē actio. cum ſocijs. cætera uideri poterunt apud Euerar. hoc in loco qui ſub nume. undecimo, proſequitur modos quibus generalitas reſtringitur.

65 A genere interpretamur, † cum innuimus tantum genus in genere quantum ſpeciem in ſua ſpecie operari, l. ſi chorus in princip. de legat. tertio, l. ſi duo in fin. de adminiſtr. tutor. uel poſito genere poni quamlibet eius ſpeciem, l. prima, de aur. & argen. lega. l. item legato § primo, de legat. tertio, uel remoto genere omnem eius ſpeciem remoueri, l. iuriſgentium §. ſed ſi fraudandi ubi Bart. de pact.

66 A geminatione† quando uerba geminata efficatius diſponere teſtamur, l. baliſta ad ſenat. trebellia. uel actus geminatos plus operari contendimus, l. cum ſcimus ubi Bar. C. de agri. & cenſi lib. decimo, l. ſi mulier ſecunda, & in auth. ſiue a me C. ad ſenat. Velleia. & cap. eam te de reſcrip. ubi Bald. dicit, uerba geminata ſignificant præciſam intentionem cū ſimilibus, quæ longè lateque proſequitur Euerard. in loco a ui geminationis per totum, hinc etiam dicimus confeſsionem extraiudicialem geminatam habere uim unicæ confeſsionis iudicialis, Bar. in dicta l. cum ſcimus circa fin. quem ſequitur ac commendat Felyn. in cap. ſi cautio de fid inſtrumen. Caſtren in l. publia depoſi. & Roman. in l. nuda de donatio. Conſenſum geminatum tantum operari, quantum iuramentum, ut per gloſſ. Abb. & doctor. in cap. cum contingat de iureiu. uerba geminata impedire reſtrictionem de habilitate, l. promittendo in princip. iuncta ibi gloſſ. de iur. dot. qua de re amplè tradit Iaſ. in præludijs, de feud. colum. 19. uerſic. tertio limita geminationem reſcripti habere uim clauſulæ non obſtante & clauſulæ ex certa ſcientia, Bald. in l. nec damnoſa, C. de precibus impera. ubi dicit, quòd tantum operatur geminatio literarum principis, quantum motus proprius Butri. in capit. quæ in eccleſiarum de conſtitu. Iaſ. in dicta l. nec damnoſa, geminatam obligationem naturalem parere actionem, Cyn. Bald. Alberic. Angel. & Salyc. in l. fin. C. ad leg. Falcid. de prob. in l. prima, §. debitum iuncta l. qui autem §. fin. de conſtitut. pecun. in §. de conſtituta inſtitutio. de actio. & ibi plenè per Fabr. Angel. Iaſ. & Gomeſ. Geminatam moram non purgari, l. traiectitiæ §. de illo de actio. & obligatio. doctor. in l. ſi inſulam de uerborum obligationibus, cum ſimilibus, in reliquis adeundus erit Euerar. loco iam citato.

67 Ab his q̄ nouiter † orta ſunt, uel nouiter ad notitiā p̄uenerūt, ueluti cū dicimus, ea q̄ de nouo emergūt, noua indigere ꝓuiſione, l. oratione de fer. l. de ætate §. ex cauſa de interrogatio. actio. l. prima, in principio, de uentr. inſpicien. uel cum dicimus exceptiones quæ poſt litem conteſtatam nobis ortæ ſunt, uel ad notitiam noſtram peruenerunt a nobis quoque poſt litem conteſtatam opponi poſſe, Deci. in capitul. paſtoralis ſub numero decimo ſeptimo, per text. in capitul. inſinuante de offic. delegat. & in capit. ut circa de electio. lib. 6. & dicto cap. paſtoralis quem ſequitur Neuizan. dicto libr. primo, ſub nume. 222.

68 Ab habilitate, † ubi cum de uno diſputatur cætera habilia ſupponi proponimus l. ſciendum, ibi, ſi non modo in fraudem de manu. teſtamen. l. ſi quæramus, l. qui teſtamento de teſtamen. capit non debet de affini. & conſangui. uel cum generalem diſpoſitionem ad terminos habiles reſtringendam eſſe probamus, l. prima, C. de ſacroſanct. eccleſi. ubi gloſſ. & doctores gloſſ. in l. de precio de pub. in rem act. l. in prouinciali, §. ult. iuncta l. de pupillo in prin. de oper. nou. nuntia.

69 Ab habitu † & priuatione quando priuationem habitum ſupponere tuemur, l. decem de uerborum obligatio. l. manumiſsiones de iuſti. & iur. aut a priuatione ad habitum non dari regreſſum, l. qui res §. aream de ſolutio. l. poſt diem de lege commiſſo. Bald. in l. ſecunda, C. de poſth. hær. inſtit.

70 Ab identitate rationis, † ueluti cum dicitur, ubi eadem eſt ratio, ibi idem ius conſtituendum eſt, l. illud ubi gloſſ. in uerſicul. æſtimari ad leg. Aquil. in tit. de legit. patro. tut. inſtitu. Iaſ. in l. prima, §. item acquirimus in 8. notab. de acquiren. poſſeſ. in l. a Titio de uerborum obligation. & in l. final. colum. penult. de in ius uocan. Cland. in l. non poſſunt de legi. in l. ſecunda, §. ſecundo, colum. prima, de uerborum obligatio. Neuizan. dicto lib. primo, ſub nume. 22. ubi ſatis amplè agit ac declarat hunc locum. Item cum dicimus, ubi eadem eſt ratio, legem nō extendi ſed enucleari, l. ſi poſtulauerit §. ſed ſi negauit de adult. Oldra. in conſilio 185. thema tale eſt, Titius Canonicus in fin. Calde. in conſil. primo, ut lit. penden. uel cum aſſerimus eandem rationem pluribus caſibus conuenientem omnes decidere, Bald. in l. de quibus colum. 11. ſub numero 34. Caſtr. in conſilio 441. ad fin. libr. primo, & conſilio 83. colum. ſecunda, lib. ſecundo, ubi copioſius agit Deci. in conſil. 372. ſub numero ſexto, & alibi ſæpe, vel cum defendimus caſum omiſſum non dici, qui ſub rationis identitate comprehenditur, Bald. in l. per diuerſas columna tertia, C. de mandat. Abb. in conſil. 75. colum. tertia, lib. primo, q ui hoc admittit etiam in pœnali ac correctoria materia, qua de re plenius agemus infra libr. ſexto; & ſeptimo. Item cum affirmamus, ubi eadem eſt ratio, quod omiſſum eſt, omitti non debere a religione iudicantis, l. quæſitum §. ſcio de teſtibus, Oldra. conſilio 268. colum. ſecunda, cum ſimilibus, de quibus per Cravet. in conſil. 183. colum. ſecunda, numero tertio, 186. ſub numero undecimo, & alibi ſæpe, Tiraquel. in l. ſi

unquam in uerſic.libertis ſub numero 45.& 46. C. de reuocan.donat. Menoc.de arbitr.iudi.caſ.63.ſub nume.9.& 84.ſub nume 8 & ſequent. Cranet.de antiqui.tempo.part.quarta,ſect.prima,ſub nume.39. cum duobus ſequen.faciunt quæ ſupra diximus lib. primo, de propria ſignificatione collecta ex ratione,& ſupra hoc libro de inſtrumento rationis, & infra dicemus d.li.6.& 7. vbi declarabimus copioſius hanc materiam.

71 Ab incidenti,† vel emergenti,cum multa incidẽter permitti credimus quæ principaliter denegantur,l.quoties quæſtio.C.de iudi.l.j. de aucto.tuto.l. actus legitimi de regulis iuris,& in 6.cap.actus,vel emergens ante principale diſcuti debere inferimus, l.quoniam Alexandrum C.ad leg.Iul de adulter.aut de nouo emergentia, nouo quoque indigere auxilio.l.de ætate §. quod autem de interrogat. actio. l. oratione de fer.

72 Ab incertis, † ubi proponitur ratione incertitudinis aliquid permitti, quod aliàs non permetteretur,l.j.C.de pact.l.ſi ea lege C. de vſur.cap.nauiganti eo.tit.aut certa pro incertis relinqui non oportere,l.cum Titio ad leg. Falcid.l.cogi §. ſi pater & ibi gloſ.ad ſenat.trebellia.

73 Ab incluſione vnius, † quoties uno incluſo ad alterius excluſionem fit illatio, l.cum prætor de iudi. l.ait prætor, §. ſed quod Papinianus de minor. vel per incluſionem unius negatur ea includi, quæ ſpeciali iure includuntur,glo.in l.de crimine,& ibi not. Saly.C.qui accuſ.non poſſ.

74 Ab indiuiduis† quando dicimus qui partem indiuidui facit,nihil agere l.furioſum C.qui teſtam.fac. poſſ. l. ſi quis ubi Bald.de teſtam.l.2. §.j. de verbor. obligatio.l.continuus in princip.eod.tit.l.duos reos §. j. de duob. reb. uel in indiuiduis uno ex pluribus promiſſorum committente omnes teneri,l.4.§.Cato de verborum obligatio.ubi trad.doctor. Dyn.in cap.vtile de regulis iuris,lib.6.l.pro parte de ſeruitu ti.dicta l.ſi quis de teſtam.l.j.C.de teſtam licet aliud ſit indiuiduis,ut tradunt doctor.in d.§.ſi ſtipulanti, probatur in l.j.§.item quæritur de aqui.quoti. & eſt. & l.Ped.de arbitr.

75 Ab indifferentibus,† quando ob indifferentiam contendimus actum in meliorem partem accipiendum eſſe,l.cum creditor de furt.l.meritò pro ſocio, vel cum ſublata voluntate omnem actum pronuntiamus indifferentem l.fœdiſſimam,ubi Bald. C.de adult.

76 Ab impoſsibili, † vbi impoſsibilium nullam eſſe obligationem affirmamus,l.ſi quis in graui,in princip.ad ſena.conſ.Sylla.l.impoſsibilium de regulis iuris, vel cum impoſsibilia difficilibus comparamus, l.apud Iulianum §.conſtat de leg.j.l.4.in prin.de fideicom.liberta.

77 Ab indefinitis † quando indefinitam orationem æquipollere uniuerſali oſtendimus,l.ſi ita relictum, & l.ſi pluribus de legat.ſecundo, vel infinitatem uitandam eſſe proponimus,l.ul . C.de ſacrroſanc.eccleſ.l.properandum, C. de iudi. & cap.finem litibus de dol.& contum.vel finiti ad infinitum nullam eſſe proportionem promouemus,l.filiusfamil. §.ſecundum de legat.primo.

78 A limitatis, † ſi limitatam cauſam, limitatum producere effectum promouemus, l.in agris de acquir.rer.domi.l cancellauerat de ijs quæ inteſt.delent.uel cum in limitatorijs ex identitate rationis extenſionem licitam eſſe firmamus,capit.cum dilecta §.nos igitur ubi Abb.de confir.uti.uel inutil.capit.ad audientiam ubi Abb. in prim. not. de cler. non reſiden.qua de re infra latius ſuo loco dicemus.

79 A loco† & locato,ubi locatũ ſuo loco proportionatum eſſe debere prætendimus,l.Titia §.ſi. de aur. & argen. legat.l.frumentum,C.de ſuſcepto.libr.10. vel actum in eo loco eſſe factum in quem eius effectus confertur,l.contraxiſſe de actio.& oblig.

80 A maioritate rationis † veluti cum dicimus ,cui quod plus eſt licet, debet utiq; quod maius eſt licere,cap.cui quod plus eſt de regulis iuris,libr.6.l.qui poteſt,de reg.iur.auth.multo magis.C.de ſacroſan. eccleſ.Nig.in l.fin.de offi. eius quem citat Neuiza. dicto lib.primo,car.113. qui dicit iſtud argumentationis genus non procedere in correctorijs poſt Corn.in conſil.188. in præſenti & Iaſ.in auth. quas actiones , ſed nos infra controuerſiam hanc plenè tractabimus ac decidemus lib.6.ubi de materia correctoria agemus.

81 A materia, † cũ materiã ut & materia tã diuerſa interpretamur,ab unoq; ad alterũ inferri negamus, l'ſi conuenerit § pen. de pig.actio materiamq; formam,ut matrem appetit fœmina,appetere tenemus ex Ariſto primo.phyſico.

82 A maiori ad minus, † quoties ei cui quod maius eſt conceditur, id quoque quod minus eſt concedi uideri proponimus.l. filiusfam.§.fin.de donatio.capit.cui licet quod eſt plus, de regulis iuris, libr.6. auth.multo magis C.de ſacroſan eccleſ.uel cum deducitur,ſi uinco vincentẽ te,debere me quoque uincere te,l.de acceſsionibus de diuer.& temp.præſcri. vbi gloſ.plenè notat.

83 A minori ad maius † cum ſic infertur, ſi de quo minus uidetur ineſſe ineſt,& de quo magis l.qui teſtamento in principio; ibi & frater de teſtament. dicta auctẽ. multo magis & l. prima,§. quòd ait de ſuperficie. uel cui denegatur quod eſt minus, denegatur quoque quod eſt maius, l. qui indignus de ſenato.

84 A minimis , † cum de minimis curandum non eſſe promouemus , l.ſcio de in integrum reſtitutione,l. quarta , in fin. de ædil. edict.tradit plenè Deci.in cap.de appellationibus,de appellatio.

85 A medijs, † quoties dicimus mediam eligendam eſſe uiam. l. antiqui ſi pars hæredita.peta.§.fina.inſtitu.quibus aliena. non licet,§.cum ex aliena inſtit.de rer.diuiſ.l.adeo § cum quis de acquiren.rer. domi.l.cum filio,quando dies leg.ced. vel medium inhabile impedire extrema coniungi, l. qui ſella §. vltimo ,de ſer. ruſticor. prædio. l. ultim. de flumi. uel medium in dubio applicari extremis,l.quæritur de ſtatu.homi.l.repetũdarum § ultimo,de teſti.uel medium inter potentiam & actum eſſe de genere actus,comment.quinto phyſic.uel medium uni extremorum comparatum habere rationem alterius

Ari-

Aristot. 5. phys.& 2. de anima. Vel cum dimidio plus toto dicimus,ex Hesiodo. vel iuxta illud inferi mus,dimi dium facti qui benè cæpit habet.

86 A mixtis,† cum proponimus casum mixtum sub simplicibus contineri,l.si ita scriptum de lib.& posthu.Bar.& alij in l.2.in princ.de verb.oblig.l.adeo §.voluntas de acquir.rer.domi.

87 A modo,† si firmemus, vbi modus consideratur æquipollens non admitti,l.qui hæredi de condit.& demonstr.l.qui per salutem de iureiur.vel in dubio potius præsumi modum quàm conditionem,l.quæro §.inter locatorem locat.Barto.in l.cum mota.C. de transac.

88 A natura†ab arte,& accidentibus,sic deducimus naturalia iure ciuili non mutantur, §. sed naturalia instit. de iur.nat.gent. & ciuil. §.vlt.institu. de legit. agnato.successio.vel ars naturam imitatur,§.minonem insti.de adoptio. vel ars et natura nihil frustra operantur, l.qui bis idem de verbor.obligatio. vel causa naturalis præfertur accidentali, l.qui habent in fine, de tute.aut accidens non mutat naturã subiecti, l.naturalem §. apum de rer.domi.vel diuersitatem accidentium non inducere specificam differentiam, vel accidentia concreta secundum naturam subiecti regulari,Port.in §.quædam institu. de rer.diuis.l.4.de fid.instrumen.l.2.de pecul.lega. vel accidentia plurimum conferre ad rerum cognitionem,l.iubemus,C.de testam.l.j.& l.quòd si nolit §. mancipia de ędil.edic. vel accidens sine subiecto esse non posse,l.4.de actio.empt.sed non migrare de subiecto in subiectum, l. quis ergo & ibi gloss. de pecul.

89 A necessitate,† veluti cum necessitatem legi nõ subijci obijcimus,l.vt gradatim,§.j.de muner.& honor.cap.quanto in fin.de consuet.l.j de off.cons.uel necessaria omissa actum vitiare, l.testamentum.C. de testam.

90 A nomine,† cum nomen debere consequens esse rei proferimus, §.est & aliud institu. de donatio. vel nominis diuersitatem arguere diuersitatem rei, l.si idem,C.de codicil. vel quod caret nomine carere quoque illius effectu,§ si aduersus instit.de nupt. auth.ex complexu,C.de incest.nupt. l.non dubium C.de legi. vel a nominis proprij ethimologia non posse argui,glos.in l.penul. ad fin. ad municipal. & de incol.l.si quis in fundi vocabulo de leg.j.ubi glo. & doctor.Bart.& alij in rubr.solut.matrimo.vel rerum nomina esse immutabilia,dict.l.si quis in fundi vocabulo,l.2. de vsufruct.ear.rer.quæ usu consum.

91 A numero†quando pluralitatem duorum numero contentam esse conuincimus, l. ubi numerus de testib.cap.pluralis locutio de regulis iuris,lib.6.vel in numeris non dari rationem,l.j.§.peritiam de postulan.vel numerum singularem accipi pro plurali, l.in usu infrà hoc tit.vbi dicemus, vel pluralitatem in singularitates resolui, l.qui concubinam §. si stichus de legat.3.vel omnem numerum vni subrogatum pro vno haberi,l.cui fundus in fin de conditio. & demonstr.vel numerum singularem etiam in pluribus verificari,l.qui filiabus,§.j. de leg. j.l.si plures ubi Bar.de legat. tertio, uel ubi duo propter unum ibi unum tantum,l.quominus de flumi.vel in maiore numero minorem contineri, l. diem §. si plures de arbitr.l.j.§.si stipulanti de verbor.obliga.uel numerum supplere defectum qualitatis,l.3.§.eiusdem ubi glos. in uers. numerus de testibus, uel maiorem partem intelligi non numero sed quantitate,l.maiorem de pact.inde inferunt doctor. in cap. j. de constit.communem opinionem non doctorum numero,sed auctoritate constitui, non etiam numerum sed difficultatem debere inspici.l.si is qui tres.§.ult. de excusat. tutor. uel unum non esse numerum sed principium numeri, glos. in l. si quis antè de acquiren.possess.

92 A natura actus, † cum asserimus uerba secũdum naturam actus accipienda esse l.si uno locat.in princip.Ias.in l.si tibi pecuniam in primo notab. si cert. petat.Signo.Homo.consil.10.num. 4.& 113.Calcan.consil.24 uidetur colum.16 & consil.16. colu. 4.& consil.18.ad primum.colum.3. ut refert ac sequitur Neuiz.dicto lib.primo,sub nume.224. item cum dicimus, natura impossibile est,ergo impossibile omni ex parte,l.Arethusa de stat.ho. & ibi Bal. ad hoc not.illum tex. quo argum.genere refert Oldra. Laud. aduocatum consistorialem conuicisse quosdam testes de falso qui deposuerant se uidisse de nocte quoddam maleficium patrari,quod refert & Bald.in cap.j. §. porrò quæ fuit prima caus. benefi.amitt.& plenius refert Euer.in loco a natura sub num.j.unde cætera petenda erunt.

93 A nomine, ut† cum dicimus,nomen conuenire, uel non conuenire,& ideo non cõuenire dispositionem,l.si idem C.de codicil.Raph.Com.in consi.75. Titius colum.prima, post princ.ubi arguit.commissarius est, ergo non est tutor, & consil.169.uiso testamento in principio, Ang.in consil.51. uiget colum.3. Calcan. in consil.55.in causa colum.6. quibus accedit Neuizan. dicto lib.primo, sub numero 225.qui addit cap.Michael,cum glo de fil.presbyt. Sed hoc est uerum in nominib. appelatiuis iuxta tradita per glos.& doctor.in l.si quis in fundi uocabulo de leg.j.quibus adstipulatur tex.in l.annua,§.j.de annu.leg.& l. Lucius, §.j.de fideic.liber. secus est in nominibus proprijs, a quibus non deducitur argumentum,quia ad placitum imposita sunt, & ad recongoscendas tantum res,l.ad recognoscẽdas,C.de ingen.manu.ut per Bar. & alios communiter in rubri.de oper.noui nunciatio. & ideo uult glos.ibi cõmuniter approbata, quòd eorum disputatio sit relinquenda pertinacibus,ut & glos.ait in l.2.in uersi. pecunię,C.de const.pecu.non negant tamen Bar.& cæteri quin nomina propria faciant aliqualem præsumptionem,ut per Io.And.in cap.grauis de depos. & per glos.in l.penul.ad municip.& de incol.& plenius diximus in prædicta rubrica solu.matrim.post cæteros,& ideo Rip.in dicta rubr.nume.7.& 8. docet post alios a se citatos honesta nomina imponenda esse filijs,arg.l.facta §.si in danda iuncta gloss.ibi ad senat.trebellia.

94 A nomine appellatiuo, † uel dignitatis,aut officij,cum sic arguimus,unum quodque est tale, quale denominat ab appellatiuis,l.annua §. j. de annu.

legat.l.Lucius.prim.de fideicom. liber.& l.1.in fi.de offi.præfec.vrb.quos tex.ad hoc citat Bald. in l.conuentiuncula. C.de epiſc.& cler.& plures alios textus addit Euerar.in hoc loco ſub nu.1. infertque ad plures caſus inter quos habetur ille caſus,cap.quoniam Abbas cum ibi not.a glo.& a Doctor.de offi. deleg. vbi refert, an conceſsio ſit facta ſub nomine appellatiuo dignitatis,an verò ſub nomine proprio, quia priore caſu commiſsio tranſit in ſucceſſorem,poſteriore non item,& ſub num.ſecundo, uer.alium effectum ponit,quod ſcilicet priore caſu is, cui ſub nomine dignitatis facta eſt commiſsio depoſita dignitate, non poteſt amplius ſe de negocio commiſſo impedire, poſteriore caſu poteſt, quod ante illum tradiderunt Alberi.& Benedic.de Plumbino in d.l. Lucius, quorum auctoritatum alias confirmationes addit idem Euerar. loco prædicto.

Item cùm ſic ratiocinamur, talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, l.tertia, in princ. de fund.inſtr.l.ſi defenſor. §.qui interrogatus de inter. actio.§.præterea,inſtit.de inutil.ſtipul.Craue.in conſil.9 ſub num. 3. quia a quocunque remouetur prædicatum,remouetur & ipſum ſubiectum,quia prædicatum qualificat ſubiectum, ut ſubiectum intelligatur ſecundum naturam prædicati, Anch.in conſil 67. & ideo ſi teſtis productus ſuper capitulo de ueritate,& ſuper capitulo de fama,interrogatus ſuper capitulo de ueritate dicit ſe nihil ſcire,non propterea intelligitur depoſuiſſe ſuper fama, quia reſponſio refertur ad interrogationem d. §. præterea inſtit.de inutil.ſtipul.& ideo ſpecialiter debet ſuper fama interrogari,Bald poſt Mart.Syllima. in d.l.de ætatè,§.qui interrogatus de interrog. actio. Cætera videnda ſunt apud eundem Euerar. loco iam cita.

95 Ab obliquis† & directis;quotieſcũque multa per obliquum cõcedi aſſerimus quæ directo non concedũtur,l.1.de aſſto tuto. l.Ariſto quæ res pig.oblig. poſſ.l.actus,de reg iu.vel directum facilius obliquari,quàm e contra, l.ſcæuola ad ſenat. conſ. Trebell: l.uerbis ubi glo.l.cohæredi §.cum filiæ,de uulg.uel fauorabilius eſſe directum quàm obliquum,l.fi.ubi Bald. C: qui manu.non poſſunt, uel non debere per obliquum induci, quòd per directum commodius fieri poteſt, l.quia ratio,de cond.inſtit.

95 Ab oppoſitis† interpretamur cùm oppoſitorum eandem eſſe diſpoſitionem proponimus, per contrarium, id eſt ſecundùm unicuique contrario ſuis extremis.l.& ſi contrà de uulg.l.pen. C.de ſolutio.uel idem operari propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito,l.ult.§.fi. de legat. tertio, uel oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescere, l.unica. §. & cùm triplici.C de cad.toll.

97 Ab ordine,† cum proteſtamur ordinis præpoſterationem actum uitiare; l.prolatam. C.de ſenten. l.1.in princ. ubi Doctor. de uerbo.obligation. uel dubiam diſpoſitionem ab ordine literæ declarari, l. quoties de uſufru. uel ubi non eſt ordo ibi confuſionem eſſe,§. inordinatum cũ gl.in auth de hær.& fal.

Ab ordine quoque rubricarum ſeu titulorum frequens & probabile ducitur argu. Bald.in l.ſecunda de ſtat. homi. Doct.in l prima. ſi cer.petat. Euerar. pulchrè in hoc loco,qui exiſti uſmodi argumentatione infert ad deciſionem ualde utilem qui omnino uidendus erit.

98 Ab oppoſito conſequentis cum ſuc† antecedente, dum dicimus tunc nunquam tenere conſequentiam,l.non hoc C. unde legit. Lancelo. Dec. in l.fi. lius a patre,col tertia,de lib. & poſthu.quem refert, ac ſequitur Neuiza dicto lib.primo.car.115.in hoc loco & huic loco poteſt deſeruire regu. neque natales; C de probationib. & quæ ſupra diximus in loco ab oppoſitis,& quæ trad. Doctor. in rubr.de acquir.poſſeſ cum ſodalibus.

99 Ab ordinatione, quando dicimus, ordinata ad unum finem contrarium effectum non debere operari, l.ex facto de hær.inſt. & ibi Bal. col. tertia qui dicit quòd excipiens non videtur fateri intentionẽ agentis,ad idem eſt l.inutiliter, de lega.1.& l.quod fauore, C.de legi.cum ſimil adduct. per Euerar.in hoc loco ſub nume.1. ubi & in ſequentibus limit. hanc aſſertionem.

100 Ab oppoſitis † relatiuè, cùm dicimus ſi in ſubiecto ex correlatiuis ponatur unum remouetur alterum,cap fin.de inſtit. & cap.per noſtras de iure patrona. Gam.lib.2.topi.lega.in hoc loco, facit.hæc uerba ille de verb.ſig. & l. ſi inter de excep.re.iudi.

101 Ab oppoſitis † priuatiuè, cùm aſſerimus priuationem habitum ſupponere, l.decem de uerbo.obligatio.ubi Iaſ.& alij l.manumiſsiones de iuſti.& iur. Iaſ.in rubr.de oper. no.nunt.ad fin.prin.faciunt quę ſupra diximus in loco ab habitu, & priuatione.

102 A Principio † vel præambulo ſic ducimus argumentum, principium cuiuſque rei potiſsimam eſſe partem,l.1.de orig.iur.unde dixit Auſonius Gallus poeta lepidiſsimus.

Incipe dimidium facti eſt cepiſſe, ſuperſit.
Dimidium, rurſus hoc incipe & efficies.

Vel cùm dicimus,quod iuris eſt de aliquo, idem eſt de illius principio.l.non ideo. C.de hæred.inſtit. uel idem diſponi de præambulo quod de illius conſecutiuo, l.oratio de ſponſal.

103 A parte & † toto ſic ratiocinamur, idem iuris de parte quantum ad partem, quod de toto quantum ad totum,l.quæ de tota de rei uendi. uel utitiato toto,uiciatur & quælibet eius pars, l.ſi nemo de teſtamẽte. vel qui totum dicit, nihil excludit, l.pœnales. §.fi.ad leg.Falcid.

104 A præſuppoſito † eſt locus,unde præſuppoſito deficiente diſpoſitionem deficere oſtendimus,l.generaliter.§.ſi quis tritorem de fideicom. liberta. l.neq; enim. §.1 domili.teſta. uel uerba non diſponere circa illud quod præſupponunt, l.ex facto 1.de hær.inſti.

105 A propoſito, † quo inferimus,uoluntatẽ & propoſitum diſtinguere malificia l. qui iniuriæ, l.uerũ de fur.l 1. ad l.Cor.de ſic ubi gl. & Doc.uel propoſitum in mente reſtitum nihil operari, l.ſi repetendi,de cond.ob tau.

106 A potentia,† cùm actum & potentiam ſimul eſſe non poſſe concludimus,§.ſic itaque diſcretis inſtit. de act.o. Vel defectum potentiæ impedire actum,l. multum intereſt,C.ſi quis alte r. vel ſibi,cap.cùm ſimul

rentiam actui proximam haberi pro actu, l.penult. de milita.testa.

107 A propinquis, † quando dicimus causam propinquam magis attendi quàm remotam, l.si plures §.in arrogato de vulga. & pupil. Vel causatum propinquum fauorabilius esse remoto, l. suus quoque de hær.instit.& l.publius, §.1. de condit. & demon.

108 A prædicatis, quando innuimus, talia esse subiecta qualia prædicata demonstrant, l.3. de fund. instruct. vbi Bar. l.si defensor de interrog. actio. Cranet.in consi 11.sub num.32.

109 A perplexis; † vbi mediam esse uiam eligendam proponimus, §.fin.instit.de vulg. l. & hoc Tiberius eo.tit.in pandectis, Vel regulas iuris in perplexis esse fallaces, l si Titius de uerbo.obligatio. Vel indissolubilem perplexitatem actum uitiare, l.si Titius de condit.& demonstr.

110 A priore † & posteriore, dum intendimus eum qui prior est tempore, potiorem quoque iure esse debere, l.4. C. qui potio. in pignor. habe. l. 1.l.qui balneum eodem titu.ff.& cap.qui prior de reg.iur. in 6. Vel posteriora prioribus derogare, l.pacta nouissima. C. de pact. Vel in ijs quæ simul fluunt non dari prius neque posterius, l.quidam de pecul.

111 A puris † & purificatis; veluti cùm puri, & purificati idem esse iudicium docemus, l.potior, qui potior.in pigno.habe.l.Titius, §.fin vbi latè Ias.in secũdo nota.de vulgar.& pupill. Vel quod purè ualere non potest ad conditionem trahi, l.si hæreditas, §. si furiosus, & §.si unus de testam.tute.

112 A plenitudine potestatis † veluti cùm dicimus, Principem non præsumi vti plenitudine potestatis, nisi quando actus non valet, Castr. in l.ex imperfecto in fin.de testam. Alexan. in l.quamquam.C.de testam.milit.Cranet.in consil.177.sub num.secundo. Vel cùm asserimus Principem posse vti plenitudine potestatis tam per suos uicarios, quàm per se ipsum, Bal.consil.267.lib.1.& alibi sæpè, Cranet.in consil.135.sub num.4.& dicemus infrà cap. seq. in ver.princeps.

113 A præsumptione eiusdem facti † Dum dicimus idem factum præsumi, & non pluralitatem factorum, & ideo qui pluralitatem allegat, debere illam probare, cap. cùm Ioannes de fid. instrum. & ibi per Fely.l.Pomponius scribit si frumentum, §.final. de rei vend.cum simi.locupletiss.citatis per Euer in hoc loco in principio, vbi per totum illud caput perbelle hanc materiã declarat, nos aliqua dicemus altero ab hinc capite in uerbo pluralitas factorũ.

114 A præposteratione, † locus est, cùm dicimus præposterationem uel neglectum ordinis actum vitiare ac nullum reddere, cap. cum dilecta de rescript. cap.venerabili de officio delegat.& cap. pisanis de restit.spolia.l.prolatam cum ibi nota. a glos. Bartol. Bal.& cæter.C.de sent. & interlocut. om.iud. l.hac consultissima in prin.C.qui testam.facer.poss. & l.à Diuo Pio, §. in uenditione de re iudica. cum simil. de quibus per Euerar.in loc.ab ordine, sub num.6. quod procedit in substantialibus, uel in ordine necessitatis, uel in ordine formali, secus in cæteris, l. præposteri, & ibi doctor. trad. C. de testam. Bal. in l.ambiguitates. C.eod. tit. & ideo in præparatorijs iudiciorum præposteratio non uitiat, l.si mancipiũ, in fine.C.de euictio.Bal.in auth. contra rogatus. in fin C.ad Trebellia.& in l.exceptionem col 3.uersic. quædam opponuntur ratione formæ C.de probat. cum simil.Item cum dicimus præposterationẽ uerborum in contractibus ac ultimis uoluntatibus nõ uitiare, d.l.præposteri, & ibi Bal. C.de testam.Bart. in l.quidam de pecul. legato, l. qui duobus, & ibi Doctor.de conditio.& demon

115 A proportionabilibus; † cùm dicimus sicut sehẽt unum proportionabilium ad aliud, ita illud ad reliquum, l.sufficit cum glos.de condic.indeb.l.si filiusfamilias, & ibi glos.ac Bal. si cert.peta l.de quibus, & ibi Ang. notat de legib. cum simil. copiosè adductis per Euerar. in loco a proportio. sub nu.1. ubi sub nume.2. docet in quo differat iste locus à simili, & sub num.4. ostendit procedere hanc argumentationem quando per omnia est proportio, & quãdo proportionabilia sunt eiusdẽ conditionis & rationis, secus si diuersæ post Bal.in l.si emancipati. C.de collatio.quia possunt aliqua conuenire & esse proportionabilia respectu effectus & finalis causæ, & tamen inter ea non erit proportio, & alia respectu initij obligationis uel actionis, ut est tex. in d.l. sufficit, & ibi pulchrè declarant Bart. & Castr.

116 A pluralitate rationum, † cùm dicimus plures rationes unam uincere, §.sed hodie instit. de adoptio. l.cùm in adoptiuis. C.eod tit. auth.itaque. C. com. de succes.cap.1.de treug. & pac. uel cum dicimus in dubio præsumi legem innixam esse pluribus rationibus, & non uni, Saly. in l.2.C.de nox.l.Alex.in l.si constan.in prin.sub nume.5. Gomes. in §.omnium, sub nu.28.qua de re plenius dicemus infrà lib.6.c.9.

399 *Legatum factum rectori eccleſiæ affini, ratione affinitatis factum fuiſſe præſumitur.*
400 *Legitimatus a patre præſumitur filius eſſe naturalis, ſi in teſtamento ſimpliciter filius fuit appellatus.*
401 *Legatum tutori factum præſumitur ſub ea conditione factum, ſi adminiſtret, non autem ſi ſe excuſet.*
402 *Liberatio in teſtamento debitori relicta, potius ex cauſa fideicommiſſi, quàm alia relicta eſſe creditur.*
403 *Liber rationum quando pro parte inuenitur verus, in totum præſumitur verus.*
404 *Libera præſumitur eſſe res, niſi in ea probetur ſeruitus.*
405 *Libertas præſumitur vel probatur ex inſpectione regiſtri.*

406 Legatum præsumitur ademptum, si inter testatorem ac legatarium graues inimicitiæ ortæ fuerint.
407 Legatum relictum ciuibus, non præsumitur esse relictum administratoribus.
408 Laborans terras presumitur habere notitiam communis earum æstimationis.
409 Lex presumit super ijs quæ sunt facti.
410 Libelli & petitiones tot esse præsumuntur, quot sunt articuli.
411 Literæ presumuntur esse concessæ ad petitionem partis.
412 Matricula habet præsumptionem pro se.
413 Magnus aliquis aut potens non presumitur esse compulsus.
414 Mulier quæ dotem sibi reddi stipulata non est, presumitur stipulata esse.
415 Mulier presumitur quæcunque quæsiuit constante matrimonio, acquisiuisse de bonis mariti.
416 Mandatum procuratorium interuenisse presumitur, si cui instrumenta ad causam pertinentia consignata sunt.
417 Matrimonium præsumitur, vbi quis filios naturales susceptos simpliciter filios appellat.
418 Maior quis esse presumitur, nisi probetur minor.
419 Minor facilè præsumitur circumscribi.
420 Mulier presumitur facilè decipi.
421 Minor presumitur læsus mutuum contrahens cum fœneratore.
422 Mulier presumitur nupta, quę annulum fert digito.
423 Multos per dies quod publicè propositum fuit, presumitur plenè cognitum.
424 Monialis præsumitur, quę reperitur inter alias Moniales.
425 Mater dans dotem pro filia, presumitur uelle donare.
426 Mulier coniugata presumitur esse dotata.
427 Mulier presumitur non posse nubere sine dote.
428 Mulier præsumitur ignorare legem.
429 Mulier quę non patitur filium, de quo est controuersia, vulnerari, presumitur mater.
430 Militare quis præsumitur ex pecunijs patris.
431 Mater redimens filium ab hostibus, presumitur proximitatis gratia donare.
Maritus stipulans sibi alimenta presumitur uxorem quoque sui stipulari, ibid.
432 Maritus cui uxor tradidit instrumenta, presumitur esse procurator uxoris.
433 Maritus presumitur sic cum uxore sua habitare, vt sic vicus in ecclesia sua residere.
434 Mulier presumitur esse stipulata sibi dotem reddi, quando extraneus dotat.
435 Mulier presumitur ex alio post mortem uiri concepisse, si post undecim menses peperit.
436 Masculus presumitur primo natus, cum mulier masculum & fœminam peperit.
437 Mater præsumitur primò mortua, si vnà cum filio decessit.
438 Mortuus quis esse presumitur in pupillari ętate.
439 Masculus in dubio presumitur primùm nasci quàm fœmina.
440 Masculorum uno partu editorum formosior, & robustior prior natus esse presumitur.
441 Mortua prior præsumitur esse uxor quàm maritus, si eodem infortunio decesserint.
442 Mala fides potius in dubio plerunque presumitur quàm ignorantia.
443 Magis dilectus in institutione, magis presumitur fuisse in substitutione.
444 Magis presumitur pro uniuersitate, quàm pro particularibus.
445 Mala fides presumitur contra eum, qui contra iuris dispositionem contendit.
446 Mala fides generaliter presumitur contra eum qui aliquid facit contra iuris dispositionem.
447 Mercator presumitur habere pecuniam paratam.
448 Metus quibus ex causis præsumatur.
449 Mandatum durare presumitur durante præsumptione voluntatis.
450 Mandatum tacitum presumitur in excessu a procuratore facto, me sciente ac patiente.
451 Metus presumitur non intercessisse, amicis atque affinibus interuenientibus.
452 Nimis tepidus in petendo sententiam de iure suo diffisus esse presumitur.
453 Numeratio informis presumitur esse facta in causam mutui.
454 Nolle uendere præsumitur, qui immensum pretium petit.
455 Non esse baptizatus quis presumitur, nisi probetur.
456 Nemo presumitur se ipsum incontinenti velle corrigere.
457 Nunquam in dubio capitur præsumptio delicti.
458 Nemo presumitur immemor salutis eternę.
459 Notarius habet presumptionem pro se.
460 Non cõmittere dolum presumitur, qui fraudẽ excludit.
461 Notando ac disputando, bene ac optima ratione, quod agendum est, fieri præsumitur.
462 Nemo presumitur eligere viam, per quam impugnet iudicium suum.
463 Natus ex uxore presumitur natus de marito, quamuis uxor sit adultera.
464 Natus quis in dubio presumitur esse ex legitimo matrimonio.
465 Notarius presumitur esse rogatus eo ipso, quòd facit instrumentum.
466 Numerus maior eligentium vbi est, ibi presumitur esse maior zelus.
467 Notarius quis esse presumitur ex confectione quatuor solennium instrumentorum.
468 Notarius propter antiquitatem temporis ultra centum annos præsumitur.
469 Notarius si se non subscribat instrumento, nec officij mentionem faciat, si omnia adhibuerit solennia, presumitur tanquam notarius id fecisse.
470 Notarius presumitur esse rogatus, vt concipiat verba testatoris eo modo, qui fieri potest.
471 Nuntius habet presumptionem pro se in ijs, quę concernunt officium suum.
472 Officialis presumitur cauisse fisco de pecunijs fisco inferendis.
473 Omnis retinens rem aliquam presumitur possidere.

Omne

474 Omne prędium pręsumitur liberum, nisi probetur seruum.
475 Omnia præsumuntur de iure licere nisi probentur non licere.
476 Omnis ecclesia sita intra diœcesim præsumitur subiecta esse episcopo.
477 Obligationum diuersitas ex diuersitate personarum præsumitur.
478 Obliuio facile præsumitur ex lapsu temporis decem annorum.
479 Obseruantia prędmitur subsecuta esse ex titulo præambulo.
480 Omni tempore bonus præsumitur, qui semel fuit bonus.
481 Omni tempore præsumi malus qui semper fuit malus.
482 Omnia promissa in instrumento præsumuntur solenniter fuisse acta.
483 Omni tempore periurus præsumitur, qui semel fuit periurus.
484 Olim subditus præsumitur, & hodie fore subditus.
485 Olim furiosus præsumitur hodie quoque esse furiosus.
486 Olim qui aliqua ægritudine laborauit præsumitur hodie quoque laborare.
487 Olim possessor præsumitur hodie quoque fore possessor.
488 Olim Dominus præsumitur hodie quoque fore dominus.
489 Olim dies præsumitur hodie quoque esse dies.
490 Omnia præsumuntur malè perfici quæ non bono sunt inchoata initio.
491 Obliuio prędsumitur in facto proprio post lapsū decēnij.
492 Obliuio præsumitur ob multitudinem negociorum.
493 Odium remitti præsumitur ab eo, qui sacerdoti confitetur peccata sua.
494 Officialis ob multitudinem negociorum præsumitur facile obliuisci.
495 Pro processu in dubio præsumitur, ac pro sententia vbi de ijs constat per legitima documenta.
496 Periculo se subijciens vitæ suæ renunciare præsumitur.
197 Periculum instare præsumitur, cum quis in manu hostium, vel prædonum est.
Et quibus alijs in casibus periculum instare præsumatur. ibidem.
498 Pater prędsumitur donasse filio, quod ei degenti in studio ministrauit.
499 Potior præsumitur qui potiore loco positus est.
500 Patronus libertæ nuptijs consentiens, operarum ius præsumitur remittere.
501 Posse quis in aliquo negocio præsumitur, quod eius similes potuerunt.
502 Pater præsumitur frequenter filium suum in studijs visitare.
503 Pater præsumitur nolle filium suum mori.
504 Pater præsumitur filium suum retinere sine dolo ob paternam pietatem.
505 Procuratorem simpliciter constituens, & ante vel post litem contestatam in persona sua aliquid agens, præsumitur illum reuocare.
506 Procurator ad specialem causam a domino constitutus, præsumitur esse instructus.
507 Promissa merces esse præsumitur, eo ipso quòd mancipium naui impositum est.
508 Pecunia mutuo data in refectionem nauis, in talem refectionem conuersa fore præsumitur.
509 Præsentatio & eius procuratoris constitutio facta per Abbatem præsumitur esse facta de consensu conuentus.
510 Proxeneta præsumitur affectare complementum eius quod tractauit.
511 Priuilegium clerico concessum præsumi concessum causa ecclesiæ.
512 Pater vel mater præsumitur lucra quæsita ex primo matrimonio, velle seruare filijs primi matrimonij.
513 Possidere is præsumitur, qui sub imagine alterius personæ possidet.
514 Posteriore ex actu contra aliquem prędsumitur.
515 Potenti non præsumitur esse facta iniuria.
516 Patris iudicium agnoscere præsumitur, qui legatū petit.
517 Prospicere sibi voluisse præsumitur, qui dotem dedit, etiamsi nullum casum expressit.
518 Præsens tempus cum à præterito colligitur, ab vno ad alterum rectè infertur.
519 Perpetuo quis præsumitur esse furiosus, qui de præsenti reperitur esse furiosus.
520 Promissio in dubio præsumitur esse facta inter præsentes, non etiam inter absentes.
521 Perseuerantia voluntatis præsumitur, nisi mutatio probetur.
522 Præsenti a statu in præteritum præsumitur, quando præsens status non habet contra se veritatem status præteriti.
523 Patres præsumuntur amare filios suos.
524 Pater præsumitur capere salubrius consilium pro filio.
525 Pater verberans filium, præsumitur facere gratia correctionis.
526 Pater offerens filium iudici, non prędsumitur ita offerre vt illum vltimo supplicio afficiat.
527 Pater liberatus a filio actione tutelę, præsumitur quoque esse liberatus a redditione reliquorum.
528 Patris res præsumitur esse filij hęredis.
529 Prodigus esse creditur, quem pater sano consilio prodigum in testamento appellauit.
530 Pater prędsumitur iniustè filium exhęredare.
531 Pater stipulando filio, prędsumitur stipulari vt hęredi non etiam vt filio.
532 Possidere quis prędsumitur ex titulo præambulo.
533 Princeps prędsumitur ex iusta causa moueri.
534 Princeps prędsumitur rescribere secundum iustitiam, nec velle auferre ius tertij.
535 Priuilegiarius, in dubio prędsumitur potius vti iure cōmuni, quàm speciali.
536 Possessor præsumitur potius litem esse redempturus, quàm aduersus se in litem iurari passurus.
537 Promittens aliquid prędsumitur de suo id facere.
538 Papa ex quibus prędsumatur habere scientiam defectuum actus.
539 Pater prędsumitur prędecessisse, si cum filio suo eodem infortunio decesserit.
540 Percussus prędsumitur repercutere ad defensionem.
541 Pluralitas personarum prędsumitur ad euitandū falsum.
542 Pluralitas præsumitur in rebus, nisi vnitas probetur.
543 Possessio medij tēporis prędsumitur probatis extremis.
544 Prior in titulo prędsumitur prior in possessione.
545 Possessio prędsumitur bonę fidei, nisi probetur antiquior.
546 Possessor qui semel possedit, prędsumitur perseuerasse in possessione.

poſſeſſione, vſque quo illam allegat.
547 Poſſeſſio recentior præſumitur clandeſtina.
548 Poſſeſſio continuata præſumitur ſi allegetur.
549 Poſſidens ſine titulo præſumitur malæfidei maxime in ſpiritualibus.
550 Præſens & tacens præſumitur conſentire, ſi non agitur de magno eius præiudicio.
551 Promittens aliquid quod menſura continetur, præſumitur promiſiſſe ſecundum communem menſuram.
552 Pecunias deſerens, ex ſola earum delatione præſumitur dominus.
553 Permiſſum præſumitur omne quod prohibitũ non eſt.
554 Pia cauſa ſemper præſumitur in quacunque diſpoſitione excepta.
555 Poſſeſſio in dubio præſumitur iuſta ac legitima.
556 Poſſeſſio præſumitur habita ex titulo præambulo.
557 Princeps præſumitur iuſtitiæ plenus, & cuius auctoritas ablegat omnem fraudis ſuſpicionem ab actu.
558 Princeps præſumitur ſcire ac conſentire, cum ex certa eius ſcientia municipes contra legem faciunt.
559 Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis quando alias actus valiturus non eſſet.
560 Producens teſtes præſumitur eos approbare, etiam ſi de credulitate deponerent.
561 Quilibet præſumitur ſcire vires patrimonij ſui.
562 Quilibet præſumitur innocens a peccato.
563 Quilibet præſumitur innocens a dolo.
564 Quilibet præſumitur eſſe ſine vitio.
565 Qui aliquid agit quod ſuo & alieno nomine agere poteſt, potius ſuo quàm alieno agere præſumitur.
566 Quis præſumitur eſſe eius conditionis, in cuius habitu apparet.
567 Qui aliquid vtendum concedit alicui ſecundum eius cõditionem cui concedit conceſſiſſe intelligitur.
568 Qui ſimul eandem rem duobus obligat, vnicuique inſolidum præſumitur obligare.
569 Qui ſemel deierauit, præſumitur id aliàs feciſſe, & in futurum facturum eſſe.
570 Quilibet præſumitur potens ad coitum, & ad generandum niſi probetur impotens.
571 Quilibet præſumitur pauper niſi probetur diues.
572 Quod agit familia pſumitur de voluntate domini agere.
573 Qui aliquem ad hoſpicium ſuum recipit, præſumitur cuiuslibet gratia facere
574 Qui vtitur re communi, præſumitur potius vti iure proprio, quàm furti conſilium inire.
575 Qui ſpecialiter & generaliter obligata habet bona debitoris, ex ſpecialiter obligatis præſumitur iuſſum poſſe conſequi.
576 Qui ſibi in conceſſione ſibi reſeruauit, omnia præſumitur tranſtuliſſe.
577 Qui aliquid agit in ſuo, præſumitur magis iure ſuo uti, quàm aliquid nocendi animo facere.
578 Qui ducit eam in vxorem quam redemit ab hoſtibus, præſumitur ius pignoris velle remittere.
579 Quis ſcire præſumitur quod omnes ſciunt.
580 Qui legat iter ad fontem, præſumitur legare haustum.
581 Quod a pluribus quæri ur præſumitur facilius inueniri.
582 Qui operas ſuas ingerit in inuitũ, ſuſpectus eẽ pſumitur.
583 Qui ſcienter ædificauit in fundo alieno præſumitur velle donare.
584 Quilibet præſumitur erga Deum eſſe religioſus.
585 Quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos.
586 Qui exhæredatur, præſumitur eſſe filius, quamuis pater eum in teſtamento dixerit non eſſe filium.
587 Qui in aliquo loco ſtat per decem annos, præſumitur ibi habere domicilium.
588 Qui habet aliquod inſtrumentum tempore litis contestatę, præſumitur nunc quoque habere.
589 Quę ex curſu temporis mutantur, præſumuntur in eodẽ ſtatu non durare.
590 Qui conduxit fundum, ſi finito tempore perſeuerat in conductione, præſumitur reconduxiſſe.
591 Quis pſumitur militare ex pecunia patris, vel affinium.
592 Quilibet præſumitur ſcire iura.
593 Quilibet præſumitur accommodare voluntatem ſuam ſecundum leges
594 Quilibet præſumitur animo iniuriandi dixiſſe verba iniurioſa.
595 Quilibet pſumitur bonus qui natus eſt ex bona pgenie.
596 Quilibet præſumitur pactus de pignore non petendo ſi de pecunia non petenda pactus eſt.
597 Quis præſumitur dignus ſi non probetur indignus.
598 Quis in dubio præſumitur eſſe filiusfamilias.
599 Quis in dubio præſumitur habere in ore, quod habet in corde.
600 Res quæ olim fuit patris præſumitur eſſe filij.
601 Res præſumitur eſſe poſſeſſoris.
602 Res præſumitur eſſe de menſa quam epiſcopus poſſidet.
603 Res quæ in domo mea reperitur preſumitur mea fore.
604 Reus preſumitur ob fiduciam defenſionis ingerere queſtionem.
605 Renunciare præſumitur prioribus beneficijs, qui habitum probationis aſſumit.
606 Reſponſio videtur potius facta eſſe ad interrogata, quã ad alia.
607 Res habens in origine certum ſtatum, ſemper præſumitur illum habere.
608 Ratio naturalis ac ſenſus in quolibet eſſe præſumitur.
609 Res quælibet præſumitur eſſe allodialis ac libera.
610 Remittens iniuriam, preſumitur in perpetuum remittere, & non ad tempus.
611 Res præſumitur primum tradita, priorem titulũ habẽti.
612 Ratificatio præſumitur ex præſtatione annua.
613 Requiſita omnia præſumuntur ex decreto iudicis.
614 Res præſumitur eſſe tradita per retentionem vſusfructus.
615 Rixæ præſumitur quis potius adfuiſſe gratia mediandi, quàm aliter.
616 Rei duo debendi præſumuntur ſe inſolidum obligaſſe.
617 Res quæ ſemel fuit apud aliquẽ præſumitur adhuc eſſe.
618 Res præſumitur eſſe acceptata ex cauſa magis vtili.
619 Repetita cenſentur in actu ſequenti, quæ dicta ſunt in præparatorio.
620 Res in dubio præſumitur æſtimari, vt faciat emptionẽ.
621 Remittere quis facilius præſumitur quod ſperat, quàm dare quod poſſidet.
622 Regulariter is prior mori proſumitur, qui prior nãtus eſt.
623 Ruſticus præſumitur innocens & quietus.
624 Renunciare præſumitur conſuetudini ipſo actu, aut facto, qui non vtitur conſuetudine.

625 Resolutioni contractus quando quis presumatur renunciare.
626 Renunciatio presumitur eadem facilitate inducta, qua contractus.
627 Ratificatio transactionis syndici præsumitur esse per vniuersitatem, quæ soluit iuxta formam transactionis.
628 Ratificatio vt præsumatur ex aliquo facto, oportet vt faciens sciat illud de cuius ratificatione agitur.
629 Ratificare præsumitur frater venditionem rei communis factam a fratre, si petat partem precij.
630 Sententia in dubio præsumitur esse cõformis petitioni.
631 Sumi ꝑsumitur contentio ex persona alicuius bona fide.
632 Subditus præsumitur qui paret mandatis, & agit ea quę sunt subditi.
633 Soluta præsumitur pecunia pro re minoris vendita, & minor ex ea locupletior factus, si debitæ solennitates interuenerint.
534 Sẽsus & ratio naturalis præsumitur in quolibet homine.
635 Sententia lata contra absentem, præsumitur lata potius esse ratione contumaciæ quàm defectu iuris.
636 Si quis aliquod opus in suo faciat, præsumitur animo nocendi non facere.
637 Seruum communem verberans, presumitur non iniuriæ causa id facere.
638 Spontanea voluntate quid factum esse præsumitur, nisi aliud probetur.
639 Suspecta scriptura qui vtitur, vt illi in iudicio fidem imponat, falsarius esse præsumitur.
640 Suspectus esse præsumitur, qui pro inuito vult procurationis officio fungi.
641 Sententiæ acquieuisse præsumitur, qui in multis casibus fecit quod in sententia continetur.
642 Sententiam patris approbare præsumitur filius, qui ab hæredibus aliquid emit.
643 Solennitas extrinseca presumitur ob antiquitatem temporis.
644 Scientia præsumitur ob propinquitatem ac vicinitatẽ, concurrente diuturnitate temporis.
645 Sententia presumitur esse lata ex causa, q̃ minus grauat.
646 Sententia præsumitur esse lata ex causis quæ apparent in actis.
647 Sententia iustè lata eße præsumitur.
648 Societas præsumitur inter habitantes viuentesq; vnà ac tractantes omnia communibus expensis.
649 Socius emens cõi nomine, præsumitur de suo soluisse.
650 Socius præsumitur reliquis partibus vti iure familiaritatis.
651 Solennitas præsumitur ratione antiquitatis, quando tanta est, vt eius in præterito probatio fieri nequeat.
652 Solennitas intrinseca non etiam extrinseca præsumitur.
653 Solennitas præsumitur ob diuturnitatem temporis.
654 Soleunitas extrinseca præsumitur ex longo tempore.
657 Solennitas præsumitur ex patientia, & lapsu 30. annorum etiam in preiudicium tertij.
658 Solẽnitas, & licentia presumitur excesßu lõgi tẽporis.
659 Solennitas actorum præsumitur in sententia de antiquo lata.
660 Status presumitur qui fuit perseueratus.
661 Subscribens præsumitur habere notitiam omnium quæ suprascripta sunt.
662 Superioris auctoritas semper censetur excepta.
663 Scire presumitur vxor qualitatem bonorum mariti.
664 Scire quilibet de prouincia præsumitur factum ad totam prouinciam pertinens.
665 Scire quis præsumitur testamentum alterius, ex eo quod possidet bona eius hæreditaria.
666 Scire quilibet de bonis communiter posßesßis præsumitur, quomodo ac qualiter ea obuenerint.
667 Scire quis præsumitur ea quæ fiunt in loco quem solitus est frequentare.
668 Scire quis præsumitur conuersationis ratione.
669 Scire presumitur instrumentum, qui de illo facit mentionem.
670 Scribens aliqua in papyro, vel carta presumitur habere scientiam omnium quę in illa continentur.
671 Scientia præsumitur in ijs, de quibus est fama.
672 Scientia præsumitur quando tale est factum, quod verisimiliter potuit in notitiam deuenire.
673 Scientia præsumitur in hærede de facto defuncti.
674 Sciẽtia præsumitur inter socios ratione conuersationis.
675 Scientia statutorum loci præsumitur in forense habitãte in hoc loco.
676 Scientia præsumitur ex vicinitate.
677 Scientia præsumitur ex ijs quæ communiter fieri solẽt.
678 Scientia contentorum in instrumento præsumitur ex productione instrumenti.
679 Scientia presumitur ex communi habitatione.
680 Sententia in dubio præsumitur lata ex causa ex qua ferri debuit.
681 Sententia approbata esse præsumitur ex eo quòd quis non appellauit.
682 Sententia vel laudum habet præsumptionem pro se.
683 Simulatio presumitur ex eo quòd venditor semper remanet in possessione.
Et quibus alijs ex causis simulatio presumatur ibi.
684 Socius acquirere presumitur de pecunijs proprijs.
685 Solutio presumitur esse facta vigore instrumenti precedentis, quando de alio debito non constat.
686 Solutio presumitur esse facta de pecunijs communibus, quando id facile fieri potuit.
687 Solutio in dubio præsumitur esse facta de pecunijs proprijs soluentis.
688 Subditi habent præsumptionẽ pro ipsis cõtra dominos.
689 Subiecta talia esse præsumuntur, qualia prędicata demonstrant.
690 Suspectus quibus ex causis quis presumatur.
691 Testis præsumitur se gratia vel odio subtraxisse, qui testimonium recusat dicere.
692 Testes præsumuntur subornati, qui per eundem prius dita tumque semonem deponunt.
693 Tubę vox præsumitur ab omnibus audiri.
694 Titulus presumitur seu obligatio præcessisse, vbi longo tempore præstatio habita est.
695 Testator donans rem quam legauerat, presumitur ademisse.
696 Testatoris voluntas in dubio presumitur solennis, & alia pleraque in testatore præsumi.
697 Testator presumitur ius vel portionem quam habet in re legata legare.
698 Testator qui primum legauit centum, & deinde quinquaginta, non centum quinquaginta, sed quinquaginta tantum presumitur legasse.

699 Testator presumitur velle peculium legare seruo, quamuis hoc non dicat.
700 Testator presumitur liberationem reliquisse debitori suo, a quo dicit debitum exigere nequiuisse.
701 Testator quando condens secundum testamentum, presumatur primum velle ratum habere.
702 Testatoris error presumitur in finibus.
703 Testamentum primum per secundum presumitur testator velle reuocare.
704 Testator legans vinum existens in uasis, presumitur vinum velle legare.
705 Testator in dubio presumitur, per verba dubia & ad fideicommissum apta, libertatem seruo velle relinquere.
706 Tacens in iudicio presumitur consentire, ac ius sibi competens remittere.
707 Taciturnitas longa facit præsumi contra ipsum tacētē.
708 Testator presumitur velle, quod ius disponit, & confirmare voluntatem suam cum iure communi.
709 Testator in dubio presumitur velle minus grauare hæredem quàm sit possibile.
710 Testis presumitur esse suspectus, quando dicit se non recordari.
711 Testis dictum præsumitur esse verum sicut in instrumentum.
712 Testis verisimilia non deponens, presumitur esse suspectus de falso.
713 Testis ratione affectionis presumitur suspectus.
714 Testis nimium animosus præsumitur suspectus.
715 Testis in vno falsus, ac periurus præsumitur in omnibus esse falsus ac periurus.
716 Testis ab aliquo se verberatum esse dicens, presumitur esse illius inimicus.
717 Testis presumitur suspectus, dum deponit de ijs quę sunt iuris.
718 Testes in dubio debent præsumi conteſtes, etiamsi in cō testes se non nominent.
719 Testis presumitur suspectus, qui post depositionem dictū suum corrigit, nisi id faciat incontinenti.
720 Testator presumitur legata relicta ab instituto voluisse repetere a substituto.
721 Tabellio quando presumatur rogatus.
722 Testamentum inter liberos presumitur habere clausulam omni meliore modo.
723 Testator presumitur magis diligere neptes, quàm filias.
724 Testator iubens seruum alteri seruire, quàm hęredi, præsumitur legare operam, & non proprietatem.
725 Testator relinquens seruo libertatem sub conditione impossibili, presumitur nolle relinquere.
726 Testator relinquens seruo militiam presumitur non fuisse relicturus si seruum sciuisset.
727 Testator diuidens patrimonium, ac plura conferens filio quàm filię, presumitur quoque collationem dotis voluisse cessare.
728 Testator presumitur successionem suam velle præferre cęteris.
729 Testator presumitur voluisse seruare iura intestatæ successionis, inter sibi succedentes ab intestato.
730 Testator presumitur inter fratres ęqualitatem seruare voluisse.
731 Testator magis presumitur diligere eos qui sunt in rerum natura, & inter illos qui maius habent iudicium, & qui magis illi sunt coniuncti.
732 Testator presumitur conseruare ius legitimarum successionum, ut lex interpretatur.
733 Testator magis præsumitur diligere eos qui sunt de agnatione sua quàm extraneos.
734 Testator magis presumitur diligere animam suam quā alterius vtilitatem.
735 Testator præsumitur memor omnium contentorum in testamento prius a se condito.
736 Testator presumitur scire rem esse alienam, & velle æstimationem dari legatario, quando grauat ipsum.
737 Titulus facit bonam fidem præsumi.
738 Tutor presumitur scire ętatem pupilli.
739 Tutor quicquid agit, presumitur agere vt tutor, non etiam nomine priuato.
740 Vxor præsumitur esse nisi probetur contrarium.
741 Vēditio quę pupillum ledit, præsumitur fictè cōposita.
742 Vir presumitur acceptam vxorem repulsurus, si videt indotatam.
743 Vxor scire presumitur quod scit maritus.
744 Vulneratus qui decessit intra annum, ex vulnere presumitur mortuus.
745 Volens in causa probare, presumitur meliores probationes quas habet inducere.
746 Vendens vinum, præsumitur ea conditione vendere, vt ante vindemias euacuet dolium.
747 Vir nobilis ac diues presumitur donare vxori.
748 Vir concedens aliquid ad luendum ornamentum vxoris, præsumitur ei donare.
749 Vendens rem alienam præsumitur nullo iure munitus id agere.
750 Vir presumitur constantior esse muliere.
751 Viuere quilibet præsumitur vsque ad certum annos.
752 Vidua fornicatrix præsumitur idē feciſſe uiuēte marito
753 Vxor quicquid quęsiuit constante matrimonio, præsumitur quęsiuisse de bonis mariti.
754 Vnionis solennitas quanto tempore præsumatur.
755 Vnitas corporis presumitur nisi pluralitas probetur.
756 Vulnerans insultantem præsumitur feciſſe ad sui defensionem.
757 Vxor præsumitur esse pgnās viro, cū quo cohabitabat.
758 Vxor presumitur bona sua viro dedisse in dotem, quando viri conditio ea promerebatur.
759 Vxor presumitur primo loco mortua, quæ decessit eodē infortunio cum viro.
760 Verba in dubio prę sumūtur prolata esse demōstratiuè.
761 Vsurę presumuntur promissæ, quæ longo tempore fuerūt prestitæ.
762 Virgo presumitur fuisse mulier stuprata, si illa virginitatem contra stupratorem allegat.
763 Vniuersitas maiorem habet presumptionem pro se, quā particulares.
764 Vniuersitas præsumitur scire ea, quę fiunt in iudicio ipsius loci.
765 Voluntas talis preceſisse presumitur, qualis colligitur ex facto quod sequitur.
766 Vsura presumitur ex qualitate debitoris, cui mutuum datur.
767 Volens aliquid, presumitur illud omne velle sine quo id quod vult esse non potest.
768 Vir præsumitur esse constātior muliere in bono ppōsito.

769 *Vsusfructus filio relictus, potius patris quam filij contemplatione relictus esse præsumitur.*

770 *Vir qui intra decennium non opposuit exceptionem non numeratę dotis, præsumitur velle hęredes suos de proprio eam restituere.*

771 *Venditio præsumitur fraudulenta ac usuraria, si emptor promisit retrouendere longe maiore precio, quã emit.*

De præsumptionis instrumento cuius frequens est usus in interpretatione facienda, de multipliciq; illius specie, & quibus in casibus iura aliquid præsumant.

CAP. XVIII.

1 VIgesimumsecundum interpretatiuæ significationis instrumẽtum est præsumptio† cuius medio in re dubia cuiusq; dispositionis verba interpretando magis trahimus in unam significationem, in unumq; sensum, quã in alteram uel alteram, ita ut plerunque præsumptio† capiatur pro ipsa interpretatione, vt scribit Bal. in rub. de præsump. sub num. 4. qui ad hoc citat tex. in l. 2. in l. cum pater in prin. in l. inter socerum, §. uir dotem, & §. cum inter de pact. dotalib. in l. si socius pro filia pro socio, & in l. si cum dotem in prin. §. inter sol. mat. in quibus locis interpretatio q æ fit à lege nihil est aliud quàm præsumptio, & sic uerbũ interpretari, & uerbum interpretatio capitur pro uerbo præsumere, & pro uerbo præsumptio, & quã

3 uis† uerbũ præsumendi ac præsumptionis sit æquiuocum, & ad plura diuersi generis referatur, tam in bonam quàm in malam partem, ac etiam in indifferentem per ea quæ scripsit Fely. in rub. de præs. & in cap. iudæi de testib. D. Alc. de præs. par. 2. uersic. sed in iuribus post prin. ita ut videatur succedere traditio, Abb. in rub. de iudi. cui subscribit Rip. de peste

4 c. pri. sub nu. 1. ut† æquinocum rectè non possit desinitione explicari, nihilominus, quia nos in hoc præsumptionis instrumento non sumus tractaturi de præsumptione, prout ita in equiuoco accipitur, sed

5 prout† lex nel iudex, antequam aliter & absq; alijs probationibus habet aliquid pro uero absolutè ac mutabiliter ex prępositione, præ, & uerba sumere,

6 quę significatio, propria est ac elegans† istius uerbi secundum quam reperirur, & in digestis, & in alijs bonis auctoribus, teste eodem D. Alc. in d. par. 2. de præsump. ideo prout in hac significatione accipitur reperio eam sic diffiniri ab Alberi. in l. siue possidetis. C. de probat. sub nu. 5. ut præsumptio nihil sit aliud, quàm in re dubia unius partis, altera omissa, assumptio & quasi prę alia sumptio.

7 Hancq: postea† partitur Albericus eodem in loco in tres species, temerariã, s. probabilem, ac uiolẽtam, ut temeraria sit, quę ratione caret, ut si quis a crimine de quo accusatur se excusat, ex eo q̃ alius de eodem fuerit accusatus. inde deducens ad sui fauorem præsumptionem, erit enim temeraria talis præsumptio, & potius erit aliqualis suspicio, & de huiusmodi præsumptionibus ait loqui, l. ult. C. de accusa. c. 1. 2. q. 1. ca. oues 6. q. 1. l. absentem de pœn. & l. deniq; §. 1. de mino.

8 Probabilis† autem præsumptio seu rationabilis sit, quæ aliqua ratione concipitur, sed tamen non cauetur, ut per eam iudicetur, quam asserit habere du-

9 plicem effectum† alterum quia aggrauat interdum probationes, alterum quia plerunq; purgationem inducit, ubi aggrauat probationes, tunc necesse est apertius probare, l. non est uerisimile quod met. cau sa cap. quia uerisimile de præsum. Purgationem inducit, ut in l. iustissimos. C. de offic. Rector. prouin. & l. præsenti. §. sic ubi. C. de his qui ad eccles. confugiunt, & extra de purgatio. cano. per totum, ibique

10 per Host. ac Goffre. in eorum summis, & talis† præsumptio adiuuat probationes cum quibus concordat, sicuti de fama dicitur, quę probationes ipsas ad iuuat, l. 3. §. eiusdem de testib.

Violenta verò † præsumptio sit quãdo secundum eius vigorem lex pronũtiari præcipit, & hæc aut est iuris, aut iutis & de iure. Præsumptio iuris sit, quando lex præsumit pro vna parte tantum, & disponit pro illa ferri debere sententiam, non tamen disponit vt contrarium probari nõ possit, & has præsum-

11 ptiones† sumit quandoque ius ex facto præterito ad præsens, ut qui olim fuit bonus, uel malus hodie talis præsumatur, l. si cui, § ijsdem de accusatio. reg. semel malus de reg. iur. libr. 6. ubi per Dyn. & alios.

12 Aliquando† è contra de præsenti in præteritum, l. ex persona. C. eod. ibiq; idem Alber. aliquando ex

13 præsenti† circa præsens, ut si appellans petat dilationem ad soluendum, quia præsumitur, appellationi renunciasse, l. ad solutionem. C. de re iudica. quan-

14 doquè ex præsenti† circa futurum, quãdoq; ex præterito circa præteritum, quandoq; ex præterito circa futurum, ut nõ. gl. in c. scribã de præs. & m c. multis, vbi & Archid. 47. distin. aliquando ius præsumit

15 ex natura† ut natus ex bonis parentibus bonus esse præsumatur, & è contra, l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiesta. l. fi. C. de cohor. li. 11. l. quod si nolit, §. mancipia de ædil. edic. Et filij præsumuntur grati nisi probentur ingrati, l. omnimodo. C. de inoff. test. & à natura p̃sumitur quis cõpos mẽtis, nisi probetur furiosus, l. nec codicillos. C. de codic. & qd̃ mater alat filios ex pietate. l. alimenta. C. de neg. g est. Aliquando ex

16 † hominum opinionibus præsumit ius ueluti cum neminem præsumit soluere indebitum. l. cũ de indebito de probatio. Item si instrumentum reperiatur cancellatum penes debitorem præsumit debitorem soluisse, l fi chyrographũ de proba. Et quod quis non incutiat metum potenti. l. non est verisimile quod met. cau. Interdum præsumit ex ipso solo iure, veluti, quòd qui olim fuit dominus, hodiè præsumitur esse dñs, d. l. siue possidetis. C. de pb. Quod ab vxore quæsita constante matrimonio p̃sumũtur quæsita esse de bonis viri. l. Quintus, & l. etiam de don. inter vir. & ux. Et filium esse qui natus sit in domo vicinis scientibus, l. filium de ijs qui sunt sui vel alien. iur. & idem esse asserit in alijs pluribus similibus causis, ex quibus ius præsumit, vt per eum.

Præ-

17 Præſumptio † aurem iuris & de iure ſit ea contra quã non recipitur probatio in cõtrariũ vt in l. vtiq;. C. ad Sena. Velle. in l. fi. C. arbitr. tutel. & l hi qui. C. ad leg. Iul. de adult. exeepta tamen aduerſarij confeſsione, l. ſi cõſtante, & l. ſed iam. C. de don. añ nup.

18 Baldus autem † in d. l. ſiue poſsidetis, ſub nu. 6. & ſeq. & in ru. ſub nu. 4. C. de prob. poſt Nic. de Neap. quamuis faciat mentionem de triplici illa probatio nis ſpecie de qua ſupra egimus cum Alber. nihilominus videtur oẽ hoc negocium reducere ad duas ſpecies videlicet ad præſumptionẽ legis & ad p̃ſum ptionẽ hominis, vt præſumptio legis ſit duplex vna ſubmiſſa per ſtatutum, ideſt quod lex præſumẽdo ſtatuit, alia ſimplex ſine ſtatuto; Prima ſic diffinitur.

Præſamptio legis per ſtatutum eſt, animi legislatoris applicatio ad veriſimile cõfirmata ſanctione. Secunda aũt ſic definitur, pręſumptio legis ſimplex ſine ſtatuto eſt, animi legislatoris ad veriſimile applicatio onus ꝓbãdi trãsferens, vt in d. l. ſiue poſsidetis.

19 Præſumptio autem † hominis ſimiliter ſit duplex uehemens. ſ. ſiue maior, & nõ vehemens ſiue minor, & prima ſic definiatur; Præſumptio vehemens eſt applicatio animi boni viri ad valde veriſimile, vt extra de ſucceſsione ab inteſt. c. fi. Secunda ſic definiatur, præſumptio minor eſt, inclinatio animi boni viri, ad eliciendum alterum extremorum ab intelectu, proueniens ex coniectura nobili. Aliter tamẽ

20 videtur definiſſe † Bal. iſtas p̃ſumptiones in l ea quidem, ſub nu. 4. 5. & 6. C. de accuſa. ſed D. Alc. in d. 3. par. de pręſ dicit illas Baldi traditiones, non eſſe definitiones ſed deſcriptiones, & non eſſe recedendũ, à definitionibus eiuſdem domini Alciati.

Proponit autem idem Bal. in d. l. ſiue poſsidetis, ſub nu. 6. & 7. vtriuſq; generis dictarum præſumpt. exempla, quod facit, & in rubri. de pręſ. in decretal. quamuis ibi addat, & alias quaſdam ſpecies pręſumptionum, & ibi apud illud videri poterit.

21 D. autem Alci. † in dicto tracta. de præſum. viſus eſt ſub præſumptione in præſenti coniecturali ſtatu conſiderata, cõprehendiſſe tres tantum ſpecies, hoc eſt fictionem, præſumptionẽ iuris, & de iure, & præſumptionem iuris tantum, ita vt fictio ſit legis aduerſus veritatem, in re poſsibili, ex iuſta cauſa diſpoſitio, quam definitionem conſtare ex genere & differentijs & bona ~ eſſe docet idem D. Alc. eo tract. par. 1. ſub num. 3. & ſeq.

22 Præſumptio † autẽ iuris & de iure ſit diſpoſitio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto, tan quam ſibi comperto ſtatuentis, quam definitionẽ late examinat idem Dom. Alciat. loc. ſupra cita. in par. 2. ſub num. 3. 4. & ſeq.

23 Præſumptio † verò iuris ſit probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens quæ alio non adducto pro veritate habetur, quam definitionem, vt bonã eſſe doceat latè per partes examinat loc. iam relat. in 3. par. per totum Iacob. Mandel. † in l. 1. in princ. de ver. obl. quem ibi nos quoq; ſecuti fuimus qñq;, putat, ꝙ quicquid dixerit gl. & doct. in l. non eſt veriſimile quod met. cauſ. & in rubr. ſupra de prob. & in l ſiue poſsidetis. C. de prob. & in c is qui fidem de ſpõſal. qui omnes tractantes de præſum. iur. malè & imperfectè locuti ſunt, melius fuiſſe locutos Abb. & Fel. in c. quanto de pręſumpt. qui duas diſtinxerunt pręſumptionum ſpecies, alteram iuris, alteram hominis, ita vt præſumptio hominis nihil ſit aliud q̃

25 † opinio vel exiſtimatio iudicis, per quam mouetur, ut firmiter aliquid credat, quod non eſt omnino clarum per tex. in l. in lege Aquilia ad legẽ Aqui. & l. ob carmen, §. fin. de teſtib.

26 Pręſumptio autem † legis habeat ſub ſe tres ſpecies; primam qñ vult omnino ut ita ſit, etiã ſi certũ fuerit non ita eſſe, vt patet in ſtipulatione dotis reſtituendæ, l. 1. C. de rei uxor. actio. in princ. & per to d. legem, & §. fuerat inſtit. de actio. quæ ſpecies pręſumptionis verius ac propriè loquendo dicitur fi-

27 ctio † vt trad. gl. in d l. 1. §. accedit. C. de rei uxo. actio. & tamen appellatur præſumptio ibi in tex. & illam quoq; pręſumptionem appellat gl. in d. ru. de prob. & de hac ſpecie expeditum eſt, ꝙ habet uires uerę probationis, quæ non admittit probationem in cõtrarium, ut in d. l. 1. §. 1. C. de re. uxor. action.

28 Secundam quando lex † pręſumit ſuper incerto, ſed tamen ſtatuit omnino ꝙ ita ſit, ut in d. c. is qui fidem, & appellatur pręſumptio iuris & de iure, & non admittit pręſumptionem in contrarium, ut per glo. in auth de æquali. dot. §. aliud quoq; quod circa, in ver. priuilegium, patet etiam exemplum ex l. omnes §. Lucius quæ in fraud. credito. niſi ſit probatio in contrarium, per confeſsionem partis, vel per notarium. ut per Felyn. in d. c. quanto & appellatur pręſumptio iuris, & de iure per glo. & per doctõ. in loc. ſup. cit. & ratione ut is putat, quia eſt iuris, ideſt legis, & non hominis, de iure autem, quia ius ſtatuit ſuper ea ac habet illam pro ueritate.

29 Tertiam † quando lex aliquid præſumit, ſed debili modo, quia ſtatuit ita eſſe, non tamen ſimpliciter & abſolutè, ſed duntaxat quandiu non probetur cõtrarium, ut d. l. fi. in prin. quod met. cau & in l. diuus cum gl in uer. ęſtimari de in integ. reſtit. & in c. pręſumitur ignorantia de regu. iur. libr. 6. & appellatur hęc præſumptio per gl. & doctor. communiter pręſumptio iuris tantum, ut per Bal. in d. rubr. de præſumpt. & per Abba. & Fely. in d. cap. quanto.

30 Inter † hactenus igitur relatas doctor. traditiones, quibus tam uarie negocium hoc reſolutũ fuiſſe diſcernitur, ego puto recedendum nõ eſſe à poſtrema hac recentio. Albens. aſſertione, quę fuit Abb. & Fely. in d. c. quanto de præſump. & quam aliàs ſecutus ſum in d. l. 1. de uerbo. oblig. in princ. Tum quia hęc complectitur reducitq; in apertam lucem omnem hãc controuerſiam per ſe ſatis arduam ac difficilem; ut ex tanta uarietate ſcribent. ac gloſſarum in locis ſupra cita. facilè percipi poteſt; Tum etiã quia

31 in tam multis traditionibus hęc uidetur eſſe † receptior, quia ab Abbate Fely. & Albenſe recepta eſt, nec ab illa diſſentire uidetur Dom. Alcia. qui fictionem & ipſe inter pręſumptiones ponit, duaſque illas alias præſumptionum ſpecies annectit iuris & de iure, ac iuris tantum ſupra relatas quamuis de hominis præſumptione nõ loquatur, Quinimò nec

32 † Albericus nec Baldus in locis iam relatis ab ea prorſus abhorrere videntur, cum & ipſi omnes il-

las ſpecies enumerent, quamuis & alias nonnullas addant, nec fictionē inter prę ſumptiones omittant, quamquā & ab illis eandem diſtinguant, ſicque ad hanc ynam omnes doctorum aſſertiones referri, & per eandem conciliari poſsint, tum deniq; quia lu-
33 culenta † quadam breuitate omnes tam amplæ materiæ ſinus percurrit quod diſtinguētis aſſertionis, proprium eſſe debere ſcribit Zanc. in l. hæredes mei §. cum ita ſub nu. 881. poſt Zaſ. ac Olden. ad Senat.
34 Treb. Præſumptiones autem † iſtæ quorum medio vtimur in introducenda ſignificatione interpretatiua varijs ex cauſis procedunt, vt docet Spec. in ti. de prę ſ. §. j. ad quem ſe remittit Luc. de pen. in l. quicunque. C. de apoch. col. 2. ante med. verſ. & no. lib. 10. quarum quinque proſequitur Bal. in d. l. ſiue poſſidetis. C. de prob. ſub nu. 8. videlicet conſuetudinē, conIunctionem, naturam, probabilitatem, ac formam
35 quibus cauſis † ſuas applicat Bal. præſumptionum particularium locos quod & feciſſe Albe. in eius traditione in d. l. ſiue poſſidetis ſupra retulimus D. Alciatus tribus regulis in ſuas præſumptiones diſpoſi
36 tis omnia complexus eſt. Nos autem † quia tractatum non ordimur, ſed inſtrumentum propoſitę inſtitutioni ualde oportunum explicamus, caſus alit quot hoc & ſeq. c. attuliſſe contenti erimus quib. affirmatiuè, vel negatiuè prę ſumendo aliquid in iure ſignificetur, affirmatiuè veluti, cum.
37 Abeſſe † ex iniuſta cauſa quis præſumitur eo ipſo q̄ ex iuſta cauſa ſe abeſſe non probat, l. ſi cum ſeruum, §. fi. de fideic. liber. in princ. Luc. de pen. in l. quicunq;. C. de apoc. li. 10. verſ. 60. quo loci ſemper intelligendus erit citari in omnibus ſequentibus caſibus, in quibus omiſſa ſit eius aactoritas cum nullus erit laudatus auctor à Bar. citra, ſed tātum iura & veterum auctoritates deducta.
38 Abeſſe quoq; † præſumitur accuſator potius ex iniuſta, quàm ex iuſta cauſa ſi in termino ad quem fecit reum citari non compareat; c. 1. vbi Io. And. de dol & contu. lib 6. Luc. loc. ſupra cita. verſ. 59.
39 Abeſſe † quis malitioſe prę ſumitur vbicunq; tenetur ad aliquid agendum & abeſt, Inno. in c. ſi aduerſarius de eo qui mitti. in poſſ. cauſ. rei ſer. Luc. in d. l. quicunq;.
40 Actus † reiteratus interceſsiſſe præſumitur ne teſtes periurij reatu notentur c. cum tu filij de teſtib. Spe. de teſte §. iā de interrogatorijs ver. quid ſi vnus.
41 Annulus † & claues aſsignati præſumitur cauſa cuſtodię aſsignari, l. dominus horreorum locat. l. cū pater §. pluribus de leg. 2. cum ibi no. & c. oſtiarius 23. diſtin. Luc. d. l. quicunque verſ. 79.
32 Acquieuiſſe præſumitur ſententiæ qui petit terminum ad ſoluendum, l. ad ſolutionē. C. de re iudi. Luc. ibi verſ. 113.
43 Acquieuiſſe † prę ſumitur ſententiæ, qui ab ea nō appellauit, l. qui abſenti. C. de proc. Luc. ibi ver. 114.
44 Acquieuiſſe præſumitur ſententiæ † qui appellauit ſed intra triginta dies coram iudice à quo nec inſtanter petit ſibi apoſtolos dari, cap. ab eo de appell lib. 6. Luc. ſupra relàtus verſ. 115.
45 Aliquid bonū & iuſtū præſumitur quód à bono & iuſto factum ſit, c. quod de menſa 37. diſt. c. Lugdunenſis 9. q. 2. c. omnes, & ibi no. 7. q. 1. per quæ iura ſic trad. Luc. loco ſupra relat. ver. 27.
46 Alimentorum in materia præſumitur citius mori ſenex q̄ iuuenis, l. hereditatum ad leg. Fal. l. ſi cui de fideic. liber. ſecus in vſufructu d. l. hæreditatum, & c. illud 13. q. 2. cum ibi no. D. Alci. de præſ. reg. 1. præſ. 43. vbi diffuſè hanc materiam explicat.
47 Affinis † ſolus præſumitur affini ſuo velle donare iux. no. in l. ſi ſeruus cōis de don. inter virū & vxor.
48 Antiquior Doctor † melius veritatem ſcire præſumitur, q̄ Doctor iuuenis c. ieiunium 76. diſt. c. ſic viue 16. q. 1. vbi notatur qua de re ſcripſit Luc. de pen. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. & Dominus Alc. de præſ. reg. 1. præſum. 45. vbi latè agit.
49 Aſsidua † & frequēs cōuerſatio prę ſumitur augere affectionē inter cōſanguineos vel cōiunctos l. cū allegas. C. de caſtr. pec. D. Alc. de præſ. reg. 1. pſ. 10.
50 Auus † dotans neptem filij ſui intelligitur eiuſdē filij cōtemplatione illam dotare, l. dedit dotem. de colla. bono. D. Alc. de præſ. reg 1 præſ. 17. & eſt communis opinio, vt dicit Crau. in conſ. 219. num. 1.
51 Alienantes bona † ſua præſumuntur reſeruaſſe lucra matrimonialia filijs ſuis auth. nun autem, C. de ſecun. nup. D. Alc. de prę ſum. reg. 1. prę ſ. 5.
52 Aſcendens prę ſumitur † velle relinquere hereditatem deſcendentibus ſuis, l. cū ratio de portio. quę lib. dam. l. nam etſi parētibus de inoff. teſt. l. ſcripto in fi. vnde lib. D. Alc. de præſ. reg. 1. præſ. 8. Item prę
53 ſumitur † velle donare deſcendenti, l. Neſennius de neg geſt. l. alimenta. C. eod. Iaſ. in l. quę dotis col. 5. in fin. ſol. mat. Cranet. in conſi. 39. ſub nu. 9.
54 Affectio † prę ſumitur in coniunctis, l. cum ſeruus extero mandat. l. Aurelius. §. Titius ij. de lib. leg. ſecus in extraneis, l. tutor petitus, §. j. de excuſatio. tut. Luc. de pen. in l. principes verſ. 61. C. de prin. agen. in reb. D. Alc. de præſum. reg. 1. de prę ſum. 20.
55 Allodialis † prę ſumitur res quęlibet ac libera, l. altius. C. de ſeruit. & aq. D. Alc. de præſ. reg. 2. prę ſ. 3.
56 Actus † ſequens prę ſumitur factus in executionē actus antecedentis, l. quędam mulier de rei vendic. l. 1. & 2. C. de acquir. poſſ. D. Alc. de prę ſ. reg. 2. prę ſump. 24. Cranet. conſi. 284. ſub num. 6.
57 Actus † in dubio præſumitur factus potius ob cauſam neceſſariam quàm voluntariam, l. fin. C. de alimen. pupi. prę ſtan. vbi Bart. Crotet. in conſi. 106. nu. 8. in conſi. 149. num. 12. & conſil. 272. nu. 4.
58 Actum quid † in dubio prę ſumi ex cauſa magis principali, gl. & Bal. in l. nō vero ex quib. cauſ. maio. Dec. in c. dilecto 2. in 3. no. de appel. Cra. i cōſ. 202. ſub nu. 15. Actus qui importare pōt delictū grauē ea leue p̄ſumitur factus eſſe in vim minoris delicti Bal. in l. fi. C. de ædil. edic. D. Alc. de pſ. reg 3. prę ſ. 6.
59 Antiquum † prę ſumitur in dubio feudum & non nouū c. 1. §. 1. de ſucceſ. fratr. D. Alci. reg. 3. prę ſ. 28.
60 Agnationis † præſumitur habita ratio ex eo q̄ teſtator ſemper maſculos vocauit Deci. in conſi. 372. col. 2. poſt med. & in conſi. 516. col. 4. Craue in conſilio 113. ſub nu. 2. & conſil. 202. ſub nu. 12.
61 Affectio † maior prę ſumitur verſus eum qui magis fuit honoratus, l. publius. §. fi. de condi. & demo. Craue. in conſi. 147. ſub num. 2.

62 Ab omni † sorde purgatus esse præsumitur qui per triennium in honesta conuersatione permansit

63 §. si verò in auth. de monach. & † augeri virtus præsumitur in iuuenibus si cum honestis senioribus conuersentur §. cogitandum in auth. eod. titu.

64 Alienare † præsumitur qui rem suam patitur vsu capi, l. alienationis de uerb. sig. Luc. iam relatus ver. 70. Doctor. omnes in d. l alienationis.

65 Affectio † maior præsumitur ex priore nominatione, l. Lucius vlt. de hæred. instit. Crau. in dicto cõsil. 147. sub num. 2.

66 Alienatione rei prohibitæ † præsumitur prohibita cessio actionum, l. 1. & 2. C. si aduers. transl. Crau. in consil. 97. sub num. 8.

67 Aditio † hæreditatis facilè præsumitur in hæreditate lucrosa, secus in damnosa Cauet. in consil. 33. sub num. 12.

68 Aditio hæreditatis † præsumitur, quando reperitur quis possidere bona hæreditaria in maiore quãtitate, quam ad illum pertineat, ex causa non hæreditaria idem Cauet. loc. iam relat. sub num. 14.

69 Administrator non valdè diues † præsumitur soluisse ex pecunijs eius cuius bona administrat, Corn. in consi. 103. col. 2. vers. si autem non apparet libro primo, pulchrè Cauet. in consi. 129. sub num. 3.

70 Administrator † creditor eius cuius bona administrat præsumitur creditum suum exegisse ac sibi satisfecisse, Afflict. decis. 13. col. 7. Crau. d consi. 129. sub num. 5.

71 Auarus † nullus præsumitur quærere compossessorem, neminemq; dominandi cupiditate inflatum vel fastu dominationis elatum, desiderat habẽ reconsortem 23. q. 7. cap. quòd autem quem text. sic ad hoc inducit Luc. de pen. in l. principes. C. de princ. agen. in re. lib. 12 ver. vndecimo præsumitur,

72 Administratorum † rationem exigẽs præsumitur gesta per eum qui administrauit approbare, Castr. in consi. 1. lib. 1. Cauet. in consi. 204 sub nu. 14.

73 Antecedens † qui vult præsumitur velle consequens, etiam in materia stricti iuris, & è contra, Soçin. consi. 134. col. 3. lib. 1. Cra. in consi. 79. sub nu. 4.

74 Accusatus † qui requisitus non comparet, neque implet solennia accusationis, præsumitur suæ causæ renunciare l. si ea. C. qui accus. non pos. & l. postquã. C. de pact.

75 Abbas † quæcunque agit præsumitur agere de cõsensu conuentus not. Innoc. in cap. ea noscitur, de iis quæ fiunt à præfat Luc. de pen. in l. principes. C. de princ. agent. in reb. libr. 12. ver. 2.

76 Arbiter † censetur esse electus si promissum est stare eius sententiæ sub pœna, si absque pœna, vt iudex, not. in l. 1. de iudi Inn. in cap. innotuit de arbitr. Luc. loc. supra cita. vers. 36.

77 Appellatio † præsumitur temeraria ex eo quòd appellans fuit mulctatus, Crau. in consi. 66. sub nu. 2.

78 Appellation. † præsumitur renũtiare qui promittit stare sententiæ Dec. consi. 22. col. 1. Doctor. in c. ad hæc secundo de appell. per tex. in l. ad solutionẽ, C. de re iudic. Crau. in consi. 103. sub nu. 13.

79 Approbare † præsumitur episcopus acta apposita in iure patronatus, seu in illius fundatione, instituẽdo præsentatum a patrono qui pacta apposuerat Butri. in consi. 4. Crau. in consi. 159. sub nu. 5. ad fin.

80 Approbari præsumitur transactio vbi illius virtute aliquid soluitur, Calcan. in consi. 101. col. 2. in finẽ Cauet. in consi. 148. sub num. 3.

81 Arma † portans præsumitur malum animum habere capit. 1. §. si quis rusticus in ver. mercator de pac. ten. Cauet. in consi. 314. sub num. 3.

82 Articuli præsumuntur † esse admissi eo ipso quod testes super eis recipiuntur, Craue. post Rotam quã citat in multis decisionibus in cons. 179. sub nu. 12. arg. l. P. ulus. rem rat. habe.

83 Banni ratione † non præsumuntur bona effectualiter esse publicata, nisi secuta sententia declaratoria, Bero. consi. 176. num. 90. lib. 1, & in plurib. seq. declar. quomodo intelligenda sit hęc præsumptio.

84 Bonum præsumitur † de uno quoque nisi probetur contrarium c. dudum quod est vltimum, vbi gl. de præb. faciunt no. in c. vnico de scruti. in ordi. f ci.

85 Bonus † quilibet præsumitur nisi malus probetur l. cum pater, §. rogo de lega. 2. & iur. supra cita. Do. Alcia. vbi latè declar. de præsumpt. reg. 3. præsum. 2. in prin. & per totum, Crau. in consi. 60. sub num. 7. non tamen in præiudicium tertij. Dec. consilio 445. sub num 61. Alex. loc. iam relat. Franc. Bec. in consilio 52. sub nu. 123. & hùc spectat. quod dicitur bonam in partem semper præsumi, l. meritò pro soci. Dom. Alciat. d. reg. 3. præs. 1. Rimin. iun. in cons. 30. sub num. 26. vbi reg. ait bonum quemlibet præsumi Corn. in consi. 176. sub num. 10. in 4. vol. in consil. 28. sub nũm. 4. in 3. consil. 165. sub nu. 60. volum. 2. & consi. 121. sub num. 5. eod. vol. Soci. iun. cons 83. num. 3 89. num. 3. 189. num 6. lib. 2. Rol. à Val. consilio 96. sub num. 8. lib. 2.

682 Scientia † præsumitur in hærede de facto defuncti arduo, capitulo quanto & cap. quosdam de præsumptio. dicto capit. quanto de transl. prælato. cap.

illud de clerico excommuni. Crauet. consilio 148. sub nu. 5.

683 Scientia præsumitur † inter socios ratione conuersationis, Craue. d. consi. 168. sub num. 6. & supra dictum est.

684 Scientia † statutorum loci præsumitur in forense habitante in loco, Alex. in consi. 165. col. 1. li. 6. Craue. d. consi. 151. sub num. 24.

685 Scientia † præsumitur ex uicinitate d. cap. quosdam de præsumpt. cum simil. supra cita. Alex. in consi. 23. columna 2. & consi. 94. col. 6. lib. 5. Craue. d. consi. 148. sub num. 5.

686 Scientia † præsumitur ex his quæ communiter fieri solent l. si tutor petitus cum ibi nota. C. de pericul. tuto. Dec. in consi. 303. colum. 1. Craue. in d. consi. 123. sub num. 5.

687 Scientia † contentorum in instrumento præsumitur ex productione instrumenti, Craue. in consi. 26. sub nume. 3. & consi. 123. sub nu. 6. cum simil. ab eod. cita. & consi. 201. sub num. 31.

688 Scientia præsumitur † ex communi habitatione Craue. d. consi. 26. sub num. & consi. 123. sub numero 1.

689 Sententia † in dubio præsumitur lata ex causa ex qua ferri debuit l. si quis ad exhib. cum ibi nota. de except. re iudi. Castr. in consil. 136. col. fin. libro primo Craue. in consi. 23. sub num. 2. & deseruiunt quæ supra deducta sunt in uerbo sententia.

690 Sententia † approbata esse præsumitur ex eo, ꝙ quis non appellauit, l. j. C. de postul. l. j. C. si sæp. in integr. restit. postu. sit c. quod ad consultationem de re iudica. Craue. in consil. 108. sub num. 3. & in consil. 54. num. 4.

691 Sententia † & laudum habet præsumptionem pro ipsis, Craue. in consi. 202. sub nume. 8. & 18. & supra dictum fuit.

692 Simulatio † arguitur ex eo quòd venditor semper remanet in possessione, licet ex causa locationis Io. de Anc. in consi. 58. Barto. in consil. 61. per tex. in l. sicut, §. superuacuum quib. mod. pig. uel hipot. sol. Craue. consil. 166. num. 10. item arguitur ex eo, ꝙ factus fuerit contractus per interpositam personã, l. vir vxori, §. fin. ad Velleya. l. pupillus, §. & si per interpositam de aucto. tutor. l. cum propria, C. si quis alt. uel si. Craue. dicto consi. 157. sub num. 11. Rursus arguitur simulatio quando bona uendita fuerunt locata multo minore pensione quàm ualebãt Bald. consi. 311. in quæstione caluagnini col. 2. ad finem lib. 5. Crau. ibi sub num. 12. Item ex magna necessitate venditoris præsumitur simulatio, Calcan. consi. 26. colum. prima, in fi. Iaf. in consi. 152. col. 3. lib. 4. Craue. sub nu. 13. loco iam relato, qui etiam ait præsumendum esse ex uarietate contractuum, sub num. 11. Item quando uxoris nomine res emitur, sed pretium de pecunia mariti persoluitur, resque marito traditur, Bald. & Saly. in l. multum interest, C. si quis alte. uel sibi, Craue. in consil loc. sub nume. 6. Prætereaque quando breui tempore postea resoluitur, Cast. in cõsi. 74 col. 2. ad finem li. 2. Crau. in consi. 135. sub nu. 13. Insuperq; ex sola confessione in materia suspecta, quando aliter non constat de numeratione pretij per ea quæ habentur in l. per diuersas C mand. per Alex. in consi. 36. lib. secundo, Crauet in consil. 145. sub numero 7.

693 Socius † acquirere præsumitur de pecunijs proprijs, nisi aliud probetur, quamuis acquirat nomine communi, & ideo non tenebitur communicare prædia empta nisi soluatur ei pars pretij, Bar. in l. Titiũ aut Meuium, §. altero de administr. tuto. Bald. in l. si patruus C. com. utr. iudi. Dec. in consi. 256. & alibi sæpe Craue. in consi. 131. sub num. 12.

694 Solutio præsumitur † facta uigore instrumenti præcedentis quando de alio debito uel alia causa non apparet, etiamsi aliqua diuersitas summæ sit inter ipsum instrumentum solutionis quæ factæ sunt Castr. consi. 128. ad finem & consil. 405. lib. primo, Craue. in consi. 158. sub nu. 13.

695 Solutio † præsumitur facta ex pecunijs communibus quando id facile fieri potuit Corn. consi. 167. col pen. vers. quantum uero lib. j. Craue. consi. 129. sub num. 8.

696 Solutio † in dubio præsumitur facta de pecunijs proprijs soluentis, nisi aliud ex coniecturis suadeatur, l. & magis de solu. l. 2. ubi Bar. & Bald. C. pro soci. Bar. & Docto. in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Alex. in consi. 82. col. fi. ver. & regulariter lib. 2, Crau. in consi. 129. sub nu. 2. in consi. 191. sub nu. 8. ubi latius & in d. consi. 129. reprobat Craue. consil. 111. Roma. qui uoluerat extraneum pro alio solnẽtẽ prẽsumi soluere de pecunijs eius pro quo soluit.

697 Subditi † habent prẽsumptionem pro ipsis contra Dominos, Ang. in consi. 377. col. 1. qui citat tex. in l. si quis procurationis, C. de his qui per met. Iudic. non appella. Craue. in consi. 132. sub nu. 19. ubi uult pro subditis prẽsumi contra exactores collectarum atque onerum, ut scilicet per uim exigere intelligantur seu præsumantur post Specul. in tit. de restitu. spolia. ver. sed & si quis & uer. pone rusticus in §. nunc dicamus, Innoc. in c. bonæ 2. de restit. spolia. Fab. in §. æquè instit. de actio. ubi uult hoc maximè procedere quando dominus pignorat uel arrestat subditos, quem seq. Guido Pap. q. 407. col. 2. & Gemi. cap. j. de præsump. lib. 6.

698 Subiecta † talia præsumuntur, qualia prædicta demonstrant, l tertia, ubi Barto. de fund. instru. l. si defensor de interrogato. actio. l. si uno loca. l. qui uinum de uin. triti. & oleo legat. capitulo inter dilectos versiculo cæterum, de fid. instrument. Crauet. in consilio nono sub numero 32, & supra diximus.

699 Suspectus † præsumitur qui se opponit monitorio, Crauet. in consilio 134. sub numero 19. ubi dicit suspectam quoque præsumi mulierem, quæ opponit se ad sequestrum sui corporis faciendum, vel ne sibi custodes partus gratia apponantur, in tantũ ut si pariat, maritus non teneatur partum agnoscere, l. prima, §. si maritus de liber. agnosc. Castr. consilio 277. columna penultima, circa medium, libro decimo, Idem Crauet. in consil. 181. sub numero sexto. Item qui contra se opponit & recusat aliquid facere, glossa, in capitulo statutum in uersiculo copia, de rescript. libro sexto.

Item

Item iudex qui parti ſe opponat, Cor. in conſi. 232. columna ſecunda, poſt med. lib. 3. Abb. in c. ſolicitudinem col. pen. de appel. Iaſ. in conſi. 53. col. fi. lib. 3. Item teſtis qui ſtetit in diſputatione cum parte Deci. in conſi. 256. columna ſecunda, circa medi. Craue. in conſi. 100. ſub num. 12. Item qui clandeſtinè facit l. prima, C. de inter. matrim. Bar. in l. Barbarius, col. j. de offi. quęſtor. Craue. conſi. 205. ſub nu. 5. Itẽ particulares uniuerſitatis ſuſpecti pręſumuntur, qui ſe opponunt ſtatuto quod fiat ad publicam utilitatem, Craue. in conſi. 195. ſub num. 9. Et rurſus qui nimis feſtinat aut ſollicitus eſt, Craue. conſil. 6. ſub nume 44 & conſi. 134. ſub num. 32. uel qui tractat de ſe exonerando l. deferre §. idem decreuerunt de iure fiſc. Alex. conſil. 44. columna tertia, lib. ſecundo, & conſi. 71. col. 2. lib. 7. Craue. in conſil. 132. ſub nu. 16. & iudex pariter præſumitur ſuſpectus, qui in tra tempus nimis breue negocium abſoluit, Barto. in l. prolatam, C. de ſenten. & interlocu. om. iud. Crauet. in d. conſi. 132. ſub num. 17. & ſupra diximus in uerſi. iudex. Et tarditatis quoque ratione quis præſumitur ſuſpectus, Cyn. in l. j C. ut quomodæ def. ad uoc. Ancharan. in conſi. 234. poſt prin. Caſtr. in conſi. 281. colum. 1. poſt medi. & 283. columna tertia, ante med. colum. 1. quibus accedit Craue. in conſi. 171. ſub nume. 7. colum. 3. ad fin.

700 Tèſtis † pręſumitur gratia uel odio ſe ſubtrahere qui recuſat teſtimonium dicere Specul. in tit. de teſtibus, §. qualiter uer. ſed quomodo Andre. Iſer. in conſtit. reg. in l. j.

701 Teſtes † præſumuntur ſubornati, qui per eundẽ pręmeditatumq; ſermonem in cauſa deponunt, l. 3. §. ideoque de teſtib. Specul. in tit. de teſte §. j. uer. itẽ quòd idem dicunt Craue. in conſil. 78. ſub num. 11.

702 Tubæ † uox præſumitur ab omnibus audiri, cap. ita dominus diſtin. 19. ideoque tubas portant præcones hodie, quorum uox ſola paucis innoteſcit §. omnium in actu de litigio.

703 Titulus præſumitur † ſeu obligatio præceſiſſe, ubi longo tempore præſtatio habita eſt, l. cum de in rem uerſo de uſur. ubi plenè trad. Docto. in l. ſi certis annis C. de pact.

704 Teſtator † donans rem quam legauerat præſumitur ademiſſe l. rem legatam & l. cum ſeruus de adim. legat. in alienatione autem alia diſtinguitur.

An neceſsitate rei familiaris facta ſit, an uerò nõ priore caſu debeatur legatum poſteriore non item l. fideicommiſſa, §. ſi rem de leg. 3. §. ſi rem inſtit. de legat.

705 Teſtatoris uoluntas † in dubio præſumitur ſolennis l. 1. cum ibi nota. C. de fideicom. item quod nolit aſſem excedere & ad dupundium tranſire l. cũ quæſtio cum ibi not. C. de legat. item quòd ſit ſanæ mentis niſi probetur inſanæ l. ſecunda, C. qui teſtam. facer. poſſunt cum ibi notat. quæ iura ad hoc citat Luc. de pen. in dicta l. principes, C. de princ. agen. in reb. uerſ. 12. cum 2. ſequent.

706 Teſtator ius † habens uel portionem in re quam legat præſumitur ius ſuum tantum uel portionem legare, l. ſi dominus, §. fin. & l. ſi ex toto cum ibi not. de leg. j. & omnia præſumitur hæredi ſuo dare.

707 Teſtator † qui primo legauit centum, & deinde quinquaginta, non centum quinquaginta, ſed quinquaginta tantum præſumitur legaſſe, l. cum centũ, cum ibi nota. de adim. legat. Secus ſi in alio teſtamẽto quinquaginta legauit ut ibi per l. quinquaginta de probatio. facit lex ſi alij de uſufr. l. planè §. ſed ſi non corpus de leg. 1. l. 2. §. fin. de dot. præleg. cum ſocijs. Luc. ubi ſupra.

708 Teſtator legans uinum exiſtens in uaſis, præſumitur quoque uaſa legare l. tertia, §. primo, de uir. leg. quamuis aliud ſit in utribus, doliis, & culeis.

709 Teſtator † in dubio præſumitur per uerba dubia ad fideicommiſſum apta libertatem uelle ſeruo relinquere, l. generaliter §. ſi petitor in fi. de fideicom. liber.

710 Tacens † in dubio præſumitur conſentire ac ius ſibi competens remittere, cap. ſecundo, de accuſ. li. 6. Dec. in cap. quoniam contra de probatio. col. 19. & c. intimaſti colum. 2. de appella. Iaſ. in l. admonendi. colum. 8. poſt med. uerſicu. confirmantur prædicta de iureiur. Crauet. in conſilio primo, ſub numero 11.

711 Taciturnitas † longa facit pręſumi contra ipſum tacentem, Craue. in conſil. 54. ſub nume. 4. per not. in l. quæ dotis ſolut. matrimo. ibique uult arguere approbationem in ſubditis qui non contradixerunt in feudationibus, per nota. in cap. 1. quod ad conſultationem de appellat. in l. 1. C. de poſtul. & in l. 1. C. ſi ſæp. reſtit. in integr. poſtulata fuer.

712 Teſtator præſumitur uelle † quod ius diſponit, & conformare uoluntatem ſuam diſpoſitioni iuris cõmunis l. quæro §. inter locatorem ubi Bar. loca. l. hæredes mei, §. cum ita ubi omnes notant ad ſenat. Trebellia. l. ſi duo ubi Bald. de acquir. hæredit. Craue. in conſi. 75. ſub nu. 5. & in conſi. 225. ſub nume. 9. & ſupra diximus in uer. diſpoſitio. Alex. in conſi. 55. ſub nu. 2. lib. 4.

713 Teſtator præſumitur † uelle peculium legare ſeruo, quamuis hoc non exprimat in caſu, qui eſt in l. denique §. interdum de pecul. legat.

714 Teſtator præſumitur † liberationem reliquiſſe debitori ſuo, a quo dicit debitum exigere nequiuiſſe, l. ſi. §. j. de dol. exceptio. l. emptor §. ancillam de re. ven di. l. fideicommiſſa §. hæc uerba de leg. 3. l. qui filium ad Trebel. cum ſocijs adduct. per glo. in d §. j. in uer. obſtaturam.

715 Teſtator † condẽs ſecũdũ teſtamentum non ſolenne in quo de fideicõmiſſo quod reliquit in primo teſtamẽto ſolenne nullam fecit mẽtionẽ, uel aliud eidẽ legatario fideicõmiſſum dedit, præſumit̃ nolle primũ ratũ habere l. ſi iure facto de le. 3. cõuenit gl. in ver. reuocare in c. licet Rom. Ponti. de conſt. li. 6.

316 Teſtatoris error † præſumitur in finibus l. patronus, §. ſempronio de leg. 3.

717 Teſtamentum primum † per ſecundum præſumitur teſtator velle reuocare, ſi ſecundum ſit ſolenne, d. l. ſi iure facto de leg. 3. Luc. loc. ſupra relat uer. 89.

718 Teſtator in dubio † præſumitur grauare hæredẽ minus q̃ ſit poſsibile, imò potius tolerat̃ q̃ legatũ ſit inutile, q̃ q̃ uoluerit grauare hæredẽ l. ſi ſeruos §. qui margaritam de leg. primo, l. unum ex familia

§.ſi rem de leg.ſecundo,l.Meuius in princip.uerſ.ſanè conſtitutio principis de leg.2.Iaſ.in l.quod in rerum,§.1.in 1.notab.in l.ſi ita tit aſcriptum in vlt.nota.& in l ſi tibi homo colu.3.de leg 1.Craue.in conſi.32.ſub num.3.in conſi.149.ſub num.15.conſilio 167.ſub num.14.& conſi.187.ſub num.3.

719 Teſtis † præſumitur eſſe ſuſpectus,quando dicit ſe non recordari, Bald.in l. presbyteri columna prima,C.de epiſc.& cleri.Iaſ.in l.præſcriptione, colum. ſecunda, ad fin C ſi contra ius uel utilita.publ.Dec. in conſil.105.columna quarta,Craue.in conſi.115. ſub numero 11.& conſi.134.ſub num.13.& conſil. 9.num.10.

720 Teſtis † dictum præſumitur uerum ſicut inſtrumentum Bald in conſi.273.colum.2. poſt medi.lib. 1.& conſi.328.colum.prima,ad fin.lib.2. Craue.in conſi.31.ſub num.3.

721 Teſtis ueriſimilia † non deponens, præſumitur ſuſpectus de falſo,Abb.in c.quia ueriſimile de præſump. Iaſ. in l. ſi extraneus in quarto, de condic. ob cauſ.Dec.in conſil.94.columna ſecunda,ver.ſecundo in dictis teſtium,& conſi.684.ad finem, Craue. in conſilio 28.ſub numero primo,& conſi.115. ſub num.12.& conſi.171.num.5.

722 Teſtis † ratione affectionis præſumitur ſuſpectus l.ſi.de teſtib.Abb.in c.videtur in ſi.qui matri.accuſ. poſſ.Craue.in conſi.281.ſub num.4.

723 Teſtis † nimium animoſus præſumitur ſuſpectus vt & Iudex.Ancharan.in conſi.23.colum.3. Alex. in conſi.25.col.1.lib.3.Ctaue.in conſi.2. ſub nume. 3. ubi alios addit,idem uolens eſſe in iudice nimis animosè procedente,per ea quæ ſcribit Præpoſi.in cap. poſtremò columna ſexta, verſ.quinquageſimaoctaua,de appella.

724 Teſtis in † uno falſus ac periurus, in omnibus falſus ac periurus eſſe præſumitur, Bald. in l. ſi ex falſis,C.de tranſ.Aretin.in conſi.7.colu.1.Dec.in conſi.105.col 4.Craue.in conſi.9.ſub num.10.& conſil. 6.ſub num.57.Alex.in conſi.184.num.2.lib.7.

725 Teſtis dicens † ab aliquo ſe uerberatum eſſe,præſumitur eſſe illius inimicus,Alexand.in conſi.99.li. 1.& conſi.152.col.3.uer. diminuitur etiam libro 7. Areti.in conſi.122.col.2.uer.& unus eſt inimicus in quiſiti Crauet.in conſi.99.ſub nu.3.

726 Teſtis præſumitur ſuſpectus † dum deponit de ijs, quæ ſunt iuris, Craue. in conſi. 75. ſub nu. 26.

727 Teſtes † in dubio debent præſumi conteſtes,quãnis in conteſtes ſe non nominent, ſi congrua interpretatione id fieri poteſt,Alex.in conſilio 47.col.2. poſt medi.uer.non omitto etiam lib.2. Aret. in conſi.36.col.2.poſt medium uer.nec poteſt dici,Craue. in conſi.78. ſub nu.9. ubi propterea uult teſtes qui non deponunt de loco uel tẽpore præſumendos eſſe conteſtes,per ea quæ ſcribit Innoc. in c. qualiter & qñ vlt.col.2.de accuſ.Bal. in l.de quib.col.antepen. de legib.refert & ſequitur Alex.in cõſ.146.col.4.ver ſi.uiſo ergo lib.5. conſi.4.nu.7.lib.6.& conſi. 181. ſub num.2.lib.7.fallit in actib.iterabilib.aliqua ſub ſiſtente diſcordia.Craue.conſi.151 ſub nu.14.& ſequen.itẽ in criminalib.fauore abſolutionis rei & qa probationes debent eſſe luce meridiana clariores l. ſciãt.C.de prob.Cor.in conſi.193.li.4.ſub nu.3.ubi nũcupatim loquitur in materia criminali Dominus Alci.de præſup.reg.3.preſump.44 gl.in c. cleri ci 81.diſtinct.qui docent multa concedi fauore abſolutionis rei quæ alias non concederentur.

728 Teſtis † preſumitur ſuſpectus, qui poſt depoſitionẽ dictũ ſuũ mutat ac corrigit, niſi incontinenti id faciat c preterea de teſt.cogen.redditur.n.ſuſpectus tanquã ſubornatus à parte,vt ibi habetur, & §.quia uerò multi ubi gl. in uer.non ẽt in auth. de teſtib. & dr incontinenti id facere, ſi faciat antequã perficiat dictũ ſuum,uel dimittatur a iudice uel examinatore,Bal.in l.lecta ibique Iaſſi cert. peta. D. Alcia.de præſump.reg.2.præſump.29.

729 Teſtator † præſumitur legata relicta ab inſtituto, voluiſſe repetere a ſubſtituto, l.licet imperator de leg.j.quia ſi magis dilectũ grauauit er.& minus dilectũ grauare voluiſſe cenſendus erit l.publius,§ fi.de condit.& demonſt. D Alci d.reg.2 præſump.35.

730 Tabellio † præſumitur rogatus ſecundũ glo.repu ſingul.in § nos aũt in auth.de Tabellio. ſed Alex.in conſi.48.ſub nu.6.lib.5.dicit quamplurimos tenere contra illam glo.& in conſ.154.ſub nu.9.lib 2.dicit q magis communiter tenetur contrarium & ppea dicendum eſt prout dicũt moderni Pariſin d.conſ. 154.ſub litera A.& ſupra diximus in uer. Notarius.

731 Teſtamentum inter † liberos,præſumitur habere clauſulam quòd ualeat omni meliore modo quo valere poteſt,glo.in l.cohæredi. §.cum filiæ de uulg.& pupilla.quam ibi commendat Io.de Imol. & Alex. in conſi.105.ſub nu.6.lib 7.

732 Teſtator † magis præſumitur diligere neptes quàm filias, quia per eas magis conſeruatur memoria & nomen ipſius,quàm per filias,Alex.in conſi.53.ſub nu.21.lib.4.arg. l.iſti quidem in fin.quod met.cauſ.

733 Teſtator † iubens alij quã hæredi ſeruum ſuũ ſeruire præſumitur legare non proprietatem ſed operam l.uel uxori ad fi.de vſufru.leg.& l. cum hæres §. ſtichus de ſtatuliber,.

734 Teſtator † relinquens ſeruo libertatem ſub conditione impoſsibili, uel poſt tempus quo uerisimile eſt ſeruũ uicturum,nõ eſſe præſumitur nolle relinquere d.l.cũ hæres.§.1.Luc.in d.l.principes uer.93.

735 Teſtator † relinquens ſeruo militiam,non præſumitur fuiſſe relicturus,ſi ſeruũ fuiſſe nouiſſet,l.fideicommiſſa § ſeruo de leg.3.

736 Teſtator † qui patrimoniũ ſuũ diuidens,plura cõtulit filio,q̃ filię,voluiſſe quoq; præſumitur collationem dotis ceſſare, l.ex parte §. inteſtato fam. erciſc. quem ſic inducit Luc.ſupra cita.uer.104.

737 Teſtator † preſumitur præferre velle ſucceſsionẽ ſuã cœteris,etiãq; eccleſiæ Alex.in cõſi.92.ſub nu.j. poſt Bal.in l.cũ acutiſsimi ver. quæro q.d ſi teſtator poſt mortẽ filij, C.de fideicom. & not. in c. quicũq; 17.q.vlt.& in l. ſiqs q.d declinandã.C.de epiſc.& cle.

738 Teſtator † preſumitur voluiſſe ſeruare iura inteſtatæ ſucceſsionis inter ſuccedẽtes ſibi ab inteſtato, l. q duos in prin.de reb.dub.& l.q duos de vulg. & pupil.Alex.in cõſ.92.ſub num.10. videndus tñ ibi eſt ſcholiaſtes ſub litera B.q arguit Alex.paralogiſmi.

Teſtator

739 Testator † præsumitur inter fratres æqualitatem seruare uoluisse, nisi aliud ex coniecturis arguatur Alex.consi.158.sub num.15.

740 Testator † magis præsumitur diligere eos qui sunt in rerum natura, & eos qui maius habent iudicium,& qui magis sunt coniuncti,l.si quis cum nullum & l.conficiuntur in principio,de iure codicillo.l. si seruus plurium §.fi.de leg.1.l.in fideicommissi §.cum pollidius de usur. Alex. in d.consil. 15. sub numero 11.& 12.lib.4.

741 Testator † præsumitur conseruasse ius legitimarum successionum,ut lex interpretatur l.fi.C.de impub.& al.substitu.l.uel singulis de vulgar. & pupil. l.hæredes mei §.cum ita ad.senat.Trebellia.Alex.in consi.17.sub num.3.lib.7.

742 Testator † præsumitur magis diligere eos qui sunt de cognatione sua,quàm extraneos,l.generaliter,§.cum aũt,C.de insti.& substit.l.cum auus de cõdit.& demonstr.l.cum alienam, C.de lega. Alex. in consi.120.sub num.3.

743 Testator † magis præsumitur animam suam diligere,quàm alterius utilitatem,Alexan.in cons.204. sub numero decimo,& seq.lib.6.

744 Testator † præsumitur memor omnium contentorum in testamento prius à se condito,capit.ab excommunicato de rescrip.l. quamquam, C.ad Velleyan.Barto.& Doctor. in l.si id §.si forte de acquir. possessio.Alexan.in consi.134.sub numero 8.lib.1.

745 Testator † præsumitur scire rem esse alienam, & uelle æstimationem dari legatario, ut quando grauat legatarium,pulchrè Alexan. in consil.9. sub nu. 15.arg.l.ab eo C.de lega.& l.palam ac l.secundæ,de legat.primo,

746 Titulus † facit bonam fidem præsumi,l.penul.C. de euictio.nor.in l.fin.C.unde ui,Cyn.& Bal.in l.super longi C.de præscript.long.tempor.Alex.in consilio 83.sub num.9.lib.6.

747 Tutor † præsumitur scire ætatem pupilli sui,maximè coniunctus, l.de tutela de in integr. restit. C.

748 Tutor † præsumitur quicquid agit, agere ut tutor,secus in procuratore l.procurator qui pro euictione cum utrobique nota.

749 Vxor † præsumitur esse,nisi probetur concubina l.in liberæ de rit.nuptia.nota.in l.in concubinatu de concubi.secus secundum canones,cap.illud de præsumpt.& cap.donationes de donatio. si tamen appellaretur vxor talis præsumitur, ita dicit Luc.de pen in dicta l.quicunque C.de apoch.libro decimo, argum.capit.dicat aliquis 32.quæstio.quarta,in fin. & cap.dominus post princ.93.distinct. cum ibidem nota.& eius quod plenius scribit Archidiac. de desponsi.impuber.cap.primo,lib.6. & Barba. in cap.lator qui fil.sint legiti.cum simil. ab eod.cita. colu. 3. uersi.13.præsumitur.

750 Venditio † quæ pupillum lædit præsumitur fictè composita,& commento mendacio Luc. de pen. in dicta l.quicunque columna quinta, in princip. per nota.in l.fin.C. si aduersus uenditio.

751 Vir † post acceptionem vxoris, illam repulsurus esse præsumitur,si uiderit indotatam §.sic itaq; matrimonia in auth. de nup.cap.per uestras in fi.de donatio.inter uirum & uxor, & ideo dicit Luc.de pen. columna 6.circa medi.dotis dationem esse de solennitate matrimonij 32.q.secunda,cap.lotharius,indignissimumque esse ut constet matrimonium sine dote,per l.cum pater.de pact.dotal. & cap. aliter & c.nostrates 35.quæst.5. Quinimò etiam eum peccare censeri qui matrimonium contrahit sine dote c. consanguineorum 3. q.4.cum not. in cap. is qui 34. distinct.secundum glos.antiq.

752 Vxor † scire præsumitur quod scit maritus l.aut qui aliter §.sed & Seruius quod ui aut clam ubi glo. tradit Craue.in consi.271.colum.pen. uer. octauo, Ruin.in consi.50.sub num.17.lib.1 non tamen procedit hæc præsumptio in his quæ extra domum secreto fiunt,& in actibus momentaneis Alexand. in consilio 71.colum.penulti.ad fin. sub num.6. uol.1. & Ias.in l.is potest sub num.63.de acqui hæred.Ludo. Gomes.in §. rursus in uers. reipublicę sub num. 17.institu.de actio. Socin.in consi.301. sub num.2. ad fin.lib 2.Item vult Luc.de pen.col.6. post mediũ in d.l.quicunque procedere hanc præsumptionem ueluti in ætate ualetudinis, & in ijs similibus, quæ uxorem latere non possunt, secus in ijs, quæ latere probabiliter possunt, quia tunc uxoris scientia probanda est, per l.uerius de probatio l.hæc autem de administr.tuto.& ea quæ scribit Andr. de Iser. in §. de natur.succes.feud.

753 Vulneratus † qui decessit intra annum ex vulnere præsumitur mortuus,l huic scripturæ §.primo,& l.ita vulneratus ad leg. aquil.quæ iura sic intelligit Luc.de pen. in d.l.quicunque columna septima, in medio.

754 Volens † in causa probare, præsumitur meliores probationes quas habeat inducere Innoc.in cap auditis de in integr.restit.& arg.cap.si forte de electio. lib.6.

755 Vendens † uinum in dubio præsumitur ea condi tione uendere,ut ante uindemias euacuetur doliũ l.prima,§.fina. de peric.& commod. rei uendi.

756 Vir nobilis † & diues præsumitur donare uxori, l.uxori in fine de leg.3.

757 Vir † concedens aliquid ad luendum ornamentum vxoris pignori obligatum,præsumitur ei donare d.l.uxori in fine de leg.3.

758 Vendens † rem alienam præsumitur nullo iure munitus id agere l.prima,C.de rebus alien.non alienand.

759 Vidua ultra † 11.menses ex alio quàm ex marito peperisse præsumitur §.mulier. in authen. de restit. & ea quæ parit in 11.mens.Dom.Alcia.de prçsump. reg 1.præsump.40.

760 Vir præsumitur † esse constantior muliere §.mater ubi gl.not.in auth.de nup.D Alci. de præsump. regul. 1. præsumpt. 47. qui post Gandi.in titul. de quęstio. data paritate indiciorum dicit torturam incipiendam esse à fœmina.

761 Viuere † quilibet presumitur usque ad centum annos l.fin.C.de sacr.sanct.eccles.Dominus Alciat. dicta regula prima, præsumptio. 44. & supra diximus, & generaliter quis uiuus esse presumitur nisi probetur mortuus l.nec nos C.de cap.& postli.

reuerſ.& l.ſed ſi mors.§.primo,de donatio. inter ui. & uxor.Luc.de pen.in d.l.principes, C. de princip. agen.in reb.libro 12.uer.75. ubi ponit quid de iur. longobardorum.

762 Vidua † fornicatrix præſumitur idem etiam marito uiuente feciſſe §.fina.in auth.de reſtit. & ea quę par.in 11.menſ.l.ſi hi qui C.de adul.quę opinio fuit Caſtren.in conſi. 147.qui propterea uult eam amittere debere dotem, quam opinio. dicit communẽ Boer.deciſ.338.ſub nume.primo,magis tamen cõmunis opinio eſt in contrarium, quantum ad amittendam dotem,ut atteſtatur Clar.in §. ſtuprum ſub numero quinto,uerſi.& certè negari eandẽmque ſequitur, D.Alcia.in præſ.9.reg.2.& Craue.in conſi. 205.ſub num.31.

763 Vxor † quicquid acquiſiuit conſtante matrimonio præſumitur ex bonis mariti acquiſiuiſſe l. quintus de donat.inter ui.& uxor.Dom. Alcia.d.regu.2.præſ.16.Craue.in conſilio 81. ſub numero 4. ubi vult uxorem de rebus emptis nomine proprio cõſtante matrimonio teneri pretium reſtituere vel ipſi uiro uel eius hæredibus, Bar.de præſump. colu. ſecunda,ſub numero 7.& pulchrè declarat Craue.in conſi 61. ſub nu 6.

764 Vicinus † præſumitur ſcire facta uicini, niſi ſit abſens, uel infirmus l.Titius §.primo,de lib.& poſthum.l.filium definimus de ijs qui ſunt ſui uel alien. iur.Bal.in l.is colum.6.uer.uenio ad alias qualitates de acquir.hæred.Alexan.in conſil.82.ſub num.10. libro 3.

765 Vnionis † ſolennitas quanto tempore præſumatur Alexan.in conſil.219.ſub nu. 13. & ibi pulchrè Moder.ad Alex qui improbat Ale.reſolutionem in facto ſuper quo ibi conſuluerat.

366 Vnitas † corporis præſumitur niſi pluralitas probetur cap.cum Ioannes de fid.inſtrum, l.qui iuraſſe §.ſi pater de iureiur.Bar.in l.ſi in rem de re. uendic. & l.ſi quis ſeruum §.inter duos de leg.ſecundo,Alexand.in conſi.219.colum.3.libro primo,& in conſi. 88.ſub num.23.libr.1.Areti.in l.ſi pater impuberes ſub numero quarto,de uulgar.& pupilla. Dec. in c. in preſentia,colum.5.de probatio. Iaſ.in l.eum qui, §.in popularibus colum fin.de iure iuran.Moder.Pariſi.qui plures citant ad Alex.in conſil.88.d.nu. 27. ſub littera A.

767 Vulnerans † inſiliantem,præſumitur feciſſe ad ſui defenſionem,l.ſecunda,vbi hoc not. Bal. ad leg. Corn.de ſicar.qui adducit nota.in cap.ſignificaſti 11 ſecundo,de homi. Alex.in conſi.14.ſub num.10.li. 3.& in conſi.75.ſub num.4.libro primo, & ſupra diximus in uer.percutiens.

768 Vxor † præſumitur eſſe pregnans uiro cum quo cohabitabat l.filium definimus de ijs qui ſunt ſui vel alien.iur. l.ſi uicinis & quod ibi nota. Cyn. C.de nup.etiamſi cũ alio probaretur rem habuiſſe quàm marito l.miles §.defuncto de adult. ſecundum Bal. in l.matre C de ſuis & legi. Alex.in conſil. 157. ſub nu.2.l.b 5.& ſupra diximus in uer.filius.

789 Vxor † cenſetur bona ſua dediſſe in dotem uiro quando ſaltem eius conditio ea promerebat, l.mulier bona in princip. de iur. dot. Barto. in l.ſi conſtante in princip.ſolut.matrimo. per quæ ſic probat Alexand. in conſil. 122. ſub nume. 2.& ſub num.9. libro 7.

770 Vxor † præſumitur primo loco mortua quæ deceſsit eodem infortunio cum uiro l.qui duos in principio.de reb.dub.Bar.de præſump.columna 2.ſub nume. 12. Luc.de pen.in l.priucipes, C. de prin.agen. in reb.lib.12.uer.44.

771 Vſuræ † præſumuntur promiſſæ quæ longo tempore fuerunt pręſtitę l.cum de in rem uerſo de uſur. & l.ſi certis anniis C.de pact.Bar. de præſum. col.2. ſub num.7.

772 Verba † in dubio præſumuntur prolatæ eſſe demonſtratiuè,& non reſtrictiuè, l.fin.§.Titia de libe. legat.l.cum pater §.menſę uer.quero quid ſi teſtator de leg.ſecundo,& in l.centurio col.11.uerſ.ſed quid ſi dixt, de uulg.& pupilla. Craue.in conſi. 301. ſub nume.5.

773 Virgo † præſumitur fuiſſe mulier ſtuprata, ſi illa uirginitatem contra ſtupratorem allegat, *cap.1.de* adulter.quod ita intelligit Craue. in conſi. 166.ſub nu.1.quia iuris preſumptione quis non iuuatur niſi eam alleg.l.ſi adulterium cum inceſtu §.idem pollioni de adulte.Bar.& doctor.in l.cum quid ſi cert. peta.

774 Vniuerſitas † maiorẽ habet preſumptionẽ pro ſe quàm particulares, Craue.in conſi.132.per l.tertiam,§.primo, l.& ob carmen §.fin. de teſtibus qui inſuper ait, quod pro uniuerſitate preſumitur contra dominos,arg.eius quod ſcribit Oldra. in conſil. 313 Thema tale eſt. Et ideo magis præſumi pro conſilio unius collegij,quàm unius particularis Deci in conſi.615.col.2.circa med. Iaſ.in conſi.43.col. 2.poſt medi.lib.3.poſt Abb. in cap.prudentiam in prin.in 3.not.de offic.delegat.

775 Vniuerſitas † preſumitur ſcire ea quę fiunt in iudicio ipſius loci, uel ea quę frequenter fiunt in loco, Aretin.in conſilio 42.col.ſi. Craue.in conſi.204 ſub num.5.

776 Voluntas † precedens talis præſumitur, qualis colligitur ex facto quod ſequitur l.ſi ſeruus pluriũ §.fin.de legatis primo,l.poſt contractum ubi Bart. de donatio l.cum quis,C.de natur.lib.Craue.in conſilio 316.ſub nu.11.

777 Vſura preſumitur † ex qualitate debitoris, cui mutuatur, ueluti ſi Chriſtiani dent mutuas pecunias iudeis, Crauetta in conſilio 73. ſub numero undecimo. Item ex modicitate pretij cum pacto de reuendendo niſi poſt certum tempus, Baldus in conſilio 114.ſecundum ea libro tertio, Crauetta in conſilio 156.ſub numero quinto,ubi ult. in tali caſu illas duas tantum coniecturas ſufficere. Item ex inequalitate pacti, cum ſocius uult in lucro tantum participare & non in damno. Bald. in l.prima, in nona queſtio. pro ſocio. Decius in l. ſi paſcenda columna ſecunda, C.de pact.& in conſilio 116.columna prima,in fin.& in conſilio 123.columna ſecunda,circa med Crauet.in conſilio 145. ſub numero decimotertio, & decimoſexto. Item ex taxatione intereſſe, ut ſcribit Crauetta in conſilio 189.ſub numero quinto,& ſexto,& octauo.

Volens

778 Volens aliquid † præſumitur id etiam uelle ſine quo illud quod uult eſſe non poteſt l.pro hærede §. Papinianus & ibi nota.de acquir. hæred.l.3.§.final. rem rat.haber.facit l.ad rem mobilem l.ad legatum de procur.l ſecunda,ubi tradunt communiter Doctor de iuriſd.omni.iudi.ibiq́ue latè Iaſ.

779. Vir preſumitur † eſſe conſtantior muliere in bono propoſito §.mater in auth.de nupt.quem ad hoc citat Luc.de pen.in d. l. principes C.de prin. Agen. in reb ſub num 74.

780 Vſusfructus † filio relictus potius patris, quàm ſui contemplatione relictus eſſe præſumitur, l.ſi.in fin.cum ibi nota.de uſufruct.

781 Vir † qui intra decennium non oppoſuit exceptionem non numeratæ dotis,præſumitur uelle hę redes ſuos illam de proprio reſtituere.§ ſin autem in uerſ.ubi,in auth de tempo. non ſolut. pe.ſuper dot. quem tex.ad hoc inducit Luc.de pen. in d. l. principes verſi.100.

782 Venditio † præſumitur fraudulenta & uſuraria ſi emptor promiſit retrouendere longe maiore pretio,quàm in contractu emptionis deductum fuit, cap.ad noſtram de empt. & vend. & cap. illo de pigno. Sed de ijs hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Multos caſus in quibus iura aliquid non præſumunt referri qui in præcedenti capite concipi oportunè non potuerunt.*

2 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis innoteſcere.*

3 *Alienatio facta per prælatum in eius conſanguineos nõ præſumitur facta eſſe in vtilitatem eccleſiæ.*

4 *Actum approbare non præſumitur, qui ſolemnitatem in actu requiſitam non adhibet.*

5 *Aliquid ſiniſtrum non præſumitur de ijs,qui ſunt poſiti in epiſcopali dignitate.*

6 *A paruo non præſumitur in magnum fuiſſe metus illatus.*

7 *Agere inique non præſumitur is, qui coram iudice aliquid agit.*

8 *Aliquis non præſumitur animum occidendi habere niſi probetur.*

9 *Animus nocendi in dubio non præſumitur.*

10 *Abſentia canonici in dubio non præſumitur.*

11 *Actuum pluralitas in dubio non præſumitur.*

12 *Alienatio hæreditatis non præſumitur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum, quando poſſeſſionis alia docetur cauſa quam hæreditaria.*

13 *Aditio hæreditatis non præſumitur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum modici ualoris.*

14 *Bonum de illo non præſumitur,quem pater non idoneum reputauit.*

15 *Bene viuentis in iuuentute, non facile præſumitur mala in ſenectute.*

16 *Baptizatus quis eſſe non præſumitur.*

17 *Bonum de teſte non præſumitur, qui poſtquam locutus eſt cum parte accedit ad deponendum dictum ſuum.*

18 *Bonum de illo non præſumitur,qui ſemper aut crebrò de nummis loquitur,*

19 *Bonus uir cuius arbitrio aliquid ſit commiſſum non præſumitur morari in arbitrando.*

20 *Bonum non præſumitur de prælato,qui neglectis rebus eccleſiæ, proprium auxit patrimonium.*

21 *Bonum de patre non præſumitur, qui deprehenſum cum filia moechum occidit, filiam vero non item.*

22 *Bona fides non præſumitur in eo qui ſaluis rebus ſuis depoſitas amiſit.*

23 *Bono exitu non preſumuntur perfici, quę malo ſunt inchoata prin.*

24 *Ciuitatis debito ſoluto actori,non præſumitur ciuitas locupletata,niſi probetur.*

25 *Circumuentus non præſumitur uenditor probata uendendi neceſsitate.*

26 *Colludere non præſumitur qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur.*

27 *Ceſſio quibus in caſibus non præſumitur ſimulata.*

28 *Certum tempus adiectum fuiſſe non præſumitur in ſtipulatione de re vendita defendenda, ideoque omni tempore denuntiari poteſt.*

29 *Conſentire non præſumitur is in cuius præiudicium inducitur conſuetudo.*

30 *Coacta non præſumitur mulier,quæ per annum ac dimidium morata eſt cum uiro.*

31 *Corrigere non præſumitur quis quod incontinenti fecerat.*

32 *Contraxiſſe non præſumitur per metum quæ præſentib conſanguineis ſuis contraxit.*

33 *Conſanguinei non præſumuntur ommiſſuri eſſe defenſionem conſanguinei ſui.*

34 *Cauſa non præſumitur in inferiore à Principe.*

35 *Clericus & Rector non præſumitur immemor ſalutis æternæ.*

36 *Communicatione fructuum non præſumitur communicatio proprietatis.*

37 *Communio iniuncta eſſe filijs non preſumitur niſi gratia æqualitatis ſeruandæ.*

38 *Coniunctus non præſumitur habere notitiam teſtamenti coniuncti ſui.*

39 *Contractus in dubio non præſumitur uſurarius nec ſimulatus.*

40 *Cauſa non præſumitur in diſpenſante, quando conceditur ad importunitatem poſtulantium.*

41 *Cauſa non præſumitur in principe in ijs in quibus aliquid ſine cauſa facere poteſt.*

42 *Clericatus non præſumitur etiam quod probetur de ordinibus minoribus.*

43 *Compenſandi animus non præſumitur in debitore ex contractu vel quaſi.*

44 *Compenſatio non præſumitur facta cum debito voluntario.*

45 *Confeſsio receptæ dotis conſtante matrimonio non præſumitur facta eſſe in fraudem, quando maritus vxori, tanquam dotatæ præſtitit alimenta.*

46 *Coniunctus non præſumitur coniuncto velle iniuriari.*

47 *Culpa non autem dolus præſumitur ex omiſsione.*

48 *Culpa in dubio non præſumitur.*

49 *Diues uel idoneus facultatibus quis non præſumitur niſi probetur.*

50 *Donare quis non præſumitur, aut pecunias ſuas velle iactare.*

51 *Donatio non præſumitur, niſi quando rei traditio ſit ab eo qui donare præſumitur.*
52 *Donare non præſumitur vir vxori, neque è contra.*
53 *Dolum committere non præſumitur qui fraudem excludit.*
54 *De correctione diligentis malum non præſumitur.*
55 *Dolus non præſumitur in errante.*
56 *Neque in modica re.*
57 *Dominus non præſumitur ad eas ſpecies pecuniæ perſoluendas præpoſuiſſe quæ ſolui non debent.*
58 *Dolium ab emptore ſignatum non præſumitur illi traditum.*
59 *Diligens paterfamilias læſus fuiſſe non præſumitur.*
60 *Diligere non præſumitur litigatorem Iudex qui ab eo interpoſuit appellationem.*
61 *Dominus non præſumitur ſeruo in peculio concedere, quod ſibi debetur.*
62 *Derogatum non præſumitur ſtatuto antiquo per nouum.*
63 *Dilectus minus a teſtatore non præſumitur eſſe melioris conditionis.*
64 *Dolus non præſumitur & quibus in caſibus.*
65 *Donandi animus in aſcendente uerſus deſcendentem nõ præſumitur niſi in ijs ad quæ tenetur, aut ubi de modicis agitur.*
66 *Donandi animus non præſumitur in fratre verſus fratrem.*
67 *Donandi animus in dubio non præſumitur.*
68 *Donatio in dubio non præſumitur in deſcendente uerſus aſcendentem.*
69 *Dubio in caſu præſumendum non eſt teſtatorem velle aliquid odioſum.*
70 *Debitor reſpectu creditoris non præſumitur ſatisfeciſſe niſi probet.*
71 *Decretum non facit præſumi ſolennitates, quæ tempore decreti interuenire non potuerunt.*
72 *Decretum ubi interuenit læſio non præſumitur.*
73 *De legatio Indici non præſumitur niſi probetur.*
74 *Delictum in dubio non præſumitur.*
75 *Dicta in prima poſitione, non præſumuntur repetita in ſequentibus.*
76 *Diſpenſatione ſua non præſumitur princeps uelle promouere odioſos.*
77 *Diſpoſitio nunquam præſumitur ſuperflua aut illuſoria.*
78 *Dolus non præſumitur in re modica.*
79 *Donatio regulariter non præſumitur vbi poteſt capi alia coniectura.*
80 *Eligere quis non præſumitur uiam, per quam impugnet iudicium ſuum.*
81 *Eccleſia non præſumitur conſecrata niſi probetur.*
82 *Ex generalibus verbis quando legatum ademptum eſſe non præſumitur.*
83 *Ex debito per prælatum contracto non præſumitur eccleſia locupletata.*
84 *Error non præſumitur in maioribus.*
85 *Ex poſſeſſione præſenti quando non præſumatur in præteritum.*
86 *Exceptio nullitatis nunquam præſumitur eſſe ſublata.*
87 *Eccleſia non præſumitur aliquem contra ſe priuilegiaſſe.*
88 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*
89 *Fraus non præſumitur in ijs quæ palam fiunt.*
90 *Furtum non præſumitur in re communi committi.*
91 *Frater non præſumitur fratrem ſuum odio habere.*
92 *Fraudandi cauſa non præſumitur latere, qui ſi in iudicio compareret abſolueretur.*
93 *Falſitas non præſumitur in literis meram iuſtitiam continentibus.*
94 *Fides eius qui in ægritudine ſuſcipit baptiſmum, non præſumitur uoluntaria, ſed neceſſaria.*
95 *Fraus non præſumitur in ijs, quæ ſolita ſunt fieri.*
96 *Falſitas non præſumitur, & quibus concurrentibus.*
97 *Falſum non præſumitur committi quando damnum non infertur, aut agitur de re modica.*
98 *Fideicommiſſo renuntiatum fuiſſe non præſumitur ob clauſulas generales.*
99 *Fideiuſſor acceptus pro principali non præſumitur eſſe acceptus pro uſuris.*
100 *Filia per ſtatutum excluſa, non præſumitur eſſe excluſa niſi ab hæreditate dotantis.*
101 *Fides non præſumitur habita de pretio ob ſolam patientiam detinendi.*
102 *Filia non cenſetur renuntiare legitimæ etiamſi agnoſcat legatum paternum.*
103 *Finium mutatio non præſumitur.*
104 *Grauamen nominatim iniunctum, non præſumitur teſtator ad alios uoluiſſe extendere.*
105 *Generali fideicommiſſorum acceptatione non præſumitur acceptatum fideicommiſſum acceptanti odioſum.*
106 *Generalis impugnatio non præſumitur trahi ad ea, quæ ſunt impugnanti fauorabilia.*
107 *Generalis diſpoſitio nunquam præſumitur trahi ad ea quæ in ſpecie prohibentur.*
108 *Hæres adeundo hæreditatem, non præſumitur approbare ea quæ contra prohibitionem legis diſpoſuit teſtator.*
109 *Hodie non præſumitur poſſidere, qui olim poſſedit.*
110 *Honoratus quis eſſe non præſumitur eo ipſo quòd grauatur.*
111 *Ignorare quæ quis non præſumatur.*
112 *In inuentario non præſumitur quis aliquid apponere contra ſe.*
113 *Immemor ſalutis æternæ quis eſſe non præſumitur.*
114 *Id velle non præſumitur quiſquam quod agere non poteſt.*
115 *In iudicio non præſumitur uiolentia inferri.*
116 *Iudex non præſumitur audire nolle uolentem contra ſe litigare.*
117 *Inſolita non præſumuntur.*
118 *Inuito auditori non præſumitur quis libenter referre.*

119 *Inanibus laboribus non præſumitur quis ſe fatigare velle.*
120 *Iudex non præſumitur aliquid fraudulenter feciſſe.*
121 *Iudex non præſumitur aliquid facere ſine cauſæ cognitione.*
122 *Ignorantia notarij facti permanentis non preſumitur.*
123 *Impedimentum non præſumitur niſi probetur.*
124 *Implementum non præſumitur ſed probandum eſt.*
125 *Infirmitas corporis non præſumitur impedire vires animi.*
126 *Ignorantia non præſumitur in eo de quo eſt fama.*
127 *Inſtitutio facta de filijs & nepotibus, non intelligitur facta eſſe niſi ordine ſucceſſiuo.*
128 *Interpretatio vbi tollitur, nunquàm cenſetur ſublata niſi friuola.*
129 *Iuſtum non præſumitur ſed adulatorium, quod ab initio inualidum poſtea potentioris contemplatione confirmatur.*
130 *Leſus quis eſſe non præſumitur ex eo, quia minor, niſi probetur.*
131 *Læſus fuiſſe non præſumitur diligens paterfamilias.*
132 *Libri non præſumuntur a patre filio fuiſſe donati, quando erant magni precij.*
133 *Literæ ſaluiconductus & ſimiles non præſumuntur eſſe conceſſæ motu proprio, ſed ad poſtulationē partis.*
134 *Locus non præſumitur eſſe repetitus in ſcriptura diuerſę datæ.*
135 *Legatum non præſumitur eſſe reuocatum, ex eo quod poſtea mulier omnia bona in dotem dederit marito.*
136 *Literis publici officialis vltra concernentia eius officium non creditur, neque pro eis preſumitur.*
137 *Mala fides non præſumitur in eo qui rem a domino emit.*
138 *Matrimonium non præſumitur contractum cum ingenua redempta ab hoſtibus, quamuis eo animo retineatur, vt ea liberi ſuſcipiantur.*
139 *Mulier non præſumitur de facili donare.*
140 *Matrimonium non præſumitur, niſi probetur, ſed potius fornicatio.*
141 *Mala fides non præſumitur in eo qui factum alicuius ignorauit.*
142 *Mandatum non preſumitur ex antiquitate temporis alijs non concurrentibus.*
143 *Mentiri contra ſe quis non præſumitur.*
144 *Motus proprius non præſumitur in literis principis niſi adſit clauſula motu proprio.*
145 *Mulier quę reperitur in inſtrumento fideiuſſiſſe non intelligitur renuntiaſſe beneficio Senat. Velleia.*
146 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
147 *Mater in dubio non præſumitur, quæ filium non diligit.*
148 *Mala fides non præſumitur in eo qui pecuniam ſoluit.*
149 *Metus non præſumitur quando de metu quis proteſtatus non fuit.*
Idemque in alijs caſibus ibidem enumeratis.
150 *Metus regulariter non præſumitur niſi probetur.*
151 *Mutatio confinium non præſumitur.*
152 *Nouatio non præſumitur niſi probetur.*
153 *Notarius non præſumitur rogatus neque teſtes.*
154 *Notarius aliter ſcribens quàm partes ipſæ dixerint, non per dolum ſed per errorem preſumitur feciſſe.*
155 *Nullitas quę reſultat ex inſpectione actorum, nunquā cenſetur eſſe ſublata.*
156 *Nemo preſumitur ſibi velle preiudicare etiam in minimo.*
157 *Nemo præſumitur ſe ipſum incontinenti velle corrigere.*
158 *Nemo præſumitur immemor ſalutis ęternæ.*
159 *Nemo preſumitur velle iactare ſuum.*
160 *Nemo preſumitur eam viam eligere, per quam impugnet iudicium ſuum.*
161 *Nemo preſumitur de vento vixiſſe.*
162 *Oculum non preſumitur quis ſponte velle amittere.*
163 *Obliuio non præſumitur in facto proprio, niſi per lapſū longi temporis.*
164 *Obliuio non preſumitur in officiali de ijs quæ a ſe geſta ſunt, niſi ob multitudinem negociorum.*
165 *Officiales non præſumuntur habere ſcientiam omnium eorum quæ continentur in eorum codicibus.*
166 *Obliuio non preſumitur in facto multum notando.*
167 *Odium non preſumitur inter fratres.*
168 *Offendi non preſumitur militaris diſciplina ſi miles negocijs ſuis ſupereſt.*
169 *Prælatus vel alius non preſumitur ſimoniam committere qui illam prohibuit ne fieret.*
170 *Pro proceſſu vel ſententia non preſumitur niſi quatenus conſtet de illis.*
171 *Pecunia ſoluta tutori ob venditionem rei pupillaris, non præſumitur pupillus fuiſſe locupletatus.*
172 *Proximus pubertati non præſumitur illectus.*
173 *Pontifex Max. ſeu Papa non præſumitur per reſcriptū ſuum velle bene ſtatuta reſcindere.*
174 *Preſcriptio centum annorum non preſumitur poſſe probari.*
175 *Princeps non preſumitur indulgere quod poſſit rationabiliter imlorari.*
176 *Pater filium ſuum iudici offerens non preſumitur ita offerre vt mori velit.*
177 *Pater non preſumitur ancillam liberam velle facere, & velle filios in ſeruitute retinere.*
Nec filium dolo retinere ibidem.
178 *Pater non preſumitur velle diminuere hæreditatem filij per legata.*
179 *Pontifex maximus vel Papa non præſumitur velle derogare conſuetudinem.*
180 *Pluralitas nominum non præſumitur.*
181 *Præſens & tacens non præſumitur cōſentire in damnis.*
182 *Princeps in dubio non præſumitur velle præiudicare fiſco, niſi quatenus eſt expreſſum.*
183 *Princeps non præſumitur velle præiudicare iuri tertij, nec primę conceſſionis num. 183.*
184 *Princeps non præſumitur velle derogare rei iudicatę.*
185 *Princeps non preſumitur vti plenitudine poteſtatis ſed poteſtate ordinaria.*
186 *Princeps non præſumitur habere ſcientiam per eius officiales.*
187 *Principis mandatum non præſumitur niſi quatenus de illius inſpectione apparet.*
188 *Pater in dubio non cenſetur donare filio ſed potius in peculium concedere.*
189 *Pluralitas apocharum vel inſtrumentorum non præſumitur.*

190 *Pluralitas causarum, vel delictorum non præsumitur.*
191 *Præscriptio de facili non præsumitur sed probari debet.*
192 *Præsumptiones fieri non possunt de non verisimilibus.*
193 *Quis non præsumatur dixisse quod mente non cogitauit.*
194 *Quis ordinatus non præsumitur nisi probetur.*
195 *Quis subtrahens aliquid ex hæreditate non præsumitur malo animo subtrahere.*
196 *Quis diligere non præsumitur quod non optat, vel non eligit.*
197 *Quid metu agi non præsumitur, nisi quando probatur metum aut verba præcessisse.*
198 *Quasi possessio matrimonij non inducit præsumptionem veritatis.*
199 *Renunciare quis non præsumitur, quod ignorat sibi competere.*
200 *Renunciare quis etiam de facili non præsumitur iuri quod sibi competere quoque non ignorat.*
201 *Renunciare non præsumitur sponte, qui renunciat spoliatus.*
202 *Res nō præsumitur effecta minoris precij nisi probetur.*
203 *Reuerentia vxoris in virum non præsumitur consensus sed dissensus.*
204 *Solennitas extrinseca non præsumitur nisi probetur.*
205 *Sinistrum aliquid non præsumitur de ijs qui in episcopali dignitate sunt positi.*
206 *Supposita non præsumitur quæ à parentibus chara habita fuisse filia dicitur.*
207 *Simulatio regulariter non præsumitur nisi probetur.*
208 *Spurius in dubio non præsumitur filius sed naturalis.*
209 *Statutum admittens aliquas exceptiones tantum non præsumitur alias excludere.*
210 *Stuprandi animus non præsumitur in ijs, quæ scientibus domesticis decurru descendunt.*
211 *Subreptionis exceptio non præsumitur sublata, quamuis rescripto tollantur omnes exceptiones.*
212 *Sententia si sit lata in fauorem, in ea non præsumitur ignorantia aut error iudicis.*
213 *Societas non præsumitur contracta esse cum pupillo.*
414 *Societas non præsumitur ex communi victu.*
215 *Solennitas non præsumitur in præiudicium tertij nisi post triginta annos.*
216 *Solennitas extrinseca non præsumitur in actibus extraiudicialibus.*
217 *Solennitas citationis, ac sententiæ, non præsumitur, cū producuntur acta ex quibus appareat sententiam esse nullam.*
218 *Solennitas intrinseca naturalis non præsumitur.*
219 *Solutio non præsumitur si reperitur instrumentum cancellatum penes tertium.*
Scientia non præsumitur nisi probetur. ibid.
220 *Testator non præsumitur repetere id quod facit legatum ab eo relictum inutile.*
221 *Testator non præsumitur velle compensare quamuis rem obligatam relinquat creditori.*
222 *Tacens non præsumitur consentire in ijs quæ illi præiudicialia sunt.*
223 *Tempus longum non facit præsumi bonam fidem.*
224 *Tempus longum non sufficit in præsumenda solennitate.*
225 *Testamentorum pluralitas non præsumitur nisi probetur.*
226 *Testator in dubio non præsumitur facere velle dispositionem inanem.*
227 *Testator non præsumitur legare nisi ius quod habet.*
228 *Testes non præsumuntur esse rogati.*
229 *Tituli substantia non præsumitur ex diuturnitate temporis.*
230 *Testator non præsumitur substitutionem inutilem facere velle.*
231 *Testator non præsumitur id velle quod non loquitur.*
232 *Voluntas hominis non præsumitur esse aliena a verbis.*
233 *Vsura non præsumitur ex pacto de retrouendendo apposito.*
234 *Vsura non præsumitur in foro contentioso.*
235 *Vsura non præsumitur ex taxatione alimentorum.*
236 *Vsura non præsumitur quando quis se refert ad solitum patriæ.*
237 *Vsurarius in dubio non præsumitur contractus sed licitus & permissus.*
238 *Quædam generalia annotanda esse in materia instrumēti præsumptionis.*
239 *A iure vel ab homine id solum præsumendum esse quod de iure licet.*
240 *Iudex vbi ex præsumptionibus procedit, seruato iuris ordine, maximè temperare debere eius sententiam.*
241 *Iudicem in concursu præsumptionum debere illam amplecti, quæ magis consonat veritati.*
242 *Præsumptionum vnam tolli per alteram.*
243 *Duas præsumptiones iunctas facere vnam probationē; & dictum vnius testis integri atque omni exceptione mioris.*
244 *Plures præsumptiones inducere plenam probationem reatus, quando non imponitur pœna capitalis.*
245 *Præsumptiones iuris dici liquidissimas probationes.*
246 *Præsumptiones assumendas esse ex ijs quæ apparent, non ex ijs quę non apparent.*
247 *Præsumptiones desumi oportere ex verisimilibus, non autem ex non verisimilibus.*
248 *Præsumi pro eo quod plus operatur, ac magis potest.*

Aliquorum casuum nomen elatoriè cōtrà recenseri, in quibus iura aliquid non præsumunt.

CAP. XIX.

1 
Voniam verò † & multi sunt casus in quibus iura aliquid non præsumunt, qui superiore capite cōcipi haud quaquam commodè potuerunt, ideo operæ precium facturum me esse opinatus sum, si aliquos eodem ordine præsenti capite subiecero, ut possit † huius in-
2 strumenti virtus per oppositorum iuxta se positionem magis innotescere, l vnica, § & cum triplici. C. de caduc. toll & supra diximus cap. 17. in loco ab oppositis, hi autem ferè sunt, quòd
3 Alienatio, † facta per prælatum in eius consanguineos non præsumitur facta esse in vtilitatem ecclesiæ, sed in vtilitatem ipsorum consanguineorum

auth.quibuscunque modis.C.de sacrosan.eccles.vbi Bart.Bal.& alij notant, glos.in cap.peruenit.1.q.3. Dom.Alcia.qui pulchrè extendit ac declarat,de præsumpt.reg.1.præsump.29.

4 Actum †approbare non præsumitur qui solennitatem in actu requisitam non admittit, l. non codicillum.C.de testa. l.fi. §.illud de repud. Luc. de pen. in l.1. C. de quæsto. libro duodecimo, col.secunda post princip.

5 Aliquid † sinistrum non præsumitur de ijs qui in episcopali dignitate sunt positi cap.absit 11.q.3.

6 A paruo †non præsumitur in magnum fuisse metus illatus not.in cap. lotharius 30. q 3. facit tex. in l.non est uerisimile quod met. caus.cum socijs.

7 Agere †iniquè non præsumitur is, qui coram iudice, vel alio quolibet animo legali ac ciuili obseruante aliquid exequitur,auth.ut defunc.seu fun.eo. in princip.

8 Aliquis †non præsumitur animum occidendi habere, nisi probetur contrarium, l. 1. C. de sicar. & præcipuè si percutiat cum hasta quæ ferire poterat cum ferro,l.1.§.diuus, vbi glos. Bart. & Doctor. ac plenè Marsil. ad leg. Cornel. de sicar.Bart. de præsumpt.col.2.

9 Animus †nocendi in dubio non præsumitur glo. in l.fluminum de dam.infect.Alexan.in consil.174. sub num.5.libr.2.

10 Absentia † canonici in dubio non præsumitur, quia esset præsumere delictum cum is residere teneatur, Oldr.in consi.198. circa primum punctum col.fina. Crauet.in consil. 88. sub num. 18. vbi ait; ideoque clericum absentem præsumi malitiosè abesse cum residere teneatur, Innocen. in cap.fina. de eo qui mittit.in poss. Io.de silu. de benefi. par.4. q.5.col.2.circa finem in magna impressione.

11 Actuum pluralitas † in dubio non præsumitur, Dec.in cap. in præsentia in 9. not.de probatio.& in consi 146.col.5.Alex.in l.planè,§.si eadem de leg.1. Ias.in l.scire debemus ad fin.prin. de verbo. obligat. Crauet.in consi.223.sub num.8.

12 Aditio hereditatis † non præsumitur ex possessione bonorum hæreditariorum, quando quis se possediſſe docet ex alia causa quàm hæreditaria, per nota. in l.gerit de acquir.hæred. Alex. in consil.32. libr.3,Corn.in consi.147.lib.1. Crau.in consil.197. qui idem firmat in actibus dubijs, sub nu.4. in quibus vult stari non solum declarationi heredis, sed etiã hæredis hæredis, post Bart.in d.l.gerit col.6. & 7. de acquiren. hæred. & alios perplures quos citat idem Crauet.in consi.33.sub num.11. vbi vult stari iuramento possessoris ex qua causa possederit, & in dubio præsumendum esse, quòd possederit ex causa vtiliori ipsi possessori Castr.consil.351.col.3. circa medium libro primo.

13 Aditio † hæreditatis non præsumitur quoque ex possessione rerum hæreditariarum modici valoris, Ias.in l.1.§.veteres col.9.de acquir.possess.Mars.in l. furem sub num.22. ad leg. Corn. de sicar. quia non est verisimile quòd pro re modici valoris voluerit quis se obliga e oneribus hæreditarijs Crauet. in d. consi.33.sub num.12.

14 Bonum † de illo non præsumitur quem pater non idoneum reputauit,l.pen.in fi.de curato.furio. quinimò videtur talis quodammodo infamis esse infamia facti,l.ea quæ de ijs qui notan. infa. q. quẽ ita intelligit Luc.de pen.in d.l.1. C.de quæst.lib.12. colum.2.

15 Benè viuentis †in iuuentute non facile præsumitur malum in senectute. c.cum in iuuẽtute, de præs. c.fraternitatis 34.distin.quinimò de senectute multa bona præsumuntur, quæ scripsit Luc. de pen. in l.1.C.de consul.lib.12.

16 Baptizatus †quis esse non præsumitur, cap.paruulos distin.4.quinimò præsumitur esse non baptizatus, vt supra diximus cap. præcedenti in ver. baptizatus non esse.

17 Bonum † de teste non præsumitur, qui postquã locutus est cum partibus vadit ad iudicem vt declaret dictum suum,§.quoniam in auth.de testib.

18 Bonum † non præsumitur de eo qui semper aut crebro de nummis loquitur cap. si cupis 16.q.1.

19 Bonus vir † non præsumitur morari in arbitrando quotiescunque aliquid in eius arbitrium collatum est,l.1.de leg.2.

20 Bonum † non præsumitur de prælato, qui neglectis rebus ecclesiæ industria ac laboribus proprium auxit patrimonium cap. quicunque 12.q.4.

21 Bonum † de patre non præsumitur qui deprehensum mæchum in adulterio cum filia occidit, filiam verò minimè, l. nihil interest in princ. cum ibi nota. ad leg.Iuliam de adulter.

22 Bona fides † non præsumitur in eo qui saluis rebus suis depositas amisit,c.bona fides depos.l.quod Nerua in fin.cum ibi nota. ff.eod.quod & in tutore procedit qui pecuniam suam benè collocauit, pupilli verò dicit se collocare nequiuisse,l.tutor secundum dignitatem,§.1.de administr.tuto.

23 Bono exitu † non præsumuntur perfici, quæ malo sunt inchoata princip. authen. quomodo oport. episcop.in princ. cap. principatus 1.q.1.& 61.dist. cap.miramur D.Alciat.de præs.reg.2.præsump.32.

24 Ciuitatis † debito soluto actori ciuitatis de quo etiam per apochas ipsius actoris constat, non præsumitur ciuitas locupletata nisi probetur nec sufficit dicta apocha ad liberationem, l.1. C.de solutio. & liberatio.debit.ciuita.libr.10. faciunt nota.in l.ciuitas si cert.peta.& in l.j. C.si aduers. credito.

25 Circumuentus †non præsumitur insidijs nec potẽtia comparatoris oppressus venditor, probata vendendi necessitate coram iudice competenti & sub auctorum fide venditio facta est, l. 1. C. de præd. curi.libr.10.

26 Colludere † non præsumitur, qui suam vel suorum iniuriam prosequitur argu.l.2. C.de fals.l.2. in fi.de carbon. edict.

27 Cessio non † præsumitur simulata in casibus quos not.Innoc.in cap. ex parte de alien.iudi.mut. caus.fact.

28 Certum tempus † adiectum fuisse non præsumitur in stipulatione de re vendita defendenda, ideoq; omni tempore denuntiari potest,ut defendatur,l.si rem,de euictio.

Con-

29 Conſentire † non præſumitur is, in cuius præiudicium inducitur conſuetudo, niſi manifeſto indicio probetur veluti quia inde precium recepit, not. Innocen. in rubr. de conſuetud.

30 Coacta non † præſumitur mulier quæ per annum & dimidium morata eſt cum viro à quo cognita fuit cap. ad id de ſponſal.

31 Corrigere † non præſumitur quis quod incontinenti fecerat, l. non ad ea, §. quod pure de condit. & demonſtr. D. Alciat. de præſ. reg. 2. præſ. 28. Alexan. in conſi. 167. ſub num. 15. lib. 7. & in conſil. 23. ſub num. 6. eod. libr.

32 Contraxiſſe non † præſumitur per metum, quæ præſentibus conſanguineis ſuis contraxit, l. tranſactionem quæ dominj C. de tranſ. vbi Doctor. Glo. & Bal. in l. Rutilia polla. C. de ijs quib. vt indig. Bar. in l. 1. C. de præd. decurio. libr. 10. Alex. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore ſolut. matrimo. Dec. in conſ. 219. & 232. vbi notanter agit Dom. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſump. 21.

33 Conſanguinei † non præſumuntur omiſſuri defenſionem conſanguinei ſui l. hæc autem, §. 1. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Luc. de pen. in l. principes. C. de prin. agen. in reb. verſ. 67. Dom. Alciat. de præſ. reg. 1. præſump. 22. qui ideo infert, quod non debet præſumi in dubio quis indefenſus quia veriſimile eſt quòd conſanguinei, affines, ac amici illum ſint defenſuri poſt Bal. in l. 3. §. ſi reus iudi. ſolui & in rubr. C. de ſucceſſo. edict.

34 Cauſa non † præſumitur in inferiore à principe, Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam. Alexan in conſilio 44. ad fin. ſub num. 6 libr. 1. faciunt quæ ſcribit Bart. in l. ambitioſa per totũ de decret. ab ordi. faci.

35 Clericus † & rector non præſumitur immemor ſalutis æternę, l. vlt. C. ad leg. Iul. repet. cap. ſancimus. 1. q. 4. Alexan. in conſi. 116. ſub num. 4. lib. 7.

36 Communicatione † fructuum non præſumitur communicatio proprietatis, Saly. in l. ſi patruus. C. commu. vtriuſ. iudi. per cap. 1. de duob. fratr. de benefi. inueſti. Bal. in l. fin. C. de collatio. Alexan. in conſilio 152. ſub num. 4. libr. 7. & conſil. 30. ſub num. 9. lib. 2. vbi idem firmat in cæteris.

37 Communio † a parentibus iniuncta filijs non præſumitur eſſe indicta niſi gratia æqualitatis ſeruandę, l. illam, l. vt liberis, & l. illud, §. 1. C. de collat. Alexan. in conſil. 77. ſub num. 25. libr. 7. vbi idem concludit inter alios inſtitutos.

38 Coniunctus † non præſumitur habere notitiam teſtamenti coniuncti ſui Bal. & Ang. in l. quoniam ſororem. C. de iur. deliber. Bartol. in l. qui duos ver. quæro dixi de reb. dub. Alex. in conſil. 24. ſub num. 12. libr. 3.

39 Cõtractus † in dubio nõ præſumitur vſurarius, nec ſimulatus, l. ſi ea pactione. C. de uſur. Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi ſi cer. peta. circa finem Alexan. in conſilio 228. colum. 2. lib. 1. Cranet. in conſi. 145. Iaſ. in conſil. 33. col. 2. poſt med. libr. 3. Bero. in conſi. 169. ſub num. 19. libr. 1. Burſ. in conſil. 117. ſub num. 4. vbi alios addit.

40 Cauſa non † præſumitur in diſpenſante quando conceditur ad importunitatem poſtulantium, l. 1. & ibi Bar. C. de petit. bono. ſublat. lib. 10. Dec. in cõſilio 576. circa fi. Curt. iun. in conſil. 170. ſub num. 25. Cranet. in conſil. 135. ſub num. 44.

41 Cauſa iuſta † non præſumitur in principe in ijs, in quibus aliquid ſine cauſa facere non poteſt, Abb. in cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. Deci. in conſil. 64. col fin. circa med. Gozadi. iu conſil. 76. col. pen. circa med. Cranet. in conſil. 5. ſub num. 5.

42 Clericatus † non præſumitur, etiam quod probetur de ordinibus minoribus, Bartol. in l. illud de acquiren. hæred. per tex. in cap. 2. de cleri. peregrinan. Bellamer. in conſil. 30. col. 2. circa finem, Cranet. in conſil. 134. ſub num. 45.

43 Compenſandi † animus non præſumitur in debitore ex contractu uel quaſi, l. creditorem de leg. 2. l. unica, §. 2. C. de rei uxor. actio. Cranet. in conſil. 86. ſub num. 1.

44 Compenſatio † non præſumitur facta cum debito voluntariè contracto Cranet. in conſil. 149. ſub numero ſecundo. Sed duæ præſumptiones proximè relatæ locum non habent quando ex coniecturis aliud apparet uidelicet animum relinquentis fuiſſe compenſare, Caſtr. in conſil 195. col. 3. in 2. dubio libr. 2. Abb. in conſil. 81. col. 2. libr. 1. ueluti cum teſtator iubet legatarium eſſe contentum ſuo legato, uel filię legat pro omni & toto eo quod petere poſſit, uel cum teſtator legat pro euitandis diſcordijs inter hæredem ac legatarium Corn. in conſil. 115. col. pen. poſt medi. libr. 4. Cranet. in d. conſil. 149. ſub num. 3.

45 Confeſsio † mariti de dote recepta conſtante matrimonio non præſumitur facta eſſe in fraudem quando maritus uxori tanquam dotatæ alimenta præſtitit Bald. in l. 1. col. 3. uerſ. unde quęritur. C. de priuile. dot. Dec. in conſil. 536. col. 3 circa med. uer. & ad hoc etiam facit, Cranet. conſil. 40. ſub num. 4. & ſub num. 5. ubi ait idem eſſe quando adiuuatur ex alijs coniecturis.

46 Coniunctus † non præſumitur coniuncto uoluiſſe iniuriari, nec ſubditus principi aut domino ſuo, gloſ. in l. ueſtem de iniur. Cranet. in conſilio 9. ſub num. 26.

47 Culpa non † autem dolus præſumitur ex omiſſione, Cranet in conſi. 6. ſub num. 75. poſt Bal. in conſilio 142. hęc quæſtio col. 2. libr. 4. ideoque quoties fit mentio de maleficio, intelligitur de maleficio quod committitur in faciendo, & non in omittendo Bar In l. aut facta in princ. de pœn. Bal. ib l. fin. C. de crimi. ſtellio. ſeq. Iaſ. in conſi. 48. col. pen. circa med. lib 3.

48 Culpa in dubio † non præſumitur quinimò ad euitandam præſumptionem culpæ, præſumitur quis feciſſe, quod alius ueriſimiliter faceret, & probari debet culpa certa ac clara, gloſ. & doctor. in l. ſi creditor. C. de pignor. actio. idem Bartol in l. ſi cum uenderet. §. fin. de pignor. actio. Iaſ. in l. domos col. fin. de leg. 1. Cranet. in conſil 8. ſub num. 20. conſilio 151. ſub numero 18. & ſequen. & conſi 319. ſub numero 15.

49 Diues uel idoneus † facultatibus quis non præſumitur niſi probetur, l. non eſt neceſſe de probatiõ, faciunt

faciunt quæ ſcribit Archidiac. in cap. accuſator. 6. q. 5. & Luc. de pen. in l. vlt. C. de ijs qui num. liber. ſe excuſ

50 Donare quis † non præſumitur aut pecunias ſuas vel leiactare, l. cum de indebito de probatio. niſi in caſibus nota. in l. ſi verò non remunerandi, §. idem Papinianus manda. & in l. ſed ſi ego in fin. ad ſenat. conſul. Velleia.

51 Donatio † non præſumitur niſi quando rei tradi tio fit ab eo qui donare præſumitur, §. ſi minus inſt. de actio.

52 Donare † non præſumitur uir vxori, neque è contra, quia lex inhibet, l. ſi vxor de donatio. inter vir. & uxor.

53 Dolum † committere non præſumitur qui fraudem excludit, l. cum pater, §. Titio cum ſimilibus. ibi nota.

54 De correctione † diligentis malum non præſumitur, cap. 1. 23. q. 4.

55 Dolus † non præſumitur in eo qui errat in iure, l. ſed ſi lege, §. ſcire in fin. de petit. hæredit. §. 1. in auth. de nupt. Alex. in l. ſi quis id quod, de iuriſ. om. iud. Areti. in §. quia tamen, inſtit. vi bon. rapto. Dom. Alciat. præſumpt. 30. reg. 3. de præſumpt.

56 Dolus non † præſumitur in modica re commetti, l. ſi oleum ad fin. de dol. cap penul. de crimin. falſ. neque in certis perſonis quæ dolo agere non præſumuntur, ut in parentibus ac patronis, l. non debet de dol.

57 Dominus non † præſumitur ad eas ſpecies pecuniæ perſoluendas præpoſuiſſe quæ ſolui non debuerunt, l ſi is cui ad fin. de ſolutiò. cum ſimili. ibi nota.

58 Dolium † ab emptore ſignatum non præſumitur illi traditam, l. 1. § ſi dolium de peric. & commod. rei uendi.

59 Diligens † paterfamilias qui in actibus publicis induſtrius fuiſſe docetur læſus eſſe non præſumitur, l. 1. C. qui & aduerſ. quos.

60 Diligere † non præſumitur litigatorem iudex qui ab eo appellauit, ita ut ſi in alia cauſa coram eo conueniatur, vt ſuſpectus recuſari poſsit de iure canonico cap. ad hæc 1. de appellatio. ſecus de iure ciuili, l. 1. ubi doctor. apud eum à quo appella.

61 Dominus † non præſumitur ſeruo in peculiò concedere, quod ſibi debetur, l. ſed ſi damnum, §. peculium de pecul.

62 Derogatum † non cenſetur ſtatuto antiquo per nouum, quando per diſtinctionem conciliari poſſunt. Anchar. in cap. 1. in 14. q. princ. in primo membro de conſt. Corn. in conſil. 199 col. 22. ſub nu. 97. libr. 2. Crauet. in conſil. 70. ſub num. 15. ibique ſub num. 16 uult ut idem ſit in lege generali ſubſequente ſpeciali, quę tamen poſsit aliquo modo conciliari cum præcedenti, quia nunquam præſumitur illi derogare, Bar. in l. ſciendum in princ. qui ſatiſd. cog. & in l. omnes populi in 3. q. prin. circa finem de iuſt. & iur. Aret. in conſi. 143. col. 2. poſt medium, Corn. in conſil. 135. col. 1. & conſi. 172. col. 2. poſt mediũ, libro quarto. etiam ſi lex generalis haberet clauſulam derogatoriam Caſtr. in conſil. 21. col. 3. ante med. libr. 1. Crauet. ſub d. num. 16. & in conſil. 143. ſub num. 14. eademque ratione derogatum fore non præſumitur legi antiquę per legem nouam niſi quatenus expreſsè dictum eſt, Oldr. in conſil. 190. per l. alumnæ, §. qui filia de adimen. legat. l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipimus. C. de appella. Crau. in d. conſil. 70. ſub num. 17.

63 Dilectus † minus à teſtatore non præſumitur eſſe melioris conditionis, quã magis dilectus, l. publius, §. fi. de condit. & demonſtra. gloſ. & Bar. in l. ſi mater, §. final. de uulgar. & pupil. Crauet. in conſi. 155. ſub num. 6.

64 Dolus † non præſumitur ex actu ex quo commodum quis non ſentit l. quod ſi cum ſcires de dol. per quem ſic tenet Bal. in conſil. 250. col. 3. libr. primo. quod eſt repetitum in conſil. 182. libr. 5. Crauet. in conſil. 18 ſub num. 22. Item quando actus reſultat in ſui damnum Socin. in conſil. 277. col. 2. uerſ. non enim poſſumus lib. 2. pulchre Crauet in conſ. 8. ſub num. 4. & in conſil. 75. ſub num. 18 & generaliter dolus in dubio non præſumitur, l. quoties, §. qui dolo de probatio. cap. 2. de renuncia. Crauet. in d. conſilio 8. ſub num. 1. & conſil. 319. ſub num. 1. Item ratione coniunctionis, l. ſi uxor, §. final. ubi gloſ. de adult. l. ſenatuſconſultum, §. eos ad Turpillia. Crau. in conſil 18. ſub num. 21. & conſil. 319. ſub num. 6. Rurſus ob præſentiam conſanguineorum uel coniunctorum gloſ. Bald. & Doctor. in l. Polla. C. de ijs quib. vt indign. l. tranſactionem. C. de tranſactio. Crauet. in conſil. 282. ſub num. 9.

65 Donandi † animus non præſumitur in aſcendente erga deſcendentem, in eo ad quod non tenetur niſi expenſa ſit modica, Bar. in l. alimenta C. de neg. geſt. Areti. in conſi. 159. col. 2. uerſ. pro iſta concluſione, Socin. in conſil. 4. libr. 4 ubi uult idem eſſe in alimentis, quando onus alimentandi ad alium pertinebat ſeq. Crauet. in conſi 86. ſub num. 3.

66 Donandi † animus non præſumitur in fratre uerſus fratrem in pecunijs ſubminiſtratis, ſed creditur animo repetendi uel compenſandi ſubminiſtraſſe, niſi erogauerit in alimenta, l. ſi negocium. C. de neg. geſt. ubi Caſtr. poſt gloſ. in l. ſi paterno. C. eod. titu. Dec. in conſi. 21. col. pen. Crauet. in d. conſil. 86. ſub numero 12.

67 Donandi † animus in dubio non præſumitur, ſed potius fatuitas aut error in facto etiam proprio, l. ſi cum autem de ſolutio. l. campanus de oper. libert. Crauet. in conſil. 142. 77. ſub num. 14. in conſi 142. ſub num 26. in conſil. 9. num. 9 & 192 ſub num. 5. Menoch. conſil 88. per totum ubi pulchre uerſatur in hac materia de arbit. iudi.

68 Donatio † in dubio non præſumitur in deſcendẽte erga aſcendentem, quamuis aliud ſit è contra, l. quæ dotis ubi Alex. col. 6. ſolut. matri. Corn. in conſilio 199. in ſecundo dubio libro primo. Crauet. in conſil. 154. ſub num. 6.

69 Dubio † in caſu non eſt præſumendum teſtatorẽ uoluiſſe aliquid odioſum, l. 3. in in fin. cum l. ſeq. de adim. lega. l. Lucius Titius, §. Lucius Titius de legat. ſecundo, Crauet. in conſil. 25. ſub num. 4. nec rem aliquam illicitam, aut prohibitã, l. 3. §. ſi is pro quo quod quiſque iur. l. ſi procurator de condic. indebit.

l. pater

l.pater de ijs quæ in fraud.credito.quæ iura in hunc ſenſum citat Crauet.in d.conſil.25.ſub nu.20.Nec etiam id velle intelligitur propter quod aliquis decipiatur, l.ſi procurator,cum ibi notat. de condict. indeb.l.1.C.de ijs qui ven.æta.impe.Crauet.in conſilio 186.ſub num.13.

70 Debitor†reſpectu creditoris non præſumitur ſatisfeciſſe,niſi probet,l.1.C.de probatio.Alex.in conſilio 76.lib.4.ſub num.2.Imol.in cap. ſuper his de accuſat.Bal.in l.inter debitores de pact.Rip.in l.fin. C.de reuocan.donatio.q.55.ſchol. ad Ad Alex.in d. conſil.79.ſub litera B.

71 Decretum†non facit præſumi ſolennitates, quæ tempore adhibitionis decreti non potuerunt interuenire,Bar.in l.1.C.de fid.inſtru.& iur. haſt.fiſcal. libro 10.Alexan.in conſil.179.ſub num.8.libr.7.

72 Decretum †vbi interuenit, læſio non præſumitur Bar.Bal.& Ange.in l.1.C.de præd.curi.lib.10.Alex. in conſil.92.ſub num.15.libr.6. in conſi.103.col.2. lib.2.& in conſi.8.col.1.libs.5.& conſil.125. libr.1. ſub nu.5.Iaſ.in l.pacta nouiſsima,col.2. C.de pact. Deci.in l.de alimentis, ſub num.9. C. de tranſ. Do. Alcia. ſupra in præceden.cap.cita. in ver.decretum.

73 Delegatio †iudicis non præſumitur, niſi probetur exercitium iuriſdictionis cum ſcientia eius qui delegare potuit, Bal.in l.ſi arbiter, ſub num.7. C.de ſent.& inter. om. iud. Felyn.in cap.cum in iure, ſub num.10.& 11. de offic. delegat. vbi & cæter. cit.& Alex.in conſil.71.ſub num.7.lib.5.ſed nihil dicit.

74 Delictum †in dubio non præſumitur, l. merito pro ſocio,Dom.Alcia.de præſumpt. reg.3.præſum. prima.Crauet.in conſil.186. ſub num.13.& multo pulchrius in conſilio 151.num. 18. vbi omnino videatur.

75 Dicta†in prima poſitione, non cenſentur repetita in ſequentibus,Bartol. & alij in l. 1. in princip. de public.Alex. in conſil.102. ſub num.5.lib.5.

76 Diſpenſatione † ſua non præſumitur Princeps velle promouere odioſos ac multipliciter criminoſos Bal in l. Barbarius, col.6. arg. l.Lucius Titius,§. Lucius Titius Damam de leg.2. Alex.in conſi.195. ſub num.11.lib.2.

77 Diſpoſitio†nunquam præſumitur facta vt ſuperflua ſit, ac ludibrio, l.ſi quando de leg.1.l.ſi prætor de iudi.cap.ſi papa de priui.libr.6.Alex.in conſi.81. ſub num.2. Crauet.in conſil.25. ſub num.3.

78 Dolus non præſumitur † in re modica, ut ſupra dictum eſt,niſi læſio eſſet in toto,uel quaſi toto,pulchrè Alex.in conſil.47.ſub nu.5.libr.1.conſi 42. ſub num.6.& 20. eod. libro, & conſilio 41. ſub num.7. libro tertio.

79 Donatio † regulariter non præſumitur, quando poteſt capi alia coniectura cap.ſuper hæc de renun. l.ſi cum aurum de ſolutio.l.cum de indebito de probatio.Alexan.in conſil.87.ſub num.15.libr.6.185. ſub num.8.libr.7.164.ſub num.6. libro 5.& 40.ſub num.4.lib.4.& 114.in fin.libr.3.Aret.conſi.14.ſub num.18.Iaſ.in conſi.113.libr.2.& conſi.160. col.2. lib.4. & l. ſi procurator. col.3. & in l. ſi non ſortem, §.1.de condict. indebi. Andr. Tiraq. in l. ſi unquam in uerſ.donatione largitus,ſub nu.169. C. de reuoc. donatio.Moder.Pariſ.ad Alexan.in conſil.115. ſub litera A.

80 Eligere † quis non præſumitur viam per quam impugnet iudicium ſuum, l.3. de milita.teſta.Nam ſtultus eſt qui omnino, eo quod facile eſt tranſit ad illud quod eſt difficile.§. cæterum inſtit. quod cum eo,hanc regulam latè examinat Dom. Alcia.de præſumpt.reg.3.præſump.35.facit,l.qui autem t.reſp. ſi quis omiſ.cauſ.teſtam. & l.claudius de milit.teſta. & ſupra diximus in cap.præceden.in uer.non præſumitur eligere.

81 Eccleſia†non præſumitur conſecrata niſi probetur,c.ſolennitatem de conſecrat.diſt.1.

82 Ex generalibus uerbis directis in filium cui data eſt portio hæreditatis, ademptum legatum ei cui nihil aliud in teſtamento datum eſt non præſumitur, l.vxorem,§.Fœliciſsimo de leg.3.

83 Ex debito†contracto per prælatum eccleſiæ,non præſumitur eccleſia locupletata, aut pecunia in illius utilitatem eſſe conuerſa, quamuis prælatus id confiteatur,Archidiac.in cap. hocius 10.q.2.Inno. in cap.1.extra de pact Luc. de pen.in d.l.vnica.C.de quæſto. libr.12.col.3. uerſ.38. non præſumitur, faciunt quę ſcribunt Doctor. in l. ciuitas ſi cert. peta. & quæ diximus ſupra in uerſ.ciuitatis.

84 Error non † præſumitur in maioribus Crauet.in conſil.217.ſub num.11. qui adducit not.in l.non fatetur de confeſſ.in l.an inutilis in princip.de accept. in l.ſed & ſi lege,§.ſcire de petit.hæred. & in l.ſi adulterium de adulter.

85 Ex poſſeſsione† præſenti non præſumitur in præteritum, quando præſens ſtatus habet contra ſe veritatem alicuius præcedentis ſtatus Oldr.& Bal.in l.1.§.ſi magiſtratus de mag. conueni. Bal.& Saly.in l.ex perſona. C.de probat. Bal. in l. ſi qui adulterij. C.ad leg. Iul.de adulter.& in l.non ignorabit. C.ad exhiben. per quæ iura ſic declarat Alex.in conſi.81. ſub num.3.libro 7.

86 Exceptio † nullitatis nunquam præſumitur eſſe ſublata per ſtatutum remouens omnem exceptionem aduerſus ſententiam Bartol. in l.diuus de milit. teſtam.& in l.1.§.parui quod ui aut clam cano. in c. item cum quis de reſtit.ſpoliat. Alexan.in conſi.33. ſub num.1.lib.1.

87 Eccleſia non †præſumitur aliquem contra ſe priuilegiaſſe cap.cum inſtantia de cenſib. not. Inno.in cap.inter de immunit. eccleſ. Luc.de pen. in d.l.prima.C.de quæſtor.verſ.69.

88 Facta non præſumuntur †niſi probentur,l.in bello,§.factæ de cap.& poſtlimi.reuer.cap. cum in iure de offic. delegat. Deci. in cap.in præſentia in 9.notab.de prob.& in conſilio 11.col.6. Iaſ.in l.2.C.de bono.poſſeſſ.ſecun.tabu.Crauet. in conſil.198.ſub num.2.

89 Fraus † vel mala fides non præſumitur in ijs quæ palam aguntur, l. non intelligitur, §. ſi quis palam de iur.fiſc.l.cum ipſe de contr. emptio. l. ſi pupillus de adminiſtr. tuto. l.ſed Iulianus, §. item ſi duos ad Senat. Velleia.l.fina.C.manda.cum ſocijs.

90 Furtum† non præſumitur in re communi committi, l. meritò pro ſocio,facit, l.Sabinus communi diuid.

diuid.& quæ ſcribit Deci.in rubr. C. qui teſtam.fac. poſſ.ad finem.

91 Frater non † præſumitur fratrem ſuum odio habere,nec aliquid iniuſtè contra illum peragere cap. literas de præſumpt.Dom.Alcia.de præſump.reg.j. præſump.23. quamuis obſtet ouidianum illud,fratrum quoque gratia rara eſt,& quod nouiſsimè ſcripſit Annibal Cruceius,vir,dum in humanis ageret, politioribus literis apprimè eruditus, & excellentiſsimo Medio lanenſi Senatui,cuius à ſecretis erat, maximè gratus acceptus ac charus, in elegantiſsima illa ad D.O.M.Elegia pro reſtitutione patriæ in priſtinam ſalutem à contagioſæ luis labe, qua tunc præcipue laborabat,in qua, Ouidium quem imitãdum ſuſceperat,ingenioſiſsimè ſuperauit, dum hæc ce cinit.

Rara olim fuerat,nunc nulla eſt gratia fratrum, ſed vterque poeticè locutus eſt, ut ſuſceptæ deſcriptionis temporum miſeriam maiore emphaſi deſignaret, ea temporum qualitate de qua vterque loquebatur, tacite per ἀναφορὰν collata alteri benignioris temporis ſtatui, cæterum præſumptio hæc innixa eſt qualitati quæ ineſt homini à natura, & quę ſemper præſumitur,gl.in c. ſi forte de elect.li.6. & in cap.is qui fidem de ſponſal.Do.Alciat.de præſumpt.reg.1.in princ.

92 Fraudandi † cauſa latitare non præſumitur, qui ſi in iudicio compareret abſolui deberet, l. eo tempore in princ. de pecul. vt nec ſeruus fugiturus præſumitur,qui libertatem ſperat,l.ſi pecuniam,§.pen. in uer.carere de condic.ob cauſ.

93 Falſitas † non præſumitur in literis meram iuſtitiam continentibus, quæ de facili poſſunt impetrari,cap.pen.de crimi.falſ. & propterea dicit Luc. de pen. in d. l.vnica de quæſto. col.3. paulo ante medi. Papalem bullam tollere omnem ſuſpicionem ſecũdum Innocen.in cap.ex parte de fid.inſtrum.& contra poſitiones ſub bulla extra curiam tranſmiſſas, quia præſumuntur rectè fuiſſe examinatæ, nihil poſſe opponi, ut per Archidiac. in cap.præſentium de teſtib.lib.6.

94 Fides † non præſumitur voluntaria, ſed neceſſaria eius qui in ęgritudine ſuſcepit Baptiſmum cap.vnico 58.diſtin.Luc.de pen.d l.vnica. C.de quęſto.col. fin.poſt princ.per illum tex.

95 Fraus non † preſumitur in ijs quę ſolita ſunt fieri, quando fit iuxta ſolitum, gloſ.in l. ſub conditione, de condit.inſtit. Iaſ.in l.teſtamentum. C. de teſtam. col.1.vbi latè,Crauet.in conſi 44 ſub num.5.& conſilio 100.ſub num.5. Item in his quę fiunt ex intervallo Bar.in l.pacta nouiſsima,col.1.ver.& per hoc dicebat.C.de pact.Alex in conſil.28.col.2.verſ.nec ad hoc obſtat l.b.5.Abb in conſi.69. col.2.verſ.tertio me mouet,lib.2.Crauet.in d.conſi.44.ſub nu.2. Item in perſonis coniunctis,l.ſi vxor,§.fin.de adult. & l.in Senatusconſultum,§.eos ad Turpillia.Crau. in d.conſil.44.ſub num.4.

96 Falſitas † non pręſumitur in eo quod fit coram multitudine,l.hac conſultiſsima. C.qui teſtam.fac. poſsint Crauet.in conſil.75.ſub num.19.Item quando ex ea quis nullum commodum reportaret Marſ in conſi.77.col.2. Rube. Alex.in conſi.15. Crau.in d.conſil.75.ſub num.17.Rurſus ex numero,& multitudine teſtium qui depoſuerunt, Bald.in d. l. hac conſultiſsima in fin.C.qui teſtam. fac. poſſ. Iaſ.in l. licet Imperator col 4.de leg.1.Crauet.in conſil.65. ſub num.13. Item quando quis vigore teſtamenti, quod falſum allegatur longo tempore ſtetit in poſſeſsione Bald. in conſil. 37. quidam Tabellio libro primo Crauet.in d.conſil.65. ſub num.11. & quando concurrit qualitas legalis ac bona fama ipſorum teſtium inſtrumentariorum,Bald.in l.2.C.de falſ.in l.quoties,§.ſed ſi non in corpore de hęr. inſtit. plura in hanc rem diſertè admodum congerit Crauet. in d.conſi.65.ſub num.12.

97 Falſum † non pręſumitur committi, quando non infertur dãnum, aut agitur de re modica, l.damus. C.ad leg.Corn.de falſ.Alex.in conſil.53. ſub nu 14. & in conſil.122.ſub num.5.cum ſeq. lib.7.

98 Fideicommiſſo † renunciatum fuiſſe non pręſumitur ob clauſulas generales diuiſionis Bar. in l.qui Romę,§.duo fratres in prima,& ſecunda q.de verb. obligatio.Alex.in conſ.40.ſub nu.3.& in conſi.208. lib.6.Iaſ.in conſil.183.col.7.lib.4.Corn.in conſ.42. col.fin.& conſi.102.lib.4. Bal.conſi.54. Caſus breuis libro primo.& conſi.191.lib.2.Rom.conſi.304. Dec.conſi.495.col.3.Bertr.conſi.76.dudum col.2. libr.1.& hanc dicunt eſſe veritatem Moderni Pariſ. in d.conſil.Alex.40.ſub num.3. libr.4.quicquid aliter tenere viſus eſt Alexan.in conſi.62.ſub num 4.& conſil.100.ſub num.11.libr.7. quia contra Alex.in duobus illis conſilijs proximè relatis eſt communis opinio,ut atteſtatur Deci.in conſil.86.col.3. Rip.in d.§. duo fratres ſub num.44. Io.Crot. ſub num.86. & Maria.iuni.ſub num.87.ac Leon. ſub nu.315.vbi & nos diximus in d.2.q.Bar.

99 Fideiuſſor acceptus pro † principali non pręſumitur acceptus pro vſuris vel pro intereſſe, aut pro pœna, niſi expreſsè promiſerit, l.fideiuſſores magiſtratuum,§.pro Aurelio de fideiuſſo.l.ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſor. l.ſi in pignore de fideiuſſo. Alex.in conſil.34. ſub num.2. libr.2.

100 Filia per ſtatutum † a ſucceſsione excluſa,non præſumitur eſſe excluſa niſi ab hęreditate dotantis,Bal. in l.1. C.de legit. hęred. poſt gloſ. ibi Ang.in conſi. 129.teſtamenti factio, Anchar.in conſi.80.retento ordine Alex.in con.151.ſub num.3.libr.2.Iaſ.in l.vt liberis col. 2. C. de collatio. & in conſil. 160. col.1. lib.4.Dec.in conſil.246.in conſil.379.col.2.& conſilio 559.Alex.in conſi.29.ſub nu.6.lib.1.& Moder. Pariſ. ad eum qui alios citant ſub litera B. in conſil. 169.num.1.lib.7. plenè Brun.in tracta. ſtatu.fœmi. excluſ.arti.8.q.16.per totum.

101 Fides non præſumitur † habita de precio ob patientiam detinendi, niſi poſt venditionem interuenerit traditio,l.1.§.fin.cum ibi nota. de exceptio.re. iudi.Alex.in conſi.86. ſub num.6.lib.1.

102 Filia non cenſetur † renunciare legitimę, etiamſi agnoſcat legatum paternum factum illi ſub ea lege, ne plus petere poſsit,l.ſi quando,§.fi. vbi Bal. quem alij ſeq. C de inoff. teſtamen.Alexan. in conſi.8.ſub num.21.lib.3.

Finium

103 Finium mutatio † non præsumitur, l. in finalibus, & ibi not. Bal. fin. regund. l. 2. & ibi glos. C. eod. titu. Alex. in consi. 57. sub num. 18. lib. 7. Monti. fini. reg. cap. 21. sub num. 1. & 2. vbi propterea concludit antiquos fines esse attendendos ibique pulchrè hanc materiam declarat.

104 Grauamen † nominatim iniunctum non præsumitur testator ad alios voluisse extendere, Doctor. in l. coheredi, §. cum filio vbi doctor. omnes trad. de vulga. & pupillar. Cranet. in consil. 98. sub num. 7. & facit quia in odiosis &c. l. cum quidam ubi Iaſ. de lib. & posth. & cap. odia de reg. iur. libr. 6.

105 Generali fideicommissorum † acceptatione non præsumuntur acceptata fuisse illa fideicommissa quæ sunt acceptanti odiosa, l. si peculium, §. sicut autem de pecul. leg. l. si peculium, vbi latè Moder. de condict. indeb. Crauet. in consil. 33. sub num. 4. neq; inutilia Crauet. ibi sub num. 7.

106 Generalis † impugnatio non præsumitur trahi ad ea quæ sunt impugnanti fauorabilia Saly. in l. cum precum. C. de lib. cauſ. Alex. in l. etiam, §. licet in dotalibus col. fin. ſolut. matri. Crau. in d. consil. 33. sub num. 5.

107 Generalis disposítio † nunquam præsumitur referri ad ea quæ in specie prohibentur, l quanquam de rit. nuptia. Bar. in l. si quis sub conditione in fine de condit. instit. Bal. in l. fina. §. in computatione. C. de iur. deliber. Crauet. in consil. 106. sub num. 6. & in consil. 200. sub num. 6. & 8. neque ad illicita, aut ad ea quæ verisimile non est disponentem, inclusurum fuisse d. l si procurator, cum ibi nota. de condi. indebit. Oldr. in consil. 330. idem colum. 2. ver. item quia generale, l. obligatione generali de pignor. Oldrad. in consil. 95. col. 2. post medi. Crauet. in consil. 160 sub num. 5. vbi idem nuncupatim firmat in trã factione, ratificatione, & mãdato generalibus. Nec ad omnia quando non est par ratio omnium sub eadem generalitate comprehensorum sed diuersa, Bar. in l. si pluribus de leg. 2. cano. in cap. ut circa de electio. lib. 6. Crauet. in consil. 70. sub nu. 27. Nec ad ea quæ essent contra rationem etiam præsumptam vel coniecturatam, aut per quæ quis indebitè damnum pateretur, aut locupletior fierer cum aliena iactura, Bal. in auth. ingressi col. 1. C. de sacroſ. eccl. Deci. in cap. suggestum in secundo notab. de appel. Iaſ. in l. nõ dubium col. 7. ver. adde etiam. C. de legi. Crauet. in consil. 3. sub num 3. & consil. 33. num. 9. Neque ad ea quæ sunt in tertij aut ipsius disponentis præiudicium, l. 2. §. merito, & §. si quis à principe ne quid in loc. publi. Bar. in l. toties de pollicita. & in l. ambitiosa de decret. ab ordin. faci. Crauet. in d. consilio 33. sub num. 8. vbi asserit nec ad ea trahi, in quibus aliqua est captio siue læsio generaliter liberantis per l. cum Aquiliana de transactio. & Alex. in consilio 41. col. 3. vers. per hoc etiam libro primo. Nec etiam ad maiora expresis Socin. in consil. 123. ad finem libr. 4. qui loquitur de clausula generali, quod facit & Crauet. in consi. 95. sub num. 10. Neque ad ea per quæ quis censeatur se velle ligare, l. si miles de milit. testam. l. si peculium, §. sicut de pecul. lega. Craue. in consi. 25. sub num. 5. Nec ad ea quæ in specie prohibentur Dec. in cap. ex literis col. fi. de cõsti. Crauet. in consi. 200. sub num. 6.

108 Hæres † ad eundo hæreditatem non præsumitur approbare ea quæ testator disposuit contra prohibitionem legis, veluti contra formam, l. hac ædicta-li. C. de secund. nupt. vel contra auth. licet. C. de natur. liber. Bald. in consil. 161. libr. 5. Crauet. plenè in consil. 200. sub num. 5. & 6. Nec contra alia quæ in specie prohibeantur, l. si pater de ijs quæ in fraud. credito. Bar. in l. si quis sub conditione in fin. de conditio. instit. Crauet. in d. consil. 200. sub num. 6. vbi alios citat. Nec præsumitur approbare ea de quibus pro animi libito disponere non potuit testator, ut ibidem firmat Crauet. sub num. 7. post Paul. Castr. in consil. 197. uisis dubijs col. 2. & in consil. 448. tria sunt col. fin. uerſ. tertio facit libr. 2. Nec nisi pro ea parte pro qua est hæres, l. si vxor. C. de bon. auctor. iudi. possid. l. licet. C. ad leg. Falcid. glo. & doctor. in l. debitori. C. de pact.

109 Hodie † non præsumitur possidere qui olim possedit secundum Ioan. Antiq. glos. in l. siue possideris, C. probatio. & in l. 4. ad exhib. quibus in locis contrarium probatur à Petr. & Cy. glossaque & doctor. communiter & maximè quando is qui possidet possessionem allegat, ut supra diximus in præced. cap. in uer. olim possessor, & in uer. possessor qui semel, & plenius Dom. Alcia. de præsump. reg. 2. præsump. 21. in princip. & in prima limita. vbi atteſtatur de communi & respondet ad consi. Alexan. 133. in pri. qui putabat cõmunem opinionem procedere etiã quando non allegaretur possessio. nam inquit Do. Alciat. præsumptiones quę descendunt ex facto proprio non iuuare nisi allegentur, secundum Bart. in l. cum quid si cert. peta. & Alex. in l. qui in aliena de acquir. hæredit. Abb. & alios in c. afferte de præsum. sed secundum eum dicit sufficere, si allegatio fiat tantum in allegationibus iuris, quamuis non fiat in actis, uc per Butr. in cap. peruenit de emptio. & venditio. Alex. in l. 1. C. ut quæ desunt Aduocat. cum similibus ab eodem citatis, qui tamen dicit, quòd hoc dictum altiore egeret indagatione quia videtur contra dicta Barto. in l. cum quid si cert. peta. & Alex. in consil. 94. in secundo, de quo, & per Iaſ. in l. si certis annis. C. de pact. quamobrem ad effugiendas omnes difficultates tutius erit & in actis, & in allegationibus iuris hoc deducere, & maxime quando allegationes iuris scribuntur in actis.

110 Honoratus † quis esse non præsumitur eo ipso quòd grauatur, l. hæreditas ad statium, & ibi not. Bartol. & l. cum quasi, §. si plures de fideicom. liber. Alexan. in consi. 24. sub num. 8. libro tertio, vbi plenius agit.

111 Ignorare † quis non præsumitur quod publicè factum est cap. cum in tua qui matr. accuſ. non poſſ. Nec ea quæ publicè inter vicinos fiunt, cap. paratus 33. q. 1. Nec sententiam proprij sacerdotis cap. qui ex humanis 12. q. 1. nec uires proprij patrimonij, l. quisquis. C. de rescinden. vendit. Nec etiam factum proprium, l. fin. pro suo, etiam concurrente longinquitate temporis quando factum est not. Crauet. in consi. 6. sub nu. 26. vbi alios citat Alex. in consi. 118. &

sub

ſub num.9. lib. 2. niſi qui ignorantiam vel errorem allegaret in facto proprio tractaret de damno vitando, aduerſarius autem de lucro, l. ſed ſi me putem de condic.indeb. Bart.in l.non fatetur, ſub nu.8. de confeſſ.Soci.conſi.25.col.3.ſub num.9 libr.4.Deci. conſil.63.col.3.poſt med. Nec ius aut leges, l.leges. C. de legi. & conſtit. quinimò præſumitur potius mala fides quàm ignorantia iuris, l.quemadmodũ. C.de agricol.& cenſit. lib.11.Bar.& Ang.in l.ſed & ſi lege, §. ſcire de petit. hęred. vbi volunt malam fidem præſumi, niſi probetur ignorantia iuris quæ probari debuit glo.& doctor. in cap. ſi diligenti de for.compet.

112 In inuentario †non præſumitur quis aliquid contra ſe ſcribere,l.fin.C.arbitr.tut.

113 Immemor † ſalutis æternæ quis eſſe non pręſumitur, l.ſancimus. C.ad leg.Iul.repet.& ſupra diximus in præceden.cap.in verſ.nemo.

114 Id uelle † non præſumitur quiſquam quod agere non poteſt, l.4. de acquir.hęre. l.is qui hæres, & l.is poteſt eo.titu. facit l. eius eſt, & l.qui poteſt,§.quod quis de reg.iur.

115 In iudicio non † præſumitur violentia inferri, l. vlt.de ijs quæ vi met. cauſ. fi. l. cum ſcimus,§.fin autem.C.de agri.& cenſ. libro 11.

116 Iudex †non præſumitur audire nolle volentem contra ſe litigare,l.1.C.de off.ciuil.iudi.quia pro iudice regulariter eſt præſumptio, ut ſupra diximus in præceden.cap.in uer.iudex,& per D.Alcia.reg.3. huius titu.præſump.9.

117 Inſolita †non præſumuntur,l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam.l vlt. C.de conſul.lib.12. & cap.2. quid ſit inueſti. in vſi. feudo. vbi Andr. Iſer. & ideo dicit Luc.de pen.in d.l.1. C.de quæſto. col.pen. verſ.65. lib 12.ea per quę præſtatur impedimentũ aliquod, difficilius pręſumi, ex ijs quæ notan.per Innoc.in c. ex parte de conuer. coniug. habent enim inſolita fraudis præſumptionem contra ſe, ut diximus ſupra in pręcedenti capite, in uer.clauſula inſolita,& ideo non pręſumuntur ne fiat delicti aſſumptio contra, l. merito pro ſocio, & eius facti quod fieri non debuit,l.pen.de iuſti.& iur.

118 Inuito, † auditori non præſumitur quis libenter referre cap.ex merito 6.q.1.

119 Inanibus †laboribus non pręſumitur quis ſe fatigare uelle cap. nonnulli ubi not. Innoc. de reſcript.

120 Iudex † non pręſumitur aliquid fraudulenter feciſſe, quamuis illius ſententia retractetur cap. cum olim ſecundo §.pen.de priuileg.

121 Iudex †non præſumitur aliquid facere ſine cauſę cognitione cap.Abbate de uerb.ſignifi. Dom.Alci. d.reg.3.præſump 9.& ſupra diximus in uer.iudex in cap præceden.

122 Ignorantia † notorij facti permanentis non præſumitur, l.2.§.exactis verſ.roſtris de orig. iur.l.2. de fer. l.regula, §. ſed & facti de iur.& facti ignor. l.ſed & ſi pupillus,§.proſcribere de inſtit.actio.cap.illud de cleri.excommu. cap.euidentia.de accuſat. quinimò nec etiam in notorio facti tranſeuntis præſumitur ignorantia cap.quamuis de præſump.cap.quod dictis 41.diſt.quę duo iura citat Abb. in conſil.100. in fin.col.1. lib.1.cui accedit Crauet. in conſil.204. ſub num.6.

123 Impedimentum † non præſumitur niſi probetur, l.quæcunque,§.1.de publi. in rem actio. l. in bello, §.factæ res de capti.& poſtlimi. reuerſ. l.1. C.mand. cap.cum in iure peritus de offic. deleg.quæ iura ad hoc propoſitum adducit Crauet. & per eadem ſic firmat in conſi.272.ſub num.10.& pars quæ impedimentum allegat debet illud probare, & quod in cauſa fuerit quare non fecerit ſibi incumbentia,Innocen.in cap.ex tranſmiſſa de pręſcrip. quem refert ac ſeq.Deci.in cap.ſi pro debilitate col.4. poſt med. verſ.ad prædicta quærunt de offic.deleg. & Crauet. in conſil.270.ſub num.2. 279. ſub num.9.& 151. ſub num.22.

124 Implementum † non præſumitur,ſed probandũ eſt,ab eo qui ſe impleuiſſe contendit, non ab eo cui implendum eſt,Bart.in l.in illa de uerbo. obligatio. Alexan.in conſi.101. ante finem libr.2.in conſi.47. col.2.ad fin.lib.1.& alibi ſæpe,Corn in conſi.11.col. pen.lib.2. & ſæpius alibi in conſilijs Crau. in conſil. 192.ſub num.15.

125 Infirmitas † corporis non præſumitur impedire vires animi aut intellectus, quia licet corpus langueat non tamen impeditur animi iudicium, l.2.§. debilitas corpotis de vacat.mune.cap.1. de renunc. & ibi Bald.Crauet.in conſi. ſub num.57.qui propterea ait non impediri quominus quis faciat teſtamentum, l.quoniam & l.iubemus. C.de teſtam. vel matrimonium contrahat etiam in articulo mortis Alex.in l.ſi quis poſthumos de lib. & poſth. uel etiã teſtimonium dicat Bal. in cap.1. uerſ. Vaſalli ueſtri verſ.quæro uerum de pac.conſtan. & in l. hac conſultiſſima,col pen.& ibi Alex.col.3. Dec.in c.ſi pro debilitate col.1.de offic.delegat.

126 Ignorantia †non præſumitur in eo de quo eſt fama, glo. & doctor.in l.ſi tutor petitus. C.de peric. tuto.& in l.1.in fi.de iur.& fact.ignor. Bartol.in l.ſi cui.§.ijſdem de accuſatio. & plenius in l.is poteſt de acquir.hære.Alexan.in conſil.187.ſub num.7.lib.2

127 Inſtitutio facta † de filijs & nepotibus non intelligitus facta niſi ordine ſucceſsiuo,& per uulgarem tantum ſubſtitutionem non etiam per fideicommiſſum Alex.in conſi.24.ſub num.5.libr.3.per tex. in l. Gallus, §. quidam rectè cum traditis ibi a glo. in uer.exprimat in uerſic.uel ſic,Bar.& Caſtr.& hãc opinionem dicit eſſe communem omnium ſctibentium in dicto §.quidam rectè,ſcholiaſt.& Alexan.in d.conſil.23. ſub litera A. quando ſunt ſubſtituti deſcendentes teſtatoris, & ubique Deci. in conſi.384. aliter ſe res habet quando non eſſemus in deſcendentibus teſtatoris, veluti quia teſtator inſtituiſſet fratrem & eius filios,ut per Alex. Areti. Soci.Iaſ.& Anto. Rub.in d.§.quidam rectè ac alios ibidem cõmuniter quamuis communis illa ſententia non placeat Moder.Pariſi.ad d.conſi.Alex.24.ſub litera D. prędicta nihilominus exaudienda ſunt locum habere niſi ſubſtitutio haberet uerba ttactus futuri temporis, quia tunc fideicommiſſaria quoque ſubſtitutio inuecta eſſe præſumitur, ut per Cuman.in d.§. quidam rectè & per omnes in d.l.Gallus,§.& quid ſi

tantum D. Alciat. in d. l. cum ita §. in fideicommisso de lega. 2. in ver. specialiter, & vniuersalis omnium est sententia tam legentium, quàm consulentium, vbi subsunt verba tractum futuri temporis importantia.

128 Interpretatio † nunquam præsumitur sublata nisi friuola, Bar. in l. omnes populi de iusti. & iur. Bal. in l. si quis filium. C. de liber. præter. & in l. non dubiũ, col. 3. C. de legib. Alex. in consi. 89. sub nu. 11. & 13. libr. 6. & plenius dicemus in libro 8. in materia interpretatiuę significationis statutariæ.

129 Iustum non † præsumitur, sed adulatoriũ id quod à principio inualidum postea contemplatione potentioris confirmatur cap. sanè 96. distin. in fin.

130 Læsus non † præsumitur esse quis ex eo tantum quia minor nisi probetur, l. nam & postea, l. quod si minor, § non semper de mino.

131 Læsus † fuisse non præsumitur diligens paterfamilias qui in actibus publicis industrius fuisse probatus fuerit, l. 1. C. qui & aduers. quos.

132 Libri non præsumuntur à patre filio fuisse donati, quando erãt magni precij, & pater onustus erat numero liberorum satis amplo, Oldra. quem seq. ibi Bal. in auth. ex testamento in vers. quid ergo de libris, arg. l. filio, famil. ercis. & idem esse ait Alex. in consil. 149. sub num. 11. libr. 7. qua de re differitur per Alex. in auth. quod locum col. fin. in l. si donatione. C. de collatio. Ias. in l. 2. C. cod. titu. Deci. in d. l. si donatione col. final. Fabia. de Monte in repet. auth. nouissima q. 26. C. de inoff. test. & sicul. cons. 37. li. 2.

133 Litera † saluiconductus & similes non præsumũtur esse concesse motu proprio, sed ad postulationẽ partis cap. si motu proprio de præb. libr. 6. l. 1. & ibi Bar. C. de petit. bono. sublat. lib. 10. Bart. & Doctor. in l. 1. in princ. quod quisque iur. Alex. in consil. 38. sub num. 5. lib. 3. & idem quoque esse in alijs gratiosis literis scripsit Alex. in consil. 161. sub num. 6. li. 7.

134 Locus non † præsumitur esse repetitus in scriptura diuersæ datæ Bal. in l. nostram in 2. col. C. de test. Alexan. in consi. 59. sub num. 6. libr. 2. vbi idem esse ait in testibus post Bar. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium in fin. de eden.

135 Legatum non † præsumitur esse reuocatum ex eo, quod postea mulier nubens omnia eius bona in dotem dederit marito, Ias. in l qui post col. 3. C. de legat. Cranet. in consi. 144. sub num. 11.

136 Literis publici † officialis non creditur, neque pro eis præsumitur, nisi quatenus ad eius officium spectat, Bal. in rub. C. de fid. instrum. col. penul. Deci. in cons. 2. col. 1. post medi. & in cons. 70. col. 2. & no. in cap. post cessionem de probatio. Quibus accedit Cranet. in consi. 241. sub num. 1.

137 Mala fides † non præsumitur in eo qui rem à domino emit, nisi sciret illi à lege vel a iudice bonis interdictum fuisse, l. si quis cum sciret pro empto. uel. l. quod si minor, §. fi. & l. si uero non remunerãdi, §. si adolescens mãdat. quæ duo iura sic intelligit glo. in d. l. si quis cum sciret in uer. luxurioso nel nisi colluſori, l. 2. quar. rer. act. quam ita intelligit glo. supra cit. sed ea de re plenius diximus de Ludo genc. lib. 4.

138 Matrimonium non † non præsumitur contractũ cum ingenua redempta ab hostibus, licet quis eo animo eam retinuerit, ut ex ea liberos susciperet, l. si quis ingenuam in princ. ubi not. de cap. & postlimi. reuers.

139 Mulier non † præsumitur donare de facili, l. Nesennius in fin. de nego. gest. ibiq; glos. in uer. ex contrario, & in l. sed si lege, §. quod autem de petit. hæredita. vbi not. ac in l. sed si ego, vbi glos. ult. ad Sena. Velleya. in l. vlt. C. eod. tit. in l. quæ dotis, vbi glos. 1. & Bar. in prima oppositi. solu. matri. in l. 2. in ver. ęta. tis. C. de ijs qui uen. ęta. impetr. in quibus locis glo. vult mulierem non præsumi donare, quia mulierũ genus auariſsimum est, & in l. si a sponso. C. de donatio. ante nupt. vbi Cyn. omnium solus reclamat Bal. uerò cum glos. sentiens dicit vice miraculi esse, quando mulier donat, & plurima in hanc sententiã congerit And. Tiraq. legum connubia. 9. sub nu. 43. cum duob. seq.

140 Matrimonium † non præsumitur nisi probetur, sed potius fornicatio, cap. aliter 30 q. 5. cap. unico cum ibi nota. de scruti. in ordi. faciend. Luc. de pen. in l. quicunque. C. de apoch. lib. 10. vers. 13. in d. l. 1. C. de quæsto. libr. 12. uers. 82. & in l. si cohortalis. C. de cohor. lib. 12. & plenius Dom. Alcia. de præsum. reg. 2. præsump. 5. & supra diximus in cap. præceden. vers. fornicatio.

141 Mala fides non † præsumitur in eo qui factum alterius ignorauit, l. qui balneum in fin. qui potior. in pignor. habean.

142 Mandatum non † præsumitur ex antiquitate temporis alijs non concurrentibus, l. qui in aliena, §. 1. de acquir. hæredi. l. fin. pro emp. l. qui cum alio de reg. iur. Bar. in l. cum uir in ult. col. de usucap. & in l. qui fundum, § procurator pro empto. Bal. in l. 2. C. si ex falſ. instrum. & in l. 1. C. de reb alien. non alien. Alexan. in d. l. qui in aliena in princ. & in l. sciendũ de verbo. obligatio. in consi. 1. col. penult. sub num. 18. lib. 4. in consi. 197. col. 2. sub num. 4. lib. 6. & in consilio 35. sub num. 4. libr. 7. Curt. Seni. consi. 76. col. 1. Deci. in l. 1. col. 3. C. qui admitti & in consi. 220. Ias. in consilio 140. sub num. 4. libr. 4. Albert. Brun. consilio 195.

Contrarium tamen asseuerant Cur. Sen. d. consilio 76. col. 2. Ias. in l. 1. col. 5. C. qui admitti, Dec. sibi cõtrarius consi. 486. col fi. & consi. 638. Fran. Balb. de præscri. par. 1. 3. par. princip. sub nu. 28. & Crau. de antiq. tempor par. 2. sectio. ult. sub num. 59. vbi per plures alias auctoritates citat quamuis sub numero 60 retenta superiore opinione, ut non præsumatur mandatum, quam seq. ipse idem Crau. in consil. 266. sub num. 9. quamuis dicat Doctor. hac in re valde uariasse, limitet eam nouem modis, ut ibi per eum usque in fin. dictæ sectionis, in quibus arbitratur contrariam opinionem quã ipse sequitur posse sibi locum uendicare, scholiastes ad Alexan in dicto consilio 191. sub litera B. credit istas opiniones posse conciliari ex ui subiectæ materiæ, secundum quam modo ualet, modo nequit præsumi mandatum, sed magistralior ac certior est resolutio Crauetæ loco iam relato, ad quam potest & hęc reduci,

reduci, ſupponendo quod omnes illi limitationum caſus de quibus per Cauetam proficiſcuntur ex ſubiecta materia.

143 Mentiri † contra ſe quis non præſumitur, l. nullus de teſtib. l. omnibus. C. eo. titu. l. de ætate, §. 1. de interrog. actio. Alex. in conſil. 10. ſub nu. 9. libr. 7.

144 Motus proprius † non præſumitur in literis principis, niſi adſit clauſula motu proprio Alex. in conſilio 112. ſub num. 5. lib. 7. poſt Oldr. in conſi. 258. Innocentius ſeruus ſeruorum Dei.

145 Mulier quæ reperitur † in inſtrumento fideiuſſiſſe non intelligitur renunciaſſe beneficio Senat. Velle, Bartol. in l. ſciendum col. vlt. de uerbo, oblig. niſi appoſitum fuerit in contractu iuramentum Alexan. in conſil. 146. ſub nu. 2. & trib. ſeq. lib. 7. & in conſ. 119. ſub num. 5. eo. libr.

146 Mutatio uoluntatis † non præſumitur, l. eum qui, de probatio. l. fideicommiſſa, §. ſi rem de leg. 3. l. cũ hic ſtatus, §. 1. de dona. inter vir. & vxor. cap. maiores cum ibi nota. in gloſ. perdurare de Baptiſ. & illius effect. Alex. in conſi. 81. ſub nu. 4. lib. 5. in conſi. 100. ſub num. 9. lib. 4. & in conſil. 43. ſub num. 6. ubi addit alia iura uol. 7. D. Alci. de præſum. reg. 2. in prin. ubi addit rationem, quia ſcilicet mutare eſt accidens, & accidentia non præſumuntur per gloſ. in l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate qui ſatiſd. cogan. & per totam illam reg. declarat hoc enunciatum per varias ſpecies præſumptionum.

147 Mater in dubio † non præſumitur quæ filium nõ diligit cap. afferte de præſumpt. Do. Alciat. de præſ. reg. 1. præſump. 14.

148 Mala fides † non præſumitur in eo qui pecuniã ſoluit, l. nemo prædo de reg. iur. Craue. conſi. 21. ſub num. 7.

149 Metus non † præſumitur quando de metu quis proteſtatus non fuit, Bart. & doct. in l. qui in aliena, §. fin. per illum tex. de acquir. hæredit. l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori de oper. noui nuncia. Alexan. in conſil. 99. col. 4. lib. 3. Crau. in conſil. 114. ſub nu. 6. Item quando adeſt iudicis præſentia, Bart. in l. j. C. de præd. decur. libr. 10. Moder. in l. tranſactionem. C. de tranſ. Iaſ. in l. pacta nouiſſima in tertio notab. C. de pact. Crauet. in d. conſil. 114. ſub num. 2. ubi idem eſſe ait ſub num. 8. quando interuenit maritorum præſentia uel coniunctorum poſt Alex. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore col. 3. ſolut. matrimo. Ang. in conſi. 215. col. fi. & Areti in conſ. 24. col. 4. uel quando interuenit præſentia amicorum, ut per Ancha. conſi. 382. attento ordine in 6. dubio. Aut quando filia quæ adducebat metum reuerentialem ex perſona patris tempore actus celebrati ſeorſum habitabat à patre ut per Areti. in d. conſilio 24. col. 3. verſ. ſecunda dubitatio, & Anchara. in conſil. 433. poſtquã iſta domina, col. 2. & eundem Crauet. ibi ſub num. 4. Vel quando actus fuiſſet factus ex interuallo, ut per Bart. & doct. in l. nemo poteſt de leg. 1. in materia renunciationis, ſimulationis, & eundem ibi ſub num 5. qui idem affirmat ſub num. 7. quando is qui allegaret metum reuerentialem tempore actus celebrati in ſua fuiſſet libertate poſt Bal. in conſi. 117. & 364. col. 1. lib. 1. & Veron. in conſil. 2. col. 2. verſ. tertia coniectura, & ſub nu. 8. pulchrè docet eiuſdem metus præſumptionem ceſſare quando actus qui argueretur meticuloſus ſæpius fuiſſet reiteratus per tex. in clem. ut calumnijs de re. iud. Oldr. in conſi. 253. in fin. & Caſtr. in conſilio 215. col. 2. circa medium lib. 1.

150 Metus † regulariter non præſumitur niſi probetur Bal. in conſil. 62. facta in pri. dub. libr. 1. Crau. in conſi. 115. ſub num. 13. ubi in hanc ſententiam adducit, l. merito pro ſoci. & l. quoties, §. qui dolo de dol.

Nec inducí præſumitur ex mandato iudicis cui is qui metum allegat parere non cogetur Caſtr. in. conſil. 282. col. 2. ad fi. lib. 2. per l. pen. de condict. ob turp. cauſ. & l. ſecundam. C. quod met. cauſ. cui accedit Crauet. in d. conſi. 115. ſub num. 14 qui fortius, ait ſub num. 1. poſt Bal. in conſ. 458. quod dominus. Arnaldus col. 1. lib. 2. ex mandato quoque principis metum non præſumi, & qui talem metum allegat non audiri.

151 Mutatio † confinium non præſumitur, l. in finalibus ubi Bal. & Floria. fini. reg. Fely. in cap. cum cauſam de probatio. D. Alcia. reg. 2. præſum. 13, & ſupra dixi in uerſ. finium.

152 Nouatio † non præſumitur niſi probetur, l. final. C. de nouatio. §. præterea inſtit. quib. mod. tolli. obligatio. ſecundum unam opinionem, ſi probetur, quòd a partibus expreſsè dictum fuerit, quod intendebant recedere a prima obligatione per ſequentem, & hanc eſſe communem ſcriben. opinionem atteſtatur Gozadi. in conſi. 38. in princ. quem ſequitur Soc. in l. certi condictio. §. ſi nummos ſi cert. pet. Caſtr. & Imol in l. pen. de prætor. ſtipulat. Alexan. in conſil. 173. ſub num. 6. volum. 7. Soci. in conſilio 21. ſub num. 9. l. j. & conſil. 89. col. 3. ad fin. uolum. 3. & hanc re uera eſſe communem opinionem ſaltem poſt Alexan. affirmat Curt. iun. in l. lecta ſub nu. 21. ſi cert. petat. Grat. in conſilio 89. col. 2. ſub num. 17. uol. 1. Rip. in l. 4. §. ſi ex conuentione, ſub num. 8. de re iudic. dicit eſſe magis communem quibus accedit Rimin. iun. inſtit. quib. alien. lic. uel non in princ. ſub num. 49.

Secundum alteram opinionem ſi ex coniecturata & tacita uoluntate ipſarum partium probetur fuiſſe factam nouationem, ita probant Cyn. Rayn. Salyc. & Bal. in dicta l. fina. C. de nouatio. Alexan. in conſilio 13. ſub numero tertio. libro ſecundo, & conſilio 72. ſub numero 11. libro ſexto, Bertran. in conſilio 338. colum. prima, libro quinto, Deci. in conſilio 564. ſub numero 150. Pariſ. conſil. 107. ſub numero 27. libro tertio. Afflict. deciſ. 44. ſub num. 15. Curt. Sen. conſilio ſexto circa finem Riminal. conſilio 22. ſub num. 11. libro primo, & Alberi. in conſilio 68. num. 5.

153 Notarius † non præſumitur rogatus, neque teſtes Innoc. & alij in c. 1. de fid. inſtr. quã opinionem dicit eſſe communiter approbatã Alex. in conſ. 153. ſub num 9. libr. 2 & in l. 1. col. 3. C. de liber. præter. Iaſ. in l. hac conſultiſsima col. 1. C. de teſtam. & in conſi. 68. colum. ſecunda, lib. 1. Gul. Benedic. in cap. Raynutius verſ. teſtamentum 1. ſub nu. 9. de teſtam.

quam ſententiam ueram non eſſe credit ſcholiaſtes ad Alexan. in d. conſilio 153. ſub litera A, quando Notarius ſcriberet ac ſubſcriberet actum, quia tũc preſumitur rogatus ſecundum aliam communem de qua ipſe teſtatur & probat multis in eam rem citatis auctoritatibus, & ſupra diximus cap. præced. in uer. notarius.

154 Notarius aliter † ſcribens, quàm partes ipſę dixerint, non præſumitur per dolum ſed per errorem id feciſſe Bar. in l. quoties, §. 1. de hæred. inſtit. per illũ tex. in l. 1. C. de cano. ſacr. largitio. & in l. 1. de dol. Alexan. in conſi. 70. ſub nu. 8. libr. 1. & conſi. 73. ſub num. 3. eod. lib. & D. Alciat. de præſ. reg. 3. præſ. 13. & ſupra diximus in præced. cap. in uer. error.

155 Nullitas † quæ reſultat ex inſpectione actorum nunquam cenſetur eſſe ſublata Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. Imol. in l. ſi expreſsim de appellatio. & in l. de pupillo, §. qui opus de oper. nou. nunc. Alex. in conſi. 186. ſub num. 11. lib. 2. & conſi. 77. ſub nu. 19. libr. 3. nec quando nullitas eſſet inducta per alia ſtatuta anteriora, l. præcipimus in fine. C. de appell. l. ſed & poſteriores de legib. cum ſimilib. adduc. per Alex. in d. conſil. 87. ſub num. 19.

156 Nemo † præſumitur ſibi velle præiudicare etiam in minimo Rip. in l. 1. ſub num. 12. de pignor.

157 Nemo preſumitur † ſe ipſum velle incontinenti corrigere, l. non ad ea de cond. & demonſtr. D. Alc. de preſum. reg. 2. preſ. 28.

158 Nemo preſumitur † immemor ſalutis æternæ, l. vlt. C. ad leg. Iul. repet. D. Alciat. reg. 3. præſum. 4.

159 Nemo præſumitur † velle iactare ſuum, l. cum de indebito iuncta ibi gloſ. de probatio.

160 Nemo preſumitur † eam viam eligere per quam impugnet iudicium ſuum, l. 3. de milita. teſt. D. Alc. de præſumpt. reg. 3. præſ. 35. Rip. in l. 1. ſub nu. 20. de pigno. & hypo. poſt gloſ. in c. ex parte de conſtit.

161 Nemo præſumitur † de vento vixiſſe, l. ſi. de alim. pup. preſt. D. Alciat. reg. 1. preſ 50.

162 Oculum † non preſumitur quis ſponte uelle amittere. t. ult. diſ. 55. quem tex. ad hoc citat Luc. de pen. in d. l. j. C. de queſto. lib. 12. col. vlt. ſub num. 92.

163 Obliuio non † preſumitur in facto proprio niſi per lapſum longi temporis, pulchrè Alex. in cõſi. 7. ſub num. 8. & 9. lib. 4. per nota. in l. licet in glo. vlt. C. de acquir. poſſ. in §. quod autem inſtit. de vſucap. & gloſ. Bar. & alios in l. ſi de eo, §. ſi fortè de acquiren. poſſeſſ. cum ſimil. per illum ibi adduct.

164 Obliuio † in officiali de geſtis a ſe non preſumitur, niſi ob multitudinem negociorum, Alex. in conſilio 215. ſub num. 5. lib. 5. & conſi 84. ſub nu. 7. li. 7.

165 Officiales † principis non præſumuntur habere notitiam omnium eorum quę continentur in eorũ codicibus, ubi continentur multa negocia implicata, l. pen. vbi Bar. in l. pen. & in l non fatetur de cõfeſ. quem refert, ac ſequitur Alex. in conſil. 85. ſub nu. 5. libro primo.

166 Obliuio non † præſumitur in facto multum notando, etiam ex antiquitate temporis, cap. cum illorum, §. circa de ſenten. excommu. cap. quod dicitur 16. diſtin. Cranet. in conſi. 134. ſub num. 31. qui vult in talibus factis non preſumi neque tolerari errorem poſt Roma. in conſi. 391. colum. 2. poſt med. & 481. col. 1. poſt medium.

167 Odium non † preſumitur inter fratres ſed dilectio cap. literas de preſumptio. Dom. Alciat. reg. 1. præſumpt. 23. ubi declarat.

168 Offendi † non preſumitur militaris diſciplina ſi miles ſuis negocijs ſupereſt, l. qui ſtipendia. C. de procur. §. pen. inſtit. de excep. ubi nota.

169 Prelatus † uel alius non præſumitur ſimoniam committere qui illam aperte prohibuit ne fieret cap. ſicut il ſecundo de ſimo. quem ad hoc cit. Luc. de pen. d. l. 1. C. de queſto. lib. 12. col. 2. verſ. decimo.

170 Pro proceſſu uel ſententia iudicis non preſumitur, niſi quatenus conſtat de illis per legitima documenta c. quoniam de probatio. & iuxta not. in c. in preſentia de renunc. ſtatur tamen aſſertioni duorũ iudicum licet de eo per acta non conſtet, tradit Specul. de ſenten. §. iuxta uerſ. ſed pone, qua de reſcripſit Innocen. in cap. innotuit de eo qui furt. ordi. ſuſcep. & in cap. bone. de electio. & Luc. de pen. in l. 1. C. de decur. lib. 10.

171 Pecunia ſoluta † tutori ob uenditionem rei pupillaris, non preſumitur ex eá locupletatus fuiſſe pupillus, niſi probetur per emptorem, l. prędiorum. C. de præd. mino. cum ibi notat. quem ſic inducit Lucas de pen. in dicta l. 1. C. de queſto. verſ. 37. libr. 12.

172 Proximus † pubertati non præſumitur illectus, & qui abſque probatione profeſsi ſunt ad hoc ex deliberatione mentis non præſumuntur proceſsiſſe, Innocen. in cap. ad noſtram de regular. Luc. de pen. loc. ſupra cit. verſ. 52.

173 Pontifex Max. † ſeu Papa non præſumitur per ſuum reſcriptum velle bene ſtatuta reſcindere cap. eam de æta. & qualita. cap. audita de reſtit. ſpol. Nec iuri alterius derogare, cap. ex tuarum de aucto. & vſu pallij. & d. cap. audita. de reſtit. ſpoliat. fatit. ſecunda, §. meritò, & §. ſi quis a principe ne quid in loco publi. cum ſocij. Nec dare priuilegium, vt eius mandatum contemnatur Innocen. in cap. 1. de reſcript. Nec etiam velle per eius reſcriptum priuilegij cauſam dare Innocen. in cap. literas de conceſ. præb. Nec velle alicui ſuas defenſiones auferre cap. ex parte de offic. deleg.

174 Preſcriptio † centum annorum non præſumitur poſſe probari cap. ſi diligenti in fin. de præſcript. quem ad hoc inducit Luc. de pen. in d. l. prima. C. de quæſt. verſ. 83.

175 Princeps † non præſumitur indulgere quod poſſit rationabiliter implorari, l. denique in principio, de mino. l. 1. C. de petit. bono. ſublat. Hoſti. in ſum. de reſcript. §. quas vires in fin.

176 Pater filium ſuum † iudicio offerens, non præſumitur ita offerre vt mori velit, ſed corripi tantum, l. milites, §. pen. de re milita. per quem tex. pulchrè infertur Caſtr. & Saly. in l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſſ. Dom. Alciat. in reg. 1. præſump. 4. & ſupra diximur in præceden. capit. in uerſ. pater præſumitur.

177 Pater non † præſumitur uelle ancillam liberam facere & filios in ſeruitute retinere, §. ſi quis liberã verſ. neq; enim in auth. ut liber. decæter. D. Alciat. de præ-

de præſumpt.reg.1.præſ.12. Neque præſumitur filium dolo retinere ſed ob paternam pietatem, l.3. §ſi eum de lib. homi. exhib. quem ſic declarat Do. Alciat d.reg.1.præſump.11.

178 Pater non præſumitur velle diminuere hæreditatem filij per legata,l.pen.& ibi not.de iur.codi. Do. Alciat. d.reg.1. præſumpt.13. Luc. de pen. in d.l.j. C.de quæſto verſ.28.

179 Pontifex Max.† vel Papa non præſumitur velle derogare conſuetudini cap.1.de conſtit.in 6. facit cap.ſuper eo de offic. deleg. per quæ iura ſic firmat Alexan. in conſil.142.ſub num.13.libr.6.

180 Pluralitas†nominum nō præſumitur, l. duo ſunt Titij cum ibi nota.de teſtam.tute.& in l.eum quem temerè de iudi.& l.qui habebat de reb.dub. Alex.in conſi.172.ſub num.6.conſi.30.ſub num.11.& conſilio 125.ſub num.7.libro 7.

181 Præſens & † tacens non præſumitur conſentire in damnoſis vel ſibi præiudicialibus circa obligationem perſonalem, l. ſi filiusfamilias, §.inuitus de procur.traditur a Bart.& cæteris in l. quæ dotis ſol. matrimo.Alexan.in conſi.299. ſub num.20. libr.7. Crauet.in conſil.226.ſub num.10.

182 Princeps in † dubio non præſumitur velle præiudicare fiſco,niſi quatenus eſt expreſſum arg. cap.ex parte de offi.deleg.Butr. in cap.ut debitus de appel. Alex.in conſi.86.ſub num.3.lib.1.

183 Princeps non † præſumitur velle derogare iuri tertij,nec primæ conceſsionis, cap.bonæ de confirma.vtil.uel inutil. cap. ex literis de offic. deleg.gloſ. in l.decurionibus.C.de ſilentia.lib.11. Alex.in conſil.125.ſub num.6.lib.2. & eſt vulgaris tex. in l.2. §. merito, & §. ſi quis à principe,ne quid in loc. publi. & diximus ſupra in verſ.Pontifex. Alex.in conſi.23. ſub nu.8.li.3.vbi affirmat nunquā cenſeri derogare iuri altetius niſi expreſſam de illo faciat mentionē.

184 Princeps non † præſumitur velle derogare rei iudicatę cap. expoſita de arbitr.nec reſcriptum in cōtrarium factum tenet, niſi adſit clauſula illa non obſtante ſententia quæ tranſiuit in iudicatum, l. cauſas eum ibi nota.C.de tranſactio.l.fin. C.ſent.reſcin. non poſſ.Alexan.in conſi.94.ſub num.2.lib.2.

185 Princeps † non pręſumitur vti plenitudine poteſtatis,ſed poteſtate ordinaria, niſi aliter conſtet de illius mente, Angel. in l. bene à Zenone. C. de quadr.pręſcrip.Bal.in l.bonorum. C. qui admit.Innocen.in cap.innotuit de elect.Alexan. in conſi.60. ſub num.20.lib.2.in conſi.11. ſub num.6. lib.7.conſilio 84.ſub num.9.libr.3.& conſi.85. ſub nu.3.eod. libr.Iaſ.in l.quamquam. C.de teſtam.mili. Cur.Sen. in conſil.65.col.8. Deci.in l. in teſtamento col.5. C. de milit.teſtam.in l.more,col.4. de iuriſ.om.iudi.& alibi ſæpe Do.Alcia.de præſ. reg.3.præſ.36.Moder. Pariſ.plene ad Alex.in d.conſil.60. ſub litera A.

186 Princeps†non præſumitur habere ſcientiam per eius officiales cap. cum ad ſedem cum gloſ. in cap. inter dictum unde vi de reſtit. ſpoliat.Alex. in conſilio 85.ſub num.5.lib.1.

187 Principis mandatum † non præſumitur niſi quatenus de illius inſpectione appareat cap.cum in iure peritus cum ibi nota.de offi.deleg.l.1.C.de mād. prin.nota.in cap.præterea de dilatio. Alex.inconſil. ſexto ſub num.4.

188 Pater in dubio†nō cenſetur donare filio,ſed potius in peculium concedere Deci. in auth. ex teſtamento col.2. poſt med. & in l ſi donatione, col.1.& col.7. poſt med. C.de collat. id tamen non eſſe ſine dubio docet Crauet.in conſil.39. ſub num.9.

189 Pluralitas†apocharum vel inſtrumentorum non præſumitur glo.in l.omnium in uer. comprobantur. C.de teſt.vbi Alex. & Moder. Bal.in l. neq; natales, col.2. C.de prob. Crau.in conſ.198. ſub num.1.vbi vult nec pluralitatem actuū præſumi vel cōtractuū etiam ex pluralitate inſtrumentorum quia eadē de re fieri poſſunt plura inſtrumenta poſt Bal.in conſi. 344.ad euidentiam lib. 2. & per id quod decidit idē Bal.in conſi.99.quidam Iannolus lib.1.

190 Pluralitas quoq;†cauſarum vel delictorū nō præſumitur,l.ſi diuortio,l.triticum de ver.obl.gl.& doctor.in l.omniū. C.de teſt. Deci. in d. c.in præſentia in 9.not.C.de proba.Crauet.in conſi 73.ſub nu.38. etiam ſi delictum eſſet reiterabile,iuxta nota.in l.eū qui §.in popularibus de iureiur.& in c.cum Ioannes de fid.inſtr.Rom.in conſi.449.col.1. uerſ.2.quia licet Crau.in conſ.6.ſub nu.35.

191 Præſcriptio†de facili non pręſumitur ſed probari debet per allegantem,Abb.in conſi.82.col.3.li.j. Crau.in conſ.29. ſub nu.9. ubi pulchrè loquitur, faciunt quæ ſcribit idem Crau.in conſ.132. ſub num. 12.ea ratione quia præſumptionis materia eſt odioſa,eo quod abſorbet ius alterius, ca. poteſt 16.q.3. Abb.in conſi.71.col.1.lib.2.

192 Præſumptiones †fieri non poſſunt de non veriſimilibus Bal.in l.fi.in vlt.not. C.de hær.inſt.& l.ſiue poſsidetis ad fi.C.de prob.Crau.in cōſ.75.ſub n.14.

193 Quis non†pręſumitur dixiſſe quod mente nō cogitauit,l.3.de ſupel.lega.22.q.5.cap.humanę aures cap.ſecundo requiris de appella.& ſupra diximus c. præcedenti verſ.nemo præſumitur.

194 Quis ordinatus † non præſumitur niſi probetur, imò præſumitur non ordinatus, cap. presbyteri 68. diſtinc. vbi hos tres caſus notari dicit Luc. de pen.in d.l.vnica,col.2.uerſ.25.

195 Quis ſubtrahens †aliquid ex hæreditate non præſumitur malo animo ſubtrahere Luc.de pen.loc.ſupra cit.verſ.33.per nota.in l.aduerſus.C.famil.ercif.

196 Quis diligere † non præſumitur quod non optat uel non eligit, imò pręſumitur contemnere quod non diligit cap.præſens 20.q.3. in med. & cap.fin.in fi.63.diſ.q iura ad hoc citat idē Luc. de pen.uer.47.

197 Quid metu†agi non præſumitur,niſi quādo probatur metum aut uerba præceſsiſſe not.Inn.in cap. cauſam matrimonij de off.deleg. & maximè quādo amici uel conſanguinei interuenerunt,l.tranſactione q̄.C.de tranſ.& ſ.plenius diximus in uer.metus.

198 Quaſi poſſeſsio†matrimonij nō inducit præſumptionem ueritatis, quia talis quaſi poſſeſsio non poteſt eſſe ſine uero titulo matrimonij ca. ex tranſmiſſa de reſtit.ſpoliat.Innoc.in cap.ex parte eod.tit. Alex.in conſi 150.ſub num.11.lib.5.

199 Renunciare † quis non præſumitur iuri quod ignorat ſibi competere,l.qui cum tutoribus,§.fina.

de tranſ. l. tres fratres de pact. l. mater decedens de inoff.teſtam. auth. quom o. opor. epiſco. in §. igitur ordinandus Bartol.& alij communiter in l.qui Romæ,§.duo fratres de uerbo. obligatio. Bal. in l.1.in vltimo notab.C.de edict. diui Adri.tollen. Deci. in conſil.379.col.ſecunda ſub num.3.in conſ.419.col. fina.ſub num.9.in conſi.453.col. pen. ſub num.21. in conſil.460 col.3.ſub num.3.& alibi ſępe Cur. iu. in conſil.16. ſub num.11. Gozadi. in conſil.42. ſub num.20.cum ſocijs a me ſcienter preteritis.

200 Renunciare † quis etiam de facili non præſumitur iuri quod ſcit ſibi competere, cap.ſuper de renuncia.Innoc.in cap.poſt electionem de conceſsio. præben.faciunt tradita à Bal. Dec. & alijs in loc.ſupra cita. & ita firmat Luc. de pen. in d. l. vnica de quæſto. uerſ.42. ubi addit renunciantem nunquam præſumi certioratum,tum quia certioratio eſt facti l.ſtipulatio,§.ſtipulatio,de verbo.obligatio.& l.ubi autem,§.quiid quod eod.tit.quod non præſumitur vt ſupra vidimus in uerſ. facta, tum etiam quia certioratio eſt ſotennitas extrinſeca quæ pariter non præſumitur,l.quæcunque,§.qui à pupillo de publici.in rem actio.& l.1.C.de fid.inſtrum.lib.10.

201 Renunciare † non præſumitur ſponte qui renunciat ſpoliatus cap.2.de reſtit.ſpoliato. & not.in.cap. ſuper de renuncia quæ iura ad hoc citat Luc.de pen. in d.l.1.C.de quæſtor. verſ.43.

202 Res non † præſumitur effecta minoris precij niſi probetur,Iac.de Aret.& Cyn. in auth. ſed quamuis in fin.C.de re.vxor.actio.Alexan. in conſilio 67. ſub num.3.lib.2.

203 Reuerentia † vxoris in virum non præſumitur cõ ſenſus,ſed diſſenſus Bar. in l.quæ dotis ad finem ſol. matrimo.l j.§.quę onerandæ quar.rer. act. non det. Alexan.in conſil.42.ſub nu.3.lib.1.& maxime cum agitur de illius præiudicio quia præſumitur diſſenſus,l.1.de fur.l.filius,§.inuitus de procurator.

204 Solennitas † extrinſeca non præſumitur niſi probetur, l. quæcunque, § ſi à pupillo de publi. in rem actio.l.1.vbi Bartol.& alij poſt gloſ.C.de fid.inſtr. lib.10.Luc.de pen.in d.l.vnica.C.de quæſto. verſ.1. & uerſ.42.Alex.Iaſ.& alij poſt Barto.in l.ſciendum de uerbo.obli.Fab.Ang.Por.& alij in §.ſi ſcriptum inſtit.de inutil.ſtipul.

205 Siniſtrum † aliquid non preſumitur de ijs qui in epiſcopali dignitate ſunt poſiti cap. abſit 11.q. 3. quem text. ad hoc perpendit Luc.de pen.loc. iam relat.44.

206 Suppoſita † non præſumitur quę à parentibus chara habita fuiſſe filia dicitur,l.1.§.ad queſtionem de quæſtion.Luc.de pen. loc. ſupra cita.verſ.58.qui dicit ſe plenè ſcripſiſſe in l.1. C. de dignita. li.12.D. Alciat.reg.1.præſ.19.

207 Simulatio † regulariter non præſumitur niſi probetur Crauet.in conſi.145. ſub nu. 2. & 5. diximus in uerſ. contractus Alexan. conſil.211. ſub num.14. libro tertio,& maxime quando interuenit actuum geminatio Bal.in conſi.464. col.2. lib.1. Crauet.in conſil..... ſub num.6.

208 Spurius † in dubio non præſumitur filius ſed naturalis,& qui obijcit ſpurietatem probare debet Bal.in conſil.448.colum.2.in tertio dub.lib.primo. Crauet.in conſil.168.ſub nu.1.arg. l.mer.to, præ ſõ cio,l.quoties,§.qui dolo de dol. & cap.fin.de præſ.

209 Statutum † admittens aliquas exceptiones tantũ non præſumitur excludere alias ſimiles expreſsas. Bal.& Angel. in l. ita nobis pudor. C. de adult. Iaſ. in l.1.col.3.poſt medi. uerſ. quarto facit ſi quis rus dicen.non obtemp.Crauet.in conſi.201.ſub numero 40.vbi hanc aſſertionem diſertè declarat.

210 Stuprandi † animus non præſumitur in ijs quæ ſcientibus domeſticis de curru recedunt Crauet.in conſil.205.ſub num.6.

211 Subreptionis † exceptio non præſumitur ſublata quamuis reſcripto tollantur omnes exceptiones Areti.in cap.ex parte ſecundo de offic.deleg.quem refert ac ſequitur Crauet.in conſil.68. ſub num.13. poſt Veron.in conſi.64.col.7. uerſ. plus etiam duco

212 Sententia † ſi ſit lata in fauorem in ea non præſumitur ignorantia aut error iudicis Alexan.in conſi. 69.ſub num.2.libr.3. per l.ſi ſeruus plurium,§.1.de leg.1.& quod ibi not.Bal.

213 Societas † non præſumitur contracta fuiſſe cum pupillo, quia vt expreſſam contrahere non potuiſſet ſic nec tacitam Alex.in conſi.30. ſub num.6.lib. ſecundo poſt Bald. in l. cum duobus, §. papinianus pro ſoci. & in l. cum oportet in princ. circa tertiam vel quartam col. C.de bon.quæ lib. idem Alexan.in conſi 49 ſub num.1.lib.1.poſt Barto.in l.Titium,& l. Meuiũ,§ alterum de admini.tuto. & in l. ſi patruus, vbi etiam Bal.C.com.vtri.iudi. Angel. in conſil.60. morte dicti filij,& conſilio 112. Raynutius Corn.in conſil.123.lib.3. Deci.in conſi.556. quibus accedit ſcholaſt.ad Alex.in locis ſupra cita.niſi tamen maior factus ratificet,ut per Alexan.in d.conſi.49.ſub num.2.& 9.

214 Societas non † præſumitur ex communi victu, Bartol.in d. §.alterum Alex. in conſil. 152.ſub numero 12.vbi atteſtatur Bar. opinionem communiter eſſe receptam.

215 Solennitas † non præſumitur in præiudicium tertij,niſi poſt triginta annos,cap.peruenit iuncta glo. mag.de empt.& uendi. quam ibi multum commendat Io.Imo.Alex.in conſ.176 ſub nu.6.li.6.179 ſub nu.9.li.7.& conſ.27.ſub nu.8.li.4.Moder.in conſue. Pariſ.§.5.ſub nu.22.Craue.de antiq. tempor.par.3. ſec.1.ſub nu.7.& nu.13.vbi alios citat.

216 Solennitas † extrinſeca nõ præſumitur in actibus extraiudicialibus, Alex.in conſ.112. ſub nu.7.lib.3. Doctor.in d.l.ſciendum de uerb.obliga.faciunt quę ſupra diximus in uer.ſolennitas.

217 Solennitas † citationis & ſententiæ non præſumitur,vbi producuntur acta ex quibus apparet ſententiam eſſe nullam, Crau.de antiq.temp. par.3.ſect.1. ſub num.31.vbi impugnat Dec. contra ſentiẽtem, & malè intelligentem Paul.Caſtr.in conſi.341.col. ſexta poſt med.& conſi.558.circa finem.

218 Solennitas † intrinſeca materialis nõ præſumitur Alex.in conſi.28.lib.2.poſt Bar..& alios in l.ſciendũ de uerb.obl Cyn.in l.j.C.de contr.& commit.ſtipul. & Butr.in cap.ſicut de re iudi.

219 Solutio † nõ præſumitur ſi reperitur inſtrumẽtũ cancel-

cancellatura penes tertium Angel.in l.ſi vnus. C.de teſtam. & quamuis Bart.in l.fullo, §. qui tabulas de fur.aliud voluerit per l. chyrographum de probat. conſiderando identitatem rationis inter ipſum debitorem ac tertium tamen illum reprobat Alex. in conſil.59.ſub num.11.lib.2.

Scientia non præſumitur. niſi probetur.l.verius, de probatio.cap.præſumitur. de reg.iur.lib.6.& diximus ſupra in cap. præcedenti in non ignorantia. eſt enim quid facti.

220 Teſtator † non preſumitur repetere id quod facit legatum ab eo relictum inutile, l. ſeruo alieno, §. ſi ab impubere de leg.1.l.fin.in fin.de fideicom.liber. quæ iura inducit Luc.de pen.in d. l.1. C.de quæſto. lib.12.verſ.22.

221 Teſtator † non preſumitur velle compenſare, quãuis rem obligatam relinquat creditori ſuo, l. creditorem de leg.2. quem ad hoc adducit Luc. de pen. loc.ſupra cita.verſ.77.

222 Tacens † non præſumitur conſentire in ijs quæ illi præiudicialia ſunt, l.filiusfamil. §.inuitus, vbi glo. & doctor.not.de procur.Dyn.in cap.is qui tacet de reg.iur. libr.6. Bal.in l.ſi ſine. C.ad Senat. Velleya. Sal.in l.inuitus.C.de procur.Alex.in conſi.152. ſub num.9.libr.7.in conſi.84. ad fi.eod.libr. & ibi Mod. Pariſ.& in conſi.180.ſub num.4.& 5.eod.lib.& conſilio 118.ſub num.8.lib.5.ac conſi.120. ſub num.5. eod. libro 1. & conſil.77.ſub num.9. lib.7. Caſtr.in conſil.216.in princ.lib.1. Zaſ.in epito. feudo.par.9. fall.7. Quinimò id etiam verum eſſe putat Alex. in d.conſil.152. ſub num.9. libr.7. quando eſſemus in actu qui partim eſſet vtilis, ac partim oneroſus.

223 Tempus longum non facit † preſumi bonam fidem, Alex.in conſil.1.ſub num.22. lib.4.neque mandatum, idem Alex.ibi ſub num.19.eo.in conſi.191. libro 6. ubi & ſcholiaſtes, & ſupra diximus in verſ. mandatum.

224 Tempus † longum non ſufficit in preſumenda ſolennitate principaliter in damnum alterius, Alex.in d.conſil.9. ſub num.24. libr.4. in l. ſciendum col.4. de uerb.oblig.conſ.79.lib.1.conſ.12. ad fi.conſ.17. ſub num.8.conſi.113.lib.4 & conſ.218.libr.6.Cur. Sen.in conſi.76.Iaſ.in l.1.col.5. C. qui admitti in d. l.ſciendum,conſ.140.& 148.col fi.libr.4.Dec.in capri.lect 1.col 3.de iudi. Fel.in c.Albericus de teſtib. in cap.ſicut de re iudi. & in cap. illud de præſumpt; ſcholiaſtes ad Alex. in d. conſi.1. qui dicit idem eſſe quando agitur de præſumenda ſubſtantia actus,ut per Alex.in conſi.50.col.2.lib.5.ſub nu.7.ſeq.Deci. in conſi.442. ſub num.22. & dicunt ibi Moder. Pariſ.ſe hoc allegaſſe in quadam graui cauſa, vbi apparebat donatio facta abſenti non ſtipulante notario,& poſt longum tempus a morte donantis donatarius allegabat quod ex lapſu temporis preſumebatur tempore debito acceptaſſe, & malè, quia ad minus ipſa ſubſtantia,ut fundamentum intentionis debet probari,quibus accedunt notata per eundem in conſ.45.libr.3. & quæ ſupra diximus in uer. ſolennitas extrinſeca.

225 Teſtamentorum † pluralitas non præſumitur niſi probetur, l.fin. & ibi not.Bal.in fin. C.de reb.cred. l.omnium,vbi gloſ.Bart. & alij Doctor. C.de teſta. Alex.in conſi.4.ſub num.12.lib.7.

226 Teſtator † in dubio non præſumitur facere velle diſpoſitionem inanem, l. Meuius in princ.de leg.2. l.ſi quando de legat.1.Alexan.in conſil.171. ſub numero 3.lib.5.

227 Teſtator non † præſumitur legare niſi ius quod habet, quamuis eius morte finiturum ſit, l. vxor patrui.C.de lega. & l. quod in rerum,§.1.de leg.1.per quæ iura dicit ibi Bar.quod ſi quis fundum habens in emphyteuſim quæ finitura erat illius morte, & legauerit fundum, intelligi dicitur de iure illo emphyteuſis morte finituro, idque firmant Bartol.in l.Sticho de uſufruct.legat. Bal.in l.habitatio. C. de uſufruct.Bal.& Angel.in l.dotalem de teſtam.milit. quibus accedit Alexan. conſilio 30. ſub num. 11. & duodecimo,libro primo,& conſi.109.ſub num.14. libro ſexto.

228 Teſtes † non preſumuntur eſſe rogati, l.Diuus,& ibi Bar.& Bal.de milit. teſtam. Bartol. & omnes in d.l.ſciendum de uerbo.oblig.Luc.de pen.in d.l.principes.C de princ.agen.in reb.lib.12.verſ.68. vbi rationem diuerſitatis adducit inter teſtem & notariũ, Alex.in conſilio 70. ſub num.20.libr.2. Iaſ. in l.hac conſultiſsima.col.1.in prin. C. de teſtam. ſufficit tamen quomodocunque appareat, Corn. conſilio 7. col.1.libr.4.cuius auctoritatem ſic probant Moder. Pariſ.ad conſil.ſupra cita.Alexand.

229 Tituli † ſubſtantia non præſumitur ex diuturnitate temporis, l. nullo. C.de rei uendic. l.diuturno.C. de præſcrip.long.temp.Alex.in conſ.179. ſub nu.5. lib.6.& conſil.50.col.2.libro quinto, ubi & Moderni Pariſ.

230 Teſtator † non preſumitur ſubſtitutionem inutilem facere velle,l.apud Iulianum, §.ſi Titius verſ.ſi fundus, l. cum ſeruus cum ibi nota. per Bartol. de leg.1.l.qui cõcubinam, §.qui hortos, & l.patronus, §.codicillis de leg.3.quæ iura ad hoc perpendit Crauet.in conſil. 161.ſub num.3.

231 Teſtator † non preſumitur velle id, quod non loquitur,l.ſi ſeruum, §. non dixit prætor de acquir.hereditа.l.vnica,§.ſin autem ad deficientis. C. de cad. tollen.Crauet.in conſil.300.ſub num.6.

232 Voluntas hominis † non præſumitur eſſe aliena a verbis,l.Labeo,§.idem tuber. de ſupel. lega.cap.fi. de uerb.ſignif.cap.2.requiris de appel. pulchrè Crauet.in conſil.200.ſub num.2.

233 Vſura non † preſumitur ex pacto de retrouendendo ex interuallo appoſito,l.4.§.ſi ab ignoto de manumiſ.Bar.& doct.in l.pacta nouiſsima. C.de pact. Alex.in conſil.28. col.2. verſ. & quamuis nonnulli, libro quinto, Crauet. in conſilio 156. ſub numero tertio.

234 Vſura † non preſumitur in foro contentioſo, quinimò qui illam allegat debet illam probare, l. pri. ubi Purpura. ſub numero 33. C. de eden.Crauet. in conſilio 48. colum.fina. & conſil.145. col.ſecunda. Rolan.à Valle in conſil.98. ſub nume. 8. & 9. vol.4. & in conſilio 95.ſub numero 11.& in conſi.40. ſub numero 4.libro ſecundo, & conſil.96. ſub num.11. eod.lib.vbi addit Marſil. in conſi.2. ſub numero 10.

& conſil.21. ſub num.2. faciunt quæ ſupra diximus in uer.contractus.

235 Vſura non † arguitur ex taxatione alimentorum Crauet.in conſil 189.ſub num.5.vbi adducit diuerſitatem rationis inter hunc caſum,& caſum taxationis intereſſe.

236 Vſura † non præſumitur quando quis ſe refert ad ſolitum patriæ,Crauet.in d.conſi.145.ſub num.14. Item ex iuſtitia precij ibi num. 7. vel ratione dubij euentus,cap in ciuitate de vſur.vbi doctor.Iaſ.in l.ſi pater puellæ.C.de inoffic.teſta.Crauet.in conſi.47. ſub num.7.

237 Vſurarius in † dubio non præſumitur cõtractus, ſed licitus & permiſſus in foro contentioſo,Crauet. in conſil.145.ſub num.2.& 5. diximus in verſ. contractus. Nec etiam eo ſolum quòd ſolitus quis ſit fęnerari. Abb.in conſil.113.col.2.lib.2. Caſtr.in conſilio 66.col.2.109.col.1.& 114.col.2.lib.2.Crauet. in conſil.73.ſub num.8.q.17.& ſeq. neque ex vnica coniectura ſed pluribus eſt opus. Crauet.in d.conſilio 145.ſub nume.10. & ex magis communi opin. requiruntur tres, hoc eſt pactum de retrouendendo,modicitas precij,& quòd is qui arguitur ſolitus ſit fœnerari. Bero. conſil.168. ſub num.3.libr.1. & conſil.166. ſub nu.18.& 22.eod.volum.plenè Burſ. in conſi.117.ſub num.12.Andr.Tiraquel. in præfa. retr.conuentio.ſub num.5.Oſaſc.deciſ.42.ſub nu.9.

238 Non omitto nunc † pro abſolutiore perfectione iſtius inſtrumenti Luc.de pen.in d.l.principes. C.de prin.agenti.in reb. lib.12. ſub fine quaſdam notandas animaduerſiones ſcriptas reliquiſſe, quas omittere non libuit,quas inter illæ potiſsimæ reaſſamen dæ ſunt,hoc eſt,generaliter ſciendum eſſe,id ſolum

239 † a iure vel ab homine præſumendum eſſe, quod de iure licet,l.ſi procurator,§.Celſus de cond.indeb. l.Caius cum ibi nota. ſolut. matr. l.ſi vxor de dona. inter vi.& vxor.l.ſi vxor de pig.actio. l.ſi eius in fin. de liber.& poſth.facit,l.denique quib.ex cauſ.maio.

240 Rurſus † quod ubi iudex ex præſumptionibus procedit maximè debet temperare illius ſententiam,& maximè ne condemnet, niſi & rarò & modicè ad pęnam nec pecuniariam nec corporalem, ut colligitur ex cap. afferte de pręſumpt. ubi quamuis Salomon filium ad iudicauerit ex præſumptione ,non tamen meretricem voluit punire,ut not.Inn. in ca. quia ueriſimile eod.tit.de præſumptio. & hæc uera ſunt,ubi proceditur ordine iudiciario,nam tunc de facili non debet iudex ſequi præſumptiones, ſed vbi non ſeruatur ordo iuris magis poterit ſequi probabiles iuris præſumptiones, ar.l.1. C.vt in poſſ.lega. l.3.C.de edict.diui Adri. tollen. not. Innoc. in cap. poſt electionem de conceſsio. præben. Leui tamen præſumptioni iudicem ſtare non debere ita ut nec etiam iuramentum eius gratia præſtare debeat. l.3. §.idem reſpondit cum ibi nota. de mino.

241 Præterea † attendere debere iudicem , quòd vbi diuerſæ hinc inde concurrunt præſumptiones , illam ſequatur quæ magis congruit veritati cap.literas de præſumptio.l.fin.quod met. cauſa, Rationabiliter enim pręſumptio minus rationabilem præſumptionem tollit,l.3.§.ſi eũ de liber. homi. exhib.

242 Inſuper † ſciendum eſſe generaliter, in cõcurſum plurium præſumptionum vnam præſumptionem tolli per alteram ,l. Diuus de in integr. reſtit.l.non ſolum de rit.nuptia. l.cum de indebito, vbi Bart.de probatio. Crauet.in conſil.8.ſub num.9. Ad hęc tollitur præſumptio per probationem, l.vlt quod met. cauſ.ca.extraordinaria 35.q.3.l.ab ea parte de probatio. per contrariam conſtit.1. q.2.cap.paſtor.& per contrariam conſoetudinem , ut patet in eo qui ingreditur monaſterium addicens ſe illi cum ſuis bonis , nam cum Eccleſia Romana hoc permittat, eum intra monaſterium aliquid de bonis ſuis conferre, tollitur ſimoniæ præſumptio ob vſum Romanæ Eccleſiæ in contrarium vigentem , ſecundum Hugo.& Archidiaco.& alios in cap.ferrum 50.diſt.

243 Addi poteſt † prædictis obſeruari quoque in hac materia,ut duę pręſumptiones faciant vnam probationem gloſ.in l.3.§.eiuſdem de teſtib. in l.2.§.1.de excuſ.tuto.& in l inſtrumenta. C.de probatio.& in cap. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſta, refert ac ſequitur Calca.in conſi.8.col.5.circa medium Craue. in conſi.158.qui alios addit, ſub num.11. quod intelligit idem Crauet. procedere maximè in ijs quæ occultè fiunt in quibus admittuntur probationes poſsibiles per indicia ac coniecturas,cum aliter probatio fieri non poſsit, Crauet.inquam in conſi.144. ſub num.12.poſt Oldr.in conſi.324 col.3.circa medium qui allegat tex.in l. quia autem,§.non ſimpliciter ibi ſed modo nullâ ſi quis omiſ.cauſ. qui Crau. in conſ.178.ſub nu.1.5.ſcribit duas præſumptiones efficaces habere vim unius teſtis integri ac omni exceptione maioris poſt Calca.conſi.8.col.5.

244 Quinimò plures † præſumptiones inducere plenâ probationem reatus , quando non agitur de imponenda pœna capitali,l.excipiuntur ad Senat.Syllan. Bart.in l.fi.de quæſtio.Bal.in l quicunque.C.de ſer. fugiti. cum ſocijs quos addit Crauet. in conſil.178. ſub num.1. qui ita declar. poſt Oldra. in conſi.192. col.1.& Moder.in d.cap. afferte de præſump.& idẽ Crauet.in conſil.73.ſub num.19.poſt Roma.in conſilio 7.& Calcan.in conſil.77.col.1.in fi.& ſeq.ibiq; hoc maximè procedere declarat in ijs quæ ſunt difficilis probationis, quia tunc poteſt iudex condemnare ex pluribus præſumptionibus Soci. in conſilio 187.col.5.ad fin.lib.2. per tex. in l. qui ſententiam. C.de pœn.& auctoritatem Bal.in cap. cum cauſam de probatio.Caſtr. in conſil.143.col.3. circa medi. libr.2.ubi pulchrè loquitur.

245 Eſtque † etiam aduertendum quòd præſumptiones iuris dicuntur liquidiſsimæ probationes gloſ.& doctor.in l. licet imperator de leg.1. & in l. ſi tutor. C.de peri.tutor.Iaſ.in l.1.col.3. C.de teſtam. mil.& in l.manifeſtæ in ſecundo notab. de iureiur. & in l.ſi fundum in ſecundo not.ſolu.matr. Dec.late in rub. de probatio.col.15. Crauet. in conſil.6. num.42.in conſil.ſupra cita.73.ſub nu.19.ubi addit Caſtr.pulchrè loquentem, & ab alijs non citatum in conſilio 281.col.ſecunda.& in conſil.ſeq.col.3.& idem Crauet.in conſilio 156.ſub num.15. vbi uult eas ſufficere actori,qui etiam tendat ad impugnandum, poſt Caſtr.in d.conſi.281.

Illudque

246 Illudque †præ oculis in hoc instrumento pro colligenda uerborum significatione interpretatiua, est habendum, ut præsumptiones assumantur ex his quæ apparent, non ex ijs quæ non apparent Anchara. in consilio 302. colu. fin. post medi. per l. quod Seruius de cond. ob causam & l. in lege de contr. emptio. cui accedit Craue. in consi. 222. sub nume. 9.

247 Item † ex uerisimilibus, & non ex non uerisimilibus Bald. in capitu. primo, §. si qua de feud. guard. & in l. fi. col. 2. in ult. not. C. de hęred. instit. Corn. in consi. 156. col. fin. circa medi. lib. 3. Craue. in consi. 6. sub num. 21. & in consi. 75. sub num. 14. ubi alios addit.

248 Et insuper † ut præsumatur pro eo quod plus operatur, ac magis potest, Bald. in capitulo primo, de contro. int. mascul. & fœm. arg. l. domos ide contr. empt. Alex. in l. si seruus §. si numerus colum. 2. in fi. de leg. 1. Craue. in consi. 318. sub nume. 4.

Sed de ijs hactenus satisque ac super pro declaratione instrumenti præsumptionis ne uidear duob. hisce præcedentibus capitulis omnem præsumptionum materiam uoluisse complecti atque absoluere.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrij instrumentum cur hoc in tractatu omittendum non esse putauerit auctor.*
2 *Dispositiones indeterminatas iudicis arbitrio committi.*
3 *Ea quæ lege non potuerunt comprehendi iudicis arbitrio necesse fuisse relinquere.*
4 *Iudicem legis auxilium appellari.*
5 *Inter iudicem, & virum bonum nullum esse discrimen secundum communem sententiam.*
6 *Contra tamen sentire Corasium.*
7 *Sed qua ratione putet auctor communem opinionem veriorem esse.*
8 *L. continuus, §. cum ita de verbo. obligat. intellectus, num. 10.*
9 *Virum bonum considerari in iure nostro cum qualitate iudicandi.*
11 *Alternatiua dictio posita inter connexa resoluitur in coniunctam.*
12 *L. sed si vnius uersicu. prætor ait de iniur. declaratur.*
13 *Dictionem quasi, plerunque ueritatis expressiuam esse.*
14 *Iudicem cuius arbitrio res aliqua committitur arbitrari debere vt iuri conuenit.*
15 *Arbitrium iudicis esse tanquam theriacam contra iniquitates.*
16 *Iudex in rebus alienis facere debet quod in suis sibi facere uellet.*
17 *In arbitrijs debere iudicem secundum conscientiam iudicare.*
18 *Quæ fuerit auctoris institutio in hoc capite.*
19 *Arbitrandi facultati quanto tempore præscribatur iudici arbitrarium esse.*
20 *Absentia longa quæ sit iudicis est arbitrio.*
21 *A quæ ducendæ partitio in iure ubi partium facta non est expressio iudici reseruata creditur.*
22 *Alimenta pupillo decernenda non esse iudicis arbitrio.*
23 *Et filio spurio.*
24 *Alimentorum transactio iudicis arbitrio gubernatur.*
25 *Allegationes iuris eduntur iudicis arbitrio.*
26 *Absens quando mortis alicuius notitiam habuisse dicatur iudicis est in arbitrio.*
27 *Administrator iudicis arbitrio rationes reddere debet.*
28 *Architecto ad insulam fabricandam iudicis arbitrio tempus statuitur.*
29 *Appellatio quando commodè potuerit appellato denuntiari iudex arbitratur.*
30 *Alienata a liberto quando possint reuocari, iudicis est arbitrium.*
31 *Assessor cuius peritiæ esse debeat iudicis arbitrio relinquitur.*
32 *Accusator quam ob causam excusetur a calumnia iudex suo arbitrio decernit.*
33 *Auxilium remotum præstans iudicis arbitrio punitur.*
34 *Abortui foetus nondum animati dans causam iudicis arbitrio punitur.*
35 *Animo deliberato an quis deliquerit iudici arbitrarium est.*
36 *Aggressor quis dicatur iudicis arbitrio decernitur.*
37 *Aduocatus qui patrocinium præstare recusat iudicis arbitrio punitur.*
38 *Agens aliquid minus ciuiliter arbitrio iudicis punitur.*
39 *Annonam corruptam vendentes iudicis arbitrio puniuntur.*
40 *Aromatarius uendens corrupta aromata pœnam subit iudicis arbitrio.*
41 *Arma præsumuntur esse inuenti cum armis, sed in hoc plurimum potest iudicis arbitrium.*
42 *Bonæ fidei præsumendæ gratia longum tempus iudicis arbitrio quod sit committitur.*
43 *Bona communia quomodo diuidenda sint iudicis arbitrio dimittitur.*
44 *Benemerita an rei donatæ æquiualeant iudicis arbitrio æstimantur.*
45 *Et quibus coniecturis probetur eodem arbitrio decernitur.*
46 *Beneficia quæ dicantur magna & quæ parua est in iudicis arbitrio.*
47 *Bannitum occidens minus legitimè bannitum iudicis arbitrio punitur.*
48 *Blasphemos hodie iudicis arbitrio plecti.*
49 *Causa magna quæ dicatur est in iudicis arbitrio.*
50 *Casus insolitus, uel solitus, quis dicatur iudex arbitratur.*
51 *Consuetudinem qui & quot actus inducant iudex arbitratur.*
52 *Et quæ sit consuetudo rationabilis.*
53 *De quanto tempore firmetur.*
54 *Casus qui dicantur similes iudicis arbitrio relinquitur.*
55 *Connexa quæ dicantur in iudicis arbitrio est positum.*
56 *Comparationis literarum materia iudici est arbitraria.*

Tau-

57 Cautio quæ & qualis præstanda sit in iudicis est arbitrio.
58 Et quæ sit causa iusta præstandi cautionem.
59 Cautio ab inimico præstita quanto tempore durare debeat iudicis arbitrio dimittitur.
60 Curator bonis iacentibus datur iudicis arbitrio.
61 Causa iusta litigandi quæ dicatur iudex arbitratur.
62 Causa quæ sit iusta ut iudex taleas imponere possit arbitrio iudicis discernitur.
63 Causa iusta & rationabilis quæ sit cessandi à diuinis in iudicis arbitrio esse.
64 Creditori vt satisfiat an debeat debitor domum magni valoris, & modici redditus alienare iudex arbitratur.
65 Causa quando celeritatem requirere dicatur iudicis arbitrio deciditur.
66 Clerici quæ bona iudicis arbitrio diuidantur.
67 Causæ iustæ non consentiendi in consanguineis, iudicis arbitrio dimittuntur.
68 Consanguinei quando adesse non posse dicantur iudex arbitrio suo decernit.
69 Clericus quando dicatur in clericatu perseuerare iudicis arbitrio statur.
70 Clerici causa pecuniaria coram iudice laico quanto tempore finienda sit iudex arbitratur.
71 Coniecturæ quibus contractus simulatus arguitur sunt in iudicis arbitrio positæ.
72 Causa capitalis quæ dicatur est in iudicis arbitrio.
73 Confessioni rei, vel delinquentis quando animi iudicis motus adhæreat est in iudicis arbitrio.
74 Confessio facta in tormentis quam probationem faciat est iudici arbitrarium.
75 Contemnens reformationem statuti punitur arbitrio iudicis.
76 Coniunctus per sola indicia iudicis arbitrio punitur.
77 Cadauer quando iustis ex causis suspendi uel ignominia affici debeat iudici est arbitrium.
78 Clericus stuprator iudicis arbitrio interdum punitur.
79 Custos carceris qui meretricem carceratam carnaliter cognouit iudicis arbitrio punitur.
80 Commisso naufragio qui rem subtrahit iudicis arbitrio punitur.
81 Custos punitur iudicis arbitrio cum carceratus aufugit.
82 Carceris qualitas iudicis arbitrio relinquitur cum carcerati præstita fideiussione relaxantur.
83 Carceratus an sit cathenis uel aliter detinendus in iudicis est arbitrio.
84 Causa quæ dicatur iusta ut excuset a calumnia iudex arbitratur.
85 Calumniator iudicis arbitrio punitur.
86 Consultor quando non puniatur ea pœna qua principalis plerunque in iudicis est arbitrio.
87 Conscius criminis non reuelans punitur iudicis arbitrio.
88 Conatus rapere uirginem pro modo conatus punitur.
89 Castigationem moderatam excedens iudicis arbitrio punitur.
90 Circulator iudicis arbitrio punitur si fera ab eo iocigratia exhibita aliquem offendit.
91 Causæ continentiam diuidens iudicis arbitrio punitur.
92 Collectas exigentes a legistis, medicis, & grammaticis iudicis arbitrio puniri.
93 Curans aliquem citari in valle Iosaphat iudicis arbitrio pœnas luit.
94 Clerici non incedentes in habitu iudicis arbitrio pœnas subeunt.
95 Dictio uel circa quod tempus significet iudici est arbitrium.
96 Dictio et plus quod tempus significet iudex arbitratur.
97 Dilationis tempus quod longum aut breue dicatur iudicis arbitrio remittitur.
98 Deterioratio quæ magna, & quę modica dicatur iudici arbitrarium est.
99 Domicilium contraxisse in loco quando præfectus Cæsari dicatur iudex arbitratur.
100 Debitor an sit suspectus de fuga iudicis arbitrio relinquitur.
101 Donare an mater præsumatur alimenta quæ filio præstitit multum in iudicis arbitrio uersatur.
102 Diues an pauper quis sit iudicis arbitrio committitur.
103 Diuisiones aquæductum ac pascuorum iudex arbitrio suo constituit.
104 Donationis a matre filio factæ reuocandæ quæ sit iusta causa præter in iure expressas iudex arbitratur.
105 Donans cum dicit se donare ob benemerita, iudicis arbitrio relinquitur quæ sint coniecturæ probabiles meritorum.
106 Debitor qua diligentia dicatur usus ne per creditoris iniuriam exigatur iudicis arbitrio dimittitur.
107 Dictio & plus quid importet est iudici arbitrarium.
108 Dos congrua quæ dicatur in iudicis arbitrio est positum.
109 Dominus feudi quando & quantum possit exigere a subditis pro filia maritanda iudicis arbitrio committitur.
110 Debitum quod magnum & quod paruum dicatur iudex arbitratur.
111 Delatoribus quod præmium statuatur iudicis arbitrio decernitur.
112 Dispositionis dubiæ interpretatio iudicis arbitrio committitur.
113 Dietæ quomodo computentur iudicis arbitrio discernitur.
114 Deformitas quæ impediat ad sacros ordines promoueri iudicis arbitrio cognoscitur.
115 Dubitationis punctum iudicis arbitrio formari.
116 Diuidi quomodo pascua debeant inter incolas iudex arbitratur.
117 Dispensatus ad plura beneficia in quod tempus de dispensatione fidem facere debeat iudici est arbitrarium.
118 Delictum quod graue dicatur iudicis arbitrio perpenditur.
119 Deo dicata qui distrahit iudicis arbitrio punitur.
120 Dormiens qui dormiendo deliquit punitur iudicis arbitrio.
121 Dominus si pro facto serui puniendus sit iudicis arbitrio punitur.
122 Delictum qui confitetur sub spe impunitatis promissæ iudicis arbitrio punitur.
123 Dies in uno instrumento apposita quando in alio repetita

tita esse censeatur iudex pro arbitrio discernit.
Dictiones quæ relictæ sint iudicis arbitrio ibid.
124 Exceptio quando altiorem indaginem requirere dicatur iudicis arbitrio dimittitur.
125 Aetas pubertati proxima quæ dicatur in iudicis est arbitrio.
126 Epistola quam fidem faciat in iudicis est in arbitrio.
127 Aemulationis gratia quando aliquid fieri dicatur iudex arbitratur.
128 Ecclesiæ bona non consueta alienari, quæ sit iusta causa alienandi, iudicis arbitrio committitur.
129 Exceptiones & appellationes friuolæ quæ dicantur iudici est arbitrarium.
130 Ecclesia quatenus dotari debeat iudex arbitratur.
131 Euictionem allegantis dolus & fraus quibus coniecturis colligatur iudicis arbitrio excipitur.
132 Euictiones pro publicis functionibus iudicis arbitrio, concedi.
133 Exceptionibus dilatorijs deducendis, tempus arbitrio iudicis est statuendum.
134 Episcopum arbitrio suo eligere alterum ex præsentatis.
135 Excessisse limites defensionis quando quis dicatur est iudici arbitrarium.
136 Excedens limites defensionis punitur iudicis arbitrio.
137 Expilatores iudicis arbitrio puniri.
Generaliterque eorum pœnam iudicis arbitrio relinqui.
138 Effractor carceris punitur iudicis arbitrio.
139 Executores qui boues aratorios pignoris causa detinent iudicis arbitrio puniuntur.
140 Emptores annonæ, qui illam supprimunt, ut charius uendant iudicis arbitrio puniuntur.
141 Falsitatis excep. quando statim dicatur probari iudicis arbitrio relinquitur.
142 Fideiussor qnando dicatur diu stetisse in obligatione iudex arbitratur.
143 Filiatio quibus coniecturis probetur iudicis arbitrio committitur.
144 Frater quis dicatur maior in diuisione bonorum iudicis arbitrio decernitur.
145 Fratres quando magna dicantur censeri inæqualitate iudex arbitratur.
146 Filij in conditione positi quibus ex coniecturis dicantur dispositiuè uocati iudex arbitratur.
147 Feudum si unus litigantium asserat antiquum, alter nouum cui sit deferendum iuramentum, iudici arbitrarium est.
148 Fructus industriales qui dicantur iudicis arbitrio relinquitur.
149 Feudum quod moditum & tenne dicatur iudicis arbitrio relinquitur.
150 Frumentum unius alterius frumento admixtum iudicis arbitrio separatur.
151 Fructus qui in quartam Trebellianicam imputantur iudici est arbitrarium.
152 Fama frequens ac vehemens quæ dicatur.
153 Fornicator iudicis arbitrio punitur de iure canonico.
Facultates laicorum quando dicatur non sufficere ut ecclesia contribuat oneribus ibid.
154 Fures iudici arbitrio puniri.
154 Fideiussores iudicis arbitrio subire pœnas.
155 Falsum committens nemini nocibile iudicis arbitrio punitur.
156 Idemque esse si circa accidentalia falsum committatur.
157 Falsum an scienter vel ignoranter dixerit testis iudex arbitratur.
158 Falsitas sine dolo commissa iudicis arbitrio est punibilis.
159 Falsarius iudicis officio punitur cum per inquisitionem proceditur.
160 Tanquam falsarius puniendus iudicis arbitrio luit pœnas.
161 Falsam monetam qui cudit, sed non perfectè absoluit, in dicis arbitrio punitur.
162 Filius delinquens à patre præsentatus iudicis arbitrio punitur.
163 Furiosus delinquens iudicis arbitrio plectitur.
164 Gesta palam an a facti ignorantia excusent, iudicis est arbitrarium.
165 Gabellam si non soluat forensis, in iudicis arbitrio est, an in totum uel pro parte condemnetur.
166 Habitasse in loco ut quis dicatur iudicis arbitrio decliditur.
167 Hæreticus non manifestus quomodo abiuret in iudicis arbitrio est.
168 Hæreticus quando dicatur incontinenti rediisse in iudicis est arbitrio.
169 Hæresis suspectus eam purgare debet iudicis arbitrio.
170 Hæreticorum pœnæ iudici sunt arbitrariæ.
171 Hæresis libri si penes aliquem reperiantur plurimum in iudicis arbitrio uersari an illum arguant suspectum de hæresi.
172 Incontinenti quando dicatur fieri probatio iudicis arbitrio resoluitur.
173 Incontinenti quando dicatur recuperata fuisse possessio iudicis est arbitrarium.
174 Incontinenti quando dicatur probari exceptio adimpediendam missionem in possessionem iudex arbitratur.
175 Incontinenti liquidatio quando dicatur fieri ad impediendam executionem crediti liquidi iudicis arbitrio decernitur.
176 Incontinenti molestia quando probari dicatur, ut appellans commodo appellationis priuetur iudicis arbitrio relinquitur.
177 Incontinenti quando dicatur probari exceptio opposita contra instrumenti executionem iudici est arbitrarium.
178 Et quando incontinenti dicatur exceptio probari ad impediendum litis ingressum.
179 Incontinenti quando aliquid dicatur fieri in casu l. primæ, §. item si ita ad leg. falcid. iudex arbitratur.
180 Instrumenti fides an nucillet cum unus uel duo testes contradicunt iudex arbitratur.
181 Inimicitia quæ testem repellat iudicis arbitrio perenditur.
182 Inimicitiæ capitalis quæ dicatur iudici est arbitrarium.
183 Interesse quod venditor emptori præstat iudicis arbitrio taxatur.
184 Interesse damnum passo præstatur iudicis arbitrio.

Impensa

185 *Impensa maior quæ dicatur iudicis arbitrio dirimitur.*
186 *Inæqualitas magna quando inter fratres dicatur iudicis arbitrio æstimatur.*
187 *Iusta causa quæ sit recusandi iudicem iudex arbitratur.*
188 *Iustum impedimentum quod dicatur iudicis arbitrio statuitur.*
189 *Intra quod tempus præsumatur quis legem latam sciuisse iudici est arbitrarium.*
190 *Instrumentum authenticum an sit sumendum ex scriptura imperfecta iudex arbitratur.*
191 *Iurare sub qua uerborum formula is debeat cum iuramentum relatum est, iudici est arbitrarium.*
192 *Iuramenti necessarij in delatione multum posse iudicis arbitrium.*
193 *Iuramentum necessarium cui deferendum sit an asserenti feudum esse nouum uel antiquum, iudicis arbitrio statur.*
194 *Iuramentum quando ueri similiter deieraturo sit remittendum iudicis arbitrio relinquitur.*
195 *Iuramenti in litem in delatione plura iudicis arbitrio tribuuntur.*
196 *Iuramentum in litem ueritatis cum defertur taxatio iudicis arbitrio dimittitur.*
197 *Impensa modica quæ dicatur iudicis arbitrio est relictum.*
198 *Iocalia magni ualoris quæ dicantur iudex arbitratur.*
199 *Impensis cuius litigatoris interrogator de egregiam personam mittatur iudicis arbitrio constituitur.*
200 *Instrumentis de nouo repertis exhibendis terminus iudicis arbitrio relinquitur.*
201 *Iustè an absit filia & patri recusèt consentire iudex arbitratur.*
202 *Iniuria uni ex consanguineis facta an alios afficiat iudicis arbitrio relinquitur.*
203 *Inferens iniuriam magistratui ab officio suspenso iudicis arbitrio punitur.*
204 *Iniuria quæ grauis dicatur iudici est arbitrarium.*
205 *Iniuria quæ grauis dicatur vt filius exheredetur iudicis arbitrio æstimatur.*
206 *Indicia ad torturam sufficientia quæ sint iudex arbitratur.*
207 *Iudeus qui cum meretrice Christiana rem habuerit punitur iudicis arbitrio.*
208 *Impulsus amore qui deliquit iudicis arbitrio subit pœnas.*
209 *Iudex corruptus punitur iudicis arbitrio.*
210 *Iudex qui sine causa appellationem reijcit iudicis arbitrio punitur.*
211 *Imagines Dei uel sanctorum qui fœdauit iudicis arbitrio luit pœnas.*
212 *Is qui aliquem fimo aut stercore corrupto fœdauit iudicis arbitrio punitur.*
213 *Incendium an sit commissum culpa inhabitantium in dubio iudicis arbitrio relinquitur.*
214 *Læsio in laudo arbitri iudicis arbitrio consideratur.*
215 *Læsa quando dicatur enormiter ecclesia ut restituatur iudex arbitratur.*
216 *Læsio quæ dicatur enormis ut minor restituatur iudicis arbitrio relinquitur.*
217 *Libris mercatorum & campsorum prouenientes probationes iudicis arbitrio committuntur.*
218 *Libri rationum inter socios quando credendum sit iudicis arbitrio relinquitur.*
219 *Libris rationum quando fides adhibeatur tam pro producente quam contra iudicis arbitrio statuitur.*
220 *Lucri cessantis interesse quomodo probetur iudicis arbitrio committitur.*
221 *Lucri partes constituuntur arbitrio iudicis quando filius est negociatus cum pecunia paterna.*
222 *Lucrum quod ex bona fortuna obuenit iudicis arbitrio adiudicandum est.*
223 *Locus quis dicatur insignis iudici est arbitrium.*
224 *Legitima qua in re a fratre assignatur sorori iudicis arbitrio discernitur.*
225 *Libelli mutatio & emendatio iudicis arbitrio conceditur.*
226 *Legati in refectionem quantitas iudicis arbitrio constituitur.*
227 *Laudo quando notabiliter dicatur contrauentum in iudicis est arbitrio.*
228 *Locus congruus dep. faciendo pro arbitrio iudicis constituitur.*
229 *Lusores præter lucri restitutionem iudicis arbitrio puniuntur.*
230 *Lusorum se inuicem offendentium pœnas plerunque iudicis arbitrio committi.*
231 *Mensis vtilis an sit 30. vel 31. dierum iudici est arbitrarium.*
232 *Mortis in periculo an sit iter faciens terra mariq; iudex arbitratur.*
233 *Miserabilis persona quæ dicatur iudicis arbitrio dimittitur.*
234 *Metus iustus quis dicatur iudicis arbitrio dimittitur.*
235 *Metus quibus coniecturis probari possit iudicis arbitrio relinquitur.*
236 *Matris ad 2. uota transeuntis iudicio electus tutor arbitrio iudicis confirmatur.*
237 *Minorum quæ res præter prædia possint alienari iudex arbitratur.*
238 *Mora quando commissa dicatur in iudicis est arbitrio.*
239 *Mala fides quibus coniecturis probatur in iudicis arbitrio est positum.*
240 *Matrimonij super impedimento quando statur iuramento consanguineorum in iudicis est arbitrio.*
241 *Melioramenta reficiuntur iudicis arbitrio.*
242 *Mortuus quando quis ex uulnere dicatur iudicis arbitrio statuitur.*
243 *Modica sanguinis effusio discernitur iudicis arbitrio.*
244 *Mulcta indicitur contumaci iudicis arbitrio.*
245 *Masculorum libidinem attentantes iudicis arbitrio puniuntur.*
246 *Mulierem per vim deosculans arbitraria pœna plectitur.*
247 *Meretricem rapiens pro iudicis arbitrio pœna afficitur.*
248 *Monetam falsam cudens sed non perficiens arbitrariè punitur.*
249 *Idemque est in monetam falsam non expendibilem ardentem.*
250 *Monetam ex uilione argento expendens iudicis arbitrio punitur.*

Mone-

251 Monetam falsam expendens si ostendat a quo habuit punitur arbitrarie.
252 Monetam falsam expendens quomodo bonam fidem sum probet in iudicis est arbitrio.
253 Monetas falsas in arca habens iudicis arbitrio relinquitur an illas expenditurus esset.
254 Monetam veterem reprobatam expendens punitur iudicis arbitrio.
255 Mandans delictum committi si mandatarius delicti fines excessit arbitraria pœna afficitur.
256 Mandans arbitrarie punitur cum mandatarius præter ius commune a statuto pœna afficiatur.
257 Mandato & iussu alterius delinquens quandoque iudicis arbitrio punitur.
258 Mandatum principis contemnens iudicis arbitrio pœnas luit.
259 Maledicens principi ex proposito punitur arbitrio iudicis.
260 Nobilis quis dicatur aut ignobilis est in iudicis arbitrio.
261 Nuntio publico an credatur de pertinentibus ad eius officium iudex arbitratur.
262 Notorium quod sit in iudicis est arbitrio.
263 Necessitatis causa quæ iusta dicatur in alienatione inalienabilium iudici arbitrarium est.
264 Negligens quando dicatur quis in præsentando rescriptum arbitrio iudicis relinquitur.
265 Negocia quæ dicantur ardua in iudicis est arbitrio.
266 Naufragio commisso rem subtrahens iudicis arbitrio punitur.
267 Notarius an probabiliter possit ignorare se instrumentum recepisse iudex arbitratur.
268 Nomen alterius qui in fraudem assumunt iudicis arbitrio puniuntur.
269 Negligens iustitiam administrare punitur iudicis arbitrio.
270 Notarius non seruans penes se protocollum iudicis arbitrio pœnas subit.
271 Nili ageres rumpens pœna arbitraria afficitur.
272 Obiectiones contra testes quando fieri possunt iudiis arbitrio discernitur.
273 Obtinens rescriptum per obreptionem a iudice pro arbitrio punitur.
274 Obripiens aliquid per mendacium si criminaliter agatur punitur iudicis arbitrio.
275 Opem tulisse quando assistens armatus dicatur in iudicis est arbitrio.
276 Occidens aliquem sine dolo pœna arbitraria punitur.
277 Pactum de retrouendendo quando arguat simulationem contractus iudici est arbitrarium.
278 Possedisse diu quis dicatur in iudicis est arbitrio.
279 Potens ad coeundum an quis dicatur iudicis arbitrio relinquitur.
280 Peregrinantes quando in mortis periculo uersari dicantur iudicis est arbitrio.
281 Persona illustris quæ dicatur iudicis arbitrio deciditur.
282 Persona honesta quæ sit in iudicis arbitrio est positum.
283 Idem est in persona egregia.
284 Et in persona vulgari.
285 Paupertatem quæ fidem testi minuat iudex pro arbitrio decernit.
286 Prdbationes quæ sufficiant in antiquis in iudicis est arbitrio.
Prouisio quæ addibendum sit partibus pacandis iudici esse arbitrarium.
287 Plenam fidem quæ coniecturæ faciant in iudicis est arbisrio positum.
288 Probationis difficilis quæ dicantur iudex arbtiratur.
289 Probetur quomodo ætas ex aspectu iudici arbitrarium est.
290 Probatur impedimentum iudicis arbitrio.
291 Probatio interesse lucri cessantis iudici arbitrarium est.
292 Præstat quod uenditor emptori interesse arbitrio iudicis taxatur.
293 Partes lucri inter patrem & filium iudicis arbitrio constituuntur, quando filius negociatus est cum pecunia patris.
294 Pretium quod certum sit in insolutum datione iudicis arbitrio constituitur.
295 Persona coniuncta quæ dicatur iudex arbitratur.
296 Personæ conditio mutata fore iudicis arbitrio diiudicatur.
297 Pupillus penes quem educari debeat iudicis arbitrio remittitur.
298 Pretium modicum quod dicatur iudex pro arbitrio æstimat.
299 Pater an sit turpis persona vt filia illi agenti merito recuset consentire iudex pro arbitrio discernit.
300 Pretij tenuitas in cessionibus ut simulatæ dicantur iudicis arbitrio dimittitur.
301 Peremptoriæ citationes quot transmitti debeant iudicis est arbitrio.
302 Pœna legalis iudicis arbitrio committitur.
303 Periurus qui sedato animo per Deum peierauit iudicis arbitrio punitur.
304 Priuatus qui principis auctoritatem in leuioribus usurpat principis arbitrio luit pœnas.
305 Præuaricator iudicis arbitrio punitur.
306 Puniendus dominus pro facto serui arbitrarie punitur.
307 Parricida iudicis arbitrio luit pœnas.
308 Poculum amatorium præbens quando iudicis arbitrio puniatur.
309 Puniendus ex præsumptionibus iudicis arbitrio punitur.
310 Pœnitentias sacramentales arbitrarias hodie esse.
311 Parentes proprios partus non agnoscentes iudicis arbitrio plectuntur.
312 Quæ sit legitima coniectura qua filij in conditione positi uocati esse censeantur, in iudicis est arbitrio.
313 Quomodo ex unico actu quasi possessio quæratur in iudicis est arbitrio.
314 Quota bonorum in testamento relicta iudicis arbitrio eligitur.
315 Quibus ex rebus sit detrahenda legitima iudicis arbitrio statur.
316 Quæ sit causa qua suppressa rescriptum ad lites subreptitium reddatur est in iudicis arbitrio.
317 Qualitas non expressa in rescripto an sit talis ut potuerit mouere principem ad illud non concedendum iudex arbitratur.

Quali-

318 *Qualitates in priuilegiorum impetratione exprimendæ, ne subreptitia reddantur, iudicis arbitrio remittuntur.*

319 *Qui fatetur ad sui defensionem alterum occidisse iudicis arbitrio punitur.*

320 *Qui suo aduersario probationes subtraxit iudicis arbitrio punitur.*

321 *Qui principis auctoritatem vsurpat in leuioribus arbitrariè punitur.*

322 *Qui Deo dicata distrahit iudicis arbitrio pœnas luit.*

323 *Quis nobilis, & quis ignobilis dicatur in iudicis est arbitrio.*

324 *Reus ad certam horam citatus actore non comparente in sequentem horam iudicis arbitrio illum expectare debet.*

325 *Rescriptum certam horam non habens, an censeatur esse concessum post alteram certam horam habens, iudex arbitratur.*

326 *Res quas debuerit hæres distrahere & non distraxerit, vt fideicommisso teneatur si perierint, iudicis arbitrio remittitur.*

327 *Recusari an possit iudex in altera causa qui unam finiuit pro arbitrio iudex videt.*

328 *Res modica & leuis quæ dicatur, ad impediendum donationis reuocationem ob superuenientiam liberorum iudicis arbitrio dimittitur.*

329 *Recusandi iudicem quæ sit iusta causa, iudici est arbitrium.*

330 *Reconuentio quando admittatur in iudicis est arbitrio.*

331 *Rustici quando excusatione sint digni iudex arbitratur.*

332 *Rationes quo pacto reddi debeant pro arbitrio iudex statuit.*

333 *Res quæ dicatur modico tempore duratura iudex suo arbitrio statuit.*

334 *Remissiones ad examinandos testes iudicis arbitrio fiunt.*

335 *Responsio qualificata ad positiones iudicis arbitrio relinquitur.*

336 *Reus an debeat personaliter compare uel per procuratorem pro iudicis arbitrio statuitur.*

337 *Rescriptum per obreptionem obtinens iudicis arbitrio punitur.*

338 *Receptatores bannitorum iudicis arbitrio puniuntur.*

339 *Rem immobilem uitiosam latenti vitio alienans, iudicis arbitrio punitur.*

340 *Remissio pensionis quando per locatorem conductori fieri debeat iudici est arbitrarium.*

341 *Senex quis dicatur iudicis arbitrio relinquitur.*

342 *Sterilitas grauis quæ dicatur in iudicis est arbitrio.*

343 *Sigillum ut probet quæ concurrere debeant iudex arbitratur.*

344 *Socij vnius industria quando correspondeat pecunijs alterius iudicis arbitrio relinquitur.*

345 *Sæuitia magna quæ dicatur in iudicis arbitrio est.*

346 *Sufficiens cautio quæ dicatur iudex arbitratur.*

347 *Scientia superioris quomodo probetur in iudicis est arbitrio.*

348 *Subsidio pro charitatiuo quantum exigi debeat iudicis arbitrio decernitur.*

349 *Simplicitas quæ sit excusatione digna iudex pro arbitrio uidet.*

350 *Summa una quando non dicatur ab altera diuersa ob temporis iateruallum iudex arbitratur.*

351 *Salarium quomodo pro diminuto labore sit pariter diminuendum in iudicis est arbitrio.*

352 *Summa quanta esse debeat ut ea accepta mulier ex sua intercessione obligetur iudicis arbitrio dimittitur.*

353 *Scholasticus uel Doctor quando fabrum prope illius domum maleantem possit expellere, iudex pro arbitrio statuit.*

354 *Seruus quando fugiendo dominum priuet sua possessione iudex pro arbitrio uidet.*

355 *Suspectus de adulterio quando innocentiam suam purgauerit iudicis arbitrio statuitur.*

356 *Statuam alicuius honoris gratia positam deijciens iudicis arbitrio punitur.*

357 *Stuprans propriam ancillam pœna arbitraria afficitur.*

358 *Stuprans virginem nondum uiripotentem iudicis arbitrio punitur.*

359 *Sine dolo occidens aliquem iudicis arbitrio pœnam luit.*

360 *Seruus iudicis arbitrio castigatur cum alicui iniuriam facit.*

361 *Stellionatus in crimine pœna indicitur iudicis arbitrio.*

362 *Sortilegi clerici iudicis arbitrio puniuntur.*

363 *Sacrilegia plerunque iudicis arbitrio puniri.*

364 *Tempus deliberandi in iudicis arbitrio est positum.*

365 *Tempus accedendi ad locum solutionis est iudici arbitrarium.*

366 *Tempus quod antiquum dicatur iudex arbitratur.*

367 *Et quod antiquam dicatur in sententia iudicis.*

368 *Tempus longum quod dicatur in locationibus bonorum ecclesiæ.*

369 *Tempus deueniendi ad secundum decretum iudici est arbitrarium.*

370 *Tempus intra quod mora purgari possit iudicis arbitrio relinquitur.*

371 *Tempus illud modicum quod datur condemnato ex laudo est iudici arbitrarium.*

372 *Tempus incontinenti quod dicatur in probationibus est iudici arbitrarium.*

373 *Tempus hæredi statuitur arbitrio iudicis ad probandum fideicommissum a testatore factum non esse.*

374 *Tempus quod statim dicatur in probanda exceptione iudex arbitratur.*

375 *Tempus incontinenti intra quod tertius de iure suo probet est iudici arbitrarium.*

376 *Tempus quod conceditur debitori acceptanti literas ne uideatur fateri indebitum est iudicis arbitrio relictum.*

377 *Tempus destinati usus in mutuo iudicis arbitrio est commissum.*

378 *Tempus intra quod concessum precarium reuocari potest iudici est arbitrarium.*

379 *Tempus quod muliери conceditur ad repetitionem rei mariti a se commodato datæ iudicis arbitrio statuitur.*

380 *Tempus intra quod obliuio inducatur iudicis arbitrio relinquitur.*
381 *Tempus quod conceditur debitori ut ſolutionem præparet iudicis arbitrio relinquitur.*
382 *Tempus condemnato ad ſoluendum iudicis arbitrio ſtatuitur.*
383 *Tempus intra quod ſtipulatio de bonis conferendis committitur in iudicis eſt arbitrio.*
384 *Tempus quod dicitur modicum in conductione ſuperficiei iudicis arbitrio decernitur.*
385 *Tempus intra quod dominus ratam habens ſolutionem falſi procuratoris debitorem liberet iudicis arbitrio relinquitur.*
386 *Tempus intra quod legatus ſe præparet ut cenſeatur eſſe in legatione iudicis arbitrio ſtatuitur.*
387 *Tempus agendi & excipiendi iudicis arbitrio ſtatuitur.*
388 *Tempus electionis a teſtatore non definitum a iudice decernitur.*
389 *Tempus intra quod moroſus interpellatus expectetur iudicis arbitrio diſcernitur.*
390 *Tempus intra quod is emat qui emere debet ne alteri vendatur in iudicis eſt arbitrio.*
391 *Tempus intra quod delinquens confeßionem factam intormentis ratificet iudicis arbitrio committitur.*
392 *Tempus intra quod uenditor poſſedit uenditione facta ut arguatur contractus ſimulatus cum perpenditur iudicis arbitrio remittitur.*
393 *Tempus ad perquirendum abſentem cum neſciatur in quo loco ſit iudicis arbitrio aſſignatur.*
394 *Termini ſunt iudicis arbitrio diſtinguendi.*
395 *Tempus ſiſtendi aliquem in iudicio iudicis arbitrio tempetatur.*
396 *Tempus ceßationis in ſolutione publicarum functionum ut ceßantis bona ſubhaſtentur iudici eſt arbitrarium.*
397 *Tempus intra quod qui s tacitè religionem profeſſus eſſe dicatur iudicis arbitrio relinquitur.*
398 *Tempus octo dierum quod retraſeudi gratia concedi-tur iudicis arbitrio intelligitur.*
399 *Teſtium fidem in iudicis arbitrio eſſe poſitum.*
400 *Teſtimonio illius qui in extremis laborat iudicis arbitrio creditur.*
401 *Teſtibus ne actoris uel rei magis ſit credendum iudicis arbitrio relinquitur.*
402 *Teſtimonium compatris an fidem faciat in iudicis arbitrio eſt poſitum.*
403 *Teſti qui de a ſe geſtis deponit iudicis arbitrio creditur.*
404 *Teſtimonio nutritoris pro illius alumno ex arbitrio iudicis creditur.*
405 *Teſtimonio parentum pro filia iudicis arbitrio fides adhibetur, ſi maſculus & fœmina habent ſe ut excedentia & exceſſa.*
406 *Teſtimonio coniugis in cauſa matrimonij quatenus ſit credendum iudex arbitratur.*
407 *Teſtimonium fratris quando ſit ſuſpectum iudicis arbitrio decernitur.*
408 *Teſtes uniuerſitatis quomodo probent plenè iudex pro arbitrio æſtimat.*
409 *Teſtimonio illius iudicis qui pro ſua ſententia deponit pro arbitrio iudicis fides adhibetur.*
410 *Teſti quando unum extra iudicialiter affirmat alterum iudicialiter creditur iudicis arbitrio.*
411 *Teſtis an iteratò poßit cogi reſpondere iudicis arbitrio cognoſcitur.*
412 *Teſtem quæ inimicitia repellat iudex arbitratur.*
413 *Teſtes inter alios examinati quando fidem faciant iudicis arbitrio ſtatur.*
414 *Tempus in priuatorum ſubhaſtationibus fiendis iudici eſt arbitrarium.*
415 *Tutor petitus dari filio a matre quæ ſecundo nubit iudicis arbitrio confirmatur.*
416 *Tranſmiſſionis fideicommiſſi conditionalis coniectura in iudicis arbitrio eſt poſita.*
417 *Trebellianica & falcidia quibus ex rebus detrahenda ſit iudex arbitratur.*
418 *Tutor quas impenſas feciſſe dicatur in cauſam pupilli iudicis arbitrio dirimitur.*
419 *Tutor quando dicatur nimis diſtuliſſe inuentarij confectionem iudicis arbitrio relinquitur.*
420 *Tempus intra quod præſumitur quis legem latam ſciuiſſe iudex arbitratur.*
421 *Tempus architecto præſtituitur iudicis arbitrio.*
422 *Teſtium numerus quis effrenatus dicatur ſtatur iudicis arbitrio.*
423 *Torturæ qualitas ac modus in iudicis arbitrio ponitur.*
424 *Et an ſit repetenda.*
425 *Et quæ iudicis dicantur per torturam purgata.*
426 *Teſtis qui præmium accepit ut deponeret iudicis arbitrio punitur.*
427 *Teſtes qui unum in iudicio depoſuerint & aliud extra iudicium arbitrio iudicis punitur.*
428 *Terminorum motores iudicis arbitrio pœnas patiuntur.*
429 *Teſtatoris liberam impediens uoluntatem iudicis arbitrio pœna afficitur.*
430 *Valetudinarius quis dicatur iudicis arbitrio decernitur.*
431 *Veriſimilia quę dicantur iudex arbitratur.*
432 *Venditionis in contractu clauſula illa, & quod plus eſt donauit arbitrio iudicis intelligitur.*
433 *Venditionis in contractu quis dicatur magnus exceßus iudicis arbitrio deciditur.*
434 *Vaſallus quando ex coniecturis iudicandus ſit vaſſallus ſub in feudantis & non Regis eſt in iudicis arbitrio.*
435 *Vicina vel remota oppida & ciuitates iudex arbitratur.*
436 *Vfurarij manifeſti qui dicantur in iudicis eſt arbitrio poſitum.*
437 *Vocans in ius ſine uenia parentes ultra patrem iudicis arbitrio punitur.*
438 *Vir turpiter deoſculans mulierem iudicis arbitrio punitur.*
439 *Victoriam cauſæ promittens iudicis arbitrio afficitur.*
440 *Vendens uenenum morte non ſecuta iudicis arbitrio pœnas luit.*
441 *Vulnera plura lethalia inferentes, quæ tamen mortis cauſam ſimul intulerunt iudicis arbitrio plectuntur.*

442 *Vrbanitatis legem qui contemnit arbitraria pœna afficitur.*

443 *Vim publicam atque priuatam puniri iudicis arbitrio.*

444 *Vsurarius iudicis arbitrio punitur.*

De arbitrij iudicis instrumento.

CAP. XX.

1 MEntio præsumptionis hominis in quam incidimus altero ab hinc capite dum de præsumptionis instrumento uerba faciebamus, efficit † nunc haud quaquam omittendum esse duxerimus Arbitrij iudicis relationem tanquam unius ex instrumentis necessarijs ad interpretatiuam significationem indeterminatarum 2 dispositionum † quę iudicis arbitrio dimittuntur, l. prima, de iur. deliber. l prima, §. expilatores, de effracto. Specul. de offi. omn. iud. § septimo, ante ver. hoc qnoque Corn. in consi. 19. par. 2. in litera, o not. per Floria. in l. certo generi, §. fin. de seruit. rusti. prædi. Item earum dispositionum, quæ sunt obscuræ significationis, nec possunt, per relationem ad aliud certificari Bal. in auth. præterea colum. 2. ver sicu. quæro ergo quis dicatur, C. vnde vir, & ux. cum enim ut inquit Iulianus in l. non possunt de legibus omnia non potuerint lege comprehendi necesse 3 fuit ut † iudicis arbitrio ea relinquerentur, quæ sub certa regula claudi non potuerunt ut ex Baldo ac Iacobo Beluisio scriptum reliquit Thom. Parpal. in l. prima, sub num. 45. solut. matrim. aut quæ ob magnam uarietatē commode definiri haud quaquam ualuerunt ut affirmat Duare. in l. in actionibus de iuram. in lit. & tradit nouissimè Menoch. noster de arbitra. iudi. cap. primo, sub num 4. & 5. qui propterea ait ab Eguinar. Baro. de diuiduis ac indiuiduis cap. 4. sub num. 11. iure merito iudicem legis 4 † auxilium appellari, quem tamen virum bonum esse ait oportere ut dicit iurisconsul. in l. continuus, §. cum ita de verbo. obligatio. hoc est, ut inquit Horat. lib. 1. Epistolarum ad Quinctium.

Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat.
Quo multæ, magnæque secantur iudice lites.

Et qualem describit Alex. ab Alexan. Genia. die. 5 libro sexto capit. 1. inter quem † ac iudicem nullum constituere discrimen Bar. & interpretes nostri crebriore consensu in d. §. cum ita & in l. uir bonus iud. sol. Signor. Homo. consi. 245. nume. 16. Alexan. consi. 3. num. 8. lib. primo, Carol. Ruin. consi. 63. num. j. lib. 4. Paris. consi. 168. nu. 8. lib. 4. Socin. iun. cons. 7. 6 num. 23. & consi. 121. num. 33. lib. 1. Quibus † & receptæ omnium sententiæ quamuis aduersetur Coras. miscellane. lib. 4 cap. 22. qui opinatus est uirum bonum a iudice differre per d. §. cum ita quem ipse alternatiuè legit. & l. si unius, § prætor ait de iniur. nihilominus satis oportunè occurrit Menoch. d. cap. primo sub numero 11. neque est discedendum a communi receptaque cæterorum opinione ea præ-

7 tet cæteros considerata ratione, quòd cum in omnibus casibus in quibus iura uiri boni arbitrio aliquid decidendum esse dicant, ut in dicto §. cum ita in l. fideicommissa, §. sic fideicommissum de leg. 3. in l. in proposita pro soci. in l. cætera, § primo, famil. erciscun. in l. prima, de leg. 2. in l. si libertus, de oper. libert. l. in personam de reg. iur in l. si societatem & in l. uel uti cum duobus legibus seq. pro socio. & in dicta l. sed si unius, §. prætor ait de iniur. & in alijs per plu-ribus iurib. semper supponant ob cōtentionem partiū iudicē adeundum esse, neq; extraiudicialiter eā controuersiam finiri posse coram priuatis qui iurisdictionem inter ipsas partes nō habeat, necesse erit ut is uir bonus cuius arbitrio ac nutu controuersia est illa decidenda, sit iudex, quia priuatus etiam uir bonus ob defectum iurisdictionis eius arbitro ni-8 hil decidere posset. Nec refragatur ille, § cum ita etiam si alternatiue legatur, ut in meo codice ad iudicem aut ad uirum bonum, ut & Corasij lectio habebat, quia alternatiua illa inter uerba eiusdem sensum habentia prolata resoluitur in dictionem expositiuam i deest glo. in l. ad protegendum, C. de in lit. dan. tuto. Angel. in rubr. de exceptioni. inter clementa iuris circa princ. gl. in rub. si ager uectiga. uel emphyt. esse dicat.

9 Præterea dicitur † quod ubi etiā dare mus bonū virum posse considerari absque illa qualitate iudiciali & tanquam quid a iudice diuersum & separatum, nihilominus in iure nostro utranque qualitatem ita coniunctam ac copulatam requiri ob rationem supra deductam, ut nec uir bonus qui non sit iudex, nec iudex qui non sit uir bonus considerari ualeat, ideoque dictio illa, aut, in dicto §. cum ita, non poterit diuersitatem ac alternatiuitatem, ut hic dixerim inducere, sed coniunctionem operabitur, 10 ut sensus d. §. cum ita sit, † ad iudicem, aut ad uirū bonum recurrendum esse, i deest ad iudicem eundēque uirum bonum accedendum esse quia alterna-11 tiua dictio posita inter connexa resoluitur † in coniunctam iunta glos. illam not. in capit. secundo, de confess. lib. 6. in uer. aut, quam ibi seq. passim Doctor. cui altera est similis in clemen. sæpe in uer. figura de uerbo. significat. & quam sequitur probatque Petr. Rebuf. in l. uerbum oportere de verborum significationib. in ver. vel dictio. eademque ratione 12 resoluitur ille text. † dictæ l. sed si vnius uersiculo prętor ait in illis uerbis quasi boni uiri, nā dictio illa quasi, ut ibi vult gloss. in versicu. quasi est expressiua ueritatis, & non similitudinis quia iudex idemque uir bonus est vt supra diximus prout in simili 13 talem † dictionem ueritatis expressiuam habemus in l. prima, de transactio. in l. Lucius Titius & in l. cum in hanc de rebus cred. & in l. si uero ante solut. matrim.

14 Et propterea dicit Crauetta in consilio 190. sub numero quinto, quòd † iudex cuius arbitrio res aliqua committitur debet arbitrari quod iuri conuenit Decius in capitulo ne innitaris columna prima post medium de constitutio. quodque in tali arbitrio etiam æquitas seruanda est etiam si libero arbitrio alicuius res committeretur, Bald. in consi.

15 consi. 177. colum. 2. post med. lib. 1. lex enim † committens aliquid arbitrio iudicis id facit, ut personis aduersus iniquitates prouideat tanquam theriaca contra uenenum, ut dicit Bald. in consil. 145. colum. fin. lib. 3. ideoque intelligitur tale arbi-
16 trium, ut debeat † iudex in rebus alienis facere, qd in suis faceret, uel quod uellet sibi fieri Bar. in l. j. solut. matrimo. Roma. in rubr. de arbitr. colum. 3. refert ac sequitur Dec. in l. in personam §. primo, in fin. de reg. iur. Bald. in consilio 211. illud malum li-
17 bro quarto, qui ait in arbitrijs † debere iudicem secundum conscientiam suam iudicare, in quam sententiam facit l. rem non nouam, C. de iudic. Hoc igitur instrumento Arbitrij quia frequentissimè iura utuntur in uarijs dispositionibus interpretandis prout nouissimè omnium docuit Iacobus Menochius in eruditissimo illo eius opere de arbitrarijs iudicum, in quo pleniore stylo istos arbitrarios casus prosecutus est, ac quæstiones ad hanc materiam attinentes post Marsil. in l. quæstionis modum per discursum illius legis, de quæstio. Afflictus in capitulo primo, ex quibus causis feud. amitta. & Andreas Tiraquellus in l. si unquam in uerficulo omnia uel partem, C. de reuocandis donationibus, & alios ex quorum commentarijs multa uariaque eius lectione excer-
18 psit. Mihi libuit † tantũ casus aliquos alphabetario ordine digestos prosequi, ne in tantæ frugis instrumento mihi, candidoque Lectori deesse voluisse videar, id tamen muneris quanto succinctius fieri poterit a me præstabitur inseruiendo scænæ, ne si longiusculè in ijs tractandis immoratus fuero a proposito instituto recedere velle affectare videar.

19 Arbitrandi igitur facultas † quanto tempore præscribatur iudicis arbitrio relinquitur. Bald. in cap. primo. §. inter pares sub num. 8. de leg. corra. glos. in l item si unus. §. si multo, in uer. multo, de recept. arbitr. quam veram dicit ibi Bald. ea ratione quia perpetuò potest adiri iudex ac arbiter si non sit cœptum iudicium. l. sed et si compromissum, eodem tit. de recept. arbitr. & hanc sententiam uti veriorem probat Menoch. de arbitr. iudi. cas. 44. sub num. 12.

20 Absentia longa ac diuturna † quæ sit, iudicis arbitrio relinquitur secundum communem Docto. sententiam, de qua testatur Abb. in cap. quoniam frequenter numero 17. ut lit. non contesta. ibique Maria. sen. columna sexta, versic. tertio declaratur, quibus accedit Menoch. cas. 62. sub numero tertio ubi declarat quomodo id sit accipiendum in materia testis abfuturi, sed & in materia locationis ac conductionis iudicis arbitrio statur, quæ dicatur conductoris absentia longa ac diuturna, ut scribit Bal. in l. ædem, sub numero tertio. C. locat. post Nicol. de Matarel. ita intelligens tex. in l. cum domini, eodem tit. locat. in Pand. volens quod ibi dicitur de biennio ad pensionem esse referendum non etiã ad absentiam quod tamen uix concedit Menoch. cas. 711. sub numero secundo, nisi subesset aliqua suspicio recessus conductoris, quia tũc iudici prorsus id arbitrarium esse opinatur.

21 Aquæducendæ ius † ubi multis est concessum a principe, nec facta fuit expressio partium iudicis arbitrio commissum fore partiti intelligitur. Bartolus in l, si quis per diutinam. C. de aquæduct. lib. undecimo per illum textum quem dicit singul. Roman. singul. 804. tu scis, & Anton. Corse. in versic. aqua incipit in pluribus Franc. Mar. quæstione 561. post Bald. in titu. de pac. constan. §. Nos Romanorum, in fine. Quod arbitrium quale esse debeat pulchrè declar. Menoch. cas. 128. sub numero 128. ubi uult deberè uersari circa considerationem numeri iugerorum terrarum quæ quisque habet.

22 Alimentorum pupillo † præstandorum qualitas & quantitas remittitur iudicis arbitrio. l. secunda ubi pupill. educa. debe. Alexander in consil. 72. sub numero septimo. lib. quinto. Craue. in consilio 189. sub numero decimo. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 169. sub numero primo, vbi in sequentib. numeris, & per totum illud caput pulchrè declarat quę sint iudicis partes in constituendis memoratis alimentis.

23 Alimenta pariter † quæ filio spurio debentur, iudicis arbitrio præstanda sunt. Paleot. tract. de no. & spur. cap. 45. sub numero octauo post Bald. in l. eam quam sub numero quadragesimoprimo. C. de fideicommiss. quibus ibi accedit Menoch. sub numero nono.

24 Alimentorum transactio † iudicis arbitrio gubernatur, tam circa causas ac modum transigendi, quàm circa personas transigentium l. cum hi, in principio. & §. ult. de transa. Menoch. pulchrè ac latè de arbitr. iudi. casu septuagesimo, sub numero sexto.

25 Allegationes iuris † an sint edendæ iudicis arbitrio perpendi, secundum Purpura. in l. secunda sub numero 94. de edend. cui subscribit Menoch. casu 175. sub numero 14. quamuis per discursum illius capitis discretè ostendat quàm maximè uariatum fuerit sententijs in hoc a nostris iuris interpretibus.

26 Absens quando † uerisimilem notitiam mortis alterius habuisse dicatur iudicis arbitrio deciditur & intra quod tempus Gomes. in commentar. ad regu. cancellariæ, in titu. de uerisimili notitia obitus, qui dicit ita in Romana rota fuisse decisum cui accedit Menochius casu ducentesimosexto, sub numero quarto.

27 Administrator † quomodo rationes reddere. debeat ex iudicis arbitrio decernitur. Baldus in l. voluntatis numero secundo. C. de fideicommissis Paris. in consilio 82. sub numero vigesimo primo, consilio 84. sub numero decimoseptimo, & consilio 87. sub numero decimoseptimo, libro primo. ex l. Thais §. sorore, de fideicommiss. liber. Domin. Alciat. respons. 427. in fine, ubi uult quoque in iudicis arbitrio positum esse quando rationes perfectæ redditæ fuisse dicantur. Menoch. casu 209. sub num. 12. qui & in sequentibus numeris recenset quædam a se obseruata requisita quæ a iudice

animaduerti debent in redditione rationum & ſub num. 26. uult patrem qui bona filij adminiſtrauit ac ab eo liberatus eſt, iudicis arbitrio cenſeri quoque a reliquatu liberatum eſſe per tex.in l.Aurelius. §.Titius,de lib.legat.

28 Architecto † ad inſulam fabricandam ſtatui iudicis arbitrio tempus quando in contractu non eſt expreſſum. Afflic.in cap.primo, ſub nu.22.uerſicu. item breuitas temporis ex quibus cauſ.feud.amitt. Menochius caſu 221. ſub numero ſecundo, dicit adhibitis peritis ; & architectis id faciendum eſſe.

29 Appellatio † quando commodè potuerit appellato denuntiari iudicis arbitrio relinquitur.gloſſ.in clemen.cauſam,de electio.ibique Cardi. quæſt.10. Marſil.in l.quæſtionis ſub num.51.de quæſtio. Menoch.caſ.227.ſub num. 3.

30 Alienata † a liberto, quando poſsint a patrono reuocari iudicis arbitrio relinqui.l.prima.§.ſi ſeruo meo ſi quid in fraud. patro. Menoch. caſ. 230. ſub nume.39. qui ſic probat per illum tex.qui hinc appoſitè refert ad ſubditos dominorum qui ſi deceſſerint ſine liberis tenentur domino relinquere tertiã partem bonorum,quorum ſubditorum uaria ſunt genera in ſubalpina Gallia.

31 Aſſeſſor † cuius peritiæ eſſe debeat iudicis arbitrio relinquitur,Afflict.in cap.primo. ſub num.21. uerſ.item habet arbitrium eligendi ex quib. cauſ. feud.amitta.poſt Bald.in l.ſi quid. §.ſi uenditor, de edil.edict.cui accedit Menoch. caſ.253. ſub num.3. qui caſ. 254.ſub num ſecundo dicit eiuſdem quoque iudicis arbitrio relinqui quod ſalarium aſſeſſori præſtitui debeat,poſt Sanctoſeuer.in l.diem functo q.30. de offi. aſſeſſo. confutatis rationibus Domini Alciati quĩ ſub numero 41. ibidem diſſenſerat.

32 Accuſator † quam ob cauſam excuſetur a calumnia arbitrio iudicis deciditur.l.prima. §.ſed non utique ad Senatuſconſ.Turpilia declarat Menoch. caſu 321.ſub num.3.

33 Auxilium remotum præſtans † iudicis arbitrio punitur. Bald.in l.prima. C. de nil.agger.non rum pen.omnes in cap.primo,de offi.deleg.ibiq; nu.7. Fely. num. 12. & Dec.num.13. & alij plures quos addit Menoch. caſ.349.ſub num.9.ibique ſub nume.22. idem eſſe ait in eo qui dedit auxilium poſt delictum quod & tradunt omnes in l. prima. C. de ijs qui latron. occulta. Curt.ſen.in conſil.41. ſuper proceſſu in fi.Boer. queſt.167.ſub num.quarto,in fin. quibus adſtipulatur tex. in l.congruit, deoffic. præſi.l.prima,& ſecunda,de recepta. & dicta l.prima.C.de ijs qui latron.occulta. ſcribit tamen Boſſ. in tit.de homic.num.34.in ſtatu noſtro excellentiſſimum ſenatum ſolere pecuniariam, vel exilij pœnam indicere, hanc tamẽ aſſertionem declarat Menoch.loc.iam relat.ſub numero 23. cum duobus ſequentibus.

34 Abortui † fœtus nondum animati dans cauſam iudicis arbitrio punitur,Felyn.in capit.ſi aliquis,de homicid Marſil.in l.ſi mulierem ad leg. Corneliam de ſicar.Didac.in clement.prima, de homicid.parteſecunda.§.tertio,numero primo,ſic intelligentes tex.in l.Diuus,de extraordin.crimin. dicta l.ſi mulierem, ad leg. Cornel. de ſicar. & l.penultima.C. eod. ſed Menoch.caſ.357. ſub numero quarto,uerſicu.uerum, excipit ea iura tam in fœtu animato, quàm in inanimato,multisque rationibus contendit pœna extraordinaria utrunque caſum puniendum eſſe,quia uterus homo non eſt, ſed fieri ſperatur.l.cum inter.C.de fideicommiſſ.liber. Ariſto.libro ſecundo de Gen.ani.capit.undecimo.Alber.in tertia par. ſtatu. q.49. qui plura cupit, poterit illum,& ab eo relatos adire.

35 Animo deliberato † an quis deliquerit iudicis arbitrio relinqui.Anchar. conſil.216. Nos Bartolomeus,cum quo conuenerunt & Calderi. ac Saly. Menoch.qui latè examinat caſ.361.& ſub numero primo dicit Doctor.in hoc conuenire ut coniecturæ animi deliberati relinquantur iudicis arbitrio: proſequiturque per totum illum caſum coniecturas,quibus arguitur animus deliberatus.

36 Aggreſſor quis † dicatur iudicis arbitrio dimittitur.dominus Alciat. de præſumptio.regu tertia, præſump.39.ſub numero quarto. Menoc.caſ.363. qui per totum illud caput circa aggreſsionis coniecturas diſcurrit. & ſi aggreſſor ignoretur ait ambos rixantes iudicis arbitrio puniri. ſub numero decimonono.

37 Aduocatus qui patrocinium præſtare recuſat iudicis arbitrio punitur ſuſpenſione a munere aduocationis.l.prouidendum.§.primo. C.de poſtul.quẽ in hanc ſententiam citauit Didac. practi.q.capitulo 16.numero quarto. poſt Bald. in dict.l. prouidendum §.primo. C.de poſtulan. & Abba.in capit. primo.de offi.iudi.& idem Didac.lib.13.uar.reſolut.cap.14.numero primo, uerſ.quibus expreſsim. Menoch.qui alios addit caſ.369.num 4.

38 Agens aliquid † minus ciuiliter iudicis arbitrio punitur. Barto.in l.creditores ſub numero quarto. C.de pigno.latè examinat Menoch. caſ.380.numero primo. & per totum illud caput.

39 Annonam corruptam † uendentes iudicis arbitrio puniuntur.l.annonam,de uar.& extraordi. crimi.quam in hunc ſenſum citat Boſſ.de extraordin. crimin. ſub numero quarto,quamuis Menoch. caſu 382. ſub numero tertio dicat illam l.ſe intelligere in alio caſu, & melius prædictam aſſertionem probari in l.prima.§.ſed & ſi quis merces,de crimi. ſtelliona.ibi,uel ſi corruperit,& inſequen.num.infert ad plures caſus.

40 Aromotarius † uendens corrupta aromata iudicis arbitrio pœnam ſuſtinet. Rip. de peſt.titu.de remed.præſerua.ſub numero 148. poſt Io. de Plate.per text.in dicto §. ſed & ſi quis merces,ſequitur Menoch.loc.iam relato,ſub nu.4.

41 Arma † quæ apud aliquem reperiuntur, quamuis illius eſſe præſumantur qui cum illis inuentus eſt, ut defendit Menoch. aduerſus Alberic. & Bartol.caſu 394. ſub numero 55. tamen ſub numero 57. dicit plurimum in hoc tribui iudicis arbitrio, qui ex qualitate perſonarum, & armorum uarietate dicabit, & ſub nu. ſeptageſimoſeptimo ait, quòd tametſi

tametſi omnes in l.armorum, de verbo. ſignificat. ſcribant quæ veniant armorum appellatione, nihilominus hoc eſſe quoque ex iudicis arbitrio, ut ſcripſit ante illum Barbat.de cardi. legat.a later. q. vlt.in fin.

42 Bonæfidei † præſumendæ gratia,quod longum tempus dicatur arbitrio iudicis relinquitur. Abb. poſt Innoc.in capit cum eccleſia ſutrina, de cauſ. poſſ.& proprieta ibique.Rip.ſub nu.99.Ruin conſil.195 ſub nu.15.lib.1.Menoch.qui alios addit caſu 43.ſub num.9.

43 Bona communia † quomodo diuidenda ſint remitti arbitrio iudicis. Ruin. conſ.149. nu.1. lib.4. Marſil.in l.quæſtionis, num 25. de quæſtio. Boer. q. 36 nu.1. & ita ex receptiore eſſe docto. ſententia tradit Menoch.caſ.123.poſt And.Tiraq.de iur. primigeni.q.50.ibique docet quæ ſeruanda ſint iudici in tali diuiſione fienda.

44 Benemerita † rei donatæ æquiualentia iudicis officio æſtimari.l.etiam.§ j de manumiſ.quem tex.ad hoc adducit Menoch.caſ.132.ſub nu.7.vbi præſcribit,quæ in hoc obſeruari debeant a iudice,quæ ſententia probata fuit a Socin. ſen. conſil. 295. col 3. uerſ.circa ſecundum,li.2. Iaſ.conſil.154. ſub nu.5. lib.2.Curt.ſen.conſi.126.nu.11. uerſ.ſed circa hoc Purpura.in l cum quid ſub nu.131.ſi cert.pet.

45 Benemeritis † probandis quæ coniecturæ ſufficiant iudicis arbitrio relinqui. D. Alciat. de præſ. reg.1.præſumptio.16.ſub nu 3.& reſponſ 584 ſub nu.5.per tex in l etiam. §.1.ibi æſtimare debebit iudex,de manu.uindic.ſeq. Menoc. caſ.134.ad finem poſt Tiraq.in l.ſi unquam ſub nu.102.C.de reuoc. donat.in uer. donatione.

46 Beneficia † quæ dicantur magna, & quæ parua iudicis arbitrio relinqui. Rip.in c.ad aures ſub nume 2.in ſi de reſcrip.Tiraq.in l.ſi vnquam, in verſ. omnia,vel partem,ſub nu.31. C. de reuoc. donat. Menoch.caſ.216.ſub nu.12.

47 Bannitum † occidens minus legitimè bannitum iudicis arbitrio punitur, Iaſ.in l.tertia. §. ſi ſeruus, de acquir. poſſ.ſub num.34. Alex. in conſil.77.ſub num.6.lib.tertio. Menoch. caſ.283. ſub num. tertio, qui ſub numero quarto poſt Iaſo. in dicto §. ſi ſeruus ſub num.36.& Alexand.in dicto conſil. 77. ſub numero decimo, uult iudicis quoque arbitrio puniri occidentem bannitum qui iam banno ſatisfecit.

48 Blaſphemos † hodie iudicis arbitrio puniri. Iaſ.in l.tertia. §. iurari ſub numero quarto, de iure.Fab. Monteleo. in praxi arbitr. quarta par. ſub numero 379. Boſsi.de inquiſit.ſub num.131. qui ſcribit cum atrox eſt blaſphemia, iudicem poſſe arbitrari etiam pœnam mortis. Menoch qui plenius declarat caſ.375.ſub nu.ſecundo,& tertio, & nos plenè diximus lib.quarto, de ludor. generibus eo capit. quo proſecuti fuimus luſorum blaſphemorum pœnas.

49 Cauſa magna † quæ dicatur iudicis arbitrio relinquitur,glo.in auth. niſi breuiores de C.de ſent. gloſſ.in capit.ult.in ver.Illuſtrium,de re iudica. lib ſexto. Dec in auth.præterea, ſub num.15. C. unde vir & ux.in cap.de appellationibus,in fin.de appellatio. & in capit.ſedes, ſub numero ſeptimo, de reſcript. & alibi ſæpe, Iaſ.& Curt. in l.admonendi ille ſub numero 222. hic ſub numero 67. Andreas Tiraq.in l.ſi unquam,in uerſicu.omnia, vel partem ſub num.31. C. de reuocan. donatio. ubi alios adducit quibus & alios nonnullos addit Menoch. caſu 72.ſub num.19. ubi crebriorem eſſe ſententiam teſtatur.

50 Caſus iuſolitus † uel ſolitus quis dicatur iudicis arbitrio relinquitur. Rip.de peſte, in cap.de priuilegijs contractuum ſub numero 103. Tiraquel.in dicta l.ſi unquam,in verſic.omnia, uel partem,ſub numero trigeſimoprimo, quibus accedit Menoch. caſ.180.ſub nu.8.

51 Conſuetudinem † qui & quot actus inducant iudici eſt arbitrarium. Barto. in rep.l.de quibus, ſub numero 12. Iaſ. ſub numero 51. Marſil. in l. quæſtionis modum ſub nu. 44.de quæſtio. Menoch.caſu 81.ſub nu.4.

52 Conſuetudo † quæ ſit rationabilis iudicis arbitrio relinquitur.Cranet.in conſilio 116.ſub numero quinto.Marſil.in dicta l quæſtionis modum,ſub numero octauo. Menochius caſu 82. ſub numero ſecundo.

53 Conſuetudo † quanto tempore firmetur iudicis arbitrio relinquitur. Coraſ.in l.de quibus, ſub numero octauo. Menochius caſu 83. ſub numero ſexto.

54 Caſus † qui dicantur ſimiles iudicis arbitrio relinqui. Innoc. in cap.cauſam quę,de iudi. Cyn.in l. non poſſunt,de legi.Bald.in capitulo cum ſpeciali, columna tertia,de appellationib.Felyn.in capitulo translato ſub numero undecimo, de conſtit. Curt. ſen.conſil.11.colum.penult.in fi. Menoch.caſ.84. ſub numero 7.

55 Connexa † quæ dicantur iudicis arbitrio relinqui Imol.in conſilio 139. numero nono. Dom.Alciat. reſp.167.ſub numero undecimo. auctoritate gloſ. in capit.ſi ciuitas,de ſenten excommunic. lib ſexto quam tamen ſententiam non eſſe penitus aſpernandam opinatur Menoch. caſu 95. ſub numero quarto,qui ſub numero quinto,& ſequen.eandem declarat.

56 Comparationis † literarum materia cum peragitur iudicis arbitrio relinquitur, cui magis ſit credendum an literarum diſſimilitudini, vel teſtium ſubſcriptorũ atteſtationi. §. ſi uero tale quid in authen.de inſtrum. caut. & fid. quem ita intelligunt Imol. Saly.Ale.Iaſ.Purpur.& alij quos citat Meno. caſ.144.ſub num.16.

57 Cautio quæ † & qualis præſtari debeat iudicis arbitrio relinquitur.§.pe.in auth.de fideiuſſo. Bar. in l.prętorię,la iij.ſub nu.2. de prętor.ſtipul.quem ibi ſequitur Imo.ſub nu.4 Mayne.in l.nemo aliena ſub nu.14.de reg.iur.Menoc.caſ.149.ſub nu.2.

58 Cauſa iuſta † præſtandi cautionem quæ ſit arbitrio iudicis committi gl. in l in omnib. de iudi.quã ſecutus eſt Bal. in c.ſignificauit,de teſtib Tiraq.in tract.retract. conſangui.§.primo.gloſſ.18 ſub nu45.ubi uult idem eſſe de iuſtitia cauſæ,& Menoch.

caſ.141.ſub nu 2.3. & 4.ubi poſt Bart. in l.hæc autem,in princ. ſi cui plus quam per leg. Falcid. affirmat iudicis arbitrio relinqui quæ ſit iuſta cauſa præſtandi cautionem,de non offendendo.

59 Cautio † ab inimico præſtita quantum durare debeat iudicis arbitrio relinquitur.Bar.in §.ne potentiores.l.illicitas, ſub nu.7.de offic. præſid. Alexan.in l.dies cautioni,ſub nu.5.de dam.infec. Fely. in rub.de treug. & pac.ſub num.10. Rip.in rubr.de dam.infec.ſub num.23. ſeq.Menoch. alijs adduc. caſ.142.ſub nu.2.qui ſub nu. 4. idem eſſe ait in ſaluaguardia quam & ipſam durare ait iudicis arbitrio,poſt Boer.q.297.& Neuiz.conſil.83.in fi.& in caſ.143.ſub nu.4.ait iudicis arbitrio decerni, quæ cautio ſit idonea quod & proſequitur ſub numero quinto.

60 Curator bonis † iacentibus datur iudicis arbitrio. Menoch. caſ.150. ſub num. 9. & per totum illud caput pererudite diſcurrit circa dandos curatores bonis in uarijs caſibus.

61 Cauſam iuſtam † litigandi an quis habuerit iudicis arbitrio relinquitur. Ruin.in conſil.1.ſub numero 24.Ale.& Iaſ.in l.properandum. §. finautem alterutra.C.de iudi.ille ſub nu.17.hic ſub nu.8. Cagnol.in l.qui in alterius,in fi.de reg.iur. Menoch.caſu 177.ſub nu.2.

62 Cauſa quæ cenſeatur iuſta, ut poſsit Epiſcopus taleas imponere iudicis arbitrio ſtatur, glo.in cap. cum Apoſtolus.§.prohibemus,de cenſib. quam ſecutus eſt Cardin.in clem.1.§.primo, colum.tertia, verſic.tertio quæro,de exceſſ.plato.Marſ. in l.quæſtionis modum, ſub num. 6. de quæſtio. Menoch. caſ.178.ſub nu.2.

63 Cauſa iuſta † & rationabilis quæ ſit ceſſandi a diuinis,iudicis arbitrio decernitur. Archidiac.in c. ſi canonici,de offi.ordin.in 6. Andr.Sicul. in conſilio 21.col.pen.prope finem,lib.2. Menoc.caſ.180. ſub num. quinto. ubi in ſeq.num. recuſet aliquas cauſas.

64 Creditori † ut ſatisfiat, an debeat debitor domum magni ualoris & modici reddirus alienare iudicis arbitrio relinqui,Bal.in l.vlt.ſub num.6. C. qui bon.ced.poſſ.Bello.de ſaluis conducti.ſub nume.46 Menoch. caſ.183.ſub num.28.

65 Cauſa quando † celeritatem requirere dicatur iudicis arbitrio relinquitur.Io.Andr.in c.2.de ordin. cognit.Maria.Sen.in cap.ex literis,col.13.uerſic.circa primum trado regulam de mutu. petit. Menoc. caſ.184. ſub nu.4.

66 Clerici acquiſitiones † qui patrimonialia bona, uel ex officio aut exercitio habuit, diuiduntur inter eccleſiæ ſucceſſorem, & clerici hæredem arbitrio iudicis. Inno.in cap.cum in officijs,de teſtam. Abb.in c.cum eſſes,ſub num.24.eod.tit.Menoc.caſu 195 ſub num.8.

67 Cauſæ iuſtæ † uel iniuſtæ examen, cum uolunt conſanguinei conſentire, quorum conſenſus a ſtatuto in contractibus mulierum requiritur, dimittitur arbitrio iudicis. Iaſ.poſt Bar.& Bald.quos citat in l iuſiurandum & ad pecunias. §.qui iuſiurandum, ſub nu.6.de iureiur.And.Tiraq.de legib. connubia.gl.6.ſub num.25.ubi innumeras propè citat auctoritates Menoch.caſ.211.ſub nu.7. & ſeq.

68 Conſanguinei † quando adeſſe non poſſe dicantur iudicis arbitrio relinquitur. Corn.in conſ.134. col.ult.uerſ.& vtrum tempus,li.4.Menoc.caſ.112. ſub nu.4.ubi declar.& ſeq.

69 Clericus † quando diu dicatur in clericatu perſeuerare iudicis arbitrio ſtatur. Afflic.in cap.1.ſub num.10.de milit. vaſ. qui contum.eſt Menoch.caſu 231.ſub nu.14.

70 Clerici † cauſa pecuniaria fi agatur coram iudice laico, intra quod tempus definienda ſit iudicis arbitrio relinquitur. Alber.in auth.clericus quoque, ſub num.1.C.de epiſc.& cler.Menoch.caſ.246.ſub num.quarto.

71 Coniecturæ † quibus contractus ſimulatus arguitur iudicis arbitrio relinquuntur. Corn. conſ.156. ſub num.4.Didac.lib.3.uar.reſol.c.7. nu.3.in fi.& c.8.ſub nu.4.Menoch.caſ.247.ſub nu.2.

72 Cauſa capitalis † quę dicatur iudicis arbitrio dimittitur.Bald.in l.eos:§.ſuperijs,uerſ.extra quæro. C. de appellatio. Menoch. caſu 265. ſub numero ſecundo.

73 Confeſsioni † rei uel delinquentis quando animi iudicis motus conueniat iudicis arbitrio ſtatur.gl. in l.ſi prætor.§.marcellus,de iudi.Menoc. poſt Bal. quem citat caſ.268. ſub nu.6.

74 Confeſsio facta † in tormentis quam probationem faciat iudicis arbitrio relinquitur. Marſ.in l. quæſtionis modum,ſub nu.17.de quæſtio.Menoc. caſ.269. ſub nu.2.

75 Contemnens † reformationem ſtatuti *iudicis* arbitrio punitur.Bal.in l.ult. in 1.lect.in fi.de in ius uocan.per l.at ſi quis.§.diuus,de religio.& ſump.funer. & §.cum igitur, in auth. de non eligen.ſecun. nub. Dec.in rub.extra de iudi. col.1. & ibi Rip.ſub nu.18. Menoch. caſ.275. ſub numero ſecundo,& tertio.

76 Conuictus † per ſola indicia iudicis arbitrio punitur.Grammat.deciſ.42.in fi.Menoc.caſ.279. ſub numero quinto.poſt Gandi.in rub.de preſumptio. in fine.

77 Cadauer an iuſtis ex cauſis ſuſpendi, vel ignominia affici poſsit,iudicis arbitrio relinquitur. Bal.in l.2.C.qui teſtam.fac.poſſ.nu.2.Iaſ.num.2.Dec.nume.8.Marſil.in l.quæſtionis modum, ſub nu.31.& in l.ult.ſub nu.29.de quæſtio. Dec.in l.imperium, ſub num.16.poſt Roma.ac Imol.de iuriſd.omn iudi.Menoch.caſ.285. ſub nu.7. qui ſub num.12. ait iudicis quoque arbitrio relinqui quando iſtiuſmodi reorum cadauera ſcholaſticis pro anathomia facienda ſint tradenda,dicit tamen poſt Clar.in prax. crimin.q. ult.conſultius eſſe in hoc principis uoluntatem perſcrutari.

78 Clericus † ſtuprator iudicis arbitrio interdum punitur. glo. in capitulo ſecundo, in uerſiculo caſtigatas,de adulter.ubi latè Abb.Menoch.caſ.288. ſub num.6.

79 Cuſtos † carceris qui meretricem carceratam carnaliter cognouerit, iudicis arbitrio punitur. Menoch. caſu 292. ſub numero 3. idemque ſenſit. Boer.

Boer. si cognouerit mulierem honestæ uitæ carceratam data illi fide quòd eam liberasset. Boer. q. 317. sub num. 16.

80 Commissio † naufragio qui rem subtrahit iudicis arbitrio punitur. Bald. in l. de submersis. C. de nauicul. lib. 11 per illum tex. Menoch. cas. 295. sub num. 3. qui addit tex. in l. iiij. §. 1. versic. & omnino, de incen. rui. naufrag.

81 Custos † punitur iudicis arbitrio cum carceratus aufugit, etiam si debitam adhibuerit diligentiam. Boer. q. 217. sub num. quinto post Pute. de sindica. in versiculo carcer. Gramma. uo. 29. sub numero septimo.

82 Carceris † qualitas ac vinculorum iudicis arbitrio relinquitur, cum carcerati præstita cautione, vel fideiussione sunt relaxandi. l. prima, de custod. reo. ubi Bar. Ias. consil. 17. propè fin. lib. 3. And. Tiraq. de nobil. cap. 20 sub nu. 31. Menoch. cas. 303. sub nu. 2. ibique per discursum totius illius capitis prosequitur plures casus in quibus carcerati ueniunt fideiussionibus relaxandi.

83 Carceratus † an sit cathenis, uel alijs vinculis ligandus, arbitrio iudicis committitur. Put. de sindicat. in versic. carcer. uers. an si plures Andr. Tiraq. de pœn. leg. mitig. caus. 31. sub num. 11. Menoch. cas. 305. sub num 6. ibique in seq prosequitur quæ sint a iudice consideranda.

84 Causa † quæ dicatur iusta, vt excuset a calumnia iudicis arbitrio relinquitur. l. prima. §. sed non utique ad Senat. Turpillia. Menoch. cas. 321. ubi plenè agit sub num. 3. & seq.

85 Calumniator † iudicis arbitrio punitur, ubi de crimine extraordinario falsa data esset accusatio. l. & in priuatis ad Senatusconsul. Turpilia. Menoch. cas. 212. sub num. 2. ibique in seq. de eadem materia latè agit.

86 Consultor † non punitur ea pœna qua principalis qui homicidium commisit, quando delinquens etiam sine consilio homicidium erat patraturus, sed iudicis arbitrio punitur. Dec. in l. consilij sub numero 4. de reg. iur. & capit. 1. sub num. 9. de officio delegat. Bos. de manda. sub num. 59. Didac. clem. prima, par. 2. § secundo, sub num. secundo, de homicid. Clar. in praxi criminal. q 88. Menoch. cas. 351. sub num. 22.

87 Conscius criminis † illud non reuelans punitur iudicis arbitrio Bero. in cap. primo, sub num. 70. de offi. delegat. Menoch. cas. 355. sub num. 13. qui addit Cagnol. in l. culpa caret sub nu. 10. de regu. iur. post Fely. in c. primo, sub nu. 7. de offi. deleg. & in c. quantæ, de sentent. excommunic. quicquid sentiat Brun. in cons. 28. sub nu. 4. lib. 1. quem ibi Menoch. declarat.

88 Conatus † rapere uirginem pro modo conatus punitur pœna iudici arbitraria. Menoch. cas. 360. numero 34. 55. & 64. qui post Didac. infra citandum declarat procedere siue conatus sit proximus, siue remotus, & sub num. 47. idem sentit in eo qui emit uenenum. ut aliquem ueneraret, postea pœnitentia ductus, vel impeditus conatui effectum non dedit, post Bald in consil. 443. Cicchus confecit, lib. 3. Angel. in l. prima. §. fit iniuria, de extraordin. crimin. Grammati. decis. 2. sub num. 7. & consil. 36. sub numero 19. Didac. qui alios addit in clemen. si furiosus, par. secunda, in initio, sub num. vndecimo, qui credit idem.

5 pacto dicamus. Interpretatio extenſiua eſt † cuiuſque diſpoſitionis citra uerborum ac mentis primo aſpectu ſuapte natura occurrentium uim progrediendo a diſpoſitiuo caſu expreſſo ad nõ expreſſum iuſtè atque artificioſè facta expoſitio. Qua in definitione ultra ea quæ diximus in genericæ interpretationis definitione,dictum fuit progrediẽdo,quia
6 uerbum iſtud † inſtar generis cuiuſdam maximè ac commodum eſt extenſiuę interpretationi,capitulo primo §.hoc autem,§.hoc quoque ſciendum ibi nõ progreditur iuncto fine ibi in infinitum de ijs qui feud.dar.poſſ. Cum enim per extenſionem de uno caſu ad alterum ſimilem proficiſcantur debuit iſte actus explicari per uerbum progredi,ut dicit idem Veronens.loc. iam relat. argumen. capituli primi, in princ. ibi ulterius progredi de alien.feud. & l.nemo in uerſ.progreſſu, C.de acquiren. poſſeſſ. vnde Bald.etiam in rub. C.qui admitt. ſub num.22. in 9.
7 ad ſimilitudinem † propaginum in terra extenſarũ, extenſionem dici oſtendit progreſsionem. Sed & alijs ſynonimis uocationibus appellatur iſta in-
8 terpretatio,nam † & tranſgreſſio dicitur ut eſt tex. cum ſua gloſſ.in l.a Diuo Marco,C.de quæſtio. ire productio.l.quod uerò contra de legi. l. nulla iuris eod.tit.l.1.§.ueteres de acquiren.poſſeſſ.ibi longius
9 producenda. Item tractio † l. quæ propter neceſsitatẽ de reg.iur.l.non dubiũ, C.de leg.c.in argumẽtũ de reg.Iur.li.6. ibi trahi nequeunt & in ſuperiore lege ibi trahi generaliter l.non eſt nouum cum lege ſeq.eod.tit.de legi. & notat Ange.in l. ſi quis pecuniam §.quamquam ſi qnis omiſ. cauſ. teſtam.& eſt gloſſ. in l.prima, & ſecunda, l.non omnium de legi.
10 Item dicitur porrectio † l.ſecunda, de liber. caſſ. & eſt tex.cum gloſſ. 1. in auth. hoc ius porrectum in princ.C.de ſacr. eccleſ.& hoc ſentit Barto.l.prima, in princ.de uerb.ſig dum allegat l.pronuntiatio eo-
11 dem tit.Item prorogatio † in capit.conſtitutionem de regular.libro ſexto,& not. gloſſa ſecunda,in fin. in l.prima,in princip.de orig.iur.& gloſſ. l prima,§. qui operas ad ſenat.Tertyll.& Io.Andr. in reg. pro poſſeſſore in ſolut. q. princip. de regul iur. in mer-
12 cul.Item ampliatio † ut in cap. conſtitutionem de legit.hæred.& not.Bald.in l. omnes populi de iuſt.
13 iur.Item ſuppletio † ut in l.oratio de ſponſal. & d.l. quia actionum de preſcript.uerb.notat Bald.in l.1. C.ſi rector prouin.& in l.ex placito in ſexta, & ſeptima,q. C.de rerum permut.& in l.omnes populi uerſicu. modo quęre unum de iuſt. & iur. & probatur in l.Gallus §.& quid ſi tantum de lib. & poſthu. ſe-
14 cund. Bald.ibi,item † repletio ut dicit Bald. in l ſi furioſi per illum text. C. de nupt. Item adiectio
15 † adijceere enim eſt,extendere ut dicit Bald.in conſi.133.quod incipit Caſus talis eſt ſtatuto ciuitatis
16 caſtelli lib. Item adaptatio † l.non ſolum §. qui primi pilum in fin. de excuſat. tuto. l. item veniunt §. aptanda de petit.hæred. & ita uult Bald. licet nihil alleget in l.prima, §. ne autem in ſecunda columna
17 in fin C.de cad.toll.ubi dicit nihil aliud † eſſe omnem interpretationem niſi quãdam adaptationem & idem Bald. in dicto §.qui primipilum quod uirtus legis eſt in adaptatione legis de ſimilibus ad ſimilia,nec de hoc habemus alibi pulchriorem text.
18 quàm in d.§.qui primipilum qui poteſt † allegari ad probandum ſcire leges nihil eſſe aliud quam ſcire inducere leges l.ſcire de legi. Item poteſt dici ſerptio
19 † ut eſt textus, in l. ſi quis pecuniam §. quamquam ſi quis omiſſ. cauſ. teſtamen. ibique inquit Angel. non meminiſſe alibi ſe legiſſe illud uerbum ſerpit in iure ciuili quamuis de iure canonico dicat Veronen.dicto capitulo primo, ſub numero 35.eſſe ſimilem textum de pœnit. diſtinct. 1. capitulo miror in fin. Quamobrem inquit ualde notanter Ange. loc.
20 proxime relato,q; ubicũq; diſpoſitio † prouidẽs in uno caſu producit ad alterũ illa productio appellat tractio,ſeu ſnía ſerpentina, quæ cũ cauda ſe reuoluens alium percutit præter eum, quem oculus eius aſpiciat quod dicit eſſe notandum ac menti tenẽdũ,
21 translatio verò dici non poteſt † hæc interpretatio extenſiua ut ait idem Veron. ſub num 38. & 39.lo. prox. alleg. quia translatio ſupponit extremum a quo tolli & transfundi in extremum ad quod ut pro-

probatur in l.ſicut & in l.translatio cum duabus ſequen.leg.de adim.legat.& in l. & ſi transferam, & l. legatum ſub conditione,eod.tit. De diſpoſitiuo ca-
22 ſu dictum fuit †ad differentiam illorum verborum quæ ponuntur exempli gratia quæ non diſponunt neque reſtringunt regulam nec eandem ampliant, ſed tantum declarant,l.1.§. quod vulgo de ui & ui arma. l. damni infecti ſecunda de dam.infect.& l.3. §. videamus de collat. bono. ac l. 1. de dol. mal. &
23 met.except.nec dicitur fieri †extenſio propriè de eo quod in exemplo ponitur, ad alia quæ ſub exemplo non ſunt,ſed ſub regula continentur, ſicut non fit
24 extenſio de genere † ad ſpecies ſub eo expreſſas quia illa non eſt extenſio ſed comprehenſio, ut dicunt Pet.& Cyn. in l. iura non in ſingulos de legi. & Bal.in l.de quibus de legi. & ſupra ſæpius diximus.
25 Item quia verba exempli ſunt narratiua, † & ideo non probant neque diſponunt Innoc. in cap.fin. de fide inſtrum. & in exemplis non dari extenſionem, ſed comprehenſionem ſcripſit Cyn. in l. vnica. q.2. C.uti poſsid. vnde apparet minus eſſe verum quod ſcripſit Anto.Roſſel.in d.l ſi uerò,§.de uiro ſol.mat.
26 dum dixit † extenſionem fieri poſſe quando lex loquitur gratia exempli, qua de re in ſuo loco dicemus, quem ſecuti ſunt Gemi.in cap. ſi Papa in prin. de priuileg.in 6.per illum tex.& Ludo.Roma.in authen.ſimiliter col.22. verſ.ſecundo quia lex narrando.C.ad leg Falci.quia ut dicit Cæpol. d.cap.1. ſub nu.84. & ſequen. talis interpretatio non eſt propriè
27 extenſiua ſed comprehenſiua, gratia autem †exempli dicitur facta expreſsio quando dicitur exempli gratia,ut in l.damni infecti, uel uerbi gratia,ut in l. nauis onuſtæ,§ fin.uerſ. ſed diſtinctio ad leg. Rhod. de iact. leg. ſi per emptorem de peric. & commod. re.vend.l.2.locat. l.Labeo in princ. de ſupel.leg. & l. ſecunda.C.ut dignit. ord.ſeruet.lib.12. & cap.quoniam frequenter,§.porro ut lit. non conteſtat.cum
28 ſimil.& idem eſt † quando ponitur dictio putà,ut l. ſed ſi per prætorem ,§.quoties qui.ex cauſ.maio l.ſi ſeruos de pig action & l in his §.imperator de ſolu-
29 tio.vel quando poneretur dictio veluti, †ut in l.veluti de inſt.& iur.l.2.§.creditum in prin. cum ſimil. aut quando vteretur alio ſimili loquendi genere,ut in d.l 1.de dol.mal.& met.except.in l.3.§.uideamus de collat. bono.§. hactenus inſtit. de gradi. & alijs ſimilib.quæ paſsim ab unoquoque vel mediocriter erudito obſeruari poſſunt in iure noſtro, cuius generis exẽpla multa proſequitur Petr.Rebuf.in l impenſæ,§.vtiles uerſ. ſequitur in tex. ſicuti ſol. matr. Dictum quoque fuit de diſpoſitiua ad differentiam
30 uerborum narratiuorum † a quibus non licet arguere quia non faciunt ius ut eſt glo notab.in l.unica.C.quando non pet. par.ſecund Lud Roma.in d. auth.ſimiliter.C.ad leg.Falcid col 22.in prin.& no. Io.Andr.in cap.dilecto de preb. cum ſimil. adduct. per Cæpol.loco iam relato ſub num.87. propterea dicunt Ioan.Andr.& Gemi. in cap. ſi Papa in princ. de priuileg.libr.6.narratiuorum uerborum naturã
31 † eſſe non ut probent,ſed ut probentur, idem dicit Bal.in l.non epiſtolis circa princ. C.de probatio.de uerbis narratiuis reſcripti, & maximè quando deci-
32 ſio generalior eſt † narratione tunc enim narratio dicitur cauſa impulſiua, & deciſio finalis, ut per Io. Andr.firmatur illius tex.arg.in cap.quoniam per illum tex.de immu.eccleſia.quem ſeq. ibi Gemi.Hæc
33 tamen † uerborum enunciatiuorum aſſertio non eſt perpetua, quia multis in caſibus probant ac diſponunt,quos latè diſcutit atque examinat Craue. de anti. tempo. par.1. ſectio. propoſitum, & ſectio. ampliatur per diſcurſum utriuſque ſectionis & in illis caſibus poſſet quoque interpretatio extenſiua locum habere propterea cum ſit latior hæc materia quàm ut hic obiter poſsit explicari, ad locos ſupra relatos recurrendum erit, item de diſpoſitiuo
34 † dictũ fuit ad excluſionem nominis proprij quod non diſponit neque extenſioni materiam præbet, quia poſitam eſſe cenſetur gratia exempli, ut dicit Cyn. in l.unica. q.2. C. uti poſsid uel quia de facto ſic euenit quapropter non poteſt eſſe locus extenſioni ut ſupra dictum eſt, ac ſæpius. Additum inſu-
35 per fuit expreſſo † ut oſtenderetur primum extenſionis extremum quod debet eſſe expreſſum ut ſupra dictum fuit in prin.difinitionis, l.oratio de ſponſal. l.quia actionum de præſcript.uerb.& debet eſſe habile ſaltem potentia ut ſupra dictum eſt, dicitur au-
36 tem iſtud extremum a quo eſſe expreſſum † quando ſcriptum uel dictum reperitur, d l.oratio ibi uel locuta eſt, quod probat etiam Bal. in l. ſed & ſi quis, §.quæſitum, col.5. uerſ.uenio ad quæſtiones in fin. ſi quis cautio. ubi ſimiliter ait expreſſum illud dici quod uocè profertur, uel per ſcripturam apparet ad oculum.

37 Tacitum uerò dicitur illud † quod colligitur ſolũ per rationem intellectus, allegat, l. iam hoc iure de uulg.& pupill.& l.non rectè. C.de fideiuſſ. & l.1. de his quæ in teſtam.delentur, ideoq; dicit idem Bal. in auth niſi rogati col.2. C. ad Senat.Trebel.tacitũ
38 † conſiſtere in interpretatione iuris, expreſſum non & ubi teſtator ſeipſum gloſſat non debere nos recurrere ad gloſſas, leges uel aduocatos dicit Crauet. in conſi.11.ſub num.6.& probat arg.tex.in l.continuus,§ cum ita de uerb.oblig.& l ille aut illo,§ 1.de leg.3.ſed de his hactenus cum ſupra lib 2.tractauerimus latius materiam expreſſorum ac tacitorum uerborum.

39 Ad non expreſſum † uerò dictum fuit ut oſtenderetur extremum ad quod fit extenſio, quod non debet eſſe expreſſum ſed omiſſum & ſuppleri per extenſionem d.l oratio ibi uel locuta coniuncto fine ibi ſuppleatur quod deeſt, de ſponſ. & in d. l.quia actionum ibi ſupplet prætor de præſcript. uerb.& ita uult Bal.in l.1.col.ult.C.ſi rect.prouin.dicens de principali ad antecedens fieri extenſionem per interpretationem extenſiuam cum uerba deficiunt per d. l.oratio, quia interpretatio extenſiua nihil
40 aliud eſt † niſi ubi uerba deficiunt ſed non deficit ratio ut ibi patet, & idem tenet Bal. in l.ſi furioſi. per illum tex. C. de nupt. ubi ait interpretationem extenſiuam eſſe ubicunque deficientibus uerbis tra hitur legis effectus ad aliud per ſimilitudinem rationis, ſubditque ita bonum ibi haberi textum ut alibi reperiatur,idem probat Ange.in d.l.ſciendum

ad l.

ad l.Pom.de parri.qui dicit interpretationem extē-
41 siouē† proprie esse cum casus de qua quæritur non
continetur in uerbis neque in mente & iste casus
omissus debet esse in extremo ad quod fit extensio,
ut patet ex prædictis,facit quod notat Bart.in l.om-
nes populi in 8.q.5.princip.de iust. & iur. & Bal.in
l.ex placito in 6.& 7.quæst.C.de re.permuta. & l.ver
bum. C.de fideicom. & l. cum non solum in princ.
C. de bon. quæ liber. sed si extremum ad quod esset
42 expressum,†vel verbis,vel ex mente tunc diceretur
potius significatio quàm interpretatio extensiua,
quia significatio est quando non receditur a vero
& proprio intellectu vocabuli; sed quando dilata-
tur, vel extenditur, uel coarctatur siue restringitur
intellectus vocabuli, tunc ista non videtur strictio-
43 re modo loquendi significatio,† sed interpretatio
extensiua uel restrictiua,ut latius supra libr.2.expli-
cauimus,& probatur in l. scire oportet,§.sed si maxi
me de excusat.tuto. secundum Bal. qui ita notat in
rub.C.de uerbo.significat.in prin. & per Ang.in l.1.
de tributo.& Cæpol.in rub.de verb.signifi. in 3.q.4.
princ.q.

SVMMARIVM.

1 *Causam introductiuam istius interpretationis extensi-
uæ fuisse necessitatem secundum Veronen.*
2 *Intellectus l.2.§.his legibus de origin.iur.*
3 *Qui vult vnum vult omnia quæ sequuntur ex illo.*
4 *Interpretationis desideratio ostendit disputationis ne-
cessitatem per quam peruenitur ad veritatem tnter-
pretationis.*
5 *Herennium Modestinum multa notando ac disputando
bene & optima ratione decreuisse.*
6 *Veritatem inuestigare volentibus bene esse præ opere
dubitare.*
7 *Non necessitatem sed naturale desiderium dispositionis
intelligendæ fuisse causam introductiuam interpreta-
tionis extensiuæ.*
8 *Naturale tamen illud hominum desiderium comitem
habuisse necessitatem.*
9 *Necessariam fuisse hanc interpretationem quia casus
omnes singulatim non potuisse explicari,& plura sunt
negocia quàm vocabula.*
10 *Interpretationem semper inesse dispositioni ex neces-
sitate.*
11 *Interpretatio est spiritus scripturæ.*
12 *Interpretationem duplicem esse, vnam quæ fit per pun
ctum rationis,alteram quæ fit per viam æquitatis.*
13 *Verba non esse iudaicè intelligenda.*
14 *Interpretationem sic debere fieri,ut non mereatur à sa-
pientibus reprehendi.*
15 *Interpretationem hanc fuisse profectam a iuregentium.*
16 *A quo iure vsu exigente & humanis necessitatibus re-
quirentibus plura introducta sunt hominibus neces-
saria.*
17 *Sed postea iure ciuili talem interpretationem fuisse re-
ceptam ac comprobatam,ut de testamento dicitur.*
18 *Etiam ex iure municipali posse talem interpretationem
procedere.*
19 *Et ex iure consuetudinario.*
20 *Nec posse aliqua positiua lege tolli cum descendat à iu-
re naturali.*

Quæ fuit causa introductiua, quæro mo-
do istius interpretationis extensiuæ.

CAP. II.



VE fuit causa introductiua istius
interpretationis extensiuæ; &
scio scripsisse Veronens. dicto
tracta. de extensio. sectio.5. in
princip. causam introducendæ
istius interpretationis fuisse ne-
1 cessitatem † quia quamprimū
lex vel aliqua dispositio facta est naturaliter euenī-
re solet ut requiratur necessaria prudentum inter-
pretatio, per text. in l.2. §.his legibus de orig.iur.
quod ante dixerat quoque Veronensis loc. iam re-
2 lat.q.4.in principio, sed quamuis † ille tex.dicat cæ-
ptam fuisse desiderari prudentum auctoritatem
necessariamque fori disputationem non tamen ni
fallor probat causam introducendæ istius interpre-
tationis fuisse necessitatem sed potius naturale de-
siderium intelligendi ipsorum hominum, quod de-
siderium interpretationis per auctoritatem prudē
tum postea fecit necessariam disputationem, quia
3 qui vult vnum † vult & omnia quæ necessaria sunt ut
perueniamus ad illud, l. oratio de sponsi. l.ad lega-
tum, l.ad rem mobilem de procur. cum simil. cum
4 enim interpretatio desideraretur, † necessaria fuit
disputatio per quam peruenitur ad ueritatis inter-
pretationem, l.cum quidam, ubi Iaſ.in 6.notab. de
lib.& posth.per tex.in l. fi.§.mixta de mun.& honor.
5 vbi † Herennius Modestinus multa notando & di-
sputando benè & optima ratione decreuit,inest n.
6 inuestigare † ueritatem uolentibus præ opere benè
dubitare secundum philosophum tertio metaphys.
quem refert Cagno.in d.l.2.§. his legibus, non igi-
tur necessitas,sed naturale desiderium disputatio-
nis intelligendę fuit causa introducendæ interpreta
tionis extensiuæ ut causa fuit & declaratiuæ quoq;
7 non diffiterer.† tamen quin ipsa interpretatio exten
siuæ causæ naturali illo hominum desiderio intel
ligendi non haberet quoque comitem necessitatē
quia in contrarium habebat impossibilitatem, cū
8 enim † impossibile esset per rerum naturam omnes
casus singulatim explicare, ut scribit I. C. in l. non
possunt de legi. pluraque etiam sint negocia quàm
vocabula, l.natura de præscript. uerb. necesse fuerit
hanc interpretationem extensiuam introducere
per quam ad casuum decisionem de similibus ad si-
milia procederemus, d.l.non possunt de legi & pro
pterea dicit Cravet.in consi.3.sub num.23. interpre
10 tationem semper inesse dispositioni † ex necessitate
uel ex uerisimilitudine uel ipsius rei natura secun-
dum Bal.in consi.343. examinanda sunt in princip.
11 libr.1.& est † interpretatio spiritus scripturæ, per
Bal.in consi.275.quod pro regula, col.3. circa me-
dium libr.2.ubi allegat Arist.7. Secretorum, estque
duplex

12 duplex una necessaria †quæ fit per punctum rationis, altera probabilis quæ fit per uiam æquitatis Bal. in consil. 411. Quidam Mediolanensis col. 1. circa medium lib 1. secundum quam posteriorem interpretationem, dicit verba non debere iudaicè in-
13 telligi † secundum Bal. in consil. 294. ad euidentiã ad fin. col. 1. qui allegat rex. in l. quamuis de in ius
14 voc. sed ita debere fieri ne mereatur †a sapientibus reprehendi, l. Saluius Aristo. de leg. præstan. l. ex facto in princ. de uulg. & pupil. qua de re plenius supra diximus. Hincque potest inferri istiusmodi in-
15 terpretationem profectam fuisse à iure naturali quod gentium appellant & solis hominibus com-
16 mune est, prout & cætera quæ usu †exigente ac humanis necessitatibus introducta inter homines sũt ab illo iure gentium progressa fuisse, §. ius autem
17 gentium instit. de iur. natur. sed †& postea iure ciuili comprobatum atque receptum fuisse prout de testam. dicunt Bart. & doctor. in l. id quod de cond. indeb. Recent. in rub. & in prin. instit. de testam. vbi diximus deque possessione dicunt Bar. & alij in l. j. de acquir. poss. de fictione Bar. in l. si is qui pro emptore de vsucap. nec dissentit Cępol. de extensio.
18 sec. 4. sub num. 4. & seq. vbi ait †etiam ex iure municipali posse illam procedere quod traderet certam formam interpretationis faciendæ & ex iure cõ
19 suetudinario †ex quadam consuera interpretatione vt est glos. notab. in l. pen. in ver. voluntas de leg. 2. glos. in l. quid ergo, §. pęna grauior de ijs qui not.
20 infam. & ideo †cum a legendo descendat non poterit aliqua positiua lege tolli, vt per Bal. & Cagnol. in d. § his legibus, in totum scilicet quamuis pro parte ei possit derogari, §. sed naturalia cum ibi nota. instit. de iure nat. Abb. in cap. ex parte vbi & alij de offic. deleg. Cæpol. in d. 4. sect. sub num. 10. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint fundamenta interpretationis extensiuæ secundum Cæpolam.*
Æquitatisque precipuum esse ibi.
2 *Omnia statuta interpretationem extensiuam recipientia fundata esse debere in æquitate.*
3 *Æquitatem fundamentum esse interpretandi leges ac pacta.*
4 *Statuta & rescripta intelligenda esse secundum æquitatem.*
5 *Interpretationem debere esse bonam & æquam.*
6 *Ineptissimum esse non fallere regulam si ita ex æquitate faciendum esse videatur.*
7 *Legem rigorosam a qua absit æquitas non extendi.*
8 *Rationem naturalem unum esse fundamentum ipsius interpretationis extensiuæ.*
9 *Quoties legis intellectus est dubius ad naturalem rationem recurritur.*
10 *Naturalis ratio potentissima est, in qualibet statutorũ interpretatione.*
11 *Interpretationes legum conuenire debere rebus naturalibus.*
12 *Deficiente iure scripto recurrere nos debere ad rationes naturales.*
13 *In dubio sufficere allegare rationem naturalem.*
14 *Rationem legis ciuilis animam esse ipsius legis.*
15 *Mentem legis ex ratione legis colligi.*
16 *Mentem legis maximum esse fundamentum interpretationis faciendæ.*
17 *Verba debere menti deseruire, & cum manifestus est legis sensus, uerborum interpretatio nunquam tantum valet, ut melior sensu existat.*
18 *Mentem ut animam uerba ut corpus haberi in lege. numero 19.*
20 *Simplici quoque in uoluntate fundari interpretationem extensiuam.*
21 *Sed & in reipublicæ fauore multum fundari eam interpretationem.*
22 *Animę quoque fauorem multum conferre.*
23 *Sed hæc omnia potius instrumenta esse faciendæ interpretationis, ex scientia auctoris.*
24 *Confirmarique ex veterum auctoritate.*
25 *Vt in opere materiali differunt operis fundamenta, ab instrumentis quibus opus efficitur, sic in intellectuali differre instrumentum interpretationis ab ipsis instrumentis.*

Quę sint fundamenta præcipua interpretationis extensiuæ.

CAP. III.



1 Refert autem idem Veronensis loco supra cit. sex esse fundamẽta †præcipua istius interpretationis extensiuæ; Quorum primum est æquitas secundum ratio naturalis, tertium mens disponentis; quartum simplex voluntas hominis vel legis, quintum fauor Reipublicæ, sextum fauor animæ, de æquitate dicit esse text. in cap. 1. §. ut autem æquitas in princip. de pac. iur. firm. ibique per illum tex. asserit Bal. omnia statuta
2 †interpretationem extensiuam recipientia, debere fundata esse in æquitate, probaturque item hoc in l. unica quib. non compet. bono. poss. ibi respondi hic casus sub edicto non continetur, sed tamen æquum est. Idem notat Bal. in l si defunctus. C. de
3 su. & legi. hæredi. vbi singulariter dixit †æquitatem fundamentum esse interpretandi leges & pacta per l. si socius pro filia pro soci. ad idemque est tex. in l. ex facto in prin. vers. etenim de vulg & pup. vbi
4 Bal. & alij volunt statuta & rescripta †intelligenda esse secundum æquitatem; sic etiam leg. tur in l. in his de condi. & demon. æquitatem fundamentum esse istius interpretationis, ibi ex bono & æquo interpretationem capere, quo loci inquit Bald. inter-
5 pretationem †debere esse bonam & æquam debereque omnino habere istos duos comites bonum scilicet & æquum, ut ibi, & l. penult. in princ. cum glos. 1. & doc. ibi idem Bal. in cap. cum causam de rescript. & glo. singul. in auth. vt sine prohibit. matr. credit. & debit. in princ. in vers. ineptissimum existimauimus, quæ inquit inde notandum esse ineptissimum

simum † fore non fallere regulam si ita ex æquitate esse videatur, quibus multa similia addit idem Cæpol. d. sect. 5. sub num. 9. Raph. Cuma. in d. l. si vero,
9 §. de viro solu. matr. qui ait legem † rigorosam a qua absit æquitas, & quæ non sit fundata ratione, non extendi per l. quod verò contra, & l. quod non ratione de legi. De ratione naturali dicit esse tex. in l. nõ sine. C. de bon. quæ lib. & l. 1. §. 1. C. de cadu. vbi lex ambigua interpretatur secundum moderamen iuris seu rationis naturalis pro hoc est Bald. in cap. 1. de alien. feud. in 5. colum. in princ. vbi eleganter ait
10 † quòd quoties legis intellectus est dubius ad naturalem rationem recurrendum esse, l. scire oportet, §. & si maximè de excut. tuto. naturalis enim ratio
11 † est potentissima in qualibet statutorum interpretatione, ut dicit Cyn. in l non dubium. C. de legi. ad fin. & probatur in l. cui pacto in fin. ibi naturalem habet intellectum de ser. export. & l. cum ratio de portio. quæ lib. damna. & multa similia in hanc rem prosequitur idem Cæpol. loco supra cita. d. sect. 5. sub num. 59. cum plur. seq. ut enim Bal. ait in l. 1.
12 col. 4. C. de ser. fugiti. † interpretationes legum debent conuenire rebus naturalibus, ut de hoc est tex. in l. *is cuius*, §. fin. de inter. actio. in l. vbi autem non apparet, §. illud de uerbo. obligatio. & instit. eod. §.
13 conditiones in fin. Deficiente que iure † scripto debemus recurrere ad rationes naturales, ut est text. cum glos. distin. 1. cap. consuetudo in glos. 1. & in l. scire oportet § sufficit de excus. tuto. Abb. in c. cum
14 sint homines de decim. & ideo † sufficit in dubio allegare rationem naturalem licet quis non alleget legem, secund. Iac. de Rauen. Cyn. & Bal. in d. §. sufficit quod autem dictum est de ratione naturali vult idẽ
15 esse in ratione ciuili † quia ratio legis anima est ipsius legis, l cum ratio in princ. de portio. quæ lib. damnat. l. cum mulier solu. matr. cũ ibi not. & mens legis colligitur ex ratione legem ipsam animante, l. cum pater, §. dulcissimis de lega. 2. Castr. in d. l. cum mulier in fin. & Bal. in l. suum in fin. C. de iur. delib. cum sim. per ipsum Cæpol. cita. d. sect. 5. sub nu 100.
16 cum plur. seq. de mente ait esse tex. † in cap. intelligentia de uerb. sig. & in l. in conditionibus primum locum cum plur. simil. de condit. & demonstr. & in l. pater Seuerinam, §. conditionum uerba eod. titu. quibus in locis habetur verba debere menti deser-
17 uire nã cum † manifestissimus est sensus disponentis, uerborum interpretatio nunquam tantum valet ut melior sensu existat, l. 3. de lib. præter. l. scire leges de legi. l. cætera, §. item & regulis ibi sententiæ mens. de leg. 1. ibique Bal. dicit legislatoris mentem
18 plenè seruandam. & ideo mens dicitur † sicut anima, verba sicut corpus, & sic magis debet attendi intellectus, quàm uocabulum, ut dicit Bal. in l. si quis seruo. C. de fur. Floria. in l. pen. ad fin. ad exhib. Bal. in l. cum Aquiliana de transs. vbi dicit quòd uerba
19 sunt † sicut corpus mens sicut anima & spiritus cum simil. quę prosequitur idem Cæpol. sub num. 124.
20 cum plur. seq. De simplici † voluntate legis uel disponentis, se remittit ad iura supra cita. in titu. 1. dicti tractatus & probat text. in l. ex facto, §. rerum de. hæredi. instit. & iura supra cit. in cap. de mente cum.

simil. quæ puto uoluisse citare Cæpol. quia leges ab eo citatæ in d. capit. 1. prolatæ sunt ad probandum verbum extensionis haberi in iure nostro. De fuo-
21 re Reipub. † dicit haberi tex. in l. hoc modo in fin. & ibi Bal. de conditio. & demonstr. ubi inquit illegem Reipub. utilem interpretatione adiuuandam & non minuendam esse, statutaque terrarum recipere interpretationem a publica vtilitate idque dixit Ang. in d. l. sciant cuncti, ad fin. 1. col. C. de legit. hæred. Butr. in d cap. fina. de consuet. col. 12. uers. quarto restat & doctor. in d. l. hoc modo. De fuo-
22 re † uerò animæ adducit Archid. in cap. 1. in uersic. quacunquere de stat. regul. Abb. in cap. ex tenore qui fil. sint legit. Butr. in cap. inter monasterium in
23 fin. pen. col. de re iud. sed de ijs † & multo pluribus diximus supra in quo tractauimus de instrumentis quibus potissimè vtimur in facienda interpretatione, quia videntur hæc potius cum alijs ibi latissimè consideratis instrumenta esse quibus progredimur de casu ad casum, de persona ad personam, vel dispositionem magis ad unum, quàm alterum casum restringimus, uel quibus interpretamur, declaramus, corrigimus, & in summa illa omnia facimus quæ in interpretatione explicanda sunt necessaria, quibusque non aliter vtimur, quàm fabri artifices; suis instrumentis vtuntur, ad peragendum aliquod corpus eorum artificij, vel opus eorum mechanicarum artium, ideo ulterius in ijs non immorandum
24 erit; & si † diligenter inspiciantur iura & auctoritates supra relatæ, luce clarius patebit. Doctores loqui de illis sex enunciatis, ut de instrumentis, quibus ordimur, producimus atque absoluimus opus interpretationis, non ut de fundamentis, quia ut differũt
25 in opere naturali † fundamenta operis, ab instrumẽtis quibus opus ipsum absoluitur per artifices; sic in opere hoc intellectuali interpretationis differẽt isti termini supra relati a fundamento interpretationis; illius enim fundamento sunt extrema a quo, & extremum ad quod, media autem quibus ab uno ad alterum proficiscimur sunt instrumenta ipsius intellectus interpretantis; qualia sunt sex illa enunciata de quibus proximè locuti fuimus.

SVMMARIVM.

1 *Ex supra relatis sex fundamentis proficisci causas finales, seu effectiuas interpretationis extensiuæ.*
2 *Easque octo esse.*
3 *Regulare esse ut fiat extensio, ne dispositio reddatur inutilis.*
4 *Statuta quæ sine extensione effectum non habent debere extendi.*
5 *Elusionis quoque euitandæ causa fieri interpretationem.*
6 *Fraudationis quoque excludendę gratia locum fieri interpretationi.*
7 *Quibus modis dicatur fieri fraus legi remissiuè.*
8 *Absurditatis pariter euitandę gratia interpretationem extensiuam fieri.*
9 *Quod & vt. iniquitas a dispositione ablegetur recipitur.*

Verum

10 *Verum & ut durities a lege sit eminus permittitur.*
11 *Et nè indebitè quis damnum patiatur.*
12 *Vitiumve aliq iod sequatur.*

Quę causæ proficiscantur ex supra relatis illis sex medijs, seu fundamentis interpretationis extensiuę.

CAP. IIII.

EXistis autem medijs seu instrumentis proficiscuntur postea
1 †causæ illæ finales seu effectiuæ ipsius extensiuæ interpretationis, quas refert idem Cæpol. lo. iam rel in pen. sectio. Quarum
1 primum †est omnis utilitas quę progredi potest ex actu talis extensionis; Secunda est ne dispositio sit ludibrio uel efficiatur elusoria; Tertia est ne detur materia circumscribendi legem uel aliam dispositionem; Quarta est ne sequatur absurdum; Quinta est, ne sequatur iniquitas; Sexta est ne sequatur duritia; Septima est ne quis indebitè damnum patiatur; Octaua est ne uitium aliquod sequatur. Nam respectu primæ causæ utilitatis re-
3 gulare est †ut fiat extensione dispositio inutilis reddatur, l si stipulatus fuero per te non fieri de uerbo. obliga. Bar. in l. non dubium. C. de legib. & in l. omnes populi de iust. & iur. Butr. in d. cap. fina. de constitut in limit. 14. Gemi. in ca. 1. in 11. fall. de temp. ordi. lib. 6. Floria. in l. pen. si quadru. paup. fecis. dica.
4 qui dicit quod si statuta effectum †nō haberent nisi extenderentur, debent extendi, iuxta not. in l. si aduersus de arbitr. & in l. fin. C de usur. rei iud. De se-
5 cunda causa elusionis † est tex. in l. fi. ne quid in loc. pub. in l. si prætor de iud glos. not. in cap. quamquā de usur. lib 6. & in cap. si ciuitas de sent. excommun. eod libr. in quibus locis testamentum ad codicillos, & ciuitas ad suburbia trahitur, ne reddatur dispositio elusoria, & multa possunt exempla ex ijs quæ supra dicta sunt & infra dicemus assumi. De tertia
6 causa fraudationis legis cuitandæ † est tex. in l. cum hi, §. sed cum lis cum ibi notat. à Doctor. de transactio. in l. magis puto, §. si pupillus de reb. eo. l. fraus & ibi Bal. de legi. l. non dubium cum ibi notat. per Doctor. C de legi. Alberi. de Rosat. in 1. part. statu. q 5. col. 4. l. cum aquiliana de transact. l. conuenire de pact. dotal. cum simili. quæ ibi prosequitur Cæpol. loc. supra cita. cum plurib. seq. ubi perpulchra etiam exempla proponit; Quibus autem modis di-
7 catur †fieri fraus legi trad. Bal. in d. l. fraus Bart. in l. contra per illum text. C. de legi. Soci. in consil. 66.
8 uol 1. sub num. 11. De quarta † causa absurditatis est regula, qnòd absurditas à quacunque dispositione cenetur excluſa, etiamsi non exprimatur, l. Pomponius de neg ge. & l. aliud, §. absurdum de reg iu. l. nam absurdum de oper. libert. l. diuortio sol. matr. l. icire oportet, § aliud de excusat. tuto. l. consulta dialia. C. de testam. cum simil. traditis per Cæpol lo. supra citat. sub num. 16. cum plur. seq. & supra diximus infraque etiam dicemus. De quinta causa ini-
9 quitatis † est tex. in d. l. scire oportet, §. & si maximè de excusat. tuto. docet Bal. in l. in testamento. q. 11.
10 C. de testam. milit. De sexta causa † duritiei est text. in l. cum tale uers. sed displicuit de cond. & demon. Bal. in d. l. in testamēto q. 10. Ang. in l. illud de petit.
11 hæred. De septima † ne quis indebite damnum patiatur, est tex. in l. 2. & ibi notat. C. de noxal. & in l. fina. C. in quibus caus. in integr. restit. non est necessaria, & in l. ultima, §. in computatione ubi doctor. omnes. C. de iur. delib. cum simil. De octaua causa
12 ne uitium aliquod sequatur est text. in l. in ambigua de legi. facit tex. in l. Plautius de aur. & arg. leg.

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem extensiuam diuidi in duas species in actiuam scilicet ac passiuam.*
2 *Actiua interpretatio quæ sit.*
3 *Extensio dicitur esse actiua quando statutum si quis occiderit trahitur ad mandantem.*
4 *Passiua interpretatio quæ sit.*
5 *Si statutum disponat ut filius fam. possit facere testamentum, leges omnes loquentes de testamentis trahuntur ad illud statutum.*
6 *Si lege municipali munus aliquod introducatur leges communes de muneribus loquentes ad illud producuntur.*
7 *Naturam interpretationis actiuæ esse influere alteri; At contra passiuæ esse ut influatur sibi.*
8 *Actiua interpretatio quæ sit secundum auctorem.*
9 *Et quatenus definitio conformis est definitioni in genere supra relatæ eadem recipit declarationes.*
10 *Extremum ad quod protenditur interpretatio extensiua debere esse diuersum ab extremo, a quo fit interpretatio.*
11 *Diuersum posse esse quid non solum in substantia, sed etiam in qualitate, quantitate, ac alijs circumstantijs.*
12 *Diuersumque intelligendum esse dissimile, non etiam contrarium.*
13 *De natura extensionis actiuæ esse supplere id quod est omissum.*
14 *Extremum ad quod fit extensio, intrinsecè non expresse appellari, quia si tale esset non diceretur propriè extensio.*
15 *Multos æquiuocare in ista materia extensionum, inter extensionem & comprehensionem, dum uolunt ad intrinsecè comprehensa fieri extensionem.*
16 *Passiua interpretatio quæ sit secundum auctorem.*
17 *Casum in dispositione expressum passiuè informari a iure communi.*
18 *Quia informatur a dispositione iuris communis, ut saccus a frumento, uel ab alia materia, quæ in illum infunditur.*
19 *Naturam interpretationis passiuæ esse suscipere & ab alio informari.*
20 *Appellarique istam interpretationem extensiuam, non ex eo, quod casus in ea expressus ad alios trahatur, ut in actiua, sed ex eo quòd alia iura ad illam trahuntur.*
21 *Triplicem esse formam substantialem, accidentalem, & naturalem.*

Formam

22 *Formam ſubſtantialem dici quæ tendit ad eſſe rei.*
23 *Statutum diſponens ut teſtamentum poſsit fieri coram duobus teſtibus, recipit formam ſubſtantialem a iure communi traditam.*
24 *Quæ ſint perſonæ cum quibus dicitur eſſe teſtamenti factio. remiſsiuè.*
25 *Formam accidentalem eſſe quandam obſeruantiam ſuperuenientem poſt actum, quæ non dat ſubſtantiam ipſi rei.*
26 *Exemploque declaratur.*
27 *A forma materiali quomodo recipiat interpretationem. nu. 28.*
29 *Notarios, cum fiunt, iurare ſe conſcripturos eſse inſtrumenta, non in papiro, ſed in membranis non abraſis.*
30 *Forma quam recipit diſpoſitiuum expreſſum, non dici extrinſecè expreſſam.*
31 *Interpretationem extenſiuam verſari vel in iuris communis, aut ſtatutarij, vel actionis diſpoſitione.*
32 *Rurſusque in iuris communis diſpoſitione verſari, vel in correctorijs, vel limitatorijs & exorbitantibus, aut in pœnalibus, ſeu in quarti generis conſtitutionibus.*

In quot genera diuidatur interpretatio extenſiua ſicut ſupra definita eſt atque explicata.

CAP. V.

HActenus deducta interpretatio extenſiua, eaque ratione quæ ſupra a nobis obſeruata fuit, definita atq; explicata, in duas
1 †diuiditur ſpecies, Quarum altera eſt actiua, altera verò paſſiua, ut colligitur ex Bar. theorica in l. omnes populi de iuſt. & iur. in q. 6. quæſt. princip. ſub num. 60. quem ſequuntur ibi cæteri & præſertim Bal. col. 8. verſ. item nota quòd iſtud ius quod trahit ſub num. 21. in 16. col. verſ. ſed quæ eſt interpretatio actiua Bart. in l. 1. de mune. & honor. vbi eleganter loquitur, & in l. ſi quis ſeruo in fin. C. de furt. & in l. 1. §. lex Falcidia quem Alex. & alij ibi communiter ſequuntur ad leg. Falcid. Abb. & alij in cap. ad audientiam, & in cap. dilectus de cleri. non reſiden. Cæpol. de extenſio. ſect. 2. in prin. Cur. in ca. fin. de conſue. ſect. 4. ſub nu. 15. poſt Butri. ibi Euer. in loco a ratione legis lata ſub num. 39. Rip. in d. l. ſi conſtante ſub num 69. Io. Imol. in l. ſi uero, § de viro
2 ſub num. 16 ſol. matr. Nam interpretatio actiua †dicitur quando diſpoſitio in caſu expreſſo protrahitur ad caſus in diſpoſitione non expreſſos, ſecundũ Bart. & alios doctor. in locis proximè citatis, & ex ijs quæ tradit idem Veron. loco ſupra cita. ſectio. 1. in pen. & ult. verbo definitionis ipſius interpretationis & poteſt poni exemplum, quamuis Bald. & alij in loco ſupra relatis multa proponant in ſtatuto ſi quis occiderit; ſi enim trahatur ſtatutum ad
3 mandantem †interpretatio ſeu extenſio dicitur eſſe actiua, quia ſtatutum informat ſimilem caſum & ſic dat formam, & omne quod dat formam dicitur agens ſecundum Bald. in d. l. omnes populi col. 16. verſ. ſed quę eſt interpretatio actiua.

4 Paſsiua uero †interpretatio eſt quando leges extenduntur ad ſtatuta, quæ ideo dicuntur paſsiuam interpretationem recipere, quia patiuntur ſtatuta interpretationem ſeu intellectum legum loquentium in materia ſtatutorum, eo quia regulæ omnes ac leges iuris communis extenduntur ad dictas leges municipales, ut per Bartol. in d. l. omnes populi ſub dicto nu. 60 & alios ſupra relatos, exemplo autem ſic declarari poteſt, fingamus, ſtatuto ſeu lege
5 municipali prouiſum fuiſſe, †vt filiusfam. poſsit facere teſtamentum; certè lex communis extenditur ad hoc ſtatutum, ut ſcilicet legitimè ac ſecundum iurium diſpoſitionem debeat fieri hoc teſtamentũ, l. hac conſultiſsima in princ. C. de teſtamen. & quod rurſus ex tali teſtamento adeatur hæreditas, l. eam quam cum ibi nota. C. de fideicom. & l. ſi nemo de teſtam. tut. vt Falcidia ex illo detrahatur omnesq; in ſumma teſtamentariæ leges in illo locum habeãt l. 1. §. lex Falcidia ad leg. Falcid. Item ſi lege aliqua
6 municipali † iniungatur onus aliquod, lex communis ad illud protenditur, ut dicatur perſonale, uel patrimoniale ſecundum diſtinctio. l. 1. de mune. & hono. quam ibi notat Bart. & in conſil. ſuo 368. inc. viſa quadam conſtitutione, ubi ponit alia exempla, in ſumma breuius colligẽda quæ hactenus adducta
7 ſunt, †ſic eſt conſtituendum uidelicet. Naturam interpretationis actiuæ eſſe influere alteri, At contra paſsiuę eſſe ut ſibi influatur, ab alioque ſuſcipere ac informari, ut pulchrè dicit Bal. in d. l. omnes populi col. 48. verſ. item nota quòd iſtud ius ſub num. 21. & Petr. Anch. in repet. cap. canonum ſtatuta de conſtitutio. col. 178. in fin. uerſic. ulterius etiam eſt addendum.

8 Qui uellet autem plenius † ac cumulatius iſtarũ duarum interpretationum uim atque eſſentiam perſcrutari, omiſſa Veronen. definitione, quam ipſe latè examinat loco ſupra cita. ſic definire poſſet, ut ſit
9 actiua interpretatio † extenſiua nihil aliud, quàm cuiusque diſpoſitionis citra uerborum ac mentis ſuapte natura primò occurrentium uim, progrediendo de caſu diſpoſitiuo expreſſo, ad caſum diuerſum intrinſecè non expreſſum iuſtè ac legitimè facta ex poſitio; quæ definitio cum uſque ad uerba illa ad diuerſum, conueniat cum definitione ſupra relata ad interpretationem extenſiuam ſimpliciter conſideratam in genere recipit quoque eaſdem declarationes. Ad diuerſum autem dictum fuit, quia extre-
10 mum ad quod † protenditur interpretatio actiua debet eſſe diuerſum ab extremo a quo fit interpretatio, l. oratio de ſponſal. l. quia actionum de præſcript. uerb. cum ſimili. ſupra alleg. per eundem Veron. in primo capite, & iſtud diuerſum †poteſt eſſe
11 non ſolum in ſubſtantia, ſed etiam in quantitate, & qualitate, & in alijs quę proſequitur idem Veron. in titu. in quibus caſibus poſsit fieri extenſio, ut probatur in l. ſcripturæ diuerſæ iuncta glo. C. de fide inſtr. l. fin. de conſtit. pecun. l. ſi idem. C. de codicil. l. 1 de iur. aur. annul. l. diuerſo quorum leg. l. doli. §. diuerſum de nouatio. cap. cum ſint homines de decim. & cap.

cap.ad apoſtolicæ circa fin.eod. & cap.cum apoſtolica de ijs quæ fiunt a prælat. Et intellige diuerſum
12 † eſſe extremum ad quod, ab extremo a quo, non autem aduerſum, ideſt contrarium, ut dicitur in dicto cap.cum apoſtolica, & notat gloſ.in uerſ.diuerſa in d.cap.cum ſint homines, & Archidiac.in cap. cum ſit iudex in uerſ.nequiuit de off. lega in 6. quia extenſiua interpretatio non poteſt fieri ad extremũ ad quod non expreſſum, contrarium extremo expreſſo per l.vbi repugnantia de reg. iur. & l.1. C.de furt.cum ſimili. Ac etiam quia eſt de natura exten-
13 ſionis † actiuæ ſupplere id quod eſt omiſſum & nõ expreſſum, non autem ei contradicere, ut d. l.oratio, & d. l.quia actionum & cap. cum a te ext. de celebrat.miſſa. & proſequitur idem Cæpol.loco ſupra cita.cap.1. uerſ.ſeptimo & ultimo dixi, fuit quoq;
14 dictum † in definitione intrinſecè non expreſſum, quia ſi eſſet intrinſecè expreſſum ſeu comprehenſum, non diceretur propriè extenſio actiua; ut probatur in l. in his de condit. & demonſtr. & l. conditiones quæ extrinſecus eod. titu. Et propterea dixit Rochus Curt.in cap.fin.de conſu.ſub num.23.uerſ.
15 & hæc doctrina attenta multos † Doctores decipi in iſta materia extenſionum & æquiuocare, dum volunt quod intrinſecè uenit per vim eiuſdem rationis, dici per extenſionem fieri, ut inter cæteros aſſerit feciſſe Bartol. in d. auth. quas actiones quod tamen uerum non eſt, ut ſupra ſæpius admonuimus; Item ut differat a paſsiua interpretatione quæ trahitur ad id quod intrinſecè ineſt. Paſsiua autem in-
16 terpretatio † eſt, omiſſa Veronẽſis definitione loco iam relato ſect.4. cuiuſque diſpoſitionis, progrediẽdo de caſu diſpoſitiuo expreſſo ad eius formam extrinſecè non expreſſam, citra uim uerbũ ac mentis ſuapte natura primò occurrentium iuſtè atque artificioſè facta expoſitio. Quæ uerba ad eius formam &c. Ideo poſita fuere: quia extremum à quo fit extenſio, quod quidem eſt caſus diſpoſitiuus in
17 in ipſa oratione expreſſus, informatur ideſt recipit formam à iure antiquo commune, quod in ea materia loquitur, uel à legibus communibus ea in materia loquentibus, & formam actui diſpoſito dantibus, dum ad illum per hanc interpretationem trahuntur, quæ forma iuris communis fit ſic paſsiuè interpretando ipſius diſpoſitiui caſus in l noua ſim
18 pliciter † expreſsi naturam, atque ſicut culeus ſeu ſaccus recipit formam a frumento, cum illo impletur frumento, ut dicit gloſ. in l. iuriſgentium, in §. quinimo de pact. in gloſ.1. magna in princ. & ea ſimilitudine qua pactum incontinenti appoſitum formam recipit a contractu cui accedit, ut ibi notatur, & ideo natura interpretationis uel extenſionis
19 † paſsiuæ eſt ſuſcipere & ab alio informari, quia ius illud quod alterum ad ſe trahit, dicitur ab eo recipere interpretationem paſsiuam, cum ab illo informetur ut dicit Bal. iam citatus in d. l. omnes populi de iuſti. & iur. in d.col.4.uerſ. item nota quòd iſtud ius ſub num.22 & appellatur iſta interpretatio extenſi-
20 ua. † non ex eo quod diſpoſitiuum expreſſum extendatur ad illud non expreſſum, ſicut fit in extenſione actiua, ſed ex eo quòd aliæ leges uel alia iura quæ loquuntur de forma diſpoſitiui caſus expreſsi, extenduntur ad illum, & ideo hæc interpretatio, uel extenſio dicitur paſsiua, quia ſuſcipit & patitur formam illorum iurium in materia caſus expreſsè diſpoſiti loquentium. Ad eius formam, dictum eſt, ut
21 intelligatur de triplici forma, ſubſtantiali, ſcilicet. accidentali & materiali, ſubſtantialis enim eſt illa qua poſita actus ponitur, & qua depoſita actus deficit, ut in l. Iulianus, §. ſi quis ad exhiben. & ĩ l. mulieri, §.1. ubi diximus de uerb ſignifi. Butr. in ca. tua nos per illum tex. in ult. notab. de ſponſal. Barto. in l. prolatam in fin.1.col. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. ubi concludit illa dici de ſubſtantia, quibus ceſſantibus res ipſa eſſe non poteſt, l. pacta conuenta, vbi hoc etiam notatur de contr. emptio. & dicitur
22 illa forma ſubſtantialis † quæ tendit ad eſſe rei, & ad uenit rei exiſtenti in potentia, ut dicit Bal. ſecundũ Ariſtot. & Aueroem in l. vniuerſa col.2. C. de precibus imperat. offer & in l.2. C. quando prouoc. neceſſ. non eſt, l. qui Romæ, §. Flauius de uerb. obligã. Bal. in l. ad exactionem in fin. C. de dot. promiſ. & iſta forma ſubſtantialis dicitur vniformis, ut not. Barto. in l ſciendum in princip. quarti contrarij, de verbor. obligatio. ſecundum Cyn. in l.1. C. de contr. & commit. ſtipul. exemplo uerò ſic perſpectior res
23 fieri poteſt, fingamus lege aliqua † municipali cãueri; teſtamentum fieri poſſe coram duobus teſtibus; recipiet illa interpretationem ſeu extenſionem paſsiuam ut ſuſcipiat formam ſubſtantialem à iure cõmuni traditam in teſtamentis, ut ſcilicet ſint maſculi, puberes, liberi, uno contextu adhibiti & reliqua huiuſmodi de quibus in d.l.hac conſultiſsima. C. de teſtam. cum ibi nota. in princ. & inſtit. quib. non li-
24 cet facer. teſtam. Item ut ſint perſonæ † quibus cum fit teſtamenti factio, §. teſtes autem de teſtam. ubi diximus & de quibus per gloſ. ordin. in §. fin. inſtit. quibus non licet fac. teſtam. in l. ſi quæramus de teſtamen. & per Bal. plenè in l.1. C. de ſacroſ. eccleſ. & plenius per Io de Imol Anchar. & alios recentiores in cap.2. de teſtam. Poteſt rurſus, ut dictum eſt, in-
25 telligi de forma accidentali † quæ eſt quædam obſeruantia ſuperueniens poſt actum, & quæ non dat ſubſtantiam ipſi rei, quæ iam eſt ſed poſtea requiritur ad confirmationem rei in eſſe productæ, vel ad vtilitatem conſequendam, vt per Bald. & doctor. in d.l.vniuerſa, & Bal in d.l.2. quando prouoc. non eſt neceſſ. vnde ſi lex requirit apertionem teſtamenti
26 † iuxta, l publicati, cum ibi notat. C. de teſtamen. & l.2. & tot. tit. C. quemad. teſtam. aperiant. & ſtatuto præcipiatur teſtamentum ualere coram duobus teſtibus recipit eiuſmodi ſtatutum paſsiuam interpretationem, ut informetur a legibus quæ loquuntur de forma & apertione teſtamenti, ſicque de forma accidentali; Quinimò poteſt etiam ut diximus
27 intelligi de forma † materiali ut notat Cyn. in d.l.1. C. de contr. & commit. ſtipul. Bart. in d. l. ſciendum de uerbo. obliga. ut in propoſito exemplo antedicti ſtatuti, recipit enim illud interpretationem ſeu extenſionem paſsiuam quia leges iuris communis de forma materiali teſtamenti loquentes ad tale ſtatu-
28 tum trahuntur, puta † ut poſsit ſcribi manu teſtatoris

ris vel notarij auth.quod ſine C. de teſtam. & in tabula lignea ſeu in quacunq; alia materia ſiue chartæ ſiue membranæ ſint, ſiue in corio cuiuſcunque animalis l.1.in princ.de bon.poſſ.ſecund.ta.tametſi
29 Notarij quando creantur iurent†ſcribere inſtrumẽta publica & teſtamenta non in papyro ſed in cartis membranis non abraſis, ut dicit Veron. loco ſupra relat.ſectio 4 ſub num.6. Qui rurſus ait in definitio
30 ne fuiſſe dictum extrinſecè non expreſsę † quia iſta forma quam recipit diſpoſitiuum expreſſum non eſt extrinſecè expreſſa, licet intrinſecè poſsit dici comprehenſa, argu.l. in his, & l. conditiones quæ extrinſecus de cond.& demon.& in hoc differt à definitione actiuæ, quia extremum ad quod fit extenſio non eſt in ea comprehenſum intrinſecè, uel ex-
31 trinſecè, ut paulo ſuperius dictum eſt. Hiſce†igitur ſic peroratis. Dico diſtinguendos rurſus eſſe tres principales caſus circa hanc materiam extenſiuę interpretationis; Aut enim uerſamur in legis communis diſpoſitione; aut in diſpoſitione ſtatutaria; aut in diſpoſitione vel actione hominis, primo ca-
32 ſu ſunt tres aliæ partes†conſiderãdæ, hoc eſt, quòd aut uerſamur in correctorijs, aut in limitatorijs & exorbitantibus; aut pœnalibus; aut in ijs quæ neq; correctoria, nec exorbitantia, vel limitatoria, neq; pœnalia ſunt, ſed quarti cuiuſdam generis.

SVMMARIVM.

1 *Secundum Matheſilanum communem eſſe regulam vt correctoria non extendantur.*
2 *Sed limitari quando ratio finalis eſt expreſſa in lege.*
3 *Item quando ageretur de extenſione paſſiua.*
4 *Et in caſibus a iure antiquo comparatis.*
5 *Si tamen in omnibus & per omnia ſint comparati. numero 6,*
7 *Vel quando vnica tantum diſpoſitionis poſſet reddi ratio.*
8 *Aut tractatur de periculo animæ.*
9 *Agiturnè de puniendo delicto ad commodum reipublicæ.*
10 *Eandem regulam in correctorijs recipi ab Imol. qui illam reſtringit in ſex caſibus.*
11 *Quando reſultaret abſurdum.*
12 *Cum ratio eſt expreſſa in lege.*
13 *Vbi verſamur in correctiuis.*
14 *Aut agitur de extenſione paſsiua.*
15 *Vel tractamus de omnino purificatis.*
16 *Contenderetur vè de facienda extenſione ex mente intrinſeca.*
18 *Sed & D. Alciato placuiſſe prędictam regul. negatiuã extenſionis in correctorijs præterquam in ſeptem caſibus.*
19 *Non diſenſiſſe etiam Euerardum à prædictis qui limitant dictam concluſionem in 14.caſibus. à nu.19.vſq; ad 34.*
34 *Andream Gammarum atteſtari dictam opinionem negatiuam eſſe communiter receptam firmarique ſex argumentis.*
35 *Sed à communi illum diſſentire multis rationibus ac iuribus.& nu.ſeq.*
37 *Occurrereque iuribus pro communi inductis.*
38 *Tandem cum communi ſentire.*
39 *Quam in ſeptem caſibus reſtringit.*

De extenſiua interpretatione facienda in materia correctoria iuris communis ſecundum Matheſilanum, Imolam, Alciatum Euerardum & Gammar.

CAP. VI.



Irca materiam extenſiuæ interpretationis faciendæ in correctoria legis diſpoſitione Matheſil. in libello de extenſioni. ſub num.1. concludit illam ſo-
1 lere dari regulam † ut non deberent correctoria iura de caſu ad caſum trahi ex maioritate vel identitate rationis arg.l.præcipimus in fin. C. de appellatio. in l fanci. mus. C. de teſtam. textumque eſſe notand. in auth. de adminiſtr.offi.§.fina. & clarum in l. ſi furioſi. C. de nupt. & in l.ſi uero,§.de uiro ſolut.matr. in auth. quas actiones iuncta ibi gloſ.C.de ſacr.eccle.in cap. cum expediat de electio.libr.6.& tradi. per Bart.in l.ſi conſtante ſolu.matr.q.7.ſed eſt nona primæ par. princip. hanc concluſionem dicit eſſe reſtringendã ſeptẽ modis, primo quando ratio finalis eſt expreſ-
2 ſa † in tex. quia tunc ubi habet locum ratio, habet ſimiliter & legis diſpoſitio; nec dicitur iſta extenſio, quia hæc deciſio apparet ex materia comprehẽſa ſub uerbis generalibus ipſius legis, quamuis non ex uerbis ſingularibus eiuſdem, ut per gloſ.in§.1.in verſ.ad curationem. vt ij qui obligat. in auth.in l.1. in princ.de leg.tuto. Bart.in l. cum mulier ſecunda ſolut.matr.glo.in l.1. C.de his qui ante aper.tab.in l.1.§. ſexum de poſtul.in.cap.1.de temp. ordi. lib.6. in verb. Italia cum ſimil.Secundo quando ageretur
3 de † extenſione paſsiua arg.l.1.§.1.ad leg.Falcid.ubi Bartol.& in l.omnes populi in 4.q.6. art.princip.& in l.3.§.erit vi bon.rapt. cum ſimil. per eum adduct. qui multa profert exempla. Tertio quando eſſemus
4 † in caſibus a iure antiquo comparatis, l.fina. C. de indict.viduit.toll. & in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furt.l.marcellus,§.1.& ibi Bart.ad Senat. Trebel. cum ſimili. Hunc caſum intelligit procedere quan-
5 do caſus ſunt † æquiparati in omnibus,& per omnia circa materiam illã de qua agitur quamuis in alijs plures eſſent differentię, ut inter teſtamentum & codicillos, quorum tamen reſpectu perſonæ per modum reg. reperiuntur caſus eſſe comparati, l.2.de leg.1. ſecus vbi in materia de qua ageretur non eſ-
6 ſet omnimoda comparatio, † quia tunc non fieret extenſio, d.auth. quas actiones iuncta, l.fina. C.de ſacroſ.eccle. latius declarando ut ibi per eum. Quar
7 to vbi diſpoſitionis vnica ratio reddi poteſt†l.his ſolis.C.de reuoc.donat.l.quamuis, & ibi gloſ.& Bald. C. de fideic. Quinto vbi tractatur de periculo ani-
8 mæ†ut per Imol. in cap. cum contingat de iur.iur. Sexto quando agitur de puniendo delicto †ad commodum

modum reipublicæ, l.2.§.ignominiæ de ijs qui not. infam. quamuis dicat illam non loqui in correctorijs, ſed in odioſis, Imola verò in d.l.ſi uero §. de viro col.4 poſt princip. conſtituit regulam negatiuam,
10 † per iura ſupra cita. a Matheſ. & eandem limitat in ſex caſibus ſub num.14.& 15.Primo ſcilicet quan
11 do reſultaret abſurdum † per tex.in l.ſcire oportet, §.illud.de excuſ. tuto. & ea quæ not.Bartol. in l.non dubium. C. de legi. ſecundo quando ratio eſſet ex-
12 preſſa in lege † per tex.in clem.1. in uer. eligatur de electio.ſed hunc caſum excipit ille quando is caſus ad quem fieret extenſio comprehenderetur ſub larga ſaltem uerborum ſignificatione, ſecus ſi nullo modo poſſet comprehendi, ut ibi per eum, quia tũc non fieret extenſio. Secundo quando ageretur de
13 facienda † extenſione in correlatiuis per dict. l. fin. C.de indict.viduit.tollen.l.fi.C.de acceptil.quem caſum ipſe intelligit quando eadem eſt ratio, per l.curatorem.C.de interd. matri. Quarto quando agitur
14 de facienda † extenſione paſsiua per dictam gloſ.in d l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.C.de furt. iuncta l. ut tãtum, C. de ſer. corrupt. cum ſimil. Quinto quando
15 ſumus in parificatis † ſed ipſe intelligit quando militaret omnimoda ratio, & eſſemus inter eaſdem perſonas & ita procedat gloſ. in cap. ſi poſtquam. §.1.& §.ſine de elect. libr.6. ſecus ubi eſſemus inter alias perſonas,& ita intelligit tradita in dicta auth. quas actiones iuncta dicta l.fin.Sexto quando age-
16 retur † de facienda extenſione ex mente intrinſeca, & comprehenſiua, quia tunc diceretur declaratio,
17 ut ibi per eum, Dom. Alciat. ‡ libro ſecundo, de uer. ſigniſi. & ipſe conſtituit regulam negatiuam quod in correctorijs licita non ſit extenſio per iura ſupra cita.ſub num.34.& ſeq. ſed eam regulam reſtringit
18 in ſeptem caſibus, † Quarum primus eſt quando in lege eſt expreſſa ratio ſub num.36. Secundus eſt in ijs quæ relatione quadam coniunguntur ſub nu.37. Tertius eſt quando fieret extenſio ex ui eius regulę, cui licet quod eſt plus de reg.iur.libr.6.ſub num.41. Quartus eſt quando per extenſionem ad antiquum ius reuerteremur ſub num.42. Quintus eſt quando conſtaret de mente correctoriæ legis, ſub num.44. Sexto eſt quando exceptio eſſet in lege poſita, ſub dicto num 44. Septimus quando ageretur de ſalute animæ, ut idem proſequitur ſub eodem nu.44.
19 Euerar.quoque † in locis legalibus in loco a ratione legis lata ſub num.14.concluſionem & ipſe uegatiuam concipit, tum per iura ſupra cita.quàm per alia multa quæ ipſe addit, quam concluſionem ſic firmatam limitat. 14. modis, primo quando ratio
20 † eſt ſcripta in lege uel canone corrigente, ſub numero 18.cum quinque ſeq. quem primum modum excipit quinque alijs limitationibus, quarum prima eſt, quando lex eſt correctoria tantum, non etiam pœnalis, ſecus ſi correctoria ſit & pœnalis ſimul, ſub numero 24.Secunda eſt quando lex correctoria non loquitur taxatiue ſub dicto numero 24. & ſeq. Tertia eſt, quando ratio expreſſa in lege uel canone corrigente eſt finalis ſub dicto num.25.& 26.Quarta eſt quando alia ratio ſcripta in lege uel canone ſuaderet extenſionem non debere fieri, ſub dicto numero 26.Quinta eſt quando caſus non expreſſus eſt æquè fauorabilis ſub dicto nume. 26.verſ.Quin-
21 to intellige.Secundo principaliter limitat † quando duo caſus æquiparati ſunt per legem antiquam, in omnibus & per omnia in materia de qua agitur,
22 ſub numero 27. Tertio † quando ſumus in correlatiuis ſub numero 28.Quarto quando lex non cor-
23 gens † reduceret nos ad ius antiquum ſub numero vigeſimonono. Quinto quando reſultaret abſurdi-
24 tas. † ſub numero 30.Sexto quando ageretur de ſa-
25 lute animæ. † ſub eodem numero verſicu. ſexto fal-
26 lit. Septimo quando lex uel conſtitutio aliàs † eſſet illuſoria, ſub numero 31. Octauo quando uerba
27 conſtitutionis correctoriæ † ex lata ſignificatione vocabuli trahi poſſent ad caſum in quem concurrit maioritas rationis, ſub num. 32.& ſequen. Nono
28 quando duo ſe habent ad inuicem gradatim † ita ut unum menſuretur gradatim ab alio aliquo accidente nam tunc facta mutatione uel correctione in uno, cenſetur quoque eſſe facta in alio, ſub nume-
29 ro 34. Decimo quando ita ſe habent † duo inter ſe vt unum ueniat acceſſoriè ad aliud uel menſuretur ad ſimilitudinem alterius, ſub numero 35. Vn-
30 decimo quando ita ſe habent † duo ut unum ueniat conſecutiuè ad alterum, ſub numero 36.Duo-
31 decimo quando caſus ad quem † fieret extenſio,& ſic non expreſſus comprehenderetur ſub expreſſo ſecundum communem uſum loquendi, ſub nume-
32 ro 37.Decimotertio † quando per eandem legem, uel aliam aliquid fuiſſet enunciatum gratia exem-
33 pli, ſub numero 38. Decimoquarto † quando agitur de extenſione paſsiua, ſub numero 39. & ſequen.

Andreas Gammar.in tractat. extenſion. ſub numero 118. attingit hunc articulum & dicit com-
34 munem † eſſe opinionem, ut non debeat fieri extenſio quam dicit probari ab his qui frequentiore uoto illam recipiunt ſex fundamentis.Primo per text.in dicta l.præcipimus. C. de appeliationib. & in §. fin. in authen. de adminiſtr. offic. Secundo per text. in l. ſi furioſi. C.de nupt.Tertio per text.in l.certa forma. C. de iur. fiſc. libro decimo. Quarto quia in claris non procedimus ex coniecturis iur. vulg.Ergo per interpretationem non corrigemus legem ſcriptam quæ clara eſt. Quinto quia expreſſum facit ceſſare tacitum, l.qui ad certum locat. l.pactum inter hæredes de pactis. Ergo lex expreſſa contraria non abrogabitur interpretatione tacita. Sexto per capitu.cum expediat de electio. Con-
35 trà tamen ipſe tenet † poſt Fulgoſ.in l. cum de nouo.C.de legi.& in l.de quibus.ff.eodem titu.& Ioan. Mona. in capit. indemnitatibus eodem titu. dẽ electionib. in ſexto, per text. in l. non ſine. C. de bonis quæ lib. Item per l. legem Iuliam. C. de indict. viduita. tollen. quem ipſe præter cæteros inducit. Rurſus per textum in l. Gallus, §. & quid ſi tantum de liberis & poſthumis. Inſuper quia diſpoſitio correctoria eſt fauorabilis, correcta odioſa, quia nunquam lex corrigitur niſi propter ſui odioſitatem, vel quia incepit eſſe conraria fini publici boni cuius gratia eſt inducta capit. non

debet de conſang. capit. qualiter, §. ad corrigendos, capit. ſicut de accuſat. cap. ſtatutum de reſcript. lib. 6 inſtit. de leg. fuſ. cani. toll. per tot. ergo ampliãda correctoria reſtringenda correcta atgum. cap. odia de reg iur. lib. 6.

36 Poſtremò quia in dubio eligenda † eſt uia quæ pluribus innixa eſt rationibus vt eſt pars iſta quæ fauet extenſioni in correctorijs, tum quia ubi eadẽ eſt ratio, ibi debet idem ſtatui ius. iur. vulga. Tum quia cui licet quod eſt plus &c. dicto cap. cui quod plus eſt de reg. iur. in 6. Tum quia in hoc militat fauor publicus qui eſt ampliandus dicto cap. odia. Tum quia de ſimilibus ad ſimilia &c. l. non poſſunt de legi. tum etiam quia correcta lege intelligitur correcta quoque eſſe legis ratio. Ergo caſus omnes non expreſsi qui fundantur ſuper dicta ratione intelligentur eſſe correcti, argum. cap. cum ceſſante de appel. Ad l. præcipimus † reſpondet procedere

37 quando non apparet aliqua ratione legem ulterius uoluiſſe corrigere. Ad l. ſi furioſi, quod ibi additio & expreſsio fuit facta ad dubitationem tollendam non quia ille caſus ex mente non conciperetur in conſtitutione Diui Marci. Ad l. certa forma quòd ibi erat propter irrationabilitatẽ odij, ut l. quiſquis. C. ad l. Iul. ma. Ad quartum quòd incipit fieri dubia ob caſum correctionis ſuperuenientem. Ad quintum quòd id quod ex mente venit expreſſum eſt, l. nominis, §. 1. infra de uerb ſignifi. Ad ultimum quòd procedit quando caſus ad quem fit correctionis extenſio poteſt aliqua ratione ſeruari. Tandem

38 quia videt graue † eſſe communis prejudicium dicit à communi opinione haud eſſe recedendum & cũ cæteris negatiuè eſſe concludendum extenſionem in correctorijs licitam non eſſe: quam & ipſe re-

39 ſtringit in ſeptem caſibus ex illis † qui & ab alijs ſupra relati ſunt hoc eſt in correlatiuis quam limitationem latè examinat ac variè declarat à num. 122. vſque ad num. 137. Item quando lex correctoria reduceret nos ad ius commune numero ſupra citato. Rurſus ratione abſurdi ſub num. 138. Ratione ſalutis animæ ſub num. 139. Inſuper quando fieret eluſoria ſine extenſione, ſub num. 140. Ad hæc quando lex ſuperueniens potius eſſet interpretatiua quam correctoria numero iam relato. Poſtremò quando ratio eſſet expreſſa in lege corrigente, ſub numero 41. cum tribus ſequen. vbi latè illam limita. tractat, ac declarat.

SVMMARIVM.

1 *Auctor putat a communi ſententia haud quaquam diſcedendum eſſe; conſtituendamque eſſe regulam negatiuam, quod in correctorijs non ſit licitum extendere diſpoſitionem in caſu expreſſo loquentem ad non expreſſum.*

2 *Iura ad probandam communem opinionem adducta quicquid Iaſſentiat illam probare.*

3 *In correctorijs, neque ex paritate, neque ex ſimilitudine, nec etiam ex maioritate rationis extenſionem poſſe fieri.*

4 *Euitandam eſſe legum correctionem.*

5 *Concordanda eſſe leges primo aſpectu contrariantes, per diſtinctiones ac conciliationes*

6 *Licitum eſſe diuinari ut tollatur legum contrarietas.*

7 *Hincque reſurgere cur ſit quòd in diſpoſitionibus & priuilegijs licita non ſit extenſio.*

Quæ ſit auctoris ſententia in materia extenſiua interpretationis faciendæ in correctoria diſpoſitione.

CAP. VII.



1 Go in propoſita difficultate non diſcedendo a communibus Doctorum traditionibus ſic puto conſtituendum eſſe, ut ſcilicet, quando uerſamur in correctorijs, tunc regula † communisque concluſio ſit firmanda, in correctorijs non eſſe licitam extenſionem neque productionem unius caſus ad alterum, authen. quas actiones. C. de ſacroſact. eccleſ. dicta l. præcipimus. C. de

2 teſtam. quæ iura † quamuis Iaſ. in dicta auctẽ. quas actiones ſub num. 21. in fin. dicat parum probare ſub uerſ. ſit ergo, nihilominus probant quia in ijs deciditur correctionem non trahi ad ea, quæ in diuiduo non reperiuntur correcta. & ſic reijcit omnem extenſionem Bartol. & Doctor. in l. ſi conſtante in prima part. in q 9. ſoluto matrimo. addit Iaſon text. loc. ſupra relato quem dicit meliorem eſſe de corpore iuris in authen. de adminiſtr. offi. in fac. appellationibus; ibique glo. expreſsè, in uerſicu. quoniam in §. illud not. illum tex. ad hoc, quam concluſionem † ita recipiunt interpretes ut neque ex parita-

3 te uel ſimilitudine, nec etiam ex maioritate rationis licita ſit extenſio gloſ. in l. tam is de donatio. cauſ. mort. in §. 1. Bartol. in l. præcipimus §. fina. C. de appellatio. per illum tex. Iaſ. in dicta auth. quas actiones ſub num. 21. uerſ. ſit ergo, communiter notant Doctor. in l. ſi uerò, §. de uiro ſolu. matri. ut atteſtatur Benedic. Capr. reg. 90. ſub num. 113. Iaſ. in l. de quibus ſub num. 14. de legi. & in dicta authen. quas actiones, ſub dicto num. 21. Deci. in l. non debet cui quod plus de reg. iur. quicquid aliter uoluerit idem Deci præcipitanter & ſibi contrarius in conſil. 323. Rip. in dicta l. ſi conſtante ſolut. matri. ſub num. 57.

4 & 59. Euitanda † eſt enim legum correctio. l. 1. C. de inoff. dot. cap. cum expediat de electio. libro ſexto, concordandæque ſunt leges primo aſpectu contra-

5 riantes † per diſtinctiones ac conciliationes, l. ſecunda, §. ſi quid in tanta. C. de ueter. iur. enucl. 1. conſtit. C. §. quibus glo. in l. apud antiquos. C. de furt. cap. ſi

6 peccauerit 2. q. 1. Licitumque eſt etiam † diuinare, ut tollatur legum contrarietas Bartol. in l. ita ſtipulatus col. 12. poſt princ. uerſic. & ſi tu opponas ſub num. 27. de uerb. oblig. Riminal. inſtit. per quas per. nob. acquir. ſub num. 55. Zanc. in l. hæredes mei, §. cum ita ſub num. 167. ad Senat. Trebel. nec difficultatem habet, quando lege aliqua diuinatio illa adiuuaretur, ut opportunè declarat idem eruditiſsimus

m s Riminal. in d. §. 1. numero supra citato versic. confirmaturque hoc. instit. per quas perso. nob. acquiri. & per subauditos intellectus procedere permissum est, ut scribit Rip. loc. supra cita. sub nu. 58. per glos. in cap. puer in uer. defensionem 15. distin. qui & alia nonnulla his similia in hanc rem addit,
7 & ex hac conclusione apparere inquit † Rip. loc. supra relat. sub num. 59. & 60. & Dem. Alciat. de uer. signifi. libro secundo sub nu. 34. & 35. Cur sit quod in dispensationibus & priuilegijs permissa non sit extensio; Quod scilicet quantum in eis sit, ius commune corrigatur.

SVMMARIVM.

1 *Non procedere supra firmatam conclusionem quando ratio est expressa in lege corrigente.*
2 *Sed Ripam putare iura quę pro dicta opinione adducuntur non probare.*
3 *Rationem complecti omnes casus suos comprehensiuè.*
4 *Quando in pluribus casibus est una eademque ratio, non extensiuè sed eo modo quo genus species sua complecti tur, intelligitur comprehendere.*
5 *Fauor publicus, & fauor pius licèt sint similes, sunt tamen numero differentes.*
6 *Vbi est omnimoda ratio in uno casu quę est in altero non dicitur extensio sed dispositio.*
7 *Dominum Alciatum discedere à communi opinione.*
8 *Variisque firmare illam argumentis. sub nu. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Rectè sensisse patres qui communem opinionem constituerunt, dum non tam materiam legum, pro communi opinione inductarum, quàm ipsam rationem in lege expressam perpenderunt.*
15 *Quando ratio est expressa in lege non dicitur dispositio extendi, sed intelligi, & comprehendi sub expresso, ex ratione & mente.*
16 *Dispositio dicitur magis enucleari quàm extendi quando eadem est ratio.*
17 *Et magis detegi quod in ratione in primo casu includebatur, quàm nouus casus induci.*
18 *Lex id omne dicitur quod in ratione consistit.*
19 *Casus non dicitur omissus vbi eadem est ratio.*
20 *Quando eadem est ratio, quod omissum est, ex uerbis legis ommitti non debet à religione iudicantis.*
21 *Vbi eadem est ratio, & eadem mens dicitur esse idem casus.*
22 *Ea quę sunt eiusdem rationis includi sub dispositione ex significatione ideſt expresse, propriè ac non tacitè.*
23 *Communiorem, & veriorem esse opinionem quòd ex sola legis ratione fiat extensio etiamsi lata non concurrat significatio.*
24 *Glos. in clemen. auditor de rescript. intellectus declaratur. nu. 25.*
26 *Glos. in clement. prima in uer. prælatum de elect. declaratur.*
27 *Domini Iciati ratio diluitur.*
28 *Declaratur in l. liberorum, de uerborum significationibus.*

An præmissa conclusio cesset, quando expressa est ratio in lege, lateque de veritate huius disceptationis differi.

CAP. VIII.



1 Estringunt autem imprimis Doctores hanc conclusionem ut locum non habeat, quando ratio † est expressa in ipsa lege corrigente quâ restrictionem probat Bald. in dicta authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. per tex. in l. his solis in uer. tacitè cautum putamus. C. de naut. feno. esse meliorem de iure, Alex. in d. l. si constante in dicta quæstio. nona Bartol. confirmat per text. cum glos. in clemen. prima. in uer. eligatur de electio. & Iaſ. in dicta authen. quas actiones per
2 tex. in l. cum mulier soluto matrimo. sed Rip. † in dicta l. si constante, sub numero 63. non probare ait quia prædicta iura loquuntur potius in limitatorijs & exorbitantibus, quàm in correctorijs, tentat tamen seruare Iaſ. quatenus ille videtur considerasse non materiam, sed rationem in lege expressam quam dicit instar generis sub quo omnes eius species comprehenduntur, complecti casus suos omnes † comprehensiuè, & non extensiuè per l. si quid
3 eaũ, §. inter emptum de lega. tertio, & l. regula. § si quis de iur. & facti. ignor. ideoque inducit Petr. & Cyn. in l. iura in singulos de legi. dicentes, quòd
4 † quando in pluribus casibus est una eademque ratio numero illa decidit omnes casus non pro extensione, sed eo modo quo genus prædicatur de omnibus suis speciebus, sed quando rationes sunt differentes specie, licet similes numero, tunc ista dicitur extensio, quæ est quædam progressio de termino ad terminum per adęquationem seu qualitatem & hoc ultimo casu uult loqui dictam authen. quas
5 actiones; Nam fauor publicus † & fauor pius licet sint similes sunt tamen numero differentes secundum Bald. in l. de quibus de legi & Alexan. in consilio 75. colum. prima, libro sexto. item addit quòd
6 ubi est omnimoda ratio † in uno casu quæ est in altero non dicitur extensio, sed dispositio, secundum glos. magistr. in cap. 1. in uer. Italiæ de tempor. ordinati. in sexto, & Fely. in cap. tua nos colum. secunda de iureiur. & hanc quoque limitationem inquit fuisse de mente Bar. in l. liberorum colum. sexta uer. his præmissis infra hoc titulo, hanc tamen sententiam sic communi consensu receptam ueram non
7 esse putat † Dom. Alciat. de uerb. signif. libro secundo sub nu. 36. post Io. de Imo. in d. l. si uero, § de uiro sub nu. 14. & 15. & Gemi. in c. 1. de tempor. & quali. ordinan. tol. 3. in prin. quibus in locis post Ant. But. in cap. fi de consuet. contrariam opinionem ueram
8 esse putauerunt per tex. † in clem. auditor iuncta ibi glo. in uerſ. Romanam nam ibi exprimitur ratio in litera scilicet ut circuitus euitetur, quæ ratio sibi fortius uendicat locum in auditore dato extra curiam per papam & tamen glos. dicit illam extendendam
9 non esse ad casum prædictum. Ad idem † facit

clem. 1. de electio. iuncta ibi glos. in uersicu. prælatum ubi similiter glos. videtur uelle quod licet ratio ibi fuerit expressa, nihilominus non fiat extensio ad
10 casum. Addit Dom. Alciat. quòd † cum hæc conclusio secundum scribentes procedat siue ratio sit expressa in lege, siue vnica tantum affirmari possit secundum glos. in l. quamuis. C. de fideicommiss. cõsequens esset vt regula nunquam procederet nisi vbi lex ex plurimis rationibus sancita esset qui casus rarissimus est, & ideo non etiam verisimilis neq; a legislatore animaduersus fuisse censendus est, l. nam ad ea de legi. Quinimò inquit quòd exceptio inepta esset, cum tunc non quia tractaretur de correctione precisa esset extensio, sed quia aliqua ex il-
11 lis rationibus cessaret. Nam & † ex eo confutatur hæc opinio quod receptissimi iuris est, quoties eadem ratio suadeat in correctorijs fieri extensionem de stricta vocabuli significatione ad latam. glos. in authen. vt hi qui oblig. se habe. perhib. res mino. in ver. curationem, quam significationem quid opus esset respici si etiam citra uocis generalitatem fie-
12 ret extensio; cum vnica in ratione † frequentissimũ sit, legis cardinem versari, perpendit & d. clemen. 1. de electio. in uer. prælatum & Bart. in l. liberorum infr. eod. dum vult statutum quòd stantibus masculis fœminæ excludantur non extendatur ratione agnationis conseruandæ, unde Imol. & Gemi. concludunt nisi concurrat lata seu impropria verbi significatio cum ratione, non posse per solam rationem extensionem fieri per molta iura & auctoritates quibus vterque mouetur at Dom. Alciat. ex sola ratione espressa in lege noua corrigente non cre-
13 dit extensionem fieri, † nisi ex illa appareat veteris legis rationem prorsus fuisse abrogatam, ut in l. maximum vitium. C. de lib. præter. & eandem sententiam cum Imol. & alij supra citatis firmauit Alex. in l. peregrè. §. 1. col. 2. vers. non obstat si pro opinione Cyn. de acquir. poss. Barbat. inter consi. Calcan. consil. 190. Maturè col. 4. post medium uers. & latius per And. Barbat. inter consi. Calcan. consil. 28. col. 9. Corn. in consi. 198. col. pen. libr. 4. Cur. Sen. in
14 consil. 12. col. 3. ante medi. Ego † in hac difficultate opinor rectè supra relatos patres sensisse, qui dum citatos locos perpenderunt ad confirmationem istius limitationis non tam materiam illarum legum quàm rationem in lege expressam considerarunt, à qua uoluerunt propter eius vim comprehẽ siuam, etiam in correctorijs posse dari progressum & optima quidem ratione, quia quando ratio est
15 † expressa in lege non dicitur dispositio extendi, sed intelligi & comprehendi sub expresso ex ratione & mente l. nominis & rei infra eod. & sic interpretatio quæ fit esse videtur potius intellectiua quàm extensiua Bal. in l. quamuis circa princ. C. de fideic. Craue. de antiq. tempor. part. 4. sect. 1. sub num. 89. uersic. rursus pro hac, neque hoc casu dicitur fieri extensio sed intensio Ias. in l. a Titio col. fin. de uerb. oblig. & in l. cum quidam col. fin. de lib. & posthu. Deci. in cap. secundo requiris col. 1. & 2. de appella.
16 magis enim dicitur † enucleari dispositio quàm extendi quando eadem est ratio; l. si postulauerit, §. sed si negauit de adult. quem text. ad hoc citauit Oldr. in consil. 185. Thema tale est, Titius canonicus in
17 fin & magis detege, † quod in ratione in primo casu includebatur, quàm nouus casus induci, quia lex
18 † id omne dicitur quod in ratione consistit cap cõsuetudo distinct. 1. & ita pulchrè tradit Calderi. in consilio primo in titu. vt lit. pendent. Nec dicitur
19 casus omissus † ubi eadem est ratio, Ioan. Ana. in consil. 261. visis & consideratis his colum. 2. ad fin. Bal. in l. per diuersas. C. mandat. pulchrè Abb. in cõsilio 75. columna tertia, libro primo, vbi in indiuiduo firmat hoc procedere in materia pœnali & correctoria; dicens illum committere in legem, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem, alibi scribit Oldr. in consilio 265. colum.
20 secunda circa fin. quando eadem † est ratio, quod verbis legis omissum est, omitti non debet à religione iudicantis per l. quæsitum scio de testa. Quinimò tradit Bal. in consil. 324. dimissis opinionibus in fi.
21 libro quinto, quod vbi eadem est ratio † & eadem mens dicitur esse idem casus, & in consi. 384. statuto ciuitatis cauetur quod nullus colum. secunda libro quinto, ea quæ sunt eiusdem rationis † includi
22 sub dispositione ex significatione, ideſt expresè prius & non tacite quam sententiam secutus sunt Ripa supra relatus in d. l. si constante sub num. 64. quibus accedit Crauet. in consil. 183. colum. 2. sub numero tertio, in consil. 186. sub num. 11. & in consilio 227. col. secunda sub numero quarto cum seq. & consonant quæ scribit Andr. Tiraquel. in l. si unquã in vers. libertis sub num. 4. & 46. C. de reuocan. donatio. Menoch. de arbitr. iudi. libro secundo, col. 1. cas. 63. sub num. 9. & cas. 84. sub num. 8. & seqen. & quæ scripsimus supra in parte spectante ad propriã significationem, dum differebatur de lata significa-
23 tione, & hanc † partem vt ex solius rationis in dispositione expressæ uirtute possit fieri de casu ad casum extensio, etiamsi non concurrat lata vocis significatio, probauit Ias. in l. si ita stipulatus, §. chrysogonus col. 12. uers. circa istud notabile de uerbo. obligat. ubi ait contra Alexan. & alios supra cita. ueriorẽ & communiorem esse opinionem in l. marcellus in princip. col. 11. in fin. vers. quid tenendum ad Trebel. in l. 1. col. 2. in fin. uers. sexto facit de in ius uocan. in d. auth. quas actiones col. 7. uers. sed non recedas a communi regula in l. de quibus col. 5. uer. puto quod utrunque saluari possit in consil. 112 in fine libro primo in d. l. quamuis col. 2. post medi. C. de fideicom. & in §. sequens colum. 3. nu. 9. instit. de actionib. quibus in locis simpliciter hanc opinionem amplectitur Curt. Senio. in consil. 81. col. 3. & seq. Deci. in cap. translato in primo not. de constit. Ripa in l. 1. § hoc autem ad Senat. Trebellia. Crotus Ripa in l. omnes populi col. 37. de iustit. & iur. Alex. in l. cum mulier in quinto notab. solu. matrimo. cum similib. quibus accedit Crauet. d. 4. par. sectio. 1. sub numero 88. & 89. Nec mouent quæ in contrarium sunt pro parte aduersa considerata.

24 Imprimisq; glo. † in ver. Romana in clemen. auditor de rescriptis. nam primo loco respondetur illam glos. reprobari ibi per Paul. de Leaz. & Bonif. de

de Vitali. in prima quæſtio. ſub nnmero 44. qui volunt a maioritate rationis quod ibi deciditur in auditore Roma. Curt. habere locum etiam in audito-
25 re dato extra Roman. curiam, deinde † quando citra veri præiudicium gloſ. illa eſſet vera dicitur ibi non fieri extenſionem ex ratione ibi ſcripta in illa clem. ad auditorem datum extra Romanam curiam quia in eo circuitus non erat inutilis, ut in Auditore Romanæ Curiæ, per ea quę ſcribit ibi Card. Zabar. in 14. q. quibus apparet caſum illum auditoris extra Romanam curiam non fuiſſe ſub ratione in dicta clemen. expreſſa comprehenſum, ſicque ceſſat om-
26 nis obiectio. Minus obſtat † gloſ. in d. uerſ. prælatum in dicta clemen. prima. de electio. quia ratio in illo tex. quæ militabat in prælato altetius religionis, nõ poterat applicari religioſo alterius regulæ, in quo diuerſitas habitus non poterat eſſe conſiderabilis, cum illi qui de una religione tranſiret ad aliam nõ quæreturius aliquod ante profeſsionem, & ſic non niſi facta mutatione prioris habitus, & poſt quam ſecuta fuit confirmatio, quod non eſt in prælato cui ſtatim facta electione quæſitum eſt ius ante profeſsionem & habitus mutationem, ut tradit ibi Imol. ſub numero 25. & Cardi. quæſt. 11. & Bonifa. Vitali. ſub numero 37. & 38. Non refragatur ratio
27 † Dom. Alciat. quia non eſt dubium quod regula intelligitur in dubio, quando legis diſpoſitio pluribus præſumitur innixa, tationibus, quę præſumptio ſit propter qualitatem materiæ correctoriæ vt infra declarabitur & ideo prohibitio extenſionis correctoriæ materiæ tribuitur & non defectui alicu-
28 ius rationis. Non officit † ſimiliter illa aſſertio Bart. in dicta l. liberorum ſub num. 12. ad finem, quia frequentior opinio eſt contra Bartol. quòd ratio agnationis conſeruandæ vnica aſsignari poſsit ad ſtatutum fœminarum excluſiuum, & quod idem operatur, ac ſi expreſſa eſſe in ſtatuto Rip. in rubr. ſoluto matrimo. in 10. quęſt. ſub numer. 61. & 62. Brun. in tracta. ſtat. fœminarum excluſiui in tertio & quarto arti. Gabriel. libr. 6. commun. de ſtat. concluſ. 6. in prima & ſecunda col.

SVMMARIVM:

1 *Idem iuris extendendi eſſe, quando unica tantum ratio in diſpoſitione aſsignari poteſt.*
2 *Quid iuris ſtatuendum ſit quando in extenſione faciendã vna partium dicit eam eſſe legis rationem, quæ aſsignari poſsit, altera dicit plures eſſe.*
3 *In dubio præſumendum non eſſe quòd vnica tantum ratio poſsit afferri.*
4 *Iudicis arbitrio relinquendum hoc eſſe qui variè ex circunſtantijs iudicabit.*
5 *Statutum excludens fœminas dotatas propter maſculos, habere quoque locum in ea cui dos à patre fuerit aſsignata.*
6 *Quę fuerit reſolutio Ripæ in hoc negocio.*
7 *Quid ſenſerit Pariſius.*
8 *Quid Marianus iunior.*
9 *Cęteros cum Salyceto in eam conuenire ſententiam vt plures in dubio ſint præſumendæ rationes.*

Anque idem iuris ſit quando unica tantum ratio aſsignari poteſt in lege, & an plures in dubio ſint præſumendæ rationes, uel una tantùm.

CAP. IX.

QVinimò dicendum eſt etiam reſtrictionem hanc ſibi locum vẽ
1 dicare, non ſolum quando ratio expreſſa eſt in lege, ſed etiã † quando unica tantum aſsigna ri poteſt per ea quæ ſcribunt gloſ. Bal. Caſtr. & alij in d. l. quãuis. C. de fideicom. cum alijs auctoritatibus ibi deduct. & ita extendunt reſtrictionem prædictam Ale. & Iaſ. in d. l. ſi conſtante in d. q. 9. vbi & Rip. ſub num. 65 & Iaſ. in d. auth. quas actiones ſub nu. 22. idem probat Crauet. de antiq. tempo. d. par. 3. ſect. prima, ſub num. 92. verſ. amplius puto illam dubitationem, ſub num. 23. Euerar. in loco à ratione legis larga ad legis extenſionem, ſub num. 22. ubi mo uet inſuper ualde oportunam quæſtionem pro explicatione pleniore iſtius primæ limitationis. Quid
2 ſi in faciendã † huiuſmodi interpretatione, atque extenſione altera partium dicat non poſſe aſsignari niſi unicam illam rationem, cuius medio dicat extendendam eſſe diſpoſitionem legis in correctorijs, contra uerò aſſeueret pars aduerſa dicens plures poſſe adduci rationes, cui erit credendum, aut cui incumbet onus probandi. Euerar. loco ſupra citat.
3 reſoluit in dubio † præſumendum non eſſe, quod unica tantum ratio poſsit afferri; quodque extenſio fieri ualeat ſed potius oppoſitum ut uoluit Sal. in l. 2. C. de nox. actio. cuius ſententiam referunt ac amplectuntur Alexan. & Ioan. Imol. in d. l. ſi conſtante ſolut matrimo. & Iaſ. in auth. quas actiones.
4 C. de ſacroſ. eccleſ. arbitratur ille tamen † hoc ut plurimum in iudicis arbitrio conſiſtere, qui ubi probabile eſſe animaduertet, ut unica tantum ſit ratio legis ita iudicabit, vbi uerò aliter appareat plures præſumendas eſſe pronuntiabit; & infert ad ſtatutum excludens fœminas dotatas propter ma-
5 ſculos, † ut habeat locum etiam in ea cui a patre dos aſsignata fuerit, quia unica tantum ſit illius ſtatuti ratio, fauor ſcilicet agnationis præſeruandę, argum. §. cæterum inſtit. de leg. agnat. ſucceſsio. ut in terminis decidit Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genero de conditio. & demonſtr. Bald. in l. non ſine. C. de bon. quæ lib. dicit tantum ſuper hoc latius uidendũ eſſe Georg. Nat. in cap. quamuis de pact. libro 6. in
6 colum. 26. Ripa † uerò in rub. ſol. matr. ſub nu. 62. in 10. q. uerſi. & ſi dixeris, ſic negocium explicat, aut ratio quam unicam quis dicit aſsignari poſſe, eſt dubia, aut eſt certa, primo caſu præſumitur contra allegantem, ſecundo non item, proponitque & ipſe exemplum in dicto ſtatuto excludente dotatam mulierem cuius ſolam putat eſſe rationem fauorem agnationis, & cum hac quoque reſolutione tranſit idem Ripa in dicta l. ſi conſtante ſub num. 65. Pariſ.

7 in consi.41.vol.3. †distinguit inter testatorem & legem, ut in testatore vnica tantum præsumatur, in lege autem plures Maria.iun. in consi.1.sub nu.52.
8 vol.1. † probat absolutè vnicam tantum in lege rationem præsumi, quia aliàs nisi ita esset sequeretur ut nunquam ab vnica ratione, tãquam ab expressa posset argui, cuius sententiæ videtur fuisse & Barto. Chassan.in consi.14. ad fin. Cæteri interpretes con
9 ueniunt † cum Salyc.in d.l.si serui uestri, quæ est secunda.C.de noxal.action. sic enim illius sententiam recipit Alex.in d.l.si constante solut.matr. in princ. sub num.5. Gomes. in §. omnium sub nume.28. de action. D.Alciat.de præsumpt.reg.1.præs.24. And. Tiraq.in cap.cum cessante limit.12.sub num.11.de appell & hanc partem dicit esse communem nouissimè Anto.Gabri.libr.6.conclus.tit.de statutis conclus.6.sub num.5.cum seq.

SVMMARIVM.

1 *A communi opinione recedendum non esse, quæ habet plures in dubio rationes præsumi, & non vnam tantũ.*
2 *In dubio faciendam non esse illam intetpretationem per quam iura corrigantur.*
3 *Quando plures rationes præsumuntur, etiamsi vna prosit dispositioni extendendæ aliæ non deseruiunt.*
4 *Argumentationi ab vnica ratione tunc esse locum, quando ratio quæ assignatur est certa.*
5 *Declaratur, §.1. in auth.de hered.ab intestat.venient.*
6 *A ratione semel assignata in una lege in eadem materia, posse argui tanquam vnica alterius legis in eadem materia.*
7 *Leg.præposteri, l. quoniam indignum. C.de testam.§.sed hæc solennia instit.de verb.oblig.& l.vlt.C.qui admit. determinari a ratione. l.1. & 2. C.de for. & impet. sublat.num.8.*
9 *Aliud proponi exemplum de l. non est nouum de legi.& auth.offeratur.C.de lit. contest.*
10 *Quæ sit auctoris sententia in hac difficultate extra casum materiæ correctoriæ.*
11 *In materia fauorabili vnicam præsumendam esse rationem, vt sub eius ductu ad omnes casus procedamus qui sub ratione comprehendi possunt.*
12 *In materia odiosa plures præsumendas esse, vt extensio euitetur.*
13 *In materia indifferenti si fauor vel odium præponderet secundum prædicta concludendum, in dubio non erit a communi sententia recedendum: vt plures rationes in dubio debeant præsumi.*

Quid sentiat auctor circa præsumptionem unius uel plurium rationum in dubio.

CAP. X.

MIhi hac in difficultate placet vt à communi Doctorum sententia non recedamus, quæ habet plures rationes in dubio præsumi, non autem vnicam tantum, in hac scilicet correctoria ma-
1 teria; tum scilicet, quia † in dubio non est recedendum à communi regula, quæ habet, non esse licitam extensionem in materia correctoria quam supra retulimus in princ. istius partis, & quam firmant omnes communi consensu in dicta leg. si constante in princip. in dicta 9. quæstio. Bartol. & in l. si uero, §. de uiro soluto matrimonio in dicta authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. per ea quæ adnotauit glos. in l.omnis definitio Deci.& alij in l.1.de reg.iur.Tum etiam quia in dubio non est facienda illa interpre-
2 tatio † per quam iura corrigantur, sed potius dispositionis sedere concilientur; per ea quæ supra diximus in constitutione principalis conclusionis in hac materia quæ interpretatio fieret vbi vnicam tãtum rationem præsumeremus, quia per illam prorsus comprehenderentur casus omnes, qui per illã deciderentur. & sic ultra expressa procederemus, contra d.l.præcipimus in fin. de appellat. & l.sanci-
3 mus. C.de testam.secus † vbi plures præsumuntur, quia etiamsi una dispositioni extendendæ conueniat non tamen possunt aliæ adaptari, quibus refragantibus denegatur progressus arg. §.affinitatis instit.de nupt. l. si non lex Elia sentia de hær. instit. & eorum quæ trad.Andr.Tiraq in cap.cum cessante de appellatio.limit.21. & si dicatur prout dicebat Maria.iun. loco supra relato ergo nũquam erit locus argumentationi ab vnica ratione, respondeo
4 quòd vtique erit † locus, nam in materia correctoria tunc admittetur istiusmodi ratiocinatio, quando ratio quæ vnica dicetur assignari posse erit certa, ut dicit Ripa supra allegatus; quamuis non declarer, sed tantum proponat exemplum illud statuti fœminarum excluforij, sed aliud exemplum proponi
5 poterit † in §.1. in auth. de hæred. ab intestat.ven. in vers.nulla, dum descendentes omnes ad successionem ascendentium admittit, nulla constituta differentia inter masculos & fœminas, & emancipatos eosque qui sunt in potestate ius antiquum corrigendo, nulla tamen addita ratione. nam cum eius constitutionis nulla possit alia esse ratio, nisi ea, quia naturæ accusatores existunt qui istiusmodi discrimina inter mares & fœminas constituunt; quæ ratio certa est, quia in l.maximum vitium. C. de liber.
6 præter. fuerat expressa; ideo ab illa argui † poterit tanquam ab vnica ratione quæ possit in hoc negocio assignari; per ea quæ notat glos. in l. de precio, de public. in rem action. & Baldus per illum text. in l. vtrum de petitio. hæredita. cum similibus
7 poni poterit † aliud exemplum in l. præposteri, in l. quoniam indignum. C. de testamen. in §. sed hæc solennia instit. de uerbor. obligatio. & in
8 l.ult. C. qui admitt. quæ omnes † leges correctoriæ determinantur illa vnica tatione quę in l.1. & 2. C. de impetrat. for. sublat. ne per huiusmodi nimias subtilitates actuum irritatio inducatur, & simplicitas legibus amica offendatur. §. sed quia instituta de fideicommis. hęredit. qnamuis in illis legibus
9 ratio ista non exprimatur. Aliud quoque † proponi posset exemplum in ijs quæ traduntur à Doctor. in l. non est nouum, & in l. sed & posteriores de

de legi. iuncta l. sciendum qui satisd. cog. cum auth.
10 offeratur. C. de litis contest. Extra verò † casus istius materiæ correctoriæ generalius ac plenius complectendo materiam præsumptionis vnius vel pluriũ legis rationum; ego sic distinguerem, quòd aut sumus in materia fauorabili, aut odiosa, aut indifferenti, quæ scilicet non magis odio quàm fauori sit applicabilis, ut primo casu cum materia admittat imò appetat ex sui natura ampliationem, atque extensionem, l. cum quidam de lib. & posthu. & cap.
11 odia de reg. iur. libr. 6. vnica sit præsumenda † ratio, ut sub eius ductu protendamus ad omnes casus qui comprehendi sub ea ratione possint, ipsum legis dispositionem; ut in materia dotis, uocationis filiorũ, publicæ utilitatis, & cæteris eius generis per ea quę tradunt Bart. & alij communiter in l. 1. solut. matri. Bar. Alciat. & alij in l. liberorum infra hoc titulo & habetur in l. cum ratio de port. quæ lib. damna. & in l. 2. ad fin. C. de indict. viduit. toll. Secundo verò ca-
12 su quando versamur † in odiosis, veluti in exheredationibus, priuationibus, pœnis, correctionibus, dispensationibus & cęteris eius generis, in quibus regulariter prohibitus est progressus vltra expressa, non vnam tantum sed plures præsumemus, per ea quæ supra dicta sunt in hoc capite correctoriorum, & quia odia sunt restringenda non autem amplificanda d. cap. odia ubi Dyn. de reg. iur. in 6. & d. l. cũ quidam de lib. & posthum. ubi Ias. Postremo autẽ
13 † casu, veluti in materia successionum ab intestato, possessionum, acquisitionum, bonorum possessionum, aditionum hæreditatum, & aliorum his similium ubi fauor uel odium præponderaret, secundum resolutionem factam in simplicibus constituẽdum esset, l. quæritur de statu hom. l. repetundarũ in fin. de testamen. trad. Doctor. in l. 2. in princip. de uerbo obligatio. Vbi uerò æqua esset utriusque ratio à communiter doctorum sententia non recederem, ut pluribus rationibus in dubio legislatorem motum fuisse sit opinandum.

SVMMARIVM.

1 *Extensionem non fieri ex vi rationis quando materia correctoria esset ac pœnalis.*
2 *Glos. in clem. secunda in ver. eisdem de electio. declarari. num. 2. & 5.*
3 *Sed Ripę suspectam esse prædictam conclusionem.*
4 *Declaratur tex. in l. cum mulier solu. matri.*
6 *Auctorem in Ripæ sententiam concedere, noua ratione.*
7 *Generalis significatio est propria, & nunquam censetur exclusa.*
8 *Ratio ad generis similitudinem casus omnes comprehendit.*
9 *Contrariam sententiam quæ pro limitatione facit æquiorem esse ac humaniorem.*
10 *Vt ob geminationem a verborum generalitate recedimus, sic ob duplex odium.*
11 *Ex vi rationis non fieri extensionem, quando per aliã legem prohiberetur extensio.*
12 *Literæ appellatione id solum venire quod oculis corporeis inspici ac legi potest.*
13 *In generali ratione semper inclusum reperiri quemlibet casum specialem.*
14 *Declaratur lex iubemus & l. hac consultissima. C. de testamen.*
15 *Formam per æquipollens non recipere implementum.*
16 *Cur necessaria fuerit introductio auth. & non obseruato C. de testam.*
17 *Formalem materiam non recipere nec additionem, nec diminutionem.*
18 *Qua ratione doceatur non esse uerum quòd ubi lex prohibeat extensionem, ex vi rationis non possit fieri.*
19 *Et propterea conuertendam esse conclusionem in contrarium.*
20 *Quæ veniunt ex vi rationis per intensionem & comprehensionem non etiam per extensionem venire.*

Vtrum supra firmata conclusio vera sit in materia correctoria tantum, an verò in correctoria & pœnali, quando per aliam legem prohiberetur extensio.

CAP. XI.

SVblimitatur tantum ista conclusio seu restrictio sic supra firmata de ratione in lege expressa uel quæ pro expressa habeatur, ut procedat solùm quando lex
1 esset correctoria tantum, secus si esset † correctoria & pœnalis, quia tunc extensio non esset permissa ex ratione quæ scripta esset in lege vel canone, glos. est singularis, ut dicit Euerar. in loc. a ratione legis lat. sub numero 24. in clem. 2. in uerb. eisdem de ætat. & qualitat. ordinand. quam ad hoc ponderat Ludo. Rom. in consi. 129. licet magna apud me fuerit dubitatio Alex. in d. l. si constante in d. 9. q. Bart. Gemmia. & Franc. in cap. 1. de tempor. ordinat. libr. 6. Ias. in d. auth. quas actiones, sub num. 22. & in l. fin. de in ius voc. & Butr. in repet. cap. fin. de consuetu. in prima
2 fallen. huncque dicit esse uerum intellectum † illius glos. singul. Euerar. loco supra citat. quæ etiam ita scipsam declarat circa finem, quamuis Io. Imol. in d. l. si uero, §. de viro col. 8. det alium intellectum ad eam, qui etiam verus est in se, & prędictis accedit Crauet. de antiq. temp. 4. par. sectio. 1. sub num. 85. qui plures alios addit istius sententiæ assertores,
3 sed Ripa † in d. l. si constante sub num. 66. suspectam habet hanc sublimitationem quia vbi scripta est ratio, ibi scripta esse dicitur dispositio vt supra dictum
4 est, & text. † in d. l. cum mulier allegatus pro fallentia confundit sublimitationem, & eam expresse reprehendere Abbat. ait in cap. vltimo de rescript. ad
5 glos. † in d. clem. 2. de ætat. & qualita. respondet in prælato non posse omnino militare rationem ibi scriptam, quæ in canonico locum habet, nimirum si in pœnalibus & correctorijs ibi non fiat extensio.

6 Ego credo Ripam vera ſentire † in puncto iuris, quia quemadmodum nemo eſt qui inficias eat, quominus ſi ex generalitate uerborum in materia correctoria, & pœnali comprehenderetur iſte caſus, deberet legis diſpoſitio ad illum protendi, l. cũ lege vbi Fran. Aret. col. 1. poſt princ. de teſtam. Dec.
7 in conſi. 5. ad fin. qula talis propria † eſt ſignificatio & nunquam cenſetur excluſa, ut per Doctor. ſupra relatos. ergo idem erit in ratione quæ ad generis ſimilitudinem omnes caſus qui per illam determinã
8 tur, comprehendit, † ut per Bald. in l. de quibus, ſub num. 35. de legi. cum ſimilib. ſupra rela. & tanto magis, quia ut Ripa ait, quod ex ratione eſt dicitur eſſe ex diſpoſitione, quod ante illum uoluit Bald. ab eo
9 non citatus in conſil. 384. col. 2. libr. 5. Scio † contrariam ſententiam quæ pro ſublimitatione eſt æquiorem eſſe ac benigniorem, maioriq; inniti humanitati, quæ in pœnalibus maxime attendi ſolet cap. in pœnis de regu. iur. in 6. quæ forte fortuna poſſet etiam defendi illa ratione, quòd quemadmodum
10 † propter geminationem a uerborum generalitate recedimus, ſignificationeque per eam importata, ut ſcribit Ludo. Roman. in l. ſi uero, §. de uiro ſolut. matr. ſub nu. 56. ſic, & ob duplex odium correctionis ſcilicet, & pœnæ, debebit uirtus cõprehẽſiua expreſſę rationis reſtringi, arg. cap. 1. de treug. & pac. & auth. itaque C. com. de ſucceſsio. Sublimitat ſecũ do loco Rip. ſupra firmatam reſtrictionem, quando
11 † per aliam legem prohiberetur extenſio, ſecundũ Bal. in l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax. inferens ad ſtatutum quo cauetur ut debeant ſtatuta ad literam intelligi, & prout ſtatuti litera ſonat, ut tunc cenſeatur prohibita omnis interpretatio extenſiua, cum lite-
12 rę appellatione † id ſolum ueniat quod oculis legi atque inſpici poteſt, non autem quod intellectu percipitur, l. 1 §. 1. de his quæ in teſta. delent. & per ea quæ ſcribit Alex. in l. ex hoc iure de iuſt. & iur. & ita ait recipere Fely. in cap. tranſlato, col. 1. & col. 5. de conſtitu. Sed idem ait hanc ſublimitationem ſibi vi-
13 deri periculoſam, quia cum in generali ratione † reperiatur incluſus eſſe quilibet caſus ſpecialis iuxta l. ſemper generalibus de reg. iur. expreſſus dicetur eſſe in diſpoſitione ſaltem uerbis generalibus; & conſequenter legi poterit, ut dicitur de uulgari & pupillari comprehenſa in reciproca & compendioſa iuxta trad. per Bart. in l. 1. col. 2. de uulg. & pupill. ubi Soci. Inf. & alij communiter. Verum aduerſus Ripam facere uidetur quòd exemplum hoc attinet ad ſtatuta de quibus paulò infra agemus, nos autẽ loquimur in materia iuris communis; Rurſus quia conuinci uidetur parum tuta eſſe hæc Ripæ opin. ſi de iure communi oportunius proponatur exem-
14 plum uelut i † in l. iubemus. C. de teſtam. in l. hac conſultiſsima, C. qui teſtam. fac. poſſ. in quibus locis correcto antiquo iure noua inducitur teſtamentorum forma obſeruanda, illi unicæ innixæ rationi, ut ſcilicet ille teſtamenti tot oculis ſubiectus, tot manibus pertractatus ob omnibus eximeretur fraudibus atque fallacijs hominum quibus potiſsimè tunc tẽporis ſubiecta eſt humanæ fragilitatis conditio d. l. hac conſultiſsima, §. at cum humana fragilitas. C.
15 qui teſtamen. facc. poſſ. quæ forma † non poterat recipere abſolutionem per æquipollens, & ſic ad æquipollens non poterat extendi, propter alias leges in materia formæ loquentes, ac prohibentes formalis diſpoſitionis legem protrahi de caſu ad caſum, qui etiam æquipolleat caſui expreſſo, l. qui per ſalutem de iureiu. & l. per hanc. C. de nunc. & actuar. lib. 11. etiam ſi caſus æquipollens fuiſſet per rationem in lege expreſſam comprehenſus. & ideo ad hoc ut ua
16 leãt teſtamenta quę quæ condita forent, ea forma nõ obſeruata, ſed ſub alia methodo † neceſſaria fuit inductio auth. & non obſeruato. C. de teſtam. ergo minus uerè uidetur concludere Ripa contra hanc ſublimitationem, uos tamen dicite hactenus adducta procedere non ex ui prohibitæ extenſionis, ſed
17 ex natura formalis materiæ quæ † non recipit additamentum, neque diminutionem, l. 1. §. opus nouũ de oper. noui nunc. Bal. in l. quoties col. 1. C. de ſuis. & legit. hæred. Cæterum extra caſum iſtius materię formalis correctoriæ, uix puto poſſe dari caſum iſtius ſublimitationis, qui ſemper non confundatur
18 iſtiusmodi ratiocinatione † prodita eſt communis iuris regula, & frequentiore Doctorũ concluſione quòd in correctorijs non debeat fieri extenſio d. l. præcipimus. C. de appellatio. d. l. ſancimus. C. de teſtamen. cum ſimilibus ſupra citat. in principali propoſitione iſtius partis. Quæ concluſio non eſt dubiũ quòd in omni lege corrigente prohibet extenſionẽ fieri, & tamen ſupra uidimui rationibus concludentibus ac irrefragabilibus extenſionem in lege corrigente fieri, quando ratio expreſſa eſt in ipſa lege corrigente. Ergo uera non erit hæc ſublimitatio; ſed
19 potius † è conuerſo conſtitui poſſet, memoratam reſtrictionem procedere etiamſi per aliam legem generaliter inhiberetur extenſio fieri, quia quæ ue-
20 niunt ex ui rationis non per extenſionem † ſed per intenſionem & comprehenſionem dicuntur uenire, ut per Iaſ. in d. l. à Titio ad fin. de uerbo. obliga. & per alios ſupra citatos in confirmatione antedictæ reſtrictionis.

SVMMARIVM.

1 *Ex ratione in correctorijs fieri extenſionem quando ratio in l. ſcripta eſt finalis ſecus ſi impulſiua.*
2 *Matheſilanum ſolennem Doctorem appellari.*
3 *Rationem propriè illam eſſe quæ eſt finalis.*
4 *Cauſam ſeu rationem finalem eſſe cauſam aliarum cauſarum.*
5 *Cauſam finalem eſſe fontem omnium cauſarum.*
6 *Cauſam finalem eſſe primum principium intenſionis quamuis ſit ultimum executionis.*
7 *Cauſam impulſiuam non propriè cauſam eſſe, ſed quoddam motiuum ad diſponendum.*
8 *Rationem impulſiuam eſſe quando legis deciſio generalior eſt ipſa ratione.*
9 *Rationem dici finalem quando eſt generalior lege, ad æque generalis ac lex.*
10 *Quæ Doctores ratiocinando dicunt de ui rationis, intelligendos eſſe de ratione finali.*
11 *Ex ratione quoque non fieri in correctorijs progreſſum, quando*

quando alia ratio non ſcripta in lege, uel canone extendendo contrarium ſuaderet.

12 *Et hanc ſublimitationem aut non eſſe ueram aut non eſſe ad rem noſtram.*

13 *Quia quod ex ratione expreſſa dicitur fieri, ex diſpoſitione dicitur progredi.*

14 *Cur ad noſtram non fieri dicatur num. 15.*

Quid iuris ſtatuendum ſit quando ratio in lege ſcripta non eſt finalis; uel quando alia ratio in lege non expreſſa ſuadet extenſionem.

CAP. XII.



1 Tertio loco ſublimitatur hæc reſtrictio, ut locum habeat quãdo ratio in lege ſcripta eſt finalis, † ſecus ſi impulſiua ſit, quia non licet tũc de caſu ad caſum diſpoſitionem legis extendere, Matheſil. in tract. extenſio. col. 2. quẽ ibi ſequitur in d. auth. quas actiones ſub d. num. 22. Ripa ind. l. ſi cõſtante ſub nu. 68. Euer. loc. ſupra cita. ſub nu. 25. And. Tiraq. in d. c. cum ceſſante limit. 1. ſub nu. 8. qui Matheſi. quem ſubtilem Do-

2 ctorem † plerique appellant, ut refert idem Tiraq. in loc. proximè allegato, ſic firmat per text. in auth. hæc conſtitutio innouat conſtit. & per not. per Io. Andr. & alios poſt glo. in cap. primo, in uer. Italiæ de tempor. ordin. lib. 6. huius autem limitationis cauſam afferũt noſtri, † quoniã proprie ratio eſt illa quæ eſt finalis, & quam græci λογικὸν αἴτιον appellãt nõ aũt impulſiua quam græci vocant, φυσικὸν αἴτιον p text. in l. 2. §. ult. de donatio. & ibi uotat gl. Bar. & alij l. j. §. ſexum, & ibi etiam gl. Bar. & cæteri de poſt l. generali, §. diuus de uſu & uſufr. l. cum talis de cond. & demonſtr. §. j. in auth. de non elig. 2. nub. cum quã plurimis ſimil. congeſt. per And. Tiraq. d. limit. j. in prin. eſt. n. impulſiua ratio abuſiua & impropria, ut dicit Cy. in l. generaliter 2. in 1. oppoſ. C. de epiſco. & cleri. & ibi quoq; Bal. col. 1. in 2. oppoſ. vbi & pre terea dicit auctoritate Ariſt. quod cauſa ſeu ratio fi-

4 nalis eſt † cauſa aliarum cauſarum, cuius locum non deſignat ſed eſt ex lib. 2. Phyſico. & idem Bald. in tu br. C. de inſtit. & ſubſtit. colu. 1. uerſ. cauſa uerò eſt, per l. Titio centum in prin. de condit. & dem. & l. de monſtratio. eod. tit. & l. ſecundam, §. ult. de donat. alibi idem Bald. in l. eam quam col. 1. uer. uenit ad

5 not. C. de fideicom. dicit † cauſam finalem eſſe formam omnium cauſarum, & in cap. j. ad fin. an muli. uel al. às imperfec. aſſerit cauſam finalem ſubſtantiã appellari per glo. in Liuriſgentium, §. quod fere de pact. alibi autem formam uocat ut in §. item ſi quis poſtulante inſtit. de actio. ſed & idem Bald. in l. auia

6 col. ult. C. de iur. dot. dicit cauſam finalem † eſſe primum principium intentionis, quamuis ſit ultimum executionis, & conſi. 350. præmitto quod illud col. 1. lib. 3. dicit cauſam impulſiuam non propriè cauſam † eſſe ſed quoddam motiuum ad diſponendum

7 vel contrahendum, dicitur autem cauſa uel ratio impulſiua plenius declarando quàm hactenus factum

8 ſit, quando deciſio † legis magis eſt generalis, quàm ſit ratio, tunc enim, quia ratio generaliter non militat, patet rationem eſſe impulſiuam, & non finalem exemplum patet in d. l. j §. ſexum de poſtulan. quan-

9 do uerò ratio eſt generalior † deciſione, uel æquè generalis tunc dicitur finalis & non impulſiua, ita notabiliter declarat Bald. in d. l. generaliter in 3. col. C. de epiſ. & cleri. & Bar. in extrauag. ad reprimendum in uer. nec ex eorum abſentia & ſeq. Euer. loc. ſupra cita. ſub num. 26. Nec puto ego in hac ſublimitatio-

10 ne conſtituendam eſſe † aliquã difficultatem, quia ea omnia quæ ratiocinando dicunt doctores a vi rationis, ſemper intelliguntur de ratione finali generica ad ipſam diſpoſitionem, vt ſupra dictũ eſt, quę qualitas impulſiuæ rationi non eſt applicabilis. Sub lim. 4. loco quando alia ratio non ſcripta in lege uel

11 canone ſuaderet extenſionem fieri † non oporteret, tunc enim quia deprehenderetur q̃ in caſu non expreſſo non militaret omnimodo eadem ratio quæ in caſu expreſſo locum haberet, non poſſet ex uirationis extenſio fieri tex. eſt cum ſua gl. ſingulari, ut dicit Euer. in c. conſtitutio de elect. in. li. 6. ubi notant Io. Imo. Philip. Fran. D. Gemin. & idẽ Imo. in l. ſiuerò. §. de uiro ſol. mat. Sal. in d. l. 2. C. de noxa. ſed

12 aut iſta ſublimitatio † non eſt vera, aut non eſt ad rẽ noſtrã, nõ uera quia etiãſi alia rõne generali prohiberetur extenſio; cũ tantũ illa quæ in individuo eſſet in diſpoſitione de qua ageretur aſſignata, extenſionem, vel magis intenſionem & cõprehenſionẽ admitteret, hæc ſpecialis admiſſiua intenſionis, reiecta generali illa prohibitiua extenſionis eſſet attenden da l. in toto de reg. iur. & cap. generi eo. tit. in 6.

13 tanto magis † quia quod fieret mediante ratione expreſſa cum diceretur fieri ex diſpoſitione, ut ſupra dictum eſt, nullam haberet repugnantiam cum ratione prohibente extenſionem quæ eſſet quid diuerſum arg. l. ſi. de cal. cum ſimil. & faciunt quæ ſupra diximus in limitatione de altera diſpoſitione, prohibente extenſionem.

14 Ad rem autem noſtram non erit † ſi uelimus illã rationem prohibẽtem extenſionem ita ſpecialitẽr ſibi locum vendicare poſſe in diſpoſitione correctoria ut illam quæ in diſpoſitione eſt expreſſa, quia tunc cum ſimus in diſpoſitione innixa pluribus rationibus quarum altera ſuaderet extenſionem, altẽra prohiberet, qui caſus non eſt noſter uidetur tunc

15 attendenda eſſe regula prohibitiua † l. hoc genus ubi gloſſ. de conditio. & demonſtrat. glo. & Doctor. in cap. cum dilectus de conſuetud.

SVMMARIVM.

1 *Ex vi rationis productionem non fieri in correctorijs, quando lex taxatiuè loquitur.*

2 *Dictionem taxatiuam negationem inducere.*

3 *Vbi alias fieret extenſio ibi ceſſat propter uerba taxatiua.*

4 *Verba taxatiua ſemper habere implicatam negatiuam.*

Verba

5 *Verba taxatiua adeo extensionem non facere, ut etiam actum fauorabilem restringant.*
6 *Dictionem taxatiuam non excludere casus similes.*
7 *Sed in plerisque quoque casibus admittere extensionem, veluti, cum est circa id quod aliàs iam erat dispositum.*
8 *Vel quando uersaremur in alia materia quàm correctoria.*
9 *Aut in ijs quæ sunt de natura actus.*
10 *Resultaret ue absonus intellectus.*
11 *In ijsque quibus derogatum non censetur per dictionem taxatiuam.*
12 *Et ubi materia esset fauorabilis.*
13 *Seu accessoria tractaremus.*
14 *Vel quando aliter de mente disponentis constaret.*
15 *Aut in ijs quæ sunt magni præiudicij, quæ non censentur exclusa per taxationem.*
16 *Vel maiora expressis.*
17 *Et quando agitur de eo quod censetur unum & idem per representationem.*
18 *Sumusque in æquipollentibus,*
19 *Ac in ijs quæ excludi expressè non potuerunt.*
20 *Vt in casu l. primæ, §. 1. de hæred. instit.*
21 *Habere tamen hunc casum multas difficultates, quæ resolui possunt ex dictis Cravetæ, remissiuè.*

Quid dicendum sit cum lex correctoria taxatiuè loquitur.

CAP. XIII.

SVblimitatur 5. loco quando lex correctoria non loquitur taxatiuè, uel per dictionem taxatiuam, secus si loquer etur taxatiuè, quia
1 tunc non fieret † extensio etiamsi haberet rationem expressam in ea, ita notabiliter dicunt Bald. & Ias. in auth. quas actiones, C. de sacr. eccles. post Guliel. de Cun. & Cy. in additio. ibi, cuius sententię uide tur esse Cravet. de antiq. temp. par. 4. sect. 1. sub num.
2 97. Dictio enim taxatiua † negationem inducit, quamobrem ubi illa ponitur in dispositione correctoria, uel exorbitante odiosa, non fit extensio, sic notanter scripsit Philipp. Franc. in c. constitutionem de reg. lib. 6. & multo fortius non fit extensio quando illa reperitur expresè fore prohibita, ut est tex. ind. cap. constitutionem iuncto, c. non solum eo. tit. & lib. cum ibi not. per gl. & doctor. Alex. in consilio 171. colum. 2. post medium, lib. 7. Ias. in auth non licet col. 2. C. de lib. præter. Euer. lo. supra cita. sub nume. 24. & 25. Craue. de antiq. temp. d. par. 4. sect. 1.
3 sub numero 110. vbi enim † fieret aliàs extensio, illa cessat propter uerba taxatiua; quæ extensionis dicuntur esse exclusiua, l. qui aliena, §. libertos de neg gest. l. qui sella, §. qui actum l. inter actum l. certo generi, l. Lucius in uersi. digitum unum de ser. rustic. prædio. l. si sic & l. si quis alia quemadmodum seruit. amitt. l. iij. § cum Titio de adim. legat. l. 3. C. patr. qui fil. distr. l. fin. ubi Paul. de Castren. C. de legi. glo. in l. rationes, C. de probatio. habent † enim
4 verba taxatiua semper implicitam negatiuam, quòd aliter fieri non possit, cap. cum ecclesia sutrina ubi gloss. de causs. poss. & pro. ibique glo. Io. And. post Goffred. in ner. tantum, & adeo uerba taxatiua extẽ
5 sionem non fernnt † ut restringant etiam actum fauorabilem l. pen C. de legat. Bal in consi. 262. in fin. li. 1. quod est repetitum in consi. 456. lib. 5 sed hoc dictum penes eundem Cravetam non caret dubitatione, & recte iudicio meo, quia cum non excludat
6 † sui natura casus similes, l. ob æs ubi gloss. & Doct. C. de prædijs mino. multo magis non intelligitur excludere ampliationem in materia fauorabili, & per ea quæ scribit idem Craue. in d. 4 par. sectio. 1. sub num. 116. & 120. Ista tamen sublimitatio ad huc restringitur tredecim modis per eundem Craue. loc. supra cit. Quorum primus est, quando taxati
7 ua est † appositа circa id quod aliàs iam erat dispositum, quia tunc nihil operatur nec impedit extensionem l. ait prætor, §. interdum iuncta ibi gloss. de neg. gest. Craue. latè examinans ibi sub nume. 112.
8 cum tribus seq. Secundus est † quando essemus in alia materia, quàm correctoria l. j. ff. si mens. falsi. mod. dix. d. l. ait prætor §. interdum Craue. sub num.
9 116. Tertius est in ijs quæ sunt † de natura actus quæ nunquam censentur exclusa clem. exiui de paradiso §. cum autem natura, de uerb. signific. Cravet.
10 ibi sub num. 117. Quartus est quando † aliàs resultaret absonus intellectus uel contrarietas Bal. & Ang. in l. cum notissimi per illum tex. in uer. solis, C. de præs. 30. uel 40. anno. Crau. lo. supra relat. sub num.
11 118. Quintus est † in ijs quę non censentur sublata neque exclusa per dictionem taxatiuam l. uiros ubi Bar. C. de diuer. offi. lib. 12. Rom. in l. 3. §. iurari de iureiur. Craue. ibi sub num. 119. Sextus est in materia
12 fauorabili † in qua dictio taxatiua non impedit extensionem ad similia ex identitate rationis, Bart. in l. si constante in fin. primæ q. princ. sol. mat. & ibi Ias. col. 14. ner. in quantum Crauc. loc. iam cita. sub
13 num. 120. septimus est in ijs † quæ sunt de accessorijs & de appendicibus Io. Andr. consi 36. Cur. sen. consi. 76. colum. 10. circa medi. Craue. supra cita. lo
14 co sub nu. 21. Octauus est † quando in ijs quæ sunt magni præiudicij, quæ non censentur exclusa per dictionem taxatiuam, Cœp. consi. 64. nerf. plus etiã dico colum. 7. Craue. iam relatus sub num. 123. De-
15 cimus est † in ijs, quæ essent maiora expressis quæ nunquam censentur exclusa esse per dictionem taxatiuam Dec. in consi. 3. col. 2. post medi. uers. & licet ista responsio. non est iste casus tamen sine difficultate ut per Craue. loc. iam dicto sub nu. 124. uer.
16 sed istud dictum. 11. est † quando agitur de eo quod censetur unum & idem per representationem ut in §. primo, in auth. de ureiur. a mor. præst. qui enim promittit factum suum intelligitur promittere factum hæredis, qui per representationem est eadem persona cum defuncto, d. §. j. & l. hæredem de reg. iur. & qui permittit disponendi facultatem inter fratres tantum non censetur excludere filios fratris, Cur. sen. d consi. 76. colum. 10. uer. & si quispiam dixerit, Craue. ubi supra sub num. 125. cum duobus seq.

18 seq. 12. est † quando sumus in æquipollentibus puta statutum dicit, ut hic Ticini, quòd positionibus debeat responderi per uerbum credit uel non credit, poterit etiam per uerbum fatetur uel negat Castren. in consi. 157. col. 1. in fi. li. 2. Craue. d. sectio. 1.
19 sub num. 128. 13. † est quando uersamur in ijs, quæ expresè excludi non poterant, ueluti in casu l. 1. §. 1. de hæred. instit. ubi si quis instituat hæredem in fundo tantum, & alium non faciat hæredem, non prohibetur quominus per ius accrescendi ille uniuersam habeat hæreditatem, non obstante illa dic-
20 tione taxatiua. ne † scilicet in facultate ipsius testatoris esset ut pro parte decederet testatus & pro parte intestatus, contra not. per Bald. & Dyn. in l. si quis ita hæres instituatur si legitimus de hæred. instit. cum simil. ibi per eum citat. Habet tamen iste
21 casus † multas difficultates ob contrariam Bar. sententiam in l. si quis priore in fin. ad sen. Trebell. & in l. pater filium col. pen. de inoff. testam. & attestationes uarias Docto. de communi. Nam Ripa in l. re coniuncti colum. 31. dicit contra Bart. sententiã stare communem opinionem de leg. 3. Iaf. in consil. 8. col. 9. & 11. li. 3. dicit magis communem esse Bar. sententiam, & postea in l. si mora in 4. not. sol. matr. non prorsus stat cum Bar. sed tunc demum quando expressa fuisset facta ꝓhibitio iuris accrescẽdi sed
22 hasce † omnes difficultates resecat, conciliatque contrarietates distinguendo quatuor casus ad quos omnem hanc materiam reducit, disertissimè admodum considerans, ut cætera eius omnia, idem Craue. d. sect. 14. part. nu. 129. & 140. uer. puto distinguendos esse aliquot casus, usque ad num. 134. quẽ consulere poterit q ampliora uelit in hoc articulo satis enim mihi fuit summo quasi indice taxatiuæ dictionis materiam demonstrasse, quandoquidem si ampliore illam prosequetur stilo nimis a proposito mihi instituto digrederet.

SVMMARIVM.

1 *Ex ui rationis non fieri progressum, quando casus non expressus, non esset æquè fauorabilis ac expressus.*
2 *Sed ueriorem sententiam esse in contrarium.*
3 *Genus inesse proprie in omnibus speciebus.*
4 *Et propterea non posse concludenter dici casum non expressum, qui non sit æquè fauorabilis, non contineri sub ratione generali expressa, quæ illam comprehendat.*
5 *Quia omnes casus sub ratione generali comprehenduntur, etiam si maior in uno uiget ratio, quàm in alio.*
6 *Quando cum ratione legis expressa concurrit etiam lata uocis significatio, semper extensionem fieri.*
7 *Imolæ opinio declaratur.*
8 *Glo. in uer. eligatur in clem. 1. de electio declarat.*
9 *Permissamque maximè extensionem esse, quando extra tione lege noua corrigente posita, apparet antiquam fuisse correctam.*
10 *Auth. præterea, C. unde uir & uxor, ex ratione ibi expressa, procedere etiam in pluribus ascendentibus.*
11 *Bar. sentit etiam in l. liberorum de uerb. significat. declarari.*
12 *Lege uetere cum ratione sua prorsus abrogata, tunc cessat impedimentum extensionis.*

An facienda sit extensio in correctorijs cum casus non expressus non est æquè fauorabilis ac expressus.

CAP. XIIII.

SExto loco sublimitatur, ut lo-
1 tantum habeat quando casus non expressus esset æquè fauorabilis ac expressus, secus quando non esset æquè fauorabilis, tunc enim non fit extensio † licet ratio sit expressa in lege uel canone, gloss. est singul. secundum Euerardum in d. loco a ratione legis lata sub nume. 26. uers. quinto illud in cap. in fidei de hæret. lib. 6. Et uult Ioan. de Imol. in d. l. si uero, §. de uiro sol. matr. & Doctor sæ-
2 pe alibi. Sed ego ualde dubito † de istiusmodi sub limitatione, quia cum ratio in lege expressa, tanquã genus complectitur omnes species æqualiter quam uis una species sit potentior altera, ut supra latè declarauimus in præmissis ad tractationem propriæ significationis, post Pet. Corisp. in rub. de leg. j. quia
3 genus æqualiter inest † & proprie in omnibus speciebus suis, l. semper generalibus de reg. iur. Bal. in l. ij. C. de iur. aur. annul. Dec. in l. in toto & pars de regu. iur. non uideo quomodo concludenter dici possit † casum non expressum non comprehendi sub ra-
4 tione expressa, etiam si non sit æquè fauorabilis, ut expressus, quia ratio generalis ad similitudinem dispositionis generalis, quæ omnes casus qui sub ea comprehendi possent, includit, † etiamsi maior sit rõ in uno quàm in altero debet casus omnes ab ea determinatos includere, quamuis unus sit fauorabilior altero; Bald. in l. in fraudem, §. ult de milit. testam. Dec. in consi. 5. col pen. circa medium cum & supra, non semel diximus, declarari modo ista re-
6 strictio potest, ut multo magi locum habeat, quando cum ratione legis expressa concurrereret † etiã lata uocis significatio; tunc enim omnis cessaret hęsitatio, quominus deberet extensio fieri, l. filium habeo ubi glo. ad Macedo Goza d. consi 90. col. 4. Craue. de antiq tempo. sect. 1. 4. par. sub num. 81. ubi uult legem correctoriam de filio loquentem, trahi ad nepotem ex identitate rationis, quia sub larga significatione filij appellatione continetur nepos, Bar. in l. liberorum per illum tex. infra eod. Roma. in consi. 120. cum alijs per eum citat gl. in §. primo, in uer. curationem in auth. ut ij. qui obligat. & sic in
7 uim declarationis † potest intelligi ac sustineri opinio Imo. in d. l. si uero, §. de uiro sub num. 15. sol. matri. & Gemin. in d. c. 1. de temp. & qualita. ordinan. lib. sexto, & Alexand. in dicta l. peregre, §. primo, de acquir. poss. sub nu 4. & aliorum qui supra, in prin. fuerunt citati contra opinionem communem cum quibus uidetur sentire D. Alciat. in d lib. 2. de uerb. signifi. sub num 39. & sic seruari poterit prædictorum

rum Patrum intellectus ad dictam glo.in uer. eligatur in clemen. de electio. ſupponendo quod ibi ſub
8 lata electionis † ſignificatione poſsit etiam uenire prouiſio, quaſi is qui prouideat alicui de beneficio uideatur illum eligere; idque citra communis intellectus præiudicium, quod habetur in cap. querelam de electio. & in c. relatum de præbend. quodque nota per glo. & Doctor. in c. 1. de re permuta. lib. 6. & in clemen. 1. eo. ubi gl. & doctor. uidentur iſtiuſmodi extenſionem admittere, & quod ſcribit Roch. Curt. in d. c. fi. de conſuet. ſectio. 4. ſub nu. 12. & prout declarat Craue. loc. ſupra, cita. ſub num. 84. uerſi. ex premiſsis apparet & plenius infra dicemus in 14. limitat. iſtius reg declaratur, 2. ut multo fortius procedat quoniam ex ratione in lege noua expreſſa † appareret penitus fuiſſe correctam legis ueteris rationem, per ea quæ ſcribit Alcia. in d. lib. 2. per l. maximum uitium, C. de lib. præter. per tradita a Socin. in conſi. 30. uol. 1. & nota. à Docto. in auth. præterea, C. unde uir & uxor. dum propter rationem inopiæ
19 in illa expreſſam, uolunt eam quoque procedere, quando non exiſtentibus filijs plures ſupereſſent aſcendentes, nam tunc pariter iuxta formam d. authen. uxor inops cum aſcendentibus admitteretur
11 & Bart. ſententia † in d. l. liberorum ſub d. nu. 12. in fin. infra eod. locum non eſſe, quando per alia ſtatuta appareret paſsim maſculos præponi fœminis,
12 & ratio eſt quia lege uetere cum ratione ſua † prorſus abrogata, omne tunc ceſſat impedimentum extẽſionis prohibitiuum, per trad. a Doctor. in cap. 1. de conſt. & per ea quæ ſcripſimus inſtit. de teſt. in prin. in materia legis correctionis & abrogationis impedienris eiuſdem citationem.

SVMMARIVM.

1 *Extenſioni in correctorijs locum eſſe quando per eam reducimur ad ius commune.*
2 *Statuentes poſſe recedere a ſtatuto confirmato a ſuperiore, & redire ad ius priſtinum.*
3 *Intellectus ad capit. per uenerabilem qui fil. ſint legit.*
4 *Rem facile reuerti ad naturam ſuam.*
5 *Regreſsus ad ius commune materia cenſetur eſſe fauorabilis.*
6 *Declaratur quod dixit D. Alciatus licitam eſſe extenſionem dum reuertimur ad ius antiquum.*
7 *Fieri quoque progreſsum in correctorijs quando uerſamur in correlatiuis.*
8 *Diſpoſita corrigendo in uxore intelligi diſpoſita in marito.*
9 *Diſpoſita corrigendo in actore, locum quoque habere in reo.*
10 *Pœnam impoſitam ementi intelligi quoq; impoſitam uendenti.*
11 *Conſuetudo, quæ habet relictum uſusfructus factum à marito uxori, extantibus filijs reſtringatur ad alimẽta tantum, habet locum è contra in uſufructu legato ab uxore marito.*
12 *Conſuetudinem auth. quod locum, C. de collat. locum habere etiam in matre teſtatoris.*
13 *Idemque eſſe in cognata teſtatoris cui relictus fuerit uſusfructus.*
14 *Doctores intelligere hanc materiam correlatiuorum concurrente eadem ratione.*
15 *Secus in diuerſa.*
16 *Statutum prohibens maritum ultra quartam partem legare uxori, non intelligitur e conuerſo uxorem prohibuiſſe ultram eam ſummam legare uiro,*
17 *Statuto prohibente ne uir leget uxori ultra centum, cenſentur quoque prohibere ne uxor capiat ultra centum.*
18 *Sed multo plures eſſe qui contra ſentiant in materia dicti ſtatuti, quàm qui ſecundum prædictum ſententiam opinentur. nu. 19.*
20 *Auctorem putare dictum ſtatutum procedere tam in uxore, quàm in marito, & quare.*
21 *Quando lex ſororem arcet a ſucceſsione patris, non intelligitur è contra a ſororis hæreditate fratrem excludere.*
22 *Quia excluſio ſororis eſt fundata ſuper ſolo agnationis fauore, qui non eſt reciprocus.*
23 *Qui plura cupiat in materia correlatiuorum quos adire debeat.*

Reſtringi ſupra firmatam concluſionem quando per extenſionem reducimur ad ius commune, uel in correlatiuorum materia uerſamur.

CAP. XV.



IMitatur modo ſecundo loco principaliter ſupra firmata concluſio, ut non habeat locum quando per talem extenſionem
1 † reducimur ad ius commune ſecundum glo. in cap. ſtatutum, in uer. numerandum de præben. libro ſexto, Butr. capitulo olim tibi per illum tex. de verb. & re. ſign. Alexand. in d. l. ſi conſtante in dicta 9. q. Bart. ſub num. 5. Iaſ. in d. auth. quas actiones, ſub num. 24. Fely. in c. cum acceſsiſſent colum. 2. de
2 conſtit. ſub num. 3. dum uult † ſtatuentes poſſe recedere a ſtatuto confirmato a ſuperiore, & ad ius priſtinum redire abſque alia licentia a ſuperiore impetrata, Soc. conſi. 150. colum. 23. lib. 1. ſub num 37. Ripa in d. l. ſi conſtante in princ. ſub nu. 61. qui dicit eam forte poſſe eſſe rationem quæ deſumitur
3 † ex capitulo per uenerabilem qui fili. ſint legit. ex Abbat. que ac alijs in cap. at ſi clerici §. de adulterijs de iudic. Quòd ſcilicet legitimatus per legitimationem reducitur ad ius naturæ primeuæ, ſeu ad primum ius naturale, §. ipſi uerò in auth. quib. mod. nota. eſſi. legit. uel planius dici poteſt iu iſtiuſmodi ca-
4 ſu † tolerari extenſionem quia res facile reuertitur ad ſuam naturam, l. ſi unus §. pactus ne peteret uer. ſicu. quoties de pact. & cap. ab exordio 35. diſtinct. quod probatur in cap. 1. iuncto cap. fin. de pact. in
6 glo. fin. in clement. ſæpe de verb. ſignif. & tradit Federi. de Sen. in conſ. 89. & quod iſtius talis regreſsus ſeu

5 ſeu reuerſionis materia † cenſetur eſſe fauorabilis, uoluit gloſſ.in d.c.ſtatutum in uer.numerandum,& Iaſ.in d.§.pactus ne peteret Euerar.in d.lo.a ratio. leg.lat.ſub nu.29.& alij ſupra relati patres in locis
6 proximè allegat.& ita † intelligendum eſt quod de reuerſione ad ius antiquum dicit D.Alci.de uerbo. ſignifi.lib.2.ſub num.42. & 43.per c. olim tibi de uerb.ſignifi. dum uult quod dicitur in correctorijs licitam eſſe extenſionem dum reuertimur ad ius antiquum, non eſſe intelligendum de iure antiquo legis 12.tab.ſed de iure communi, quod & propoſitis exemplis declarat,ut per eum.

Limitatur tertio loco,ut locum non habeat in correlatiuis eo quia lex correctoria diſponens ali
7 quid ſuper uno † correlatiuorum,intelligitur idem facere & in altero l.fin. C.de indict. uidui. toll. ubi notant Bart.Ang. Iaſ.& alij. diſpoſita corrigendo
8 † in uxore, intelligi quoque diſpoſita eſſe in marito Bal.& Caſtr. in d.auth. quas actiones C.de ſacr.eccleſ.Petr.Anchar.in repet. cap.canonum ſtatuta de conſtit.q.6.princ.Io.de Imol.in d.§.de uiro colum. quinta,ſub num.15.uerſ.tertio fallit ſol. matr. ſanctoSeu. in d.l.omnes populi de iuſt. & iur. in nona fallen.Lanfran.in d.§.de uiro in tertia concluſ. interpretationis extenſiuæ Butri.in repet.d.c.fin.in 1.fallen.& Roch.Cur.ſect.4.ſub num.11.per glo.in c.2. de locat.& in l.1.C. ne fid.& alia multa quæ allegat
9 ideo diſpoſita corrigendo † in actore locum habet in reo, ut gloſ.in l.per interuallum de iudi.& in authent.qui ſemel in uer.30.dierum, C. quo.& quan.
10 iudex & pœna impoſita ementi † intelligitur quoque impoſita uendenri l.ult. C.de cupr. ex Luc.dap. uel perſei.li.11.l.ult.de acceptilat. D.Alciat. lib.2. de uerb.ſig. ſub num.39.Iaſ.in d. auth. quas actiones ſub num.13.Alexan.in d.l.ſi conſtante ſub nu. quinto,Rip.ſub nume.82.Euerar.d.lo. a ratio. leg. lata ſub num.28.& plenius in loc.a correlatiuis D. Crau.d.antiq.temp.dicta par.4.ſect.1.ſub num.71.
11 ubi ait † quòd ſi conſuetudine inductum ſit ut ſi maritus relinquat uxorem ſuam dominam maſſariam & vſufructuariam bonorum ſuorum exiſtentibus liberis cenſeatur tantum reliquiſſe alimenta. iuxta nota.in auth.hoc locum C.ſi ſec. nupſ. mulier habet illa locum & extenditur è contra. ut ſi uxor reliquerit maritum dominum maſſarium,& uſufructuarium omnium bonorum ſuorum cenſeatur ei tantum reliquiſſe alimenta Bal.in d. auth.hoc locũ in fin.quod dictum pro ſingulari refert & ſrq. Iaſ.in l.fin.columna ſecunda,uerſi.ſexto facit,C.de indic. uidui toll.& conſi.112.colum.pen.lib.primo,cum ſimil.ibi per eum cit.confirmatur hoc dictum Bal. ex eo quod ſcribit Ange.in conſi.109.Quidam pro
12 ximus Vannis ubi ait conſuetudinem † dictæ auth. quod locum habere locum etiam in matre teſtatoris,nam ſi filius matrem reliquerit dominam maſſariam,& uſufructuariam bonorum ſuorum exiſtentibus liberis teſtatoris mater ſolum habebit alimenta,quod uoluerunt Bald.& Imol. in l.Titia §. fin.de leg.2.Iaſ.in conſi.44 col.2.in fin.libro 4.ubi Iaſ.idẽ
13 uult in cognata teſtatoris, quibus accedit † Craue. loc.proximè relato ſub nu.73.ubi aſſerere uidetur, hoc dictum communiter receptum, quamuis aliqua in oppoſitum afferat, eſt uerum quod ipſe loquitur in conſuetudine laudabili, quæ non eſſet contra ius, & quæ eſſet reſpectu correlatiuorum fandata ſuper eadem ratione: ſed idem dicendum
14 eſt † in materia noſtra, in qua doctores exaudiunt hanc reſtrictionem, concurrente eadem ratione. quæ uel in lege expreſſa ſit,uel quę unica poſſet aſſignari,quia tũc uirtute correlationis procedit cõcluſio a fortiore, & ita intelligenda ſunt ſupra di-
15 cta & infra dicenda,intelligitur † tamen hęc limitatio locum habere,vt declarant Doctor. ſupra citata.quando eadem militaret ratio inter ipſa correlatiua,aliàs ſecus,vt in l.curatorem .cum ibi nota. per gloſſ.Cy.& Doctor.C.de inter. matri.& in l.fin.ubi Saly.C.de reſcind.uendit.& ideo inquit Alci. ſub d.
16 num.29. Quod ſi † lege prohiberetur maritus ne ultra quartam uxori legare poſſet non cenſeretur uice uerſa prohibuiſſe, quia quantuncunque uelit uxor marito relinquat,uidetur enim conditionem uirorum meliorem feciſſe,& id cauiſſe,ne muliebribus blanditijs ſeducti, malè hæredibus ſuis conſulerent,vt ſcripſit Soci.Seni. in conſi.94.lib.3. coluni. 2.poſt medi.ubi reſpondet ad fundamentum correlationis,aitq; procedere reſpectu eiuſdẽ actus v.g.
17 ſtatutum prohibet † maritum relinquere uxori ultra centum, uxor prohibita quoque cenſetur accipere ultra centum ſed dicere uxorem quoque cẽ ſeri prohibitam relinquere ultra centum, non uidetur poſſe concludenter inferri, quia ſunt diuerſa & hanc reſponſionem non relato Socino probauit quoque Curt. iuni. conſi.6.colum.6. poſt medi. ſed eſt
18 † animaduertendum, quòd tametſi Socin. Cur.Iunior & Alci.iſtiuſmodi exemplo reſtringant ſupra relatam limitationem, nihilominus multò plures
19 eſſe † qui eodemmet exemplo confirment dictam limitationem, & putent idem hic dicendum eſſe, atque in caſu dicti Baldi in d. auth. quod locum, uidelicet ut quod dicitur in marito uice uerſa locum habeat in uxore,quos inter fuit Cur. ſeni. in conſi.111.ſtatuto paruenſi,Iaſ.in conſi.112.lib.primo.Crot.in l.omnes populi col.37.ſub nume.114. nona concluſio de iuſt.& iur.Rip.in rubr. de acqui. poſſeſſ.col.3.ſub nnmero 7.nec uidetur diſſentire Craue.loc.ſupra cita.ſub nume.72. & hanc partem
20 ego puto eſſe ueram,† quia, ut dicit Bar. in l.cunctos populos in 6.q.C.de ſum.trini.& fid.cathol.ratio dicti ſtatutii illa ſola fuit,eaq; unica poteſt afferri ne coninges ſeq; hęredesque ſuos ab inteſtato veniẽtes mutuo, amore ſpolient Dec.in conſi. 196.in princip.& in l.2.ſub nu.6. C. de in ius uoc. Alba in conſi.88.colum.ſecunda,in princ.quæ ratio non eſt dubium quod militat tam in uxore, quàm in marito & deſumpta eſt ex tex.l.ptima,de don. inter ui.&
21 uxor.Aliud proponit † exemplum D.Alciat.Quando lex ſororem a fratris ſucceſſione arceret.non .n. è contra fratrem à ſucceſſione ſororis, ſecundum id quod crebrius traditum eſt arcere intelligenda eſſet & quamuis aliqui contrarium tenuerint quorum rationes confutauimus in prima illatione Rip. in rub.ſupra,de acqui. poſſ.nihilominus communis

eſt

est secundum supra relatam opinionem D. Alciat. prout ibi testatur Ias. sub num. 21. qui ait a tali opinione in iudicando & consulendo non esse recedendum, & idem Ias. in l. inter stipulantem, §. sacram de uerb obl. g. col 9. Horma. Det. in d. rub. de acquir. possess. sub nume. 27. nam Alcia. ibi sub num. 12. & Soc. iun. sub nu. 47. Dec. & Cagnol. in l. secundum naturam de reg. iur. & ibi latè post cæteros hunc articulum excussimus, secundumque communem concluſimus, inter cæteras considerationes ea ratio
22 ne, quòd cum † exclusio sororis fundata esset super ea unica ratione fauoris agnationis conseruandæ, quæ non militabat e contra in fratre, ideo non potuerit illius dispositionis de sorore loquentis ad fratrem extensio fieri, sed de ijs hactenus ne omnẽ correlatiuorũ materiam hunc inuexisse uideamur,
23 Qui plura † cupiet consulere poterit Ias. & alios in d. l. ult. C. de indict. uidui tollen. Doctor. in d. rub. de acquir. poss. presertim recentior. Bart. & alios in l. ult. de acceptul. scrib in l. ult. C. de cupress. ex Luc. Dalphn. uel pers. lib. 11. Euerar. & alios topicos in in loco a correlatiuis & alios Doctor. in locis supra relatis & ex professo Io. Bapt. à S. Blasio in pulcherrimo eius tractatu correlatiuorum ubi plenè sequitur hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *In correctorijs productionem permitti quando uersamur in comparatis a lege antiqua.*
Quia lex superueniens in uno casu locum habet & in altero.
2 *Qui non potest testari non potest etiam codicillari.*
3 *Declarat gloss. in cap. si postquam, §. fin. de electio. libro sexto.*
4 *Doctores putare in comparatis licitam esse extensionẽ, tum quia hæc sit interpretatio legis, tum etiam quia sit interpretatio passiua.*
6 *Contrariam sententiam, ut etiam in comparatis a lege antiqua non sit licita extensio, pluribus placuisse.*
7 *In penalibus non esse licitam extensionem ab æquiparatis.*
8 *Ripam tantum credere non esse recedendum a communi ut ob comparata possit in correctorijs extendi.*
9 *Qui etiam adductis in contrarium occurrit.*
10 *Auctorem opinari, quòd fœdere distinctionis sint duæ istæ opiniones conciliandæ.*
Distinguendo inter adæquationem simpliciter factam, ac generaliter & reciproce factam.
11 *Hieronymus Torniellus compater Auctoris laudatur.*
12 *Ad æquationem simpliciter factam non operari nisi respectu eorum quæ competebant tempore adæquations, non etiam trahi ad ea quæ in futurum tribuuntur rei seu personæ cui fit adequatio num. 13.*
14 *Intellectus cap. quia circa de priuilegijs.*
15 *Vt in fauorabilibus simplex adæquatio non patitur extensionem, sic & in correctorijs ac multo magis.*
16 *Intellectus ad l. non sine, C. de bon. quæ lib.*
17 *Quando sumus in adæquatione per modum reg. facta, veram esse communem opinionem, vt licita sit in correctorijs extensio.*
18 *Vbi per omnia facta est adæquatio, ergo etiam quo ad futura.*
19 *Qui concludunt secundum prædictam theoricam.*
20 *In regularis omnimodæque aduocationis genere, nihil posse considerari quod sit tributum uni, quin sit quoq; tributum alteri.*
21 *Declaratur l. in tantum de ser. corrupt.*
22 *Plerisque placuisse ut extensio quæ fit respectu comparatorum, non habeat locum personarum causa.*
23 *Sed rectius Crau. sensisse, qui improbauit huiusmodi limitationem.*
24 *Quamuis vbi lex taxatiuè loquitur non liceat comparata producere.*
25 *Nec ultra ea in quibus facta est correctio.*

Locum non esse recitatæ conclusioni, quando sumus in comparatis à lege antiqua.

CAP. XVI.

IMitatur quarto loco, ut nõ procedat memorata concluſio quãdo sumus in comparatis a lege antiqua, quia dispositio noua
1 † correctoria superueniens in uno locum habet & in altero l. ut tantum de ser. corr iuncta l. si quis seruo persuaserit, C. de furt. ubi glo. Bar. & Doctor. uolunt ea quæ disposita sunt per legem nouam corrigentem in seruo, protrahenda quoque esse ad
2 filiumfamilias. Aliud exemplum † ponipotest in l. secuuda, de leg. primo, ubi ex regula iuris antiqui quinon potest testari non põt ẽt codicillari, fingamus modo lege aliqua municipali inuectum fuisse, ut minor uiginti annis non possit testari, quod esset correctorium dispositionis l. qua ętate de testamen. ubi maiori 14. annis datur facultas testandi; certe non poterit is quoque codicillos facere ita notanter scribit Bar. cui accedunt cœteri in d. l. secunda. de leg. 2. Anto. Butr. in c. si. in 3. fall. de consuet. pro quo est etiam glo. iuncto text. in c. si postquam, §. primo, & §. fin. de electio. libro 6. & glo iuncto text in dicta l. si quis seruo persuaserit ubi Bal. & Ang notant, glo. in l. quod uerò contra in fin. de legi. & quã-
3 uis † glo. in d cap si postquam loquatur in pœnalibus, & aliæ duæ glo. loquantur in exorbitantibus, nihilominus in quit Euerar. in d. loc. a ratio. sub nume 27. idem esse in correctorijs, prout firmant Bar to. & alij in l. Marcellus in princ. ad senat. trebell. idẽ Saly. & Doctor. in auth sed cum testator, C. ad leg. falcid. & d. l. 2. de leg. j. ibique plenè per Alexand. de Imol. eandem limitationem firmat Ias. in d. authen. quas actiones sub nume. 13. Ripa in d. l si constante sub num. 69. Ias. in l. si arrogator col. antepen. uersi. sed redeundo ad princ. q. de adoptio in l. transigere, colum. 5 uersi. secundo moueor, C. de transl. Dom. Alcia. de uerb. sign. lib. 2. sub num. 38. & 39. C auc. qui alios addit de antiqui. temp. par. 4. sect. 1. si bus
4 me. 68. ratio autem † istius limitationis duplex assignatur

gnatur per Doctor. altera per Ripam in d.l.si constã te sub d. nu.27. prima Ripæ est quòd ita fuerit rece ptum quia interpret atio ista, est interpretatio legis & non hominis, ut per Bar. ind.l.si constante d.q.9. Imol. in d.l. si uerò, §. de uiro fol. matri. & per Gemin. ind. capit.j. de tempor. & qualit. ordinand. Altera Euer. est quòd hæc extensio fit † ex interpretatione passiua quæ resurgit ex reg. iur. antiqui, quæ sem per est licita Butr. in d.c. fin. in 2. fallen. ubi & Roch. Cur. in d.4. sectio. sub nu.15. qui addit Alex. ad Bar. in l.j. §. lex falcidia ad leg. falcid. Abb. in c. ad audien tiam & in c. dilectus de cleri. non resid. Bar. in l. prima, §. lex falcidia ad leg. fal. & in l. omnes populi de iust. & iur. sub num.6. & ibi Io. Bapt. S. Seuer. in 1. fal len. Lanfranc. in repet. d. §. de uiro in quinta conclusio. quam ponit in materia interpretationis extensiuæ seq. Alciat. de verb. signifi. lib.2. sub nu.38. & 39.

6 Contra tamen hanc limitationem † apertè sensit Areti. in d.l.si constante in 7.col. per ea quæ not. Bar to. in l. eum qui §. prætor ait de publica. cui addit Rip. sub d. num. 69. glo. in §. ex maleficijs instit. de
7 actio. quæ uult in pœnalibus †. non esse licitam extensionem ab æquiparatis ergo multo minus conceditur in correctorijs in quib. difficilius conceditur extensio, quàm in pœnalibus secundum communiter scribentes in d.l.si constante in d.l.si uero, §. de uiro fol. matr. Alex. in auth. non licet, C. de lib. præter. quam sententiam recepisse uidetur Iacob. de Rauen. Petr. & Cyn. in l. non sine, C. de bon. quæ lib. per illum tex. quòd dictum pro singulari refert ac sequitur Socin. iu. consi. 150. col. 21. ver. bene facit sub nume. 18. lib. j. idemque tenet Io. Ana. in consi. 27. col. 2. per text. in l. fin. C. de sacr. eccl. iuncta auth. quas actiones nam in d.l. ult. ciuitas & ecclesia comparantur in materia præscriptionis, & tamen ius nouum dictæ auth. corrigens in uno non trahitur ad alterũ; secundum communem Docto. sentẽtiam & quòd hæc limitatio non procedat in correctorijs uoluit Ias. in l. marcellus in princ. colum. 7. uer. secundum principale ad senat. trebel. alleg. glo. in §. fin. in uer. placuerit & isti Ang. de Aret. inst. quib. ex caus. manu. non licet & sic patet Ias. fuisse sibi ipsi contrariũ in ista materia, sed Ripa credit loc. supra relato non
8 esse recedendum a communi opinione † per tex. in §. ex his in auth. de hære. ab intest. uenien. iuncta l 1. de leg. 3. per quem ita tenet Are. sibi contrarius post Bar. & alios in d.l.2. de leg. 1. idemque placuit Bart. & alijs in l. Marcellus in fi. princ. ad senat. trebell. dũ dicunt dispositionem auth. sed cum testator, C. ad l. falc. extendi ad Trebellianum pp æquiparationem legis antiquæ, & ita etiam firmat Roma. in consilio 32. visa municipali col. fin. Respondetque Ripa sub nume. 70. gl. in d. § ex maleficijs quam dicit ueram
9 non esse ut per Ias. ibi col. 5. quia etiam in † pœnalibus propter æquiparationem fit extensio ut in c. de multa de prẽben. & in c. si postquam in glo. fi. de elec.
10 tio. in 6. Ego opinor duas istas opiniones † distinctionis fœdere hunc in modum conciliandas esse, aut enim loquimur in adæquatione simpliciter seu reciprocè facta, ant in adæquatione facta generaliter ac reciproce per modum regulæ, uel omnimodè ac uniuersaliter, iuxta pulcherrimam theoricam, quam tradidit subtilis atque accerrimi iudicij uir
11 † Hieronym. Torniel. quondam compater & collega meus gratissimæ memoriæ in l. prima, colum. 2. de leg. 1. ex mente Bar. & cœterorum scribectium in dicta l. 1. vt primo casu uera sit opinio Pet. & Cy. in d l. non sine, C. de bon. quæ lib. ut correctoria dispositio superueniens in uno adæquatorum trahi
12 non debeat ad alterum. Ratio est † quia adæquatio simpliciter facta tametsi operetur ut iura seu priuilegia competentia rei seu personę cui fit adæquatio tempore adæquationis competant rei seu personæ adæquatę l. princeps de legi. l. maximum uitium, C. de lib. præter. l. 2. C. com. de legat. §. nostra autem instit. eod. tit. cum simil. de quibus per Bar. in d.l.j. de leg. 1. post prin. Attamen respectu superuenientiũ,
13 non trahitur ad ea † quæ in futurum post exequationem factam tribuuntur rei seu personæ cui fit adæquatio, ita omnes doctor. in d.l.j. dẽ leg. j per tex tum in l. si ita & in l. medico de aur. & arg. leg. & quã uis Rui. ibi obijciat, quòd indefinita ad futura trahi
14 tur, in priuilegijs † c. quia circa, & quod ibi not. Abb. de priuileg. tamen abundè occurrit ibi idem Tom. sub nu.3. & 4. ostendendo concessionem illam immunitatis pro bonis suis trahi ad futura quia facta fuit expressio bonorum suorum, ad demonstrationem bonorum eo modo quo inerat, quia immunitas non conceditur pro alienis bonis, & propterea non operatur ad bona præsentia restrictionem, l.3. de leg. j. nõ recte. C. de fideiussor. secus in casu d.l si ita quia facta fuit expressio bonorum ad eorum demonstrationem alio modo quàm inerat, & ideo operatur restrictionẽ latius explicando ut ibi per eum
15 ut igitur † respectu eorum quæ fauorabiliter concessa sunt, simplex adæquatio non patitur extensionem, multo magis non patietur in correctoria dispositione in altero adæquatorum superueniente, arg. auth. multo magis C. de sacr. eccles. & l. qui po-
16 test de regul. iur. & ita † intelligerem tex. in dicta l. non sine. C. de bon. quæ lib. ubi quæ dispositæ sunt in uiro, intelliguntur dispositæ esse in sponsa, sic etiam exaudirem dispositionẽ dictę auth. quas actiones iuncta, l. fin. C. de sacr. eccl. in cuius resolutione tam anxiè atque accuratè laborat Craue. in d. 4. par. sectio. 1. sub nu.100. cum septem seq. in ijs enim locis agitur de simplici adæquatione non de illa quæ generaliter per modum regulæ, uel omnimode facta est, ideoque &c.

Secundo vero casu quando sumus in adæquatio-
17 ne † reciproce facta, & per modum regulæ generalis uel omnimodè aut uniuersaliter, tunc uera sit opinio glo. Bar. & aliorum in d.l.si quis seruo persuaserit, C. de furt. vt dispositio in uno casu facta trahatur ad alterum etiam respectu futurorum, ita uolũt Docto. omnes communiter in d.l.j. de leg. j. dum approbant post Alex. illam decisi. Bal. & Guliel. de Cune. in l. omnia, C. de episcop. & cler. de priuilegijs studij Parisiensis per omnia concessis studio Tholosa-
18 no, & ratio est † quia si per omnia facta est æquiparatio & uniuersaliter ergo etiam quò ad futura, quia qui totum dicit nihil excludit l. Iulianus de leg.

3. cum

3.cum ſocijs & quia non poſsit dici per omnia eſſe quo ad futura,§.1.inſtit.de donatio. & l. ius ciuile, de iuſt. & iur. & quia attenta hæc omnimoda exæquatione conceſsio facta rei cui fit adæquatio intelligitur facta utriq; & correctio facta in altero adequatorum intelligitur facta in utroque.ut per gloſ. Bar.& doctor.in d.l.ſi quis perſuaſerit cum ſimil.ſupra citat.ſe ſecundum † hanc theoricam concludũt Alex.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum col.4.ſuper gl. in uer.emancipatus de lib.& poſth. Socin. conſilio 275.colum.5 poſt medium uerſi.confirmatur quia licet ciuitas,libro ſecundo,Dec.in d.c.trãslato in 2. not.de conſt. quibus accedit Craue. d.ſect.1.4.par. ſub nu.135. ideoque ſemper extenſio de uno caſu ad alterum fieri poterit cum uirtute iſtiuſmodi generalis reciprocæ adæquationis uel paſsiuè,uel a lege facta interpretatio extenſioque fuiſſe dicatur,vt ſupra retulimus ex Ripa in d.l.ſi conſtante & Euerar.in d.loc.a ratione legis lata &c.

20 Accedit inſuper quòd cum † in hniuſmodi adæquationis genere ita unius adequatorum natura ſit tributa alteri,& alterius uni,ut nihil poſsit in unius ſubſtantia fieri quod lex ſtatim non communicet alteri d.l.2.C.com.de leg.d.§.noſtra autem inſti.eo. tit.& tradunt ſcrib.in d.l.1. de leg.1.per illa iura neceſſe erit fateri, ut correctoria diſpoſitio ſuperueniens in uno,comprehẽdat utrunque cum propter iſtiuſmodi coniunctionem fieri haud poſsit ſeparatio. Nec mouet quod pungit Ripa in d.l.ſi conſtante ſub num.70.quod ſcilicet † in l. utrum non ſit facta æquiparatio per modum reg.& nihilominus gl. & Doctor. in dicta l.ſi quis ſeruo perſuaſerit C. de fur. & ſer. corrup. concludunt extenſionem fieri oportere : Quia dici poteſt, quamuis Ripa cogitandum relinqnat, quòd tametſi ibi non ſit facta æquiparatio per modum regulæ explicitè, eſt tamen facta implicitè, quia facta eſt per modum rationis in illis uerbis, Quoniam intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi. unde qua ratione in æquiparatis per modum regulæ explicatæ diſpoſitio noua ſuperueniens in uno caſu locum habet in altero : per ea quæ ſupra dicta ſunt,ſic & in æquiparatis uirtute rationis,per ea quę ſupra diſſeruimus in prima limitatione principalis, concluſio nis iſtius materiæ in qua longe latèq; oſtẽdimus uires rationis in lege expreſſæ. Sublimitatur

22 modo iſta limitatio † ut ſileat reſpectu perſonarũ æquiparatarum per legem antiquam quia lex noua aut correctoria diſponens ſuper una perſona non extenditur ad alteram,Io.de Imol.in d.§.de uiro in 5. limit.Alex. in conſi.131.col.2.lib.7.per doctr.Aret. & Moder.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantũ,col.5.de libe.& poſth. & hanc ſententiam amplectitur Euer.

23 loc.ſupra cita.ſub nu.27.ad fin.ſed rectius † iudicio meo ſenſit Crau.in d.ſectio.1.ſub num.102.& 109. qui reprobat hanc limitationem quia Bar. & alij in d.l ſiquis ſeruo C.de fur.uolunt dicta in ibi ſeruo ex di ad filiũ, quia in illa materia ſeruus & filius erant æquiparati per legem antiquam ideſt per d.l.ut tantum, & ſic admttunt extenſionem de perſona ad perſonã,& non habet hæc res difficultatem intelligendo communem ſententiam in memorata limitatione prout ſupra fecimus. Secundo loco ſublimitatur quando lex correctoria taxatiuè loquere-

24 liel.Cyn.& Iaſ.in d.auth.quas actiones ſeq. Crau.in d.ſectio 1.ſub num.110.ubi latè eam firmat ac ſublimitat in numeris ſeq.prout ſupra retulimus in limitatione de taxatiua,Aliaſq; duas addit ſublimitationes apud cum uidendas ſub nu.134.& 135.Rur-

25 ſus † ſublimitãda eſt hæc reſtrictio vt procedat extẽ ſio eatenus tantum quatenus facta eſt correctio in eo in quo facta eſt æquiparatio tantũ, unde quamuis rei uendicatio & publiciana paribus ambulent paſsibus,lex noua requirens bonam fidem in reiuẽdicatione alioquin uſucapionem impediens non intelligitur habere locum in publiciana,quia in eo nõ eſt facta equiparatio Bart. in d.l eum qui §. prætor ait de public.in rem actio D.Alcia.d.libro 2 de ver. ſign.ſub d.nu.39. Qũo autem in iſta materia ſit intelligenda lex antiqua declarari pnteſt,ut per Alci. d.libro 2.de uerb.ſig.ſub nu.42.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Abſurdum ubi ſequeretur niſi lex correctoria protrahe retur fit extenſio.*

2 *A proprietate uerborum recedi, vt fugiatur abſurdus ſenſus.*

3 *Copula mutat naturam ſuam, vt fugiatur abſurdum.*

4 *Largiſsimam fieri interpretationnm, ut abſurdum tollatur.*

5 *Argum.ab euitatione abſurdi adeo eſſe efficax ut procedat in omni diſpoſitione.*

6 *Correctoriam diſpoſitionem extendi, quando legis diſpoſitio fieret eluſoria.*

7 *Argum.à contrario ſenſu locum eſſe,quando non poteſt in ſenſu directo operari.*

8 *Dubitabile eſſe dictum Alex. in l.fin. quod quiſque iuris.*

9 *Et Dec.contrà ſentire in c.dilecta colu.3. de conſtit. uel inutil.*

10 *Protrahi quoque correctoriam diſpoſitionem cum de favore animæ tractatur.*

11 *Gloſſ.in uer. Apoſtolica in l.omnes,C.de fer. declarari.*

12 *Legis quoq; penalis fieri productionem ubi agitur de favore animarum.*

13 *Sed & corrigentem conſtitutionẽ extendi,quando identitas,uel maioritas rationis exurgit ex ui regulæ cui quod plus eſt licet.*

14 *Pater qui poteſt adulterum cum filia repertum occidere poterit multomagis contumelijs afficere.*

15 *Mulier profuga quæ ex ſtatuto poteſt occidi multo magis poterit adulterari.*

16 *Sed contrarium cum Bald. frequentius eſſe receptum.*

17 *Statuto concedente facultatem occidendi Bannitos, intelligitur quoque data poteſtas vulnerandi.*

18 *D.Alciatum contra prædictam limitationem ſentire, nec diſſentire Ripam, & quibus rationibus.*

19 *Quando id quod minus eſt comprehenditur in eo quod eſt maius non dici extenſionem.*

Qui

20 *Qui bannitum occidere potest non habet facultatem stu prandæ illius uxoris.*

21 *Regul. capituli, cui quod plus est, de regulis iuris, p libro sexto, non rocedere in materia correctoria.*

22 *Auctor putat extensionem ab identitate uel maioritate rationis procedere ubi ratio expressa sit in lege.*
Secus ubi non sit expressa & essemus in diuersis speciebus, ibi.

23 *In ijs quæ essent eiusdem speciei posset defendi extensio ex ni uerborum.*

24 *In istis tamen casibus non tam agi de extensione, quàm de comprehensione.*

An sit locus memoratæ conclusioni, quando sequeretur absurdum nisi lex correctoria extenderetur ; uel fieret elusoria, aut ageretur de fauore animæ ; uel identitas, aut maioritas rationis resurgeret ex regula, cui quod plus est licet.

CAP. XIX.



Limitatur quinto loco quando sequeretur absurdum nisi lex correctoria extenderetur nam tunc ratione absurditatis euitandę † licita est extensio secun
1 dum gloss. in clemen. fi. in glo. prima, & secunda, iuncta glo. fin. de rescriptis. ubi gloss. uult quod licet dispositio dictæ clemen. sit correctoria tamen extendatur ad literas legati, ne sequatur absurdum quòd literæ legati sint maioris roboris, quàm literæ Papæ argumen. l. nam absurdum de bon. liber. capitulo secũ
2 do, de conces. præb. in sexto, recedimus enim † a proprietate uerborum, ut fugiamus absurdum sensum Abb. in capitulo primo, colum. penultim. de con-
3 stitutio. & copula mutat naturam † suam, ut fugiatur absurdum Felyn. in cap. secundo, colum. prima. de rescriptis. sic uoluit Imol. in dicta l. si uero §. de uiro sub numero decimoseptimo, & clarius sub numero decimoquarto, per text. in l. scire oportet in §. illud de excus. tuto. & in l. non dubium C. de legi. Ias. in d. auth. quas actiones sub numero vigesimoquarto, Rip. in dicta l. si constante sub numero 71. Euerard. in dicto loco à ratio. legislat. sub numero trigesimo, Crauetta de antiqui. tempor. dicta quarta part. sectio. prima, sub numero 137. fit
4 enim † largissima interpretatio ut absurdum tollatur etiam in materia stricti iuris Abb. in cap. cum dilectus colum. secunda, uersiculo & ex hoc textu nota unum de consuetud. Alexand. in consilio 80. columna penultima, uersiculo pro hoc etiam facit libro primo, & in consi. 217. colum. penulti. in fin. uersi. idem respondeo libro secundo, latè Corne. in consilio 188. libro secundo, Decius in capitu. cum inter, in septimo notab. de except. & adeo est efficax
5 † istiusmodi arg. ab euitatione absurdi ut procedat in contractibus, testamentis, iudicijs & statuti s, siue agatur de ampliatione siue de restrictione facienda, ut latè per Curtius consilio quadragesimoquinto, statuto seu consuetudine columna secunda, & consilio quinto, super testamentis columna secunda. quibus accedit Ripa in dicta l. si constante sub num. 71. ad finem, & faciunt quæ supra diximus, in tractatu improprię significationis in limitatione ab absurdo.

Limitatur sexto loco ut ociosa sit prænarrata conclusio quando aliàs legis dispositio redderetur
6 elusoria † tunc enim licita est extensio secundum glossam in clemen. prima, in uer. sepelire de sepul. & in cap. quamquam in gloss. fin. de usur. libro sexto, per quas duas gloss. Ioan. de Anan. sic constituit in rubr. de apostat. Quarum glossarum rationem optime deseruire quoque in correctorijs scribit Euerard. in dicto loco, a ratio. leg. lata sub numero trigesimoprimo, per illas quoque gloss. & Ana. authoritatem sic firmat Ias. in d. auth. quas actiones sub numero 26. Felyn. in capitulo translato circa fi. de constitutio. Franc. in capitulo primo, supra cit. de tempo. & qualit. ordin. in 18. fallen. Lanfranc. in dicto §. de uiro in materia interpretationis extensiuæ Bartolus in l. non dubium, C. de legibus Castr. in consi. 175. casus præsens columna quinta, in fin. uersiculo pro hoc etiam facit libro primo, seq. Crauetta dicta sectio. prima, sub numero 139. ad fin. Rip. in dicta l. si constante sub nume. 73. Dominus Alciat. dicto libro secundo, sub numero 44. uersic.
7 nam & lex, hinc est † quod licet non ualeat argumentum a contrario sensu quando induceretur correctio ut supra dictum est, tamen quando lex non posset in sensu directo aliquid operari, nisi assumeretur argu. à contrario sensu, eidem ratiocinationi locus fieret auth. ex testamento quam ibi ad hoc notat Lndouicus Roma. & Recentio. C. de collatio. Bald. in l. obseruare §. proficisci. in tertia quæstio. de offic. proconsl. facit textus, in capitu. si ciuitas in sui ratione de sent. excommun. libro sexto, cap. commissa, §. primo, de electio. eod. libro, hinc dicit Ripa
8 † sub dicto num. septuagesimotertio, ad fin. dubitabile reddi dictum Alexand. in l. fin. quod quisque iur. Dum uult exceptionem non ampliare regulam quando per talem ampliationem induceretur legis correctio, etiamsi alias exceptio nihil operaretur non enim † uidetur hoc uerum per supradicta
9 & contrarium decidit Decius in capitulo cum dilecta columna tertia, de confirmatione utili uel inutili, & ad confirmationem istius limitationis deseruiunt ea quæ supra diximus in materia impropriæ significationis dum ibi concluſimus eam recipi quando alias dispositio efficeretur elusoria.

Limitatur septimo loco, quando ageretur de
10 fauore animæ † tunc enim ratione peccati

euitandi legem correctoriam extendimus ob iden
titate rationis, ſecundum Bart. in authent. ſacra-
menta puberum, C.ſi aduerſ.uenditio.in penul.co
lum.uerſiculo, quæro utrum iſta auth.ſequitur Lu
do.Roma.in l.ſequitur, §.ſi uiam de uſucapio. Iaſ.
in d.auth.quas actiones ſub num.25. Abb.in cap.ex
tenore qui fil.ſint legit.Felyn.in c. translato de con-
ſtitu.Franc.in d.cap.1.de tempor.& qualit.ordi.uer
ſi.quarto limita & in c.ſciant de electio.eod.li.idem
Felyn.in cap.iurauit de probatio. & in cap.fi. de præ
ſcriptio.Alex.in l.4.§.cato colum.6. de uerb. oblig.
gloſſ.notab.in l.omnes in uer. Apoſtolica, C.de fe-
11 ri.quæ † ſingulariter uult feriας contra ius inductas
in feſtis Apoſtolorum ex maioritate rationis exten
di ad diem Beatæ Mariæ Virginis. idem uult Anto.
Butr.in d cap.fin.de conſue.in prima fallen.& domi
ni.Geminia.in d.cap.j.de tempo.& qualita.ordinan.
in 1.fall.Ludo.Roma.in auth.ſimiliter in 19.ſpecia
li.C.ad leg falcid.in quorum ſententiam it quoque
Euerar.in d.loc.a ratio.leg.ſub nu. 30. qui alios ad-
dit & Rip in d.l.ſi conſtante ſub nume.72.qui addit
Io.Imol.conſi.1.col.3.& conſil.123. colum. penul.
Roma.conſi.283.omnia ad deciſi.in fin.& Sicu.Bar
bat.in conſi.56.colum.12. lib.1. Et fuit hæc theori
ca.Io.Andr.in d.c.extemore qui fil. ſint legit. quam
recipiunt ibi But.& Abb.ſupra relatus in dicto cap.
quæſiuit de diuor. Butr.in c.ad eminentiam in fi.de
ſent.excom. Gemi.in cap.pro humani. prima colu.
de homicid. lib.6. ſequen. Do.Alcia.d.l.2. ſub nu-
12 me.44.facit quia ubi agitur † de fauore animarum
debet legis pœnalis fieri extenſio ut notat glo.in c.
ſciant cuncti de electio.in 6.& in c.fina. eo.tit.Abb.
in conſi.113.in ſecundo,uol. incip.in quæſtione mo
uenda inter Antonium ad fin.ſed hæc omnia intelli
genda ſunt prout dicemus infra in ſeq. loco in pœna
lib.in pœnalibus in ſexta limit.

Limitatur octauo loco ſupra dicta concluſio, ut
13 ceſſet quando identitas † uel maioritas rationis ſur
git ex ui reg.cui licet quod eſt plus de reg.iur.lib.6.
14 & l.non debet eod.tit. & ideo patet † qui poteſt ad
ulterum cum filia repertum occidere l. nec in ea,§.
ius occidendi de adult.poterit multo magis contu-
melijs afficere.Dyn.in dicto capit. cui.uel pater po-
teſt filium patriæ hoſtem occidere, ergo & exhære
dare,l.in ſuis de lib.& poſth.

15 Hinc etiam † dicebat Nell. in tracta. Bannito. in
ſecunda par.ſecundi temp.quæſtio.46.quòd ſi mu
lier profuga uel bannita poteſt occidi multo magis
poterit adulterari cum maius ſit homicidium, quã
adulterium 33.quæſtione ſecunda, cap.ſi quod ue
rius,ibi ſi enim facturus eſt quod non licet prius fa-
16 ciat adulterium,quam homicidium,ſed † Bald.in l.
fin.C.ſi contra ius uel utili.pub.contrarium conclu-
dit,quòd imò non poſſit adulterari etiam ſi poſſit
occidi cuius ſententiam communiter eſſe receptã
dicit Dec.in c.quæ in eccleſiarum de conſtitu. ſub
numero decimoſexto,& in d.l non debet ſub num.
tertio,Exemplum proponit Ripa in dicta l. ſi con-
ſtante ſub num.74. ueluti ſi ſtatutum concedat fa-
17 cultatem † occidendi Bannitos,nam uult ut a ſu-
pra ſcripta regula poſſit argui poteſtatem quoque
uulnerari per idem ſtatutum datam eſſe, tametſi ta
le ſtatutum ſit correctorium iuris communis l.nec
in ea,uerſiculo qui occidere & ibi Bart. de adult.cũ
concord.adduct. per Alex. in l.in ſuis columna pri-
ma,de liber. & poſthum. Quinimmo dicit Bald.in
l.prima,C.de priuat. carcer.ad fin. quod etiam po-
terit impunè in priuato carcere detineri. ſed Do.
18 † Alciat.dicto libro ſecundo, de uerborum ſignifi.
ſub numero 41.uidetur ſentire quòd huiuſmodi li-
mitatio nõ poſſit procedere nec uidetur abhorrere
a mente Ripæ ſub d.numero 74.ea bicipiti ratione,
aut enim quod minus eſt,ſub eoque quod plus eſt
continetur,eiuſdem eſt ſpeciei, uel diuerſæ,primo
19 caſu non poteſt dici extenſio fieri, quia † cum id
quod minus eſt comprehendatur in eo quod plus
eſt ex ui uerborum,l.prima,§.ſi ſtipulanti de uerbo.
obligationibus,cum.ſimil & in terminis ſupra dicti
ſtatuti uult Alexand.in conſi.24.colom.finali, ubi
infert ad ſtatutum admittens domeſticos teſtes ad
probãdum homicidium factum in domo, ut etiam
uideatur admittere ad probandum uulnus in do-
mo illatum, non dicitur fieri extenſio ſed compre
henſio ex diſpoſitione,hoc caſu non eſt uera limita-
20 tio, quia † qui exulem interficere poteſt, non ha-
bet facultatem ſtuprandæ illius uxoris, Cardin. in
clement. ne Romani in quarta oppoſitio. de
electio.

Confirmatur hec obiectio ex eo quod ſcribit De
21 ci. † in d.l.non debet ſub num.quarto, ubi ait regu.
illam non procedere in materia correctoria in qua
non ualet argumentum a maioritate rationis,
ſecundum gloſſam quæ approbatur communiter,
in d.auth. quas actiones, C.de ſacr. eccleſ.& glo ſi.
& ibi Bar.in l.ſancimus C.de teſtam. & in l.præcipi
mus, C.de appellatio.

22 go arbitror † iſtam limitationem accipere de-
bere reſolutionem ex ijs quæ ſupra diximus in pri-
ma limitationead præmiſſam quã uerſamus cõclu-
ſionẽ,uidelicet ut ſi ratio ſit ſcripta in lege,uel uni-
ca tantum poſſit afferri detur progreſſus in correc-
torijs de caſu ad caſum,& de perſona ad perſonam
prout ibi latè diximus uigore prædictæ regulæ,
Quod ſi non ſimus in prædictis caſibus, in diuerſis
ſpeciebus hæc limitatio non progrederetur per d.
gloſſ. in dicta autho. quas actiones quam Barto.&
alij probant in dicta l. ſi conſtante in principio, in
dicta nona quæſtione,Bartolus,& alij in dicta au-
then. quas actiones & in alijs locis ſupra relatis,
in ijs uerò quæ eiuſdem eſſent ſpeciei, poſſet li-
mitatio procedere, quia ex ui uerborum quod
23 minus † eſſet contineretur & proprie l.in toto &
pars de regulis iuris ubi Decius, l.ſi quis cum to-
24 tum de exceptio.re.iudic.ubi Socin.ſed tam † in iſto
caſu, quàm in duobus ſuperioribus de ratione
in lege ſcripta & quæ unica tantum poſſit afferri
non propriè puto agi de extenſione, ſed potius de
comprehenſione, & ſignificatione ex diſpoſitio-
ne,prout ſupra declarauimus in dicta prima limi-
tatione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Productionem fieri in correctorijs ad consecutiua necessaria.*
2 *Præscripto fundo censeri quoque præscriptam seruitutem.*
3 *Cum ex dispensatione quis duo obtinet sacerdotia, & per collegas aliquid utrobique tractatur aduocandus est.*
4 *Legitimam regi secundum naturam intestatæ successionis.*
5 *Publicam honestatem mutatis gradibus publicæ honestatis similiter mutari.*
6 *Correcta lege papia quæ matrimonium Senatoris cum liberta prohibebat censeri quoque correctum quod ad illius exemplum fuerat inductum, ne scilicet filia senatoris liberto nuberet.*
7 *Destructo principali per uiam perscriptionis aut correctionis, intelligi quoque sublatum accessorium.*
8 *Vbi Sum. Pontif. dispensat, ut quis possit habere duo beneficia curata, intelligitur quoque dispensasse super residentia.*
9 *Episcopus tametsi in diebus solennibus interesse debeas in Diuinis in ecclesiis, si tamen dispensatus fuerit ut possit habere plures episcopatus intelligitur quoque super eo dispensatus.*
10 *Qui teneant hanc limitationem.*
11 *Dispensatus episcopus super tempore consecrationis, intelligitur quoque dispensatus super uacatione Beneficiorum.*
12 *Siue dispensatio sit facta motu proprio, siue ad instantiam electi.*
13 *Licet dispensatio sit stricti iuris tamen trahitur ad consecutiua.*
14 *Quæ addiderit Roch. Curtius huic limitationi de consecutiuis.*
15 *In correctorijs quoque fieri extensionem ad ea quæ sunt de natura ipsius actus.*
16 *Illa enim nunquam censetur excluſa,*
17 *Procurator si habeat mandatum ad agendum tantum nihilominus poterit defendere.*
18 *Feudum si quis præscripserit, in eo succedere eos qui secundum feudi naturam succedere debebant.*
19 *Constitutione prolata quæ infringat præscriptiones omnes feudales quantum ad materiam feudalem omnes etiam ad feuda inhabiles admittentur.*
20 *Emphyteusim ecclesiasticam præscriptam, censeri quoq; præscriptam in tertiam usque generationem.*
21 *Emphyteusim præsumi præscriptam secundum id quod in regione seruatur.*
22 *Ea que de natura actus sunt, etiamsi omittantur intelliguntur inesse.*

Ociosam esse prædictam conclusionem in ijs quæ sunt de consecutiuis necessarijs, & de natura actus.

CAP. XVIII.

LImitatur nono loco, ut locum non habeat in accessorijs & consecutiuis necessarijs, † ad quę omnia lex correctoria in uno lata extēditur, & ideo inquit Bar. in in d.l. de quibus de legib. colum. 2. 1 2 præscripto fundo censeri † quo que præscriptam seruitutem fundo competentem per l. si alienas, §. 1. de usucap. transf. Bal. consi. 459. amplius col. pen. circa fin. uersi. & ideo puto lib. 3. & in consuetudine tradit Ias. in consi. 185. col. 3. in fin. libr. 2. Craue. in d. sectio. 1. 4 part. de antiq. tempo. sub num. 67. sic etiam † cum ex dispensatione 3 quis duo sacerdotia obtinuit diuersis in locis, cum utrobique aliquid per collegas tractatur aduocandus est, id enim consequens est concesi sacerdotij secundum gloss. in c. quia in tantum de præben. & nota. in cap. licet canon de elect. lib. 6. & in c. cum in cunctis de electio. in antiquis ita firmat Ripa in d.l. si constante sub num. 76. post Ias. in l. fin. col. 6. & seq. de constit. D. Alcia. d.l. 2. sub nume. 4 ubi 4 dat † exemplum in legitima quæ regitur secundum naturam intestatę successionis, authen. nouissima, C. de inoff. testa. nam illa per legem nouam corrigentem immutata, legitima quoque ipsa immutata censetur auth. præterea, ubi traditur per scrib. C. unde uir & ux. Gem. d.c.j. de temp. & qua. ordi. Ripa in d.l. si constante sub num. 77. facit gl. in cap. nō debet de affin. & cons. quæ ponit exemplū in publica honestate † quæ cum dependeat a gradibus hone- 5 statis, illis mutatis & ipsa quoq; mutatur seq. ib i Abb. & alij relati per Euerard. loco supra citato. sub numero trigesimoquinto, sic etiam lege iulia papia correcta quæ matrimonium senatoris cum li 6 berta prohibebat, † illud quoque correctum censetur, quod ad huiusmodi exemplum traditum erat, nec senatoris scilicet filiam liberto nubere posse, cum utrunque ab eadem radice procedat l finali, C. de nupt. & facit ad materiam textus in l. secunda, de iurisdictio. omni. iudicum, & in capitulo præterea de off. deleg.

7 Sic etiam destructo † principali per uiam prescriptionis, uel correctionis intelligitur destructum, quoque accessorium Bal. in l. eos in primo notab. C. de usur. Dec. in l. secunda, columna secunda, post medium de iurisd. om. iud.

8 Hinc quoque est, quòd si Papa dispenset † ut quis possit habere & licitè retinere duo beneficia curata, licet nihil dicat in dispensatione de residentia, per talem tamen dispensetionem uidetur consecutiuè permissum, ut non teneatur in utroque residere, sed residendo in altero, uel uicissim in ambobus satisfaciet, ita dicit gloss. singularis in cap. non potest, §. illud super uerbo retinere de preben. lib. 6. ibique latè per Gemin. Franc. & alios & per Abb. in c. extirpandæ in §. qui uero de præben.

9 Sic pariter uidemus † quòd tametsi Episcopus in solennibus diebus puta in Natiuitate Domini, Epiphania, Paschate, & Pentecostes debeat interes-

se diuinis in ecclesia cathedrali, ut est textum cum glossa, in capitulo siquis in clero 7.quæst.prima, in uersiculo solemnibus alias punitur, ut ibi, tamen si Papa illum dispensauit, ut posset plures ecclesias habere, uel plures episcopatus, censetur quoque illum dispensasse consecutiue, ut in diebus illis solennibus non in omnibus, sed in altera tantum, uel uicissim modo in hac, modo in illa interesse cogatur, iuxta glossam in dicto uer. solennibus & ibi notat Archid. & Egid. Bellamer.

10 Hanc † etiam limitatio. firmarunt Gemin. in dicto capitulo primo, de temp. & quali. ordin. in quarta fallen. Sanctoseueri. in dicta l. omnes populi in 10. fallen. Lanfranc. in dicto §. de uiro in sexta conclusio. interpret. extensiuæ, & Antonius Butr. in reper. dicti capituli finalis, de consuetud. in quarta fallen. & in dicto capitulo cum in cunctis in §. cum uerò de

11 electio. ubi concludunt † quòd si electus in episcopum obtineat dispensationem a Papa, ut non teneatur, munus consecrationis recipere intra annum, uel biennium, tametsi de iure communi consecrari deberet intra tres menses, in dispensatione autem nihil dicatur de prioribus beneficijs retinendis, quæ de iure communi uacant post lapsum dictorũ trium mensium, ut est textus, cum gloss. in dicto §. cum uero, nihilominus quia uacatio beneficiorum electi uenit consecutiue ad consecrationem, dispensatio huiusmodi extenditur, ut impediat etiam uacationem beneficiorum, siue huiusmodi dispensa-

12 tio sit facta † motu proprio, quo casu non est dubium, siue etiam sit facta ad instantiam electi, secundum eos, quicquid ibi dixerit Ioan. Andr. & ratio huius illationis est, quia licet dispensatio de se sit stricti iuris, vt habetur in capitulo quod dilectio de consang. & affini. & in capitulo primo, & secun-

13 do, de filijs presbit. libro sexto, tamen se † extendit ad consecutiuum illius super quo dispensatum est, secundum glossam in dicto capitulo, quia in tantũ de præbend. quam ibi ad hoc notant Abb. & Ioan. de Imol. dicit tamen Euerard. in dicto loco à ratio. legis lata sub numero 36. uersiculo nescio tamen nescire se an curia hoc seruaret, quia agitur de commodo bursali, & concludit se credere quod non,

14 quod est notandum, eandem limitationem † secutus fuit Roch. Curt. in dicto capitulo finali, de consuetud. sectio. quarta, sub numero decimosexto, ubi addit textum in l. tutelas de capit. diminut. Bartolus in l. de quibus columna secunda, tamquam auctorem huius limitatio. quem ex testimonio Ias. ibi columna septima, dicit alios communiter sequi item addit textum in capitulo dilecti, cum ibi traditis ab Abbat. in septimo notab. de arbitr. & alia permulta, ut ibi per eum.

Limitatur decimo loco prænarrata conclusio, vt

15 ociosa sit in ijs quæ ueniunt de natura † ipsius actus quia ad illa quoque superuenientis dispositionis fit extensio, illa enim numquam intelligitur exclusa

16 † clement. exiui de paradiso §. cum autem natura de uerborum significationib. quem textum, reputat aureum & singula. Ioannes Anan. in consilio trigesimosexto, utrum cophani, Iason in l. prima, columna tertia, si quis ius dic. non obtemperauerit, uersiculo finali, & in l. actionem columna secunda,

17 uersiculo ego sequor, C. de procurat. ubi ait † quod si procurator habeat mandatum ad agendum tantum, poterit nihilominus defendere, quia illud est de natura iudicij, & tradit idem Iason in l. prima, columna tertia, in tertio notab. & ibi Decius columna tertia, C. de bonorum possessione contr. tab. quibus addit Crauetta Roma. in consilio 456. post principium, Crauetta inquam in dicta sectio. prima, sub numero 117. ubi hanc limitationem firmat in fortioribus terminis quando addita est dictio taxatiua, vt supra retulimus in limitatione dictionis taxatiuæ. Aliud potest proponi exem-

18 plum, si quis præscripsit feudum, † in eo succedunt illi, qui secundum naturam feudi succedere debent, Baldus in l. liberti, columna penultima, uersiculo quæritur de eo, de oper. liber. cum similibus, de quibus per Alexand. in consilio decimoquinto, columna finali, libro quinto, Decius in consilio 169. columna secunda, uersiculo, & prædicta benè

19 procedunt, si igitur fingamus prolatam † fuisse constitutionem quę infringat feudales omnes præscriptiones, quantum ad naturam feudalem, certè ad feudum non illi tantum qui in feudis succedunt admittentur, sed omnes quoque qui admittuntur ad bona allodialia, per textum in capitulo primo, cum ibi notat. de feud. non haben. propr. naturam feud. Idem est quoque in eo quod scribit Ias. in l. sed & si possessori, §. item si iura uero de iureiurand.

20 dum uult, emphyteusim † ecclesiasticam præscriptam censeri præscriptam usque in tertiam generationem.

Emphyteusim uero priuati in perpetuum secundum naturam suam, cui consonat, quod scribit Bald. in consilio uigesimoquarto, columna secunda, circa medium libro quarto, & sequitur Crauetta dicta sectio. prima, sub numero septuage-

21 simo, emphiteusim præsumi † præscriptam secundum id, quod in regione frequentatur per maiorem partem, & ratio est, quia illa quæ sunt de ip-

22 sius rei uel actus natura † etiamsi omittantur, semper dicuntur inesse, ut in emptione euictio, l. pacta conuenta, & ibi tradit glossa, de contra. emptio. Dominus Alciatus libro quinto paradox. capitulo decimosexto, sub numero quarto; in mutuo rei bonitas l. cum quid ubi omnes notent si certum petatur.

SVMMARIVM.

1 *Extensionem in correctorijs fieri ad ea quæ ex antecedenti, seu ex consequenti necessario ueniunt.*

2 *Dispensationem quæ est stricti iuris extendi ad omnia quæ ueniant ex antecedenti uel consequenti necessario. num. 3.*

4 *Sententiam quæ est stricti iuris extendi ad omnia quæ sunt ex antecedenti uel consequenti necessario.*

si

5 *Si iudex declarat quem prodigum intelligitur eum interdicere quoque administratione bonorum.*

6 *Sententia lata super uno trahitur ad aliud sine quo illud super quo lata est, esse non potest.*

7 *Sententiam iudicis qui in iudicio petitorio condemnat reum ad rei restitutionem intelligi in antecedens necessarium illum declarare dominum.*

8 *Illa quæ ueniunt per antecedens uel consequens necessarium dici expresse uenire.*

9 *Quando sumus in materia correctoria uerbum expresè debere intelligi, idest specificè.*

10 *Testatorem debere expresse idest specialiter prohibere falcidiam.*

11 *Sed communiter teneri quod ubi etiam tacitè colligitur mens testatoris uolentis prohibere falcidiam, ut censeatur prohibita.*

13 *Progressum in correctorijs admitti quando duo se inuicem gradatim habent.*
Exemploque declarari.

14 *Glo. in l. illud, C. de sacr. eccles. declaratur.*

15 *Correctis gradibus consanguinitatis censentur esse correcti gradus affinitatis qui illis commensurantur.*

16 *Facta mutatione in uno ex ordinibus respectu temporis, censeri quoque in alijs ordinibus facta.*

17 *Correcto per l. nouam uno legis iuliæ capite, de maritandis ordinibus, censeri quoque correctum & alterum.*

18 *Si lex noua corrigens, uetet sponsalia, intelligitur quoque prohibere matrimonium.*

19 *Qui non potest coniungi matrimonio de iure canonico ob gradus prærogatiuam, non poterit etiam sponsalia contrahere.*

20 *Idemque esse in ordinibus sessionum, quia uno mutato, cæteri quoque alterationem recipiunt.*

Non esse locum supradictæ conclusioni in ijs quæ ueniunt ex antecedenti uel consequenti necessario, uel quæ inuicem gradatim se habent.

CAP. XIX.



1 Imitatur modo vndecimo loco ista conclusio, ut uera non sit in ijs, † quæ ueniunt per modum antecedentis necessarij, uel consequentis necessarij, quia in materia quantumuis strictissimè accipienda semper quod constituitur in actu principali, censetur constitutum esse in illius antecedenti uel consequenti necessario, ut disertissimè ac plenè docet Aymo Crauetta, in dicta quarta part. sectio. prima, sub num. sexagesimo tertio, cum tribus, seq.

2 Exemplum † poni potest in dispensatione quę est strictissimi iuris, ita ut in ea procedatur eatenus tantũ, quatenus in ea est expressum, capitulo primo, & secundo, de fili. presbit. libro sexto, Abb. in consilio trigesimoseptimo, columna penultima, libro primo, & tamen extenditur ad omnia quæ ueniunt

3 † per modum antecedentis necessarij, ut uidimus ex glo. in d. cap. quia in tantum de præben. Decius in capitulo quinto, columna tertia, uersiculo sed ista responsio non satisfacit de iudic. & faciunt quæ in proxima limitatione dicta sunt. Alterum exemplũ

4 poni potest † in sententia, quæ & ipsa strictissimi est iuris l. prima, & secunda. C. si plures una sent. l. Iulianus uerum debitorem de condictio. indebit. cum simil. copiosè adduct. per eundem Crauettam loco supra citato sub numero 64. & tamen extenditur sententia ad ea quæ ueniunt per modum antecedentis uel consequentis necessarij; & ideo si iudex decla-

5 rat † quem prodigum, intelligitur illum quoque interdicere bonorum administratione, Baldus in l. prima, de curat. furio. Aretin. in l. is cui bonis de verborum obligationib. & sententia † super uno trahitur ad aliud sine quo illud super quo lata est, esset nullius effectus, Angel. in consilio 257. columna penultima, ad finem, uersiculo supereſt autem uidere per textum, in l. aduersus, & in l. si duo de arbitr. l. si quis ita stipulatus fuerit de uerborum obligatio. & l. finali, C. de vsur. rei iudicat. & quòd

7 sententia † iudicis trahitur ad antecedens necessarium, scribit Bartolus in l. ex diuerso §. primo, de rei uendicatio. ubi si in iudicio rei uendicationis iudex condemnat reum ad restituendum rem petitam in necessarium antecedens censetur declarare actorẽ dominum illius rei, ut per Castren. quoque recipitur in consilio 132. in causa quę uertitur Pisis, columna prima, post medi. libro primo, Aretin. in consilio 155. Diligenter uisis columna sexta, in fine, uersiculo ergo datur intelligi, Soc. in consilio 124. columna tertia, libro primo, ergo idem erit dicen-

8 dum in materia correctoria, & ratio est † quia illa quæ ueniunt per antecedens uel consequens necessarium dicuntur expresè uenire, ut per Ange. & Doctor. in l. prætor ait in principio de operis nouis nuntiatio. & tradunt communiter scribentes in l. prima, in glossa, in uersicu. hoc edicto eod. titu. de oper. noui. nuntiatio. & non habet difficultatem, quin dicantur expresse uenire, saltem sub expressione generali per ea quæ scribunt Bartolus, Socinus, & alij in l. prima, in secunda quæstione Bartoli, de vulgal. pupil.

9 Est uerum, quòd hanc † rationem uidetur turbare quod tradit Bartolo. Socinus in dicta l. prima, sub dicto numero decimotertio, uersiculo hanc tamen, ubi ait quòd quando sumus in materia correctoria, uerbum expresè, debet intelligi, idest specificè, & non generaliter, per ea quæ scribit Angel. per illum textum in §. si uerò expresim, in authen. de trien. & semis. ex quo infert,

10 quòd cum hodie liceat testatori † expresè prohibere falcidiam contra regulas iuris antiqui de qua in l. quod de bonis ad leg. falcidiam, debet specialiter, & expresè talis prohibitio exprimi

per iura allegata per eum, quæ tamen hoc non probant ut dicit Soci. verum quia magna est auctoritas Ang. & illum sequitur Lud. Roman. in authent. similiter. C. ad leg. Falcid. in pen. colum. transit Soci-
11 cin. cum dicta opinione Angel. Sed non est † recedendum a supra firmata conclusione, quia Doct. communiter concludunt quod ubi etiam tacitè colligitur ex verbis ipsius testatoris illum uelle prohibere detractionem Falcidiæ, uel Trebellianicæ, perinde intelligitur facta prohibitio ac si nuncupatim, & in indiuiduo fuisset facta prohibitio Parisin consil. 21. sub num. 35. lib. 3. Bello. in consilio 65. numero primo. Dom. Clar. in §. testamentum q. 62. sub numero tertio, qui etiam sub numero quarto dicit veriorem esse, & communiorem
12 opinionem quod etiam † quando usus est verbis vniuersalibus, vel equipollentibus, quibus minui possit talis prohibitio idem sit, post alios a se citatos, uersic. ego semper hanc, ita ut cum dicta Ang. auctoritas neque iure ptobetur, vt dicit Socin. neque etiam sit a Docto. recepta, quia contraria opinio frequentiore calculo est approbata prout supra demonstratum est, non sit ullo pacto a confirmata decisione recedendũ. Limitatur duodecimo loco regula prædicta, quando duo se habent inuicem gradatim, ita quòd vnum mensuram capiat
13 ab altero per aliquod accidens, tunc † enim mutatio, vel correctio superueniens in uno locum habet in altero. Exemplum uerò sic proponitur, licitum est maiorem quantitatem ecclesiæ donare, quàm laico sine insinuatione, si postea per statutum, uel legem nouam augumentetur quantitas in laico, per legem nouam correctoriam legis antiquæ censebitur quoque ampliata quantitas gra-
14 datim & proportionabiliter in ipsa ecclesia, † ita dicit glos. notab. & post eam Guliel. Cyn. Barto. & Doctor. in l. illud. C. de sacr. eccles. & gloss. in l. sanci mus. C. de donatio. sequitur Euerar. in dicto loc. a rati. legis Iat. nume. 34. qui addit in hanc sententiam Gemin. in dicto capitu. primo, de tempor. & qualit. ordinan. in septima fallen. Lanfranc. in dicto §. de uiro in octaua conclus. interpretationis extensiuæ, & Butri. in dicta cap. fin. de consuetudi. in septima fallen.

15 Alterum exemplum † proponit Craue. in dicta par. prima, sub numero 145. ubi hanc limitationem probat, puta gradus affinitatis mensurantur instar graduum consanguinitatis, si corrigatur gradus consanguinitatis censebitur quoque correctus gradus affinitatis, capitu. non debet de consanguini & affinit. Butri. in dicto capitu finali. in quinta fallent. Dec. in capit. sedes, columna tertia, versicu. tertio, secundum Abbat. limitatur, de rescript. Hinc etiam dixit glos. in clement. gene-
16 lem, de ætat. & qualitat. ordinand. † quod cum certum determinatum sit tempus ordini subdiaconatus, & diaconatus, & certum ordini presbiteratus, facta mutatione respectu temporis in uno ex ordinibus, censebitur facta esse mutatio in reliquis.
17 Potest aliud † quoque proponi exemplum in l. Iulia Papia, quæ matrimonium senatoris cum liberta prohibebat, & filiæ senatoris cum libertino, contractumque dissoluit, l. lege Iulia, de ritu nuptiarum, non correcto per l. nouam uno capite, intelligitur quoque immutatum fuisse & reliquum, quia utrunque uitium ab eadem radice proficiscitur, l. ult. C. de nupt. in fine, sequitur D. Alciat. dicto libro secundo, nu. 40. & supra retulimus ad aliud pro
18 positum. Potest † rursus poni exemplum in l. oratio, de sponsalib. lex prohibens nuptias prohibet sponsalia, per quæ peruenitur ad nuptias. si lex nouа superueniens alterum corrigat, intelligitur, & reliquum correxisse. Verbi gratia inductum est, ut in matrimonijs contrahendis non possint con-
19 iungi matrimonio personæ quæ intra † quartum gradum sunt de iure canonico, capitulo non debet de consangui. & affini. & hoc seruatur, de iure ciuili glos. & doctor. in §. hactenus, iustit. de gradi. Abb. & alij in capitulo primo, de oper. noui nuntiat. Barto. & alij in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. ergo idem erit & in sponsalibus; idem est quoque
20 † in ordinibus sessionum, & in materia præcedentiæ, ut dicit Euerard. sub dicto numero 34. quia si ecclesia, quæ prima, est efficiatur secunda, & secunda tertia, idem erit gradatim de reliquis per tex. in §. hinc datur intelligi 22. distinct.

SVMMARIVM

1 *In materia correctoria fieri extensionem, quando casus ad quem fit extensio comprehenditur sub expresso ex communi vsu loquendi.*
2 *A consuetudine ad materiam correctoriam argui.*
3 *Statutum Ticin. in ciuilibus 97. declarari. Eos qui de iure testari non possunt, non impropriè dici intestatos, ibidem.*
4 *Statuta masculos fœminis præferentia in omnibus ferè ciuitatibus Italiæ haberi.*
5 *Non solumque habere locum in ijs qui cum testari potuissent noluerunt intestati decedere, sed etiam in eorum hæreditatibus qui testamentum facere nequiuerunt.*
6 *Fit etiam in correctorijs extensio, quando casus ad quem fit progressus, uenit sub lata uocis significatione.*
7 *Consuetudo tribuens fratribus Sancti Antonij curam animarum peregrinorum, comprehendit etiam cardinales & eorum familiares.*
8 *Si statuto frater defuncti excludat matrem, excludet etiam auiam maternam.*
9 *Auctoritates quibus vtitur Curtius in comprobanda supra relata conclusione, potius uideri illam confutare.*
10 *Quanta cum modestia loquatur Crauet. de Rocho Curtio.*
11 *Lata significatio de qua loquuntur Doctor. in præsenti limitatione, est impropria.*
12 *In materia correctoria non esse extensionem per impropriationes faciendam.*
13 *Ex aliqua ratione, ex pluribus quæ in dubio præsumantur*

tur, non induci extensionem in materia correctoria.

14 *Quando plures militant rationes, dici tantum potest quòd similis, non autem quòd eadem militet ratio.*

15 *Limitationem procedere quando cum impropria significatione concurrit eadem ratio.*

Eandem conclusionem cessare, quando ex communi usu loquendi, uel ex lata significatione casus, ad quem fit extensio comprehenderetur.

CAP. XX.

LImitatur decimotertio loco quando casus ad quem fieret extensio comprehenderetur sub expresso secundum communem usum loquendi † licet non
1 ex propria significatione uocabuli, ita notãter concludit Imola in dicto §. de uiro sub dicto numero decimoquinto, Franc. in d. capitulo primo, de tempor. ordinan. in 4. limit. per id quod legitur in l. librorum, §. quod tamen Cassius de leg. tertio, in l. Labeo de supell. legat. Bart. in dicta l. omnes populi de iusti. & iur. Paul. de Castr. in l. scire leges de legi. Quibus accedit Euerar. loco supra relat. sub numero 37. & Cra uet. in dicta sect. prima, sub numero 80. quamuis
2 loquatur in consuetudine a qua † passim ad materiam nostram arguit & recte ratiocinamur l. de quibus de legi. cap. fin. de consuet. & utrobique docto. proponi pulchrum potest exemplum, stat communis usus loquendi ut sub intestati appellatione comprehendatur etiam pupillus, uel omnis qui de iure
3 testamentum facere non potest. ut hic Ticini † cauetur in stat. 97. in ciuili, qui nec impropriè dicuntur de iure communi intestati, ut dicit tex. in l. prima, de su. & legitim. hæredi. si superueniat lex noua correctoria iuris communis quæ iubeat in successionibus ab intestato masculos fœminis præferri, prout
4 habetur ferè † in omnibus ciuitatibus Italiæ ut scribit Bald. in l. lege 12. tab. C. de legit. hæred. & Alber. in tract. fœm. stat. exclusiui articulo secundo, sub numero sexto, non solum habebit locum in eorum successionibus qui cum testamentum facere possent intestati decedere uoluerunt, sed etiam in hæ-
5 reditatibus † eorum qui nullam de iure communi testandi facultatem habebant, faciunt quę habentur in l. generaliter in princ. C. de instit. & substit. & quę scribit Corn. consilio 118. columna secunda, circa medium libro primo, & in consilio 106. colum. 1. ad fin. lib. 4.

Limitatur decimoquarto loco dicta conclusio quando casus ad quem fit extensio comprehendere
6 tur † sub lata significatione casus expressi, quia ad talẽ casum extenditur lex quantumuis correctoria, l. filium habeo ad Senat. Macedo. probat hanc limitationem Roch. Curt. in dicto capitulo fin. sectio. quarta, sub numero duodecimo, limitatione prima, uersiculo sed aliter responderi potest, ubi expressè firmat quòd etiam in correctorijs quando casus ad quem fit extensio comprehenditur sub lata significatione uocabuli per uulgatam illam glos. in clemen. prima, in uer. eligatur de electio, & ea quæ tradunt Doctor. in dicta l. si constante solu. matri. & in loc. uulg. & ita intelligit Anto. Butr. in dicto capitulo fin. & adducit in eam sententiam Curt. senio. in consilio 80. recte prædictus egregius, & de-
7 cisi. Oldra. in consi. 206. † ubi consuluit consuetudinem tribuentem fratribus Sancti Antonij curam animarum peregrinorum siue curialium, comprehendere quoque Cardinales & eorum familiares; quia, ut ipse inquit, uocabulum cũrialium ac rationis identitas comprehendit etiam Cardinales; inducit quoque ad confirmationem permissæ limitatio
8 nis † quòd si statutum uel consuetudo disponat uel inducat ut frater defuncti excludat matrem, producetur quoque ad auiam maternam, ut uoluit Bar. post Riçar. in l. secunda, ad senat. Trebell. Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in rub. de successio. ab intesta. in secunda, & tertia, colum. Baldus in l. quicunque, in quarta columna, C. de ser. fugit. & plenius in l. si defunctus, C. de suis & legit. Alexan. post Baldum in l. illam, C. de collatio. Iaso in dicta l. de quibus columna sexta, de legib.

9 Sed istæ glos. & auctoritates quibus utitur Curtius in confirmanda hac limitatione, non solum uidentur eam probare. sed potius confutare, quandoquidem grauissimi illi patres in locis supra allegatis super sola comprehensione casus sub larga significatione non faciant fundamentum, sed etiam su-
10 per identitate rationis, & propterea inquit † Crau. in dicta quarta par. princip. sectio. 1. sub nu. 84. parcat mihi Reuerentia tanti iuri, quia ratio per illum assignata non est sufficiens nisi etiam concurrat ratio Iasonis, uidelicet quòd ratio sit expressa, uel quòd habeatur pro expressa, ita quod militet eadem ratio, imo sola identitas rationis sufficeret, ut infra dicam, & tamen non sufficeret illud unum tãtum quod unum ueniat appellatione alterius, &
11 hoc † ego puto uerum, quia lata illa significatio de qua loquuntur Doctor. hic, est impropria, ut ipsi uno ore omnes fatentur; & ideo nisi adsit ratio uel quæ unica assignari posset, uel quæ scripta esset in lege, quia istius utriusque casus par est uirtus l. quamuis ubi glossa, Baldus, Castrensis, & alij, C. de fideicommiss. plenissimè Crauetta loco supra citato, numero octuagesimotertio, uersiculo ista decimatertia, quæ eius uirtute faceret casum propriè comprehendi per ea quæ abunde supra dicta sunt in prima limit. huius cõclusionis quam uersamus, non posset limitatio ista procede-
12 re, cum per impropriationes † non sit in materia correctoria extensio facienda, cum strictissimè in illa procedatur dicta l. præcipimus, C. de appel. & dicta l. præcipimus, C. de appel. & d. l. sanctimus

C.de teſtam.& ſupra ſæpius diximus, idque in tantum eſt uerum,ut etiamſi aliqua concurreret ratio ex pluribus quæ in lege aſsignari poſſent, & prout
13 in dubio præſumitur,illa non ſufficeret † ad extenſionem faciendam,cum lata illa & impropria ſignificatione, quia ſi plures aſsignari potuerũt rationes quomodo ſciri poterit quod militat eadem ratio. prout arguit Bart.in d.l.liberorum ſub num.12.de
14 uerb.ſignifi. Quando enim † plures militant rationes ſolum ,dici poteſt qui ſimilis militat ratio ſed non eadem,vt dicit Craue.ſub dicto nume.83.uer. ſicu.ſed dici poteſt, ideo dicendum erit concluden
15 do, hanc limitationem tunc progredi,quando † cũ lata illa & impropria ſignificatione concurrit idẽtitas uel rationis in lege expreſsæ, uel quæ unica poſſet aſsignari,& prout ſupra diximus in prima declaratione ad primam limitatationem.

SVMMARIVM.

1 *In frequentiori uſus,uel exempli gratia prolatis,etiam ſi correctoria ſit materia fieri extenſionem.*
2 *Idque etiam locum habere in materia pœnali.*
3 *Ruſticus ſi promiſerit plantare uineam, & dare quartam partem fructuum domino,& plantauerit alias arbores fructiferas,tenebitur de iſtis dare quartam partem domino.*
4 *Ea quæ exempli gratia ponuntur non impedire extenſionem.*
5 *Ea quæ intellectus uel demonſtrationis gratia dicuntur non obligare.*
6 *Ea quæ frequentioris uſus gratia,ac exempli cauſa proferuntur,proprie non uerſari in materia extenſionis.*
7 *Extenſionem paſſiuam in materia correctoria ſemper locum habere.*
8 *Duplicem dari extenſionem,quarum altera eſt paſsiua, & altera actiua, num.9.& 10.*
11 *Paſſiuæ extenſionis exempla quibus in locis habeantur.*
12 *Intellectus extr.uag. execrabilis,§. qui uerò de præbend.*
13 *Si lege aliqua indictionis,munus de extraordinario fiat ordinarium,leges omnes de muneribus ordinarijs loquentes,ad illud traherentur.*
14 *Eccleſia quæ eſt immunis ab extraordinarijs oneribus, non excuſabitur ab ordinarijs.*
15 *Quotieſcunque per extenſionem aliarum legum antiquarum ad legem correctoriam, ultra caſum expreſſum in ea poterunt comprehendi alij caſus, nunquam ij cenſebuntur excluſi.*
16 *Paſſiua interpretatio legis eſt extenſio ac interpretatio.*

Quid cenſendum ſit de ijs quæ frequentioris uſus gratia proferuntur, uel per extenſionem paſſiuam ueniunt.

CAP. XXI.

LImitatur decimoquinto loco prænarrata concluſio, quando eſſemus in ijs quę frequentioris uſus gratia, uel exempli cauſa proferuntur,in iſtiuſmodi enim † caſi
1 bus quod in uno dictum eſt,non prohibetur ad alium trahi, vt de illo quod frequentioris uſus gratia enuntiatum eſt, notat glo.ſingularis in clemen.prima,ſuper uerbo præſidentes in fin.de reſcript. commendatã ibidem per Cardi.& Ioannem de Imola,quæ notanter
2 vult † dictũ in uno in conſtitutione pœnali,non cenſeri denegatum in alio,quando ratione frequentioris uſus dictum fuit,non autem, ut notaretur diſcrimen aliquod inter expreſſum & tacitum, & illam gloſſam ualdè commẽdat quoque Iaſ.in l.ſecunda, ſub numero duodecimo, de uulga. pupill. ubi alia eſt pulchra & ualde notanda gloſſ.in uerſiculo præcedente in illis uerbis,ſed hoc frequentius contingit, alia eſt gl.quam ibi Iaſ. dicit meliorem eſſe de corpore iuris in l.prima,in gloſſa prima,C.de ijs qui ad eccleſ.confugi.eſt etiam gloſſ.in auth.caſſa, in uerſiculo per Italiam, C.de ſacr. eccleſi.& gloſſ. in l.unica,§.ſponſus in uer.ſponſam, C.de rap uirg. ad quod optimè facit quod ſcribit Io. And.in addi. ad ſpecul. in titu.de loca. uerſic. quid ſi colonus,ubi
3 uult † quod ſi ruſticus promiſit plantare uineam,& dare quartã partę fructuũ domino iſq; non uineam plantauerit, ſed alias arbores fructiferas, tenebitur de illis dare quartam partẽ domino,quia quod dictum fuit de uinea gratia frequentioris uſus, fuit expreſſum,cum a frequentius cõtingentibus uineæ ſoleant plantari, & hanc deciſionem probat Iaſ.loco ſupra relato,qui addit gloſſ. in auth. imò in uer. parentibus,C.de actio.& obligatio.& in l. ſi is qui §.quod dicitur de iur.doti.in l.aduerſus in gloſſ. ſi. de acquir. uel omit.hæredit.& Bartolus in l.prima §.primo,in prima oppoſit.ad ſenat.Trebellian.ſeq. Ripa in rubr.ſolut.matr.ſub numero 33. & Sal.ſub 29.idem Ripa & Gam.de extenſio.ſub num.97.& ſeq & in dicta l.ſecunda,ſub nume.vndecimo quamuis aliqualiter uideatur dubitare de lect.illius text. in dicta l. ſecunda, §. ſed ſi extraneum de uulga.& pupil. & hanc quoq; limitationem ſecutus fuit Euerar.lo.ſupra cit.ſub nu.38.perſolã illam glo. in uerbo præſidentes ſupra relatam in dicta cle.1.de reſc.
4 De illo uerò † quod exempli gratia profertur poteſt poni exemplum in §. hactenus inſtit. de gradi.inl. damni infecti ſecunda de dam. infect.in l.1.§.quod vulgo de vi & vi armat. quibus in locis habetur expla reg.non reſtringere,pulchrè probat tex.in cap. ne cleri.vel mona.ibi ecce talia, & his ſimilia,& glo. in l.j.§.retinendæ, multis cauſis dum dicit ut pacti, rei iudicatę,iurisiurandi,& alijs ſimilibus, eſt etiam valde notandus tex in l. obligationum ſubſtantia,in
5 fin. iuncta ibi gloſ.in uerſ. intellectus † vbi habetur quæ intellectus uel demonſtrationis gratia dicuntur non obligare, neque diſpoſitionem inducere, hinc quoque limit.ſeq.Franc.in d.cap.1.de tempor-

ordinan. col. 4. in 17. limit. per nota. in cap. si Papa de priuileg. eod. lib. 6. Sed ut supra admonuimus in
6 definitione interpretationis extensiuæ, hæc quæ concernunt exempla & quæ frequentioris usus gratia fiunt, non dicuntur propriè uersari in materia extensionis, sed potius comprehensionis quia alij omnes exemplorum casus comprehenduntur sub regula, ut dictum est.

Limitatur decimosexto loco ista conclusio, ut nō
7 procedat in extensione passiua † secundum supra relatos auctores in locis supra cita. duplex enim est
8 † extensio ut supra docuimus secundum Bar. in d. l. j. in §. lex Falcidia. quem Alex. ibi & alij communiter seq. & eundem in d. l. omnes populi sub nu. 60. uers. Dic aut statuta de iustit. & iur. cum quo & cæteri transeunt Abb. & alij in cap. ad audientiam & in cap. dilectus. 1. de cleri. non resid. Altera enim est
9 † activa per quam dispositio ipsa correctoria trahi-
10 tur ad alias leges, altera est passiua † per quam aliæ leges antiquæ in materia illa in qua euulgata est illa lex noua corrigens, trahuntur ad ipsam legem corrigentem, ut supra plenius diximus exempla
11 autem † plenè tradit Bartol. in d. l. omnes populi de iusti. & iur. sub dicto num. 60. & post eum alij docto res & plenius cæteris Euerar. in d. loc. à ratio. leg. lat. sub num. 39. quibus alia supra addidimus sed & per plura & frequenter contingentia habentur in clem. vnica de offic. vicar. iuncta glos. in ver. amittendis in uer. promouendis; in uer. sacerdotium, & inter cætera illud quod pœna extrauag. execrabilis in §. qui ve
12 rò de prębend. quæ loquitur in rectoribus † ecclesiarum parochialium locum habet etiam in vicarijs perpetuis ecclesiarum parochialium virtute prædictæ extensionis passiuæ, ut per Butr. in d. cap. final. col. 56. Aliud exemplum est quod habetur per Iac. Butrig. in l. placet. C. de sacros. eccles. quod quidem
13 † est, indictionis munus de extraordinario factum est ordinarium, l. 1. C. de indictio. libr. 10. unde omnes leges loquentes de ordinario munere ad illud
14 sunt extendendæ, quare consequenter succedit † ut ecclesia, quæ non excusatur à munere ordinario, quamuis sit immunis ab extraordinario d. l. placet, non excusabitur etiam hodie ab indictione, ut per Butrig. & Butr. loc. supra cita. iam proposito, igitur
15 quotiescunque † per extensionem aliarum legum antiquarum ad d. l. correctoriam ultra casum expressum in ea poterunt alij comprehendi nunquam illi censebuntur excluſi, sed in omnibus lex noua corrigens procedet, & ratio est, quia ista inter-
16 pretatio appellatur legis interpretatio † & extensio, ut dicit Imol. in dicto §. de uiro, sub numero 15. in quarta limita. per glos. in l. quod uerò de de legib. & per tex. & glos. in d. l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. cum simil. quæ supra latè deduximus in limit. à comparatis per l. antiquam, & ita quoque concludit Roch. Cur. in d. cap. fi. de consue. d. sect. 4. sub num. 15 post Anto. Butr. ibi col. 36. & Rip. in d. l. si constante, sub num. 69.

SVMMARIVM.

1 *In correctorijs fit extensio, quando ex mente legis intrinseca productio fieret.*

2 *Intrinsecam interpretationem nunquam censeri exclusam in statutis.*

3 *Mentem intrinsecam legis triplici modo colligi, primoq; si casus omissus sub expreßa comprehendatur.*

4 *Item quando per aliam legem declararetur casum in corrigente lege expreßum fuisse enunciatum gratia exempli.*

5 *Et quando aliàs resultaret absonus intellectus.*

6 *Notandam esse Imol. theoricam pro declaratione modorum quibus inuehitur intrinseca interpretatio.*

7 *Sed plenioremex Baldo supra † fuisse relatam ac declaratam.*

8 *Ratione subrogatorum naturam correctoriam recipere extensionem.*

9 *Tutor vt prohibetur pupillam ducere in vxorem sic & illius hæres.*

10 *Conditio dandi quę implenda est in forma specifica, impletur dando hæredi hæredis.*

11 *Constitutio loquens in Vicario Episcopi, locum habet in Vicario capituli.*

12 *Representantes qui reputantur esse vnum, & idem cum representato nunquam censentur esse excluſi in correctoria materia.*

13 *Eiusdem limitationis plura posse proponi exempla, remissiuè.*

Quid in extensione quæ fieret ex mente legis intrinsecæ uel quando vnum subrogatum esset in locum alterius.

CAP. XXII.



1 Imitatur decimoseptimo loco secundum Imol. in d. §. de uiro sub num. 16. vers. sexto fallit ut † non habeat locum recensita conclusio, quando extensio legis corrigentis fieret ex mente eius intrinseca, quia tunc semper intelligitur esse permissa arg. l. nominis & rei, §. uerbum inf. eod. potest etiam addi Curt. Sen. in consil. 11. sub num. 25. & Curt. iun. in consi. 6. col. 4.
2 ad fin. & supra, vbi dicit intrinsecam † interpretationem nunquam censeri excluſam a statutis, in quibus etiam reijciatur omnis interpretatio, ut in nostris Ticinensibus, quamuis Imol. nihil alleget, istiusmodi uerò mentem dicit triplici modo colligi. Primo si casus omissus comprehendatur sub expresso secū
3 dum † communem usum loquendi, per nota. in l. librorum, §. quod tamen Cassius de leg. 3. in l. cum de lanionis, §. asinam de fund. instr. & per Bartol. in l. non dubium. C. de legi. & in d. l. omnes populi. Secundo quando † per aliam legem declaratur casum
4 expressum in l. corrigente fuisse dictum gratia exempli, l. 1. §. quod vulgo de ui & ui arma. l. damni infecti stipulatio pertinet de dam. infect. Tertio quando resultaret † aliàs absonus intellectus, per l. scire
5 oportet, §. aliud de excus. tuto. Bart. in d. l. non dubiū. & in d. l. omnes populi de quibus omnibus cum nū cupatim supra suo loco fuerit dictum non est quòd in ijs latius pertractandis vlterius immoremur.

So-

Solum erit hæc Imol. theorica ualde adnotanda
6 pro declaratione † modorum quibus inuehitur intrinſeca interpretatio, quamuis clariorem intrinſecæ & intrinſecæ interpretationis doctrinam ſupra retulerimus ex Bald. in l.3. C. de liber.præter.quam
7 †etiã vberius ſupra declarauimus, quàm vt aliquid ſit ulterius hic repetendum.

Decimooctauo loco reſtringitur ante dicta concluſio, quando uerſamur in ijs quorum vnum ſub-
8 rogatur eſt in locum alterius; † quia diſpoſitum in vno extenditur ad aliud quod in eius locum ſubrogatum eſt, l. libertum de ritu nuptia. ubi ſicut tutor
9 prohibetur † pupillam ducere in uxorem ſic & hæres ipſius tutoris etiam ſi ſit extraneus, ad idem eſt tex. in l. is qui in poteſtate, §. fin. de bon. poſſ. contra
10 tab. vbi conditio † dandi hæredi quæ debet impleri in forma ſpecifica, l. qui heredi, & l. meuius de cond. & demonſtr. impletur dando hæredi hæredis, propter ſubrogationem, quæ iura ad hoc citat Iaſ. in l.1. in prin. col.1. de vulgar. & in l.1. §. bonorum col. prima circa medium in ſecunda lectur. ad Trebell. Soc. in d.l.1. in prin. col.2. ad fin. de vulgar. Craue. in d.4. par. ſect.1. ſub num.138. Franc. in d.cap. primo de tempor. ordinan. libro ſexto col.4. in 16. limit. qui
11 inquit, hinc eſſe, quòd conſtitutio loquens † de vicario Epiſcopi habet locum in uicario capituli ſede vacante, quando ſubeſſet eadem ratio ſecundum gloſ. in uer. epiſcopi in clem.2. de reſcript. & faciunt quæ ſcribit Crau. in d. ſect.1. ſub nu.125. de ijs qui per repreſentationem unum & idem reputantur
12 cum repreſentato † qui nunquam cenſentur per diſpoſitionem etiam taxatiuè loquentem eſſe excluſi, ut ſuprà diximus in ſublimitatione propter repreſentationem quam attulimus ad limitationem di-
13 ctionis taxatiuæ. Poſſent autem † iſtius modi limitationis plura proponi exempla quæ proſequuntur Doctor. in locis iam relatis, & latiſsimè omnium Euerar. qui trigintaquinque depromit exempla in loc. à ni ſubrogationis à numero primo uer. & gratia exempli, vſque ad numerum 20.

Lib. VI. FINIS.

CA-

CAMILLI GALLINII TICINEN. PATRITII, AC IVRISCONS. AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS ET IN TICINENSI GYMNASIO IN VESPERIS IVRIS CIVILIS ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Septimus.

SVMMARIVM.

1 *Materiam limitatoriam & exorbitantem vnam & eandem esse.*
2 *Limitatorium dici quicquid intra certos limites communem regulam coerceat.*
3 *Exorbitare dici quod à communibus iuris regulis deuiat.*
4 *Quicquid contra communes iuris regulas inductum est, exorbitare dici.*
5 *Exorbitantem dispositionem dici à Gammaro dispositionem particularem quæ non faciat ius commune.*
6 *Exorbitantia dici, quę sunt extra orbitam, ideſt semitam iuris communis.*
Intellectus cap. quę exorbitant de reg. iur. libro sexto ibidem.
7 *Ex eo quod ius limitatorium vel correctorium est non dicitur exorbitare a iure communi.*
8 *Correctionem & limitationem non procedere nisi suadente æquitate.*
9 *Correctoria & limitatoria largo modo dici exorbitantia.*
10 *Singulas appositiones singulis rebus commodius esse tribuere.*
11 *Exorbitans & limitatorium synonimè vsurpari à Doctoribus in extensionum materia.*
12 *Rationesque ac leges in contrarium citatas procedere quando distinctam habent nomine rationem.*
13 *Io exorbitantibus non esse licitam extensionem sed strictam fieri debere interpretationem.*
14 *Nec procedi posse nisi quatenus in eis exprimitur etiamsi eadem subsit ratio.*
15 *Exceptionē confirmare regulā in casibus non exceptis.*
16 *In limitatorijs non solum de casu ad casum sed etiam de persona ad personam progressum admitti.*
17 *Exceptionem in vno casu factam ad alios similes extendi.*
18 *Instrumenta antiqua quòd possint renouari esse de iure communi.*
19 *Renouationem tamen non admitti nisi ex causa.*
20 *Instrumenta renouandi ius, quamuis esset regulare, tamen fuisse inductum exemplo cap. quoniam frequenter vt lit. non contestat.*
21 *Omnis legis vel principis concedentis actio nostra debet esse instructio.*
22 *Par in parem non habet imperium.*

De extensiua interpretatione quę fit in materia limitatoria seu exorbitanti: duasq; resolui difficultates à Doctor. eadem in materia eleuatas.

CAP. PRIMVM.

1 NVnc transeamus ad eam interpretationem extensiuam quæ fieri solet in materia limitatoria seu exorbitanti, † vnum enim & idem sonant duæ istæ voces, vt scribit Alciat. de verb. sig. lib. 2. sub nu. 54. & Ripa in d. l. si constante, sub nu. 78. quicquid uo Iuerit Ias. in d. l. si constante.

Nos

2 Nos enim limitatorium dicimus † quicquid intra certos limites communem regulam coercet, arg. l.in agris de acquir. rer. domin. & eorum, quæ scribit idem Dom. Alciat. præter.libr.1.in ver.limitati
3 agri. Exorbitare vero dicimus † idem esse quod à communibus regulis deuiare, cap. quæ à iure communi de reg.iur.libr.6.vbi glos. & ita declarat quoque Imol.in d.l.si uero §. de uiro cum simil. adduct. per Rip.in d.l.si constante,cum enim per huiusmodi extensionem derogationes legibus augeantur, meritò ab orbita,ideſt communi & lata via diuertere dicuntur, vnde & Augusti.de ciuita. Dei, lib.9. Nihil approbantes,inquit,quod exorbitet ab itinere sapientiæ.Quicquid igitur præter † communes iu
4 ris regulas inductũ est id exorbitare dicimus, quod facere eadem quoque ratione dicitur quod limitatorium est,& intra certos limites regulam communem coercet, si enim limitando viam communem a se arcet ab illa exorbitat, ergo limitatorium & exorbitans unum atque idem erit. Sed hocita se habente duplex uidetur oriri difficultas quarum altera est quòd Petr.Gammar.in eius tracta.extensionum sub num.59. exorbitãtem dispositionem uult
5 † non esse idem, quod est limitatoria,sed esse dispositionem particularem,quæ non faciat ius commune ut sunt priuilegia uel pœnę specialiter alicui familiæ irrogatæ. ut in cap. 1.de scismat. illa enim di
6 cuntur exorbitantia,† quia sunt extra orbitãm ideſt semiram iuris,cuius proprium est esse commune,l. pri.de legi.& ita intelligitur cap.quæ à iure communi de reg.iur. libro 6. & multa alia nam ex eo quòd
7 ius † limitatorium uel correctorium est,non dicitur exorbitans à iure communi; imò est ius commune,
8 & magis ius quàm reliqua, quia † correctio & limitatio non procedunt nisi propter æquitatem id suadentem,cuius æquitatis ius est ars.l.1. de iust. & iur.
9 possent fateor inquit correctoria † & limitatoria largo modo dici exorbitantia, quia sunt extra orbitam communium regularum, ut forsan æquiuocando capiunt Doctores,sed commodius ita distinguiu
10 tur ut singulis † rebus præcipuas appellationes tribuamus.instit.de leg.§.sed ne imprimis (melius probat tex.in §.sed quia commodius instit,quib. mod. testam.infir.)& hanc dicit propriam esse ueritatem istorum terminorum quicquid somnient Moderni in l.Gallus,§.1.in 6.col. de lib. & posth. Verum est
11 animaduertendum † quòd in materia iuris communis, prout loquuntur iuris interpretes in ista extensionum materia,non sunt istę uoces æquiuocè usurpatæ à Doctoribus, sed synonimè promiscuè & in eodem sensu, quia nulla præter eas est differentia, ut supra docuimus, cum id quod limitatorium est sit exorbitans, & è contrà, & iura ex aduerso citata
12 † procedunt, quando distinctam habent nominationem; ex promiscuoque usu posset aliqua oriri confusio; quod non est hic. Altera difficultas est quòd hisce ita cõstitutis uidetur aduersus ea postea urgere conclusio quam ponit Iaſ.in d.l.si constante
13 sub num.72. quæ habet † quòd in exorbitantibus a regulis iuris communis non est licita extensio, sed stricta fieri debet interpretatio, per tex.in d.ca.quæ a iure.de reg.iur.li.6. in l.ius singulare, & in l.quod uerò de legi.in l.si uero.§.de uiro solut.matrim.Nec
14 procedi potest nisi quatenus † in ijs exprimitur quãnè instit.de iur.nat.gent.& ciuil.l.3.in fin. C.de legi. & cap.sanè de priuileg. cum similib. Quibus accedit uulgar. reg. quòd exceptio confirmat regulam in
15 non exceptis † l.quæsitum §. denique de fund. instr. cap.2. de con. lep. quod ubi lex non distinguat nec nos distinguere debemus.l.de precio de publicia.in rem actio.ergo &c.d. l.præcipimus in fin. in sui ratione,sic l.Gallus in princip. de lib. & posth.ubi dispositio Galli de nepote post mortem nascituro non trahebatur ad nepotem qui ante mortem nasceretur, cum tamen in limitatorijs coercentibus ad certos limites regulam communem,& sic ponentibus exceptionem, permissa sit progressio de uno
16 casu ad alterum ex identitate rationis, ut probant glos. & doctor. in d.l.si constante in princ.ubi non † solum de casu ad casum in d. materia limitatoria iuris communis faciunt extensionem sed etiam de persona ad personam quod regulariter est prohibitum iuxta tradita per Franc. Areti. & alios in l.Gallus,§.& quid si tantum de lib.& posth.habetur text. in cap.post translationem in §. quanquam in uer. ex consimilibus causis de renunc. & ibi Bald. notat &
17 dicit esse ualde notandum ad hoc † quòd exceptio in uno casu facta extenditur ad alios similes. adidẽ adducitur text.in cap. cum dilecta de confirma.util. uel inutil. quem ibi ad hoc ponderat Abb. & quem Alex. in pluribus locis ad hoc propositum adducit, quamuis in d.l.si constante dicat illum tex. nihil pro
18 bare quia † quod instrumenta antiqua possint renouari est de iure communi, & non ex dispositione limitatoria illius tex. extensa per cap.fin.de fid.instru. & l.cum rationes. C. eod. in cuius confirmationem addit ibi Iaſ.sub num.74. quòd ubi citra ueri præiudicium ibi facta esset limitatorij iuris extensio, nihilominus inferri non posset ad casum nostrum eo quia ibi facta esset per legem, hic agitur de illa extẽsione quæ fit ab homine; Responderi enim potest, ut per Ripam in d.l.si constante, sub num.78.post Deci. in d. c.cum dilecta de confir.util.uel inutil.?
19 † tametsi renouatio permittatur in dictis iuribus, non tamen permittitur nisi ex causa, ergo non est uerum quòd regulariter sit permissa illa renouatio, l.si quis ex argentarijs,§.fi.de eden. uel aliter quamuis ius renouandi instrumenta antiqua esset regula-
20 re, † tamen istud statutum fuit exemplo c.quoniam frequenter,ut lit.non contestat. ut dicitur in d.cap. cum dilecta,ergo concludenter probatur a iuribus limitatorijs, ut est dispositio d.c.quoniam frequenter,esse licitum arguere.Nec mouet quod ibi ut dicebat Iaſ. fiat extensio per legem; quia omnis legis
21 uel principis legem condentis actio † nostra debet esse instructio argu.cap.1. de sepul. & consequenter eo extendente debemus intelligere datam esse homini facultatem extendendi nisi lex uel princeps prohibeat; quia tunc homini prohibita fore intelligitur extensio, non etiam ipsi principi uel legi,
22 quia par † in parem non habet imperium, l. nam magistratus

magiſtratus de recep.arbit.& cap.innotuit de elect. Addit pro hac opinione Ias.glos.in l.1. C.de cond. indeb.& in cap. quæ à iure communi exorbitant de reg.iur.libr.6. & in l. quæ propter neceſsitatem de reg.iur. Adducitur etiam tex.in cap. ad audientiam de cleri. non reſiden. in cap. poſt translationem in ver. quamquam de renunciat. & in l.2. C. per quas perſon.nob.acquir.

SVMMARIVM.

1 *Iura correctoria ubi poſſunt extendi, multo magis limitatiua extenduntur.*
2 *Iura limitatoria fauore minorum extenduntur ad eccleſias.*
3 *Sententia lata contra minorem ex falſa cauſa, ut nulla eſt ſic & contra eccleſiam.*
4 *Niſi eccleſia habeat prælatum uel rectorem a quo fuerit indefenſa relicta.*
5 *Iura limitatoria per maioritatem rationis poſſe extendi etiamſi ſint odioſa.*
6 *Iura limitatoria introducta fauore certarum perſonarum non extendi.*
7 *Priuilegium quod militibus armatæ militiæ conceditur ut poſt rem iudicatam poſſint opponere exceptiones peremptorias, non trahi ad milites cœleſtis militiæ.*
8 *Clericos uti priuilegio militum, ut non poſsint exigi niſi quatenus facere poſsint deducto ne egeant.*
9 *Priuilegium l.ſi infanti, non extendi ad matrem uel auũ maternum.*
10 *Iura limitatoria introducta fauore certæ cauſæ honeſtæ, ac fauorabilis extendi poſſe.*
11 *Leges tribuentes fauorem libertatibus extendi ad omnia relicta pro anima.*
12 *L.1.C.de fideicom. extendi ad relictum cauſa dotis.*
13 *Dotis legatum ac alimentorum pari fauore cenſeri.*
14 *Iura limitatoria introducta propter rationabilem cauſam ſemper extendi ad alios caſus.*
15 *Iura limitatoria permittentia aliquid impium non extenduntur.*
16 *Siue adſit dictio taxatiua ſiue non.*
17 *Iura limitatoria quando ſunt uoluntaria in eis non fieri extenſionem.*
18 *Intellectus, l.ſi uerò, §. de uiro ſol.matr. & l.hęc conditio de conditio. & demonſtr. ibi. & num.18.*
19 *Intellectus legis ſi quis filium & l.pen. C.de inoff.teſta.*
20 *Quod non extenditur ad ſupplementum legitimæ.*

Quàm uarias in hac materia tradiderint theoricas ob ſupra excitatas difficultàtes iuris interpretes & præſertim Matheſilanus.

CAP. II.



Ste difficultates in cauſa fuerunt vt antiquiores iuris noſtri proceres varias hac in materia tradiderint theoricas; nam Mathe ſilanus in eius ſubtili atque pulcherrimo tractatu de extenſionibus, ſub num.25. ſic negociũ
1 hoc reſoluit; Quòd ubicunque iura † correctoria poſſunt extendi multo magis iura limitatoria, quia multo minus ſunt odioſa, quàm correctoria. Hinc
2 deſcendit † quòd omnia iura & priuilegia ex quibus limitantur alia iura in fauorem perſonæ minoris extenduntur ad eccleſias, propter regulam quæ habet, quòd eccleſiæ funguntur iure minoris. l.orphanotrophos. C de epiſc.& cleri.& cap.auditis, de in integr.reſtit.not glo.inſtit.de actio.§.item mixtæ & gloſ.16.q.1.cap. li re & cap.ex literis de mino.& in cap.placet de loc.ex quo ſequitur, ut ſicut ſenten
3 tia † lata contra minorem ex falſa cauſa eſt nulla ipſo iure. C.ſi ex falſ.allegatio. per totum & not.Bar. in l.ſi is ad quem de acquir.hæred. & l.pen. de iuſtit. & iur. ſic ſententia lata contra eccleſiam erit nulla ipſo iure, ut l.acta, §.contra, & l.contra pupillum de re iud. & l. cum & minores. C. ſi aduerſ. rem iud. &
4 ibi per Bar.& tamen † ſententia lata contra eccleſiã habentem prælatum uel rectorem indefenſam ab ipſo ualet, ſi ſit lata poſt litem conteſtatam, uel ubi non requiritur aliqua litis conteſtatio, ar.cap. prout & cap. fin. de dol. & contu. & cap. cum ex literis in fin. de in integ.reſtit. Si verò loquimur in alijs caſibus in quibus iura correctoria non poſſunt extendi, tunc concludendum eſt, quod aut quæritur an iura limitantia poſsint extendi per maioritatem ra
5 tionis, † & dicendum eſt poſſe; etiamſi ſint odioſa. l. non debet de reg. iur. cap. cui quod plus eſt licet de reg.iur.libr.6. quibus ad ſtipulatur gloſ.in l.2. C.de patri.qui fili.diſtraxe.cap.ex reſcripto.de iureiur.& l non poſſunt de legi. Aut quæritur an poſsint extendi propter eandem rationem, uel extenſionem quæ fit de ſimilibus ad ſimilia, & aut iura limitatiua ſunt introducta principaliter fauore ſeu priuilegio cer-
6 tarum perſonarum; † & tunc nullo modo debent extendi ad alias perſonas. l.1.de conſtit. princip.cap.ſanè de priuileg.& cap.conſtituimus de conceſ.præb. ad quod facit quod not.Bar.in l.1. C. de iur.& fact. ignor.ubi dicit legem illam quæ concedit priuilegium militibus armatæ militiæ, ut poſsint exceptio-
7 nes peremptorias opponere poſt rem iudicat. † non debere extendi ad milites cœleſtis militiæ, ideſt clericos ut ibi per Barto. facit cap.inter monaſterium, & cap.ſuborta de re iudi.& cap.auditis de in integr. reſtit.quamuis uideatur ſenſiſſe contrarium in l. mi les ita de re iudi. & non bene per rationem prædictam; & quod clerici gaudeant † priuilegio militũ
8 in hoc uidelicet, ut non poſsint exigi niſi quatenus facere poſſent, deducto ne egeant, probatur in cap. Odoardus de ſolut.ubi Hoſtien.& Ioan. Andr. hoc tenet, facit cap.peruenit de fideiuſſo. licèt glo.Bart. & Ang.ſentiant contrarium in d.l.miles. & per præ
9 dicta inferri ait quod priuilegium, † l. ſi infanti. C. de iur. deliber. datum certis perſonis, ſcilicet patri auo, & proauo, ut ad illos transmittatur hæreditas non adita, non extenditur ad matrem uel auum maternum licet uideatur eſſe eadem ratio, & hoc ſentit Bar.in l.uentre de acquir.hæredi. & d.l.ſi infanti licet quidam ibi contrà teneant. Aut iura limitati-
10 ua ſunt introducta principaliter fauore † certæ cauſæ honeſtæ & fauorabilis, & non fauore certarum perſonarum principaliter, ut quia ſunt introducta

fauore

fauore relictorum pro anima, & tunc debent extendi per eandem rationem, uel per argu. de similibus ad similia, argum. l.non possunt de legi.l.cum quidam de lib.& posth.& cap. odia de reg.iur. lib.6.& facit glo.in l.illud.C.de sacr. eccl. in uer. alia causa, & l.fi.in ver.captiuorum eo.tit. Hincque esse inquit
11 quòd leges tribuentes † fauorem libertatibus in vltima voluntate relictis extenduntur ad omnia relicta pro anima. quia sunt introducta fauore certæ causæ piæ & honestæ, ut est relinquere libertatem, & ita tenet Barto. in l.proximè de his quæ in testamento delent.& in l.si unus. C.de testam. Hincque
12 etiam † descendere, ut l.1. C.de fideicommiss. quæ fauore certæ honestæ,& fauorabilis causæ & alimẽtorum inducitur, ut ex præstatione triennali inducatur firma obligatio ad soluendum relictum in non solenni uoluntate, extenditur ad relictum in
13 causam dotis,quia relictum dotis† est legatum pari fauore quo alimentorum arg.l.eum post, §.gener de iure dot. & l. si cui de annu. legat. & ita etiam tenet Bartol.in l.cum de in rem uerso in prima col.de vsur. Quando iura limitatiua non sunt introducta fauore certæ personæ uel alicuius piæ & fauorabilis
14 causæ,sed propter †rationabilem causam quæ suadet alia iura generalia limitari,& tunc talia iura semper possunt & debẽt extẽdi per idẽtitatẽ rõnis,vel argumenti de similibus ad similia,ar.l.non possunt de legi.cum l.seq.& l.de quibus eo.titu. & no. per glos. & Bar.in l. si constante solu. matr. & uota. per eundem Bar.in l.si uerò,§ de uiro solu.matr.Quandoq;
15 autem ait iura limitatiua permittunt aliquid † impium & crudele propter necessitatem, ut est lex quæ permittit patri posse uendere filium pro fame; & tunc non debet extendi propter eandem rationem, uel argumentum de similibus ad similia.l. quod uerò cum seq. de legi.l.si uerò §.de uiro solut. matr.& cap.quæ à iure communi exorbitant de reg.
16 iur.libr.6. idque intelligit† siue in tali iure apposita sit dictio taxatiua, siue non licet glo.uideatur sentire contra,in l.quæ propter necessitatem de reg. iur. tametsi Bart. sentiat contrarium in l. si constante in princ.in 9.q.solu.matr. de quo ait se mirari quia uidetur contrarium sensisse, in d.l.si uero, §. de uiro, & melius. Quandoquidem iura limitatiua sunt uoluntaria, quia legislator ita instituit, ita quod non
17 potest reddi ratio urgens & tunc † dicta iura non debent extendi,ut d.§ de uiro, & sic potest intelligi, d.l.quod uerò contra de legi. & facit ca. constitutus de reg.iur.in 6.& clem.dudum de sepul.unde sequitur,ut l.hæc conditio,parua de condit.& demonstr. quæ statuit cõditionem potestatiuam debere adimpleri per legatarium, quamprimum potest, aliàs posse pro defecta haberi, quæ lex multum carere
18 videtur ratione urgenti.non debet extendi † ad cõtractum factum sub conditione potestatiua etiamsi sit promissio facta ex causa lucratiua, maximè quia ibi est efficacior obligatio propter consensum duorum, quàm sit in relicto in ultima uoluntate,& hoc etiam tenuit Bartol.in d. l.hæc conditio qui allegat ad hoc.l.ita stipulatus de uerb.oblig.ex quo videtur
19 sequi † ut lex quæ uoluit contra querelam inofficiosi testamenti præscribi posse quinquennio, l.si quis filium, & l.pen. C.de inoff. testam. non debeat extendi ad ius agendi ad supplementum pro legitima,& ita tenuit Nicol.de Matarel.in d.l.si quis,licet Bar.ibi contr. & non benè maxime quia ibi non est
20 eadem ratio, nã querela inofficiosi est odiosa† quia rescindit testamentum, l. omnino, & l.quoniam in prioribus. C.de inoff. testam. ergo &c. Proque hoc vltimo facit,l.cum in fundo, §.si fundus communis de iur.dot.& quod notat Barto.in l.1.§.hac actione si quis testamen.lib. esse ius. fuer. ex his etiam dici posset regulam illam Catonianam quæ videtur lo-
debere extendi per eandem rationem, uel per argu. de similibus ad similia arg.l.fin.de reg.Caton.

SVMMARIVM.

1 *In omnibus casibus posse fieri extensionem in limitatorijs in quibus potest fieri in correctorijs a fortiore.*
2 *Extensionem semper fieri in limitatorijs quando maioritas rationis surgit ex reg. cui licet, quia extensio est passiua.*
3 *Declar.glos.in l.2.C. de patr. qui fili.distra.*
4 *Si statutum permittat impunè occidi Bannitum, poterit quoque impunè uulnerari.*
5 *Si statuto imponatur pœna pecuniaria pro homicidio, non fit extensio ad minora delicta in quibus de iure imponitur pœna corporalis, quia maioritas rationis non est ex reg. cui licet.*
6 *Dispositio limitatoria vbi est fauorabilis & ex humanitate inducta extenditur.*
7 *Etiamsi adsit dictio taxatiua.*
8 *Dictionem taxatiuam in materia fauorabili excludere tamen casus rationis dissimilitudinem habentes.*
9 *Nisi agatur de extensione facienda quo ad alias personas.*
10 *Quod tamen non est verum quando persona ad quam fieret extensio veniret sub lata significatione.*
11 *Vel quando sumus in fauorabilibus.*
12 *Aut uersamur in communiter uel generaliter equiparatis.*
13 *Quàm diuersa methodo in hac materia explicanda usi fuerint Ias.Rip. Alciat. & Gammar. remissiuè.*

Quam diuersa senserint Io.Imol.Euerar. Ias.Rip.Gammar. & Dom. Alciatus in hoc negocio.

CAP. III.



Mola vero in d.l. si uerò in §. de uiro solu.matr. sub num.17.uers. secundo casu & Euerar.in d.loco a ration.legislat. sub nu.42.uers. concluſiue dicas insistẽs uestigijs ipsius Imolæ sic constituit istius materiæ negocium. Aut uersamur in ijs casibus in quibus supra dictum est fieri posse extensionem in correctorijs; Aut sumus in alijs casibus. In prioribus concludunt à fortiore fieri posse

1 ri posse extensionem, † quia si licita est in correctorijs in quibus propter maius odium, & minor militabat ratio extendendi d.auth. quas actiones. C.de sacrosanct. eccles. & d.l.præcipimus de appellatio. cum simil. Ergo multo magis debebit in exorbitantibus limitatiuis, distinctiuis, & declaratiuis ipsius legis, in quibus minor militat odij ratio arg. auth. multo magis. C.de sacrosanct.eccles.& l. non debet de reg.iur. cum simili. In alijs uerò casibus in quibus consistit punctus negocij, sic rem decernunt, aut agitur de extensione facienda ex maioritate rationis, aut de extensione facienda ex identitate rationis, primo casu aut maioritas rationis surgit ex ui dictæ regu-
2 læ † cui licet de reg.iur.lib.6. & hæc in effectu est extensio passiua, quę secundum omnes est permissa, vt dictum est supra in proxime præcedenti articulo, & pro hoc est tex.cum sua gl.no.in l.1.C.de patr.
3 qui fili. distrax. quæ uult quòd † sicut pater potest vendere filios quos in potestate habet propter necessitatem famis, & sic facere de liberis seruos, ita etiam potest eos obligare, pro quo etiam facit tex. in l.nec in ea, §. ius occidendi cum ibi not. à Barto. ad l. Iul. de adult. & per tradi. à Cyn. in l. 1. C. quæ
4 sit. long. consue. quo loci scribit is quòd † si statuto permissum est occidere Bannitum impunè debebit quoque impunè posse vulnerari; quamuis statutum hoc non dicat, cum plus sit occidere quàm vulnerare per d. reg. cui licet quod tamen est intelligendum prout supra in proximo articulo dictum
5 fuit; si autem † maioritas rationis surgit aliunde quàm ex vi prædictæ regulæ cui licet, tunc non videtur permissa esse extensio. Vnde tamete per statutum imponatur pro homicidio pœna pecuniaria, non propterea sequitur ut pro minore delicto pro quo pœna immineat à iure corporalis, sit pena statuti pecuniaria imponenda, ut dicit Cy. in d.l.1. circa fin. C. quæ sit long. consuet. Secundo casu quando quæritur, an fiat extensio ex identitate rationis, tunc sic distinguendum esse dicunt; Aut agitur de extensione facienda inter easdem personas ad alium casum similem, aut de extensione facienda ad alias personas. Primo casu potest fieri ex
6 tensio † si dispositio in se est fauorabilis ex humanitate inducta, ut est tex.notandus cum sua glos. C.de ijs qui ante apert.tab.vbi quod ibi specialiter disponitur ac limitatiuè, seu exorbitanter, hæreditatem ascendentium ex testamento delatam descendentibus etiam non aditam transmitti, protenditur quoque ad hæreditatem descendentibus delatam ab intestato, quamuis maior sit ratio in delata ex testamento, in qua habetur propter testamentum expressa voluntas, quàm in delata ab intestato, in qua habetur solum tacita, l.conficiuntur, §.1.de iure codi. quæ fortior atque potentior est expressa, l. cum filio vbi Bartol.de vulg. & pupil. quod etiam procedere uolunt, ubi in dispositione fauorabili ad
7 esset † quoque, dictio taxatiua, quia tunc pariter non obstante illa dictione inter easdem personas ex identitate rationis volunt fieri posse extensionē, per glos. super uer. uoluerint in l.fin. C.de donatio. vbi Cy. & Saly.notant, & per glos. & Doctor. in l.illud. C.de sacrosanct.eccles.& per Bart. in d.l.si constante in nona q.solu.matri.& per eundem Bart.in l.serui nomine de vsucap. Castr.in l neque leges de legi. & Bal.in l.fin.C.de interd.matrim. Dictio enim ta-
8 xatiua † in materia fauorabili excludit tantum casus dissimilitudinem rationis habentes, non etiam illos in quibus eadem uel similis secernitur, secus si materia sit odiosa, quia tunc ob dictionem taxatiuam extensio non permittitur, ut in l.secunda cum sua glos. de patr. qui filios distrax. si uero agatur de extensione facienda quantum ad alias personas; tunc
9 dicunt constituendam esse † regulam negatiuam, videlicet non esse faciendam extensionem d. c.quæ à iure communi exorbitant, de reg.iur.libr.6.d.cap. constitutionem de reg. cum sua notab.glos.clemen. dudum de sepult. d. §. de viro d. l. ult. C. de interd. matri.& in ijs locis passim glos.& Doctor. & Fran. in d. c.constitutionem, sed hanc regulam limitant
10 in tribus casibus. Quorum primus est. † quando persona ad quam fieret extensio, ueniret sub lata significatione, uel appellatione personæ expresse, l. senatusconsulto de ritu nup. l. filium habeo ad senat. Macedonia. iuncta, l. liberorum, §. sed & papyrius infra de uerbo. significatione. Secundus est quando
11 sumus † in fauorabilibus, quibus iura fauent ueluti in casibus concernentibus publicam utilitatem, ut ecclesiam, uel piam causam, aut aliam similem causam, tunc enim semper fit extensio, l. si constante ubi elegans est tex. iuncta sua glos. ibique Bar. Alex. & cæteri solu.matri.glos.in l.illud. C. de sacrosanct.eccl. in uer. alia causa glos. in l. 2. §. quod si patris in uer. sui iuris solu.matr. cum similib. per eos cita. Tertius
12 est † casus quando sumus in communiter uel generaliter æquiparatis uel purificatis; tunc enim extensio permittitur de una persona ad alteram, & de uno casu ad alterum ex identitate rationis inter alias personas; per glos.in d. l. si quis seruo persuaserit.C.de furt.& ser.corrup.& in d.l.quod uerò contrà de legi.cum simil.ab eis adductis, qui latius insistunt & eosdem casus uarijs modis declarant.

13 Ias.in d.l.si constante † solu.matri. sub d.num.72. cum seq.& Rip.sub d.num.78.cum seq. Do. Alciat. d.lib.2.de uerb.sig.sub nu.54.cum seq.& Gammar. in d.extensionum libell. sub num.95. cum seq.constituta regula illam uarijs modis declarant, extendunt, limitant, ac restringunt.

SVMMARIVM.

1 *Auctori in hac limitatoria materia placere methodum seruatam in explicanda correctoria.*
2 *In limitatorijs extensionem posse fieri ubi similitudinis, uel identitatis, aut maioritatis ratio suadet. numero 12.*
3 *Tex.l.his solis.C.de reuocand.donatio. & commendatio.*
4 *Intellectus, l.libertum, §.senatusconsulto de ritu nuptia.*
5 *Declar.text.in cap.1.§.porro iuncto, §.sed quia quæ fuit prima caus.benefi.amitten.*
6 *Declarari quoque text. in §. aliud quoque capitulum in auth.ut cum de appell.cognosci.*
7 *Et tex.in l.3 §.sed si quid de nego.gest.*

8 *Ac in cap. post translationem de renunciat.*
9 *Limitatorium nihil esse aliud, quam rationabilem quandam limitationem.*
10 *Vt in paribus terminis æquitas rigori præfertur, sic casus omissus æquitate limitationis potius debet comprehendi, quam regulæ rigore contineri.*
11 *Extensionem quæ fit in materia limitatoria ex sententia legis fieri.*
13 *In limitatorijs quatenus ratio patitur extensionem fieri.*
14 *Et cur progressus detur quando maior militat ratio. Quia scilicet in maiore inest minus.*
15 *Sed & ratione symboli dari in similibus. In habentibus symbolum facilem transitum dari. ibi.*
16 *De similibus ad similia dari progressum.*
17 *Vt auctoritatibus firmetur conclusio quæ habet, in limitatorijs dari extensionem.*

Auctori magis placere eam methodum, per quam propositæ regulæ, per extensiones, limitationes, ac declarationes absoluantur negocium, in primisque versari circa confirmationem ipsius conclusionis.

CAP. IIII.

VOrum vestigijs vt & nos inhæreamus, facit obseruata methodi eiusdem ratio in explicanda interpretatione circa correctoria † sed antequam negocium hoc constitutiuum aggrediar, tollendæ imprimis sunt illæ obiectiones, quæ in principio istius conclusionis supra fuere ex scribentium dictis relatæ; quæ videntur facere negocium in extendendis huiusmodi dispositionibus; Quod vt faciam præmitto † conclusionem illam, quæ habet, in limitatorijs seu exorbitantibus posse extensionem fieri, vbi similitudinis, vel identitatis, aut maioritatis ratio suadeat, neriſsimũ esse ostendi, quod demonstratur lege, ratione, atq; auctoritate, lege † per tex. in l. his solis, in uer. tacitè cautum putamus. C. de reuo. donat. dum ibi in materia illa limitatoria atque exorbitanti uult Imperator, ut quod fuerat constitutum circa matres quæ transeuntes ad secunda uota prohibentur, reuocare donationes in filios ingratos collatas, etiam sic per extensionem à maioritate rationis procederet in ijs matribus, quæ portentosæ uilitatis, abiectæque pudicitiæ essent; & hunc tex. dicit esse meliorem de iure etiam in fortioribus terminis Bal. in rub. C. de naut. fœno. & nos quoque non semel supra ad aliud propositum retulimus. Rursus pro hac sententia † est tex. ualde insignis atque notatu dignus in l. libertum in §. senatusconsulto de ritu nupti. quem tex. rotundum uocat; & cauillari non posse dicit Gammar. loc. supra cita. ubi declarat I.C. Senatusconsultum dispositionem prohibentem nuptias inter tutorem & pupillam, trahi quoq; ac extendi ad hæredem tutoris ob rationem utrique casui communẽ, quæ est, ne puellæ in re familiari circumscribantur ab ijs, qui rationes gestæ tutelæ eis reddere compelluntur. Ad idem est † tex. in cap. 1. §. porrò, iuncto, §. sed quia, quæ fuit pri. caus. benefi. amitten. ubi post enumeratas nonnullas peculiares causas, quibus uasalli beneficia feudalia amittunt, subdit; sed quia natura, nouas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, ut aliæ emergant causæ, quibus uideatur iustè adimi posse feudum, ideoque index solers, ac discretus, atque æquitati obsecundare solicitus, cuncta subtiliter dispensans prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis, aut maior ratio, ut proinde sciat, an beneficium sit amittendum, uel retinendum. Cuius tex. argumento † inducitur quoque text. in §. aliud quoque capitulum, in auth. ut cum de appell. cognosci. per Guliel. de Cuquem seq. Alex. in auth. non licet. C. de lib. præter. quod scilicet, tametsi in illa dispositione exorbitanti enumerantur quatuordecim tantum causæ, quibus filius à parente exhæredari possit, nihilominus si aliæ reperiantur similes, ex illis quoque poterit filius exhæredari, uel præteriri; Quibus accedit † etiã text. in l. 3. §. sed si quid accedit, de neg. gest. ubi in materia illa iudiciaria, quæ stricti est iuris, conuentionis scilicet in iudicio ob negociorum gestionem, quamuis complectatur edictum uerbis expressis casum negociorum, quæ cuius cũ is moritur fuerint, sed si quid accesit inquit I. Cons. post mortem, ut puta partus, fœtus, & fructus, uel si quid serui acquisierunt, & si his uerbis non continetur, pro adiecto tamen debet accipi. Adijcitur & tex. † *in cap.* post translationem de renuncia. in uer. quamquam in illis uerbis in ijs & consimilibus casibus & in uer. cum ergo, in illis uerbis ex præmissis & consimilibus causis quem tex. ibi Bal. ad hoc notat & optimè probat qũia in materia illa exorbitanti seu limitatoria regulæ quæ habet eum qui dimissa pontificali dignitate ad monachatum se transtulerit, non posse amplius assumi ad pontificalem dignitatem post expressos aliquos speciales casus uult summus Põt. ut de similibus ad similia possit procedi, sed de his hactenus. Ratione † autem probatur ista conclusio. Nihil est aliud limitatio quam quædam rationabilis exceptio, ut inquit Gammar. loc. proximè relato, quæ licet sub generalitate regulæ comprehendatur non tamen comprehenditur ex mente & sententia dispositionis; & ideo, cum talis casus per se stet cũ sua ratione est fauorabilis, cum exceptio nihil sit aliud quàm æquitas, l. placuit. C. de iudi. ergo casus limitatorius & fauorabilis erit extendendus, l. hoc modo de conditio. & demonstratio. cum uulgar. Confirmatur, † quia ut *in* paribus terminis æquitas rigori præfertur d. l. placuit. C. de iudi. sic in casu omisso qui possit de rigore primariæ regulæ tacitè sub regula comprehendi, & qui etiam possit de æquitate exceptionis eximi à regula, potius eximetur secundum æquitatem per extensionem limitationis ad eum, quàm comprehendatur sub regula de rigore cum præsertim tantum operetur uirtus taciti in tacito, quantum expressi in expresso, l. cum quid si cert. pet. l. qui ad certum locat. cum similib.

Accedit

11 Accedit quòd † extensio quæ fit in istiusmodi materia, ex sententia legis fit dicta l. libertum. §. Senatusconsulto, de rit. nupti. ibi puto tutoris quoque hæredem extraneum sententia apprehendi, sed quod ex sententia legis est, non minus ex lege dicitur esse, quàm quod ex uerbis est, l. nominis & rei. § primo. infra de uerborum significationibus. Ergo ubi uerba deseruiunt fit progressus de uno casu ad alterum, sic & ubi mens, uel sententia legis conuenit, quia nunquam debet tantum posse interpretatio verborum, ut melior sensu ac mentis interpretatione existat. l. tertia. C. de lib. præter. cum socijs supra relatis, facit
12 † insuper quòd cum omnis extensio in limitatorijs atque exorbitantibus procedat ex aliquo istorum capitum, uel quia eadem, aut maior, vel similis militet ratio, ut communis est omnium scribentium consensus in locis supra relatis, nunquam negari poterit quin semper in quocunque istorum casuum licere debeat progressus de limitato casu ad alterum ei attinenti, si enim eadem militat ratio, illud est, quia aut ratio in lege expressa est, uel una tantum afferri potest iuxta ea quæ supra diximus in proximè præcedenti arti-
13 culo, & ideo utroque casu quatenus † ratio patitur fit progressus l. ultima, de hæredib. instituen. ubi Bartolus, Baldus, Imola, & alij in l. pater filium. §. fundum, de legatis tertio. l. regula. §. licet, de iur. & facti ignor. vbi Bartolus & alij iunctis ijs quæ traduntur a glossa, Bald. Castrens. & alijs in dicta l. quamuis. C. de fideicommiss. cum similibus supra relatis. Si uero maior militat ra-
14 tio quam † sit expressa, uel quæ pro expressa habeatur, tunc cum in eo quod maius est insit & id quod est minus, quando sunt eiusdem generis, ut declar. Dec. & Cagnol. in dicta l. non debet, de regulis iuris. Dyn. & alij in dicto capitulo cui quod plus est, licet, de regulis iuris, libro sexto, & supra, diximus cum in casu ad quem fit extensio in maioritate illa rationis militet quoque ratio quæ sit expressa vel pro expressa habeatur in limitatoria, uel exorbitanti dispositione non erit dubium per rationem proximè allegatam protensionem quoque fieri de casu expresso ad tacitum.
15 Quando uerò casus † tacitus non eadem, neque maiore ratione, aliquid commune habebit cum expresso, sed uinculo tantum rationis quæ expressæ, uel pro expressa habitæ sit similis, coniungetur, tunc quoque permittendus erit progressus, quia in habentibus symbolum facilius fit transitus. l. in rem. §. item quæcunque, de rei uendicatio. Bartolus, & alij post eum in prima eius oppositione, in lege Centurio, de vulgari, & pupillari. Et ob qualitatum proportionem
16 † de similibus ad similia proceditur, l. non possunt ubi Bal. de legi. capitulo translato, de constit. ubi Abbas, Decius, Felynus, & alij cum similibus supra adduct. in uigesimo interpretationis instrumento, in principio. Ergo a partibus sufficienter enumeratis dicendum erit in hac materia regulariter permissam esse extensionem.
17 Auctoritate uerò esse ueram † hactenus firmatam conclusionem probant supra relatæ glossarum Bartoli, Baldi, Abbas, Alexandri, Ripæ, Alciati atque aliorum auctoritates, ex quibus apparet frequentiore calculo receptam esse hanc conclusionem.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cap. quæ exorbitant, de regulis iuris, libro sexto.*
2 *Quæ conueniunt maioritate, identitate & similitudine rationis non debent separari.*
3 *Quid sentiat D. Alciat. circa intellectum leg. si verò. §. de viro solut. mat.*
4 *Donationem factam a viro vxori non valere, a socero autem nurui valere.*
5 *Quam variè senserint Doctor. circa intellectum d. §. de viro, remissiuè.*
6 *Quid sentiat Auctor circa intellectum dicti §. de viro, ibique idem decidi in socero quod in viro numero 7.*
8 *Mqrem peculiarem iurisconsultis esse per ironiam loqui.*
9 *Si pro omisso haberetur quod in d. §. de viro non est expressum non daretur vtilis actio.*
10 *Declarat textum in l. prima, de constit. prin. & in §. planè, instit. de iure nat. gent. & ciuil.*
11 *Intellectus cap. sanè, de priuileg.*
12 *Exceptionem confirmare regulam in non exceptis quomodo intelligatur, et ubi lex non distinguit, &c. vel quod vnius inclusio.*
13 *Intelligi ut debeat l. præcipimus. Cod. de appellationibus.*
14 *Declaratio ad l. Gallus, in principio, de lib. & posthu. numero 15.*
16 *Qui speciem sub aliqua re comprehensam retegit non dicitur aliquam nouam speciem facere.*

Quibus modis remoueantur obices qui obstare uidentur communi conclusioni.

CAP. V.

1 NON mouent modo ea quæ in oppositum fuere adducta atque in primis regula capituli, quæ a iure † communi, de regulis iuris in sexto, cum socijs supra relatis, quia respondetur illa iura procedere quando diuersa militat ratio inter casum expressum & eum ad quem vellet fieri extensio, secus vbi eadem, vel maior aut similis considerari potest ratio, quia tunc protendi potest dispo-

sitio, ut declarat Dynus in regula, in argumentum de regulis iuris. libro sexto, quia ea quæ conueniunt † in identitate, vel maioritate aut similitudine rationis, non debent separari in constitutione iuris, lege si domus. §. cum verò alicui, de legatis primo. lege posthumi, de iniusto rupto testamento, & quia punctus consistit in assignanda ratione diuersitatis in dicta lege si verò, in dicto §. de uiro, soluto matrimonio. Dominus Alciatus de verborum significationibus dicto libro secundo, sub numero sexto. † dicit in casui dicto §. de viro non esse æqualem inter uirum ac socerum rationem si quidem mulier marito manumissori consentiens, cum ob magnam coniunctionem possit alia præsumptio capi non facile creditur uoluisse donare. Quod in socero est è contrà, sicut videmus, & in extraneis, quibus si permittamus rem nostram possidere, in possessorio nobis præiudicamus, quod non ita est in viro atque uxore. lege qui iure familiaritatis, de acquirenda possessione, præsumitur enim alter ab altero iure quodam familiaritatis habere, nec ideo deteriorem in aliquo causam suam facere. quod maximè in casu prædicto dicendum fuit, cum regulariter donatio viro facta ab uxore prohibeatur † l. prima, de donationibus inter virum & uxorem, socero a nuru non prohibeatur l. tertia. §. socru, eodem titulo, de donationibus inter virum & uxorem. Traduntur † & aliæ responsiones à Doctoribus tam in dicta l. si constante, in septima quæstio. Bartoli quàm in dicto §. de viro, quas latius prosecuti fuimus in dicta lege si constante, in eadem septima quæstione Bartol. sed forte cum † vix sibi ipsis satisfaciant interpretes in eorum resolutionibus nec tam exquisitè aliquid ab vno fuerit elaboratum quod ab altero non reprehendatur, dici poterit idem ibi decidi in socero quod in viro, si intelligamus † verba illa, in fine illius textus prolata negatiuè, & asserriuè esse ab Vlpiano per ironiam contra Labeonem prolata qui putabat casum soceri a uerbis omissum pro omisso habendum esse, qui mos est peculiaris Iurisconsultis antiquis † ut docet Dom. Alciatus de verborum significationibus, libro quarto, sub numero decimoseptimo, qui modus loquendi sic se habet, vt uerbis innuat oppositum eius quod re vera sentimus, quasi uelit in dicto §. de viro inferre Vlpianus; si verum esset quod labeo notat pro omisso haberi quod in lege non est expressum † succederet, ut nec vtilis actio contra socerum danda esset contra socerum ex æquitate & mente legis, quod non est dicendum. l. secunda. §. item Varus, de aqua pluuia arcenda. Quem sensum si recipiant verba illa dicti §. de uiro, in quibus igitur casibus lex deficit non erit nec utilis actio danda, ut germanè ad illum accedere videntur, iam cessabit omnis controuersia, omnis difficultas, & omnis obiectio. Non obstat textus † in dicta l. prima, de constitutio. principium, & in dicto §. planè, institut. de iur. nat. gentium, & ciuil. quia procedunt in iuribus personalibus, & priuatis, quæ non censentur generali iuris communis dispositione, quæ non possunt etiam per identitatem rationis in illis expressam ad alios trahi, cum ita fuerint a principe inducta, ut personas quibus concessa essent non excederent, ut apertè ac euidenter dicit uterque illorum textuum supra relatorum, & ideo non poterit abilis ad dispositionem nostram inferri, cum ut supra declarauimus nostra sit oratio de limitatorijs, & exorbitantibus dispositionibus, quæ sunt iuris communis & generales, & quæ sunt in publicam omnium utilitatem introductæ. Et eodem † modo respondendum est ad dictum capitulum sanè, de priuilegijs, quia & ibi summus Pontifex loquitur de priuilegijs concessis certa ratione singularibus personis, ut non egrederentur illarum personas, & ideo vt nihil cum casu nostro communi habente non erit inferendum. lege naturaliter. §. nihil commune, de acquirenda possessione. Non refragatur etiam † quòd exceptio confirmet regulam in casibus non exceptis, quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus, quòd unius inclusio, alterius sit exclusio & reliqua eius generis, quia respondetur illa omnia procedere ubi identitas, vel maioritas, aut similitudo rationis in casu excepto consideratæ aliud non suadeat, ut declarat Abbas in dicto capitulo cum dilecta, de confirmatio. vtili, uel inutili. & Gammar. in dicto tractatu extensio. sub numero quadragesimoseptimo, cum igitur in quæstione nostra loquamur nos de extensione quæ fit ab identitate, vel maioritate, vel similitudine rationis, quæ in casu excepto reperiatur esse expressa, ut supra declarauimus, nulla erit uis illationis desumptæ a memoratis iuribus. Nihil etiam † facit ratio dictæ legis præcipimus, in fine. C. de appellationibus, quia cessat, & ipsa cum ratione casus excepti duce atque auspice progredimur ad similia expressis. Minus obest † perpensio dict. legæ Gallus, in principio, de liberis & posthumis, quia in oppositum reuoluitur, quandoquidem certum sit consilium Galli præuia ratione ab illa considerata comprehendisse etiam casum nepotis qui uiuo auo nasceretur, tametsi vsque ad tempora Scæuolæ qui postea Galli formulam interpretatus est, non fuerit deducta, atque in lucem peruecta mens illa Galli; ideo dici non potest Galli dispositionem non potuisse extendi, quia imò potuit cum rationis identitas idem suaderet, lege illud, ad legem Aquiliam. lege a Titio, de verborum obligationibus. l. ultima, ad legem Falcidiam. Quinimmo † ille casus quem detexit Scæuola venire sub dispositionem Galli non tam veniebat per extensionem quàm per comprehensionem, propter vim rationis eiusdem, prout supra sæpius declaratum fuit, nec potuit dici per Scæuolam de nouo fuisse inductus, quia qui declarat

declarat nihil de nouo inducit l. hæredes palam. §. sed etsi notam, de testamentis, & institu. de hæredibus instituendis. §. primo.

16 Et qui speciem † prius sub aliqua re comprehensam retegit non dicitur aliquam nouam speciem facere, §. cum ex aliena instit. de rerum diuisione, & l. adeo. §. cum quis, de acquirend. rerum dominio.

Et ideo dicebat Fulgos. in consilio 147. columna finali eum qui declarat similem esse illi, qui excutit grana è spicis, qui non dicitur aliquid de nouo facere, sed quod est detegere, ad idem est tex. in l. hæredes palam. §. sed etsi notam, de testamentis, in l. asse toto, de hæredibus instituendis, in l. si ita scripsero, de conditionib. & demonstratio. in l. unum ex familia. §. si de falcidia, de legatis secundo, cum similibus, unde factum est, ut qui declarat, nihil dicatur disponere, sed quod actum est in præteritum ostendere, Baldus in l. cum testamentum, in fine, C. de manumiss. testamento. Dec. in l. edita, sub numero quadragesimotertio. C. de edendo, quo factum est, ut constitutio declaratoria non futuris, ut constitutionis natura est, sed præteritis det formam negotijs, l. leges & constitutiones, C. de legibus. capitulo cognoscentes, de constitutionibus. Felynus in capitulo finali de constitutio. per illum textum ubi Abbas, ex antiqua ait constitutione potius uideri uinculum inijci, quàm ex noua declaratoria, nec uidetur dissentire Castrens. in dicta l. hæredes palam. §. finali, de testamentis ubi pulchrè inferet ad gratias summorum Pontificum, quod tamen intelligendum esse ait in vera, & propria declaratione, quæ uersatur circa ambiguum, secus si declaratio fieret circa id quod esset clarum, quia tunc declaratio non haberet vim propriæ declarationis, sed magis dispositionis, Castrens. consilio tricentesimoquadragesimo. libro primo. Dec. in capitulo pastoralis, ad finem, de exceptio. in l. edita, sub nume. quadragesimonono. C. de edendo, & in capitulo cum uenissent sub numero tertio de iudici. & latè Bec. Casal. consilio tertio, sub numero quadragesimo quarto cum sequent. quia quod per se demonstratæ rei adijcitur frustra est l. prima. §. ultimo, cum similib. ibi not. in gl. in uer. demoustratæ rei, de supel. legat.

Non igitur poterit ex dicta lege Gallus concludens aliquod desumi argumentum aduersus hanc nostram disputationem, ex qua sic absoluta apparet firmam, stabilem, atque inconcussam resurgere conclusionem in ista materia, quæ est, ut in dispositionib. limitatorijs & exorbitantib. iuris communis, ex identitate, uel maioritate, uel similitudine rationis in casu limitante, uel exorbitante expressæ, uel pro expressa habitæ licita sit ac permissa extensio. per iura rationes, atque auctoritates quæ loco supra citato perpensæ atque considerate fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *A milite armatæ militiæ, ad cœlestis militiæ pugilem cur arguamus.*
Ab eodemque ad rusticum, & mulierem, ibi.
De libertate que ad piam causam, ibid.
De minoribus ad furiosos, ibid.
De furioso ad absentem, ibid.
De minore ad ecclesiam, ibid.
De alimentis ad dotem, ibi.
2 *Extensionem in limitatorijs potissimè fieri quando præter maioritatem, vel identitatem, aut similitudinem rationis larga etiam concurrit significatio vocis.*
3 *In casibus specialibus argui de Falcidia ad Trebellianicam.*
4 *Falcidiæ appellatione contineri Trebellianicam.*
5 *In exorbitantibus procedi de possessione ad quasi possessionem.*
6 *Extensionem fieri in limitatorijs etiam si non militaret tanta ratio in casu ad quem fieret extensio.*
7 *Declarari l. primam. C. de ijs qui ante apertas tabulas.*
8 *Authent. res quæ C. comm. de legat. extendi ad fratres quoque, & sorores quamuis in eis tanta non sit ratio.*
9 *L. Si unquam materia. C. de reuocand. donationib. ut sit intelligenda.*
10 *In limitatorijs semper fieri extensionem in omnibus illis casibus in quibus fit extensio in correctorijs.*
11 *Confutari Bald. & Salyc. in l. secunda. C. de patribus qui fil. distrax.*
12 *Fine habito de alijs non curari.*
13 *Paritatem esse inter uenditionem, ac permutationem.*
14 *Patrem pro lytro, seu talea, vt uocant hostibus dum captiuus esset promissa, cogenda posse filium uendere.*
15 *Gloss. in capitul. in fidei, de hær. lib. sexto confutatur, numero 16.*
17 *Causam accusationis fauorabiliorem esse, quàm causam inquisitionis.*
18 *In comparatis per modum regulæ statutum in uno trahi ad alterum.*
19 *Secus si in omnibus comparata non sint.*

Ad multa ex supra firmata conclusione inferri, & illam nonnullis modis declarari.

CAP. VI.

HActenus firmata ex conclusione infertur, cur sit, ut de armato milite † ad cœlestis legalisque militiæ pugilem arguamus, vt per glos. & scribent. in dicta l. miles ita, de re iudic. & de eodem milite ad rusticum & mulierem, ut per glossam & Doctores

1

in dicta l. prima. C. de iure, & factum ignorari de libertate ad piam cauſam, ut per Bartolum in l. proximè. §. finali, de ijs quæ in teſtamen. delent. & in lege ſi unus ubi latè Iaſon. C. de teſtamentis de minoribus ad furioſos iuxta gloſſ. in l. ſecunda. C. de curato. fur. de furioſo ad abſentem, ut in lege ſecunda. §. finali; ſoluto matrimonio, ubi Rip. & alij de minore ad eccleſiam, ut in l. tertia, C. quand. ex fact. tuto. Et de alimentis ad dotem, ut per Ripam, & alios in l. prima, ſoluto matrimonio. cum ſimilibus quæ latius proſecuti fuimus ſupra in loco a ſimili ſecundo inſtrumento interpretatio. faciendæ & ita inferunt Ripa, & Domi. Alciatus in locis ſupra citatis, ille in dicta lege ſi conſtante, ſub numero ſeptuageſimo octauo, ad finem, ſic dicto libro ſecundo, de uerborum ſignificatione, ſub numero 55.

2 Declaratur autem † imprimis iſta concluſio, ut maximè procedat quando præter maioritatem, uel identitatem, uel ſimilitudinem rationis concurreret etiam larga ſignificatio dicta lege filium habeo ad ſenatuſc. Macedonianum, lege ſecunda, §. ſi mater, uerſiculo quod ſi curatores ad ſenatuſc. Tertullianum.

3 Et hinc dicit † Ripa loco iam relat. apparet ſub numero ſeptuageſimonono quare in caſibus ſpecialibus arguamus de Falcidia ad Trebellianicam ut per Bartolum, & alios in l. Marcellus ad ſenatuſc. Trebellianum, & per Alexandr. in l. prima. §. hæres ad ſenatuſc. Trebellianum. & per Iaſo. eodem titulo.

4 Nam † appellatione Falcidiæ continetur Trebellianica l. Papinianus. §. vnde & ibi gloſſ. de inoff ficioſo teſtamento. & cur iura exorbitantia extendantur de poſſeſſione ad quaſi poſſeſſionem † rerum incorporalium quæ largè dicuntur poſſideri, l. regulariter, de petitio. hæreditatis. Alexander in lege ſi prius, columna ſexta, de operis noui nunciatione.

6 Declaratur † rurſus, vt locum habeat etiam ſi non militaret tanta ratio in caſu ad quem fieret extenſio atque in caſu expreſſo ut inducit Imol. in dicto §. de viro tex. in l. prima. C. de ijs qui ante aper. tab. ubi diſpoſitio illa loquens de tranſmiſſione
7 hæreditatis † aſcendentium in deſcendentes procedit ſecundum gloſſ. & Doct. e contrà quamuis non ita ſit debita aſcendentibus hæreditas deſcendentium l. nam etſi de inoff. teſtam.

8 Item † infertur per Iaſ. ad auth. res quæ C. com. de leg. ut extendi debeat etiam ad fratres, & ſoroſes quamuis non tanta ſit ratio, & ad matrem, ut per Alexand. in l. filiusfamilias. §. diui, columna quarta, de leg. 1. ubi diximus.

9 Item inferri poteſt † ad materiam, l. ſi unquam. C. de reuocandis donationibus, ut in omni caſu progrediatur in quo militat eadem ratio, ut ibi latius per Ripam & Andr. Tiraq.

Declaratur inſuper iſta concluſio ſic firmata,
10 ut a fortiore procedat in omnibus illis † caſibus in quibus ſupra dictum fuit diſpoſitionem correctoriam poſſe extendi, quia ſi in illis caſibus in quibus militat maior odij ratio, dicta l. præcipimus. C. de appellationibus, dicta l. ſancimus, C. de reſtament. & dicta authent. quas actiones C. de ſacroſanctis eccleſijs cum ſimilibus, & in quibus potius ex vi ſubiectæ materiæ faciendæ erit reſtrictio capitulo odia, de regulis iuris in ſexto cum ſocijs permittitur extenſio, multo magis debebit admitti in caſu iſto, dicta authent. multo magis. C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. non debet, de regulis iuris, & capit. cui quod plus eſt licet, de regulis iuris in ſexto, & ita communi omnium conſenſu nemine diſcrepante declarant prænarratam concluſionem Doctores omnes ſupra relati in locis ſupra citatis.

11 Ex quibus infertur ad multa † ut per Gammar. de extenſio. ſub numero nonageſimono, & ſequen. atque imprimis non rectè ſenſiſſe Bald. ac Salyceti qui in dicta l. ſecunda. C. de patr. qui filios diſtrax. dixerunt caſum illius legis loquentis in facultate patri permiſſa uendendi filium non poſſe trahi ad permutationem, nam certum eſt, quòd ſi ex actu permutationis reſultaret idem effectus ueluti quia permutando filium pater ea in permutatione reciperet res cibarias, ac ueſtiarias quibus infœliciſſimam eius uitam tolerare poſſet, deberet illius legis diſpoſitio extendi, quia ſiue famis, ſiue patriæ poteſtatis rationem intueamur, certum eſt dari poſſe progreſſum ab uno caſu ad alterum cum præſertim poſsit immediatè permutationis medio impleri mens ac finis legis & in quem lex ipſa dire-
12 cta eſt, unde habito † fine de alijs curare non debemus l. cum ſeruus, de uer. oblig.

Rurſus quia paritas inuecta iure fuiſſe reperi-
13 tur inter uenditionem † & permutationem l. prima, de rerum permut. Quinimò uidetur uenditio ſubrogata fuiſſe in locum permutationis, l. prima, de contrahenda emptione. Quinimò facilius conceditur in materia prohibitæ alienationis permutatio quàm uenditio, C. de præd. curial. Libro decimo.

Quibus omnib. conuincitur quòd cum in permutatione eadem militet ratio, quæ in uenditione, & idem ex illa reſultat effectus atque ex ipſa uenditione non poteſt defendi Bald. ac Salyceti ſententia, cui poſſet eſſe locus quando pater uellet permutare filium cum iis rebus, unde ſuccurri eius neceſsitatibus non poſſet, ſed tunc res difficultatem non haberet, quia eſſemus extra caſum illius legis.

Quæ rationes & aliæ conſideratæ per Gamma. ſub numero 101. loco ſupra citato, uidentur
14 † inferire, ut idem conſtituendum ſit in caſu quo ageretur de diſcrimine uitæ paternæ, exempli cauſa quando parenti in bello iuſto ab hoſtibus captо, eſſet caput hoſtis imperio amputandum, niſi intra tempus promiſſum Lytron, ſeu Solytron quam uulgo taleam appellant, ut ſcribit Dominus Alc. in l. prima, in prin. de acq. poſ. ubi diximus, deberet licere illi filium uendere, ut inde redacta

pecunia

pecunia se redimere posset, sed hæc omnia non facilè, sed magno cum animi iudicio concedenda sunt omnibus exactè ac maturè consideratis, quæ perpendenda in huiuscemodi negocij euen-
15 tu venirent. Hinc etiam infertur minus † rectè sensisse glossam in capitulo in fidei, de hæret. libro sexto, quæ voluit dispositionem illius textus qua inductum est, vt testes inhabiles sufficiant fauore fidei in crimine hæresis, quando proceditur per inquisitionem, non posse extendi ad casum in quo proceditur per accusationem, quia talis dispositio est contra regulas iuris, quibus istius generis testes non admittuntur, quam glossam probat Angelus de maleficijs, in versiculo hæc est quædam inquisitio, sub numero secundo, & ibi Doctor. Ariminen. ad eum. Ex supradictis enim apparet contra illam glossam concluden-
16 dum esse † & ita illam reprobat ibi Archidiacon. & Roman. in dicta authent. similiter, columna quinquagesimasexta, quia in vtroque casu militat idem fidei fauor, & dicit Archidiacon. contra illam glossam esse text. in capitulo si hæreticus secunda quæstione septima, & quamuis Ioannes Andreas, & Geminian. uolentes seruare gloss. dicant illum textum fuisse correctum, nihilominus dicit Gammar. loco citato sub numero centesimo istud non esse uerum, quia non reperiuntur iura in materia loquentia præter dict. capitulum in fidei, quod fuit in fauorem fidei inductum, & propterea non est contra fauorem fidei interpretandum. l. quod fauore. C. de legibus, capitulo quod fauore. de regulis iuris, libro sexto, & hanc illationem aduersus illam glossam firmat nuncupatim Alexander in dicta l. si constante sub nume-
17 ro quinto, ad finem, & sexto, ubi addit in † confirmationem quòd causa accusationis est fauorabilior, quàm causa inquisitionis, ut notant Bartol. & omnes in l. secunda. §. ex publico, de adulterijs. Bald. in l. ea quidem. C. de accusationibus. Bartol. in l. infantem, de publicis iudic. Baldus in l. finali. C. de suspect tuto. cum socijs. Declarari quoque
18 potest ista conclusio, ut multo magis procedat † in ijs quæ generaliter fuissent in iure æquiparata, vel purificata, quia tunc statutum in uno extenditur ad alterum, vt prob. textus in §. primo, uersiculo quia uerò, & §. colligentes, in authent. de non eligendis secundo nuben. glossa in dicta l. si quis seruo. C. de furtis, & in l. quod verò, de legibus, cum similibus in prox. præcedenti articulo supra relat. secus si non in omnibus fuissent æquiparata, sed in aliquibus tantum, quia tunc non fit
19 extensio † ut in capitulo constitutionem, de regulis iu. lib. sexto, & in clementina dudum, de sepulturis, & non concurreret eadem ratio, ut per Euerard. post alios a se citatos loco iam relato, sub numero quingentesimosecundo, & quod dicitur de identitate intellige quoque de maioritate, uel similitudine rationis declarando, ut supra fecimus.

SVMMARIVM.

1 *Maioritate rationis extensionem procedere quando procedit ex regula cui quod plus est licet.*

2 *Auctorem putare, indistinctè progredi extensionem quando maioritas est ex ratione in lege expressa, vel quæ pro expressa habeatur.*

3 *Quia tunc dispositio dicitur comprehendere, non autem extendi.*

4 *Prohibitum statuto ante vigintiquinque annum legare, vel fideicommittere sine certa solennitate, intelligi quoque prohibitum esse testari.*

5 *Extensionem fieri ex identitate rationis inter easdem personas.*

6 *Secus inter diuersas.*

7 *Auctorem contra putare. numero octauo, & nono.*

10 *Extensionem in limitatorijs non fieri, vbi sit apposita dictio taxatiua.*

11 *Dictionem taxatiuam esse exclusiuam omnium quæ non reperiuntur inclusa.*

12 *Iudicij accumine maximè discernendum esse cur dictio taxatiua apposita sit.*

13 *Dictione taxatiua non intelligi factam esse correctionem quando a lege facta est extensio.*

14 *Dictionis taxatiuæ naturam esse sic penitus extranea excludere, vt tamen omnia ad rem pertinentia includat.*

15 *Similia, & æquipollentia, nunquam dictione taxatiua intelligi esse exclusa.*

16 *Nec ea quæ de consuetudine fieri solent.*

17 *Procurator si sit constitutus ad accipiendum mutuo centum aureos tantum, & accipiat sub vsuris intelligitur ad eas dominum obligasse.*

18 *Extensio consuetudinis dicitur extensio legis.*

19 *Fauorem piæ causæ exclusioni taxatiuæ dictionis præferri.*

20 *Eiusque gratia fieri quoque in priuilegijs progressum de persona ad personam.*

21 *Statutum Brixiæ disponens potestatem posse committere causam appellationis interpositæ a sententia diffinitiua tantum, habere locum etiam in appellatione ab interlocutoria.*

22 *Extensionem in taxatiuis permitti, ubi uersamur in fauore principaliter publico.*

23 *Idemque esse in quocunque alio simili casu.*
Veluti si statutum esset, vt a sententia definitiua tantum non liceret appellare ad ciuitatem Metropolitanam.
Nam idem esset in sententia interlocutoria. ibidem.

24 *Immunem a collectis teneri ad eas quæ imponuntur ratione belli postea superuenientis.*

25 *Ob fauorem publicum fieri transitum de similibus ad similia.*
Etiam in taxatiuis exorbitantibusque.

26 *Immunitas concessa per viam contractus & tit. oneroso est irreuocabilis.*

27 *Nec alicuius onris causæque euenientis prætextu potest reuocari.*
Quia is cui esset quæsita diceretur affici iniuria. ibidem.
28 *Statuto si permittantur opponi aliquæ exceptiones tantum, similes non censebuntur excluſæ.*
29 *Quicquid senserit Baldus.*
30 *L. secunda, C. de patr. qui fil. distrax. pati multas difficultates.*
31 *Officialis a ciuitate electus ea lege, vt posit, de furtis, & Baratarijs tantum syndicari, de alijs quoque delictis censuram potestati.*
32 *Imolam tamen, & Alexandrum contra sentire.*
33 *Statuto Ciuitatis si puniatur delictum mille libris, deinde alio statuto puniatur quingentis tantum, non censeri per hoc priori derogatum.*
34 *Difficileque esse aliter in actu practico ab ea Bartol. sententia recedere, cum non habeat contradicentem.*
35 *Contra tantum sentire Iaſ.*
Quia statutum secundum nihil operaretur ibi, & quia.
36 *Statutum quod in sensu directo operari non potest, intelligi debet in sensu contrario.*
Tum quia.
37 *Dictiones taxatiuæ nunquam excludunt quando resultat prauus, uel absurdus intellectus.*
38 *Sed a Bartoli sententia non esse recedendum.*
39 *Quia per statuta prædicta intelligitur datum esse arbitrium iudici, imponendi maiorem, vel minorem pœnam pro uariarum circunstantiarum qualitate.*
40 *Et tacitè videntur statuentes habuisse rationem personarum.*
41 *Exemplum Cæpol. de statuto puniente delictum in quinquaginta, vel in centum confutari à Domino Claro.*
42 *Sed contrà seruari posse.*
43 *In causis quibus filijs possunt exhæredari posse fieri progressum quamuis sint odiosæ.*
44 *Quia ratio generaliter in lege scripta comperitur.*

Quomodo procedat dicta concluſio, quando argumentum ducitur a maioritate, uel identitate rationis, & quando apposita reperitur dictio taxatiua.

CAP. VII.



Imitatur modo primò loco iſta concluſio ſecundum Imolam, & Euerard. in locis ſupra relatis, vt locum habeat extenſio quæ ducitur a maioritate rationis, quando reſurgit † iſta maioritas ex regu. cui quod plus eſt licet, de regulis iuris, in ſexto: ſecus ſi aliunde reſurgat, vt ſupra retulimus exempla ab Euerard. in dicto loco a ratione ſub numero quadrageſimotertio. Ego generaliter † conſtituendum eſſe arbitror quod vbicunque maioritas rationis quæ militat in caſu ad quem fit extenſio, comprehendit in maioritate ſua rationem, quæ eſt expreſſa in lege, vel quæ vnica afferri poteſt, tunc ſemper, & indiſtinctè permiſſa eſt extenſio; quia caſus ad quem fit extenſio † propter vim, & exceſſum rationis quæ militat in caſu expreſſo dicitur potius comprehendi, quam ui extenſionis arripi per ea, quæ ſupra dicta ſunt. Exemplo res clarior fiet, fingamus † lege aliqua municipali fuiſſe receptum, ne quis antequam vigeſimumquintum annum impleuerit poſſit ob iudicij imbecillitatem cuique legata, vel fideicommiſſa relinquere, niſi cum interuentu maioris magiſtratus ipſius municipij, ſi velit is, ſine magiſtratus præſentia teſtari, uel hæredem uniuerſalem relinquere, non erit dubium ex maioritate rationis prohibitum quoque fore cenſendum eſſe teſtari ex diſpoſitione ſtatuti ad hunc quoque caſum extenſa, uel hunc caſum ſimiliter comprehendente, quia maiore † prouiſione eget imbecillitas iudicij diſponentis de uniuerſo, quam de re particulari, §. ultimo, inſtitut. quibus ex cauſis manumittere non licet ubi gloſſ. Angel. & alij notant, ſic igitur extra caſum dicti capituli, cui quod plus eſt, apparet regulam quoque in hac materia ſupra firmatam poſſe procedere.

Limita ſecundo loco per eoſdem quando ſumus in extenſione facienda † ex ui identitatis rationis, ut memorata concluſio inter eaſdem perſonas locum ſibi uendicet ubi materia ſit fauorabilis, vt in lege prima. C. de ijs qui ante apert. tabulas. ſecus † quantum ad alias per textum in dicto capitulo conſtitutionem, de regularibus, libro ſexto. Clementina dudum, de ſepulturis. dicto §. de uiro, & dicta l. finali. C. de interdicto matrimonio. Mihi non uidetur iuridica † iſta limitatio, quia cum ex identitate rationis non poſſe duci argumentum neque fieri progreſſum certum ſit, niſi ubi ratio expreſſa ſit in lege limitatoria, uel exorbitante, aut pro expreſſa habeatur, ut ſupra diximus in conſtitutione ipſius concluſionis principalis, non erit dubium quòd caſus ad quem fiet protractio ipſius diſpoſitionis † ſiue ſit inter eaſdem perſonas, ſiue inter alias, ſemper ueniet ſub illa diſpoſitione limitante, tanquam ſpecies ſub genere ſuo, ut per Baldum in dicta l. de quibus, columna undecima, ſub numero trigeſimoquinto, cum ſimilibus ſupra citatis, & ſic propriè Baldus in dicta l. ſecunda. C. de iur. aur. annul. Decius in l. in toto, & parſ. de regulis iuris. ergo nunquam caſus talis ſiue inter eaſdem ſiue † inter diuerſas perſonas ſit, excluſus a diſpoſitione eſſe cenſebitur, & hæc ratio mihi adeo efficax uidetur, ut non ſit ulterius ſuper hoc laborandum.

Limitatur tertio loco iſta concluſio per Iaſon. &

& Ripa. in dicta l. si constante, Alciat. dicto libro secundo, sub numero quinquagesimoseptimo, & alios In locis supra recensitis, quando fuisset apposita dictio taxatiua in dispositione, tunc enim
10 † concludunt extensionem fieri non oportere sic dicunt probari in l. secunda. C. de patribus qui fil. distrax. iuncta ibi glossa, quæ vult legem illam concedentem parentibus, vt ob necessitatem famis tantummodo liceat filios distrahere, non esse producendã ad aliam causam propter illam dicti-
11 tantummodo, & ratio † est, quia taxatiua est exclusiua omnium quæ non reperiuntur esse inclusa. l. prima, & ibi Barto. si quis iusdicen. non obtemp. & capitu. cum ecclesia ubi not. Abb. de caus. poss. & prop. l. qui aliena. §. liberis, de nego. gest. sed hoc ego puto intelligendum. prout supra dixi 2d finem primæ declarationis supra recitatæ. Et ideo dicit
12 Domin. Alciat. † iudicij acumine maxime discernendum esse quam ob causam taxatiua dictio adiecta sit, & ideo si a lege fuerit ad similem casum fa-
13 cta protensio † non intelligetur ob illam taxatiuam inducta fuisse correctio, l. ob æs cum sua gloss. not. C. de præd. minor. l. serui nomine, & ibi glossa notab. C. de præd. minor. l. serui nomine, & ibi glo. de usucap. & in l. contractus, in principio, de regul. iur. & in l. si mora, ubi Castren. soluto matrimonio. Iason in l. prima. §. per seruum corporaliter, de acquirenda possessio. Alexand. in l. prima. C. de bonorum possessio. secund. tabu. l. ita nobis pudor cum ibi nota. per gloss. Ang. & Cyn. ac alios. C. ad legem Iuliam, de adulter. Barto. & Alexand. in dicta l. si constante, in dicta quæstio. nona. Bartol. in l. prima. §. & parui, quod ui aut clam, facit textus in l. eum qui de publica. in l. fin. cum gloss. C. de legi. in §. item is, institu. de usu & habitat. Natura
14 enim † dictionis taxatiuæ est, sic penitus extranea excludere, vt tamen omnia ad rem pertinentia includat, ut est tex. ualde notandus in clement. exiui de paradiso in §. cum autem, de verb. significic. Hinc
15 † est, quod similia, æquipollentia, vel expresse alibi permissa nunquam excludit, ut plenè tradit Euerard. in loc. a natura dictionum taxatiuarum, Crauet. in dicta quarta parte, de antiquit. temp. sectio. prima. sub numero 112. cum plur. sequen. & nos aliqua succintè retulimus supra in proximè præcedente articulo; in limit. a dictione taxatiua, si pa-
16 riter † simus in ijs, quæ a consuetudine fieri solent non censentur illa fore exclusa, ut scripsit Romanus in l. ait prætor. §. iurari sub numero septi-
17 mo, de iureiurando. De procuratore † cui iniunctum fuerat, ut centum aureos tantum acciperet, is enim cum sub usuris eos accepisset, creditum fuit dominum obligasse, neque per illam dictionem tantum fuisse usuras exclusas, quia non solerent pecuniæ, vt plurimum mutuo dari, nisi sub usuris, & ex consuetudine domini sic mandantis in fœnus solerent obligari, ut dicit Roman. loco supra citato se in usu forensi obtinuisse, & sequitur Ripa
18 hic sub numero octuagesimoquinto. Quia † extensio consuetudinis dicitur extensio legis. §. ex non scripto, institu. de iure nat. gentium, & ciuil.
19 Idemque in pia † & fauorabili causa, in qua fauor eius taxatiuæ dictionis efficatiæ præfertur, l. illud, in fine, cum ibi notatis. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. si constante, cum sua gloss. soluto matrimonio. ubi Bartol. Alexander, Iason, & Doctor. in l. secunda. §. quod si patris, super uersiculo sic iuris, eodem titulo l. miles ita in principio, ubi glo. & Doctor. de re iudic. l. cætera. §. sed etsi quis, ubi not. Imol. de legat. primo, cum similib. adduct. per Iason. in dicta l. si constante, sub num. 84. ubi addit text. quem ualde commendat in l. prima. §. primo, si mens. fals. mod. dix. alias auctoritates addit in dicta l. si constante. Rip. sub numero 86. Quod
20 & in priuilegijs † obtinet, in quibus etiam tali fauore extensio fit de persona ad personam, & per Alexand. in l. miles ita, de re iudicata. Quamobrem dicit Iason sub numero septuagesimonono, loco supra citato post Castrens. quem citat quòd
21 † statutum Brixiæ disponens potestatem posse committere causam appellationis a sententia definitiua tantum, fuit inductum ob publicam utilitatem, ne ciues Brixienses cogerentur ire Venetias pro impetrando iudice appellationis, & propterea extenditur ad appellationem interpositam ab interlocutoria sententia, & creditur in statuto fuisse factam mentionem, de sententia definitiua, propter probabilem dubitandi rationem, quæ in ea uigebat, cæterum ratione publicæ utilitatis, ut uocat, secundariæ, idem in utroque casu sumen-
22 dum esse, & multo † magis idem esse dicendum, quando uersaremur in vtilitate principaliter publica, per ea quæ scribit Bartolus in l. secunda. §. exercitum, de infami. & in l. quemadmodum circa medium. C. de agricol. & censit. Et idem in
23 quocunque † alio casu putat dicendum esse Alcia. loco iam relato, quando aliàs in ciuitate statutum esset, ut a sententia definitiua tantum ad senatum Metropolitanum appellare non liceret, idem quoque Iuris constitutum censeri in interlocutoria uult accipiendum esse propter fauorem publicum, ne quis extra patriam litium tricis implicetur, & definitiuæ mentionem censeri in lege fuisse factam, quia in ea probabilior erat dubitatio. Hinc etiam post longam disputationem concludit Alexander in l. si ex toto, in principio, de lega-
24 tis primo † factum immunem a collectis nihilominus teneri ad eas quæ imponuntur ratione belli superuenientis ex ratione legis, iubemus nullam. C. de sacrosanctis ecclesijs, & extendendo eam ad casum superuenientis belli propter fa-
25 uorem publicum ob quem de similibus ad † similia fit transitus, ex identitate rationis etiam in exorbitantibus a iure communi, non obstante taxatiua dictione, & ita scribunt Baldus, Castrens. & alij in dicta l. iubemus facit textus iuncta glossa in l. prima. C. ut nemi. lice. in empt. libro decimo.
26 Quæ tamen † illatio est uera nisi immunitas esset concessa per uiam contractus, & titulo oneroso, quia tunc immunitas efficitur irreuocabilis, neque permittit, ut sic constitutus immunis aliquo onere possit grauari etiam ex causa bel-

li.Bald.in consil.499. vers. quæritur, volum. quarto. Nat.in consil.497.sub numero nono. Io. Bapt. Sanctose.in dicta l.omnes populi,de iust. & iur circa 6.princip.q. Bar.colum.72. sub num.181. Neuiza.in consil.11.colum.6.in fi.&in consil.66. sub num.44. D.Alciat.resp.80. sub num.5. & 168.sub num.11. Boss.de princip. sub nu.51. Rol.a Vall.in consil.75.sub num.23.lib 7.& consi.13.sub nu.51. lib.tertio, & alibi sæpe, & ratio est euidentissima

27 † quia in ijs casibus non potest alicuius oneris præ textu reuocari,quia is cui quæsita est dicatur affici iniuria,Nat.in consil 66.sub num.20. lib.1. Hinc

28 etiam † est vt dicit Ias. in dicta l. si constante sub num.85.si lege municipali permittantur opponi aliquæ exceptiones tantum,quòd etiam similes poterunt opponi Ang.in l.sciendum,de euictio. & in l.si hominem. §. in ædilitijs per illum tex. aliàs est sub l.si tamen, de ædilit.ædict. Angel. in dicta l.ita nobis pudor.C.de adult.& in l. Paulus. §.primo,de vsur. in l.si debitor qui pot.in pig. hab. cum simil.

29 quicquid † dixerit Bald. in dicta l. ita nobis pudor in ratione decidendi quamuis subdat quod ita obseruat consuetudo, quia vt inquit Ias.mouetur per

30 tex.cum † glo.in dicta l.secunda. C.do patri.qui fil. distr. qui loquitur in materia odiosa, nos in fauorabili,& qui patitur illas difficultates de quibus su

31 pra,inde quoque † infert Ias.loc.iam dicto,sub numero 88.quod si electus fuerit aliquis rector, vel officialis alicuius ciuitatis ea lege, vt possit syndicari de furtis & baratarijs tantum, poterit etiam syndicari de alijs delictis culpa leuissima commissis,aliàs daretur materia delinquendi contra l. conuenire, de pact.dot. secundum Angel. in l. si mora per illum tex.in ver.duntaxat,solut.matr. Imol. ta-

32 men ibi & Alexand.illam Ang.sententiam † reprobant, & meritò, quia per exceptionem illam de furtis & baratarijs tantum, uidetur remissa fuisse ea, quæ leuissima culpa fuissent commissa, vt ibi per Alex.colum.prima,& secunda,in principio,sub numero secundo, & ex illo quasi contractu videtur tantum posse agi ad id quod est expressum l. quicquid astringendæ,de verb.oblig. & l.ueteribus, de

33 pact. Infert quoque † Ias.ad pulchram illam Bar. decisionem in l.tertia.§.cum titio, de alimen.lega. Quod si statutum alicuius ciuitatis pro maleficio, puta pro vulnere imponat pœnam mille librarum deinde aliud adsit statutum per quod pro eodem delicto imponatur quingentarum librarum tantum,non intelligitur per dictionem illam tantũ derogatum priori statuto quominus possit pœna illa mille librarum exigi,quod notandum Barto. dictum sequi. simpliciter Ioan. de Imol.in dicto §. de uiro, Anchar.in dicto capitu.canonum statuta, de constitut.quæstio.14. Alexand.in dicta l.si constante,sub numero sexto,& in l prima. C. de bonorum

34 possess.contra tabu. & aduersus † hanc sententiam dicit Ias.loc.iam relato sub numero 89.quòd difficile esset in practica obtinere quia non habet contradicentem, ipse tamen dicit semper se dubitasse de ista decis. Barto. & putare se, illam non esse ue-

35 ram, tum quia † statutum secundum nihil operaretur frustratorium que esset, quod non est dicendum, Barto.in l.quarta. §. ait prætor, de dam.infecto, tum etiam quia statutum quod † in sensu di-

36 recto nihil operari potest, intelligitur in sensu contrario,ut aliquid operetur etiam correctiuè,ut per Alexand.in l.si cum dotem,in principio,soluto matrimonio. & per Iason. & alios in l.prima, in principio, de offic.eius cui mand.est iurisd. Tum etiam

37 quia † dictiones taxatiuæ nunquam excludunt quando resultat absurdus intellectus. Bald. & Angel.per illum textum in l. cum notissimi, in uerficu.

38 solis.C.de præscriptio.triginta annorum. Vos † dicite uno uerbo a Barto. sententia non esse recedendum tam in iudicando,quàm in consulendo in dubio, quia per diuersitatem istarum pœnarum in eodem statutorum volumine inductarum gratia ciuf

39 dem delicti intelligitur data † facultas ipsi iudici, ut habita ratione circunstantiarum,de quibus in l. aut facta, de pœn. imponat pro eodem delicto, uel maiorem, uel minorem pœnam, & ratione electionis istarum pœnarum, quæ arbitrariæ esse intelligetur ipsi iudici cum tacitè uideantur statuentes

40 † habuisse rationem qualitatis, personarum & casuum,per ea quæ scribit Clar.in eius prax.quæstio. 85. sub numero sexto, ad fin. subloca esse intelligitur facultas eligendæ reo, aliàs electio ipsius rei esset cum pœna sit pecuniaria, per ea quæ scribit Cępola in l.si serui,sub num.51. C.de ser.fugit. ubi

41 † ponit exemplum de statuto puniente idem delictum in quinquaginta,vel in centum, quod exemplum pro absurdo habet Dom. Clar. loc.supra ci-

42 tato, sed intelligendo † ut per Bartolum in loco iam relato non erit absurdum, Cæterum quando

43 sumus in pœnis † alternatiuis cuius esse debeat electio, pulchrè, copiosè atque ordinate tradit Dominus Clar. dicta quæstio. 85. snb numero sexto, & nouissimè Menoch.de arbitr.iudi.l.prima. quæstio.94.per totum, sed de his hactenus. Idem est,

44 & in ijs causis receptum † quibus patri permissum est filium exhæredare. §. causas in auth. ut cum de appellatio.cognosci.& in auth.non licet. C.de libe. præter.nam & in ijs de casu ad casum datur progressus, quamuis materia sit odiosa, argumen. capitu.primi. §. porro, quæ fuit prima caus.benefic.

45 amitten.in usib. feud. cuius sententiæ † inquit Alciat.illam esse cardinem, quòd cum ratio in lege scripta generaliter sit,causæ illæ tanquam exempla regulam coarctare non debent,iur.uulg.quadere, cum satis supra dictum fuerit, non erit ulterius elaborandum.

SVMMARIVM.

1 *Extensionem non fieri in personalibus, aut in ijs quæ certarum personarum gratia inducta sunt.*

2 *Quia ad consequentiam trahenda non sunt.*

3 *Priuilegia dici quasi de primis, idest, de singulis lata.*

4 *Priuilegium militum, ut post sententiam possint omissas exceptiones peremptorias opponere, non trahi ad clericos.*

Aucto-

5 *Auctorem putare hanc limitationem non facere ad rem quamuis in se uera sit.*
6 *Exceptionem debere esse de regula.*
7 *Clericis non dari priuilegia militum, quando ratio considerata in armatis militibus clericis applicari non potest. num. 9.*
8 *Argumentum a militib. ad sacris inititulatos, atque ad aduocatos & rusticos valere.*
9 *Nisi copia peritiores consulendi, eos ponat in diuersam speciem. num. 10.*
11 *Viglius Zuichemus laudatur.*
12 *Productionem dispositionis in exorbitantibus non fieri quando lex aliquid odiosum statuit.*
13 *Verbum sanguinolentos quid inferat in l. secunda. C. de patri. qui fil. distraxe. secundum Dominum Alciatum.*
14 *Principi licere filium etiam inuitum obsidem hosti dare.*
15 *Auctorem non probare lectionem D. Alc. ad d. l. ij. C. de patri. qui fil. distrax.*
Sed potius legendum esse sanguinolentus in casu recti, vt epitheton sit paternum quasi idem signet quod sanguine coinquinatus. ibid.
16 *Qualis esset in filios patria potestas.*
17 *Sanguinolentam quoque dici literam.*

Quid iuris sit quando dispositio ius aliquod personale inducit, uel quando aliquid odiosum, uel irrationabile inuehit.

CAP. VIII.

1 LImitatur quarto loco ista conclusio, vt non progrediatur in ijs quæ personale ius inducunt, † uel quæ fauore certarum personarum constituuntur. l. prima de constit. prin. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. § sed & quod, uer-
2 siculo planè, non enim † ad consequentias trahenda sunt, quòd huiusmodi cum iuris specialis sint a iure communi proprie exorbitant, capitulo quæ a iure, de reg. iur. in sexto, ut ait Domin. Alciat. loco supra memor. sub numero 58. Meritoque priuilegia † dicuntur quasi de priuis, ideſt de singulis
3 lata, ad quam speciem pertinent etiam, quæ certo generi personarum indulgentur, unde priuilegium
4 militum † ut post sententiam exceptione peremptoria, adhuc tueri se possint, non producetur ad cœlestis militiæ pugilem, ut per Barto. in l. prima,
5 de iur. & fact. ignor. cod. sed uix † est, ut ego huic limitationi dare manum possim, quamuis in se uera sit, ut enim supra diximus proposita conclusio loquitur de limitatoria illa, atque exorbitanti dispositione, quæ iuris communis est, non autem priuati, uel singularis iuris, & ideo sub generalitate regulæ non comprehendatur. non potest quoque per
6 exceptionem ab illa eximi, cum exceptio † debeat esse de regula, ut per Dec. & alios in l. prima, sub numero 22. de regulis iuris. & per Dyn. in præfatio. ad reg. 6. sub numero decimoquinto, & tradit Bartol. in l. in his, de legib. Quantum ad exemplum, de priuilegio militibus armatæ militiæ concesso
7 dico etiam non deseruire, quia † non datur clericis non quia priuilegia militibus concessa quæ sint adaptabilia propter identitatem rationis etiam personis ecclesiasticis non tribuuntur, quia uali-
8 dum est argumentum à milite armatæ militiæ † ad sacris initiatum, per ea quæ scribunt Doctores in l. miles ita, de re iudic. post gloss. ibi Dominus Alciat. loco supra relato, sub numero 55. Rip. in dicta l. si constante, sub dicto numero 78. & glossa, & Doctor. in dicta l. prima. C. de iur. & fact. ignor.
9 Item † a milite ad aduocatum, ad rusticumque si militer ac mulierem, ut per interpretes in locis supra relatis, & supra diximus, verum quia ratio illa occupationis in castris, vel militaris expeditionis, propter quam impediuntur milites consulere peritiores, & ideo illis succurritur, argument. l. in bonorum possessionibus, de bonorum possessionib. & not. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti, non mi-
10 litat in clericis † qui cum domi, & in urbibus residеant in quibus peritorum copia potest haberi, non debent huiusmodi priuilegio uti, ut post cæteros cumulatissimè scripsimus in l. Centurio, de uulgari & pupillari, quia in eis cessat ratio illa simplicitatis, & ignorantiæ in expeditione bellica oc-
11 cupatæ, prout scribit quoque † Vigli. Zuiche. iuris nostri interpres disertissimus atque acutissimus in §. illis autem, instit. de milit. test. ubi post alios & nos diximus.

Limitatur quinto loco, vt cesset memorata con-
12 clusio quando aliquid † valde odiosum atque irrationabile inducitur, ut cum lex patri filios sanguinolentos uictus gratia uendere permittit. dicta l. secunda. C. de patr. qui fil. distrax. nam si non sint
13 infantes, & iam iam nati, ut ex illo uerbo † sanguinolentos inferri, inquit loco iam citato, sub numero quinquagesimonono, Alciat. ex Theodosiano Codice, quod uerbum ait ab Accurs. ibi non fuisse intellectum, non ualebit uenditio ratione
14 odij, & taxatiuæ ibi appositæ, tametsi principi † liceat filium etiam inuitum hosti obsidem dare, sed
15 uix est, ut ego probem legi † eo in text. sanguinolentos, ut legit Alciat. ut adiectiuum illud nomen ad filios referatur, sed potius ut uulgata communisque habet lectio, legatur sanguinolentus, ut epitheton sit paternum, & idem signet quòd sanguine coinquinatus ac fœdatus, quasi proprij filij sanguine conspersus madeat, cum illam famis a se propellendæ gratia distraxerit, alioqui facultas illa patri concessa illusoria quodammodo esset neque omnibus parentibus prouidens, quoniam qui filios extra infantiam haberent non possent miserando illius legis auxilio uti, cum tamen pa-
16 triæ † potestatis ius cui uidetur cum necessitate paternæ famis innixa illius legis dispositio respiciendo ad ius antiquum, quo libera absolutaque potestas uitæ ac necis parentibus in liberos constituta

ſtituta fuerat, l. in ſuis, de liberis & poſthumis, in fine aliud ſuadeat, nec mirum videri debet quod ob filij diſtractionem pater ſanguinolentus dica-
17 tur, † cum & litera ſanguinolenta vocetur quæ alterius nomini detrahat iuxta illud Ouidij in Ibin.

Nullaque quæ poſſit tot ſcriptis millibus extat.
Literæ Naſonis ſanguinolenta legi.

Et huic ſenſui magis conueniunt ea, quæ ſupra circa illiùs l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxe. declarationem diximus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalibus in iuris communis diſpoſitionibus quomodo extenſiuè procedatur.*
2 *Nullam videri in pœnalibus poſſe fieri productionem.*
3 *Caſus pœnales ſtricti eſſe iuris, & nullam admittere interpretationem.*
4 *Pœnalis diſpoſitio etiam ſi extendatur pœna tamen non producitur.*
5 *Criminalibus in puniendis iudicem vti debere ſeueritate.*
6 *Iudici licitum eſſe in pœnis tranſgredi leges.*
7 *Ratio eadem, quando militat ac omnimoda ſimilitudo etiam in pœnalibus licitam eſſe extenſionem.*
8 *Legem ſi non conuitij, C. de iniurijs, & legem ſecundam. §. exercitum, de his qui notan. infamia declarari.*
9 *Plures quando deliquerunt, & ignoratur quis deliquerit, omnes deliquiſſe fingi.*
10 *Varias à maioribus noſtris traditas fuiſſe theoricas in materia extenſionis pœnalium diſpoſitionum.*
11 *Pœnalia extendi in ijs caſibus, in quibus & correctoria protenduntur.*
12 *Maioritas rationis ubi vigeat productionem fieri etiam ſi ius pœnam imponat ipſo iure.*
13 *Sed diuerſum videri conſtitutum in l. final. C. de inter. matrimonio.*
14 *Quamuis primam partem adiuuet d. l. ſecunda. C. de patrib. qui fil. diſtrax.*
15 *Pœna quæ imponitur ſepelientibus vſurarios, in cimiterijs produci a fortiore contra ſepelientes in eccleſiis.*
17 *Maiorem honorem eſſe ſepeliri in eccleſia, quàm in cimiterijs.*
17 *Cœmeterij appellatione eccleſiam non contineri.*
18 *Iura nolentia eum qui clericum percuſſerit poſſe ab alio abſolui quam a Sum. Pont. procedunt multo magis in clerico ſeipſum percutiente.*
19 *Pœnalia iura ex identitate, vel ſimilitudine rationis non extendi.*
20 *Niſi lex fieret eluſoria.*
21 *Magnam plagam dici legi fieri quando redditur illuſoria.*
22 *Intellectus capituli quamquam, de vſuris, libro ſexto.*
23 *Pœna quando eſt per iudicis officium infligenda, ſi multum eſt irrationabilis, uel odioſa diſpoſitio non extenditur.*
24 *Pœna rationabilis pro delicto affirmatiuo impoſita producitur.*
25 *Leg. ſi quis in tantam. C. vnde vi intellectus.*
26 *Pœnam rationabilem pro delicto negatiuo impoſitam non protendi.*
27 *Leuiora eſſe delicta quæ fiunt omittendo, quàm quæ in committendo.*
28 *Lex imponens pœnam decem aureorum filio facienti citare parentem in ius ſine venia, non trahi ad generum, qui id faciat contra ſocerum.*

An in pœnali iuris communis diſpoſitione licita ſit interpretatio extenſiua, quam uariatum fuerit in ijs a Doctoribus, & quid ea in controuerſia ſentiat Matheſilanus.

CAP. VIIII.

RES modo iam poſtulare videtur, ut deſcendamus ad mate-
1 riam † pœnalium iuris communis diſpoſitionum, ac videamus quomodo in eis virtute iſtius extenſiuæ interpretationis de ſimilibus ad ſimilia procedere debeamus. Et videatur concludendum
2 † nullam poſſe in pœnalibus fieri extenſionem per textum in capitulo in pœnis. in capitulo odia, de regulis iuris, libro ſexto. l. interpretatione, de pœn. in l. cum quidam, de liberis & poſthumis. l. factum, de regulis iuris. §. finali. & l. in quorum, de pignorib. capitulo pœnæ, diſtinctione quinta, alibi ſcribit Baldus in l. cum proponas, columna
3 finali, de hæredib. inſtituendis, † caſus pœnales eſſe ſtricti iutis, & non recipere interpretationem extenſiuam per textum in l. ex teſtamento. prima, de conditio. & demonſtratio. ſequitur Dec. in dicta l. factum. §. finali, ſub numero tertio, de
4 regulis iuris. Quinimò in tantum † id verum eſſe uidetur, quod ubi principalis quoque diſpoſitio extendatur, pœna tamen, quia odioſa eſt, extendi non debet, vt notat Ioann. Andre. in capitu. diſpendia, in principio, de reſcript. in ſexto, ubi & Geminia. columna tertia, verſiculo & nota incidenter, Abbas in capitulo primo, de locato. columna vltima. Dec. ſupra relatus ſub numero ſeptimo, ex cuius dictis plura ſimilia colligi poſſent, ſed in contrarium facit l. Diuus, ibi ſeuere
5 vindicet, de re iudicata, ubi habetur † in criminibus puniendis iudicem debere uti ſeueritate, & non benignitate, quod & tradit Baldus in l. ea quæ, in fine. C. de condict. indebiti, & eſt text. valde notandus in l. reſpiciendum. §. planè, de pe-

Ale-

Alexander in additio. ad Bartol. in l.præſes, de pęnis. & idem voluit Innocentius in capitulo quinto, de conſtitutionib. vbi ait licitum † eſſe iudici
6 in pœnis tranſgredi leges, qua de re amplè Felyn. in octaua limitatione. & Bartol. Baldus, & Angelus in l. quid ergo. §. pœna grauior, de ijs qui notan. infami. & in l. etſi ſeuerior. C. quibus ex eau. infam. irroga. Bar. Veronenſis in conſilio trigeſimoquarto, ſub numeto ſexageſimo, in criminal. pro hoc uidetur etiam gloſſ. in capitulo primo, ſuper verbo Italię circa principium, de temporibus ordinando. libro ſexto, quæ uidetur uelle
7 † quòd quando militat eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo tunc etiam in pœnalibus licita ſit extenſio, quia tunc non tam dicitur fieri extenſio, quàm intenſio & comprehenſio, ut dicit illa gloſſa ſingularis quæ ad hoc nulli non eſt in ore, facit inſuper textus in lege ſi non couitij. C. de iniurijs, & in l. ſecunda. §. exercitum, de his qui notan. in-
8 fam. † ubi ſit interpretatio non in partem quæ reſtringat, ſed in illam quæ ampliat. Ad idem eſt, quòd ſi plures certum eſt fuiſſe in delinquendi a-
9 ctu † nec apparet quis eorum deliquerit, non ſit interpretatio in partem benigniorem reſtringentem, ſed in ampliatiuam per quam omnes deliquiſſe intelliguntur. l. item Mela. §. ſed ſi plures ad legem Aquiliam. l. ſi in rixa. C. ad legem Corneliam de ſicarijs. l. quoniam multa. C. ad legem Iuliam de vi publ. cum ſimilibus, probari quoque hæc pars in indiuiduo videtur per text. in capitulo primo, in §. porrò in uſibus feudorum, quæ fuit
10 prima cauſ. benef. amitt. Quamobrem † factum eſt, ut maiores noſtri uarias tradiderint theoricas in iſta materia. Nam Mathæſilanus omnium grauiſsimè ac diſertiſsimè in eius libello, de extenſio. ſic diſtinxit, aut ſumus in ijs caſibus in quibus di-
11 ctum † eſt iura correctoria extendi poſſe, & tunc multo magis dicendum eſt, pęnalia extendi poſſe, quia minus ſunt odioſa, in alijs autem caſibus ſic inquit, aut quæritur an poſsit fieri ex-
12 tenſio per maioritatem rationis † & dicendum eſt poſſe etiam, ſi quis imponat pœnam ipſo iure. §. ius occidendi l. nec in ea adulter. l. relegatorum. §. interdicere cum ſequent. de interdict. & relegat. & hoc uidetur ibi eſſe de mente Bartol. Sed
13 contrarium uidetur † in l. finali. C. de interdicto matrimonio. iuncto capitulo primo, de eo qui procurat. in l. ſciendum, de paricid. in l. lex Iulia. §. hoc
14 capite, de rit. nupt. Verum pro prima parte † facit l. ſecunda. C. de patribus qui filios diſtrax. & capitul. quanto, de iureiurando, & uidetur de mente Bartol. in l. non poſſunt, de legibus, facit etiam quod notat Paul. in clementina prima, de ſepultu.
15 ubi tenet † pœnam excommunicationis, quæ imponitur ipſo iure ſepelientibus uſurarios manifeſtos, uel excommunicatos in cæmiterijs habere multo magis locum in ſepelientibus in eccleſijs, quia hoc ſuadet maioritas rationis, nam maior
16 eſt honor ſepeliri † in eccleſia, quàm in cæmiterio, decimatertia quæſtione ſecunda, capitulo nullus. Quòd autem cæmiterij appellatione non com-
17 prehendatur eccleſia † eſt text. in capitulo primo de conſecratione eccleſiæ, in ſexto, quibus accedit capitulum contingit primum, de ſentent. excommun. & capitulum primum, de uita, & honeſtate clericorum. in ſexto, ubi iura uolentia eum
18 qui † percuſſerit clericum eſſe excommunicatum nec poſſe abſolui niſi a Papa locum habent in clerico multo magis percutiente ſe ipſum, cum plus deliquerit quàm percutiens alium clericum, uigeſimaſecunda quæſtione quinta, capitulo ſed & l. ſi quis autem de bon. eo. Aut quæritur an poſsit fieri extenſio per eandem rationem, uel de ſimili-
19 bus ad ſimilia † & tunc, aut iura imponunt pœnam ipſo iure, & tunc dicuntur eſſe exorbitantia, & odioſa multum quàm quando realiter per ſententiam iudicis pœna eſt imponenda, & ideo non extenduntur l. quod uerò, cum ſua gloſſa, de legibus, & eſt textus in capitulo primo ne clerici, uel monachi, in ſexto, & in capitulo ſtatutum, de election. libro ſexto, & per Ioann. Andream in dicto capitulo odia, de regulis iuris, eodem libro. Fal-
20 lit † niſi prouiſio legis redderetur quodammodo eluſoria niſi fieret extenſio eius per eandem rationem ad caſum comprehenſum ſub uerbis legis ſaltem ſub larga ſignificatione, quia tunc talis exten-
21 ſio toleratur ne legi † fiat magna plaga, ideſt ne fiat illuſoria, argument. capitul. ſi ciuitas, de ſentent. excommunicat. libro ſexto, & l. non dubium. C. de legibus, facit capitul. comiſſæ. § primo, de electio. in ſexto attenta ratione, quam ponit text. in capitulo ſi poſtquam. §. 1. cum gloſſa, & capitu-
22 lo quanquam † de uſuris in ſexto, quam communiter tenent Docto. in quæſtione ultima, ubi uolunt illum textum qui imponit uſurarijs pœnam ipſo iure, ut eorum teſtamenta ſint nulla niſi prius ſatiſfecerint, de uſuris reſtituendis ſecundum formam ibi impoſitam, extendi etiam ad codicillos, & ad donationes cauſa mortis, ſi enim diceretur contra, quaſi fieret eluſoria diſpoſitio illius legis, ſicque parum timeretur ibi pœna, quia per codicillos & donationes cauſa mortis ſemper diſponerent uſurarij de illorum bonis lege deluſa quandocunque uellent euitare onus ſatiſdationis ac reſtitutionis vſurarum, & iſtam doctrinam ponit Antonius Butrius in diſputatione ſua, quæ incipit, Bononiæ quidam uſurarius. Aut iura diſpe-
23 nunt † pœnam, quæ uenit per ſententiam iudicis infligenda, ut eſt regulariter, & tunc aut eſt odioſa, quia irrationabilis, ueluti quod alius pro alio puniatur, & tunc non debet extendi, ut l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. idem ſi eſſet odioſa, quia imponeret nimis magnam pœnam attenta qualitate facti, l. quod uerò cum ſequen. de legib. capitulo pœnam, de pœni. diſtinctione prima, facit quod nota. in l. prima, de uerborum ſignificationibus ubi dicemus, & Cynus in l. quicunque. Cod. de ſeruis fugitiuis. Aut eſt pœna rationabi-
24 bilis † & tunc aut imponitur pro delicto affirmatiuo, quod committitur principaliter in faciendo

aliquid

aliquid illicitum, & tunc debet extendi per eandem rationem, vel de similibus ad similia, argumento. leg. non possunt, de legatis primo. & lege si quis id quod. §. primo, de iurisdictio omnium iudicum, iuncta l. eum qui vectigal, de uerborum significationibus. & facit quod nota. glossa quæ communiter teneretur in l. si quis in tantum. C.
25 vnde ui. quæ voluit † regulam illam extendi ad immissionem factam in res incorporales, & facit etiam quod nota. Cyn. in dicta l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. & Bartolus in dicta l. prima, de verborum significationibus. & in Liura non in singulos, de legibus. Quandoque pœna impo-
26 nitur pro delicto negatiuo † scilicet quod committitur principaliter omittendo aliquid, ut non soluendo, vel non confitendo, uel non petendo veniam de in ius vocando, & tunc non debet fieri extensio, vt est glossa singularis in §. item mixtæ, institu. de actio. & §. pœnales, eodem titulo
27 nec mirum, quia † leuiora sunt delicta, quæ fiunt omittendo quàm quæ fiunt committendo, & faciendo actum illicitum. l prima. §. impubes, & ibi notatur ad Senatusc. Syllanianum. facit l. secunda. C. de libert. & eorum liber. iuncta l. solo. C. de liber. caus. & ex hoc sequitur quod si lex im-
28 ponat pœnam decem aureorum omittenti † petere ueniam quando facit citari parentem in ius, non debet extendi ad generum qui fecerit citari parentem in ius, sine uenia; tametsi negari non possit, quin gener delinquat, & poterit puniri pœna extraordinaria, argumento lege generaliter cum glossa de in ius vocando. Sed ista pœna arbitraria erit maior, quàm ordinaria, quæ imponitur filio, uel liberto, ad quod faciunt notata per Doctor. post gloss. in capitulo inquisitionis in princ. de accusatio.

SVMMARIVM.

1 *Quid sentiat Imol. in proposita difficultate extensionis faciendæ in pœnalibus.*
2 *In pœnalibus vbi agitur de pœna euitanda progressum dari, vt iam factum excusetur a pœna.*
3 *Ante factum sæpius aliquid consulimus, cuius contrarium post factum tenemus.*
4 *Licitam esse extensionem ad euitandam pœnam in subrogatis.*
5 *Qualiter distinguatur in pœna incurrenda.*
6 *In ambiguis ex identitate rationis fieri extensionem.*
7 *Nisi subsit causa restringendi.*
8 *In dubio orationem punctandam esse eo modo quo casum decidat.*
9 *Maioritas rationis vbi surgit ex vi regulæ, cui quod plus est licet semper interpretationi extensiuæ occasionem præbere. num. 10.*
11 *Secus vbi aliunde prouenit.*
Quando dispositio pœnalis respicit nullitatem actus extensio ex identitate rationis non fit, vt pœna locum habeat, sed tamen ut dispositio alios casus comprehendat.
12 *Nisi ex lata significatione concipiatur casus, in quem concurrit identitas rationis.*
13 *Vel agatur de fauore animæ.*
14 *Extensionem quoque fieri ubi versamur in non mera pœna veluti expensarum.*
15 *Quando aliquid gratia frequentioris vsus exprimitur, id exempli gratia factum fuisse creditur.*
16 *In mera pœna ubi uersamur constitutio pœnalis non producitur.*
17 *Sed restringitur hæc conclusio sexdecim modis.*
18 *Quando fit extensio non ad alias personas, sed ad casum omnino similem.*
19 *Vel dispositio de facili eluderetur.*
20 *Aut essemus in communiter æquiparatis.*
21 *In casum qui ex lata significatione concipere-tur.*
22 *Pœnalisque noua constitutio sit interpretans.*
23 *Seu contineret fauorem ecclesiarum.*
24 *Vel in fauorem animæ.*
25 *Aut esset apposita clausula progressus de similibus ad similia.*
26 *Et quando sumus in se habentibus, vt præambulum.*
27 *Loquiturque in certo casu in plurali.*
28 *Ac essemus in casu sine quo dispositio non sortiretur effectum.*
29 *Lexue pœnalis emanasset in fauorem reipublicæ.*
30 *Atque esset super actu reiterabili.*
31 *Seu in casibus conuersis.*
32 *Siue extensio fieret per aliam legem.*
33 *Aut ageretur de correlatiuis.*
34 *Decius quid eadem in materia sentiat.*
Illumque constituere regulam negatiuam quòd licita non sit extensio in pœnalibus.
36 *Nisi quatenus verborum uis patitur.*
37 *Aut ageremus de remouenda fraude.*
38 *Agereturque de vtilitate publica.*
39 *Essemusve in comparatis à iure antiquo.*
40 *Aut ageretur de fauore ecclesiæ.*
41 *Vel ratio esset expressa in lege.*
42 *Eandemque sententiam probare Dominum Alciatum.*
43 *Exceptis omnibus casibus in quibus fit extensio in correctorijs.*
44 *Et quando maior ratio est in casu omisso.*
45 *Ac criminis uindicta peragitur.*
46 *Aut eadem ratio subest.*
47 *Vel ageremus de aliquo fauore.*
48 *Essemusve in subrogatis.*
49 *Geminianum & Francum pariter constituere regulam negatiuam in materia pœnali, illamque variis modis limitare.*
50 *Aliter prosequi hanc materiam Gammarum. remissiue.*
51 *Aimonem Crauettam omnium latissimè prosequi hanc materiam extensiuæ interpretationis in pœnalibus.*
52 *Plerosque opinatos fuisse nullam posse certam dari theo-*

theoricam in hac materia.

53 *Alios credidisse duobus tantum casibus comprehendi illam omnem posse.*

Quid sentiat Ioannes Imola & Decius de interpretatione extensiua facienda in pœnalibus.

CAP. X.



1 Ed copiosius ac distinctius resoluit † Imola propositam difficultatem in dicto §. de viro, sub numero vigesimoquarto, tertio casu principali, cuius dicta uberius prosequitur Nicolaus Euerar. in dicto loc. a ratione legis lat. sub numero 55. & 56. cum plur. sequent.

Nam extra casus illos in quibus supra diximus in correctorijs posse extensionem fieri in quibus & ipsi dant manum, etiam in pœnalibus posse progressionem de uno casu ad alterum dari, sic inquiunt, in aliis esse concludendum, aut agitur, de pœna euitanda, aut de pœna incurrenda, primo casu cum agitur, ut euitetur pœna, tunc fie-
2 ri † potest extensio saltem ut iam factum excusetur a pœna, licet ante factum tutius sit abstinere, per id quod not. Ioan. Andr. in capitulo nihil est de electio. super gloss. licet fines, facit quod not. per eundem in capitulo statutum super glossa prima, eodem titulo, libro sexto, & in capitulo significauit super glossa prima, de iude. & nota. per glossam in clement. prima, in uersic. presbiteri de priuileg sæ-
3 pe enim † ante factum aliquid consulimus, cuius contrarium post factum tenemus, secundum Io. Andream, Abba. & alios in dicto capitulo, nihil, & Ioannes Andreas in dicto capitulo cum quid prohibetur alicui de regulis iuris libro sexto, & eadem ratione dicendum est, quod licita sit extensio ad euitandam pœnam, quando illud ad quod
4 fit extensio subrogatur loco illius de quo loquitur dispositio, glossa in uersiculo episcopi in elem. secunda, de reseriptis. quam ibi sequitur Cardin. Gemin. & Franc.

5 Secundo casu quando agitur de pœna incurrenda † rursus distinguit, aut uerba sunt ambigua & dubia, & possunt se habere ad casum de quo quæritur, & etiam ad alium, aut sunt clara & certa.

6 Primo casu ex identitate rationis † fit extensio, ita & taliter quod lex uel Canon generaliter intelligitur in utroque casu dicto capitulo primo cum glossa in uersiculo clericum de tempor. ordin. nisi
7 subsit causa restringendi † argument. capituli si compromissarius §. restringitur, de electio. libro sexto, iuncto dicto capitulo cum in cunctis. in du-
8 bio cum si punctando uno modo † non decidat casum dubium, punctando alio decidat, punctandum erit eo modo per quem casum dubium decidat, ut dicit Euerard. loco supra citat. sub numero 57. ad fin. cum sequent. Ludoui. Rom. singul. 748. dicit statutum & consilio 509. & dicit esse de mente gloss. in dicto capit. primo, in uersi. clericum.

9 Altero casu rursus subdistinguitur, † aut quæritur an fiat extensio ex maioritate rationis, aut ex identitate, primo casu aut maioritas rationis sur-
10 git ex ui dictæ reg. cui licet † & tunc fieri potest extensio, quia illa est extensio passiua quæ fit per aliã legem ut supra dictum fuit in duobus præcedentibus articulis. Aut maioritas rationis surgit aliun
11 de † & tunc dicendum ut in sequenti casu identitatis rationis in quo rursus est concludendum, q aut dispositio pœnalis solum respicit nullitatem actus, & non poterit fieri extensio, ut pœna locũ habeat licet fiat quidem extensio, ut dispositio ad alium casum trahatur, ut per Ioan. Andr. in capit. dispendia de reseript. libro sexto, sequitur Abb. in dicto capitulo fin. de reseript. & hoc memoriæ cõmendandum esse & ipsam fore ueritatem dicit Euerard. loc. iam relat. sub num. 59. quicquid noluerit Franc. in dicto capit. 1. in 11. fall. Limitat tamen in duobus casibus.

12 † Quorum primus est, quando ex lata quoque significatione uerba possunt comprehẽdere casum in quem concurrit identitas rationis, quia tunc fit extensio gloss. in capitulo fina. super uerb. electio. libro sexto.

13 Alter est quando † agitur de fauore animæ Io. Andr. Abb. & alij in capitulo ex tenore qui filij sint legit. Felyn. in cap. translato circa finem de consti. Bar. & alij in auth sacramenta puberum, C. si aduersus uenditio. & latè circa hoc discurrit idem Euer. dicto loc. sub numero 61. & seq. ubi refert dissentientes sententias circa id an actus annullatio sit pœna.

14 Quando uero agitur de † alia pœna iterum subdistinguitur. Aut sumus in non mera pœna, qualis est pœna expensarum, quæ est pœna respectu soluentis, non etiam respectu recipientis, aut est mera pœna etiam respectu recipientis, primo casu potest fieri extensio ex identitate rationis, ut est glo. in dicta clemen. prima, in uer. præsidentes circa fin maxime quando casus expressus, ideo fuit expressus, quia sic communiter contingebat, ut pote ex glo. supra citat. quæ allegatur ad hoc, quòd
15 quando † aliquid gratia frequentioris usus exprimitur, id exempli gratia expressum fuisse creditur. & ideo nunquam censetur excluſus esse casus habens eandem rationem, & ita firmant Card. & alij ibidem ac Iason in auth. ex testamento C. de collati. in 8. colum. ubi allegat alias gl. iuris ciuilis, ut apud illum videri poterit.

Secundo casu quando agitur de mera pœna,
16 † ut quia ea pœna etiam respectu recipientis, tũc dicunt faciendam esse reg. constitutionem pœnalem non debere extendi ad casum non expressum etiamsi eadem ratio sit ac omnimoda similitudo,

nec

nec etiam ex maioritate rationis quando maioritas rationis non surgit ex ui dictæ regulæ cui licet per ea quæ not. Cyn. in dicta l. prima, circa fin. C. quæ sit longa consu. & Ioan. Andr. in dicta reg. odia de reg. iur. in sexto maxime in prima ratione primæ part. iuncta solutione ipsius quæstio. & per tex. in l. si præses, & in l. interpretatione de pœn. cum simil. & ita firmant hanc regul. Ioan. Andr. Gemini. Franc. & alii in dicto cap. primo post glo. ibi in uer. Italiæ & alij supra relati.

17 Quam limitat † Euer. post Imol. loc. supra relato a num. 63. uersi. primo fallit usque ad num. 76. sexde

18 cim modis. Primo quando fit † extensio non ad alias personas, sed ad casum omnino similem ex identitate uel maioritate rationis inter easdē personas clemen. 2. & ibi glo. in uer. lineum de uita &

19 honest. clerico. Secundo ubi dispositio † de facili redderetur elusoria nisi fieret exclusio dicto capit. quamquam eum sua glo. de usur. lib. 6.

20 Tertio quando agitur de facienda † extensione in communiter æquiparatis in materia de qua agitur dicto cap. si postquam cap. 1. & fin. ibique per Ioan. And.

21 Quarto quando fieret † extensio ad casum qui sub lata significatione comprehenderetur dicta l. Libertum §. primo, iuncta l. penulti. C. de interd. matrimo.

22 Quinto nisi pœnalis noua † constitutio sit interpretans uel declarans nam tunc fit extensio ad casum sub lege interpretanda comprehensum Ioan. And. in dicto cap. dispendia super gloss. in uersicu. quæstionem.

23 Sexto quando † constitutio pœnalis contineret fauorem ecclesiarum quia tunc debet extendi glo. in dicto capitulo sciunt cuncti, & ibi Gemin. & Francus.

24 Septimo quando constitutio emanauit † in fauorem animæ, ut etiam in præcedentibus articulis supra dictum fuit.

25 Octauo quando in statuto † uel constitutione pœnali est apposita clausula ut procedatur de similibus ad similia Bald. in l. 3. quam legit cum l. 2. C. de legi.

26 Nono in habentibus † se ut præambula, ad certum actum ut sunt electio, postulatio, præsentatio & collatio quæ omnia tendunt ad finem prouidendi ecclesiæ uacanti, in his enim ex identitate rationis ab uno proceditur ad alterum, secundum glos. in cap. 1. in fin. de postul. prælat.

27 Decimo quando † loquitur certo casu in plurali, nam extenditur, ut locum habeat in singulari. Bar. in l. 3. §. negocia de nego. gest. Gemin. & Fran. in dicto cap. 1.

28 Vndecimo quando fieret † ad casum sine quo dispositio non sortiretur effectum Bar. in dicta l. non dubium, C. de legi.

Duodecimo quando lex pœnalis emanauit in fa-

29 uorē † reipublicæ nam tunc ex identitate rationis potest extendi ad aliam personam Bar. in l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib. 11. & l. 2. §. exercitum de ijs qui not. infami.

Præterea dicebat Paul. Castr. in l. bona fides sub num. 4. depositi statuta pœnalia latè interpretanda esse secundum mentem, non attento cortice uerborum, quia pro utilitate publica contra strictam disputandi rationem & subtilitatem, uerborum multa recepta sunt, ut dicit text. not. in l. ita uulneratus circa finem ad legem Aqui. quam rationem a multis non bene consideratam, in casu esse, ait, ut ij crediderint statuta pœnalia restringenda esse, quāuis odiosa dici non possint postquam odium est rationabile, & sic ait limitari debere reg. odia, de reg. iuris in sexto, & Fel. in c. translato, colum. ulti. uersic. aliud est notandum, refert eundem Castr. in consi. 23. incip. uiso puncto columna tertia, in antiquis, dicentem, statutum Brixiæ quo cauetur potestatē posse committere appellationem a definitiua, extendi posse ad appellationem ab interlocutoria, quia in hoc uersatur publica utilitas, ne cogatur ire Venetias pro impetratione commissionis, & quamuis in tali statuto fuerit facta expressio de sententia definitiua, illud factum fuisse, quia in illa uersabatur maius dubium, & hanc sententiam secutus fuit Ias. in l. non dubium, sub num. 44. C. de legibus, & ante illum Ludouicus Roma. in consil. 100. sub num. tertio, qui uult ob hanc publicæ utilitatis rationem, in statuto puniente maleficia, contineri quoque mandantē fieri ob illam doctrinam Bar. in dicta l. quemadmodum, C. de agricol. & censi. libro undecimo, qui sub nu. 4. ait quod quando extēsio tendit ad fauorem reipub. ita debemus ipsam l. pœnalem extendere, quemadmodum fauorabilem, & ideo cum pertineat ad fauorem Reipubli. punire maleficia ad hoc ut prouincia in quiete remaneat, l. congruit de officio præsidis. l. si longius, §. filiusfamilias de iudic. pœna statuti punientis facientem maleficium, punietur etiam ficri faciens, l. si quis id quod cum similibus, de iur. if dict. omnium iudicum, in quam sententiam concedunt Abb. in capitulo mulieres sub numero nono, de senten. ex commu. Salyc. in l. non ideo minus, C. de accus. Felyn. in capitulo quanto in prin. de sentent. excommu. Bal. in l. qua actione, §. Celsus uersicu. quæro hic dicit statutum ad leg. aquil. prima, & probat text. in l. hoc modo de conditio. & demonstratio. ibi legem Reipub. utilem interpretatione adiuuandam esse.

30 Decimotertio quando pœnalis dispositio † est super actu iterabili, nam ex identitate rationis ad omnes actus iteratos extenditur glossa, in capitulo electio super uersiculo aliam in principio de electio. libro sexto, iuncto capitulo pro defectu eodem titulo, in antiquis. Gemini. & Fran. in dicto cap. primo.

31 Decimoquarto quando sumus † in casibus conuersis, & militat identitas rationis, vel paritas, Hostiensis, & Abbas in dicto capitulo nihil Geminan. & Franc. in dicto capitulo primo post glossam in versiculo Italiæ. Decimo-

32 quinto † quando extensio fieret per aliam legem

l. ob æs ubi glossa. C. de præd. mino. dicta l. ita nobis pudor, cum ibi nota. per gloss. Cynum, & alios Doctores. Decimosexto quando su-
33 mus † in correlatiuis, quia disposita in uno extenditur ad alterum. Baldus in dicta l. finali. C. de indicta uiduit. tollend. & in dicta l. finali, de acceptil. Decius autem in dicta l. factum. §. in
34 pœnalibus, de regulis iuris è contrà constituit regulam negatiuam in pœnalibus licitam non esse extensionem, per illum textum, & alia similia iura supra citata. & per multas similes illationes quas facit, sub vndecim prioribus numeris, eam verò postea limitat septem modis, quorum pri-
35 mus est † quatenus uis verborum eorumque proprietas patitur, tunc enim vult extensionem fieri, iuxta tradita per Aretin. in l. cum lege, de testamen. & Calderin. consilio primo. secus si ageretur de lata impropria significatione, quia illa non attenditur in materia pœnali, iuxta ea quę ille idem tradidit in l. in obscuris, eodem titulo, de regulis iuris, dum locutus fuit de pœna capitali.
36 Secundus est † in pœna excommunicationis per textum in capitulo pen. de sent. excommunicatio. Tertius est quando agitur de remouendo frau-
37 dem, † tunc enim fit extensio ne reddatur elusoria ipsius legis dispositio. vt in capitulo si ciuitas & ibi Geminian. in secundo notabil. de sententia excommunicationis, libro sexto, glossa notabil. in capitulo quamquam, de vsuris, eodem libro dum inquit aliàs facile esset hanc constitutionem eludere, quam notat ibi Geminian. columna penultima versiculo nota benè istam glossam, glossa in clementina prima, in versiculo sepelire de sepulturis. facit textus in l. prima. §. finali, de calumnia. & in l. sed Iulianus. §. mutui dationem,
38 ad Senatusc. macedonianum. Quartus est † ubi agitur de utilitate publica, ne delictum remaneat impunitum. l. secunda. §. exercitum de ijs qui notab. infamia. Bartol. in l. quemadmodum in quinto notabil. C. de agricol. & censi. libro undecimo. Decius in consilio sexagesimoquinto.
39 Quintus est quando † duo sunt æquiparata à iure antiquo, quia pœna statuta in vno locum habet & in altero, quia extensio ista dicitur fieri a lege dicta l. si quis seruo persuaserit. C. de furtis per gloss. ibi, & in l. ut tantum de seruo corrupt.
40 cum similibus. Sextus est vbi agitur † de fauore ecclesiæ, ut nota. per gloss. in capitulo sciant cuncti, & notat ibi Geminian. circa finem, versiculo nota primo ex hac gloss. de electione in sexto, Abbas in capitulo nihil, de electione, cum similibus.
41 Septimus est † si ratio sit expressa in lege, quia tunc extensio fieri potest in pœnalibus, Alexander in l. cum mulier per illum textum in quinto notabil. soluto matrimonio. & idem notat Geminianus in capitulo si ciuitas. §. primo, de sent. excommunicatio. libro sexto. Et hanc methodum quam secutus fuit Decius probauit quoque Dominus Alciatus, de verborum significationibus, libro secundo vbi sub numero quadrageſimoquinto, & quadrageſimosexto firmat re-
42 gulam † in pœnalibus non esse licitam extensionem exemplisque declarat, deinde limitat ean-
43 dem sex modis. Primo sub numero † quadrageſimoseptimo in omnibus casibus in quibus fit extensio in correctorijs. Secundo quando maior
44 † esset ratio in casu commisso, quàm in expresso, vel quando etiam esset æqualis sub numero quadrageſimooctauo. Tertio quando criminis uin-
45 dicta † peragitur, quia tunc publicè interest, ut scribit sub numero quadrageſimonono. Quarto
46 quando eadem ratio † subest & idem rei nomen suadet sub numero quinto. Quinto quando propter aliquem fauorem pœnalis † dispositionis
47 odium temperatur veluti fauore animæ sub numero quinquageſimoprimo. Sexto quando su-
48 mus in subrogatis † vel aliqua ratione connexis, sub numero quinquageſimosecundo. Geminian. & Franc. in dicto capitulo primo, de tempo. or-
49 dinando. libro sexto. † Et ipsi constituunt regulam negatiuam quorum ille sex modis regulam ipsam restringit, hic autem uno, & viginti, quorum maximam partem refert Crauetta infra citandus. Angelus in §. ius ciuile, institut. de iur. natu. resoluit eo modo quo fecit Mathes. supra relatus columna undecima, sub numero vigesimotertio, uersiculo tertio casu principali. Aliter prosequitur istam materiam Gammar. in tractat. Extens. sub numero 181. cum pluribus sequen-
50 tibus usque in finem operis † ubi distinctis tribus pœnarum generibus in vno quoque genere varias accommodat conclusiones, earumque limitationes ac declarationes. Sed latissimè atque
51 omnium plenissimè † examinat hanc materiam Aymo Crauetta, de antiquitate temporis. parte quartâ. sectione prima a numero 146. vsque in fin. & rursus sectione secunda quæ incipit videamus, per totam illam sectionem quibus in locis constituta regula negatiua illam limitat uiginti-
52 quinque modis ualde notandis. fuere & † aliqui ex patribus nostris qui opinati sunt nullam posse certam dari doctrinam in hac disputatione. An in pœnalibus fiat extensio, sed crediderunt stari oportere, prout decisum reperitur, quos inter fuit Angelus in §. ius autem ciuile, columna duodecima, institut. de iustitia, & iure. Quem secutus fuit Decius in l. si quis id quod, de iurisdictio. omnium iudicum, columna penultima quamuis Decius supra relatus in dicto §. in pœnalibus aliter opinatus fuerit, ut supra dictum fuit. Non
53 defuere † & alij qui arbitrati sunt complecti posse omnem hanc controuersiam duobus casibus, ex mente Bartoli in l. prima, de uerborum significationib. uidelicet aut odium est irrationabile, aut est rationabile, ut primo casu non fiat extensio, & procedat regula negatiua, & omnia argumenta citata ad confirmationem regulæ negatiuæ. Secundo uerò casu sibi locum uendicet conclusio affirmatiua, vt ex identitate rationis possit in pœnalibus fieri extensio.

SVMMARIVM.

1 *Auctori quid placeat in hac materia.*
2 *Communes opiniones naues esse tutissimas quibus opinionum symplegadas superamus.*
3 *Glossam, & Bartolum duas esse tutissimas naues quibus vastum iuris pelagus enauigamus.*
4 *In pœnalibus, negatiuè constitui debere licitam non esse extensionem.*
5 *Pœnam priuationis locum non habere nisi lex expressè dicat.*
6 *Intellectus l. at si quis. §. diuus, de relig. & sumpt. fune.*
7 *Pœnam locum non habere nisi in casibus a iure expressis.*
8 *Capitul. primum. §. porrò, quæ fuit prima causa benef. amitt. ualde urgere contra communem regulam negatiuam.*
9 *Varieque a Doctor. ineelligi.*
10 *Alex. que putare ibi proprie non esse materiam pœnalem quasi agatur de priuatione vtilis dominij.*
11 *Rationem esse debilem quæ constituat solam differentiam verbalem.*
12 *Quid sentiat Decius ad dictum paragraphum porrò.*
13 *Sed confutatur.*
14 *Non possent excusari Doctores qui regulas extensionis tradiderunt si materia pœnalis eas non pateretur.*
15 *Aliam intelligentiam a Decio tradi ad dictum §. porrò.*
16 *Quæ reijcitur.*
17 *Priuare aliquem suo iure pœna est.*
18 *Rochum Curtium diuerso modo intelligere d. §. porrò. num. 20.*
19 *Sed reprobari. num. 21.*
22 *Crauetta qualiter putet intelligendum esse dictum §. porrò.*
23 *Dispositionem generaliter loquentem esse generaliter intelligendam.*
24 *In dicto §. porrò apparere de mente legis quòd uoluit se restringere ad aliquas species priuationum.*
25 *Reijci quoque sententiam Crauetæ.*
26 *Quamuis in se sit vera.*
27 *Verba illa. §. porro, iniustitiam domino fecerit sine uiolatione, non posse trahi ad sensum Crauettæ*
28 *Vbi species habet relationem ad genus comprehensiuè, & non extensiuè dicitur venire.*
29 *Alia ratione conuinci, iniustitiæ verbum, non posse ad eum sensum trahi quem dicit Crauetta.*
30 *Quibus modis occurrat Euerardus ad dictum §. porro, remissiuè.*
31 *Et quibus Crotus, remissiuè.*

Quæ sit auctoris sententia de extensiua interpretatione facienda in pœnalibus iuris communis dispositionibus, quamque maxime controuertant Doctores circa intellectum, capituli primi. §. porrò quæ fuit prima causa benefic. amittendi.

CAP. XI.

1 MIhi placet † in hac controuersissima controuersia inhærere communi interpretum sententiæ, a qua in dubio non est recedendum, tanquam
2 a naui tutissima † qua opinionum symplegadas superamus argument. eorum quæ dicit glossa de regula in lege omnis definitio, de regulis iuris, de communi opinione Baldus in l. prima, per illum textum, in versiculo & sanè crebrior, de officium quæstor. Doctores in capitulo primo, & capitulo ne innitaris, de constitutionib. cum similib. de quibus non semel supra meminimus, & argumento eius quod dicit Ripa in l. si vnquam. C. de reuocandis donationibus, sub numero quadragesimoquinto post Salycetum in l. prima. C. de pactis, & Curtius senior consilio quadragesimotertio, columna sexta qui glossam, & Bartol. esse
3 † asserit tanquam duas tutissimas naues quibus immensum ac vastum hoc iuris pelagus superamus, in portumque veritatis ducimur, sicque opinor constituendam esse regulam, vel conclu-
4 sionem negatiuam. † Quòd in pœnalibus non sit licita extensio, quam communem dicit esse Iason in dicta l. cum quidam, de liberis & posthumis in septimo notab. & sub numero vigesimoquarto, & in l. finali, de in ius vocando. & Crauet. de antiqui. temporis. parte quarta, sectione prima, sub numero 148. pro qua dicit esse text. in §. cum igitur, in authenti. de non eligendis se-
5 cundo nubent. ubi, † quòd pœna priuationis locum non habet nisi lex expressè dicat, nota. glossa in capitulo finali, ubi Abbas, de iure patronat. ad idem est textus in l. at si quis. §. Diuus autem Marcus, de religio. & sumptib. fun. ubi li-
6 cet hæres † delinquat prohibendo testatorem funerari ab eo quem testator elegerat, seu per quem funerari uolebat, tamen non punitur, quia ut inquit ibi textus, pœna in hæredem constituta non est, & glossa ibi inquit, nota quod illicitum non punitur, & illum textum dicit esse notandum Baldus in l. tertia. C. de episcopis, & cleri-
7 cis, quòd pœna locum non † habet nisi in casibus a iure expressis, licet lex aliquid fieri prohibeat; eandem conclusionem firmat Curtius Senior in consilio decimotertio, columna finali, ante medium. & consilio quadragesimoquinto, columna octaua, circa medium. Decius in capitu. ex parte, primo, colum. 1. in fi. & in cap. ex tenore super gloss. finali, de rescript. cum similib. per Crauetta

ueta cita. sub dicto numero 148. & hanc quoque sententiam dicit communem Rochus Curtius in dicto capitulo finali, de consue. sectio. quarta, sub numero 20. in septima limitatione. Sed inquiunt
8 Crauetta † & Rochus Curtius locis proximè relatis, quod quamuis ita secundum communem Doctorum sententiam sit constituenda conclusio, punctum nihilominus consistere in respondendo inter cætera quæ pro aduersa opinione adducuntur, ad tex. in dicto capitulo primo §. porrò quæ fuit prima causa benefi. amitten. ubi in materia pœnali dicitur procedēdum esse de similibus ad similia, ad
9 quem † comperio Doctores uarias assignare solutiones, prima est Alexandri in dicta l. cum mulier soluto matrimonio, quòd ibi scilicet ita con-
10 stitutum sit, quia agitur de pœna priuationis † utilis dominij, quasi velit inferre, illam non esse propriè materiam pœnalem, verum ut dicit Roc. Cur. post Iaso. in dicta l. finali, de in ius vocan. sub numero quinto, ista est multum debilis solutio; & quamuis
11 non dicant, illa est ratio, quia constituit † solam uerbalem differentiam diuersicando casus contra, l. secund. C. com. de leg. propterea Decius in dicta l. si quis id quod columna penultima, & in dicto §. in pœnalibus respondet, quod potius facit pro re-
12 gula negatiua, quia ibi fit extensio ex eo quod † lex ulterius procedit prouidendo, & extendendo, ita quòd absque vlteriore prouisione aliud dicendum fuisset; sed hanc responsionem dicit Crauet. non satisfacere loco supra citato, sub numero 51. Quia
13 † rursus dubitari posset cur lex magis extendat illam pœnam in illa materia, quàm in alia dispositione pœnali, præterea attenta hac ratione sequi videretur destructio totius materiæ extensionis, quo-
14 modo enim excusarentur † Docto. qui ausi fuissent regulas extensiuas tradere, cum cognoscerent non posse extensionem fieri, nisi quatenus per legem expressum esset. Aliam idcircò tradit responsionem Decius in dicta l. si quis id quod columna penult.
15 † quòd ibi non agitur de mera pœna, sed res reuertitur ad dominum, & sic ad naturam suam argum. l. si unus, §. pactus ne peteret ad fin. de pact. sed illam quoque non satisfacere concludit Crauet. Quia pri-
16 uare † uasallum utili suo dominio pœna est, ideoque sine culpa sua priuari non potest. capit. primo. in princ. de nat. feud. capit. primo. de feud. sine culp. non amitt. & quod priuare aliquem iure suo sit pœna probat text. in l. in criminali. C. de iurisdict. omn.
17 iudic. ubi actor † trahendo reum coram iudice uetito mulctatur priuatione actionis, & sic iuris priuatio mulcta est ac pœna, & plura huius generis cumulat Crauet. loco citato, sub numero 152. cum tribus sequ. Roch. autem Curt. quarto loco ait melius
18 dici posse † ut ille text. procedat, quia ratio est in eo scripta, tunc enim fit quoque extensio in pœnalibus dicta l. cum mulier, & ibi not. Alexan. soluto matrimonio, unde dispositio dicti §. porrò non potest applicari ad casum in quo ratio non reperiatur esse scripta, sed difficultatem facit, quòd Doctor. qui firmant hanc communem sententiam di-
19 cunt † eam procedere etiam quando identitas rationis assignari potest intes casum. expressum & non expressum, quæ assertio non potest sibi locum arrogare, nisi quando uel ratio scripta est in lege, uel vnica tantum assignari potest; quod idem per omnia est ut supra sæpius diximus, unde non uidetur posse ista subsistere solutio; Vnde inquit aliter
20 quoque posse resolui † obiectionem illius text. ut scilicet procedat in pœna maleficij, cuius odium erat rationabile, & propterea ibi fit extensio, sed responderi potest quòd in quacunque legis pœna regulariter odium est rationabile; quia lex debet
21 † esse rationabilis. capitu. erit autem, distinctio. pri. & tamen communis sententia procedit in quacunque legis dispositione. Quamobrem Crauet. postre-
22 mo, loco iam relato sub numero 155. † considerasse ait ad tex. in d. §. porrò facilem esse responsionem; eo quia text. ibi in principio ponit aliquos casus speciales priuationis, postea ponit unam causam generalem ex qua uasallus feudo priuatur, uidelicet quando iustitiam Domino facere denegauerit non intelligendo iniustitiam prout glos. ibi intelligit, sed generaliter quando uasallus qui agit contra iustitiam ueritatis, & uasalli, quia iniustè se habet contra dominum, non implendo ea quæ expressè aut uirtualiter continentur in iuramento fidelitatis. Postea text. incipit declarare illam generalitatem per exempla, quorum multa ponit, quibus nè uideatur regulam restringere, subijcit, idem esse in alijs similibus causis; Quæ assertio non est ex ui sed uirtute causæ generalis ab initio propositæ, quando iustitiam domino non facit, ideſt quando id quod iustum est, ex forma fidelitatis non præstat Domino, quo casu etiam in materia pœnali
23 dispositio generalis † generaliter debet intelligi quatenus uerborum proprietas patitur, l. cum lege ubi Areti. de testamen. capit. si quando de sentent. excommunicatio. cum similibus, per illum adduct. Et id tradit etiam Decius in materia pœnali in dicto §. in pœnalibus in prima limitat. ut supra retu-
24 limus; Apparet enim † de mente legis in dicto §. porrò quod noluit se restringere ad aliquas ptiuationes, sed generaliter uoluit uasallos priuari, quoties aliquid committeret iniustè contra dominum, quod a fide uasalli abhorreret, & hanc responsionem dicit Crauet. esse ex ore mentis ipsius tex. Sed hæc responsio quamuis multum ingeniosa, uidetur
25 † pati difficultatem illam quam excitauit idem Crauet. aduersus primam resolutionem Decij, nam hoc nihil est aliud, quàm asseuerare, quòd ibi fiat extensio, eo quia lex uoluit ut fieret, ergo ubi essemus extra casum legis expressum, temerariè Doctores controuerterēt de facienda eetensione, ut idem Crauet. ait contra Decium. Responsio ta-
26 men est in se uera, † quia ubi generalis est dispositio quæ apta sit sui generalitate plura exempla, quàm expressa comprehendere, semper omnia comprehendit, sed in hoc æquiuocatio est, quòd tunc idem Crauetа hoc putat per extensionem fieri progressum illum de similibus ad similia; cum tamen non fiat id per extensionem, sed per comprehensionem, ut supra sæpius admonuimus.

27 Rursus non † sat uideo, quomodo possint illa uerba iniustitiam domino fecerit, absque uiolatione trahi ad sensum illum quem dicit Crauet. de iniustitia illa generali, per quem concipiatur omnis actus per quem vasallus in præiudicium domini commiserit in iuramentum fidelitatis; Duplici ratione, Dum scilicet quia frustra, aut saltem parum appositè dixisset, si qua similis seu maior causa occurrisset, discretum iudicem debere iudicare an feudum amittendum uel retinendum sit; nam per illa uerba ostenditur extensiuè procedere debere; quæ res facit ut causæ illæ ibi expressæ in specie consideratæ fuisse, & per se, & non prout in genere iniustitiæ illius à Craueta perpensæ continentur, quia ubi
28 species habent relationem ad genus † per comprehensionem, & non per extensionem dicuntur uenire, per ea quæ scribit Bal. in l. secunda. C. de iur. aureo. annulo. Deci. in l. in toto & pars de reg. iur. Bartolus in l quod nerua columna secunda post medium depos. & facit text. in l. super generalibus de reg. iur. Rursus etiam, quia si uerum esset quòd in iustitiæ illius, de qua ibi agitur, causa acciperetur, in
29 illa generali significatione † quam dicit Crauet. sequeretur ut quotiescunque aduersus sacramentum fidelitatis committeret uasallus, semper deberet feudo priuari; cuius contrarium tamen decidit ibi tex. in §. illud ad fin. vbi uult quod si alienando partem feudi uasallus contrauenerit sacramentò, uel aliter deierauerit, nihilominus non priuatur feudo. Ergo uerus non erit ille sensus Crauetæ, & consequenter obiectio illius textus uidetur adhuc urgere. Sed alijs modis ad illum text. respondet Eue-
30 rar. † in loco supra citato, sub nume. 464. post Imol. in dicta l. si uerò, §. de uiro, sed patiuntur omnes difficultatem ex prædictis. Alio modo respondet
31 † Crot. in dicta l. omnes populi colum. 33. in fi. uers. secunda conclusio quem ridet Crauet. in d. sectio. videamus sub num. 16. uers. non omitto.

SVMMARIVM.

1 *Quid faciendum sit auctori in tanta opinionum uarietate.*
2 *Diogenis exemplum imitari oportere.*
3 *Tex. in d. §. porrò ad rem nostram non facere, quia loquitur in materia comprehensiua.*
Et quibus rationibus conuincatur. num. seq.
4 *Causam propter quam uasallus priuatur feudo esse ingratitudinem.*
5 *Causas omnes tam expressas, quam non expressas in d. § porrò sub ingratitudinis genere comprehendi.*
6 *Quos postea comperijt Auctor cum eius sententia conuenire.*
7 *Vbi ab exemplis expressis ad exempla non expressa fit transitus non dicitur fieri extensio.*
8 *Exempla regulam non restringere.*
9 *Eos confutari qui putarunt ab exemplis posse duci extensionem.*
10 *Ex prædictis cessare obiectionem d § porrò qui uniuersam hanc materiam turbauit.*
11 *Proprium extensionis esse procedere de similibus od similia ex paritate rationis.*
12 *Similitudinem & maioritatem causarum in dicto §. porrò; esse prolatam comparatiuè ad alia exempla ac species.*
13 *Plus & minus non inducere specificam differentiam.*
14 *Intellectus ad §. causas. ut cum de appellatio. cognosc. in auth.*
15 *Resolutio per breuis aliarum obiectionum.*

Quid opinetur auctor circa intellectum cap. j. §. porrò, quæ fuit prima caus. benef. amittendi.

CAP. XII.



1 Vid igitur dicemus nos in clarissima tot eruditissimorum patrum corona, qui iniectæ difficultatis modum prospicientes tam strenuè † ac gnauiter laborarunt, ut illum dissoluerêt? per suadebimus ne ipsi nobis præstare id nos posse quod exactissima eorum eruditio absoluere nequiuit? non id quidem, absit enim ut tantum mihi arrogem, uel tribuam, uerum Diogenis † exemplo qui corinthijs de republica laborantibus, Gurgustiolum & ipse suum uersabat, ne alijs ageutibus ipse solus cessare videretur; dicam ingenuè, quæ mea illa de rè sit sententia. Puto igitur illum tex. non facere ad rem nostram, quia loquitur
3 in materia comprehensiua, † non autem in extensiua, inter quæ duo maxima est differentia, si propriè loquamur, quia quòd comprehenditur uenit ex dispositione, & propria significatione, ut supra sæpius declarauimus. Quod uerò per extensionem concipitur, ex interpretatione uenit ac impropriè, ut supra suo loco dictum fuit. Quod autem ille text. loquatur in comprehensione, & non in extensione
4 sic ostendo; Causa enim † qua vasallus feudo priuatur est ingratitudo, ut probatur in dicto capit. 1. in princip. ibi tanquam ingratus, & in §. 1. ibi est & alia ingratitudo, & in §. prædictis modis, ibi iustas ingratitudinis causas, quæ uero nuncupatim ibi exprimuntur per discursum totius illius capitis sunt exempla ingratitudinis, ueluti si dominum deseruerit in prœlio, insidias contra dominum non detexerit, uxoris, filiæ & nurus domini pudicitiæ corrumpendæ aspirauerit, dominum aggressus fuerit, uenenum illi parauerit, aut si quid aliud ad eorum quæ ibi enumerantur fecerint, unde cum non solum exempla illa, & species illas ingratitudinis ibi enumeratas, uelit ingratum ostendere posse vasallum, ita ut feudo ueniat priuandus, sed etiam alias quoque causas ingratitudinis, quæ iustæ fuerint antiquis legibus iudicatæ in exhæredationibus liberorum, & in libellis repudij transmittendis, uel quas uariarum formarum productrix natura postea ediderit, non dicitur id facere extẽdendo, sed comprehendendo

5 hendendo, cum oēs illæ causæ ingratitudinis † tam ibi expressæ, quàm non expressæ, sub ingratitudinis genere comprehenduntur, & ideo ut de genere ad species non dicitur fieri extensio, sed comprehensio, ut paulo superius in confutatione rationis Crauetæ diximus, sic etiam in isto exemplorum propositorum, uel plurium specierum enumeratarum casu dicendum erit; prout declarat Bartol. Cæpol. in dicto tracta. extensionum capit. 1. sub numero 79. cum quatuor sequen. post Petr. & Cyn. in l. iura non in singulos de legi. & Bald. in l. de quibus eod. titu. de legi. supraque diximus non semel. Ab eademq;
6 sententia reperi postea † non dissentire Dom. Alci. de uerborum significa. libro secundo, sub nume. 48. vers. sed tamen quamuis obiter, & Crauet. in dicta quarta part. sect. uideamus sub numero 19. uersicu. ex hac septima limitat. inferri potest, quamuis eorum neuter ita declaret. & esse ueram hanc resolutionem docetur concludentissima ratione, si enim
7 ubi progressus fieret ab exemplis † expressis, ad exempla non expressa, diceretur fieri extensio, oporteret, ut exempla disponerent, legemque ipsam ad exempla expressa restringerent, quod falsum est prorsus, ac ab omni ueritate alienum, l. 1. §. quod uulgo de ui & ui armata, l. damni infecti secunda
8 cum similib. de damn. infect. ubi † exempla non restringunt nec ampliāt regulam, sed declarant, ut & in §. hactenus instit. de gradi. & in l. tertia. §. uideamus de collatio. bono. habetur; ergo fateri necesse erit illum tex. ad casum nostrum non facere, in quo nos loquimur de facienda extensione in materia pœnali, quam sententiam firmauit Cyn. secundum Iacob. de Areti. in l. unica in secunda quæst. C. uti possidet. & Bartol. Cæpol. in dicto capi. primo, sub numero 84. vbi reprehendit Anto. Rosel. Gemi. &
9 Ludo. Roma. qui † putabant ab exemplis duci posse extensionem, qua de re supra etiam diximus, libro sexto in limitat. ad conclus. in materia correctoria, & eod. libro in definitione interpretationis extensiuę; quam sententiam similiter recipit Gammar. in dicto tract. extensio. sub numero 89. Ex quibus uidetur memorata opinio ratione supra deducta non solum esse uerior, sed etiam receptior, & sic patet
10 cessare obiectionem illius tex. d. §. porrò † qui uidetur uniuersam hanc materiam turbasse. Neque mouet si dicatur, quòd tex. ille uidetur loqui de extensione, dum dicit, si qua similis, uel maior causa eo
11 quia proprium sit extensionis † procedere de similibus ad similia, ex paritate uel maioritate rationis, ut supra diximus in discursu libro tertio, & quarto, nam respondetur & facili quidem negocio, illam si-
12 militudinem, & maioritatem esse † prolatam comparatione ad alias causas seu species, uel exempla prolata in dicto tex. non ad ostendendam extensionem, sed comprehensionem, ut sensus illius tex. esset, non solum ob causas ibi enumeratas, uasallum uti ingratum censendum esse, & feudo priuandum, sed etiam si quæ aliæ reperiantur, in quibus uel per similitudinem, uel per maioritatem ingratitudinis, & sic per æqualem uel maiorem ipsius generis ingratitudinis influxum vasallus tanquam indignus & ingratus, uel ingratitudinis vitio laborans feudo
13 esset priuandus, quia plus, & † minus non inducunt specificam differentiam, l. ult. de fund. instruct. l. 1. §. conuentionis de pact. l. Labeo, §. contractum, secundum uerum intellectum, de quo ibi agemus infra de uerbo. significatio. & iuxta plenè tradita per Crisp. de legat. 1. in rub. in primo articulo, & ea quæ supra libro secundo diximus de generali significa-
14 tione, & eodem modo potest responderi † ad tex. in dicto §. causas in auth. ut cum de appell. cognoscant, qui iuncto tex. in d. §. porrò inducebatur per Gulielm. & Alex. in auth. non licet. C. de lib. præter. ad probandum quòd in materia quoque illa odiosa ac pœnali priuationis scilicet legitimæ iure naturæ debitæ poterat extensio fieri de causis ingratitudinis ibi expressis ad alias similes nam ex supra dictis patet omnes difficultates recisas esse, cum ab eodem filo pendeant, arg. cap. cum paulus 1. q. 1. cum si-
15 milib. Ad alia uerò iura † & auctoritates in oppositum allegatas uno uerbo respondetur, ea omnia procedere in casibus specialem rationem habentibus, prout infra uidebimus in discursu limitationum ad hanc conclusionem applicandarum.

SVMMARIVM.

1 *Etiam ex identitate rationis licitam non esse extensionem.*
Vt plerisque placuit.
2 *Sed auctorem malè tutam putare hanc opinionem duplici ratione.*
3 *Quod venit ex ratione dicitur venire ex dispositione.*
4 *Quando sumus extra casum, in quo ratio est expressa in lege, uel unica tantum afferri potest, non potest argui nisi à maioritate, uel paritate rationis præsumptæ.*
5 *Quomodo intelligendæ sint auctoritates glossarum & doctorum quibus habetur extensionem in pœnalibus non fieri, nisi lex expressè dicat.*
16 *Quod sub ratione expressa, uel pro expressa habita comprehendatur in genere expressum dici.*
7 *Rationem instar generis haberi quantum ad concipiendos casus qui sub ea continentur.*
8 *Proprietatem generis nunquam censeri in quacunque materia quantumuis odiosa reiectam.*

An procedat ista conclusio negatiua extensionis in pœnalibus quando eadem militat ratio.

CAP. XIII.

HAnc communem sententiam sic à Doctor. confirmatam Ias. Crauet. & alij in locis supra citatis intelligunt locum habere non simpliciter prout supra à nobis constituta fuit hæc conclusio, & sic in dubio, sed etiam quan-
10 do † constaret in casu, ad quem fieret ex-

tenſio, eandem militare rationem, & propterea conſtituunt concluſionem hoc pacto, ut etiam ex identitate rationis licita non ſit extenſio
2 in pœnalibus; qua in re ego valde † ſubſiſto, quia ſi uolumus intelligere Doctor. propriè, ut ſcilicet ſub extenſione noluerint intelligere de intenſione ſeu comprehenſione, ego non dubito quin concluſio ſit uera, quia ubi militat eadem ratio, non dicitur extenſio fieri, ſed comprehenſio, ut ſupra ſepius diximus, ſed hoc non videtur poſtea eſſe de mente doctorum, qui utrunque progreſſum videntur uoluiſſe concipere ſub nomine extenſionis. Quod ſi nos intelligamus hanc opinionem etiam reſpectu comprehenſionis, tunc ego non puto ueram eſſe hanc opinionem duplici ratione, tum ſcilicet, quia non probatur aliquo tex. quod ubi eadem militat ratio in pœnalibus, caſus ille qui comprehenditur ſub ratione non ueniat ſub diſpoſitione;
3 quia imò quod uenit ex ratione dicitur † uenire ex diſpoſitione, ut ſupra diximus in prima limit. materiæ correctoriæ, & ſæpius etiam ſupra in præcedentibus poſt Bald. in conſilio 384. columna ſecunda, libro quinto. & Ripa in dicta l. ſi conſtante ſolu. matrimonio, ſub numero 64. cum ſimilib. ibidem citat. & conſequenter dicuntur expreſsè uenire, ut latius mox dicemus. Tum etiam quia progreſſus ex identitate rationis non poteſt dari, niſi quan-
4 do uel ratio eſt in lege † expreſſa vel vnica tantum poteſt aſsignari; aliàs progreſſus non eſt niſi ex paritate, uel maioritate rationis præſumptæ, ut ſupra plenius ſuo loco declarauimus, qui caſus non eſt dubium, quòd ſemper admittit extenſionem largo modo acceptam, uel intenſionem ſeu comprehenſionem propriè & ſtrictè, ut ſupra probauimus in dicta prima limitatio. correctoriæ materiæ, libro ſexto. ergo uera eſſe non poterit
5 hæc aſſertio doctorum. Neque mouet † quod ex §. cum igitur in authen. de non eligend. ſecundo nubent. gloſ. in capit. final. de iure patro. ibiq; Abb. tex. in l. at ſi quis, §. Diuus autem de relig. & ſumpt. funer. per quem ſic tenet Bald. in l. tertia. C. de epiſc. & cleri. probetur diſpoſitionem legis pœnalem non extendi niſi expreſsè lex dicat; quia reſpondetur, quod quando ratio eſt expreſſa in lege uel pro expreſſa habetur, id quod ſub ratione tali compre-
6 henditur † expreſſum in genere dicitur, uel pro expreſſo in genere habetur iuxta tradita per Bartol. & alios in l. prima de vulgar. & pupillar. quia ratio generis inſtar habetur quantum ad comprehen-
7 dendos caſus † qui ſub illa ueniunt illosque propriè & expreſsè, ut ſcribit Bald. in dicta l de quibus de legi. ſub numero 35. cum ſimilibus ſupra ſuo lo-
8 co adductis, quæ proprietas † in materia quantumuis pœnali ac odioſa nunquam cenſetur eſſe excluſa, l. cum lege ubi Areti. not. de teſtamen. Calderin. in conſilio primo de affin. & conſang. Decius in conſilio quinto ad finem, cum ſimilibus Crauet. in dicta part. quarta ſectio. prima, ſub numero 156. Decius in dicto §. in pœnalibus in prima limitatione.

SVMMARIVM.

1 *In pœnalibus non dari extenſionem quando uerſamur in materia odij irrationabilis.*
2 *In materia, l. quisquis. C. ad legem Iulia. maieſt. filiorum appellatione nepotes non contineri.*
3 *Sed hanc declarationem in materia d. l. quisquis non tranſire ſine difficultate.*
4 *Quamuis inuſitatum ſit, quod fœminæ committant crimen læſæ maieſtatis, quandoque tamen commiſiſſe.*
5 *Pœnam l. quisquis. C. ad legem Iulia. maieſta. locum habere non ſolum in filijs legitimis, & naturalibus, ſed etiam in naturalibus tantum.*
6 *Non ſolumque in preſenti condemnato, ſed etiam in abſente.*
7 *Nedum in filijs, ſed etiam in nepotibus ſecundum munem opinionem.*
8 *Cur in dicta l. filiorum appellatione non ueniant fœminæ.*
9 *Et quære in patre non procedat committente filio tale delictum.*
10 *Cauſam influere in ſui cauſatum, ſed non è contra.*

An ſit vera illorum opinio qui uolunt dictam concluſionem extenſiuæ interpretationis negatiuam in pœnalibus locum habere quando uerſamur in materia odij irrationabilis.

CAP. XIIII.

RVſus dicunt Doctor. prænarratam concluſionem præcipuè locum habere quando uerſamur in materia odij irrationa-
1 bilis † prout in l. quisquis. C. ad legem Iulia. maieſta. ubi in materia criminis læſæ maieſtatis in quo filij puniuntur ob delictum ſub filiorum appellatione non continentur filiæ, ut ibi habetur in §. ad filias, dicit Bartolus in l. prima infra de uerborum ſignificatio. Angel. in l. quicunque. C. de ſer. fugit. Iaſ. in dicta l. ſi quis id quod in quarta columna in ſexta limitatio. de iuriſd. omn. iudi. ſimi-
2 liter † in caſu dict. l. quisquis quia continet odium irrationabile appellatione filiorum non ueniunt nepotes Bartolus in l. patri ad l. Iuli. de adult. ſimiliter non habet locum ſi è contra ſi filius cõmittat crimen læſæ maieſtatis, quia propter eum non punitur pater, Salyc. in dicta l. quisquis, Deci. in conſilio 64. col. prima & ſecunda. & ita firmat Crau. d. 4.
3 par. ſectio. 1. ſub nu. 157. Sed hæc quoq; † declaratio quantum ad terminos dictæ l. quisquis, non eſt ſine difficultate, quia multis in caſibus & illa recipit extenſionem, nam licet loquatur in patre tamen extenditur etiam ad matrem, ut uult gloſ. multum notanda in dicto §. ad filias in uer. minus auſuras

quam

quam dicit communiter eſſe à Doctoribus approbatam Angel. in §. interdum ſub numero 15. inſtit. de hæred.quæ ab inteſta.defer.& idem Ange.in tracta.malefi.in uerſi.che hai tradito la tua patria,ſub numero duodecimo, dicit quod quamuis videatur
4 inuſitatum †quòd fœminæ committant huiuſmodi delictum, nihilominus ipſe dicit ſe de facto ſemel vidiſſe Bononiæ, & vti communem ſequitur hanc quoque ſententiam Dom.Clar.in § læſæ maieſtatis ſub num.15.uerſic.quæro etiam.Inſuper dictę l.pœ
5 na non ſolum intelligitur in ſilijs †legitimis & naturalibus, qui ſunt in poteſtate patris, l. in ſuis de hæred. inſtit. ſed etiam in naturalibus tantum qui non ſunt in poteſtate patris,l.qui vulgo de ſtat. homin. & hanc opinionem probauit Cyn. in dicta l. quisquis.C.ad Iul.maieſtat.& ita tenent communiter doctor. ut dicit Angel. dicto uerſ. che hai tradito,ſub numero quinto. & magis communem affirmat Claud in l.ex facto,§.ſi quis rogatus ſub numero 16.ad Senat.Trebellia.cui accedit Dom.Clar.in dicto §.læſæ maieſtatis ſub numero 11. item locum
6 † habet non ſolum in præſente condemnato, ſed etiam in abſente condemnato, ut ſcribit Angel. in lege Cornelia,§.conſtitutum ad leg. Cornel. de ſicar.& in l.penult.columna ſecunda, §. ad crimen de publi.iudi. Marſil.in d.§. conſtitutum ſub numero quinto Capi.deciſ.143. ſub numero tertio. Villalo.
7 in eius commu.opin.abſens.Præterea † d.l.quisquis puniens filios locum habet quoque in nepotibus ſecundum communem opionem de qua teſtatur Salyc.in d. l. quisquis ſub numero undecimo, quem refert Didac.libro ſecundo varia.reſol.cap.octauo, ſub numero tertio ad finem quem ſeq. Dom. Clari loco ſupra citato, ſub numero 13. per quam communem oſtenditur uera non eſſe aſſertio Crauet.loco ſupra relato qui uolebat dictam l. quisquis non habere locum in nepotibus; Neque mouet quòd
8 in illo tex. filiorum appellatione † non ueniant fœminæ, quia duplici modo reſpondetur, primo retorquendo in oppoſitum hanc conſiderationem. ſecundo oſtendendo diuerſam rationem in filiabus reformare pactum,arg.l.interpoſitas.C.quod met. cauſ. Retorqueri perpendendo quod niſi in dicto §.ad filias fuiſſet exceptæ filiæ, fuiſſent comprehenſæ, eo quia per exceptionem oſtendatur fuiſſe de genere regulæ iuxta tradita per Deci.& alios in l.1. de reg iur.& quia ratio conſiderata in filijs, militabat in filiabus, etiamſi non æquè, ergo non poteſt inde argumentum aliquod deduci. Ratio autem diuerſa oſtenditur ex eo quod conſiderat ibi imperator in d §.ad filias in uer.minus auſuras,ubi conſiderat cum non ita auſuræ eſſe credantur fœminæ,ut mares, paterni criminis exempla non ita in ijs, ut in maribus perpetuari poſſe credũtur,§.1.eiuſdem,
9 l.quisquis qnod autem de patre † ad quem non fit illius legis extenſio, ſi filius committat crimen læſæ maieſtatis non probat prohibitionem progreſſus, dicta.l.quisquis ex identitate rationis,quia in patre diuerſa militat ratio filio patrante delictum, quàm in filio patre delinquente,quia in patre non militat ratio perpetuitatis exempli criminis ipſius filij,ut è contrà dicto §. econtra. Quoniam cauſa in cauſa-
10 tum † influit, ſed non è conuerſo, cauſatum in ſuam cauſam refluit l. quod per manus de iure codicil. cum ſimili. ſi igitur extenſionem, prout intenſionem non complectitur, accipiamus, uera erit declaratio & exemplum dictę l.quisquis, quod ſi exaudiamus prout intenſionem comprehendit, res abſque difficultate in oppoſitum eſt reuoluenda, quia nunquam poteſt in lege communi intelligi excluſus eſſe ille caſus, qui ſub identitate rationis expreſſæ uel pro expreſſa habitæ, ut oportet effingere caſum identitatis rationis, cenſetur eſſe comprehenſus,quæcunque illa ſit materia, ut ſupra plenius declarauimus atque oſtendimus.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſi caueatur ut pater teneatur aſſignare legitimam filio delinquenti, non procedere id in nepote.*
2 *Filium uiuente patre nullum ius habere in illius bonis.*
3 *Legitimam poſt mortem patris non eſſe uerè debitam, ſed quaſi debitam.*
4 *Statuto ſi caueatur,ut pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio,non progredi in nepote.*
5 *Et intelligitur tale ſtatutum in filio qui delictum commiſiſſe conuictus fuerit per ueras probationes.*
6 *Quia in ſtatutis in quibus vnus tenetur pro alio, ſemper ea fit interpretatio, ſi uerè conſtet de delicto.*
7 *Id tantum intelligendum eſſe ubi uerba ſtatuti delictum, & non condemnationem reſpiciunt.*
8 *Vt communi Doctorum ſententia receptum eſt.*

Statutum diſponens quòd pater teneatur filio delinquenti legitimam aſsignare, an habeat locum in nepote.

CAP. XV.



1 Roponit Crauet. ſecundo loco alterum propoſitæ declarationis enemplum, quod quidem eſt,ſi ſtatuto† caueatur patrem teneri ad aſsignandam legitimam pro filio delinquente, nõ habeat id locum in nepote, delictum aliquod patrante; quia ſtatutum illud continet odium irrationabile, Rayner. de Forli.in l.lege Iulia §.1. de rit. nuptia. Crot. in l.omnes populi de iuſti.& iur. colum.35. Ratio autem iſtius irrationabilis odij eſt quia
2 filius uiuente patre nullum habet ius in bonis paternis, nec illi debetur aliqua legitima,l. 1.§.ſi impuberi de collat. bono.l.ſecunda, §. interdum de uulgar. & pupillar. l. lex Cornelia, vbi Bald.eod.titu.l.final.vbi Bartol.& Bald. de lib. agnoſc. Decius in conſilio 438. numero 13. cum ſimilibus, quæ latius congeſsi libro quarto de Lud. gene.capit.16.vbi plenius hanc materiam tractaui,

3 in cuius † rei confirmationem facit, quòd nec post mortem patris, verè est debita, sed quasi debita, ut in l. fin. §. sin autem perpetuus. C. de curat. furios. in ver. quasi debita, & in l. & quia, in uer. quasi debita pro soci. Ias. post glos. ibi ad hoc valde notan. in l. 3. sub num. 4. C. de iur. & fact. ignor. & idem dici pos-
4 set † in statuto quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio usque ad legitimam, quod statutum ualet secundum communem opinionem, ut attestatur Alexan. in l lex Cornelia, sub num. 8. de uulgar. & pupil. ubi etiam subdit, quòd ita seruatur in practica quem refert Ias. in auth. nouissima, sub num. 8. C. de inoff. testam. Soci. in l. cum filiusfam. sub num. 8. de uerb. obligatio. & seq. Dom. Clar. qui alios citat de communi opinione attestantes in
5 prax. crimin. q. 86. sub num. 8. Quod † statutum quia continet odium irrationabile, intelligitur in filio qui delictum commisisse conuictus fuerit per ueras probationes non etiam in eo qui condemnatus fuisset in contumacia, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, ita dicit Bartol. in d. l. cum filiusfam. sub num. 5. cum quo transeunt Doctor. ut dicit ibidem Ias. sub num. 18. Nam ubicunque
6 † ex statuto pater obligatur pro delicto filij, uel filius ex delicto patris, ita demum unus pro alio tenetur si uerè constat de delicto, secundum Bartol. ibi qui in hoc communiter approbatur, ut ait Soc. consilio 57. post numerum 10. libro tertio. Hoc tamen inquit Do. Clar. loco iam relato, sub num. 9. uerum
7 esse quando uerba statuti † ita sunt concepta ut appareat statuentes uoluisse patrem ex delicto filij teneri, puta quia dicat, quòd ubicunq; filius aliquod delictum commisserit, pater teneatur ad soluendum &c. Nam eo casu utique opus est, ut de ipso delicto uerè appareat, sed ubi statutum non delictum, sed condemnationem tantum respiceret, puta quia diceret, quòd pater teneatur soluere quamcunque condemnationem factam contra filium, eo casu facta condemnatione, siue contra filium præsentem, siue in illius contumaciam, potest inquit ille pater cogi ad illam soluendam, sic distinguit Bartol. in d. l. cum filiusfam. sub numero tertio. Et
8 hanc † distinctionem dicit esse communem Felyn. in cap. cum Bertoldus sub numero secundo, de re iudica. quem refert Bossi. in titu. de carcer. sid. relax. sub numero 58. Cæterum si filius comparcat, & eius confessione, uel alijs probationibus constet
9 de maleficio † tunc utique pater tenebitur uirtute huius statuti etiamsi in eo iudicio citatus non fuerit, & est communis opinio, ut dicit Alexan. in d. l. cum filiusfam. in principio, sub num. 6. in fin. quem refert Ias. ibi post num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquid de facto fit constitutionem pœnalem non extendi.*

2 *Inquisitor qui de facto distribuit aliquos libros fratrum minorum non incidit in pœnam clem. nolentes de hære. Intellectus clem. nolentes de hæret. ibi.*

9 *Sed quod supra dictum est, intelligi quando id quod de facto fit diuersam habet rationem ab actu contrauentionis.*

4 *In re fisco applicata maius esse periculum propter sententiam confiscationis.*

5 *Iudex siue bene siue malè iudicando semel, officio suo fungitur.*

6 *Inquisitorem delegatum posse dici.*

7 *Quando eadem uel maior militat ratio in facto penalis constitutio producitur.*

Constitutio pœnalis an extendatur ad ea quæ de facto fiunt.

CAP. XVI.



INtelligitur secundo ista conclu-
1 sio procedere quando aliquid de facto fit † quia ad illud non extenditur constitutio pœnalis proponit exemplum Cravet. d. 4. par. sect. 1. ad fi. sub nu. 161. in eo quod consuluit Calderi. in consilio 1. in tit. de hæreti. ubi ait. Quòd clem. nolentes † de hæreti. excommunicãs inquisitores confiscãtes bona ecclesiæ, etiam fisco ecclesiæ, non habet locum in inquisitore, qui nulliter & de facto distribuit aliquos libros quorundam fratrum minorum, quos damnauit de hæresi. sed hæc declaratio
3 † non est ita simpliciter intelligenda, sed cum puncto rationis, uidelicet quando id quod de facto fieret diuersam haberet rationem ab actu illo contrauentionis propter quem pœna fuerat imposita, prout in casu Calderi. circunstantijs multis concurrentibus apertissimè constabat de diuersitate rationis inter actum confiscationis, cui pœna illa per clem. nolentes fuerat imposita, & actum illius distributionis librorum, quem de facto fecerat ille inquisitor prout ibi plenè considerat Calderi. in iam relat.
4 consi. & inter cætera † quia in re fisco applicata maius est periculum propter sententiam confiscationis quæ tribuit ius, quàm per applicationem simplicem quæ de facto fiat, quia priore casu inquisitor
5 reuocare non posset sententiam † quia semel siue benè siue malè officio suo functus est, cap. in literis, & cap. uenerabili de offi. & potesta. iudi. deleg. cap. si compromissarius, §. si uerò de elect. libro sexto. Iudex postea quam de re iudicat. potissimè si delega-
6 tus esse dicatur † ut uidetur uelle cap. per hoc de hær. lib. 6. posteriore uerò casu per rei uendicationem potest auocari, §. 1. instit. de actio. ubi gl. Ang. Ias. Gomes. & alij not. l. in rem de rei uendic. Cæterum si eadem † uel maior militaret ratio in eo quod
7 de facto fieret non putarem tutam esse istiusmodi intelligentiam, per ea quæ plenius à nobis supra dicuntur in limitationibus ad supra firmatam conclusionem, & quæ etiam supra diximus libro sexto in materia correctoria ad limitationem primam constitutæ ibi principalis conclusionis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalem constitutionem extendi quando agitur de delictis*

licitis puniendis & illicitis coercendis.

Et tunc dici agi de materia fauorabili, ac de publica vtilitate. ibid.

2 *Publicè intereſſe vt delicta puniantur.*

3 *Pœna ſtatuti delinquentem afficientis protendi ad fieri mandantem.*

4 *Statutum permittens bannitum occidere fauorabile eſſe.*

5 *Bartolus doctrina in l. ſed & ſi vnius, §. ſeruus ſub numero ſecundo de iniur. ſeruari in materia dicti ſtatuti.*

6 *Communiterque receptam eſſe.*

7 *Multos tamen ex antiquis contra tenuiſſe.*

8 *Statuta vbi recipiunt certam interpretationem à conſuetudine, minime eſſe mutanda.*

9 *Statutum de bannitis occidendis habere in ſe cauſam publicæ vtilitatis ſed non carere quoque odio.*

10 *Bannitos vel profugos de iure communi non poſſe offendi.*

11 *Statuta de bannitis impunè occidendis tanquàm odioſa reſtringenda eſſe.*

12 *Sed reſolutionem difficultatis pendere à reſolutione illius propoſitæ quæſtionis, an materia puniendorum delictorum ſit fauorabilis uel odioſa.*

13 *Dictum Bart. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. eſſe mirabile ſecundum Corn.*

14 *In pœnalibus ſemper fieri interpretationem in benigniorem partem.*

15 *Pœna ubi pluribus modis excipi poteſt ſemper intellige de mitiore.*

16 *In dubio fieri interpretationem, ut pœna locum non habeat.*

17 *In dubio quem cenſeri condemnatum ex cauſa quæ non infamat.*

18 *In dubio cenſeri propoſitam actionem quæ non infamat.*

19 *Iaſ. reſponſionem ad iura quæ uolunt in dubio faciendam in pœnalibus mitiorem interpretationem, confutari a Crauet. num. 20.*

21 *Fruſtra quæri de pœna delicti, niſi ante omnia conſtet delictum eſſe commiſſum.*

22 *Ita ut nec coniecturæ ſufficiant.*

23 *Intellectus ad l. ſi præſes.*

24 *Bartol. dictum in d. l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. quomodo intelligendum ſit ſecundum Crauet.*

25 *Si agatur de pœna ſanguinis mitiorem fieri interpretationem, ſi de pecuniaria non item.*

26 *Pœnas reſtringendas eſſe reſpectu ſui ipſius, non ut ſi certę ſint non poſſint aliis caſibus adaptari.*

27 *Si incertum eſt delictum, uel incerta delicti qualitas, ſequimur quod eſt minimum.*

28 *Idemque eſſe quando incertus eſt animus delinquentis, etiamſi certum ſit delictum, & certa delicti qualitas.*

29 *Nec aliud dicendum eſt, quando incerta eſt perſona.*

30 *Plures ubi delicto interfuerint, & neſcitur quis deliquerit omnes puniuntur.*

31 *Ratio publicę utilitatis quæ ſuadet delicta puniri, eſt contra eos qui priuatam defenſionem prætendunt.*

An materia puniendorum delictorum, ſit fauorabilis: Et an ſtatutum puniens homicidam trahatur ad mandantem: Et an ſtatutum de bannitis occidendis ſit fauorabile, vel odioſum.

CAP. XVII.



Imitatur modo iſta concluſio, ut locum non habeat † quando agitur de puniendis aut illicitis coercendis, quia tunc dicitur agi materia fauorabilis, & vtilis reipublicæ, ut delicta puniantur, proptereáque fit extenſio, vt ſcribit Barto in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſit. libro 11. quem ſequi. Roman. in conſilio 105. in ſecundo dub. Iaſ. poſt Alexan. in dicta l. cum quidam colum. penult. de lib. & poſthum. Deci. in d. l. factum §. in pœnalibus de reg. iur. in quarta fall. ſupra relat. & in conſil. 65. colum. ſecunda Felyn. in cap. translato columna quinta de conſtit. & in cap. nonnulli colum. 21. de reſcrip. Dom. Alciat. dicto libro ſecundo de uerbo. ſignif. ſub num. 49. Crauet. de antiq. temp. par. 4. ſectio. videamus ſub num. primo, cum quinque ſeq. Euerar. in d. loc. à ratio. leg. lat. ſub

1 num. 71. quia publicè intereſt † ut maleficia puniantur & pacata ſit malis hominibus prouincia. l. congruit de off. præſid. l. ita vulneratus ad leg. Aquil. & tuta ſit inter improbos innocentia, dicto cap. erit

2 autem lex. Et ideo pœna ſtatuti † committentem maleficium afficientis, habet etiam locum in fieri mandantem, Bartol. in l. ſecunda §. exercitum de his qui not. infam. in dicta l. ſi conſtante q. 1. par. princip. ſolu. matr. & in l. ſi quis in graui, §. vtrum ad Senat. Sylla. & in dicta l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. libro vndecimo. Et alios pleroſque in hanc rem citat Euerar. ſub dicto numero 71. Aliud exemplum proponit Crauet. loco ſupra citato in ſtatuto

3 † permittente bannitum occidere, quod dicitur eſſe fauorabile, quia ob bonum publicum inductum eſt, l. ſecunda ubi Bartol. & alij. Quando liceat ſine iudi. ſe uindi. in l. omnes populi in ſecunda quæſt. 3. quæſt. princip. de iuſt. & iur. Iaſ. in conſilio 133. colum. penult. in fin. libro primo. & in l. ubi pactum colum. quinta. C. de tranſact. Bald. in conſilio 491. uiſa petitione poſt medi. libro tertio. quibus addi poteſt Dec. in conſilio 327. col. ſecunda uerſic. ſed prædictis non obſtantibus, Gozad. in conſilio 61. ſub num. 20. Paſet. Ferrar. in conſi. 189. ſub num. 6. Verum quod attinet ad primum exemplum res non ita ſimpliciter eſt exaudienda; Quia in hac difficultate nunquid ſtatutum puniens facientem delictum habeat quoq; locum in mandan

5 te † fieri tale delictum; recepta eſt Bart. doctr. in l. ſed & ſi unius, §. ſeruus num. 2. & ſeq. de iniur. & in l. aut qui aliter §. ultimo, quod ui aut clam, ſub numero tertio. Quòd aut ſtatutum loquitur in perſonam; puta, ſi quis occiderit, ſi quis uulnerauerit, aut alia ſimili formula, & tunc non comprehendatur mandans; Aut uerò conceptum eſt in rem, ſcilicet in ipſum maleficiũ, puta pro homicidio ſit pœna mortis, & hoc caſu utique comprehendat mandantem.

6 Quam Bar.assertionem † dicit communiter esse receptam Deci.in l. si quis id quod num.38. & seq. de iurisd.omni.iud.Cur.iun.in l.2. §.si procurator, sub num.4.quod quisque iur. Alexan. in l.1.in princ.sub num.23. de uerbo.obligat.Ias.in d.l.si quis id quod sub num.36. & in l. si quis pro emptore sub numero 361. de usucap. Bosi. in titu.de pœn. sub numero 14.cum simili. quos copiosè addit Dom.Clar.in praxi. criminal. q.89. sub num.2. Benè uerum est
7 †quòd ex antiquis multi tenuerunt contrarium, uidelicet, ut etiamsi statutum loqueretur in personã comprehendat nihilominus ipsum mandantem, quam opin. dixit esse magis communem Gandi.in titu. de transf. in fin. ubi etiam subdit ita communiter obseruari, quem refert Alberi. in tertia par. stat. q.44.sub num.15. ita etiam seruare iudices & assessores attestatur pract.Carrer. fol.305. sub num.60.
8 Dicit tamen Dom. Clar. † loc. iam relat. quòd si statuta talem recipiunt interpretationem à consuetudine minimè sunt mutanda, l.minimè de legi. Quod si consuetudinem circumscribamus dubio procul. Bartol.opinionem esse magis communem, & ideo ab illa non esse in iudicando uel consulendo recedendum. Quantum ad secundum exemplum
9 non diffiteor huiusmodi statuta habere † in se causam publicæ utilitatis & fauoris publici iam supra relatam; nihilominus habent quoque odium non leue in se, quia sunt correctoria iuris communis,
10 de iure enim communi non possunt profugi † uel banniti impunè offendi, ut scribunt Barto. & Ias.ac cæteri in l.vt uim de iust.& iur. & propterea istius-
11 modi statuta tãquam odiosa †restringenda esse dixit Barto.in l.neque enim in fin.de incen.rui.naufr. ibique Alex. & nouissimè consuluit Bero. in consilio 181. sub num.10. & 196. sub num.9.libr.3.qui addit Fely.in cap.quæ in ecclesiarum col.2.& in ca. cum Bertoldus de re iudi.Bart.& Alex.in d.l.omnes populi de iust. & iur. & ea quæ traduntur a Bartol. in l.eum qui delatorem in princ. de iur. fisc. & per
12 Roman.in singul.303.Verum quia †huius dubitationis resolutio pendet à deliberatione, quæ fiet in principali conclusione firmata in hac limitatione, quam uidentur communi consensu supra relati doctores firmare; ideo illam reuoco in dubium, tam ex auctoritate Corn.in consi.233.col.2. lib.4.ubi dixit dictum illud Bart. in d.l.quemadmodum. C.de
13 agricol. & censi.†super quo fundatur ista limitatio, esse mirabile,& ualde pulchrum,si uerum sit, quasi ut inquit Crauet. uoluerint ridere de hoc dicto,& illud pro falso habere, quàm etiam ex regula illa
14 quæ habet in pœnalibus debere † semper fieri interpretationem in benigniorem partem, l. interpretatione,& l.præses de pœn. & ibi pœna pluribus
15 modis intelligi potest, excipi debet † de mitiore, Baldus in l. final. per illum text. cum glos. C. quæ res uend. non poss. similiter in dubio fit interpre-
16 tatio, ut pœna † locum non habeat, ideo in dubio
17 censetur quis condemnatus ex causa quæ † non infamat, l. hæ enim de suspect. tutor. Ioan. Andr. in cap.qualiter, §.ad corrigendos columna quarta de
18 accusatio. similiter in dubio † censetur proposita actio quæ non infamat Alexan. in l. certi condictio in principio si cert.petat.& in l Gallus, §. si eius qui filium columna secunda de lib. & posthum. Deci.in capitu.ex literis columna quinta in fin. de constit. cum similib cita. à Crauet. loco iam relato sub numero secundo, & quamuis Ias. in d.l.cum quidam
19 †colum.fin.de lib.& posthum.respondeat adducta in contrarium procedere, quando sumus in dubio, & non constat delictum esse commissum, uel quando non constat de qualitate criminis, ut sic absoluatur quis in dubio, quando non constat delictum esse commissum, vel si constat, sed non de illius qualitate, mitior imponatur pœna, quæ responsio fuit Dyn. in dicto cap. odia ad fin. de reg. iur. libro sexto. Nihilominus dicit ibi Crauet. sub numero
20 tertio. hanc responsionem † illius animo non satisfacere, quia Doctor. loquentes de materia extensionis in pœnalibus supponunt delictum esse commissum & de illo non constare, similiter in dicta l. interpretatione, & in d. l. si præses supponit l. Cliquere de maleficio atque illius qualitate, quia fru-
21 stra quæritur † de pœna delicti, nisi ante omnia de ipso delicto constet, l.1. §. item illud ad Syllania. l.si quando in uer. patefacta, ubi Ias. post Bald. in quarto notab. C. vnde ui, Angel. in l. certum de confess. Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. final.
22 columna septima de iureiur. ita ut † nec coniecturæ sufficiant Deci. post Abba. in cap.1. in fin. de offic.
23 delegat. & urget multò magis ille text. † dicta l. si præses ubi dicitur iudicis sententiam simpliciter pronunciantis vim factam esse debere intelligi de vi priuata, si intelligamus ibi factam fuisse probationem de ui publica, alioqui si nulla facta fuisset probatio non propter benigniorem interpretationem, sed quia probatum non esset intelligeretur sententia de ui priuata. Vnde ipse putat aliter re-
24 sponderi posse uidelicet, † quòd dictum Bartol. in dicta l. quemadmodum intelligatur quando aliàs si extensio non fieret in pœnalibus, delictum remaneret impunitum, tunc enim dicitur agi de fauore publico,& materia dicitur fauorabilis ob id fit extensio ne delictum remaneat impunitum; sed si cessante extensione delictum non remaneret impunitum, sed puniretur quidem mitius tamen, tunc non fit extensio in pœnalibus, sed procedunt illa iura, in l. si præses, & in l. interpretatione de pœn. ita notanter declarat ac respondet Bartolus in dicta l. secunda. §. exercitum de his qui not. infam. refert & sequi. Deci. in l. secunda sub numero 109. de reg. iur. ad
25 quam declarationem inquit ille, si Corn. aduertisset, non dictum hoc pro tam mirabili habuisset, nec illud in dubium reuocasset † D. Alc. lib.5. parad. c.9. ad fi. uidetur hunc in modum prædictas opiniones conciliare, ut si agatur de pœna sanguinis ingerẽda, locum habeant iura ex aduerso citata quæ uolunt benigniorem ac mitiorem faciendam esse interpretationem, si uerò non indicatur talis pœna, sed alia inferior, tunc sit locus huic limitationi & d. dicto Bar
to. in dicta l. quemadmodum. Gammar. autem
26 † in d. tracta. de extensio. sub num. 53. iura ex aduerso citata intelligit, ut procedant quantum ad

hoc

hoc, ut pœnæ restringendæ ueniant respectu sui ipsius, ueluti cum est dubium an pœna debeatur pro facto, uel non, uel est dubium an debeat dari magna, uel minor pœna, ut patet in exemplis de regul. iur. capitulo in pœnis, sed quòd quando pœna est certa, non possit talis constitutio adaptari ad alios casus per rationis identitatem, istud ipse negat, & sic affirmat procedere communem doctorum sententiam, Dyn.† autem in cap. 27 in obscuris de reg. iur. lib. 6. tradit quandam plenio rem distinctionem, hunc in modum; si incertum est delictum, id est delictum esse commissum, regula locum habet, sequimur enim quod est minimum quia non punimus sed absoluimus l. absentem de pœnis, idemque est si certum sit delictum, sed incerta delicti qualitas, ueluti constat aliquem commisisse uim, & sic delictum est certum, sed ignoratur utrum cum armis uel sine armis, & sic qualitas est incerta, nam sequimur minimum, id est præsumimus sine armis factam esse uim, ut mitius puniatur d. l. si præses & l. interpretatione de pœn. & l. hę enim causæ, §. quid ergo de susp. tutoribus.

28 Aut uerò† certum est delictum, & certa delicti qualitas, incertus uerò animus delinquentis & tunc non præsumimus minimum, id est non adfuisse animum, quia facti atrocitas remouet præsumptionem animi non præsumendi ex quo persona est habilis ad delinquendum l. prima, C. de sicar. & l. si non conuitij, C. de iniur.

29 Quod si certum sit delictum† & ceta qualitas, sed incerta persona. ut si nullus deprehenditur fuisse in actu delinquendi. certum est neminem puniri, l. absentem de pœnis, sed si plures deprehendantur fuisse in actu delinquendi, & ignoretur quis de li-

30 querit. tunc† non sequimur quod est minimum quia omnes puniuntur, §. si plures l. item mela, ad le leg. Aquil. & not. in l. si in rixa, ad leg. Corn. de sicar. & ratio est quia omnes deprehenduntur in culpa, quia omnes fuerunt in actu delinquendi, Item

31 quia respublica quæ† suadet maleficia puniri l. licitatio. §. quod illicitè de publ. & uectigal. l. si a reo, §. qd uulgo de fideic. d. l. si ita uulneratus ad leg. Aquil. est contra eos qui priuatam defensionem prætendunt, & ideo præferenda est publica l. actione §. labeo pro socio, & inauthen. de non eligend. §. quia uero.

SVMMARIVM.

1 *Auctorem putare materiam delictorum puniendorum esse fauorabilē, quando delicta remanerent impunita.*
2 *Si agatur de aliqua ex pluribus pœnis imponenda mitiorem esse diligendam.*
3 *Publicæ utilitatis fauorem esse, ut quis grauioribus, & atrocioribus pœnis feriatur.*
4 *Multa in iure ciuili contra strictam rationem pro communi utilitate recepta esse.*
5 *Pœnarum in electione rem semper temperandam esse ut mitior eligatur.*
6 *Opinionem illam amplectendam esse quæ sedat difficultates, ac iura ad concordiam reducit num. 7.*
8 *Riminaldus laudatur.*
9 *Diuinationem permitti pro iurium contrarietatibus euitandis ac conciliandis.*

Quę sit Auctoris sententia in illa difficultate, an materia puniendorum delictorum sit fauorabilis uel odiosa.

CAP. XVIII.



Vid dicemus in tanta tot grauissimorum patrum uarietate. Ego opinor.† Bart. in dicta l. secunda, §. exercitum, de ijs qui not. infami. quem secuti sunt Decius, & Crauetta, supra relati uerè tulisse punctum istius difficultatis, ut limitatio procedat quando aliàs delictum remaneret impunitum, nisi interpretatione adiuuaretur pœnalis constitutio, & in hoc uersetur publicæ illius

1 utilitatis fauor, de quo loquitur l. ita uulneratus,

2 ad leg. Aquil. si uero† agatur de aliqua ex plurib. pœnis imponenda, tunc semper in mitiorem & benigniorem partem fiat interpretatio iuxta dictā l. interpretatione & l. si præses de pœn. quæ distinctio fuit de mente Iacob. Butrig. quem refert Alberic. de Rosat. in d. l. 2. §. exercitum, de his qui not. inf. & ibid. seq. Raphael. Fulgos. sub numero 3. uersic. in glos. sed hoc, & ratio est, quia publicę utilitatis,

3 † fauor non est, ut grauioribus atque atrocioribus pœnis quis afficiatur, sed tantum uersatur in eo, ne maleficia remaneant impunita, ut apertè probat textus in dicta l. ita uulneratus in illis uerbis, cum neque impunita maleficia esse oporteat, ijsce additis, quę paulo inferius habentur, multa enim in

4 iure ciuili† contra strictam rationem disputandi pro communi utilitate recepta esse innumerabilibus exemplis probari potest, & rursus clare indicat text. in l. locatio, uel ut alias legitur licitatio §. quòd illicitè de publica. & uectigal. in illis uerbis. Alterum enim utilitas priuatorum, alterum rigor publicæ disciplinæ postulat, iunctis ijs quæ supra dixerat de publicano per uim illicitè extorquēte, sed hoc omnibus alijs clarius atque apertius probat text. in c. ut famæ de senten. excom. dum in eo, dicitur, Et publicæ utilitatis interest ne crimina remaneant impunita; & ob impunitatis audaciam quinequam fierant fiant nequiores, cum igitur is qui delictum commisit si pœna aliqua ex ijs quæ a iure statutæ sunt afficitur, dicatur satisfactum esse publicæ utilitati, iure merito dicendum est, quā

5 tum ad electionem† pœnarum rem semper esse tē perandam, ut mitior, minúsque grauis eligatur, iuxta d. l. si præses & l. interpretatione de pœn. facit rur

6 sus pro hac Bar. sententia† quod cum per illam tol luntur oēs difficultates & reducūtur ad concordiā concilienturque omnia iura & dissensiones omnes interpretum, neq; hæsitationis ulterius quid remanet reliqui, uidetur præcęteris esse recipienda l. se-

7 cunda,

cunda,§.si quid in tanta,C.de uet.iur. enucl.§. quib. in j.const.glo.in l.apud antiquos,C.de furt.& per ea quæ scribit Bar.in l. ita stipulatus col.12.post prin. sub nu.27.de uerb.oblig.Ias.in l.2.§.prius sub num. 23.de uulg.& pup.& l.huiusmodi,§.si cui ad fi.de le
8 ga.1.Rim.iun.† eleganter ac pererudite ut cętera illius omnia in §. primo,sub nu.55.instit.per quas per son. nob.acquir.qui prudentissimi patres uoluerũt etiam diuinatiuæ opinioni locum fore in difficilib.
9 contrarijs, pro illis† euitandis, & hoc multo magis recipiendũ est in ista distinctione Bar.quæ ex mẽte verbis ac ratione dictorum iurium procedit, quæ in hoc subiecto uidentur primo obtutu implacabiliter pugnare.

SVMMARIVM.

1 *Quando per statutum delictum ita leuiter punitur,ut potius detur ansa delinquendi, fit extensio in pœnalibus.*
2 *Occasionem delinquendi omnino tollendam esse.*
3 *Legem non ualere per quam detur occasio delinquendi.*
4 *Crauetæ quid obtigerit primo anno sui Doctoratus.*
5 *Iuramentum de seruandis statutis debere intelligi de ualidis ac firmis.*
Non de inualidis & iniquis.
6 *Crauetta laudatur.*
7 *Polyctonius Mediabarba auctoris præceptor, & postea Mediolanensis senator perillustris, commendatur.*
8 *Eundemque auctorem fuisse ut publicè profitendi iuris prouinciam Auctor adhuc scholasticus assumeret.*
9 *In cuius Doctoratu locum necessariæ promotionis reliquisse prudentissimo Crauettæ.*
10 *Pœnas a iure communi impositas non censeri sublatas propter pœnas ac statutis de nouo inuectas.*
11 *Falsi crimen grauissimum esse,& propter eius frequentiam a legibus ac statutis grauius solere puniri.*
12 *Falsi pœnam quæ de iure communi est deportationis, & publicationis omnium bonorum, hodie in usu non esse.*
13 *Falsi pœnam tunc arbitrariam esse iudici,quando nihil in individuo prouisum est per statutum.*
14 *Pœnam iuris communis statutaria tolli secundum Baldum.*
Et fatuum esse iudicem qui aliam pœnam imponeret.
15 *Itaque in praxi totum mundum obseruare ex testimonio Alberici.*
Et communi Doctorum uoto sic receptum esse, & in prouincia i sta sic obseruari.
16 *Pœnam unam per alteram tolli cum utraque tendat ad uindictam.*

An quando pœna imposita per statutum esset ita leuis, ut potius daret ansam delicto, quàm illud puniret, debeat extensio fieri.

CAP. XIX.

DIcit tamen Crauetta in dicta 4
part. sectio. videamus sub num.
1 sexto,aduertendum esse ad hanc resolutionem, quòd † si delictũ alio iure ita parcè ac leuiter puniretur ut non pœna imposita, sed potius delinquendi occasio data esse uideatur, ex ipsius pœnæ lenitate, l.si in operis,C.de pœn.Dec.in l.prima,in princip.colum na tertia,quod quisque iur.& in capitu.cognoscentes columna prima,de constitutio.tunc esset extensio facienda pœnalis legis aut consuetudinis, quia adhuc militare cẽsenda esset ratio fauoris publici, ne delictum remaneat impunitum, non sub
2 lata occasione † delinquendi quæ omnino tolli debet l.prima,in principio.naut.caup.stabu.l.prima, §.fin.cum ibi notab.quemad.seruit. amitt.& eo magis quia lex non ualet per quam datur occasio de-
3 linquendi,cap.erit autem lex, quarta distin. capit. ex parte ubi Abb.in secundo not.de consuet. capit. fin.eod.tit.l.conuenire de pact.dotal.dicitque hunc
4 casum contigisse sibi primo anno sui † doctoratus dum gereret præturam Cunei, falsique ageretur quæstio,cui crimini pœna erat imposita satis leuis solidorum scilicet uiginti tantum turonensium, nam cum requireretur ut a pœna statuti non recederet,quod cum reliquis eiusdem loci statutis iurarat in ingressu eius officij seruare,dixit statutũ illud inualidum fuisse, & generale iudicis iuramen-
5 tum † de obseruandis statutis intelligi de statutis ualidis ac firmis,non de inualidis & iniquis iuxta tradita à Doctor.in l. prima, de ijs qui sunt sui uel alien.iur.l.si procurator de cond. indebit. & c.1.de iureiur.lib.6.
6 Et certè † alia animi deliberatio expectanda nõ erat,ab eminentissimæ spei tantæq; expectationis iuuene, iurisconsulto & iudice,ut esse is tunc temporis debebat, quẽ postea ingrauescente eius ætate iurisconsultum virum tantæ integritatis, tam probatæ uitæ,tam præstantis animi candoris; tam accerbissimi in uitia odij, tamque præcipua mentis grauitatę pollentem,præter exactissimam accõsumatissimam iuris utriusque eruditionem, doctrinam;promptamque ac paratam subtilissimarũ ac difficillimarum quarumque iuris partium resolutionem,cognouimus hic Ticini sub nouissimis scholasticarum nostrorum studiorum annis, cum
7 ad primarium uespertinæ lectionis ciuilis † locum ab excellentissimo Senatu in hoc nostrum Gymnasium a dscitus fuisset honoratissimis conditionibus eoque in munere,collega illi datus fuisset venerandæ mihique perpetuo colendæ memoriæ præceptor ac Dominus Polictonius Mediabarba,qui cũ postea illhinc ad duos annos,à potentissimo ac serenissimo Philippo Hispaniarum Rege, Duceque Mediola-

Mediolani in amplissimum atque excellētissimum Senatorium ordinem Mediolanēsem fuisset eo opta
8 tus, procurasset que † ac effecisset, ut publico institu tionum interpretandarum muneri scholasticus adhuc Excellentissimi senatus decreto præficeret, lo-
9 cū necessariæ promotioni † reliquit eidē sapientissi mo Crauettę in Doctoratu nostro, qui post annum ab eius discessu mihi assumptus est, Quæ res effecit ut arctiore consuetudinis uinculo adstringeret tam profondissimæ sapientiæ uiro cui & ædium contiguitate, & longa consuetudine iam multo ante con iunctissimus eram. Et adiuuatur ista opinio Crauettę ex illorum sententia qui putarunt pœnas a iure communi pro delictis impositas non censeri
10 † sublatas propter pœnas de nouo ex statutorum dispositionibus inuectas, cuius sententię auctor fuit Bar. in l. prima, sub numero primo, ut bon. rapto. post nonnullos antiquos ibi relatos ab illo, & hanc communiter teneri attestatur Cy. in l. qui sepulchra C. de sepul. uiolat. quem refert Anch. in c. generi de reg. iur. lib. 6. & Caccialup. in l omnes populi sub nume. 90. de iust. & iur. idem probauit Bal. in l. non est nouum de legib. quem refert Augustin. ad Angel. de malefic. uersi. & ibi caput sub numę. 9. & hanc opinionem teneri per doctor. testatur Angel. in d. l. qui sepulchra uersic. in tex. ibi nihil enim, C. de sepul. uiolat. eandemque dicit esse communem Abb. in cap. de causis sub num. 14. de offic. deleg. & Sal. in d. l. qui sepulchra post num. sextum, uers. quæro nunc C. de sepul. uiolat. prout illum refert Io. Andr. in capit. fin. sub nu. 16. de colluso. detegen. qui tamen hoc explicatè non attestatur, ut dicit D. Clar. in prax. crimin. quæst. 84. sub num. 5. post Bern. in d. cap. de causis sub num. 75. unde cum crimen falsi
11 sit grauissimum † & propter eius frequentiam a legibus & statutis grauiter soleat puniri, ut dicit D. Clar. in d. § falsum in princ. & Meno. in consi. 306. in principio. & quamuis de iure communi pęna falsi esset deportationis cum publicatione omnium
12 bonorum l. prima, § ultim. ad l. Corn. de falsi. hodie tamen † quia illa non est in usu uidetur esse extra ordinem arbitraria iudici, ut scripsit Alexand. in consilio quinto, lib. septimo, & Gram. in uot. quinto, & & super cōstit. Regn. fol. 116. colum. 3. D. Clar. in d. § falsum sub num. 5. & 31. ubi Gandi. & alios addit eiusdem sententiæ assertores, Menoch. de arbitr. iudi. cas. 306. sub nume. 9. & cas. 343. sub num. 3. & supra diximus lib. 5. cap. 20. ergo putauit iure meritò Crauett. seuiore pœna puniendum illum falsariū
13 cuius causa sub eius prætura uertebatur. sed † aduersus eius sententiam facere uidetur, primū quod tunc demum pœna falsi arbitraria est iudici, quando per statuta nihil in indiuiduo reperitur dispositum esse circa huiusmodi crimen, cęterum quando pœna per statutum est imposita ab ea non recedi-
tur, ut dicit Gandi. in tit. de falsa. sub num. 3. quem refert & sequitur, D. Clar. in d. § falsum sub d. numero 31. Rursus contra hanc sententiam facit, quod scripsit Bal. in l. data opera sub d. nu. 19. & seq. qui uult
14 † pœnam iuris communis per pœnam statutariam prorsus intelligi esse sublatam, subdens quòd fatuus esset iudex qui aliam pœnam imponeret, quā statutariam & dicit pract. Carre. fol. 519. sub num. 14. quod hanc opinionem tenent omnes Doctores hanc etiam opinionem dicit esse communem Dec. capitulo de causis sub numero 14. in fin. D. Alciat. in consi. 453. sub num. 5. uers. non obest igitur. Do. Clar. in d. q. 84 post num. 5. qui alios plures adducit de communi & magis communi fidem facientes, at testantes, quòd ita in practica seruari, ut Blanc in prax crimin. fol. 72. sub num. 61. & seq. & Alberi. in
15 prima par. stat. q. 8. sub num. 10 in fin. † qui dicit totum mundum ita obseruare, quamuis casus egeret decisio. imperatoria Rol. a Val in consi. 35. sub nu. 48. lib. 2. Rota senen. lib. 2. decisi. post consi. criminalia decisi. 9. quæ ait hanc opinionem prævaluisse approbatamq; fore per ipsum, dicitq; D. Clar. q. cū hæc opinio sit magis communis & in prouincia ista consuetudine etiam recepta, ab illa non esset in iudicando & consulendo recedendum, & maximè quando iudex imposuisset pœnam statutariam, quia tūc non posset postea imponere pœnam iuris commu-
16 nis, etiam si esset maior, quia † cum utraque pœna tendat ad uindictam, una per alteram tollitur, qua iu sententia concordare omnes asserit. Bar. in l. 1. in ult. uer. ui bon. rapto. quem refert Ana. in d. cap. fin. sub nu. 16. de colluſ. deteg.

SVMMARIVM.

1. *Pœnalem extendendam esse dispositionem quando pœna a statuto imposita, nomen pœnæ non meritur.*
2. *Statutum imponens pro atroci delicto leuem pœnam, ut turpe atque ignominiosum non tenet.*
3. *Iuramenta de seruandis statutis præstita per officiales, non intelligi de huiusmodi turpibus statutis.*
4. *Ea quę contra bonos mores sunt, impossibilia reputari.*
5. *Communem opinionem Doctorum de imponendis pœnis statutarijs pro delictis intelligi quando per statuta, uel consuetudines locorum sufficienter est prouisum.*
6. *Falsi crimen seuere punitum esse per statuta Ticinensia, & nouas constitutiones status Mediolani.*
7. *Quando legitimæ non sunt impositæ pœnæ per statuta, & consuetudines ueriorem esse Crauettæ opinionem de extensione facienda.*

Quæ sit Auctoris resolutio in proposita difficultatem.

CAP. XX.



1 Sed hæc omnia ego puto intelligenda esse, quando † pœna à statuto esset legitimè imposita, & nomen pœnę attenta qualitate delicti promeretur, cęterum quando pro tam atroci delicto pœna imponitur, quæ impunitum faciat delictum, & det materiam frequentius eo in genere delinquēdi, ego do manū Crauet. puto

que

que illum graviter ac prudenter censuisse, tum per
2 ea quæ supra ab illo considerata sunt tum † quia istiusmodi statutum, ut turpè, infame atque ignominiosum non tenet l.generaliter de uerbo. oblig. l.turpia legata de leg.1.l.iurisgentium.§.ait prætor
3 de pact. Et iuramentum † de istiusmod. turpibus statutis ac dispositionibus seruandis, tanquam contra bonos mores, non est obligatorium, cap.non est obligatorium, de regul. iur.libro 6. Bar.in l.si quis pro eo de fide.idem Bar.Bal.Castren.Alex.Iaſ.Alci. & alij in l.stipulatio hoc modo concepta de uerb. oblig.Dec.& alij in l.pactum dotali, C.de pact.ubi Cyn.Bald.Castrens.Alex.Iaſ.& alij, est tex. in capit. ubi,& in cap.quia sæpe contingit de electio. & in c. 2.de reb.eccles.non alienan.& iuuatur ratione, quia
4 † quæ contra bonos mores sunt. impossibilia reputantur de iure l.filius l.conditiones, & l.quidam de condit.instit.& impossibilium nulla est obligatio, c.nemo potest de reg.iur. in 6.l. impossibilium de reg.iur.l.impossibilis de uerb. obligat.ergo. nec eo rũ quæ sunt contra bonos mores,& præsertim istiusmodi statuti, quod cum immediatè sit turpe, ignominiosum, ac infame, ut dictum est, propter impunitatem, talis criminis ac materiam quam præstat in eo delinquendi, ut declarat Dyn.in d.reg.non est obligatorium, & Doctor.in loco supra cita. Bal.& Alexand.in l.pacta quæ contra.C.de pact.idem Baldus in l. non dubium, C. de legib. in 17. oppositt. & in l.prima, C.de condic. ob turp. caus.sub num.7. Abb. & Imol. in cap. cum contingat de iureiuran.
5 Tum etiam quia communis † illa uel magis communis opinio Doctor. quam ex multorum attestationibus proximè diximus, consuetudine quoqne receptam esse procedit quando per leges municipales ciuitatum, uel constitutiones prouinciarum sufficienter est prouisum, respectu punirionis criminis commissi, uel commitrendi, ueluti in hac ciuitate in crimine falsi stat.37.in criminal. & in nouis constitutionibus, in tit.de pœn.in §.quicunque fecerit
6 & in §. si quis falsum in quibus † iuxta ualorem ac qualitatem causarum in quibus falsum fuerit commissum, imponitur pœna quadruplicum mitratione ac productione in publicum per tres dies, pœna amissionis seu amputationis manus potentioris. pœna ignis, pœna qua plectendus esset is, contra quem testimonium dictũ esset, pœna amputationis liguuæ,& aliæ similes secundum casuum uarietatẽ ac diuersitatem, iuxta quã & D. Clar.in d.§. falsum uer. testis qui falsum sub num.quinto,& in uersicũ. fabricans falsum instrumentum sub num.16. & sæpius per discursum illius §. testatur uidisse obseruari ab Excellentissimo senatu Mediolanensi. Cæterum ubi † legitimæ non sunt impositæ pœnæ, ac ta
7 les propter quas oderint pecare mali, non erit recedendum ab opinione infra relata Craue.& ab illa superiore opinione, quam & communem pleriqne sunt testati, ut per tales pœnas statutarias non censeantur sublatæ pœnæ iuris communis, aut illis intelligatur aliquo modo derogatum, sicque distinguendo conciliari poterunt duæ illæ aduersantes opiniones, & declarari poterit prima ista limitatio conclusionis negatiuæ in materia pœnali.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de bannitis impunè occidendis secundum multorum sententiam esse fauorabile.*
2 *Non intelligique in bannitis qui mutarunt conditionem.*
3 *Bannitus de homicidio qui post patratum delictum effectus fuerit religiosus non comprehenditur sub statuto de bannitis occidendis.*
4 *Io.Baptista Martianesius foroliuiensis iurisconsultus*
5 *Quid seruarit quandoque Excellentissimus Mediolani senatus.*
6 *Qui rationem non habuit in contingenti casu statuti Mediolanensis de Bannitis impunè occidendis, propter effectum, quem in laicis tale statutum potest habere.*
7 *Si statutum de bannitis occidendis comprehenderet bannitos effectos religiosos esset contra ecclesiasticam libertatem.*
8 *Et quamuis habeat publicæ utilitatis rationem in secularibus, tamen in ecclesiasticis esset pœnale acodiosum.*
9 *Percussores qui huiusmodi Bannitos offendunt, sub tutela talis statuti, pro ministris iustitiæ haberi.*

Statutum de Bannitis occidendis, intelligendum esse de bannitis, qui non mutarunt conditionem.

CAP. XXI.

1 HInc potest colligi declaratio ad statutum illud † quod bannitus possit impunè offendi, de quo supra mentionem fecimus,& in quo ex multorum sententia diximus uersari fauorem publicę utilitatis, nam satis est, ut tale
2 † statutum operetur in ijs Bannitis, qui non mutarunt conditionem, & sic remanserunt sub foro seculari, cæterum si assumpto habitu monastico effecti fuerint religiosi,& sic fori ecclesiastici, tunc statutũ illud non poterit habere locum, nec sub eius clypeo defendendus esset qui istiusmodi Bannitum occi-
3 disset, est enim † de hoc in terminis peregrina ad admodumque singularis decisio Guido.de suzar. in consi.100.inter miscellanea consilia Baptistæ Mar-
4 tianesij doctissimi iurisconsul. Foroliuiens. quæ cum paucis nota delitesceret superioribus mensibus retecta atque in lucem peruecta fuit, quo quidem in loco uir ille grauissimus ac magnæ inter antiquio res auctoritatis consuluit, Bannitum qui tractu tem poris post commissum delictum effectus fuerat Monachus non potuisse ex dispositione talis statuti im-
5 punè offendi. Qua decisione motus † potissimè Excellentissimus Senatus Mediolani, quoldam qui in loco Mazuntæ Ducatus Mediolani interfecerant

cerant nobilem quendam iuuenem, nomine Tyberium Boisium intra claustra monasterij cœlestinorum, qui in contumaciam capitaliter fuerat damnatus cũ bonorum confiscatione ac Bannitus à statu Mediolani ob homicidium illi inpictum & postea ob emissum ante patratum delictum religionis uotum, post publicatum exilium ac condemnationem in eodem loco Mazentæ in prædicto monasterio religionis cœlestinorum monasticum assumpserat habitum, perpetua deportationis ad triremes pœna damnauit de anno 1576. die Septembris ordinaria illos homicidij pœna damnaturus, si qualitas animi deliberati probata fuisset, prout non erat quia pars offensa quæ aduersus illos qui sponte se constituerant, ac fatebantur homicidium a seipsis fuisse commissum, sed se tuebantur ex dispositione statuti Mediolanensis quo permittebantur Banniti à Ducatu Mediolani impunè offendi fundabat se tamen super eorum confessione quæ facta erat de rixoso, & inopinato homicidio, non autem deli-
6 berato. Nec habuit † Excellentissimus senatus aliquam rationem prædicti statuti, propter eius effectum ac operationem, quam habebat in bannitis secularibus, in quibus satisfactum erat statuentium rationi, quæ erat, ut malis hominibus purgata emundataque ac pacata remaneret prouincia, iuxta l. congruit de officio præsid. & propterea non erat interpretatione extensiua producendũ ad casum in quo Banniti per mutationem status, assumptionemque habitus religiosi effecti fuissent fori ecclesiastici, tũ per ea quæ scripserat Craue. supra relatus in materia istius statuti in dicta sectio. uideamus sub num.
7 quinto, Tum quia fuisset comprehendendo † hunc casum, contra ecclesiasticam libertatem, & sic nullum per ea quæ scribunt Doctor. in authen. cassa C. de sacr. eccles. & in c. quæ in ecclesiarum de constit. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ eod. tit. Tum quia quãuis huiusmodi statutum haberet illam publicæ utilitatis rationem, cui ut supra diximus erat satisfa-
8 ctum † in exulibus secularibus, in reliquis erat pœnale, odiosum, ac iuris communis correctorium, ut etiam supra diximus & propterea non extendendũ sed restringendum, secundum ea quæ supra retulimus & trad. Bal. Ias. & alij in d. auth. quas actionis, C. de sacro. eccles. Imol. d. l. si uerò §. de uiro solu. matrim. Franc. & Gemin. in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. Andr. Tiraq in l. si unquam in uers. libertis sub num. 37. C. de reuoc. donatio. Bero. in d. consi. 181. & 196. lib. 3. cum simil. supra citat.

9 Tum etiam quia isti percussores † qui offendunt eiuscemodi Bannitos sub tutela talis statuti habentur loco ministri iustitiæ, ut per Felyn. in d. cap. quæ in ecclesiarum sub nume. 10 de constit. Qui cum nõ nisi facta degradatione a superioribus ecclesiasticis, & traditione talis delinquẽtis brachio sæculari, non possit executioni mittere in corpus talis Banniti sententiam capitalem iudicis secularis, ut per Ioan. Andr. in c. 1. de obligat. ad ratrocinia, nec diffitetur Barto. in l. prima, de pœnis. & assentit Guid. suzar. in d. consi. 10. Succedit ut nec tales interfectores his non peractis uirtute prædicti statuti possint impunè id sibi arrogare. Sed de his hactenus, cũ res iam postulet, ut ad alias limitationes progrediamur, iamque satis ac super opima dote sit prima hæc in ordine limitatio cohonestata.

SVMMARIVM.

1 *Ratio quando scripta est in lege pœnali semper fit extensio.*
2 *§. Causas in auth. ut cum de appellat. cognosci. inducitur.*
3 *Rationem oportere esse finalem ut fiat extensio in pœnalibus.*
4 *Socinum tamen contra sensisse.*
5 *Sed eius sententiam confutari.*
6 *Ex ratione mentem legis declarari.*
7 *Mentem & rationem legis unum & idem esse.*
8 *Quod ex ratione est, & ex mente esse.*
9 *Quod ex uerbis uenit nunquam in quacunque materia etiam odiosa censeri reiectum.*
10 *Quæ dicuntur ex ratione in lege expressa, intelligi quoque de ratione quæ unica tantum potest assignari.*
11 *Quando in constitutione pœnali est expressa illa ratio, ne delicta remaneant impunita, non fieri extensionem.*
12 *Quod uerum esse putat Auctor, quia in isto casu nulla subest necessitas interpretationis faciendæ.*

Vtrum procedat supra firmata conclusio in materia pœnali quando ratio est scripta in lege.

CAP. XXII.



Imitatur secundo loco memorata conclusio, ut locum non habeat, quando in lege pœnali scripta esset ratio † quia tunc fit extẽsio ad alios in quibus uiget eadem ratio, l. cum mulier ubi Alexand solut. matrimo. Geminia. in
1 cap. si ciuitas §. primo, in princ. de sentent. excomm. lib. sexto, & consi. 7. Dec. in d §. in pœnalibus in septima fal. Ias. in dicta l. cum quidam col fi. in 5. fallen. Craue. in d. sect. uideamus sub num. 18. in 7. limitat. Franc. in capitulo primo, de tempor. ordin. in sexta limit. & est de hoc text. in capitulo primo, §. porrò qui. mod. feud. amitt. ubi propter eandem causam uel rationem ingratitudinis expressam eo in textu, inquit ibi eius legis Auctor, in alijs causis quæ ibi expressæ non reperiuntur, procedendum per iudicẽ esse de similibus ad similia, declarando, ut supra fecimus hoc eod. lib. in resolutione principalis conclusionis istius materiæ quam uersamus, cui postea accedere reperi Crauet. in dicta septima limit. sub nume. 19. uersic. nam ultra præmissa, facit etiam text.
2 in † §. causas in auth. ut cum de appellatio. cognosci. iuncta declarat. Alex. post Gulie. de Cun. in d. auth.

non

non licet,C.de liber.præter.ubi uolunt eum tex pro tendendum esse ad alias ibi non expressas propter causam ingratitudinis in eo expressam, quæ aliarũ causarum exempla comprehendere potest, præter ibi expressa, & hinc est quod iste casus proprie non cadit sub materia extensionis cum ueniat ex mente legis,& ex ui comprehensiua ipsius legis, ut post Ancharan. in consilio 304. in fin. uoluit Cravet. loc.iam relato sub numero 18.uer. & isto casu,& supra declarauimus abunde libro sexto, in 1.limitatione propositæ conclusionis principal. in correctorijs quo loci plenè quoque prosecuti fuimus ea omnia quæ hic adduci potuissent, & hanc rationem
3 † oportere esse finalem, & sufficere quòd ex uerbis proœmij ipsius legis colligatur dixit Franc.Curt.sen.
4 in consil.5 c.colum.19.in princ.contra istam † secundum limitationem tenet Socin. in l.serui electione §.primo, colum.3.post medium,uersicu.sed ista ratio ita deducta de leg.1. ubi uoluit quòd in pœnalibus non fit extensio ex identitate rationis expressæ nisi casus ad quem uolumus extendere comprehendatur sub uerbis legis latè sumpto uocabulo, sed
5 † hanc opinionem ego puto non esse ueram, per ea quæ supra diximus in d.1.limit. in correctorijs, quia ubi finalis ratio in lege est expressa tunc in quacunque materia quantumuis odiosa & strictissimè interpretanda semper fit comprehensio ad limites rationis l.pater filium,§.fundum ubi Bar.de leg.3.l. si uerò, §.de uiro ubi Castr. sol. matri. cum simil. iã
6 supra relatis; quia cum ex † ratione declaretur mẽs legis d.l.cum mulier 1. sol.matr.l.cum pater, §.dulcissimis de leg.2.l.uxorem circa princip.ubi Bar.de leg.3.cum simil.quinimmo & mens & ratio legis
7 unum & idem sint † ut dicit Dyn. iu cap.ult.de reg. iur.lib.6.Bal.in consilio 200.in causa ista colum. 2. lib.3.& Castren.in consi.142.uiso & examinato colum.2.lib.primo,Alexan.in consi.52.colum.2.uers.
8 secundo confirmo lib.1.quod ex ratione est † & sic ex mente est quoque ex lege l. nominis & rei §. primo,de legi.quamobrem,ut id quod ex uerbis uenit etiamsi generaliter, nunquam censetur exclusam
9 in quacunque materia † quantumuis odiosa & strictè interpretanda l.cum lege ubi Aretin.in secunda columna de testam. cap. si quando de sent. excom. Dec.in indiuiduo in hac materia in d.§.in pœnalib. in prima limit.Crave.in d 4.par.sect prima,sub nu. 156.Dec.in consilio quinto, ad fin.& alibi sæpe,sic nec etiam quod ueniet ex ratione in lege expressa.
10 Et quæ dicta sunt † de ratione in lege expressa sunt etiam accipienda de ratione, quæ unica assignari possit ut supra dictum fuit in correctorijs in prima limitat.& latissimè scribit Crave.in dicta sectio. prima,sub num.72.cum seq.uer.amplius pro in d.4.parte,de antiqui.tempor. Declarat rursus idem Crave. in d sectio.uideamus sub num.20.eandem limitatio
11 nem, ut locum non habeat † quando in statuto uel lege pœnali expressa fuisset illa ratio ne delicta remaneant impunita,quæ sola uidetur posse assignari d.l. ita uulneratus ad leg. Aquil. cum socijs,quia tunc non credit posse extẽsionem fieri per illam rationem nisi ut supra dictum est,quando scilicet delicta remanerent impunita, uel ita leui pœna plecterentur, ut occasionem delinquendi præbere uiderentur, cæterum si per aliud ius debito modo puniretur.non esset facienda extensio,inducendaque iu
12 ris correctio. Quod † & ego uerissimum esse puto,quia cum supra libro sexto docuerimus inductã fuisse interpretationem extensiuam ex causa necessaria,eandemque progredi æquitate ac necessitate suadente d.l.secunda,§.deinde ex ijs de orig.iur.Bar. Cœpol.de extensio.sect. antepenultim. lub tit. quæ fuit caus.inductiuæ extensi.cum simil.suo loco cita. in casuq; declarationis Crauet. nulla subsit necessitas neque æquitas,Ergo cessare debebit omnis tractatus de extensione facienda.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalem constitutionem extendi quando maior militaret ratio in casu omisso, quàm in casu expresso.*
2 *Argumentum à maioritate rationis ualere in materia pœnali.*
3 *Sententia pœnalis per quam iudicatur quis indignus inferiore dignitate extenditur ad maiorem.*
4 *Pater qui potest mœchum in adulterio deprehensum occidere,poterit iniuria afficere.*
5 *Iudex qui in causa capitali iusdicere potest,& in ciuili poterit,quamuis aliud sit in latrunculatore.*
6 *Bannitus qui ex lege municipali potest impunè occidi poterit etiam offendi.*
7 *Quando æqualis uel similis ratio militaret potest pariter extensio in pœnalibus fieri.*
8 *Filius qui ex causis expressis in §.causas potest exhæredari,poterit quoque ex similibus ab hæreditate pater naremoueri.*
9 *Intellectus l.primæ,quæ res pigo.oblig.poss.*
10 *Intellectus l.cum mulier solu.matrim.*
11 *Crave. opinari quòd a maioritate rationis non possit fieri extensio in pœnalibus.*
12 *In correctorijs non esse licitam extensionem a maioritate rationis.*
13 *Baldum credidisse in materia pœnali non posse fieri extensionem.*
14 *Intellectus l.transigere,C.de transactio.*
15 *Si statuto, uel consuetudine imponatur aliqua magna pœna pro aliquo delicto, in eo non proceditur extensiuè.*
16 *Pœnam furcarum maiorem esse,quàm pœnam amputationis capitis.*
17 *Si quis fuerit condemnatus diuersis sententijs,pœna furcarum,& pœna amputationis capitis, nec sciatur pro quo delicto, imponetur pœna amputationis capitis.*
18 *Pro furto quod minus est delictum quam homicidium furcis suspenditur.*
19 *Delicti grauitatem ex grauitate pœnæ perpendi ex Dec.*
20 *Tametsi alij contra sentiant.*
21 *Qu id sentiat Auctor in hac difficultate.*
22 *Rationem triplici esse in consideratione.*
23 *Expressa ratio quæ sit.*
24 *Tacita ratio quæ dicatur.*
25 *Præsumpta ratio quæ appelletur.*

Pœna-

26 *Pœnalem constitutionem semper extendi à maioritate rationis quando sumus in expreßa & tacita ratione.*
27 *Idemque esse in materia correctoria.*
28 *Pœnali in dispositione uenire casus omnes qui sub ratione comprehenduntur.*
29 *Quomodo sunt intelligenda iura quæ probant ex maioritate rationis extensionem oportere fieri in pœnalib.*
30 *Præsumptæ rationi ubi est locus non fieri extensionem.*
31 *Plures in dubio præsumi rationes in quacunque constitutione.*
32 *Ideoque quod per unam plerunque astruitur per alteram sæpissimè destruitur.*
33 *Neque in pluralitate præsumptarum rationum posse ab identitate uel maioritate arg. deduci.*

Quid iuris statuendum sit, quando maior ratio esset in casu non expresso, ad quē fieret extensio, quàm in casu expresso.

CAP. XXIII.

IMitatur tertio loco ista conclusio, quando maior esset ratio in
1 casu † non expresso ad quem fieret extensio, quàm in casu expresso, quia in materia pœnali etiam fit extensio ex maioritate rationis, Alexand. ad Bald. in l. mancipia in uerbo turbans, C. de ser. fugit. ubi citat Io. Andr. in capit. odia de reg. iur. lib. 6. & Iaco. Belui. in l. si quis non dicam rupere, C. de episcop. &
2 cler. & valere argum. in materia pœnali † a maioritate rationis, trad. Bal. in l. transigere, in octaua oppositio. C. de transl. ubi vult, quod si non est permissum transigere super adulterio multo magis licere non debeat super raptu, & alios nonnullos pro hac parte adducit Crauet. in dicta sectione uideamus in in 8. limitatio. sub nu. 21. ubi pariter in eius confirmationem perpendit tex. in l. qui indignus de sena-
3 ubi sententia pœnalis per quam indignus † quis esse declaratur inferiore dignitate extenditur ad maiorē dignitatem, & ordinem per argum. a maio. item l. cui pacto de ser. export. ubi pactum pœnale per qđ interdicitur alicui pomærio, uel suburbijs extenditur ad ciuitatem, ut a fortiore ad ciuitatem accedere non liceat. Rursus tex. in l. relegatorum, §. potest de inter. & relegat. ubi prohibitus per sententiam ab honore minori intelligitur a forriore prohibitus esse à maiore. idem firmat D. Aleiat. de uerb. signific. sub num 47. & seq. per tex in l. nec in ea §. sed qui occidere ad leg. Iuli. de adult. ubi qui mechum in ad
4 ulterio † deprehensum occidere potest, multo magis iniuria afficere ualet, Attici ῥωφανίζειν uocabant, item per tex. in l. ex eo C. de agent. in rebus li. 12. ubi qui contra aliquem in causa capitali ius dicere potest, eundem potis est ciuili iudicio condē-
5 nare licet † aliud sit in latronculatore cuius iurisdictio ex mandati principalis forma certos fines habet l. solemus in fi. de iudi. Item quia communi sen-
6 tentia † receptum est, ut profugus siue Bannitus qui ex lege municipali impune potest offendi, posit etiam occidi, ut dicit Ias. in l. in suis sub numero 26. de liber. & posth. Dom. Clar. in §. homicidium sub num. 55. qui alios adducit attestantes de communi opinio. & de communi usu, atque obseruantia fori.
7 Quinimmò † sentit idem esse quando æqualis uel similis militaret ratio, tunc per communem Doct. sententiam in d. auth. non licet, C. de lib. præter.
8 quatenus uolunt † filium non solum ex causis expressis in dicto §. causas, sed etiam ex alijs simil. posse exhæredari, tum per text. in l. secunda, §. quid si curatores ad sen. Tertyll. ubi delata ex senatusc. Tertyl. hæreditate mater priuatur nisi curatores filio petierit, Quid si curatores? uerba inquit Vlpianus desciunt, Quid si cum pregans esset bonis curatorem dari? & his casibus in sententiam legis incidit, tum per tex. in c. j. iuncta glo. fi. de postul. prælato. ubi cō stitutio qua in pœnam temeritatis qui ultro indignum eligunt ipso iure priuantur etiam ad eos qui a Rom. Pont. scienter indignum postulant protrahi tur. tum etiam per tex. in l. prima, C. quæ res expor.
9 poss. ubi † lex ad barbaricum uini olei & liquaminis translationem prohibens, ad arida quoque producitur, tum denique per dictam l. cum mulier sol.
10 matri. ubi mulier cui † dotem repetenti à marito le nocinij reo, frustra adulterij exceptio opponitur, nec ex legis quidem sententia accusari poterit. Crauetta uihilominus ibidem sub num. 24. opinatur à maioritate rationis non posse extensionem fieri,
11 in pœnalibus, nisi † in casu quo resultaret absurdū. sic intelligit exempla Dec. in cap. quia in tantum de præben. quibus probare contendit, in pœnalibus posse procedi per argum. a maiore, uel a fortiore, sic exaudienda esse tradit exempla a Moder. congesta in l. in suis de lib & posth. utiturque ad probandam hanc sententiam illo argumento, si in correctorijs
12 non est licita extensio † a maioritate rationis ut scribit Ias. in d. auth. quas actiones, C de sacr. eccles. iu l. fratres columna tertia, uersic. si uelis tenere oppositum, C. de inoff. testam. & in authen. non licet col. 2. C. de lib. præter. Cur. iun. in consi. 6. colum. 6. Deci. in l. non debet cui quod plus est de reg. iur. cum simil. ab eodem Craue. citat. sub num. 22. ergo uel a fortiore, uel a paritate rationis dicendum, inquit erit, non esse licitam extensionem in pœnalibus, et
13 quod in materia pœnali non sit licita extensio † uoluit Bald. in auth. ex testamento colum. 3. C. de secund. nupti. quem sequitur Curti. senio. in consilio 45. colum. 8. uersic. 11. quia materia. Rursus confirmat ex eo quod scribunt Bar. & doctor. communi-
14 ter in l. transigere, C. de transl. ubi uolunt † illam legem prohibentem transigi super adulterio, non extendi ad raptum licet raptus sit grauior adulterio. Et ideo infert quòd si lege aliqua municipali uel
15 consuetudine † imponatur aliqua magna pœna pro aliquo delicto, ratione aliqua, uerbi gratia ratione frequentiæ ipsius delicti, aut aliter, cum secundū locorum diuersitatem delictorum ēt qualitas uarietur, non licet in huiusmodi constitutionib. extēsiuè procedere ad maiora delicta, quia cessat absurdū qđ delictū remaneat impunitū; etiam si nō ita gra

uiter

uiter atque atrociter non sit punitum, prout extensiuè procedendo per locum a maiore puniretur
16 propterea inquit quòd † quamuis pœna furcarum sit maior quam amputationis capitis, quia est ignominiosior, ut per Bar. in l. capitaliũ. §. serui de pœn. & in l. desertorem in princ. de re milit. & Bald. in l. omnes, C. de delato lib. 10. quibus locis habetur q
17 si quis fuerit condemnatus † diuersis sententijs, pœna capitis & pœna furcarum, nec possit constare, pro quo delicto prius fuerit condemnatus, punietur pœna amputationis capitis, tanquam mitiore,
18 & minus ignominiosa, & tamen pro furto † quod minus est delictum, quam homicidium quis furcis suspenditur, & pro homicidio, quod est grauius, quis pœna amputationis capitis punitur, & quam uis Dec. uelit in cap. at si si clerici in principio columna quinta, in septimo notab. de iudi. & in consi.
19 65. columna secunda, quod ubi † pro furto maior, pœna imponitur, illud grauius sit delictum, & sic ex grauitate pœnæ inferatur grauitas delicti,
20 nihilominus † ipse multis rationibus contendit, opinionem Dec. non esse ueram, & peculiaribus quibusdam rationibus ibi pro Decio contra Socinum qui in eodem casu consuluerunt fuisse iudicatum, non quia grauitas illa pœnæ faceret delictum furti atrocius ac grauius, quam homicidium, ut ipse idẽ Craue. prosequitur sub nume. 28. uersi. sed aduerte.
21 Ego † in hac difficultate quam solus Crauet. in hac materia mouet, ut etiam ipsemet fatetur, puto repetendum esse quod supra præmisimus libro 5. inter instrumenta quib. interpretationem diximus in iure nostro potissimè introduci, instrumento rationis, & tradit Bar. Cæpol. in tracta. extensio. secti. vlt. sub tit. unde dici possit extensio, num. 14. Quòd
22 scilicet ratio † legis unde tam frequenter argu. deducimus, & quam passim iura omnia, fora oĩa concertationes omnes interpretum, omnis generisque commentaria iuris sonant triplici est in consideratione, ut etiam supra diximus, aut enim expressa in lege est, aut tatita, & a lege subtellecta, aut præsumptiua, idest ex coniecturis præsumptio
23 nibus & argumẽtis elicita, expressa dicitur † quæ uerbis expresis ac præcisis legis enuntiatur, ita ut oculis corporeis subijci ac legi possit l. 1. §. primo de ijs quæ in testamento delent. & hæc uera propria potentiorque ac significantior est significatio expresi ut post Barto. in l. prima, columna secunda post med. de uulg & pupil. substit. tradunt communiter cæteri Doctor. & omnes in eorum tractat. in
24 cap. de uulg. Tacita est † quæ a lege subintelligitur & pro expressa habetur. de qua per gl. Bald. Castr. & alios communiter in d. l. quamuis, C. de fideicommiss cum similibus supra etiam sæpius adductis,
25 Præsumpta ratio est, quæ ex signis, coniecturis, indicijs, ac præsumptionibus elicitur a iudice, cum incertum est, qua nam ratione mota fuerit lex. per ea quę trad. Abb. dum loquitur de præsumptione hominis in cap. quanto, de præsumpt. & per nouissimos Albens. in rubr. de uerbo. obligatio. sub num. 70. argum. l. in lege aquilia. ad leg. aquil. & l. ob carmen §. fin. de testi.

26 In prima † & secunda specie rationis, Ego habeo pro absoluto, ueram esse limitationem, quia cum in correctorijs tum licita sit extensio ab identitate rationis ut supra ostendimus in 1. limitatio ad regconstitutam in correctorijs in præcedenti lib. multo magis debebit licita esse a maioritate eiusdem rationis expressæ, quia tunc fit per uim deprehensiolibro sexto, quæ continet extensionem passiuam, ut dicit Deci. in l. non debet de regul. iur. & plenius supra declarauimus in materia limitatoria ac exorbitanti in limitationibus allatis, ad re-
27 gul. ibi constitutam, & ita † firmant in materia correctoria Bald. Castren. & alij in d. authen. quas actiones & præcipuè Iaf. sub num. 22. Cæpol. de extensio. d. ultim. sect. sub num. 21. Imol. & alij in d. l. si uerò, §. de uiro solut. matrim. cum alijs suo loco copiosè cita. quo ita se habente destruitur prorsus atque inuertitur argum. Craue. Nam si in correctorijs ubi expressa est ratio in lege, permissum est ab identitate, uel maioritate rationis extensiuè progredi, ergo a fortiote uel pari ratione idem admittendum erit in pœnalibus, nec habet iste casus difficultatem, quin semper in dispositione † pœnali ue-
28 niant omnes casus, qui comprehenduntur sub ratione expressa a fortiore, quia comprehensiuè & ex dispositione legis isti casus dicuntur uenire, vt supra sæpius declaratum est. & scribit Cæpol. d. sectio. ult. sub num. 13. plenius in 1. sectio. in declarat. uerbi expresso ab eo in eius definitione posito. Et hoc
29 † modo intelligenda sunt omnia quæ adducta sunt supra ad constituendam ac firmandam hanc limitatiõẽ. Postrema uerò specie rationis presumptæ
30 ego reor † locum esse posse opinioni Crauet. quia tunc cum plures rationes in dubio presumantur in lege secundum Alex. in d. l. si constante sub num. 5. fol. mat. post Saly. in l. si serui uestri, C. de noxal & & est communis aut saltem magis communis opi-
31 nio, ut superiore libro docuimus, non † deberet pœna extendi ob unam uel alteram rationem, quæ opinione hominis in lege presumeretur, cum ob incertitudinem mentis legis ab una ratione presumpta, uel coniecturata, non posset argui, eo quia cum plures presumantur fuisse legis rationes, quod arguen-
32 do † per unam astrueretur, per alteram posset destrui, nec unquam necessariò concluderetur, arg. l. neque natales de probatio. & l. non hoc C. unde legit. cum simil. nec unquam † ueritas uel maioritas
33 rationis posset considerari ob pluralitatem rationum, sed magis similitudo quędam, quę nisi sit omnimoda. ut dicit Franc. in d. c. 1. colum. 2. ad fin. de tempor. ordin. in 6. non potest facere locum extensioni in materia pœnali, & ita hanc difficultatem resoluendam esse censeo.

SVMMARIVM.

1 *Progressum dari in pœnalibus, quando aliàs dispositio elusoria efficeretur.*
2 *Non solumque inter easdem personas, sed etiam inter diuersas.*

Fauo-

3 *Fauoris publici esse ne delicta remanerent impunita.*
4 *Ob concursum duplicis rationis a fortiore admitti extensionem.*
5 *Extensionem quoque fieri in penalibus, quando sumus in duobus comparatis a lege antiqua.*
6 *Et quomodo id intelligi debeat.*
7 *Cons. Fulgo. 23. declarari.*
Conductorem ad longum tempus comparari emphyteutæ cum habet ius in re, ibi.
8 *Vbi tamen militat eadem ratio.*
9 *Et eadem sit materia, non autem diuersa.*
10 *Alterata pœna in accusato, uidetur quoque alterata esse in accusante.*
11 *Extensionem fieri tamen ubi militat eadem ratio.*
12 *Et quando æquiparatio est facta per modum regulæ.*
13 *Declarandam esse limitat. prædictam de extensione faciendain pœnalibus in aquiparatis ut dictum est in correctorijs.*
14 *Interpretationem passiuam quæ fit à lege nunquam cē seri exclusam.*
15 *Productionem pariter in penalibus fieri quando de salute animæ agitur, & de peccato euitando.*
16 *Auth. sacramenta puberum extendi ad omnes contractus quia agitur de salute animæ.*
17 *Feriæ inductæ in festiuis diebus Apostolorum a fortiore intelliguntur inductę esse in festis gloriosissimæ Virginis.*
18 *Plerisque placere in pœnalibus & correctorijs etiam pro salute animæ non fiat extensio.*
19 *Constitutionem inducentem pœnam pro salute animæ augumentoque scientiæ ac uirtutis extendi debere.*
20 *Pœna imposita ei qui ex causa studiorum dispensatus est, nisi finitis studijs intra annum se faciat promouere ad ordinem sacrum, trahitur etiam ad eum, qui dispensatus est ratione minoris ætatis.*
Intellectus, capitulo cum ex eo de electio. libro sexto, ibid.
22 *Promissam fidem uolans debet beneficio priuari ut periurus, num. 22.*
23 *Transgressorem fidei ac iuramenti æquè puniri.*
24 *Fidei præstationem ac iuramenti esse æquipollentia.*
25 *Extensionem in pœnalibus faciendam esse, quando eadem uel maior fauore animæ militat ratio.*
26 *Doctorum assertiones intelligendas esse secundum iura allegata*
27 *In correctorijs ubi fauore animæ sit extensio, debere semper parem, uel maiorem subesse rationem.*
28 *Locum esse debere extensioni fauore animæ quando is prorsus alias negligeretur, aut facile posset negligi.*
29 *Sacrosanctæ Romanæ catholicæ ecclesiæ iudicium semper intelligi ab auctore in eius resolutionibus reseruatum.*

Non procedere supra firmatam conclusionem, quando lex pœnalis fieret elusoria, & quando essemus in comparatis a iure antiquo, ac quando ageretur de salute animæ.

CAP. XXIIII.

LImitatur quarto loco ista conclusio, ut fileat quando lex pœnalis † aliàs fieret elusoria, tūc enim ratione elusionis euitandæ fieret extensio. Dec. in dicto §. in pœnalibus Ias. in dicta l. cum quidam in fin. de liber. & posthum. Socin. in consilio 240. columna quarta, uersiculo quinimmo dixit libro secundo, ubi refert Butr. in quadam disputa. incip. Bononienfis in fi. tertij dubij, quibus addit Craue. qui idem sequi. in dicta sectio. uideamus sub numero octauo Corn. in consi. 303. columna penultim. post medi. libro 3. & quæ scripsit in dicta quarta par. sectio. prima, in 15. limita. Franc. in dicto capitulo primo, de tempor. ordinan. per text. in capitulo secundo, iuncta ibi gloss de usur. in sexto. & in cap. si ciuitas de sent. excomm. eod. lib. Felyn. in cap. translato circa fin. de const. Euerar. in d. loc. à ration. leg. lat. sub num. 65 glos. in uersiculo sepelire, in clemen. prima, de sepult. quæ uult ratione supra dicta etiam inter alias † personas faciendam esse extensionem ne dum in ter easdem, quam gloss dicit Euerard. esse ualde notandam quicquid ibi dicat Cardi. & hanc quoque limitat. recipit Paul. de Leaz. in dicta clemen. prima, de sepult. & Ang. in §. ius ciuile colum. 11. sub uer. fallit hoc post medium ipsius colum. & non habet hæc limitatio difficultatem quia ubi constitutio pœnalis non extendendo eam, fieret elusoria cō currit ibi ratio fauoris publici de qua supra in prima limit. quæ † est ne delicta remaneant impunita l. ita uulneratus ad leg. Aquil. l. locatio uel licitatio, §. quod illicitè de publi. & uectigal cap. vt famæ de sent. excom. qua propter ob concursum duplicis rationis † à fortiore debet admitti extensio, argum. auth. itaque C. com. de succesio. & cap. primo, de treug. & pac. cum simil. nec ulterius immoror, quia ea quæ hic perpendi possunt supra adducta sunt in limitationibus materiæ correctoriæ in sexta limitatio.

Limitatur qninto loco ista conclusio quādo duo † sunt comparata a lege antiqua, quia tunc lex seu consuetudo pœnalis disponens super uno locum habet & in altero. Dec. in dicto §. in pœnalibus in 5. fallen. per notat. a glos. & Bar. in l. si quis seruo persuaserit, C. de furt. & in l. ut tantum de ser. corrup. Ias in l. si prius columna 19. uers. tertio pro conclusione Barto. de oper. nuntia. glos. in cap. itulo si post quam in glos. fin. de electio. libro sexto, & in cap. de multa de præbend. ubi Abb. dicens æquiparationē † debere esse factam per modum regulæ, ut post Mathesil. de extens. refert Angel. in §. ius autem ciuile cart. antepenultim. columna tertia, uersiculo tertio fallit de iust. & iur. est mihi in columna 11. post prin-

principium.in d. uersiculo Soc.in l.Gallus §.uidendum in fin.de lib. & posthum. per text.in capit. ad audientiam,& in capitulo cum dilectus de cleric. non residen.& utrobique Abb.& Imol.seq. Craue. dicta sectio.uideamus,in tertia limitatio. qui dicit
6 hanc † limitationem esse intelligendam secundum ea quæ latissimè dicta ab eodem fuerunt in dicta quarta part.sectio.prima, in 14. limitat.& ex hac quoque inferri ad declarationem consi. Fulgos.23.
7 quia † conductor ad longum tempus comparatur emphyteutæ,cum habeat ius in re, cum hac quoq; limitatione transit Franc. in dicto capitulo primo de tempor. ordin.columna quarta, in principio in decima limita.ubi intelligit eam quando eadem in
8 ter utrunque † casum militaret ratio per gloss.in c. præsenti de senten. excommu.item quando in omnibus esset facta æquiparatio aliàs secus per gloss. in uer.non obstante in capitulo dudum de electio. in sexto,& in capitulo, licet canon in uersiculo parochialis eod.titulo Geminia.in dicto capitulo 1. de tempor.ordinan.columna tertia. ad fin. uersicu
9 culo fallit tertio, ubi intelligit eam procedere † in eadem materia,non autem in diuersa per trad.a gl. & Barto.in l.quod uero contra de legibus. & in authentico sed nouo iure, C. de adulterijs ubi altera-
10 ta † pœna in accusato,uidetur esse quoque alterata in accusatore non probante, secus autem sit ubi matetia sit diuersa,per gloss.in capitulo primo, in uer.declaramus ne cleric.uel mon.libro sexto, Euerard.in loc.iam relato sub numero 66.ubi intelligit
11 eandem restrictionem procedere quando † militat prorsus eadem ratio,secus in dissimilibus & addit Abb.& Imol.in dicto capitulo de multa Butr.in dicto capitulo fin.in 6.limitat.& Ioan.Baptista Caccialup.in dicta l.omnes populi.in 11.limita.quæ auctoritas est mihi sub numero 259. in decima,limit. qui & ipse intelligit ut Decius & alij. quando
12 † æquiparatio esset facta per modum regulæ alias secus,ut per Bartolum in l, secunda, de leg. primo, & tenenda est ista limitatio declarando eam pro-
13 ut supra fecimus † in correctorijs in quarta limitatio.ubi plenè tractauimus de ueritate istius assertionis,nec fieri debet difficultas,quia inrerpretatio ista quæ fit in tali casu,fit a lege,& est interpretatio
14 † quæ nunquam censetur exclusa Bar.in d.l.prima, §.lex falcidia ad leg.falcid.& in dicta l.omnes populi sub numero 60.in l.prima,de legi. tuto. & in d.l, secunda, quæstione prima, de legatis primo, cum simil.

15 Limitatur sexto loco,quando agitur † de salute animæ,& de peccato euitando,quia tunc fit etiam extensio iu pœnalibus, & odiosis Ioann.Andre.ibi que Abb.multum extollit,in cap.ex tenore qui fil. sint legit.Abb.in cap.quæsiuit de diuor.Bar. & moder.in auth.sacramenta puberum columna penultima, & Ias.ibi columna 16. C.si aduers. uenditio.
16 ubi extendunt illam auth.ad alios contractus † quia agitur de salute animæ ut iuramentum obseruetur quamuis illa dispositio sit odiosa & exorbitans a iure communi, Geminia.in dicto capitulo primo,de tempor.ordinan.in prima limitat, columna tertia, circa medium per gloss.in uersiculo Apostolicæ,in l.omnes.C.de fer.ubi feriæ contra ius inductæ in
17 apostolis † propter fauorem animæ, intelligun-tur etiam inrroductæ ex maioritate rationis propter sanctissimam virginem Mariam,argumento correctorijs ad pœnalia, ut ibi per eundem Franc. ibi in columna tertia,in quarta limitatio. restringe-
18 tes hanc limitatio. quando † dispositio simul esset pœnalis & correctoria,Ioan.Baptista Caccialup.in d.l.omnes populi sub num. 258.in 5.limit. Dom. Alciat.dicta l.secundo,de uerbo.signifi. sub numero quinquagesimoprimo,Crauet.loc. iam adducto sub numero decimo,in 4.limit.ubi addit Petr. Ancharan.in consilio 304. ista allegata, ubi ait quòd
19 dispositio introducens pœnam † pro salute animarum & augumento scientiæ & uirtutis, ideſt ut per timorem pœnæ incitetur quis ad bonum animæ, scientiæ & uirtutis, penalis non dicitur,& propterea infert dispositionem cap.licet canon,& cap. cũ ex eo de electio.libro sexto, per quam dispensatus
20 † ob causam studiorum, finito tempore studij,tenetur se promoueri facere intra annum ad ordinem subdiaconatus, & diaconatus sub pœna priuationis beneficij,extendi etiam quando esset aliquis dispensatus ratione minoris ætatis,quòd nisi finito tẽpore minoris ætatis se faciat promouere intra annum pariter sit priuatus beneficio, quia dispositio d.c.cum ex eo introducta fuit, pro salute animarũ, & pro augumento scientiæ & uirtutis,& propterea
21 est fauorabilis, hanc quoque † restrictionem amplectitur Euerard.loco supra cita.sub num.68.uersic.7. fallit ubi addit unum ijs quæ supra dixerat in hac limitatione in materia correctoria, quod scilicet cum sit constitutio fauorabilis & extendenda quæ loquitur de obseruatione iuramenti,quia edita fuisse creditur in fauorem animæ, ut iam dictũ
22 est, debeat promissam fidem uiolans † etiam priuari beneficio sicut periurus secundum gl.ad hoc notandam, in c.fi. ne prelat.uices suas. Aeque enim
23 † puniuntur transgressores fidei ac iuramẽti,ut di-
24 cit gl.in c.constitutus de transactio.& sunt † æquipollentia fidei prestatio ac iuramentum ut dicit gl. insignis cap.2.de sponsal. & probatur in c.ad aures quod met.caus. & in c.1. de sepult.lib.6.cum simil. & ita post longam disputationem firmat Abb.in c. querelam de inreiur.hac de re tamen se remittit ad plenius tradita per Anto.Corse.sicul.in rep.rubric. de iureiuran.in 7.q.& per Alex. in l. siquis maior in
25 prin.C.de transact. Ego tamen † hanc limitationẽ reciperẽ eo semper supposito,quod in casu ad quẽ fauore animæ fit extensio, adsit eadem,uel maior, aut par ratio,ut uidetur esse de mente Geminia.in dicto capitulo primo,in prima, limitatio. columna tertia,circa medium de tempor.ordinand.& cæterorum supra relatorum, dum utuntur hac in re confirmanda exemplis iuribus & auctoritatibus, quæ habent eandem parem uel maiorem ra-
26 tionem & † Doctorum assertiones intelligendæ sunt secundum allegata iuxta doctrin. illam notissimam.Bartoli in l. non solum §. fi.liberationis, de liberatione legata, cum similibus. Et ita puto

27 puto quoque intelligeuda † quæ ſupra ſcripſimus in correctorijs in ſeptima limitatio.aliàs enim ubi eſſemus in caſibus prorſus diſſimilibus, & qui ſua deciſi eſſent legis conſtitutione,non uideo quomodo tutus eſſet iſte progreſſus, quia innumeræ iuris diſpoſitiones ſubuerterẽtur eo quia huic rationi ge
28 nerali fauoris animæ in extendendo debet† eſſe locus quando uel prorſus neglectus remaneret ſine extẽſione,uel facile poſſet negligi,iuxta ea quæ diximus poſt Craue.de fauore publicæ utilitatis,ne de
29 licta remaneant impunita.Reſeruo tamen † in hoc ſacro ſanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ eiusque ſacrorum Theologorum iudicium,cui cum ea quæ Chriſt.Ser.Opt.Max.fidelem & catholicum hominem reuerentia,me & nunc & in poſterum ſemper ſubijcio; & ſubiectum eſſe uelle intelligo.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalia extendi quando agitur de fauore piæ cauſæ.*
2 *Et quando agitur de fauore fidei.*
3 *Concurrente tamen maioritate uel identitate rationis.*
4 *Extenſionem dari in pœnalibus quando unum uenit alterius appellatione ſub larga ſaltem ſignificatione.*
5 *De ſtricta ſignificatione ad latam poſſe fieri extenſionem.*
6 *Intellectus cap. auaritiæ de electio. lib.6.*
Electus adminiſtrans ante confirmationem ut priuetur, ſic & preſentatus ante inſtitutionem, ibi.
Preſentationem uenire ſaltem ſub larga ſignificatione electionis.
7 *Electionem & poſtulationem ferè ſemper parificata reperiri.*
8 *Extenſionem ad latam ſignificationem non fieri quando ſubeſt ratio reſtringendi.*
9 *Poteſt tamen ſemper fieri quatenus uerborum proprietas patitur.*
10 *Largam ſignificationem quæ eſt ex propria nunquam cenſeri excluſam.*
11 *Diſpenſationis materia latè ſecundum uerborum proprietatem interpretatur.*
12 *Quando caſus ad quem fieret extenſio,ueniret ex larga ſignificatione impropria,niſi ratio ſubſit expreſſa in lege,uél pro expreſſa habeatur non poteſt dari progreſſio.*
13 *Extenſio fit quoque in pœnalibus quando in caſu omiſſo per aliam legem non reperitur pœna eſſe impoſita.*
14 *Si ſtatuto caueatur,ut percutiens cum armis puniatur in decem,manu in quinque,& quis dente percuſſerit, quid ſit ſtatuendum ſtante ſtatuto ut procedatur de ſimilibus ad ſimilia.*
15 *In ſtatutis & conſuetudinibus etiam de de iure communi procedi de ſimilia.*
16 *Conſilium Bar.106.ſtatuto Caſtri plebis in quibuſdam lecturi haberi relatum in l.no ſolum §.quamquam de iniur.ſed in codice Auctoris deſiderari.*
17 *Lex de quibus communis ſenſus qui ſit.*
18 *Quando conſuetudine nuncupatim deſtituimur etiamſi legem ſcriptam habeamus debere recurri ad ſimile conſuetudinis.*
19 *Pœnalem conſtitutionem in acceſſorijs extendi. nu.20.*
21 *Societate uſque ad certum tempus inter ſocios cõtracta ut capitale non deber minui ſic nec lucrum.*
22 *Doctor loquens ſub dubia illa dictione fort etamen intelligitur affirmatiue decidere.*
23 *Priuilegium Principalis non trahi ad acceſſoria in correctorijs.*
24 *Niſi acceſſorium determinetur eadem ratione.*
25 *Acceſſorium deſtrui deſtructo principali in materia actus annullatiua.*
26 *Actus annullationem pœnam eſſe agenti.*
27 *Extendi pœnalem conſtitutionem in ijs quæ frequentioris uſus gratia prolata ſunt.*
28 *L.unicæ C.de raptu virginum intellectus.*
Conſtituta in ſponſo rapiente,habere locum e contra in in ſponſa rapiente ſponſum.ibi.
29 *Frequentioris uſus gratia prolata exempli gratia dicta cenſentur.*
30 *Proprieque uenire dicuntur,nonnumq; cenſeri excluſa.*
31 *Extenſionem fieri in pœnalibus quando conſtitutio eſt lata ſuper actu reitabili.*
32 *Concurrente tamen identitate rationis.*
33 *Species qualitatiuas ſub ſuo genere comprehendi.*

Ocioſam eſſe prædictam aſſertionem, quando agitur de fauore piæ cauſæ, quando unum ueniret appellatione alterius, ex larga ſignificatione,uel per aliam legem pœna non eſſet impoſita,vel eſſemus in acceſſorijs uel quę frequentioris uſus gratia prolata eſſent, aut uerſaremur in actu reiterabili.

CAP. XXV.

1 LImitatur ſeptimo loco prænarrata enuntiatio, quando ageretur † de fauore piæ cauſæ,quia tunc fit quoque extenſio in pœnalibus,ueluti cum agimus de fauore eccleſiæ, uel hoſpitalis, aut monaſterij uel alterius ſimilis loci pij,per not.gloſſ. in capitulo ſciant cuncti.ubi not.pariter Gemin.circa fin.in uerſiculo nota primo ex hac gl. de electio.in ſexto. not.Abba.in capitulo.nihil columna antepenultim.de electio. uerſiculo ſecundo principaliter poteſt reſponderi Iaſ.in dicta l.cum quidam & dicta l.ſi prius columna 19. uerſiculo ſecundo moueor de oper. noui nuntia.in dicta auth. quas actiones columna ſeptima,in quinta limit. Dominus Alciatus dicto libro ſecundo, de uerborum ſignificatio.ſub numero quinquageſimoprimo, Crauet.loco ſupra citato ſub numero decimoſeptimo,uerſiculo ſexto datur, Franc.in dicto capitulo primo,columna tertia,in quinta limit. de tempor.ordinan.Euerard.in allegat. loco ſub numero 68.

2 Et idẽ eſt quoq; † ſi ageret de fauore fidei,ut no.

Abb.in capitulo ſecundo, in fin. de diuort.Decius in dicta ſexta limitatio. in dicto §.in pœnalibus,Dominus Alciat.in dicto libro ſecundo,de uerb.ſignificatio.ſub numero quinquageſimoprimo,quæ pari-
3 ter limitatio intelligenda eſt † ut ſupra diximus in præcedenti, concurrente ſcilicet identitate, uel maioritate,uel paritate rationis & ita intelligit Euera.iam loco ſupra cita.& eſt de intentione omnium pra relatorum.

Limitatur octauo loco, ut non progrediatur
4 iſta concluſio † quando unum uenit appellatione alterius ſaltē de larga ſignificatione, quia ad illud fit extenſio etiam in materia pœnali, Gemin.in dicto capitulo primo,de tempor. ordin.ad fin.primæ limit.dum declarando glo.in uerſiculo eiſdem in clem.ut hic de ætate & qualit.uult quidem de ſtri-
5 cta ſignificatione † ad latam poſſe fieri extenſionem ſed non ad latiſſimam, Calder. in conſilio octauo, de elect. ubi ait textum in capitulo ut auaritiæ de
6 electio.libro ſexto, quo priuatur electus † adminiſtrans ante confirmationem extendi ad præſentatū adminiſtrantem ante inſtitutionem,quia præſentatio ſaltem largè uenit ſub appellatione electionis, & quædam uidetur electio facta per patronos, & hoc uidetur eſſe de mente Franciſ.in dicto capitulo primo,de tempor.ordinat.in tertia limit.& ad fin. quartæ limitat.ſeq.Craue.loc.iam relat. ſub numero trigeſimoquarto,uerſiculo decimo non procedit,ubi ait extenſionem poſſe dici fieri in ijs caſib. quia periura ſexti ferè ſemper reperiuntur parifica
7 ta eſſe † electio,& poſtulatio,ad idem eſt text.in l.libertum,§.ſenatuſconſulti de rit. nup.iuncta ead.l.in principio in l.libertinum iuncta l.penultima, C.de inter.matrimo.ſequi. Euerard.loc. ſupra cita. ſub numero ſexageſimoſexto,uerſiculo quarto fallit in-
8 telligens hanc limitationem † niſi ſubſit ratio reſtringendi, uel niſi pœna ſit ualde odioſa per text. in l.patri de adult.& per ea quæ ſcribit Imol.in dicta l.ſi uero,§.de uiro ſolut.matri. Vos tamen intel
9 ligite † ut declarat in dicto §. in pœnalibus, quatenus ſcilicet uerborum proprietas patitur, quia tūc in quacunque materia, larga ſignificatio, quæ eſt ex propria ſignificatione nunquam cenſetur exclu
10 ſa † quantumuis illa odioſa ſit,ac pœnalis,Franciſ. Aretin. in dicta l. cum lege de teſtam. in columna ſecunda,Calderi. conſilio primo de conſang.& af-
11 fin.in materia diſpenſationis † quæ ſtrictè debet interpretari capitulo primo, de fil.presbit.tamen latè ſecūdum uerborum proprietatem interpretatur, idem Deci.in l.ſemper in obſcuris,numero quinto, uerſiculo tertio prædicta concluſio,de regul.iur.& in conſilio quinto, ad fin.& alibi ſępe, & diximus ſupra libro ſecundo in materia propriæ ſignificationis quæ ex geuere deſumitur, cæterum ſi nos in
12 telligeremus † de lata illa ſignificatione,quænō progreditur ex ui nerborū, ſed ex ſola interpretatione & eſt impropria,ut ſupra diximus ſuo loco,quiatūc niſi in diſpoſitione pœnali eſſet expreſſa rō uel pro expreſſa habere tur,non fieret extenſio ut ſupra diximus lib.præced.in materia correctoria in 14.limit.

Limitatur nono loco ſupra relata propoſitio,aut
13 ocioſa ſit,quando † in eo caſu ad quem tractatur, de facienda extenſione, non reperiretur per aliam iuris diſpoſitionem pœna eſſe conſtituta, quia tunc lex pœnalis ad illum extenditur. Bartolus in conſi lio 109.ſtatuto caſtri plebis ad fin. argumen.l. de quibus de legibus & per hoc conſil. Bartoli ita fir mat Crau.in d.ſecti. uideamus ſub numero trigeſi
14 moquinto,uoluit etiam ibi Bar.† ſi ſtatuto cauetur ubi aliquis alterum percuſſerit cum armis puniatur in decem, ſi cum manu tantum,in quinque,dein de adfuerit alterum ſtatutum, ut procederetur in caſibus in ſtatuto non expreſſis in maleficijs puniēdis de ſimilibus ad ſimilia, & quidam dente alterū percuſſiſſet, eum plectendum eſſe pœna ſtatuti punientis in quinque percutientem manu tantum, cum dentes armorum appellatione haud uenirent tum propter ſtatutum illud ut procederetur de ſimilibus ad ſimilia; Tùm quia ubi etiam non ad
15 fuiſſet illud ſtatutum de iure communi † in conſuetudinibus & ſtatutis proceditur de ſimilibus adſimilia dicta l. de quibus. quod Bartoli dictum tanquam ualde peregrinum nec paſim omnibus ob uium eſt ualde notandum, cum in tam ſolitario loco ſit poſitum, & illud ibi ſequi. Thom. Diplo-
16 uat.in adnot. ad Bartolum,qui dicit † iſtiuſmodi cōſiliū in quibuſdam exemplaribus commētariorum Bartoli ad literam haberi relatum in l.non ſolum §.quamquam.de iniur.quamuis in Codice meo deſideretur,idem quoque conſilium Bar.ſimpliciter refert Alexan.ad Bar.in l.idem §. armis de rectum de ui & ui arma.inaddit. incipien. nō debet ne probat in materia illius qui dentib. percuſſerit, & eſt uera
17 iſta † limitatio.quia ut ſcribit Iaſ.in dicta l.de quibus ſub numero quarto communis ſenſus illius legis eſt,quod quando in occurrenti caſu non reperitur lex ſcripta,nec conſuedo tunc ad ſimile conſuetudinis recurrere debeamus,Quinimmo plus dicit ibi Raph.Fulgoſ.ſub numero tertio, & quarto.
18 Quod etiam ſi legem ſcriptam habemus † quando conſuetudine in aliquo caſu nuncupatim deſtituimur,debeamus recurrere ad ſimile conſuetudinis, a quo non uidetur ibi diſſentire Iaſ.ſub d. numero quarto.

19 Limitatur decimo loco, ut ſileat † in acceſſorijs antedicta concluſio, quando ad ea quoque trahitur conſtitutio pœnalis,l.ult.C.de frum.urb.conſtā nop.ubi Bar.& Io.de Plat.Socin.in conſilio nonage ſimotertio,columna undecima, poſt medium uerſiculo poſtremo hanc partem confirmo libro primo,
20 ubi illum textum ſic inducit,nam † ibi erat doputata certa quantitas pecuniæ ad emptionem frumenti tempore neeeſſitatis,quam officiales non poterāt minuere,uel in alium uſum conuertere ſub pœna dupli,& tamen dicitur ibi in fin.Incrum proueniens ex illa pecunia contineri ſub eadem diſpoſitione pœnali,& ſic quod pœnaliter ibi conſtituitur in principali protenditur etiam ad acceſſorium.Hinc dixit
21 ſingulariter Bartolus,ꝙ ſi inter ſocios contracta ſit ſocietas uſque ad certum tempus,ſicut non debet minui capitale poſitum in ſocietate ſic nec lucrum ex ſocietate ipſa conflatum, quia lucrum aſſumit ſibi

sibi naturam quam habet capitale,& quamnis Bar
22 to. ibi loquatur sub dubio † forte tamen intelligitur affirmatiuè decidere, per id quod scribit post Bal.Iaſ.& Alex.in l.in substitutione de vulg.& pup. sub nu.5.Crau.in cõsi.91.sub nu.4.& Bar.seq.Io.de Plate.& dicit Crau.loco supra cit.sub nu.36.ex hoc inferri non recte locutum fuisse Bald.nouel.in octaua par.priuileg.sexto,post medi. uersi. Nec obstat. quod priuilegium, ubi uoluit licet sub dubio forte
23 priuilegium † principalis non trahi ad accessoria in correctorijs & exorbitantibus,& contra illum etiã facere quæ scribit supra in prima sectio. quart. par. eo.tract.de antiqui.temp.in 8.limit. & quod ad me
24 attinet, ego credo † limitationem hanc esse ueram ubi determinetur accessorium eadem ratione, qua principale per ea quæ supra diximus in materia cor
25 rectoria in nona, limit. si enim in † materia actus annullatiua de stricto principali destruitur ex identitate rationis & accessorium,l.eam quam de fideicom.l.si nemo de testam.tutel.l.eos in principio,C. de usur. l. centum Capuæ, §.fin. de eo quod certo loc.l.cum principalis de regul.iur.cum simil.Doct. in rubr. de legatis primo, ergo & in casu nostro idẽ
26 dicendum erit † quia & actus annullatio pœna est agenti.l.turpia.in principio de legatis primo,l.senatus de contr.emptio.l.non dubium C.de legi.l.ult. C.de posthum. hæredibus instit.

Limitatur vndecimo loco quando essemus in ijs quæ frequentioris usus gratia essent prolata, nam lex pœnalis in uno prolata in alijs qnoque non expressis eadem tamen ratione determinatis locum haberet,ad ea que omnia producentur, ita firmat Crauet.loco supra citato sub numero quinquagesimoseptimo,versiculo decimotertio, non procedit, per gl.in l.unica,in versiculo sponsam C.de rap.vir-
27 gin.ubi illa lex pœnalis † loquens in sponso ratione frequentioris usus habet locum etiam in sponsa rapiente sponsum, ut per Curt.Senio.adduc. in consi. vndecimo,columna 13.sub numero 9.uersic.quarto multum facit, qui insuper addit glo. sing.in cle. prima, in uersiculo præsidentes, quam ibi notant Butr.& Imol,de rescript. glo.in auth. cassa. in uer. per Italiam, C.de sacr.eccles. Iaſ.in l.secunda, sub numero duodecimo, post glo.ibi in uersiculo præcedente de uulgal. & pupil. cum simil. quæ addidimus supra libro proxim. in materia correctoria in
28 15.limitat.

Et † ratio est, quia quæ frequentioris usus gratia prolata sunt, exempli gratia enuntiata esse uidentur, & consequenter non excludunt ea, quæ sub identitate rationis comprehendun-
29 tur, §. hactenus instit. de gradi. cum similibus quia semper illa propriè uenire dicuntur † & nunquam censentur exclusa Bald. in dicta l. de quibus de legibus columna 11. sub numero 35. & in rub. de naut. fœno. per l. his solis in uer. tacitè cautum putamus, C.de reuocand. donatio. & sæpius supra diximus.

30 Limitatur duodecimo loco nisi pœnalis constitutio disponat † super certo actu reiterabili, quia tunc si sæpius actus ille reiteretur semper fiet progressus de actu expresso,ad omnes actus reiteratos Franc. in dicto capitulo primo, de tempor. ordin. columna quarta,post princ.uersiculo vndecimo limita.per gloss.in uersiculo aliam in capitulo si electio de electio.eod.lib.idem probat Euerard.in dicto loco à ratione leg. lat. sub numero septuagesimosecundo,ubi addit Butr.in dicto capitulo finali, de consuet.in nona fallen.& uult hanc limitatio.lo-
31 cum habere † concurrente identitate rationis & non habet illã difficultatem, quia reiterabilitates, ut sic dixerim, illorum actuum tanquam species
32 † qualitatiuæ, sub illo actu in genere enuntiato comprehenduntur argum.textus in l. tertia, §. genera de acquirenda possesio. cum ibi notat. à Zas. & ideo comperhensiuè dicuntur uenire, & non est opus aliqua extensione.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalem dispositionem produci aad casum sine quo dispositio non sortiretur effectum.*
2 *Quod iuris est de aliquo idem esse de illius Principio.*
3 *Vno prohibito censeri, & illa omnia prohibita per quæ peruenitur ad illud.*
4 *Etiam in odiosis ac strictissimè interpretandis.*
5 *Statuti forma si aliquis permittatur se vendicare, licet hoc ius alteri cedere nequeat, poterit tamen amicos conuocare.*
6 *Concessum alicui intelligitur semper concessum cum familiaribus & amicis.*
7 *Statuto prohibente vinum extra territorium afferri comprehendit etiam illum qui gustus gratia uini amphoram tulerit.*
8 *Prohibitum in termino censeri etiam prohibitum in uia ad terminum.*
9 *In pœnalibus non uideri esse locum illi regulæ, quòd idem censeatur de tendentibus ad actum, atque de ipso actu.*
10 *Pœnam impositam contrahenti matrimonium perduci ad contrahentem sponsalia.*
11 *Oratio de sponsal. procedere per extensiuam inteepretationẽm.*
12 *Statuto si prohibeatur reformatio in fauorem bannitorum intelligitur quoque prohibita propositio.*
13 *Statuto Florentiæ quo omnis Guelfus prohibetur contrahere matrimonium sub certa pœna cum aliqua muliere ex comitibus de Baptistis non perduci ad contrahentem sponsalia.*
14 *Prohibitus facere molendinum in certo loco sub certa pœna non censeri in pœnam incidere si faciat aquæductum.*
15 *Pleroſque intelligere limitationem de necessarijs ad actum quatenus uerba constitutionis paterentur.*
16 *Quid sentiat Auctor in difficultate extensionis faciendæ, vel non faciendæ in materia necessaritrum ad actum.*
17 *Copula carnalis quando secuta est idem iudicatur de sponsalibus quod de matrimonio.*

18 *Sponſalia cum adulterio inducere impedimentum matrimonij.*

19 *Statutum de aſportatione vini ac frumenti extra territorium quomodo debeat intelligi.*

20 *Cauendum eſſe ne detur anſa ſubditis machinandi aliquid contra præſeruationem uberioris annonæ.*

21 *Actus neceſſarij ad aliquem actum prohibitum, cum expediuntur eodem tempore quo principalis actus continentur in diſpoſitione pœnali.*

22 *Niſi aliud ex iure ſpeciali inducatur.*

23 *Conatus quando punibilis eſt, pœna conſtituta in delictum committente locum habet & in conante delictum patrare, ut in attrocisſimis criminibus læſæ maieſtatis & ſimilibus.*

24 *Ratio diuerſa cum militat inter principale, & acceſſorium non infertur ab uno ad alterum.*

25 *Diuerſam rationem pactum reformare.*

26 *Ex diuerſis non inferri.*

27 *Actibus in præſidiarijs in mitiorem pœnam extra ordinem arbitrio iudicis imponi.*

28 *Conatus ubi punitur tunc pœna extenditur ſi actiones illæ omnes tendunt ad principalem actum.*

29 *Puniri non poſſe pœna ordinaria eum qui deuenit ad actum proximum delicto.*

An uera ſit concluſio quando fieret extenſio ad caſum ſine quo pœnalis conſtitutio non ſortiretur effectum.

CAP. XXVI.

1 LImitatur decimotertio loco quãdo fieret extenſio ad caſum quo † diſpoſitio pœnalis non ſortiretur effectum, ita limit. Franciſ. in dicto capitulo primo, columna quarta, uerſiculo duodecimo limita. de tempor. ordin. per l. 2. de iuriſdictio. omni. iudic. in capitulo præterea de offic. deleg. libro ſexto, per dicta Bart. in l. non dubium, C. de legib. & argum. cap. quoniam de ſenten. excom. Euerard. loco ſupra citat. ſub num. 69. ad fi. qui addit text. in l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri, & Butr. in dicto capitulo fin. de conſuet. in decima fall. & Lanfranc de oria. in repet. dicti §. de uiro in decima concluſio. interpretatio. extenſi. & ratio

2 †iſtius limitationis eſt, quia quod iuris eſt de aliquo idem eſt & de illius principio, l. non ideo minus, C. de teſtam. ubi not. Bar. l. oratione de ſponſal. Rom.

3 in conſilio 299. in propoſita in fi. & prohibito † uno cenſentur eſſe omnia prohibita per quę peruenitur ad illud. capitulo conſtitutus & cap. ex tenore de cõceſſi. præben. Bald. in l. fin. in princip. per illum text. C. ad leg falcid. ubi qui non poteſt alienare, non poterit etiam promittere de alienando, & quòd

4 † in huiuſmodi actibus ad alterius actus explicationem neceſſarijs ſit licita extenſio etiam in odioſis & ſtrictiſsime interpretãdis, facit quod ſcri. Bal. in capitulo fin. in ultim. colum. de iur. calumn. ubi

5 ſi aliquis ex forma ſtatuti † poteſt ſe propria auctoritate uindicare, quamuis hanc facultatem non poſſit alteri cedere, ut dicit gloſſ. reputa. ſing. ul. in l. cui fundus de vi & vi arm. tamen poteſt ſibi adhibere ſocios, amicos, cognatos & uicinos ſine quibus non poſſet ueriſimiliter illud propriæ uindictæ factum

6 explicare. quia ubi quid alicui concernitur, † uidetur etiam cum familiaribus & amicis concedi, ut eſt text. in dicta l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri de uerb. oblig & ſequitur Iaſ. in d. l. ſecunda, ſub numero quarto, ubi & alia perpulchra adducit exempla quæ ſaltem in argum. poſſunt deſeruire, argu. de diſpoſitione permiſſa ad prohibitam, ut ibi per doctor. per illum textum, iuncta l. oratio de ſponſa. magis in terminis facit deciſi. Bald. in l. prima, per illum text. C, quæ res expor. poſſu. in illis uerb. nec

7 guſtus quidem cauſa, ubi ait quòd ſi quis † prohibetur portare uinum extra diſtrictum ſub certa pœna & tulerit amphoram, uel phialam extra diſtrictum guſtus gratia intelligitur incidiſſe in pœnam illius ſtatuti, tanquam commiſſerit in præambulum uenditionis futuræ. Rurſus quod ſcribit

8 † idem Bald. in cap. nam concupiſcentiam in colum na finali, de conſtitutio. ubi notat ex illo text. quod quando aliquid prohibetur in termino, intelligitur etiam eſſe prohibitum in uia ad terminum, & ideo ſecundum eum ſi ſub certa forma perferre frumentum extra territorium quis prohibeatur, repertus in uia potetit ea pœna puniri.

9 Sed contrà hactenus firmatam † lim. facit quòd immo in pœnalibus non uidetur eſſe locus iſtiuſmodi reg. ſtat gloſſ. in clement. prima, in uerſiculo contrahere de conſang. & affinit. ubi uult, quòd quã

10 uis diſpoſitio prohibens † matrimonium contrahi intelligatur etiam prohibere ſponſalia fieri tamen pœna impoſita contrahenti matrimonium cenſetur impoſita contrahenti ſponſalia confirmat Iaſ. hanc glo. ſententiam in dicta l. ſecunda, ſub numero 25. tribus medijs. Primo, per id qnod uult Bald. in l. j. in ult. colu. & ibidem Sal. C. ſi rector prouin.

11 poſt Cyn. & antiquos ubi dicunt † hanc regulam qua confirmatur ſupra relata limitatio procedere per extenſiuam interpretationem, ut prob. tex. in d. l. oratio in uerſi. ſuppleatur de ſponſal. ergo non habebit locum in ſtatutis pœnalibus quæ non recipiunt interpretationem extenſiuam. Et propte-

12 rea infert ibi Bald. quod ſi per ſtatuta † ciuitatis prohibitum eſt reformari aliquid in fauorem bannitorum ſub certa pœna, quòd ſi quis fecit ſolam propoſitionem reformationis, non incidit in pœnã ſecundo ex eo quod uult Bald. in l. penult. §. docere

13 in ultim. quæſtione nequis eum, ubi decidit † ſtante ſtatuto ciuitatis Florentiæ, quo cauetur, nullum Guelſum poſſe contrahere matrimonium cum aliqua muliere ex Comitibus de Baptiſtis ſub certa pœna, ſi quis contraxerit ſponſalia non puniri ea pœna, quia non ſufficit delictum eſſe inchoatum, quamuis actum ſit id per quod peruenitur ad illud, ſic decidit Baldus

per

per illum textum in dicto §. docere. Tertio ex eo quod consuluit Alexand. in consi. 114. consideratis uerbis testamenti, in penultim. & ultim. colum-
14 na ubi asseruit † eum qui prohibitus est facere molendinum in certo loco sub certa pœna absque licentia superioris non incidere in pœnam, etiamsi fecerit aquæductum pro molendino, & per hactenus deducta & glos. supra relat. in dicta clemen. prima, de consang. & affinit. reprobat Ias. duas illas decisiones Bal. nouissimo loco supra relatas pro opinione confirmatoria ipsius limitat. Et propterea Euer. loc. iam rela. sub num. septuagesimo, uersiculo hoc tamen est limitandum, restrin-
15 git hanc limitatio. † ad casum in quo uerba constitutionis pœnalis hoc paterentur, motus per solam illam glo. in uersiculo contrahere de consan. & affi-
16 nit. Mihi oportunius uidetur † duas istas sententias sic repugnantes conciliare fœdere distinctionis hûc in modum, Quòd aut inter ipsum principalem actum, & eum qui ad illius explicationem est necessarius, militat eadem. uel maior aut par ratio, uel omnino dissimilis, aut certè non omnimoda, uel non tanta. primo casu ex duobus sequentibus ego admitterem limitationem, uerbi gratia quãdo post facta sponsalia secuta est copula carnalis, tunc enim
17 † quia idem indicatur de sponsalibus quod de matrimonio, limitatio procederet & pœna constituta contrahenti matrimonium intelligeretur quoque constituta sic contrahenti sponsalia, ut expresse fit mat glos. in dicta clemen. prima, de consanguin. & affinit. in uersiculo contrahere, quam ibi recipiunt Guilel. Paul. Mat. Imol. Cardin. in decimanona, quæstio. qui addit Stephan. eiusdem sententiæ cum glo. per textum in capitulo ueniens, & capitulo, is qui de sponsali. idem uult Bonifacius Vitali. sub numero quinto, cum seq. qui asserit quòd licet sponsalia non teneant in istis casibus, nihilominus pœna excommunicationis imposita in dicta clemen. prima,
18 locum habet, sic etiam † sponsalia cum adulterio inducunt impedimentum matrimonij, quemadmodum inducunt publicam honestatem, non secus ac si contractum fuisset matrimonium; & sic pœna impedienti in utroque casu locum habet. capitu. cum habxret de eo qui dux. in matrimo. quam pollu. per adult. sic etiam si in statuto illo supra memo-
19 rato † prohibitiuo sub certa pœna translationis uini ac bladorum extra districtum apposita esset ratio, quæ conueniret non solum ei qui exportasset, sed etiam illi qui tractasset exportare, uterque casus comprehenderetur ea dispositione pœnali, argumen. dictæ l. 1. C. quæ res expor. non deb. ibi nec gustus quidem causa aut usus commerciorum cum ibi nota. a Bald uerbi gratia quia statutum hanc ra-
20 tionem haberet, Ne detur † ansa subditis machinandi aliquid contra præseruationem uberioris annonæ moliendiq; aliquam inductionem caritatis eiusdẽ annonæ ipsius ciuitatis status uel prouinciæ, prohibemus, nequis audeat frumẽtum aut blada alicuius generis exportare extra districtum uel territorium ipsius ciuitatis, status uel prouinciæ pœna decem aureorum cuilibet contrafacienti infligenda pro quolibet culeo uel facto frumenti uel bladorum toties quoties contraueuerit, nam ex ratione expressa ita in lege municipali non solum punitur actus exportationis, sed etiam tractationis, & usus commerciorum quia identitas rationis in utroque casu ui-
21 geret. idem quoque esset † ubi actus isti sine quibus principalis actus expediri non posset absolue-rentur eodem tempore cum principali actu, uel etiam post illum, quia annullato in pœnam ipso principali actu, intelligerentur ipsi quoque actus annullati ex identitate, uel maioritate, uel paritate rationis d. l. non dubiũ cũ ibi no. a scti. C. de lib. præt. §. causas in auth. ut cum de appel. cognosci. l. maximum uitium C. de legib. auc. nõ licet. C. de li. pt. nisi
22 † aliquid ex iure speciali sit inductum auth. ex causa, C. de liber. præter. cum ibi nota. per Doctores, facit textus in l. prima, §. siquis ita de uerborum oblig. in l. qui contra, in l. siquis incesti in authent. ex complexu. C. de incest. nupti. § si aduersus instit. de nupti. cum simil. de quibus per Bartol. in l. cum lex de fideiussor. qui sumpta occasione per illum textum pulcherrimè atque utilissimè disserit circa hanc
23 materiam. possent etiam † poni exempla in omnibus illis casibus delictorum atrocissimorum in quibus punit affectus licet non sequatur effectus, quos prosequitur Dominus Clarus dicta quæstio 92. uersiculo sciás tamen sub numero secundo, post Dida. in clement. furiosus fol. 276. sub numero sexto, uelut in crimine læsæ maiestatis, oppugnatæ patriæ, simoniæ, ueneni, & aliorum similium, secundum cõmunem opinionem de qua testatur Ioan. igneus in l. prima, §. occisorum sub numero quadragesimoprimo, ad senat. Syllan. & Dominus Clarus loco supra cita. quarto casu, quando omnino dissimilis est ra-
24 tio † tunc contraria opinio procedat quia a principali ad accessorium uel coniunctum, uel connexũ uel consecutiuum, uel præambulum, uel coniugatum, uel aliquo modo attingens non infertur in quacunque materia, quando adest dissimilitudinis uel diuersitatis ratio, ut per Dyn in capitulo accessorium de regul. iur. libro sexto. Deci. in l. cum principalis, de reg. iu. Iason & alios in rubric. de lega. primo, Bartolus in l. eum qui de negot. gest. in l. non possunt ubi & Bald. de legibus. Abb. Decius, Felyn.
25 & alij in c. translato de constitut. quia diuersa † ratio pactum reformat l. interpositas. C. quod met. caus.

26 Et ex diuersis † non fit illatio quia nihil commune inter se dicuntur habere l. naturaliter, §. nihil cõmune ubi omnes notant de acquirenda possessione l. ultima. de calumniis. cum similibus, ergo id multo magis erit admittendum in materia pœnali de sui natura strictissimè intelligenda. Duobus uerò posterioribus casibus ego crederem, non quidem posse extendi pœnalem dispositionem eum in modum, ut pœna constituta in actu principali, deberet omnino trahi ad istinsmodi actus præ-
27 sidiarios † sed deberet mitior pœna extraordinaria iudicis arbitrio infligi, ut est de mente Iason. in dicta l. secunda, ad finem, de iurisdictio. omnium iudicum, sub numero vigesimosexto,

uerſiculo bene credo, & ſcribit Dominus Clar.in praxi crimin. quæſtio. 92. ante numero tertium, uerſiculo regulariter tamen, & in omnibus iſtis caſibus in quibus dictum eſt, iſtiuſmodi tractationes
28 † conatus & præambula puniri intelligendum eſt, quando ſcilicet actiones illæ omnes ad actum principalem proximè acceſſerunt, ut declarat ibi Dominus Clarus ſub numero nono, poſt Gramatic. in conſilio trigeſimoſexto, ſub numero decimonono, qui dicit ita ſe habere communem opinionem,
29 Et notandum † eſſe dicit in omnibus prædictis caſibus in quibus ille qui deuenit ad actum proximum puniri non poteſt pœna ordinaria debet tamen acrius puniri pro motu iudicis, quàm ille qui deuenit ad actum remotũ, ut tradit Bal.qui dicit ita ſe habere conſuetupinem in l. data opera ſub numero ſeptuageſimoſeptimo, C.qui accuſa. non poſſ. & ita debent intelligi ea omnia debitè referendo, quæ ſupra adducta fuerunt contra ipſam limitatio.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalis conſtitutio loquens in ſingulari numero extenditur ad pluralem.*
2 *Veluti ſi quis produxerit falſum teſtem nam intelligitur & in producente plures teſtes falſos ibidem. Statutum Ticinenſe in criminalibus.*
3 *Et nouam conſtitutionem in tit.de pœn.§.ſi quis falſum teſtimonium,declarari.*
4 *Numerum ſingularem pro plurari uſurpari in uſu iuris frequentiſſimum eſſe.*
5 *Numerum ſingularem loco generis haberi.*
6 *A numero ſingulari ad pluralem progreſſum fieri ſi eadem ſubſit ratio.*
7 *Numerum pluralem è contra trahi ad ſingularem.*
8 *Statutum ſi imponat pœnam producenti falſos teſtes protrahetur & ad producentem unum.*
9 *Statutum ſi proponat præmium primo intranti caſtrum uel capienti uexillum ab hoſte, protrahi ad plures eodem tempore idem facientes.*
10 *Publicæ utilitatis rationem habere locum tam in ſtatutis præmiorum collatione ad uirtutem exercendam inuitatiuis, quàm in delictorum punitiuis.*
11 *Statutum dans præmium primo auferenti brauium habere locum & in pluribus eodem tempore auferentibus.*
12 *Conſtitutionem pœnalem extendi quando caſus ad quẽ fieret extenſio comprehenderetur ſub expreſſo ex communi uſu loquendi.*
13 *Communem uſum loquendi in quacunque materia locum ſibi uendicare.*
14 *Communis uſus loquendi ſignificationem præferri.*
15 *Extendi pœnalem diſpoſitionem quando in ea clauſula haberetur, ut deberet procedi de ſimilibus ad ſimilia.*
16 *Statutum puniens tantum aliqua peculiaria delicta, de inde addiciens clauſulam, ut procedatur deſimilibus ad ſimilia,patitur extenſionem.*
17 *Euerardi locus animaduerſus.*
18 *De iure communi in ſtatutis fieri progreſſum de ſimilibus ad ſimilia,etiam ſi non ſit addita clauſula,ut de ſimilibus procedatur ad ſimilia.*
19 *Pœnalem diſpoſitionem trahi ad caſus ſurrogatos.*
20 *Vbi tamen eadem militet ratio expreſſa uel quæ pro expreſſa habetur.*
21 *Pœnalem extendi conſtitutionem ad caſus qui eodem modo eſſent de iure communi deciſi.*
22 *Statuto uel conſuetudine, ubi caſus non reperitur determinatus ſed a iure communi illi ſtatur.*
23 *Extenſiuæ interpretationi locum non eſſe,quando neceſſitas,uel æquitas id non expoſtulat.*
24 *Etiam ſi aliter ius commune decidat illos caſus quàm faciat ſtatutum num.25.ex Bar.*
26 *Quod intelligit Saly.tunc demum quando non omnimoda militat ratio.*
27 *Glo.in l.tamis de donatio.declaratur.*
29 *Statutum quando poteſt citra extenſionem operari non extenditur. Saly.locus declaratur.*

Vtrum pœnalis conſtitutio loquens in certo caſu ſingulari, trahatur ad pluralem uel ad caſum qui comprehenderetur ex cõmuni uſu loquendi. aut quando adeſſet clauſula ut procederetur, de ſimilibus ad ſimilia. ſeu uerſaremur in caſu ſubrogato, uel quando eſſemus in caſibus eodem modo deciſis de iure communi.

CAP. XXVII.



1 Imitatur decimoquarto loco recitata concluſio,quando conſtitutio pœnalis † legitur in certo caſu in ſingulari,veluti ſiquis produxerit falſum teſtem de tali pœna puniatur, nam tunc extenditur etiam ad pluralem numerum,& ſic ad eum qui ptoduxerit plures teſtes falſos ut puniatur,& ipſe eadem pœna, & è contra, ut ſcribit Franciſ.in dicto capitulo primo,colum.4 per tex.in l.ſi quis id quod,§.fin.de iuriſd.om.iudic. & in capitulo ſi compromiſſarius de elect. libro 6. in gloſſ.2.& ibi notatur. ſic etiam Euerar. loco ſupra cita.† ſub nume.70. uerſic.decimo fallit qui addit Bar.in l.3.§.negocia de neg.geſt.ſeq.& Io.Bapt. Caccialup.in d.l.omnes populi ſub num.261.de iuſti.& iur. ubi addit text.in l.prima, §.dolum de dolo.& Anto.Butr.in cap. fin.de conſuet. in 9.fall. Et
3 propterea ſtatutum † noſtrum Ticinenſe in criminalibus ſub num.37. & noua conſtitutio in tit. de pen.in §.ſi quis falſum teſtimonium,quæ loquuntur in ſingulari numero, ſi quis falſum teſtimonium dixerit &c. & apponunt uarias pœnas ſecundum uarietatem caſuum, & prout quis ſæpius commiſſerit tale delictum, ut latius in iis

legitur

legitur non solum intelligentur in casu singulari, sed etiam in plurali quia † in usu iuris frequentissimum est, ut singnlare accipiatur pro plurali, l. in usu de uerbo. signifi. ubi omnes notant per illum tex. & l. prima. §. item hoc ædictum quod fals. tut. aucto. & quia numerus singularis loco generis habetur † sub quo comprehenduntur omnes casus qui sub eo venire possunt, quemadmodum sub genere suæ species concipiuntur. glos. in rubr. instit. de actio. Bartol. in l. si plures de leg. 3. & aliqua supra diximus libr. 3. dum tractauimus de significatione quę proficiscitur ex indefinita; facit insuper quòd cum tales casus ex ui uocis & rationis sub dispositione pœnali veniant, quia & hæc † limitatio, ut & cæteræ supra relatæ intelligitur concurrente identitate uel maioritate, seu paritate rationis, nulla erit difficultas, quia constitutio pœnalis prolatà in singulari numero verificatur etiam in plurali, & quatenus Doctor. supra relati intelligunt istam limitationem † etiam è contra, quando constitutio pœnalis esset concepta etiam in plurali numero; quia tunc quoque uolunt pluralitatem resolui in suas singularitates; est de hoc pulchra doctrina Bartoli per illum tex. in l. secunda, §. sed si unus ui bon. rapto. ubi in terminis ait, quòd si statutum imponat † pœnam producenti falsos testes, & quis unum tantum falsum testem produxerit, intelligitur incidisse in pœnam statuti, per tex. in §. ait prætor in eadem lege, in l. tertia. de neg. gest. in eo quod dicit negocia ideſt negocium per l. 3. §. hæc uerba de lib. hom. exhib. & l. qui concubinam, §. si stichus de leg. 3. Ang. in dicto §. negocia, Bald. in l. 1. in prin. de procur. cum simil. adduct. per Alexan. ad Bart. in dicto §. sed si unus facit quod pulchrè scribit Ioan. Imo. in clem. 2. de rescript. sub num. 8. & 9. ubi ait quod si † statutum constituat præmium primo intranti aliquod castrum, uel primo capienti uexillum inimicæ gentis, & plures capiant eodem tempore debebunt omnes ex dispositione statuti præmium habere, declarando ut per eum, nec miretur quis, quòd inductum fuerit statutum loquens de præmio † ad confirmationem statuti pœnalis, quia in utroque casu, tam puniendi delicta, quàm intrandi castrum, uel arripiendi hostile uexillum militat publicę utilitatis fauor, declarando ut supra fecimus in prima limitatione ad supra firmatam conclusionem istius materiæ. Aliud tamen seruaretur in statuto quo præmium constitueretur auferenti Brauium, † quando plures eodem tempore illud abstulissent cursus enim iteratione res decidenda est, ut dixi de Ludo. gener. cap. 23. sub num. 21. & in l. Labeo, §. rem de uerbo. signific.

Limitatur decimoquinto loco, quando casus ad quem fieret extensio comprehenderetur † sub casu expresso in constitutione pœnali secundum communem usum loquendi, tunc enim semper enim sem per fit extensio, quamuis id ex propria significatione non ueniat, sic dicit Franc. in dicto c. 1. de tempor. ordinand. col. 4. uers. decimo quarto limita per nota. in l. librorum, §. quod tamen Casius de leg. 3. ibique Bartol. & in l. omnes populi de iust. & iur. & not. in cap. postquàm de electio. eo. lib. faciunt quæ scribit Crauet. in d. 4. par. sectio. 1. sub num. 80. ubi firmat hanc limitationem ad reg. consuetudinis, quæ habet ut non debeat extendi & tradit notandum exemplum in actu practico. Deseruiant quoque † ea quæ supra diximus in præcedenti lib. in materia correctoria in 13. limitatio. & quæ supra scripsimus libro 4. in ea conclusione qua defendimus communis loquendi usus significationem in quacunque materia statutaria, odiosa, & pœnali nunquam censeri esse exclusam quantuncunque illa ueniat strictè interpretando quia ut inquit Bartol. in l. Labeo de suppellect. leg. & alij in loc. ibi cita. † significatio ex communi usu descendens non solum concurrit cum propria significatione, sed etiam illi præfertur, quod uno ore omnes admittunt in rubr. de oper. nou. nunc. & alibi dum uersantur, circa explicationem istius materiæ.

Limitatur 16. loco, quando in constitutione pœnali esset apposita clausula ut procedi deberet de † similibus ad similia ut uoluit Bal. in l. 3. C. de legi. quam legit sub l. 2. & sequitur Franc. in d. cap. 1. in penul. limit. & habetur pulchrum exemplum in dicto consil. 106. quòd incipit statuto Castri plebis & de quo supra in nona limitat. post Crauet. in d. sect. uideamus, sub num. 35. seq Caccialup. in d. l. omnes populi, sub num. 254. in secunda limit. ubi addit in cap. 1. in 14. q. princ. de constit. ubi, quòd si † statutum non disponeret generaliter, sed tantum in quibusdam maleficijs deinde adijceret clausulam, ut in maleficijs puniendis deberet procedi de similibus ad similia, tunc ad similitudinem casuum decisorum procederetur in alijs maleficijs in quibus aliquid non reperiretur decisum, prout erat in indiuiduo in dicto consil. Bar. 106. addit quoque Bartol. in l. 1. ui bon. rapt. & recipit hanc quoque limitatio. Euerar. in loc. iam relat. sub num. 69. uersic. octauo fallit, ubi uoluit addere tex. in cap. 1. §. porrò uersic. sed quia natura, qui. ex cauſ. feud. amitt. in usibus feud. sed corruptus † est eius Codex nec habetur integra allegatio. Nullus est tamen eorum qui citet dictum consil. Barto. ubi casus est in terminis istius decisionis & quod magis est, uult † ut etiam de iure communi quando non adesset supra dicta clausula deberet fieri progressus de similibus ad similia, tam in statutis quàm in consuetudine per d. l. de quibus de legi. ubi Ias. sub num. 4. dicit ita communiter intelligi illum tex. ut supra retulimus in dicta nona limitatio.

Limit. 17. loco antedicta conclusio, ut locum nõ habeat, quando extensio fieret ad casum † qui esset subrogatus loco illius de quo loquitur constitutio, & ideo est quòd constitutio loquens de uicario episcopi locum habet etiam in uicario capituli sede uacante, secundum glos. in uers. episcopi in clemen. secunda de rescript. per quam ita limitat Franc. in dicto cap. 1. col. 4. uers. decimosexto fallit, sequitur Ioan. Baptist. Caccialup. in dicta l. omnes populi de iusti. & iur. sub num. 261. uers. decimoquinto fallit qui addit Iaco. Butrig. in l. placet. C. de sacrosc. eccle. Butri. in d. cap. fin. in 11. fallen. & Anchara. omnino

uiden-

videndum in cap. 1. ne sed. uacant. seq. Dom. Alciat. de uerbo. significa. libr. 2. sub num. 52. faciunt quæ scribit Crauet. in d. 4. part. sectio. 1. sub num. 125. & quæ nos supra scripsimus in correctorijs lib. prox. præced. in 17. limit. & certissima & in concussa re-
20 manet istius limitationis constitutio † quando eadem militat ratio expressa, uel quæ pro expressa habeatur, aut induci ratio illa potest à maiori, uel à pari per ea quæ scribit Bart. in l. 1. §. hæc autem actio si quis testam. lib. glo. & doctor. in l. si eum, §. qui iniurarum si quis cautio. & in §. fuerat instit. de actio.

Limitatur 18. loco quando casus ad quem per extensionem produceretur constitutio pœnalis, es-
21 sent eo modo decisi † per ius commune, quo decideretur extendendo per statutum, sic limitat Caccialup. in d. l. omnes populi, sub num. 255. uers. quarto quòd si casus, quamuis dicat secundum Salycet. in d. l. si serui uestri. C. de noxal. extensionem non esse necessariam & quòd in hoc omnes consentirent, & re uera limitatio ista secundum communes Doctor. theoricas in d. l. de quibus de legi.
22 est frustranea † quia ubi per statutum uel consuetudinem casus non est decisus, sed reperitur a iure communi esse determinatus tunc statur iuri communi, ut dicit Ias. in d. l. de quibus sub num. 4. de legi. & supra etiam diximus. Quod si aduersus cæteros reciperetur sententia Fulgosij qui putabat tunc quoque procedendum esse de similibus ad similia ex dispositione statuti uel cõsuetudinis, posset huic limitationi esse locus, sed non est a communi docto. sententia recedendum, quia ut supra docui-
23 mus extensiuæ † interpretationi non est locus, quan do necessitas uel æquitas id non expostulat, ut plenius declarauimus libro quinto huius operis, & tradit Cæpol. de extensio. sub tit. quæ fuer. caus. introd.
24 extensio col. 1. & secunda, sed dubitatur quid si † ius commune aliter decidat casus in statuto non expressos, uel in contrarium, an ius commune attendendum sit; uel debeat extensio fieri ex dispositione statuti; Bartol. in d. l. omnes populi in materia
25 extensiuæ interpretationis statutorum tenet relinquendos esse † illos casus dispositioni iuris communis, & idem firmat in l. non dubium. C. de legi. per l. si uero, §. de uiro, solut. matri. cum simili. ibi alleg. Saly. autem in d. l. si serui uestri. C. de noxal. action.
26 uult hoc non simpliciter procedere † sed tunc demum quando non omnimoda militat ratio, uel similitudo, uel quia alia ratio, uel causa repugnat, at. l. præcipimus. C. de appell. in fin. & ita intelligit glo.
27 † in l. tam is de donatio. caus. mort. & cum hac sententia uidetur transire Caccialup. in d. l. omnes populi sub num. 256. Sed non recedendo à communi
28 bus, dicendum est † prout supra diximus in dicta materia correctoria lib. præcedenti, & infra dicemus seq. libr. in materia interpretat. stat. cum enim statutum possit operari etiam citra illam extensionem, & sit prouisum de iure communi non facile in ducenda est correctio, iur. uulg. Nisi aliquo modo
29 † colligi posset mentis ipsius statuti esse uelle generaliter corrigere ius commune in omnibus casibus simil. bus expres. s, quia tunc ius expresse statutum si uoluisset nuncupatim omnibus illis casibus derogare potuisset per uerba expressa, sic tacito eius consensu, & mente derogare potuit d. l. de quibus in fi. de legi. & argu. l. cum quid si cert. peta. & ita potest
30 † intelligi Saly. in d. l. si serui uestri Bal. in l. quod uero de legi. & quod scribit idem Caccialup. loc. iam relat. sub num. 257. ubi cogitandum relinquit.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalis constitutio producitur in casibus in quibus unum habetur consecutiuè ad alterum.*
2 *Mutatione etiam pœnali respectu temporis facta in uno ex ordinibus in cæteris cum omnibus qualitatibus faciam censeri.*
3 *Si laico concedatur per statutum ut possit ultra summam solitam donare laico in duplum, id quoque concessum fore ecclesiæ intelligitur.*
4 *Donantem laicum etiam ecclesię posse ligari statutis, ac consuetudinibus prouinciæ.*
5 *Pœnalis dispositio patitur extensionem in ijs quę se habent ut prœambula.*
6 *Pœnalis constitutio patitur progressum in ijs quę commensurantur unum ad similitudinem alterius.*
7 *Locus Plinij declaratur de magistratibus. nu 8.*
9 *In ijs quę eadem ratione determinantur idem constituendum esse ius.*
10 *Pœnalem constitutionem extendi quando fit extensio ad aliam legem.*
11 *Nouum non esse, quòd una lex per aliam extendatur.*
12 *Vbi contingit de legis interpretatione controuerti sem per recurrì ad leges in eadem materia loquentes.*
13 *Lait prętor, §. interdum de negot. gest. declarari.*
14 *Duò casus ubi comparantur a lege antiqua dispositionem nouam superuenientem in uno casu locum habere & in altero, etiam si lex noua taxatiuè loquatur, ex Calcaneo.*
15 *Sed hoc declarari quando lex noua disponeret super eo super quo iam erat dispositum à lege antiqua.*
16 *Arbitro si detur facultas in compromisso pronuntiandi de iure tantum, illa dictio taxatiua nihil operatur.*
17 *L. 1. §. 1. si mens. falsi modium dixe. declarari.*
18 *Statutum unum si in eodem uolumine statutorum imponat pœnam mille pro uno delicto, & alterum imponat pœnam quingentorum tantum per hoc posterius priori non derogari.*
19 *Etiam si uerba posterioris essent geminata.*
20 *Difficilèque fore aliud in praxi obtinere.*
21 *Nec Iasoni credendum esse qui contrà sensit.*
22 *Vbi non apparet de mente disponentis, quòd uoluerit recedere a iure communi, non reputatur absurdum quòd eius uerba nihil operentur, sed intelligantur secundum iuris communis dispositionem.*
23 *In statuto quod stantibus masculis fœminæ non succedant, cur desumatur argumentum à contrario sensu.*
24 *Cons. Castr. 338. lib. primo declaratur.*

Cessare

Cessare pariter supra relatam conclusionem in ijs quorum unum se consecutiuè ad alterum habet uelut præambulum, aut commensuratiuè, seu ubi extensio fieret per aliam legem.

CAP. XXVIII.



Limitatur decimonono quando plura se habent consecutiuè vnum ad alterum † nam tunc constitutio in vno facta intelligitur facta esse in reliquis uelut in certa ætate præstituta in dignitatibus inferioribus habentibus certum ordinem annexum, nam si ætas restringitur censetur restrictus & ordo, sic tradit Gemi. in d.cap.1.de tempor.ordinan. col.4. uers. fallit quarto per text. in cap. cum in cunctis cum ibi notat. de electio. & idem firmat Franc. ibi col. 3. post medi. uers. septimo fallit, aitque † exemplum in materia temporis adiecti ordini subdiaconatus ut mutatione etiam pœnali facta in uno eadem quoque censeatur cum omnibus qualitatibus facta in altero per glos. in clem. generalem de ætat. & qualit. iunctis ijs quæ tradunt Doctor. in l. illud. C. de sacrosc. eccles. & Doctor. in l.2. de leg.1. sequit. Caccialup. in d.l.omnes populi, sub num.260. ubi addit tex. in l.tutelas de capit.dimin. & Butr. in d.cap.fin. de consue. in 4. fallent. sequitur hanc quoque limitationem Cauet. in d. sect. uideamus, sub num.38. ubi addit prædict. Petr. Rebuf. in tracta. nominat. in 12. quæst. in prin. pagi. 69. & proponit pulchrum exem
3 plum † puta de iure antiquo licebat donare certam quantitatem laico sine insinuatione, & duplum ecclesiæ similiter sine insinuatione, & sic laicus & ecclesia habebant hanc subordinationem inuicem ut ecclesia posset accipere duplum eius, quod poterat accipere laicus sine insinuatione, postea superuenit ius nouum C. per quod quantitas quæ laico poterat donari sine iusinuatione aucta fuit usque ad quingentos aureos, certe duplicata quoque censebitur summa quæ donari eo modo poterat ecclesiæ, Crot. in dicta l.omnes populi in materia interpretationis extensiuæ concluf. 13. sed istud exemplum deseruit intelligendo quod pœna nullitatis actus ultra summam determinatam in iure in donatione quæ fieret uersus laicum, uel si qua alia imponeretur a noua constitutione uel lege municipali ipsi donanti, haberet etiam locum in eo qui ultra duplum non seruata forma donaret ecclesiæ. quia
4 donans laicus † potuit ligari statutis loci uel constitutionibus, aut consuetudinibus ipsius prouinciæ, l.1. ubi Barto. & alij. C. de sum. Trinit. l. omnes populi, ubi idem Bartol. de iust. & iur. cap. quæ in ecclesiarum, & cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. probat hanc limit & Domin. Alciat. d. libro secundo de uerb. signifi. sub num. 52. & est uera per ea quæ supra diximus in materia correctoria libr. præcedenti in 9. limit. & in 12.

Limitatur 20. loco prænunciata conclusio quando essemus in ijs quæ se haberent ut præambula ad
5 aliqua; quia tunc quoque à dispositione pœnali loquente in uno casu fit transitus ad reliqua, ut in materia electionis; postulationis, & collationis, in qua dispositum in uno trahitur ad reliquum, ita fit mat Franc. in dicto cap. 1. col. 3. uers. octauo fallit de tempor. ordinan. per glos. in cap. 1. de postulat. prælato. in cap. quam sit, & in cap. sciant cuncti de electio. libr. 6. & per ea quæ scribit Paul. de Leaz. in clem. 1. de electio. Caccialup. in d. l. omnes populi sub num. 260. uers. 13. fallit. Euerar. loc. supra cita. sub num. 69. & est uera ista limitatio per ea quæ supra diximus in 13. limit. istius reg. ubi plenius materiam declarauimus attinentem ad hanc limitanem, per ea quæ scripsimus supra in materia correctoria in 12. limitar.

Limitatur 21. quando sumus in ijs quæ ita se ha-
6 bent ut unum commensuretur † ad similitudinem alterius, ut est affinitas & publica honestas, quæ commensurantur ad similitudinem graduum consanguinitatis, nam dispositio pœnalis uel correctoria superueniens in vno producitur ad alterum, secundum glos. in cap. non debet de consang. & affinit. glos. in cap. quamuis de offic. ordinar. libr. 6. & glos. in auth præterea. unde uir & uxor. per quas ita concludit Franc. loco supra cita. col. 3. ad fin. in nona limit. & Geminia. in eo. cap. 1. col. 4. post princip. in 5. limi. Caccialup. in d. l. omnes populi, sub nu. 260. in 12. limit. facit pulchrum exemplum quod proponitur à Dom. Alciat. d. libr. 2. de uerbo. significa. sub num. 52. de rescripto Traiani quod refert Plini. lib.
7 decimo. Epistol. lege pompeia cauebatur † ne quis caperet magistratum, ne ue esset in magistratu minor triginta annis, item quicunque magistratum cœpisset in senatu esse posset. Subsequutum est edictũ Augusti, quo permisit maiores uigintiduobus annis magistratum capere. Dubitabatur an ijdem in Senatum eligi possent, & responsum est sriam magistratum cœperant, posse; & hactenus nouatam fuisse legem Pompeiam, alioquin qui magistratum non cœperit tametsi 22. annis maior esset non
8 posse in Senatum eligi. † Quod si uice uersa, inquit Alciatus, edicto illo in senatum cooptari maiores 22. annis posse statutum esset, utique & in magistratum potuissent eligi, quia & illud exceptum est cum certa ætas dignitatibus certum ordinem annexum habentibus constituta est, & certa ordini si aliquid constituatur in dignitate respectu ætatis, respectu quoque ordinis constitutum existimari. cap. cum in cunctis §. 3. de electio. faciunt quæ supra dixi in materia correctoria in duodecima limitatione
9 ubi plenius locuti fuimus. Cum enim † & hæc limitatio pendeat ab eodem identitatis filo, cum cæteris superius relatis idem quoque in hac atque in superioribus constituendum erit. l. à Titio de uerb. oblig. l. illud ad leg. Aquil. & l. fin. C. ad leg. Falcidi. cum similib.

Limitatur vigesimo loco quando extensio fieret
10 per aliam legem † quia tunc semper admittitur extensio etiamsi in lege apposita esset dictio taxatiua,

vt

vt probatur in d.l.ob ęs iuncta ibi glos.C.de præd. minor.& in l.ita nobis pudor,ubi Cy.& alij Doct. C. ad leg. Iul. de adulter. & ita firmat hanc limitationem Euerar.loc.iam relat.per tradita à Barto.in d.l.si constante in 9.q.1.part. principal. & in l.serui nomine,& in l.1.§.1.quod ui aut clam,& per tradita ab Imol. in d l. siuerò,§. de uiro solut.matrimo.& non est constituenda difficultas super hoc quia no-
11 uum non est†quòd una lex alteram declaret distinguat atque interpretetur,l.utrum,ubi Bal.de petit. hæredit.glos.in l.de precio de publicia.in rem actio. l.in prouinciali.§.ult.iuncta, l. de pupillo in princi. de oper.noui nunciat. & arg. l.qui filiabus in principio de legat.1.& cap.inter dilectos,§.ceterum de fid.instrum.Quinimò ubi contingat de legis inter-
12 pretatione controuerti,†semper recurrimus ad leges alias in eadem materia scriptas,& ubi illæ desint ad consuetudinem,& deinde de similibus ad similia; ut probat tex.in l. de quibus de legi. ubi notant communiter Doctor. ergo non erit hæsitandum quin debeat dispositionis pœnalis fieri extensio si per aliam legem reperiatur esse facta extensio;dicimur enim tunc habere casum legis,& uersari in liquidis & claris, ita ut nulla prorsus facienda sit controuersia,l.ille aut ille §.1. de leg.3.ubi Bal.l. continuus,§.cum ita de uerbo.obliga.cum simili.&
13 potest poni exemplum declarationis†gratia in l.ait prætor,§.interdum de nego.gest.iuncta glos.ubi gerens negocia alterius deserta ac derelicta, quæ aliàs gesturus non erat, tenetur de dolo tantum ; addit glos.& de lata culpa quæ dolo comparatur, l.quod nerua depositi.Nam licet ibi tex. loquatur taxatiuè de dolo tantum, tamen extenditur ad latam culpã quę dolo comparatur; & per illum tex. cum glos.
14 dixit Calcane.in consi.26.col.2.in fin.†generaliter esse uerum,quòd ubi duo casus comparantur à lege antiqua, dispositio noua superueniens in uno casu locum habet & in altero, etiamsi lex noua superueniens taxatiuè loquatur; quia nihilominus non im-
15 pedit extensionem fieri. Sed dicit †Craue.de antiq. tempo.par.4.sectio.1.sub num.112.uers.sed certè; istud dictum Calcanei simpliciter intellectum procedere non posse, sed esse intelligendum, quando lex noua disponit super eo super quo iam erat per legem ipsam dispositum quia tunc illa adiectio dictionis taxatiuæ nihil operatur,ut declar Bal.in consilio 351.Ioannes,& Federicus ad fin.libr.5. propte-
16 rea infert† quòd si in compromisso detur arbitro facultas pronunciandi de iure tantum,illa dictio taxatiua nihil operatur, ex quo de iure aliter pronunciare non poterat, ad idem allegat Bal. tex.in l.1.§.
17 pri.si mens.falsi.mod. dix. ubi text.ait† quòd minor solum tenetur de dolo, postea subiungit,quòd lata culpa dolo comparatur,& sic tenetur etiam de lata culpa; quia de iure hoc iam constitutum erat,ut qui de dolo tenetur etiam latæ culpæ obnoxius foret d. l. quod nerua depositi. & nisi fieret ad latam culpam progressus, sequeretur iuris correctio uel exorbitantia a iure induceretur facit quod uoluit
18 Bar.in l.3.§.cũ Titio de adim.legat.†ubi si in uoluminc statutorũ unũ statutũ imponit pro maleficio pœnam mille librarum, & in eodem uolumine alterum statutum imponit pœnam quingentarum librarum tantum,per hoc non censetur recessum esse à primo statuto neq; illud censetur esse correctum ut per Alex.in l.1.C.de bon. poss. contratab. Areti. in consi.27.col.penul.in fin. uersiculo præterea per tacitas Corn.in consi.172.col.3.uersicu. hinc aliàs dubitatur lib.4. Deci.in l.1.col.18. circa prin.uersi. ultimo non obstat dictum Bartoli, de offic. cius cui mandat.est iurisd.& in l.1.col.3. C.de bono.possess.
19 contratabul.ubi,quòd†hoc procedit etiam siuerba sint geminata,quia adhuc per ea non inducitur legum correctio, quod etiam uoluit Deci.in consilio 181.in fin. ubi allegat Alex. in consil.130.in causa strazolarum col.2. uersi. nec obstat statutum libro quarto. idque similiter uoluit Roma.in consil.456. col.1.post medium,Deci.in consi.87.col.fin.Ias.in d.l.1.col.fin.C.de bono.poss. contr. tab.& dicit Ias.
20 †in d.l.si constante solu.matr.in d.9.q.primæ part. princi.Bartol.sub num.89.quòd cum Barto.in hoc contradicentem non habeat difficile esset obtinere contra illius sententiam,& quamuis ipse dicat Bar. opinionem non esse ueram quibusdam rationibus quas ibi ipse adducit, nihilominus supra hoc eodẽ libro in tertia limitatione, materiæ limitatoriæ,uel exorbitantis docuimus hanc Bartol. sententiam in materia memorati statuti ueram esse; & operari iuris effectus posse, quicquid ibi senserit Ias.quo loci & alia permulta congessimus quę optime deseruiunt confirmationi ipsius limitationis; in quam rem & multa diximus superiore lib. in 5. limit.primæ limitationis ad reg.constitutam in correctorijs. Addit Crauet. in d.sectio.1. sub num.115. Quòd si
21 uera esset † Iaso. opinio contra illam decisio.Bart. supra relatam sequeretur ut ubi adesset dictio taxatiua nunquam posset fieri extensio; & tamen sunt multi casus in quibus non obstante dictione taxatiua nihilominus fit extensio, quos ibi refert Crauet. latè & nos supra compendiosè recensuimus.Rursus quia ubi non apparet de mente disponentis quòd uoluerit recedere à iure communi, non reputatur
22 † absurdum quòd eius uerba nihil operentur, sed intelliguntur secundum dispositionem iuris communis. prout uidemus in rescriptis, quæ impetrantur ad dispositionem iuris communis Abba.in cap. causam quæ de rescript. sequitur Deci. in l.si quis iniquam,§.si is pro quo col.2. quod quisque jur.& hoc esse quod uoluit Corn. in consil.172. col.3. libro quarto prout & in dicto casu Bartol. in d.l.1. §.cum Titio de adim.legat. ibi enim statuentes non intendebant derogare statuto imponenti maiorem pœnam, & præstare occasionem delinquendi pœnam minuendo; sed intendebant delictum punire; secus in casu & exemplo Iason. quando statutum dicit quod non extantibus masculis fœmina succedat; quod non extantibus masculis fœmina succe-
23 dat;† nam ibi sumitur argumentum à contrario sensu,ut non succedat extantibus masculis,quia apparet de mente statuentium qui uoluerunt corrigere ius commune,fauendo agnationi, & præferendo agnatos cognatis, sic qnoque in casu Paul. Castr.in consi.338. quia exceptiones col.2.circa med.lib.1.

cum

cum pensio deberet solui de redditibus prioratus,
24 & mensæ, si postea mandetur † ut soluatur de reddi tibus prioratus tantum, certè ex tali mandato mensa censetur exempta, seu sublata eius obligatio, quia intentio mandantis erat mensam subleuare atque eximere.

SVMMARIVM.

1. *Pœnalem iuris constitutionem in correlatiuis extendi.*
2. *Bar. in l. liberorum de his qui not. infam. declaratur.*
3. *Glos. in cap. 2. de confess. declarari.*
4. *Correlatiua non extendi quando in ijs separatim constitutæ sunt pœnæ.*
5. *Extensionem in correlatiuis fieri quando militat eadem ratio.*
6. *Legem pœnalem loquentem in marito in ijs quæ ab eo transeunt ad uxorem, ad illam extendi.*
7. *Libertus faciens uocari in ius uxorem patroni, sic incidit in pœnam 50. aureorum quemadmodum si ipsum patronum uocasset.*
8. *Plerosque putasse in correlatiuis non dari productionem in materia pœnali.*
9. *Crauetа ut conciliet contradicentes opiniones in ea materia, an in correlatiuis pœnalibus fiat extensio.*
10. *Si statuto maritus prohibeatur relinquere uxori, & illa prohibetur accipere. nu. 12.*
11. *Secus in diuersis actibus.*
    Marito prohibito relinquere uxori, non censetur uxor prohibita uiro relinquere. ibi.
13. *Actus principalis gratia in correlatiuis dari extẽsionẽ. Sed non respectu pœnæ. ibi.*
14. *Vsuram actiuè agens punitur, at nõ faciens illã passiuè.*
15. *Pœna apposita conductori, quando non censeatur apposita locatori.*
16. *Prohibitus acquirere sub pœna solus punitur, non etiam is a quo acquirit.*
17. *Bal. consi. 482. declarari.*
18. *Difficilius extendi hominis dispositionem, quàm legis.*
19. *Crauetæ mens declarata.*
20. *Auctoris sententia quę sit circa id an in pœnalibus correlatiuis detur extensio.*
21. *In correctorijs ubi expressa est ratio, uel pro expressa habetur extensionem fieri.*
22. *Extensionem fieri in pœnalibus ubi sumus in conuersis, quę paris sunt rationis.*
23. *Contraria uel opposita, quando eadem ratione determinantur eodem iure censentur.*
24. *Contrariorum materia ubi ab auctore tractetur.*

Sit ne locus antedictæ conclusioni, quãdo uersamur in correlatiuis & in conuersis in quibus militat eadem ratio.

CAP. XXIX.

1 IMitatur vigesimotertio loco prænarrata conclusio quando † uersamur in correlatiuis quia tunc constitutio pœnalis loquens in uno casu protrahitur ad alterum; sic constituit Gemini. in d. cap. 1. in 2. limit. Franc. ibi in prima limit. de tempor. ordin. in sexto, ut in marito & uxore per text. in l. 2. C. de indict. uiduit. tollen. ubi Bar. & alij notant, in emptore, uenditore, conductore locatore, & alijs similibus de quibus per glos. in cap. 2. de locat. & in l. 1. C. ne fideiuss. doti. dent. & Barto. in l. liberorum de ijs qui
2 not. infam. ubi † statutum pœnale in uxore extenditur ad maritum ubi eadem est ratio, arg. l. emptor. C. de rescind. uendi. item per glos. in ca. 2. de confess. in uer. reus ubi tex. pœnalis † de reo loquens, extenditur ad actorem, cum sint correlatiui quò ad casum expressum & eadem sit ratio. Ad quod adducitur, & glos. in uer. de uetere in cap. cupientes de elec-
4 tio. lib. 6. restringit ille tamen limit. † quando separatim in correlatiuis constitutæ essent pœnæ. ut in cap. 2. §. 1. eod. titu. idem facit & Franc. ibi in prima limit. qui insuper ait esse intelligendam hanc limitationem, quando militaret eadem ratio; per nota. in l. curatorem. C. de interdic. matri. & ut per Bald. in l. omnia priuilegia. C. de episcop. & cleri. sequitur Euerar. loc. iam relat. sub num. 53. addens quod lex quantuncunque pœnalis & per consequens odiosa
5 ac restringenda † loquens in marito, in ijs quę ab eo transeunt ad uxorem extenditur ad uxorem per tex. notandum in l. 1. ubi Bald. & Paul. de Castr. notant.
6 C. de in ius uoc. ubi libertus uocari faciens † in ius uxorem patroni non impetrata uenia agendi incidit in pœnam 50. aureorum sicut ipsum patronum in ius uocasset, hanc quoque limitationem probat simpliciter Caccialup. in d. l. omnes populi, sub numero 258. qui addit tex. in l. ult. de acceptil. & in l. 1. C. de cupress. ex luc. Daph. uel Persei. per ægipt. non inciden. lib. 11. glos. in ner. omnino in c. si postquam de electio. lib. 6. Butr. in d. cap. fin. char. antepen. in secunda limit. Bald. omnino uidendus in l. omnia. C. de episco. & cleri. glos. in l. quamuis. C. de adulte. no. in l. curatorem. C. de interdi. matri. & Imol. in clemen. 1. de elect. Crauet. in d. sectio. uideamus, sub num. 29. qui addit glos. in l. per interuallum de iudi. & in cap. 1. de confess. lib. 6. Barto. in l. 1. quod met. caus. cum simil. ut Ias. scribit in l. non dubium, col. 3. post medium uersic. singulariter limita. C. de legi. in l. sicut bonis in secundo not. C. de in ius uoc. & in l. fin. col. 3. C. de indict. uidui. tollen.
8 Contrariam tamen sententiam, † quòd imò in pœnalibus de uno correlatiuo ad alterum non inferatur, probat Abba in cap. 1. de locat. Ias. sibi contrarius in l. fin. in fin. de in ius uoc. Deci. in l. 1. col. 2. circa medium. C. de in ius uoc. Crauet. loco supra cit.
9 conciliat † hanc controuersiam hunc in modum, ut scilicet hæc limitatio procedat respectu unius, & eiusdem actus indiuidui, quando unum prohiberi non potest sine altero; tunc enim pœna imposita uni ex correlatiuis censetur apposita altera, puta per statutum maritus prohibetur relinquere uxori
10 certè † etiam mulier censetur prohibita accipere, Rursus per statutum prohibetur quis uendere sub pœna, certè etiam emptor censetur prohibitus emere sub eadem pœna, quia non potest quis uendere sine emptore, nec potest maritus uxori relinquere si
11 uxor non accipiat. Secus † in diuersis actibus, puta

prohibetur

prohibetur maritus relinquere uxori, non per hoc intelligetur uxor prohibita marito relinquere, quia isti actus sunt diuersi, & separati, nec erit elusoria dispositio statuti prohibentis maritum relinquere uxori, licet uxor possit relinquere marito, fieret au-
12 tem elusoria respectu eiusdem actus si marito †pro hibito relinquere, non censeretur prohibita uxor ac cipere, ita declar. Soci. in consil. 74. col. 2. post medium libro tertio. Cur. iun. in consi. 6. col. 6. post me dium, & seq. ubi uidetur sibi ascribere. Verum numero 32. inquit aduertendum esse circa huiusmodi declarationem, quia illa uidetur quidem procedere
13 respectu †actus principalis in quo unum non pōt esse sine altero, & ideo uno prohibito censetur quo que alteri esse prohibitum, puta prohibetur quis uendere, necessario prohibetur & alter emere, sed tamen non procedit respectu pœnæ, quia potest unus puniri, & alter non; licet enim contractus nō possit prohiberi uni quin prohibeatur alteri; pœna
14 tamen separari potest; simile uidemus † quòd usu ram quis committere non potest nisi adsit alter qui usuram accipiat, & tamen pena quæ imponitur usurarijs non intelligetur impositą ijs qui accipiūt sub usuris, ut no. in cap. super eo de usur. & propterea uult istiusmodi declarationem respectu actus principalis intelligendum esse, respectu autem pœnæ sic exaudiendam esse, ut si eadem militat ratio progrediatur, sin minus uacet, prout dictum est in usuris in quibus non est æqualis ratio inter dantem
15 & accipientem. Sic pariter †si prohibeatur quis cō ducere domum locatam ante finem locationis, pœna apposita quæ sit applicabilis conductori tātum, non etiam locatori, tametsi conductio sine locatore fieri non possit, non tamen pœna uni tantum conueniens alteri erit communis; secundum Abb. in d. cap. 1. col. pen. in fin. de electio. & ita dicit resolui omnes contrarietates Doct. in materia pœnali cor relatiuorum. Sed contra prædicta uidetur esse con silium Bal. 482. Magnifici uiri col. 2. li. 1. ubi si quis
16 †prohibeatur acquirere, & acquirat contra prohibitionem ipse acquirens solus conuenitur ad interesse & non transferens quamuis acquirens non possit sine transferente acquirere, nec distinguit Bald. an eadem sit ratio, uel id minus, sed tantum conside rat uerba prohibitionis, non esse prolata in transfe-
17 rentem. Sed ipse †resoluit Bal. loqui in prohibitione facta per pactum, & sic in prohibitione hominis, nos autem loqui in prohibitione legis, consta-
18 re uerò difficilius extendi † dispositionem hominis, quam dispositionem legis. cap. susceptum de reseri. libro sext. cap. cum illis de præbend. eo. libr. per quæ iura ita declar. Imol. in d. l. si uerò, §. de uiro soluto matrimo. in secundo articul. principal. sequitur Ias. in d. l. tertia in principio col. 2. in fin. uersic. tertio ad ducitur de acquir. poss. post Areti. ubi & ita in terminis correlatiuorum declar. Bal. in cap. 1. in prin. qua. Domi. propriet. fend. priue. per tex. in l. sed interpretatur §. si ab altera de arbitr. quod dictum pro singulari refert ac sequi. Deci. in d. l. 1. col. 2. cir-
19 ca medi. C. de in ius uocand. ita ut †quàm pauciss imis rem perstringendo Dom. Cauet. mens sit ut limitatio respectu unius & eiusdem actus quātum ad principalem eius substātiā uera sit, non ēt quātū ad pœnam nisi eadem ratio militet, secus sit in diuersis actibus in quibus etiam ex maioritate ratio-
nis uult non posse fieri extensionem. Quid dicemus.
20 Ego crediderim † quòd siue simus in eodem actu, siue in diuersis, quòd ubi militet eadem ratio quæ sit expressa in lege, uel pro expressa habeatur, uel ea possit induci à maiori, uel a pari, semper in correlatiuis progrediendum esse de uno ad alterum, prout supra diximus libro proximo in materia correctoria limit. 3. ubi in exemplo illo de statuto prohibente uxorem uiro relinquere diximus secundum uerio rem, & magis commuuem opinionem, idem è contrà dicendum esse, prout consuluit Curt. noster se-nior in consi. 11. statuto Parmensi cum simil. ibi allegatis, quia crebrius obtentum fuit aduersus Soci. in dicto consilio 74 libro tertio. nam quemadmodum supra ostendimus libro proximo in prima limit. ad reg. constitutam in correctorijs & supra in tertia limit. huius conclusio. cum in correctorijs ubi ex-
21 pressa † est ratio, uel pro expressa habetur licitum sit, producere correctoriam constitutionem quatenus identitas, uel maioritas, uel paritas rationis patitur, sic dicendum erit in pœnali.

Limitatur vigesimoquarto loco in conuersis, si sunt paris rationis, uerbi gratia, si lex uel canon lo-
22 quitur †in ultramontano, curia existente in Italia, habebit è conuerso locum in citramontano curia existente ultra montes eadem tamen subsistente ratione, ità notanter uolunt Guili. & Garz. in cap. auaritiæ de electio. lib. 6. Host. & Abb. in dicto c. 1. in uer. Italiæ de electio. lib 6. Butri. in d. cap. fina. de consuetu. in decima quinta fallent. glos. in cap. ut commissi in uer. procedendi de hæreti. lib. 6. per quam ita probat Euer. loco. supra cita. sub num. 72. in cuius limitationis confirmationem facit, quæ de
23 contrarijs uel oppositis dicuntur, ut quando †eadē ratione determinantur idem ius sit constituendum ut tradit Barto. & alij in l. inter stipulantem, §. saeram de uerbo. obligat. glos. & doctor. communiter in rubri. de acquir. poss. & est tex. in l. penult. C. de solutio. & in l. totas. C. de rescind. uendit. in l. ult. §. ult. de leg. 3. l. & si contra in fin. de uulg. & pupillar. cum similib. & l. illud, ad leg. Aquil. & l. a Titio de uerbo. oblig. cum simil. qua de re plenius egimus.
24 † in dicta rub. de uerb. oblig. quàm ut hoc loco ulterius sit elaborandum.

SVMMARIVM.

1. *Constitutio pœnalis interpretans trahitur ad extremū sub lege interpretata comprehensum.*
2. *Quinque adnotanda esse frequentissimè in usu forensi occurrentia in materia extensionis faciendæ in constitutione pœnali interpretante.*
3. *Constitutio iuris antiqui declaratoria, locum non habet nisi in casibus in quibus locum habet ius antiquum.*
4. *Statutum uel constitutio supplens, non progreditur nisi in casibus in quibus statutum suppletium locum habet.*
5. *Constitutio interpretans legem pœnalem, non censetur extendere*

extendere pœnam legis interpretatę nisi id exprimat.
6 *Pœnam impositam super facto prohibito, trahi ad casum à prohibitione exceptum.*
7 *Omnia quę dicuntur in lege interpretata, repetita censentur in lege interpretante.*
8 *Tex. in §. tertia vero in auth. de fil. cont. dot. instr. nat. declaratur.*
9 *L. nihil de coniung. cum emancip. lib. intellectus.*
10 *Constitutio quando non esset merè pœnalis, respectu expensarum tantum extenditur.*
11 *Quia si in casibus iam relatis fortioribus constitutio pœnalis extenditur, ergo & in hoc.*
12 *Nisi constitutio non solum esset pœnalis, sed etiam exorbitans.*
13 *Ratio quando est expressa in lege de stricto iuris rigore potest fieri extensio.*
14 *In pœnali dispositione restringi significationem uerborum quando subest aliqua ratio, uel æquitas.*
15 *Vbi duplex odium concurrit non fit extensio.*
16 *Constitutio quando est correctoria & pœnalis simul non fit extensio.*
Etiam ad casum qui ex larga significatione uenit. ibid.

An noua constitutio interpretans traha tur ad extremum sub lege interpretata com prehensum, & quando non esset merè pœnalis producatur ad alios casus.

CAP. XXX.



Imitatur vigesimoquinto loco nisi noua constitutio sit interpretans, quia tunc extenditur
1 quoque ad extremum † sub lege interpretata comprehẽsum, sic limitat Franc. in d. cap. 1. de temp. ordi. col. 4. circa med. uer. decimoquinto fallit per glos. in cap. contra qui certam de electio. eo. libr. 6. & in clemen. statutum in uer. consuetudinem de elect. & per Io. Andr. in cap. dispendia de rescript. libr. 6, eandem limitationem firmat Dom. Alcia. d. lib. 2. de uer. signifi. sub nu. 52. uers. idem cum lex noua, sequitur Euerar. loc. iam relat. qui addit bonam glos. in cap. quæ contra de electio. lib. 6. sub num. 66. uers. quinto fallit, & text. notandum in §. ult. in auth. de filijs ante dot. instru. nat. ubi Bart. notat & Bal. in auth. habita in 10. col. C. ne fili. pro patr. post Butri. in d. cap. fin. in 14. fall. Caccialup. in d. l. omnes populi in 18. fallen. sub numero 262. & Lanfranc. de Oria. in d. §. de uiro in 13.
2 conclus. interpretationis extensiuæ, circa quam † materiam dicit quinque adnotanda esse frequentissimè in usu forensi occurrentia; quorum primum est, quòd si in fine alicuius legis uel canonis aut constitutionis pœnalis fiat aliqua additio, tunc pœna apposita in principio uidetur adiectione tali repetita, ex quo enim adijcitur uidetur esse pars illius legis uel constitutionis, ueluti cum apposita est in fine constitutionis clausula, adijcientes &c. uel huic insuper adijciamus sanctioni, uel idem iudicium esse uo lumus, glos. est notab. in cap. de multa super uer. ecclesia de præben. quam ibi communi consensu recipiunt Abb. & alij, & idem uult Cardi. ac reputat no tandum in clem. statutum in tertia oppositi. & ita dicit communiter teneri quicquid senserit glos. in clemen secunda in uer. sanctioni de electio. Secundum
3 est † quòd constitutio antiqui iuris declaratoria nõ habet locum nisi in casibus in quibus habet locum ius antiquum per glos. in capit. sicut ubi Gemi. &
4 Franc. de electio. lib. 6. Tertium est † quòd ubi lex uel statutum emanat ad supplendam aliam legem uel aliud statutum non habet locum nisi in casibus in quibus loquitur statutum suppletum, sicut dicimus de lege interpretatã atque interpretante, Domi. in cap. ut circa super glos. in uer. appellari de elect. li. 6.
5 Quartum est † ubi lex ueniens ad interpretationem alterius legis extendit ipsam dispositionem uel legem per hoc tamen non uidetur extendere pœnam legis interpretatæ nisi id exprimat, glos. est notan. in l. fin. de in ius vocand. quam ad hoc not. Butri. in d.
6 cap. fin. de consuet. col. 57. Quintum est, † quod ubi lex imponit pœnam super certo facto prohibito, & postea ab illa prohibitione excipit unum casum sub certa limitatione, pœna apposita super facto extenditur etiam ad casum exceptum, si forma seu limitatio non seruatur secundum glos. singula. in capit. primo super uerbo. necessario, & ibi illam commendat Gemi. & Franc. de postul. prælat. libro 6.
7 Resoluendo † igitur dico hanc limitationem recipiendam esse quia certissima illa est conclusiõ in iureque nostro passim recepta; Quòd omnia quæ dicuntur in l. interpretatã censentur repetita in lege interpretante per tex. in §. tertia uerò in auth. de fil. ante dotal. instrum. nat. in illis uerbis. Cum omnib.
8 manifestum sit oportere ea quæ † adiecta sunt per interpretationem in illis ualere in quibus interpretatis legibus sit locus, ibique glos. in uer. locus, nota inquit mirabile uerbum, & ita ibi etiam ad hoc no-
9 tant illum tex. Bart. & Ang. ad idem est † tex. quem ibi ad hoc not. Bart. in l. nihil de coniung cum emancip. lib. eius, & hoc idem tradendo, notandam illam ac grauissimam theoricam in materia repetit Bart. in l. prætor, §. eritque sub num. 2. ad fin. ui bon. rap.

Limitatur vigesimosexto loco quando constitu-
10 tio non esset merè pœnalis, † sed solum respectu expensarum uel nullitatis processus, quia tunc fiet extensio ex identitate rationis, ut per glos. in uer. præsidentes in clem. 1. de rescript. & non habet difficultatem probabilem, quia si in meris pœnis, in casibus
11 iam relatis † permissum est pœnalem constitutionẽ perducere multo magis in casu isto, in quo non agitur de tanto rigore pœnali arg. auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. cap. cui licet de reg. iur. libr. 6. & l. non debet de reg. iur. cum simil. sed hoc dicit Fran. in d. cap. 1. de tempor. ordinat. col. 4. in ult. limit. ue-
12 rum esse nisi constitutio esset † non solum pœnalis, sed etiam exorbitans. ut not. Io. Andr. in cap. dispendia de rescript. libr. 6. Verum quantum ad hoc ego puto eodem modo concludendum esse, quo fuit conclusum supra in materia correctoria, in 1. sub limitatione. 1. limitatio. ad regulam constitutam in

eadem

eadem materia, ut ſ. de ſtricto iuris rigore, ſi rō ſit
13 ſcripta in lege, poſsit fieri extēſio: quia in † quacūq; materia quatenus ratio patitur ſemper fieri diſpoſitionis productio poteſt, ſi uerò æquitatem ac benignitatem inſpiciamus uerior ſit Franc. aſſertio,
14 quæ defendenda erit illa ratione, † quod quemadmodum in generali diſpoſitione pœnali fit interpretatio reſtrictiua, ne tam latè uerba ſumantur, quàm ſumi poſſent ex ſignificatione uerborum, quando ſubeſt aliqua ratio uel æquitas reſtringendi uerba, cap ſi compromiſſarius, §. reſtringitur de electio. in 6. Euerar. loc. ſupra cit. ſub num. 75. & infra plenius dicemus libr. 10. in materia interpreta-
15 tionis reſtrictiuæ; ſic etiam † dicendum ſit in caſui iſto, in quo duplex odium pœnalitatis ſcilicet & exorbitantię concurrit arg. auth. itaq;. C. commun. de ſucceſsio. & cap. 1. de treug. & pac. cum ſimilib.
16 tanto † magis quia receptior uidetur eſſe opinio, ut quando diſpoſitio eſſet correctoria & pœnalis ſimul; tunc non fiat etiam extenſio ad caſum, qui de larga ſignificatione uocabuli comprehendi poſſet ſub caſu expreſſo, etiam ex identitate rationis, ut per Deci. in cap. translato in fin. de conſtitu. Iaſ. in l. fin. col. 2. uerſ. tenendo illam regulam de in ius uoc. in l. cum quid col. 4. uerſ. ſecundo principaliter de lib. & poſth. & in d. l. fin. col. 2. in fin. de in ius uocan. cum ſimilib. de quibus per Crauet. d. ſectio. prima 4. par. de antiq. tempor. ſub num. 85. uerſ. aduertendum tamen, & quæ per nos ſupra congeſta fuerunt in d. ſublimit. 1. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalem diſpoſitionem extendi quando eadem ratio ſubeſt, & idem quoque nomen hoc ſuadeat.*
2 *Statutum de lucranda dote in uero matrimonio, non habet locum in matrimonio putatiuo.*
3 *Idemque eſſe in pacto de lucranda dote.*
Vxor uera cur pniatur de adulterio. ibidem.
4 *Ratio publici fauoris quæ uerſatur in eo, ne delicta remaneant impunita procedet quando delictum prorſus remaneret impunitum. nu. 5.*
6 *Melioris conditionis eſſe non debet uxor putatiua quam uera.*
7 *Vxor putatiua per adulterium perdit dotem, ut uxor uera. Ex communi num. 9.*
8 *Tutor putatiuus & minus legitimus nc punitur in non reddenda ratione ut tutor uerus.*
10 *Curator uerus ut donationem accipere ab adulto non poteſt, ſic nec putatiuus.*
11 *Reſesuatio Sum. Pontif. de beneficijs, quæ Titius tenet, intelligitur etiam in ijs quę de facto is poſſidet.*
12 *Alexan. in l. ſi cum dotem ſolut. matr. declaratur.*
13 *Clem. volentes de hæret. locum non habet in acquiſitoribus de facto bona quædam fratrum minorum inquiſitorum ac condemnatorum diſtribuentibus.*
14 *Clemen. prima de priuileg. puniens religioſos, non habet locum in religioſis de facto, quorum religio eſt reprobata.*
15 *Pœnam ob actum nullum imponi quando actus eſt illicitus.*
16 *illi hæreticorum tam legitimi quam illegitimi, non admittuntur ad aliquod officium nec beneficium.*
17 *Abſurdi euitandi gratia etiam in correctorijs fieri extenſionem.*
18 *Et in pœnalibus ex ſententia auctoris poſt Ripam.*
19 *Quam uaria tradiderint ſcriptores in materia putatiua rum, & uerorum.*
20 *Quatenus procedant iura comparantia putatiua ueris. num. 21.*
22 *Extenſionem paſsiuam ſemper fieri in pœnalibus.*
23 *Et quomodo fiat.*

Silere ſimiliter antedictam concluſionē quando in caſu non expreſſo eadem ſubeſſet ratio, et idem nomen, aut res uerſaretur in extenſione paſsiua.

CAP. XXXI.



1 Limitatur vigeſimoſeptimo loco iſta concluſio, ut locum non habeat quando eadem ratio ſubeſt † & idem quoque nomen hoc ſuadet. fiet enim extenſio à nomine uero ad improprium, & quod tantummodo de facto dicitur, ut in lege ſi uxor, §. 1. de adulterijs, ubi lex Iulia de uxore uerbà faciens habet locum in ea quoq; quæ de facto eſt uxor, & uult Dom. Alciat. d. libr. 2. de uerbo. ſignifica. hanc limitationem proficiſci ex ea extenſione quę fit de propria ſignificatione ad latam in quacunque materia quę limitatio habere uidetur non leuem difficultatem, quia ſi uera eſſet ſequeretur ut priuilegia uel competentia pro uero matrimonio, competerent etiam pro matrimonio putatiuo; quod tamen non eſt uerum, quia ſtatu-
2 tum de lucranda dote † in uero matrimonio non habet locum in matrimonio putatiuo, Bald. Angel. & Salyc. in l. 1. C. de cond. ob cauſ. Ripa in rub. ſolu. matrimo. col. 16. poſt medi. Bal. in conſi. 184. ſi qua mulier. lib. 3. Caſtr. Roma. qui id declarat, & Alex. in l. ſi cum dotem, §. ult. ſolu. matri. & idem eſt in pacto
3 † prout eſt tex. in d. l. l. 1. vbi not. Bald. Ang. & Salv. de cond. ob cauſ. Ang. in §. ſi uero ab initio, & in §. adſcriptitio. de nupt. Franc. Areti. in l. ſi ante colum. tertia ſolu. matrimo. Andr. ſicul. in cap. ex literis col. ult. de pigno. & conſil. 46. libr. ſecundo. & de vtroque eſt aſſertio Bal. in cap. iurauit. col. 1. Sicul. col. 3. & Fely. col. ult. de probatio. Imol. Caſtr. Rom. in d. l. ſi ante ſolu. matri. Sicul. conſil. ult. col. penult. lib. 2. Marſ. ſing. 129. quamuis Dy. & Alber. in d. l. ſi ante nuptias uideantur ſentire contrarium, ut eos inducit Andr. Tiraq. de leg. connub. glo. 8. ſub numero 264. ſimiliter ratio cur uxor non uera puniatur de adulterio ſecundum Iaſ. in d. l. cum quidam
4 de lib. & poſthum. † col. pen. uerſ. tertio fortius, eſt quia agitur de fauore publico, ut delictum puniatur, quæ reſponſio, ut inquit Crauet. in d. ſectio. uidemus ſub num. 11. non ſatisfacit, quia ratio talis, ut ſupra dictum fuit, non attenditur, niſi ubi uel delictum † remaneret impunitum, uel ita leuiter puni-
5 retur,

retur, ut ex eius pœna præberetur occaſio, delinquendi, ſed licet vxor putatiua de adulterio non puniretur non tamen propterea remaneret delictum impunitum: quia, ſcilicet de ſtupro potuiſſet puniri; ſiue eſſet uirgo, ſiue eſſet uidua: unde ipſe putat potius rationem eſſe ne ſequatur abſurdum, ut ſcilicet melioris conditionis ſit vxor putatiua † & de facto quàm uera uxor, quod eſſe non debet. l. 3. §. 1. de donat. inter ui. & uxor. ubi etiam uxori putatiuæ donari non poteſt pro qua ſententia facit glo. in cap. plerunque de dot. poſt diuor. reſtit. ubi uxor putatiua † ita perdit dotem propter adulterium, ut uera uxor ne plus tribuatur uxori putatiuæ & de facto, quàm ueræ uxori refert, & ſeq. Paul. de Caſtr. in conſi. 147. reuocatur in dubiũ & in conſi. 154. pro iſta Domina col. 2. poſt mediũ lib. 2. ubi in tutore † putatiuo & minus legitimo dicitur quòd ita punitur in non reddenda ratione adminiſtrationis, ſicut uerus tutor, tenendo in hoc cõtra gloſ. in l. conſenſu in uer. ſibi. C. de repud. ubi uoluit gloſ. quòd talis uxor putatiua non perdit dotẽ, ſed dicit Paul. de Caſtr. quòd Doctor. in d. cap. plerunque communiter tenent contrarium † conſiderãtes intẽtionem mulieris, quæ fuit committere adulterium, ut ibi per Innocen. in fin. alib. uerbis & per Abb. qui dicit opinionem gloſ. eſſe communem, ſimiliter curator putatiuus non debet eſſe melioris conditionis quàm uerus, † propterea quæ ſicut uerus curator non poteſt donationẽ accipere ab adulto, ita nec putatiuus Paul. de Caſtr. in conſil. 352. Curator col. 2. poſt medium lib. 1. ſimiliter licet reſeruatio beneficiorum ſit odioſa gloſ. in cap. fina. in uer. ſimilibus de uerb. ſignifi. lib. 6. tamen reſeruatio Papæ † de beneficiis quæ Titius obtinet locum habet etiam in beneficio quod Titius de facto tenet ne occupator ſit melioris conditionis, quàm uerus poſſeſſor. Neque mouet quod Alex. in d. l. ſi cum dotem, §. fin. col. 2. ſolu. matr. uideatur † ſimpliciter ſequi gloſ. in d. l. conſenſu dicens eſſe ſimilem gloſ. in d. cap. plerunque, quia fallitur, cum prorſus ſit diſſimilis; quia contrarium decidit ut ſupra retulimus & habet contra ſe communem opinionem, ut ſupra dictum eſt, & quamuis pro illa gloſ. uideatur facere dictum Calderi. in conſi. 1. de hęr. quod clem. uolentes de hæreti. excommunicãs † inquiſitores confiſcãtes bona eccleſiæ, non habeat locum in inquiſitore de facto diſtribuente libros quorundam fratrum minorum de hæreſi damnatorum, & aliud dictum Cardi. poſt Lap. in clem. 1. col. 2. q. 3. de priuileg. ubi uult quòd clem. illa puniens religioſos non habet locum † in religioſis de facto, quorum religio eſt reprobata, quia illis non conuenit qualitas religionis quod dictum ſequitur Fely. in c. accedẽtes col. 3. de præſcriptio. quia reſpondet Crauet. in d. ſectio. uideamus ſub num. 13. & 14. adducens multas deciſiones contra dictum Cardi. & oſtendens in illis auctoritatibus in contrarium adductis non militare illud abſurdum quòd melioris conditionis eſſet qui de facto ageret, quàm qui de iure, in delicti impunitate conſequenda; quia res non habet difficultatem, ꝙ ob actum nullum † pœna imponitur, quando actus ille ſui natura eſt illicitus, per l. nemo martyres. C. de ſacr. eccl. iuncta glo. l. eum qui duas. C. ad leg. Iul. de adulte. Deci. in c. ex tenore col. 3. circa fiu. de reſcri. quamuis aliter ſentire uideatur Abb. eandemq; declarationem, quòd ex actu nullo ſequatur pœnæ impoſitio, quando aliàs ſequeretur abſurdum, ut melioris eſſet conditionis delinquens, quàm non delinquens uoluit Ripa in l. 1. col. 4. de uulgar. & pupill. ideo ex ſupradictis Crauet. iam relatus conſtituit limitationem non eo modo quod facit Dom. Alciat. ſed aliter, uidelicet, ut ubi ſequeretur abſurdũ ſi non fieret extenſio in pœnalibus, tunc ſemper licita ſit extenſio, ut in exemplo iam relato uxoris putatiuæ, ne ſcilicet melioris ea ſit conditionis quàm uera, & pro illa adducit gloſ. in cap. ſtatutum in uer. uolumus de hæret. lib. 6. † ubi diſpoſitio illius cap. pœnalis, ut filij hæreticorum nõ admittantur ad aliquod beneficium eccleſiaſticum nec officium publicum uſque ad ſecundam generationem, extenditur etiã ad filios hæreticorum illegitimos, ne aliàs ſequatur abſurdum, quòd plus tribuatur luxuriæ quàm caſtitati, quam gloſ. refert ac ſequitur Deci. in cap. in præſentia col. 17. uerſ. tertia concluſio, & per hanc limitationem dicit poſſe reſolui plures deciſiones, quæ adducuntur contra hanc regulam negatiuam, in illis enim ſit extenſio ne ſequatur abſurdum, cuius euitandi gratia † in materia quoque correctoria docuit fieri poſſe extenſionem in prima ſectio. 4. part. de antiq. tempo. in 16. limit. Ego quantum ſit reſpectu iſtius limitationis crederem potius † conſtituendam illam eſſe, ut concepit Ripa ratione abſurditatis euitandæ; tùm per ſupradicta, tum per ea quæ diximus ſupra libro tertio de impropria ſignificatione in limit. ab abſurdo & ſupra libr. præcedent. in limit. ad reg. conſtitutam in materia correctoria; tum etiam quia concipiendo limitationem eo modo quo concipit Dom. Alciat. res non admodum eſt tuta; quia Andr. Tiraquel. † de leg. connubia. in gloſ. 8. à numero 214. uſque ad num. 253. plures enumerat caſus in quibus iura diuerſo modo conſtituunt, interpretesque aliter atque aliter reſoluunt in putatiuis, quàm in ueris, & hoc tam in materia matrimonij, dotis, mariti & uxoris, quàm in alijs caſibus, & quamuis à dicto numero 253. uſque ad numerũ 277. enumeret plures alios caſus in quibus putatiuorum mariti, vxoris, matrimonij, dotis, & aliorum oſtendit idem eſſe ac uerorum iudicium, nihilominus, † aut ea procedunt in fauorem ipſius mulieris, ut ea quibuſcunque modis dotem conſequatur, quò facilius nubere poſſit l. tertia. de priuileg. credit. qui tex. loquitur in uxore putatiua, ut declarat idem Tiraquel. loco ſupra cita. ſub numero 159. Aut quatenus ad uirum trahuntur reſpectu beneficiorum ac priuilegiorum, & aliorum eadem in materia conſtitutorum malè tuta ſunt, & in † contrarium habent communiores & receptiores Doctorum ſententias; ut etiam ex ipſiusmet Tiraquel. teſtimonio percipere licet; Aut ſaltem ita ſe habent ut eo modo conceptam limitationem non ſatis ſecuram relinquant, prout conceperat dominus Alciatus.

Limitatur uigesimooctauo loco hæc regula su-
22 pra memorata, ut sileat in extensione †passiua, quia illa locum habet in quibuscunqne dispositionibus, ut supra latè docuimus libro quinto in peculiari tractatione istius passiuæ extensionis & diximus quoque libro proximo in decimasexta declaratione regulæ constitutę in materia correctoria, quibus possunt addi quæ scribit Crauet. in dicta sectio. uideamus sub numero 49. pœnalis enim constitutio
23 †inducta in materia alicuius criminis patitur extensionem passiuam, idest productionem aliarum legum & constitutionum iuris communis quæ in materia illius criminis loquentur, ut per Bartol. in dicta l. omnes populi, sub numero 60. de iust. & iur. & eundem Bartol. in d. l. 1. §. lex Falcidia, ubi & alij notant ad leg. Falcid. cum simil. in locis iam relatis copiosè adductis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalem constitutionem extendi ob publicam honestatem.*
2 *Parentum uocem in infinitum accipi pro omnibus ascendentibus.*
3 *Ea quæ publicæ honestatis gratia fiunt, coactè dici fieri.*
4 *Iniuriam passus si recipiat iniuriantem ad osculum pacis in ecclesia, non propterea censeri remisisse iniuriam.*
5 *Idemque esse ubi ad festum uel conuiuium cum inimico quis reciperetur.*
6 *Honestatem connumerari inter iuris præcepta.*
7 *Ius honestatis ab omni superioritate censeri exceptum.*
8 *Subditas honestas alicuius domini non posse ab eo compelli ut se conferant in illius domum tripudij gratia.*
9 *Honestatis quę sunt non esse necessitatis.*
10 *Quinimò meri consilij uideri, ac nullo modo obligatoria esse.*
11 *Quomodo concilianda sint inter se ea contradicentia iura, quibus quę honestatis sunt, modo esse dicuntur necessitatis, & modo non esse.*
Honestum prout concernit iuris præceptum esse necessarium. ibidem.
12 *Honestum à iure ciuili simpliciter traditum non habere necessitatem.*
13 *Deci. & Cagnol. in l. consilij de reg. iur. declarantur.*
14 *An ualeat statutum per quod inducitur uituperabilis cessio bonorum contra decoctores ac fallitos.*
15 *Tales consuetudines ac statuta esse contra l. final. C. qui bon. ced. poss.*
16 *Sed huiusmodi consuetudines ac statuta de facto seruari.*
17 *Statuta pudendarum cessionum habere rationem publicæ utilitatis.*
18 *Fraudum debitorum reprimendarum gratia multa in iure nostro fuisse inducta.*
19 *Statutum Ticinense, nouasque constitutiones in titu. de offic. Abbat. § quicunque, declarari. num. 20.*
Sed statutum contra eos qui fortuitò deficiunt prouidere; Nouam constitutionem contra illos qui data opera fidem frangunt prouidere. ibi.
21 *Eos qui dolosè contraxerint etiam si uellent uti remedio cessionis bonorum non admitti.*
22 *Decoctores uarijs affici pœnis.*
23 *Pœnalem dispositionem extendi ad casum in iure præsumptum.*
24 *Præsumptiones iuris liquidissimas esse probationes.*
25 *Præsertim quando sunt iuris & de iure.*
26 *Statutum de lucro dotis, non solum habere locum in dote uera, sed etiam in præsumpta.*
27 *Sed contrà sentire Crauetam.*
28 *In constitutione pœnali fieri progressum de casu uera ad casum fictum.*
29 *Pœnales constitutiones in ijs tantum casibus extendi, in quibus pœnæ sunt ex iusta & probabili causa introductæ.*
30 *Patri facultas concessa occidendi Mechum cum filia deprehensam, non trahitur ad auum, uel proauum.*
31 *Occidere aliquem propria auctoritate perquam crudele esse.*
32 *Constitutio pro crimine paterno filios afficiens non trahi ad filias.*
33 *Iudex ita se debet adaptare ad delictum, quando pœna non est expressa, ut non maiorem infligat sed æqualem.*

An cesset supra firmata conclusio quando pœna non est expressa, ut non maiorem infligat sed æqualem.

CAP. XXXII.



1 Imitatur vigesimonono loco ista conclusio, ut cesset propter publicam honestatem †sic limitat Crau. in d. sectio. uideamus sub num. 39. puta lex prohibet sub certa pœna parentes in ius vocari sine uenia, si quæratur quatenus illa parentum uox accipienda sit, dicendũ
2 erit in infinitum †accipiendam esse, & ad omnes parentes cuiuscunque gradus referẽdam esse, tametsi usque ad tritauum propriè parẽtes accipiantur. l. 4. §. prætor ait, uer. parentum, & ibi Ang. in pri. notab. de in ius uocand. quam legem simul Ias. legit sub l. secunda eod. titu. & idem Ias. in §. pœnales col. 9. sub nu. 54. instit. de action. cum simil. Addit Crau. quòd
3 ea quæ publicæ honestatis †gratia fiunt necessariò ac coactè fieri dicuntur ita ut qui illa faciat non uideatur aliquo pacto iuri suo renunciare, per ea quę scribũt Ang. & Fab. in §. ult. instit. de iniur. & Aufre. in decis. Tolosa. q. 233. ubi si iniuriam passus reci-
4 piat iniuriantem †ad osculum pacis in ecclesia quod salua honestate recusare non poterat per clem. fin. de senten. excom. non censetur ex tali osculo iniuriã remisisse, quia coactè & publica honestate propel-
5 lente id factum est, idemq; esse ubi †ad festum conuiuiũq; aliquod inuitati fuerint simul ad eandẽ mẽsam discubuerint, unaq; biberint ac biberint nõ propterea dicitur iniuriam remisisse eis, qui offensus fuerat quasi publicæ cogente honestate ea oĩa ab illo
6 pacta fuerint, enumerat †. n. honestas inter iuris præcepta

cepta l.1. §.1. de iust. & iur. §. iuris præcepta instit. de iust. & iur. & ideo ius honestatis intelligitur sem
7 per esse exceptum † ab omni superioritate, l. quod ex liberta vbi Bald. de oper. libert. sequitur Decius in capitu. primo, colum. quinta, super glos. fina. de
8 constit. sub numero duodecimo. qui uolunt † subditos alicui domino non debere compelli ab eo ut in illius domum se conferant tripudiorum gratia, si honeste id fieri non possit, idem probat Iacobi. à Sancto Georgio in tracta. de homag. in fin. Cagno. per illum rext. in l. secunda, §. & cum placuisset, sub numero 373. de origin. iur. sequit. Crauet. loco iam rel. sed aduersus hactenus tradita facere uidetur, quòd
9 ea quæ sunt honestatis † non sunt necessitatis cap. ad aures de ætat. & qualit. quinimò uidentur esse
10 meri consilij & nullo † modo obligatoria, iuxta ea quæ locupletissimè scribunt Deci. & Cagnol. in l. consilij de reg. iur. Verum potest hic obex remoue
11 ri, prout illum remouet Fortun. † Garc. Hispan. in l. prima, sub numero sexto de iusti. & iure qui dicit, aut nos loquimur de iustitia uniuersali, & de præceptis iuris naturæ, & quodcunque honestum est, uir bonus & iustus ut faciat oportet, nam ius est bonum & æquum, ut in dicta l. prima de iusti. & iur. & isto modo quod honestum est necessarium est, & maximè si à iure ciuili receptum est, ut in l. fi. C. de capt. & postlimin. reuers. ubi licet inquit text. ut captiui pecunia redempti precium uel æstimationem redemptoribus soluant, & l. ultima. C. ne fisc. rem quam uendi. euinc. libr. 10. ubi honestatis non esse dicitur ut fiscus rem quam uendidit &
12 incat. Aut loquimur † de honesto quòd à iure ciuili ut simpliciter honestum nobis traditur, & hoc non habet necessitatem huius iuris, quia eo ipso quod ut honestum nobis traditur hoc significatur ut unusquisque debeat id obseruare prout natura obseruandum est, non tamen habet compulsionem & necessitatem iuris ciuilis, unde id appellatur simpliciter honestum & non necessarium, & de hoc lo-
13 quuntur iura ex aduerso cita. † & quæ habentur per Dec. & Cagnol. in dicta l. consilij, & per glos. in uer. consilij, in dicto capitu. ad aures. primo autem casu procedunt dicta in limitatione ista, & quæ addunt Syl. Brier. & Angel. de Clauas. in eorum summis in uerſ. honestas, & Crauet. loco iam relato, qui multa in hanc rem addit, & inter cætera sub numero 42. uers. hinc uidemus; quod cessio bonorum
14 quæ fit † per istiusmodi conturbatores ac decoctores, quos uulgo fallitos appellant ex dispositione statuti uel consuetudinis uituperabili modo fieri debet, istiusmodi statutum quasi contra publicam honestatem introductum non ualet, ut per Cyn. & Bald. in l. final. C. qui bon. ced. poss. post Ias. in l. eum quoque columna final. sub numero 28. instit. de actio. cuius sententiæ est Roland. à Valle post alios à se cita. in consilio septimo sub numero 13. cum duobus sequen. libro secundo, & Mathe. Brun. de cession. bono. sub numero sexto quæst. 6. principa-
15 qui dicunt istas † consuetudines & statuta esse contra dictam l. fi. C. qui bon. ceder. poss. & contra bonos mores publicamque honestatem. Nihilomi-
16 nus † hæc opinio malè de facto seruatur in multis ciuitatibus Italiæ ut asserunt prædicti Doctor. in loco supra relato, & præsertim Brun. sub numero quinto qui refert uariarum ciuitatum multas consuetudines & statuta obseruationesque contra præ-
17 narratam assertionem. Quæ † consuetudines & statuta, quamuis ita Doctor. passim admittant non ualere, uidentur tamen in se habere rationem publicæ utilitatis, propter reprimendas fraudes debitorum in præiudicium creditorum; quarum re-
18 primendarum † gratia multa in iure nostro contra strictam iuris rationem sunt introducta, ut per totum tit. de ijs quæ in fraud. credito. qui & à quibus manu. lib. non fiant, & instit. quibus ex causis manu. non lic, unde non ab re uidetur toleratum in ple-
19 risque locis Italiæ, † & hic Ticini ut durius culè atque acerbius culè tractentur istiusmodi decoctores, sed hæc de ijs qui fortuitò sine culpa & dolo non adhibito, sed ut plerunque ab hominibus fieri solent plus de facultatibus suis sperantes quàm in ijs sit, l. in fraudem qui & à quib. & §. in fraudem instit. quib. ex causis manumit. non licet, æs alienum contrahunt, secus in decoctoribus fide fragis, quos pœnis acerbioribus nouę constitutiones status nostri
20 † in §. Quicunque in titu. de offic. Abbat. & consul. Mercato. insectantur, si illi mercatores fuerint, aut negociatores uel artifices mercatorum fuerint, aut aliquo modo à mercatura dependẽtiam habuerint, affici enim ultimo furcarum supplicio, uel perpetua triremium pœna arbitrio senatus, item & alijs plerisque pœnis usque in finẽ dicti tituli. Quinimò-
21 isti tales † qui dolosè contraxerunt etiam si uellent uti remedio cessionis bonorum, uel dispositione decreti ut non procedatur criminaliter quando res habet originem a contractu ad euitandam pœnam furcarum uel triremium non audirentur, Castr. in l. etiam §. licet, ubi & alij solu. matr. Bartol. & Alex. in l. alia causa, §. eleganter eod. titu. Ruin. consil. 90. sub num. 13. uolum. 1. Dom. Alciat. in ca. cum non ab homine sub num. 78. de iudi. Plot. in l. si quando, sub nume. 179. qui loquitur in terminis dictæ nouæ constitutionis & uult ita debere intelligi quamuis sit strictè interpretanda, ut per Deci. in consil. 669.
22 afficiuntur † & alijs pœnis istiusmodi homines de quibus agit doctè Menoc. noster de arbitra. iudi. libro primo. q. 90. sub numero 13. cum sex sequ. post alios à se ibi cita. ita ut in istis nullo modo accipienda sunt quæ dicunt supra relati de uituperabili cessione bonorum ad quod nec excusionis exceptio nec alia similia admittuntur, ut per docto. in locis iam supra relatis, sed de ijs hactenus ne alienas materias in tam amplissima tractatione perquirere uidear.

Limitatur trigesimo loco & ultimo ista conclu-
23 sio, ut locum non habeat, quando † ageremus de protrahenda constitutione pœnali ad casum à iure præsumptum, uerbi gratia, si lege aliqua induceretur noua pœna contra eum qui instrumentum testamenti falsum confeciſſet, non solum plectendus esset notarius ea constitutione qui re ipsa falsum confeciſſet testamentum, sed & is qui

præsumptione iuris & de iure falsum conscripsisse testamentum censeretur, ut in casu, l. iubemus. C. de testam. de quo per Alex. ibi & per Sicul. in cons. 29. col. 8. libro primo, quibus accedit Deci. in l. si librarius sub nu. 13. de reg. iur. & in casu de quo per Fel. in c. ex literis col. 2. uers. sed, de fid. instru. sub num. 4. quando notarius omisisset solennitatem iuris, quæ interuenire debebat in ipso testamento, & ratio est,

24 † quia præsumptiones iuris dicuntur liquidissimæ probationes, l. si quis locuples in fin. cum glos. de manu. testam. glos. in l. si tutor petitus. C. de pericul. tuto. l licet Imperator, vbi glos. & doctor. de leg. 1. ideo perinde est, ac si uerè crimen istud fuisset com-

25 missum & præsertim † cum sit iuris & de iure, ut scribit Alex. in d. l iubemus sub num. 2. C. de testam. & faciunt quæ tradunt Abb. & Felyn. in cap. quanto de præsumpt. Dom. Alcia. in 2. par. præsumpt. sub numero tertio uers. his sic præmissis, & Moderni Albens. in rub. de uerbo. oblig. sub num. 71. & pariter oportunè deseruiunt quæ prodita sunt à Crauet. in d. section. uideamus, sub num. 43. cum plur. seq. ubi

26 in materia exorbitanti uult † ut statutum de lucro dotis locum habeat non solum in dote uerè data, sed etiam præsumpta ubi hanc opinionem contra Iaf. & Corn. defendit de illisque miratur quòd in re tanti momenti tam leuiter se gesserint, respondetq; illorum argumentis & ad finem numeri 47. attestatur ita se habere communem opinionem, quod facit & Rol. à Vall. de lucr. dot. q. 75. sub num. 20. ubi post illam controuersiam ex professo in utranq; partem disputatam affirmat hanc partem esse uerè communem; & Menoch. noster post rem diligenter in utranque partem controuersatam pleno consilio quinto sub num. 24. sed hanc limitationem om-

27 nino turbare uidetur † quod scribit idem Crauet. loco iam relato sub num. 48. uer. Curtius tamen, ubi ait Curt. senio. in consil. 79. quod est in meo Codice consil. 78. quod incipit Domina Franc. Cune. uoluisse prædictum exemplum statuti de dote lucranda locum non habere, quando statutum esset correctorium iuris communis, ueluti quòd maritus lucretur dotem non obstante, l. hac ædictali. C. de secun. nupt. nam tunc inquit non procederet quod dictum est de dote præsumpta. Ergo idem in pœnali statuto, uel constitutione, arguendo à correctoria materia, ad pœnalem. Sed cum illud consil. Curtij sit suspectum per ea quæ scribit in eadem materia Paris. in consil. 92. libro 3. Curt. iun. in auth. præterea sub num. 14. & seq. C. unde uir. & uxor. Dom. Alciat. in consi. 88. & Menoch. in d. consil. 5. per totum. non erit recedendum ab ista limitatione, quia talis extensio uidetur esse passiua, quæ locum habet in dispositione quacunque ut supra diximus in 28. limit. huius conclusionis, & in 16. materiæ correctoriæ, & plenius supra libro proxi. in peculiari tractatione

28 istius extensiuæ interpretationis, & † ideo non habet res difficultatem, quin in huiusmodi constitutione pœnali sit progrediendum à casu uero ad præsumptum ex rationis identitate, quam considerat Paris. in d consil. 91. sub num. 51. lib. 3. & Meno. d. consil. 5. per totum & ex productione passiua iurium communium ad talem dispositionem tanto magis cum nulla inducatur iurium correctio.

29 Declarandi modo sunt omnes isti casus † in quibus diximus pœnalem constitutionem extendi, quando pœnæ ex iusta & probabili causa sunt inductæ, quòd si pœnæ supra delictum essent, & per terrorem, concussionemque potius, quàm ex ratione indictæ, tunc uerba nullo modo interpretatione aliquanda sunt, sed potius restringenda, ut ait Domi. Alciat. de uerbo. signific. lib. 2. sub num. 82. Gam. in extensio. tracta. sub num. 186. & Crauet. in d. 4. part. sectio. 1. sub num. 157. uersic. memorata conclusio, & supra etiam attigimus, quapropter lex Iulia quæ patri ius occidendi mœchum deprehensum cum fi-

30 lia concedit † in auo, proauo, cæterisque maioribus locum non tenet, l. patri ad leg. Iuliam de adult. oc-

31 cidere † enim aliquem propria auctoritate perquã crudele est, sic & constitutio pro crimine paterno

32 etiam filios pœna afficiens † ad filias non extenditur, l. quisquis, §. ad filias ad leg. Iul. maiesta. quamuis enim in odiosis masculinum concipiat femininum, in pœna tamen tam irrationabili non fit huiusmodi expositio, cum præsertim eadem non militet ratio, mitiore enim inquit tex. in d. §. ad filias, circa ea debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus, qua de re supra latius disseruimus hac eadem in materia, post constitutam conclusionem, uersic. rursus dicunt docto. in secunda intelligentia, quamobrem non est ulterius hic insistendum, sed tantum addenda erit illa ratio, quam considerat Gammar. loco iam relato,

33 sub numero 186. ut scilicet procedat † hæc declaratio ea ratione, quòd ubi pœna non est expressa debet iudex ita se adaptare ad delictum, ut non maiorem pœnam sed æquam infligat, l. hodie, l. respiciendum in princip. de pœn. & propterea si pœna illa sit iniusta atque irrationabilis non erit in consequentiam trahenda, l. quod uerò cum ibi nota. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Extensionem posse fieri in ijs quæ ad correctoria, exorbitantia, & pœnalia non attinent ex identitate rationis:*

2 *In dubio benigniorem intellectum esse eligendum.*

3 *Benignius esse ut de similibus ad similia uel per rationes procedatur.*

4 *Vbi eadem est ratio, ibi & idem ius constituendum esse.*

5 *Si in correctorijs pœnalibus & exorbitantibus admittitur extensio multo magis in materia indifferenti.*

6 *Casus contingens qui possit per legis, statuti uel consuetudinis similitudinem decidi, per quam ueniat decidendus.*

7 *Data in omnibus paritate simili consuetudinis in materia consuetudinaria, statuti in statutaria, & legis in iure scripto utendum esse.*

8 *Alluuionis incrementum spectare fructuario.*

9 *Alluuionis augumentum non cedere uasallo.*

Alluuionis

10 *Alluuionis acceſsionem cedere emphyteutæ.*
11 *Dominus Clarus quid ſentiat in materia acquiſitionis iſtarum alluuionum.*
12 *Monachi non ſuccedunt in feudis.*
13 *Deceptio ultra dimidiam iuſti precij quando contingit ad petitionem uenditoris, uel contractus reſcindi, uel iuſtum precium per emptorem ſuppleri debet.*
14 *Vaſallum Domino teneri ad antidora.*
15 *Exempla proponenda eatenus eſſe quatenus ſufficiat ad propoſitæ materię declarationem.*

Quid ſit reſoluendum ea in materia, in qua neque de correctorijs, neque de exorbitantibus, nec de pœnalibus agatur.

CAP. XXXIII.

EXpoſtulat modo res ut iam tranſeamus ad eam partem quæ complectitur ea quæ neque in correctorijs, neque in exorbitantibus, nec in pœnalibus commodè collocari poſſunt, ſed tertij cuiuſdã generis ſunt, & præter omnes ſupra relatos caſus in non prouiſis de nouo prouidẽt, & hac parte inquit Matheſila. dicto tracta. de extenſio. ſub num. 58. quem ſequitur Ang. in d. §. ius ciuile colum. 12. uerſ. quarto principali caſu ſub nu-
1 mero 23. Dicendum eſt † poſſe fieri extenſionem ex identitate rationis, & progreſſum de ſimilibus ad ſimilia arg. l. non poſſunt de legi. l. à Titio de uer. oblig. & cap. inter cætera de reſcript. Quos modos extenſiuè interpretandi ait prævalere illi modo, qui deduceretur per arg. à contrario ſenſu, quod poſſet colligi ex aliqua lege noua, tametſi enim tres prænarratæ argumentationum formæ, à iure ſunt rece-
2 ptæ atque approbatę, † tamen in dubio eligi debet benignior intellectus, l. benignius de legi. & ca. fin. de tranſactio. Sed benignius & rationabilius eſt di-
3 cere ut procedatur extendendo per rationes † uel de ſimilibus ad ſimilia arg. l. nam ut ait, & l. ideo quia de legi. quàm dicere ut ualeat argum. a contrario ſenſu, quia reſultaret abſonus intellectus arg. l. 2. C. de conditio. inſertis uel quàm è conuerſo aliquid decidere per argumentum a ſenſu contrario, & dicere aliud hic aliud ibi, recipiunt hanc quoq; theoricam Ioan. Imol. in d. l. ſi uero, §. de uiro ſolu. matrimo. ſub num. 32. uerſi. quarto caſu, & Nicol. Euerar. in d. loc. a ratione legis lata ſub num. 76. uerſi. quarto caſu principali per d. l. non poſſunt, & l. iura non in ſingulas de legi. & per tradita in cap. translato de conſtitu. & in cap. 2. de transl. prælato.
4 vbicunque enim eadem eſt ratio † ibi & idem ius eſſe debet, uulg. l. illud ad leg. Aquil. l. fin. C. ad leg. Faleid & l. à Titio de uerb obl. g. cum ſimil. & multo fortius fit extenſio hoc caſu, quando ratio eſt expreſſa in lege, & eſt generalior uel amplior dicto ſuo prout latè ſupra fuit demonſtratum lib. prox. in eâ parte in qua egimus de inſtrumento rationis, uel quando ſumus in aliquo eorum caſuum in quibus ſupra hoc, & præcedente libro diximus, uel in pœnalibus, uel in exorbitantibus uel in correctorijs licitum eſſe progreſſum de caſu ad caſum, & de perſo-
5 na ad perſonam; quia ſi † in illis materijs in quibus regulariter prohibita eſt extenſio admittitur diſpoſitionis productio multò magis admitti debebit hac in materia in qua regulariter eſt permiſſa, arg. l. non debet de reg. iur. & cap. cui quod plus eſt de reg. iur. in 6. cum ſimil. laborque huius negocij potius uerſatur in reſtrictiua interpretatione de qua infra ſuo loco agemus plenè atque exactè per totum librum decimum. Mouent poſtea Io. Imol. & Euerar. iam ſupra relati pro abſolutione huius partis illam quæſt. quam ante illos tractauit atque abſoluit grauiter admodum ac diſertè Io. Andr. in d. cap. ult. de conſuet. col. penult. & final. ſub uerſ. quæ
6 runt legiſtæ. Quid ſi † caſus aliquis decidendus euenerit, qui poſsit per legis & conſuetudinis, uel ſtatuti ſimilitudinem decidi, an debeat in dubio potius ſecundum legem communem quàm ſecundum conſuetudinem uel ſtatutum determinationem accipere, uel e contra. Qua in dubitatione tametſi Docto. multa dixerint, tam in d. l. de quibus de legi. quàm in dicto cap. fin. de conſuetud. ea tamen ſententia frequentius obtinuiſſe uidetur, ut decit Io. Andr. in d. col. pen. Euerar. loc. iam relat. & Rochus Curt. noſter d. cap. fin. ſectio 4. ſub num. 5. car. 50. Iaſ. in d. l. de quibus col. 6. ſub num. 22. uerſi. breuiter con-
7 cludendo teneo † ut data in omnibus paritate in materia conſuetudinaria attendatur ſimile conſuetudinis uel ſtatuti, in materia iuris ſcripti attendatur potius ſimile legis, ita in effectu Bartol. in repet. d. l. de quibus colum. 2. Alberi. col. 4. Angel. col. 6. & in effectu Cy. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Io. Andr. in d. cap. fin. col. penult. Butr. in col. 30. ubi refert tres regulas quas poſuit Guliel. de Cune. in d. l. de quibus, quæ re ipſa tendunt ad eundem finem. ſic poſtea & alij Doctor. paſsim probant in vtroque loco, exemplum poſterioris capitis proponi poteſt,
8 vt per eos hunc in modum, ſcripta eſt lex † ut incrementum alluuionis cedat fructuario, l. item ſi fundi §. huic vicinus tractatus eſt, & ſimile habetur in l. ſi neceſſarias, §. ſi nuda de pignor. actio. Habemus poſtea ius conſuetudinarium feudorum diſponens
9 id quod accreſcit † per alluuionem feudo non accreſcere vaſallo ſecundum diſtinctionem tex. in cap. primo. §. ſi quis de manſo de controuer. inueſtit. ſi occurrat caſus, qui non ſit deciſus, neque per ius ſcriptum, neque per conſuetudinem ueluti quia per alluuionem aliquid accedat rei emphyteuticæ, in qua nihil peculiariter deciſum reperitur quia attinet ad
10 † materiam iuris cripti debebit decidi ſecundum ius ſcriptum, uidelicet ut ad ſimilitudinem fructuarij debeat emphyteuta habere incrementum alluuionis ita uult gloſ. in l. de quibus quam ibi ſequitur Barto. in repet. col. 2. Iaſ. in d. l. de quibus ſub nu. 26. ubi alios citat, Euerar. loco iam relat. paulo ante num. 78. verſ. item cape aliud exemplum quotidianum, ubi dicit communem ita ſe habere ſententiã, in practica ſeruandã eſſe D. Clar. in §. emphyteuſis q. 41. & in §. feudum. q. 88. uerſ. iam quæro ſub nu-

mero 3.non meminit horum locorum, ſed putat tã
11 †in feudo quàm in emphyteuſi incrementum latẽs alluuionis,& annexum rei emphyteuticæ principali quantum ad utile dominium cedere emphyteutæ,ac feudatario,quantum ad directum domino,in ſeparato uerò ac diſtincto incremento,ueluti in inſula quæ in flũmine nata ſit iuxta ripam proprietatis emphyteuticæ aliter conſtituit,iuxta tex.in d.§.ſi quis de manſo, ut ſcilicet in totum acquiratur Domino directo,in quo tamen poſteriore caſu Docto. communiter diſſentiunt, quia uolunt ſemper in totum acquiri emphyteutæ per rationes ab eis conſideratas,& certè ſi D. Clarus uidiſſet memoratas au
12 ctoritates non ita dixiſſet. Exemplum prioris ſic ab eiſdem effingitur. Monachi non ſuccedunt †in feudis cap.qui clericus ſi de feud.fuer.controuerſ.in patrimonialibus autem ſuccedunt, l.Deo nobis.C.de epiſc.& cleri.De canonicis autem regularibus nihil deciſum eſt.Quid ſi eueniat caſus in canonico regulari in cuius perſona tractetur an ualeat ſuccedere, certè ſi erimus in feudalibus obſeruabitur diſpoſitio conſuetudinum feudalium,& non ſuccedet; in patrimonialibus obſeruabitur ius ſcriptum & ſuccedet.Aliud eſt exemplum quod proponitur à præfa-
13 tis Doctor. ſi in uenditione †ſit deceptio ultra dimidiam iuſti precij ad petitionem uenditoris ſic decepti reſcinditur contractus, uel cogitur emptor ſupplere iuſtum precium,uulg. l.2. C.de reſcinden. uendit.& cap.cum dilecti, & cap.cum cauſa de emption.& uenditio.& hoc ius magnam in ſe habet æquitatem,fingamus modo conſuetudinem contra riam diſponere in feudo, quando uaſallus uendit feudũ domino, ut ſcilicet propter deceptionẽ iuxta dimidiã iuſti precij, non fiat reſciſio contractus, uel ſuppletio iuſti precij, hoc etiam habet æquitatem,quia Dominus dedit uaſallo gratioſè feudum, unde uidetur, è contra fieri gratia domino per ua-
14 ſallum propter obligationem naturalem †quia tenebatur ad antidora, l. ſi uerò non remunerandi §. inde Papinianus manda. & l. ſed & ſi lege; §.con uoluit de petitione hæredita. finge rurſus aliquem ocaſſe domum ſuam,& in locatione ultra dimidiam iuſti precij fuiſſe deceptum, quomodo iudicabitur hoc caſu? ſecundum ſimile legis, an uerò conſuetudinis? Et certè ſi locatio de re feudali facta fuerit domino,attendemus ius conſuetudinis; Quod ſi locauerit aliam rem allodialem attendetur ſimile le-
15 gis ſcriptæ.Qui plura exempla malit †adire poterit ſupra relatos Doctores in locis iam citatis unde plenè illi poterit ſatisfieri. Mihi eatenus propoſuiſſe exempla liceat, quatenus ſufficiat pro declaratione eorum, quæ theoricè propoſuimus in hoc capite, arg. l.3.§. uideamus de collatio. bono. & l.1. in princ. de dol. mal. & metus exceptio. cum ſocijs.

Lib. VII. FINIS.

CA-

CAMILLI GALLINII

TICINEN. PATRITII,

AC IVRISCONS.

AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS

ET IN TICINENSI GYMNASIO IN VESPERIS IVRIS CIVILIS ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Octauus,

SVMMARIVM.

1 *EXplicatis partibus interpretationis quæ ad ius commune attinet ad ſtatutorum tranſeundum eſſe interpretationem.*

2 *Statutorum quædam eſſe contra ius commune, quędam ſecundum, & quædam præter ius commune.*

3 *Statuta quę dicantur eſſe ſecundum ius commune.*

4 *Pacta, conuentiones, & ſtipulationes quæ ſunt factæ dubitationis tollendę gratia valere.*

5 *Ea quæ dubitationis tollendæ gratia conduntur non ledere ius commune.*

6 *Vtiliaque eſſe quia nouam agendi ſpeciem inducunt.*

7 *Et quia ſi renunciatum fuerit iuri communi vel iuri ſimpliciter, non intelligitur renunciatum eſſe iuri municipali.*

8 *Iuris communis appellationem uideri uerificari debere in ſtatutis vrbis Metropolitanæ.*

9 *Stante ſtatuto, ut in caſibus non deciſis, recurratur ad ius commune, intelligi debet de ſtatutis vrbis dominantis.*

10 *Statutum quod præualet in loco dicitur eſſe ius commune.*

11 *Conſuetudo in loco dicitur eſſe ius commune.*

12 *Si quis fuerit accuſatus quòd extraxerit frumentum contra formam iuris communis, uerificatur id quoque in ſtatuto.*

13 *Verba illa de iure ſimpliciter prolata de iure communi intelligi.*

14 *Quod ex mente ſtatuentium, & ex communi vſu loquendi videtur confirmari.*

15 *Non diſſentire videtur communis vſus loquendi contrahentium.*

16 *Verba renunciationis ſtrictè accipi debere.*

17 *Renunciatio facta iuri intelligitur de iure communi.*

18 *Quomodo ſint intelligenda ea quibus probatur iuris appellationem in ſtatutario uerificari.*

19 *Statuta contra ius commune eſſe quando dicantur.*

20 *Inferiorem ſuperioris legem tollere non poſſe.*

21 *Epiſcopum cum capitulo non poſſe condere legem contrariam iuri canonico.*

22 *Statutum Ticinenſe in ciuilibus ſub numero 134. Quod inuentarium, & beneficium inuentarij decętero locum non habeant, declaratur.*

23 *Statuta præter ius commune quæ dicantur.*

24 *Statuta omnium ferè ciuitatum & vrbis Ticini eſſe pro maiore parte præter ius commune.*

25 *Præter ius commune dici quod nec priuatiuè, nec poſitiue aliquid commune habet cum iure communi.*

26 *Dictionem præter ſtare excluſiuè iuris communis.*

27 *Poſſe tamen quandoque etiam ſtare incluſiuè.*

28 *Et plerunque dictioni contra comparari.*

29 *In materia tamen ſtatuti præter ius commune intelligi excluſiuè.*

30 *Statutorum quædam eſſe fauorabilia, quædam odioſa.*

31 *Statuta fauorabilia quę dicantur. nu. 32. Exemplis declaratur.*

33 *Statuta odioſa quę ſint.*

34 *Statutum ſi mouetur odio ſexus fœminarum eſſe odioſum*

sum, si fauore masculorum esse fauorabile.

35 *Ex præfatione Statuti colligi fauorem uel odium eiusdem.*

36 *Generaliter legem municipalem continẽtem pœnam esse odiosam.*

37 *Delictum ubi est causa exclusionis alicuius à beneficio est odiosa materia, si prærogatiua materia est fauorabilis.*

38 *Statutum omne quod attinet ad damnum uitandum esse fauorabile.*

39 *Indifferentia statuta quę dicantur.*

40 *Statuta promiscua seu mixta quę sint.*

41 *In interpretatione facienda ad statutum non solum considerari verba sed etiam mentem.*

42 *Causa ratiocinatiua legis uel statuti ut à grecis appellatur.*

43 *Mens statuti quę esse dicatur.*

44 *Lanfranci Oriani assertio declaratur.*

45 *Mentem statuti ac rationem differre in specta strictiore significatione, secus secundum latiorem.*

De extensiua statutorum interpretatione; & quòd statutorum quædam sunt secundum ius commune; quædam contra ius; & quædam præter ius, item quædam fauorabilia, quædam odiosa, quædam indifferentia, non solum in statutis interpretandis considerari verba, sed etiam rationem & mentem.

CAP. PRIMVM.

1 PRogrediendo ulterius † in absoluendis partibus illius diuisionis, quam ultimò loco proposuimus supra libro sexto in materia extensiuæ interpretationis posteaquam iam satis copiosè explicauimus ea capita quæ ad ius commune attinent, tam in correctorijs & exorbitantibus, quàm in penalibus. Octauus nunc nobis exoritur articulus in quo de extensiua statutorum interpretatione est agendum, propterea ut faciliorem habeamus istius tractationis intellectum, præmitto in primis statutorum quædam esse †secundũ
2 ius commune; quædam contra ius commune; & quædam præter ius commune. Statuta secundum
3 ius commune esse dicuntur quando continent † illud idem quod ius commune disponit, quæ tamen ualent secundum Bart. in l. 1. in princ. ad leg. Falci. sicuti usu euenire uidemus in conuentionibus, pa-
4 ctis & stipulationibus, quæ † ualent cum sint factæ dubitationis tollendæ gratia, l. qui mutuam in principio. mand. nec possunt dici superflua esse
5 l. 2. C. de veter. iur. enucl. nec lædere † dicuntur ius commune, l. quæ dubitationis de reg. iur. sunt-
6 que insuper utilia secundum Barto. quia nouam agendi † speciem inducunt: nam edito statuto conformi iuris communis dispositioni, in posterum data esse facultas agendi condictione ex lege intelligitur. Ad dit Lanfranc. Oria. de interpret. statu. sub num. 2. in
7 princip. fore † quoque utilia illa ratione, quia si renunciatum fuerit iuri communi, uel iuri simpliciter, intelligitur renũciatum iuri communi tantum, non etiam municipali. ut scribit Bald. in l. 2. §. & si post tres si quis cautio. & sic poterit uti statuto. Sed quantum ad hoc ultimum res non caret suspitione,
8 tum quia ius † commune uidetur verificari debere uel in statutis urbis Metropolitanæ ipsius prouinciæ, §. ult. instit. de satisd. & consuluit Roma. in consilio 218. præsens casus, ubi pluribus mediis concludit, uerba illa ius commune, intelligi debere de statutis Florentiæ, & circa finem dicti consilij, stante
9 statuto † quo disponatur, ut in casibus non decisis recurratur ad ius commune, debere intelligi ius commune de iure ciuitatis superioris, quia illud dicitur ius commune in tali subiecto. Tum etiam quia sta-
10 tutum † quod prævalet in loco dicitur esse ius commune, secundum Abba. in rubri. de consuetu. prout pariter consuetudo in loco dicitur esse ius commu-
11 ne, † ut dicit Bal. in tit. de pac. Constan. colum. 7. in uer. ius Romanorum, uer. porrò etiam, & idem Bal. in l. constitutionis in fin. C. de bon. quæ lib. Abb. in rubr. de consue. in cap. 1. ut lit. pend. Iaſ. in l. omnes populi colum. 1. de iust. & iur. & ideo si quis accusa-
12 tur, † quòd extraxerit frumentum *contra formam* iuris communis, hoc etiam uerificatur *in statuto*. sed defendendo Bald. in d. l. & si post tres dicendum
13 est, uerba illa de iure † simpliciter, uel de iure communi debere intelligi de iure communi Romanorum, ut est tex. in §. sed quoties instit. de iure nat. gen. & ciuil. ubi iuris appellatione intelligitur per excellentiam de iure communi Romanorum; facit insuper quia ex mente stetuentium, & ex communi usu
14 loquendi non uidetur posse † illa interpretatio adaptari, ut ius commune uerificetur in iure statutario; ut latè consuluit Soci. in consil. 271. in præsentia, lib. 2. Deci. in consil. 685. sub num. 4. 5. & seq. & in cap. licet causam, de probatio. col. 4. per totum
15 sub num. 4 sic etiam † ex communi usu loquendi cõtrahentium non uidetur posse intelligi de iure statutario, argumento a statutis ad contractus. l. fin. in
16 fin C. de fideiuss. Accedit quòd uerba † renunciationis debent strictè accipi, l. qui cum tutoribus ad fin. de transl. mater decedens. C. de inoff. testam. Doct. omnes in l. qui Romæ, §. duo fratres de uerbo. oblig. Deci. in consil. 379. columna secunda, sub num. tertio, ubi citat Cardinal. in consilio 120. Ergo talis
17 renunciatio facta † iuri, intelligitur facta iuri communi non etiam statutario, quod quantum ad actionem, & alia de quibus supra censentur esse quid diuersum a remedio iuris communis.
18 Quæ autem in contrarium adducuntur † secundum Decium in dicto consilio 685. & in d. cap. licet causam colum. quarta uers. sed tamen prædictis, locum habent quando essemus in casu in quo uerba

accepta

accepta secundum propriam significationem nihil operaretur, verbi gratia, quia ius commune in aliquo non suffragaretur renuntianti, sed à statuto noua fuisset introducta dispositio, secus est in casu nostro in quo iste intellectus non potest applicari, cum statutum decidat idem quod ius commune.

19 Statuta uerò contra ius † commune sunt quando per ea disponitur aliquid, cuius contrarium disponitur per ius commune, & istiusmodi statuta ualent, quoniam imperator dedit potestatem omnib. populis condendi sibi statuta opportuna, nulla habita ratione an contra ius communae, uel aliter id faciant l. omnes populi de iust. & iur. §. ius autem uersicu. omnes populi instit. de iur. nat. gent. & ciuil. unde si imperator non dedisset hanc facultatem, sta-

20 tutum contra ius commune non ualeret. quia † inferior non potest tollere legem superioris. capit. in notuit de electio. cum ibi notat. capitulo inferior 25. distinct. & facit argum. text. in l. ille à quo §. tempestiuum ad Trebellia. & in l. nam magistratus de

21 recep. arbitr. Hinc uidemus † Episcopum cum capitulo non posse condere constitutionem contrariam iuri canonico, secundum Ang. in quæstione sua incipien. Astensis miles, quia non habet talem potestatem Episcopus a summo Pontifice, prout scribit etiam Lanfranc. loco supra cita. sub num 3. & possunt istiusmodi generis exempla proponi in

22 statutis nostris Ticinensibus † in ciuilibus sub numero 134. Quòd inuentarium & beneficium inuentarij decœtero locum non habeant. per quod sublatum est remedium l. fin. C. de iur. delib. Item sub numero 102. de uenditione non reuocanda ubi tollitur remedium l. secundæ, C. de rescind. uendit. ubi succurritur ei, qui læsus fuerit ultra dimidiam iusti pretij, Item sub num. 24. Quòd sacramentum nõ deferatur mino. 18. annis ubi tollitur remedium authen. sacramenta puberum C. si aduers. uendit possent & alia exempla inde colligi, sed hæc pro decla-

23 ratione sufficiant † Statuta uerò præter † ius commune sunt, quæ nec secundum ius commune, nec contra ius cõmune sunt, qualia fere sunt pro maio-

24 re parte statuta omnium ciuitatum † & in urbe Ticini omnia ferè illa, quæ sunt de regimine potestatis & maior ferè pars statutorum criminalium, & bona pars statutorum ciuilium, quinimò maxima, prout quisque per se & ea & aliarum ciuitatum statuta percurrendò poterit facilè exempla recensere.

25 Et dicuntur præter ius cõe, † quia nec positiuè nec priuatiuè cum iure cõi aliqd cõmune habent, illa

26 enim dictio præter † stat exclusiuè ipsius iuris communis l. Titiæ testamento de leg. primo, & de us. & habita. l. plenum §. præter l. prima, in fin. & ibi glos. de pignor. actio. l. sed hæc. §. preter, & l. Pomponius §. sed & is, de procur. cum simil. & quamuis hæc di-

27 ctio etiam quandoque possit stare inclusiuè † ut per Barto. in l. Seio §. uxori de annu. leg. in l. actione, C. de transl. in l. fundo de annu. legat. & in l. si eum §. qui iniuriarum si quis cautio. & plenius per Alber. in eius libro de uerb. signif. in uersi. præter,

28 & quandoque dictioni † contra comparatur, ut in cap. pastoralis de fid. instrum. & in l. omnibus C. ad leg. iul. de ui public.

Nihilominus in tertio hoc partitionis capite in

29 quo loquimur de statutis † præter ius commune, stat exclusiuè iuris communis, prout eo iure nihil decisum neque tractatum fuit de principali illa dispositione de qua cauetur per statutum.

30 Secundo loco præmittendum est, † quòd statutorum, quædam sunt fauorabilia, quædam odiosa, & quædam indifferentia: statuta fauo-

31 rabilia sunt in quibus † personæ, uel rei fauor principaliter habitus fuit in intentione l. qui exceptionem de cond. indebit. capitulo secundo, post princip. ibi cum non sit dicendum, de decim. in sexto, Bar. in l. sed in hac §. fin. de in ius uocand. Bald. in l illud columna secunda, C. de sacro. eccles. & in l. fin. C. de interd. mat. Brun. in stat. fœmi. exclus. art. quarto columna penultim. sub nume. 7. uerbi gra-

32 tia si statuto † cautum sit, ut si quis cæperit Bannitum lucretur mille. Qui primus hostilis Castri ex pugnandi mœnia conscenderit, uel hostilis exercitus uexillum primus inuaserit, abripueritque, tale præmium consequatur, cum cæteris id genus.

33 Odiosa uerò statuta † sunt in quibus principalis intentio statuentium fuit in odium certarum personarum, uel certi generis hominum aliquid constituere, ut tradunt memorati Patres in locis supra citat. ueluti cum certum personarum genus ueluti fœminas generaliter earum odio ac simpliciter ab hæreditate agnatorum excludit. ut per Brun. loco supra cita. col. fi. uersiculo & ex hoc apparet, & fuit doctrina Bal. in l. cunctos populos in 12. colum. C. de summa trinita. & fid. catholi. ubi ait, quòd si mo-

34 uetur odio sexus † statutum, uel odio fœminarum dicitur odiosum, sed si fauore masculorum mouetur est fauorabile, & ibi declarat quando censeatur habita ratio odij, & quando fauoris, & in l. in testa-

to de legitim. tuto. ubi inquit ex præfatione statuti

35 colligi an sit fauorabile uel odiosum † & dicit se consuluisse, quòd si ratio propter quam mouentur statuentes sit fauor est fauorabile. Generaliter autem ubi municipalis constitutio continet pœnam

36 † dicitur esse odiosum, text. est in §. quia uerò leonis in auth. de non alien. reb. eccles. fast. ubi ita notat Iacobus de belui. Bald. in l. fin. C. de in ius uocan. & in l illud C. de sacr. eccl. & ideo inquit Baldus in l. 1. C. de secund. nupt. Quòd si causa exclusionis aliqu-

37 ius a beneficio † est delictum, dicitur esse odiosum, si prærogatiua est fauorabile, idem Bald. in d. l. qui exceptionem de cond. indeb. dicit omne statutum

38 quod pertinet ad damnum, uitandum † dicitur fauorabile, & omne statutum quod tendit ad lucrũ cum iactura alterius dicitur odiosum, ut ibi latè per eum, & ponit etiam Pet. Anchar. in d. cap. canonum statuta de constitutio. quæstio. 14. & Io. Bap. Sanctoseuer. in dicta l. omnes populi sub nu. 253.

39 Indifferentia autem statuta † & in quibus non magis certarum personarum habita sit ratio quàm aliarum, iuxta ea quæ plenius declarabimus, in l. j. de uerbo signi. in resolutione illius articuli, quando masculinum concipiat fœmininum. Sunt &

40 quædam statuta † promiscua & mixta, in quibus

&

& fauoris & odij habita fuit ratio, qualia sunt ea de quibus loquitur gloss. in l. sed si hac §. fin. de in ius uocan. & in l. uenia C. eo. tit. in l. maximum uitium C. de lib. præter. & in l. tertia, §. minorem de mino. & plenius per Baldum. & Alberic. in l. fin. C. inter. dict. matrimo.

41. Tertio loco præmittendum est † in interpretatione facienda ad statuta, non solum considerari uerba sed etiam rationem & mentem ipsius statuti, verba, enim sunt, quæ legi possunt l. prima §. primo, de ijs quæ in testamen. delent. Ratio quæ colligitur ex tenore ac forma uerborum contextuque ipso eiusdē statuti, & propterea Græci λογικὴν αἰτίαν
42 appellare † consueuerunt, idest causam Ratiocinatiuam, ut scripsit Andr. Tiraquel. in capitulo cum cessante de appell. limita. prima, in princip. quasi ex ratiocinatione ipsa, sermonisque contextu collige
43 retur. Mens autem statuti sit † ratio ipsa, quæ tacitè colligitur citra ratiocinationem ipsius legis, uel quia unica tantum assignari possit, uel quia aliunde excipiatur ex præsumptione iuris & de iu-
44 re, ita intelligendus † est Lanfranc. de oria. loco supra cita. sub numero quinto, dum dicit mentem lēgis colligi tacitè atq; extrinsecè, sed hæc accipiēda sunt quando ad strictiorem significationem ha-
45 rum uocum respicimus † secus si latiorem intueamur. quia mens legis & ratio legis unum & idem sunt, Baldus in l. non dubium, C. de legi. cum ratio legis dicatur anima legis, Baldus, in l. si quis seruo, C. de furt. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Articulum, an statuta recipiant interpretationem, esse ualde difficilis ac periculosæ resolutionis.*
2 *Et quia ratione.*
3 *Statutum in uno casu expressum, ad alios trahi.*
4 *Quod de feriis Apostolorum dicitur trahi ad Beatissimam Virginem Mariam, & quod de datore scribitur ad acceptatorem trahi. num. 3.*
5 *Et quod de uiro cauetur ad socerum deducitur.*
6 *Lex loquens de legitima filij, perducitur ad legitimam parentum.*
7 *Lex in singulari numero prolata. ad pluralem trahitur.*
8 *Lex uerba faciens de uicario Episcopi, locum habet in uicario capituli.*
9 *Lex interpretans trahitur ad casum in quo non loquitur sed lex interpretata.*
10 *Transmissio quæ in descendentes fit ex l. prima, C. de ijs qui ante apert. tab. protrahitur etiam ad ascendentes.*
11 *Iuris constitutio permittens alienare ecclesiæ res in redemptionem captiuorum, locum habet etiam in alienatione facta ob alimenta.*
12 *Dicta in milite armato, locum habere in milite cœlestis militiæ.*
13 *Lex loquens taxatiuè in certo capite, extenditur etiam ad aliud.*
14 *Statutum ad alium casum extendi ob identitatem rationis.*
15 *In materia strictè interpretanda fieri extensionem de stricta significatione ad latam.*
16 *Lex prohibens filium tutoris contrahere nuptias cum pupilla, locum habet etiam in extraneo hærede tutoris.*
17 *Ea quæ sunt stricti iuris recipere interpretationem.*
18 *Ea quæ sunt contra ius etiam extendi.*
19 *Statuta esse ius ciuile, & in ijs procedi de similibus ad similia.*
20 *Stipulationem etiam extendi.*
21 *Ad ea quæ non sunt expressa in statuto non esse extensionem faciendam.*
22 *Lex secunda, C de patr. qui fil. distrax. non producitur ad alium casum.*
23 *Etiam ex maioritate rationis in strictè interpretandis non dari extensionem.*
24 *Statuta contra ius commune ex maioritate rationis non extendi.*
25 *Lex prohibens matrimonium inter pupillam & filium tutoris ad curatorem non extendi.*
26 *Lex permittens patri occidere adulterum cum filia deprehensum, ad auum non extendi.*
27 *Statuta stricti esse iuris.*
28 *Statutum corrigens ius commune in casu expresso, ad non expressum non trahi.*
29 *Nec ex identitate nec ex maioritate rationis.*
30 *Correctum quod non est antiquarum legum dispositioni relictum censetur.*
31 *Ob iurium glossarumque contrarietates, Doctores appellasse materiam interpretationis extensiua statutorum difficillimam, ac periculosissimam.*
32 *Indignum esse Doctore alicuius nominis, dicere, quòd in interpretatione extensiua statuti non possit dari certa doctrina.*
33 *Aliorum sententias in re ardua prius proponendas esse, deinde propriam depromendam esse sententiam.*

Vtrum statuta recipiant interpretationem extensiuam.

CAP. II.

1 

Isce hunc in modum præmissis quæro utrum statuta recipiant interpretationem extensiuam? Qua in quæstione dico propositi articuli esse ualde † difficilem ac periculosam resolutionem, tum propter iurium acrationum contrarietatem primo obtutu se se offerentem, tum propter glossarum ac Doctorum uarietatem, ut infra recensebimus, tùm etiam, quia ut inquit Lanfranc. de oria. de interpretatio. statu. in 4. par. princ sub nu. 32. non uidentur ita sibi ipsis Doctor. satisfeciisse in ista materia ut aliquis uideatur eam plenè atque perfectè attigisse. Quinimmo dicit Io. Bapti. Caccialup. in d. l. omnes populi sub numero

mero 253. uersi. istis præmisis, periculosissimum
2 † esse aliquid in hac materia firmare, cum audiuerit
a doctissimis uiris non esse minus tutum adhærere
decisionibus quæ reperirentur in individuo, quàm
regulis propter ipsarum uarietatem. Quòd enim
3 † statutum in uno casu expressum trahatur ad alte
rum, probat gloss. in l. omnes in uersiculo Apostolicæ C. de fer. ubi quod ibi dicitur de Apostolis trahitur ad Beatissimam Virginem Mariam, idem uoluit glo. in clement. prima, de re. permuta. quam ibi probat Card. in. & gl. in auth. ut ij qui obliga. in uer. curatorem glo. in l. prima, de calun. ubi extendit
4 text. loquentem † in datore ad acceptorem, glos. in §. primo, in authen. de trien. & semiss. in uersiculo scilicet gloss. in l. quod uerò de legi. gloss. in l. si constante in princ. sol. matr. ubi extendit dispositionem
5 loquentem de uiro † ad socerum, glo. in cap. non debet de consang. & affinit. glo. & doctor. in auth. nouissima, C. de inoffi. testam. ubi lex loquens de legi
6 tima filiorum † extenditur ad legitima parentum glos. in capitulo si postquam in uer. promissione de elect. & elect. potest. in 6. gloss. in clem. fin. de ætat. & qualit. in uersiculo admitti, glos. in capitulo ordinarij, de offic. ordina. lib. 6. in uer. animarum cura, gloss. in clemen. generalem de electio. glo. in capit. 1. de post prælat gloss. in cap. quam sit, & in c. sciant de electio. in sexto, gloss. in l. j. §. dolum de do. ubi
7 † lex loquens in uno numero puta singulari extenditur ad pluralem & è contra, gloss. in clemen. si principalis in uersicu. ad principalis de rescrip. ubi
8 lex loquens de vicario † Episcopi habet locum in vicario capituli glo. in cap. sciant cuncti de electio. libro sexto, gloss. & doctor. in §. primo, in auth. de fil. ant. dot. instrum. nat. ubi lex interpretaus † trahitur ad alium casum in quo ipsa non loquitur, sed lex tã tum interpretata glo. in l. unica, C. de ijs qui ante apert. tab. quæ uult transmissionem quæ fit in de-
10 scendentes trahi † quoque ad ascendentes. gloss. in l quæ propter necessitatem de reg. iur. ubi lex eccle
11 siæ res permittens alienare † in redemptionem captiuorum secundum illum extenditur etiam ad alie nationem factam ob alimenta, gloss. & Doctor. in auth. præterea, C. unde uir. & vxor. gloss. in l. prima C. de iur. & fact. ignor. glos. in l. miles de re iudi. ubi
12 dicta in milite armatæ † militiæ locum habent in milite cœlestis militiæ. glos. in l. ob æs C. de præd. mino. glo. in l. si mora in uer. culpa solut. matr. ubi lex loquens per dictionem taxatiuam in certo casu
13 † extenditur ad alium glos. in l. illud. C. de sacr. eccles. gloss. in l. 3. § contrarium in uer. liberationem de contra. iudic. glo. & doctor in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. uendit. Paul. de Leaz. in clemen. prima, de electio. Ioan. Andre. in cap. dispendia in uer. quoties de rescript. lib 6. Bar. in authen. quas actiones, C. de sacr. eccles. qui dicit statutum
14 † extendi ad alium casum propter identitatem rationis, ubi ratio est scripta in statuto, quia ubi eadem est ratio, non dicitur extensio fieri secundum eum, & sæpius supra dictum fuit, & faciunt tradita per doctor. in l. si quis seruo persuaserit, C. de furt. & in l. secunda, C. de indict. uidui. toll. pro quâ opinio ne facit text. in cap. translato cum ibi notat. à Doctor. de constitut. l. filium habeo cum ibi nota. ad senat. macedo. & in l. si filius, C. eod. tit. ubi in mate
15 ria stricte † interpretanda sit extensio de stricta significatione ad latam, quibus accedit optimus tex. in l. secunda, C. per quas person. nob. acquir. in l. senatus in l. libertum §. senatusconsulti de ritu nupt.
16 ubi lex prohibens † filium tutoris contrahere cum pupilla ipsius tutoris, extenditur ad hæredem extraneum eiusdem tutoris. Rursus uidetur de hac sententia casus secundum Signo. de homo. in dicta l. cæsar sub num. 26. de public. & uectig. in l ut gradatim de muner. & honor & in l. 2. C. de noxali. in dicta l. Cæsar in cap. cum dilectus de consuet. cum ubique notat. in l. in lege censoria de uerbo. signific. item
17 probatur ex eo quòd ea † quæ sunt stricti iuris recipiunt interpretationem, l. si stipulatus de uerbo. oblig. & l. semper de reg. iur. Et rursus ex eo quia etiã
18 ea quæ sunt contra ius † extenduntur, d. l. quæ propter necessitatem de reg. iur. l ciuitas cum ibi nota. si cert. pet. l. 1. C. de interdict. Addit Bar. quia statuta sunt ius ciuile, ergo qua ratione de similibus
19 † ad similia procederetur in iure ciuili. l. non possunt ff. de legi. sic procedetur quoque in statuto, gloss. quæ loquitur de consuetudine in dicta l. non possunt, & est casus in dicta l. de quibus in prin. &
20 l. j. C. quæ sit long. consue. facit rursus † quia stipulatio quæ strictissimè est interpretanda l. quicquid astringendę, de uer. obligat. ultra in ea expressa extẽditur, l. si ita stipulatus fuero per te non fieri eodem titulo.

21 Pro contraria uerò sententia † ut non debeat fieri extensio ad ea quæ non sunt expressa in statuto imprimis stat gloss. in capitulo primo, de tempor. ordinan. quam ibi sequitur Archidiaco. glo. in cap. quæ a iure communi de reg. iur. lib. 6. gloss. in cap. j. ne cleri. uel mona. in uer. declarauimus lib. 6. glo. in
22 l. 2. C. de patri. qui filios distraxer. ubi lex † quæ patri permisit filium uendere ex fimis necessitate nõ producitur ad alium casum etiam eandem rationẽ
23 habentem, glo. in auth. quas actiones, quæ † non uult fieri extẽsionem etiam ex maioritate rationis, hanc partem probauit quoque Io. Andr. in regul. odia, & in reg. ignorantia de reg. iur. lib. 6. Archidia. in dicto capit. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Cyn. in l. quicunque, C. de ser. fugiti. Iacob. de Aren. in l. si quis in tantam. C. unde ui Bald. in d. auth. quas actiones
24 qui dicit quod quando † statutum est contra ius commune non potest extendi etiam propter maioritatem rationis, si ratio non sit expressa in ipso statuto, secus si expressa sit, cum simili. adduc. per Lanfranc. de oria. loco supra cita. sub num. 33. & 34. probatur autem hæc pars per tex. in l. j. de legiti. tuto.
25 in l. fin. C. de interd. matri. ubi lex prohibens † matrimonium inter pupillam & filium tutoris, non extenditur ad curatorem etiamsi per omnia sit eadẽ ratio. Item per text. in l. patri de adulter. ubi lex
26 † permittit patri occidere adulterum repertum cũ filia, sed tamen non extenditur ad auum quamuis sit eadem ratio. Ad idem uidetur esse l. lege §. hoc
27 capite de rit. nupt. Rursus facit, quia † statuta sunt

stricti

ſtricti iuris l.conſtitutionibus ad municipa.& de in col.in ijs autem quæ ſunt ſtricti iuris caſus omiſſus habetur pro omiſſo dicta l. quicquid aſtringendæ de uerb. oblig. cenſeturque relictus eſſe diſpoſitioni iuris communis,l.ſi cum dotem in princ. ſolut.matr. l.commodiſsimè de lib.& poſthum.In
28 ſuper quia ſequeretnr † ut ſi ſtatutum corrigeret ius commune in caſu expreſſo, etiam in caſu non expreſſo poſſet extendendo fieri correctio. iuxta l.nõ eſt nouum de legi.& l.conſuetudinis C.quæ ſit lon-
29 conſuet.& tamen clarum eſt † nec ex identitate,nec ex maioritate rationis,poſſe correctionem ultra caſum expreſſum induci. glo. & doct.in d.auth. quas actiones,C.de ſacr.eccleſ.quicquid enim ſpecialiter
30 correctum non eſt † antiquarum legum diſpoſitioni ac deciſioni relictum eſſe cenſetur,l.præcipimus C.de appel.l.ult.C.de ædiſi priuat.l.ſancimus C.de teſtam.cum ſimil.

Quamobrem propter hactenus deducta,& ſimi
31 lia factum † eſt, ut Doctor. noſtri periculoſiſſimam ac difficillimam compellantes ipſius propoſitæ quæſtionis materiam, alias atque alias tradiderint in reſoluenda huiuſcemodi difficultate theoricas,ut infra patebit ex earum recenſitione ita ut Angel.dixerit in d.§.ius ciuile ſub num.23.ad finem nõ poſſe in hoc negocio dari certam doctrinam , niſi
32 quòd prout reperitur deciſum † ita debet ſtari,quę tamen aſſertio, ut indigna eſt tantæ æruditionis uiro,ſic nullo modo recipienda eſt.Videamus,igitur
33 primum,quid in hac re ſentiant cœteri,deinde † omnibus in medium prolatis dicemus quid noſtra ferat ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Statuta actiuam, paſſiuamque recipere interpretationem,quomodo dicatur .*
2 *Statuta ad omnes illos caſus extendi ſine quibus non poſſet ſtatutum effectum habere.*
3 *Extenſionem in ſtatutis fieri ad caſus in quibus eadem militat ratio .*
4 *Niſi ſint deciſi per ius commune.*
5 *Paſſiuam extenſionem ſemper in ſtatutis fieri .*
6 *Statuto confirmante teſtamentum aliquod inualidum, omnes leges de falcidia & ſenatuſconſulto Trebelliano loquentes,ad illud trahuntur.*
7 *Extenſio in ſtatutis ubi fit uirtute legis extendentis , ſemper admittitur .*
8 *Et ubi Caſus eſt talis ut ſine illo non poſſit diſpoſitio ui res habere.*
9 *Extenſionem in ſtatutis non admitti ad caſus ſimiles , quando lex repetitur in caſu extendendo contraria .*
10 *Secus ubi nihil diſponat.*
11 *Duplicem eſſe interpretationem,legis ſcilicet, uel hominis.*
12 *Statuto ubi cauetur ut procedatur de ſimilibus ad ſimilia non fit extenſio .*
13 *Statutum in dubio ſemper extendi ubi naturalis ratio uel æquitas ſuadet .*
14 *Omne ius quod alterum trahit ad ſe , dicitur recipere interpretationem paſſiuam ſi ab eo informetur.*
15 *Paſſiuam interpretationem eſſe ſuſcipere , actiuam influere.*
16 *Ius commune non influere ſtatuto , ſed rei ſtatutæ.*
17 *Communis uſus loquendi ac intelligendi dicitur eſſe prius ideſt uſus propria paſſio.*
18 *Statutum debere interpretari ſecundum ius commune.*
19 *Statuti mens quando eſt certa ſemper debet ſeruari præciſe .*
20 *Statuti mens ubi eſt ambigua ſemper recurritur ad grana ſalis, ideſt ad ius commune, ne marceſcat.*
21 *Statutum quod qui occiderit occidatur , intelligitur ſi dolo id factum ſit,non etiam ſi caſu fortuito.*
22 *Intellectum prauum non recipi in ſtatutis.*
23 *Beneficia legum capacibus ſcripta ſunt, non etiam odioſis.*
24 *Statutum continens ius ſingulare non extenditur .*
25 *Statuto ſi caueatur,ut procedatur de ſimilibus ad ſimilia,non intelliguntur ſtatuta eſſe ſtricti iuris .*

Bartolus & Baldus quid ſentiant in hac difficultate.

CAP. III.



1 BArto.in l.omnes populi de iuſti. & iur. poſtquam promouit ſub nu.60.in utranque partem difficultates, reſoluit negocium hunc in modum. Aut quæris, † an ſtatuta recipiant interpretionẽ extenſiuã actiuè, hoc eſt utrũ extendantur ad caſus in ſtatuto non cõprehenſos,an paſſiuè,i.utrũ leges ſe extẽdãt ad ſtatuta.Pri-
2 mo † caſu aut quæris de caſibus ſine quib.diſpoſita per ſtatutum non poſſunt commode ſortiri effectũ & ad illos extẽditur ſtatutum,l.ſi ita ſtipulatus fuero per te de uerb.obligat. & l.non diſtinguemus §. de officio de recept.arbitr. l.ſecunda,de iuriſd.omni.iudic.l.ad legatum l.ad rem mobilem de procu.
3 Aut quæritur de alijs caſibus † in quib. eadem eſt ratio & tunc aut caſus ille per ius commune non ſunt deciſi,& ad illos extenditur,l.de quibus in prin. de legi.& C.quæ ſit longa conſue.l prima,ita debet in-
4 telligi glo.in l.non poſſunt de legi.Aut ſunt † deciſi per ius commune , & tunc ad illos ſtatutum non extenditur , ſed iuris communis deciſioni relinquuntur ita loquuntur , omnia iura per quæ allegatur noſtrum non eſſe extendere legem, ut l.ſi uerò §.de uiro ſolut.mat.l.quod uerò de legi.& l.in his eod.titu.l.quod conſtitutum de milit.teſtam.l. conſtitutionibus ad municipal.& de incol.

Secundo uerò caſu quando quæritur an paſſiuè
5 poſſit fieri extenſio, † tunc concludit omnino faciendam eſſe, Exemplum per ſtatutum alicuius ciuitatis eſt inductum aliquod munus perſonale,ceteris eundis loquuntur ad illud extenduntur, l. prima, §.pri-

§.primo,de muner.& hono. Rursus statutum cõfir
mat aliquod testamentum, quod de iure commu-
6 ni non ualet,† certe lex falcidia, senatusconsul. Tre-
bellianum & aliæ leges testamentariæ se extendent
ad hoc testamentum,l.prima.§.lex falcidia infra ad
leg. faci.& hoc modo potest intelligi quod dicitur
leges priores declarari seu determinari per poste-
res,l.non est nouum de legib.Bar.in l non dubium
C.de legi.sub num.octauo,videtur aliter conclude
7 re,dum inquit, † aut uis extendere uigore alterius
legis extendentis & hoc potest fieri sine dubio, ita
loquitur gloss.in d.l.non dubium. Aut uis extende
8 re a te ipso, & tunc aut ad casum talem † sine quo
id quod dispositum est per legem effectum ha bere
non posset,& tunc licet extendere,l.si ita stipulatus
fuero per te de uerb.oblig. & de iurisdict.omni.iu-
9 dic.l.qui iurisdictioni, aut ad alium casum † simi-
lem,& tunc,aut in illo casu reperitur legis dispositio
contraria,& non licet extendere, iuxta nota.in
auth.quas actiones, C. de sacr.eccles. & in l.si uero
§.de uiro solut.matr. & in l. quod constitutum de
m lit.testam. Si verò non reperitur per legem dis-
positum contrarium. tunc licet extendere ad simi-
10 lia † l.non possunt de legi. idque procedere in sta-
tutis, & consuetudine iuxta l.de quibus in princip.
de legi.Bald.autem in d.l.omnes populi sub nume
ro 21.uersic.modo quæro, uidetur aliter resolue-
re hanc cõtrouersiam,nec prorsus senatire cum Bar.
cuius sententiæ uidetur accedere Angel. in §.ius ci
uile sub num.23.de iust. & iur. dum inquit & si di-
catur statuta non recipiunt interpretationem extẽ-
11 siuam,respondet duplex est interpretatio † scilicet
legis,& ista est probabilis & necessaria, & ideo ad-
mittitur.Quædam est interpretatio hominis,& tũc
aut certum est, quod procedit ex mente legis lato-
12 ris, ut quia statuto cauetur † quod procedatur de
similibus ad similia & tunc proceditur, instit.de le-
git.patro. tutel. Aut certum est non esse ex mente
legislatoris,& tunc procedit l.si uerò §. de uiro sol.
matr.Aut est dubium,& tunc si est eadem natura-
13 lis ratio,†& æquitas,extenditur,aliàs non per l.ult.
C.de indict.uidu.tollend. & per nota. in l.si quis ser
uo,C.de fur.& paulo post ait,item nota.quòd istud
14 ius † quod aliud trahit ad se,dicitur recipere inter-
pretationem passiuam,si ab eo in formatur, sed si
ab illo non iuformatur,dicitur int erpretatio actiua
15 passiua † interpretatio est suscip ere, actiua uerò
est influere alteri,unde quæro an ius cõe interpre-
tetur statuta, dicit Bart.statuta recipere a iure com
munem interpretationem passiuam,l.prima,§.lex
16 falcidia ad leg.facidi. Sed tu dic, † quòd ius com-
mune non influit huic statuto sed rei statutæ,statũ-
tum enim ipsum non recipit formam in se a iure cõ
muni,sed dispositum a statuto bene trahitur ad ius
commune,& hæc non est interpretatio effectiua ex
proprio intellectu uocabuli,nam istud uocabulum
testamentum, in quo posuit exemplum. Barto. sic
supponit, est ergo proprius sensus; dicitur enim
proprius sensus,i.suus,non contra regulam non ab
horrens a definitione, uel descriptione,quæ intelli
gentiam subiecti claudit.Sed & communis usus lo-
17 quendi,atque intelligendi,† dicitur proprius usus.
ideſt ipsius uocabuli propria passio l.librorum, §.
quod tamen cassius de legat.3.l.Labeo de supell.le.
ergo non est dubium, quod ius commune recipit
interpretationem passiuam a statuto, & consuetu-
dine posteriori. Sed anlè contra statutum recipiat
interpretationem sibi largiendam a iure commu-
ni, & uidetur recipere,cum uulgo dicatur, statutũ
18 debere interpretari † secundum ius commune,ca-
pit.cum dilectus de consuet.l.ult.§. in computatio-
ne de iur.delib.& contrarium uidetur facere quod
seperatorum separata debet esse ratio iur. uulgar.
unde cum statutum sit quid separatum a iure com
muni non uidetur ut ab uno ad alterum possit in-
19 ferri. Solutio inquit Bald.est,quod aut † certissima
est mens statuti,& qualitas eius mentis,& tunc pre-
cise debet stari ipsi statuto,aut certa non est quali
tas mentis eius dicti statuti, & tunc recurritur ad
20 granum salis † ideſt ad ius commune ne marcescat,
verbi gratia dicit statutum,si quis occiderit occida
21 tur, intelligitur si dolo, non si casu fortuito, † l.be
nignius & l.in ambigua de leg.iuncta leg.in lege ad
leg.Cornel.de sicar. nec enim sunt uerba statuti sic
22 iudaicè intelligenda,quia prauus † intellectus non
recipitur in statutis,arg.l.secundæ,C.de legib.idem
que esse si statutum iubet primigenitum succede-
re,nam de habili intelligetur,quia beneficia legum
23 capacibus † scripta sunt,non autem odiosis. argu.
l.Lucius,§.Lucius Titius damam de leg.2.sed idem
Bal.in dicta l.non dubium,C. de legi.aliter uidetur
sentire,inquit enim,tu posses uno uerbo dicere, aut
24 † statuta continent ius singulare & tunc non fit ex-
tensio, aut continent ius generale, & tunc potest
fieri extensio de similibus ad similia l. leges genera
les.C.de legib. Aliter scripsit idem Bald. in dicta l.
leges generales, C.de legibus,videlicet quod si in
25 uolumine statutorum † reperitur cautum ut possit
procedi de similibus ad similia, statuta non intelli-
guntur fore stricti iuris quantum ad eorum inter-
pretationem,sed debent largè interpretari,suaden-
te tamen ratione,& uera similitudine, dicta l. non
possunt de legibus, & dicta l.sed & posteriores de
legib.

SVMMARIVM.

1 *In statutis fieri extensionem absurditatis euitandæ causa.*

2 *Statutum prohibens portare bladum extra territo-
rium, multo magis intelligi prohibere ablationem,
cum equis.*

3 *Statutum prohibens portari frumentum extra territo
rium, multo magis intelligitur prohibere ablatio-
nem farinæ.*

4 *Intellectus leg.ut gradatim §.sed & si lege de mun.&
honor.*

5 *Occasio circumscribendi legem dari non debet.*

6 *Legem municipalem personaliter conceptam extendi
non debere ad aliam personam,etiam similem rationem
habentem.*

7 *Intellectus l.si ita stipulatus de uerbo.obligatio.*

Nec

8 *Nec procedere in stipulatione alterius rei in qua dura non adsit stipulatio.*
9 *Statutum disponens in certo casu non trahitur ad alios, nisi æquitas motiua scripta sit in corpore iuris.*
10 *Statutum concedens immunitatem maioribus 25. annis & minoribus 30. multo magis intelligitur concede re minoribus 25. annis.*
11 *Statutum si repellat maiorem 25. annis a consi. & minorem 40. multo magis intelligitur id facere in minore, 25 annis.*
12 *Statutum gabellæ quòd creditor uel alius non dominus habens ius in re possit eam uendere sine gabella, non trahitur ad dominum.*
13 *Statutum permittens domino uendere frumentum sine gabella non extenditur ad ninum.*
14 *Statutum non trahitur ad ea quæ statuentes in mente non gesserunt.*
15 *Intellectus l. iura de legi. cum socijs.*
16 *Legislator abhorret casus remanere indecisos.*
17 *Dynum defeciſſe in tradenda doctrina materiæ statutariæ interpretationis.*
18 *Statuta iuri communi conformia extendenda esse, repugnantia non item.*
19 *Quid statuendum sit circa interpretationem faciendam quando aliquid prohibetur lege speciali, sed non generali. num. 20.*
21 *Statutum nulla lege armatum dici, quando est improbatum a iure.*
22 *Statutum quando lege est communi armatum idem de illo seruatur quod de iure communi.*
23 *Dispositio stricti iuris si accumulatur largæ, uere sapit illius naturam.*
24 *Dispositio accumulata sapit primam naturam.*
25 *Paria dispositione debent esse paria in effectu.*
26 *Dispositio una quando est alteri similis debet regulari secundum eam.*
27 *Statutum quando est lege generali armatum, & ratio est scripta in lege statur rationi, secus ubi scripta non est, etiamsi appareat de mente. num. 28.*
29 *Intellectus extrinseci nunquam habendam esse rationem.*
30 *Statuti uerbis inseruiendum esse.*
31 *Casus uerbis non expressus pro omisso habetur.*
32 *Ea quæ specialiter non sunt remota, ueteribus legibus comprehenduntur.*
33 *Dispositio extendenda non est ad ea de quibus cogitatum non est.*
34 *Cogitatum non uideri de eo quod legibus non est expressum.*
35 *Nostrum non esse legem extendere.*
36 *Nec affirmare id quod lege municipali non est expressum.*
37 *In statutis quæ sunt contra ius, nullam permitti interpretationem extensiuam.*

Quæ sit Rayner. Foroliuiensis sententia in eadem quæstione & quæ Signo. de Homodeis.

CAP. IIII.

RAyner. Foroliuiensis in dicta l. omnes populi sub numero 101. de iust. & iur. Aut extensio, inquit, 1 ad alium casum fit ratione † euitandæ absurditatis, & potest extensio fieri, verbi gratia statutum prohibet ire de nocte cum lumine multo fortius censebitur prohibuisse ire sine lumine.

Item si prohibet portari blada extra territoriũ 2 cum asinis multo fortius cum plaustris, & bobus, uel cum iumentis maioribns ueluti equis & mulis. Item si prohibet frumentum multò fortius farinam, † licet Dyn. dicat contrarium & malè 3 in l. quæsitum §. illud de leg. 3. & in l. sed & Iulianus §. mutui ad senat. Macedoni. cum semper absurditas in iure ciuili censeatur excluſa quamuis inuebis omissa l. Pomponius. 1. de neg. gest. l. scire oportet § illud etiam de excusatio. tuto. l. in ambigua de legi. l. cum patrem C. de condit. insert. l. consulta, C. de testam. l. si quis a filio §. primo, de leg. primo, l. fi. de fideicom. libert. l. aliud §. absurdum de reg. iur. l. 4 Cæsar de public. & ita intelligit † l. ut gradatim §. sed & si lege, quicquid ibi uoluerit Dyn. sic intelligit l. secundam, C. de nox. illud enim contingit gratia absurditatis euitandæ, uidelicet ne ex delicto alterius innocens puniatur insolidum, contra l. sancimus, C. de pœn. & not. in rubr. C. de decret. decurio. super immunit. lib. decimo, & ne detur occasio circumscribendi legem, † argum. l. cum hi, §. si cum lis 5 de transactio. & l. magis puto, §. si pupillus de rebus eor.

Aut ratione suadẽtis æquitatis, & tũc aut lex municipalis personaliter est concepta, † & non extenditur ad aliam personam etiam similem rationem 6 habentem, l. prima, in fin. de constitut. priuilegia & l. in omnibus de reg. iur. & §. sed & quod principi instit. de iure nat. gent. & ciuil. neque moquet l. si ita † stipulatus fuero de uerb. oblig. quia illud intelligitur propter duram separationem l. certum de usu & habit. l. possessionum, C. com. utr. iu- 8 di quod patet ex eo quia in stipulatione † alterius rei illud cessaret l. stipulatio ista §. alteri, & l. si ita stipulatus §. Chrysogonus in fin. de uer. obligat. Aut non personaliter tamen in certo casu certo modo 9 disponit, † & tunc aut æquitas huius motiua est scripta in corpore iuris, & ea seruabitur etiam in alio casu, in quo eadem æquitatis ratio compatietur. Exemplum si statutum concedit immunitatem a 10 muneribus personalibus † maioribus 25. annis, & minoribus 30. multo magis intelligetur concedere immunitatem minoribus uigintiquinque annis quia semper æquitas hoc dictat. l. prima, de minor, l. prima, & secunda, C. qui ætat. se excus. lib. decimo, idemque esse si statutum maiorem uigintiquinque † annis & minorem 40. a consilio repellit 11 multo fortius intelligetur excludere minorem uigintiquinque annis, l. ad rempublicam de muner. & honor. ratio patet quia in eius oppositum sequeretur absurdum. Aut æquitas motiua non est scripta

12 pta in corpore iuris, uerbi gratia † quia ſtatutum gabellæ eſt quod creditor uel alius non dominus, habens ius in re poſsit eam uendere ſine gabella, non extenditur ad dominum, licet in eo fortior æquitas militare uideatur. Item ſi permittit uen-
13 di frumenta † a domino ſine gabella, non extendetur ad uinum, quamuis in eo ſimilis ſit æquitatis ratio per l.non aliter de legatis primo, l.proſpexit, qui & a quib.manum.li.non fiunt, & l quod conſtitutum de milit. teſtam. l.conſtitutionibus ad municipal.& de incol l.quæquid aſtringendę in princip. dę uerbo.obligat.l.prima, §.ſi is qui nauem de exer. action.l.prima, in princ.C.de legib.& l. ſi uero §.de
14 viro ſolu.mat.ſtatuentes † non uidentur hoc in mente geſsiſſe argum.l.ex his de excuſatio.tutor.& l.Labeo in fin.de ſuppell.leg. & §. ſin autem ad deficien
15 tis, l.unicæ, C.de cad.toll. Non obſtat † l. iura de legi.l.prima, §.quod uulgò de ui & ui armat. l.quæ propter neceſsitatem cum ibi notat.de regul iur.& traduntur a Dyn.in cap.argumentum de reg.iur.in 6.quia loquuntur de iure communi, hic autem agitur de ſpeciali ac municipali argum. l.in omnibus de reg.iur.libro ſexto, & nota.a Dyn.in cap.priuilegium perſonale de reg.iur.lib 6.& eadem ratione occurrit ad not.in l.illud, C.de ſacr. eccleſ.dicitque eſſe rationem quia lex ipſa ciuilis uidetur ea fuiſſe, quę conceſsit id de quo ibi agitur dicta l.non poſſunt de legi. hic lex municipalis, idque declarat ex eo quòd ſi ceſſaret diſpoſitio iuris communis, il
16 le caſus remaneret indeciſus quod abhorret † legis latoꝛ argumen.l.prima, §.ex hoc reſcripto de uent. inſpici.& l.prima, §.cum huius materia C.de ueter. enucl.at in lege municipali ſecus, quia caſus per ipſum indeciſus iuris communis deciſioni relinquitur l. ſi extraneus de cond. ob cauſ.l. commodiſsimè, de lib.& poſthum.& l.ſi cum dotem in princ.ſol.matri.cum ibi notat.& per hęc inquit patere Dyn. de
17 feciſſe † in hac materia, in l. qui duos & l.quęſitum §. illud de leg.tertio, & de uerborum ſignificatio.l. prima, Nicola de matarel. & Iacob.de Aren.minus plene dixiſſe Guido ut dixit de ſuzar. in l.j. C.quæ ſit long.conſuc.Nec obſtare prędictis l.tertia, §.hęc uerba de negot. geſt. quia ibi in caſu a prętore omiſſo ceſſat ratio ſimilitudinis, quę in caſu expreſſo uigebat propter diuerſitatem negociorum, perſonarum, ac temporum.ut nota. in l.curatoris, C.eo. tit.de neg.geſt.idem autem Rayner. in dicto loco ſub numero 115. in multis uellicat doctrinam Barto.

Signoro.de Homo.inter commentaria Bar. in l. Cęſar de publica.& uectigal. ſub nume. 25. diſtin-
18 guit inter ſtatuta quę ſunt † ſecundum ius commune & ea quę ſunt contra ius commune, nam in prioribus dicit idem eſſe concludendum atque in iure communi, in poſterioribus negat fieri poſſe extenſionem, deinde ſub nume.6.dum reſoluit hanc materiam, ſciendum eſt inquit interdum aliquid ap-
19 probatum † lege generali, ſed reprobatum eſſe lege ſpeciali, ut patet in l.paciſci de pact. Nam pactum in l.illa eſt contra diſpoſitionem edicti ędilium l. prima, ſupr.ęa de ędili.edic. ſed approbatur a lege generali ut in l.Iurisgentium §. prætor ait de pact. ſimile habetur in l.prima, §.fin. cum leg.ſeq.de fer. Nam illi caſus non habent legem ſpecialem in qua
20 diſponitur, quod non reddatur ius † tempore meſſium, ſed habent legem generalem ſcilicet l.omnes, C.de feri. Interdum diſpoſitio habet generalem legem & ſpecialem ut in l.iuriſgentium §.dolo ſupra de pact.& l.ſi plagij & l.ſtipulatio de uerbo. oblig. & l.non dubium, C de legi. ſic ergo in propoſito,
21 aut ſtatutũ nulla eſt lege armatum, † & hoc contingit quando eſt reprobatum a iure, & tunc non ualet in caſu expreſſo, quia eſt reprobatum a iure, l.eos. C.de uſur.auth.caſſa C.de ſac.eccleſ.in auth.omnes peregrini & aduenæ, C.com. de ſucceſſo. & in corpor.ut nulli iudi.collatio.9. & 10. de ſtatu c. ontra liberta.eccleſiaſt. Aut ſtatutum eſt communi lege
22 armatum, † & eſt omnino ſecundum diſpoſitionẽ iuris, & tunc ſeruãdum eſſe ait de ſtatuto, quod ſeruaretur de iure communi, idque ſic probari, quãdo enim diſpoſitio ſtricti iuris accumulatur alteri, quę
23 eſt magis larga, uere illa ſapit materiam illius † & quemadmodum per omnia interpretetur, & illi aſsimilatur, poſito quòd ſit ſtrictiſsimæ naturæ, ita habẽs in l.triticum de uerbo.obligat. Præterea diſpo
24 ſitio † accumulata ſapit primam naturam l.prima, §.ſi quis, ut legat.ſeu fideicom.nomi.caueat. Præterea quando aliqua ſunt paria & parificantur in di
25 ſpoſitione illa debent eſſe paria † effectu l.iam hoc iure de uulgar.& pupill.l.quamuis C.eod.tit.l.in teſtamento C.de teſtam.milit. & l eandem de duob.
26 rei. item quando una diſpoſitio eſt alteræ † ſimilis debet regulari ſecundum eam, l.ſecunda, ſi ſerui. uendic. l.naturalis §.primo, de præſcrip. uerb.facit quod notat Iacob. Butri. in l. generaliter de offic præſid.

27 Aut ſtatutum eſt lege † generali armatum, ſcilicet per l.omnes populi de iuſt.& iur.& inſtit.de iure nat. in princip.ſed non ſpeciali quia eſt contra iuris communis diſpoſitionem, ut in ſimili dicebatur de leg. paſciſi de pact.& tunc ait ſic dicendum eſſe.

Aut in ſtatuto eſt ſcripta ratio, & tunc ſto ra-
28 tioni, nec † per hoc a uerbis recedo, cum ſit ſcripta, & ita loquitur, l.prima, C. quæ ſit long.conſuet. Si uero nõ eſt ſcripta in ſtatuto, etiam ſi milies appareat de mente non recedam a uerbis, nec extendam nec reſtringam ad mentem, quæ diſtinctio probatur in l.non dubium. C.de legi. ſecundum eum & il-
29 la ratione. Nunquam † extrinſeci intellectus eſt ratio habenda l.ſciendum de uerbo.obligatio.l.ſecunda, de ijs quæ in teſtam.delen.& l.ſed & ſi pupillus, §. proſcribere de inſtit.action.

30 Rurſus a uerbis legis † non eſt recedendum, eum ſtatuti uerbis ſit inſeruiendum l.quod conſtitutum de milit.teſta.& uerbis edicti l. idemque, re. amot. & l.uentri de tuto. & curato. da. ab his. ac formæ ſtatuti l.certa forma, C.de iur.fiſc.lib.decimo, l.conſtitutionibus, ad municip. & de incol. Item caſus
31 non expreſſus uerbis † pro omiſſo habendus eſt l. quicquid de uerb.oblig. & relictus cenſetur diſpoſitioni iuris communis l.commodiſsimè de liber.& poſth.& l.ſi cum dotem ſecundum unam lecturam

ſolut.

solut.matrim.& l.si extraneus de condic.ob caus.in
32 super quia quæ † specialiter non sunt remota uete
rib. legib. comprehenduntur. l.cum dubitatur de
ædisi.priua.l.præcipimus,C.de appellatio. l.sanci-
mus de testam.l,si stipulatus de usu. & l.tabernam
de fund.instruct.& instrnm.legat.Præterea quia nõ
33 † est extendenda dispositio ad ea,de quibus cogita
tum fuisse non docetur,l.cum Aquiliana , & l.qui
cum tutoribus de transf. sed cogitandum non uide-
34tur † de eo quod uerbis non est expressum l.Labeo
de supellect.legat.ergo &c. Ad hæc nostrum non
35 est † extendere legem , l.si uerò §.de uiro solut.ma-
36 trim.l.ult.cum ibi notat.C.de legi.Nec † affirmare
id quod lege municipali non est expressum l.illam,
C. de collatio.§. consideremus in auth. de trien.&
semiss.cum præsertim difficile non fuisset ipsis sta-
tuentibus addere casum si uoluissent.l.unica §.fin.
C.de cad.tollen.Et ex ijs concludit Signorol.in sta
37 tutis quæ sunt contra ius † nullam permitti inter-
pretationem extensiuam , quinimmo nec restricti
uam,& occurrit postea in col.ult.dict. l.Cæsar.uer
sicu.non obstant in contrarium allegata,quæ reso-
lutiones cum pro maiore parte supra fuerint relatę
in discursu ipsius distinctionis ideo ulterius non
referuntur .

SVMMARIVM.

1 *Bar.doctrinam in materia interpretationis extensiuæ, quamuis uideatur demulcere aures non tamen esse perfectam .*
2 *Ad casus qui non sunt decisi a iure communi fieri extensionem, vbi eadem militat ratio .*
3 *Nisi alia ratio uel causa repugnet.*
4 *Glossa in l. tamis , de donatio. caus. mot. declaratur .*
5 *Extensio facienda est quando per omnia est eadem ucl similis ratio .*
6 *Dotem & donationem propter nuptias trahi ad alimenta .*
7 *Præsertim quando maior militat ratio .*
8 *In dubio faciendam non esse extensionem quando imminet legum correctio .*
9 *Inter iura communia ac municipalia non esse faciendam differentiam .*
10 *Ratio eadem quando subest uel omnimoda similitudo non dicitur fieri extensio.*
11 *Quod est de mente statuentium etiamsi uerbis non sit expressum pro expresso haberi.*
12 *Iura tam communia quàm municipalia procedere ab auctoritate ac facultate eiusdem Principis .*
13 *Quando de fauore tractatur ubi eadem est æquitas ibi idem ius constituitur .*
14 *Odiosa in materia ubi dictio taxatiua est apposita, etiam si eadem sit æquitas non fit extensio .*
15 *Secus ubi non adsit , & per omnia sit similis atque eadem æquitas .*
16 *Quod si per omnia eadem non sit æquitas nec idem ius constituendum est.*
17 *Quid iuris sit quando in statuto promiscuè uersatur fauor & odium .*
18 *Lex ubi permittit & eadem sit æquitas semper fit extensio.*
19 *Alberic.Rosat.ubi plenius tractet materiam extensiuæ interpretationis statutorum .*
20 *Casus qui eadem comprehenditur ratione, eadem quoque comprehenditur dispositione .*
21 *Per similitudinem uel identitatem rationis non debet induci legum correctio .*
22 *Quando lex non est contra regulas iuris,& eadem militat ratio, uel similis, semper fit extensio.*
23 *Etiam si dispositio legis extendenda esset pœnalis .*
24 *Constitutionem etiam pœnalem dici fauorabilem .*
25 *Quando dispositio statuti habet uim exceptionis a regula , non fit extensio ubi lex redderetur inutilis .*
26 *Vel vbi fundatur in solo motu concedentis.*
27 *L.quod non ratione de legibus declaratur .*
28 *L.quod uerò de legi.dilucidatur .*
29 *Fauorabilis ubi est materia, & etiam si ratio non sit expressa in lege , & adsit dictio taxatiua fit extensio .*
30 *Contrà uerò ubi odiosa est materia.*

Quam diuersa senserint Saly. Alberi. & Paul.Castrens.in eodem negocio.

CAP. V.

Saly.in d.l.si serui,dicit doctrinam
1 Bar.circa extensionem † actiuam licet uideatur permulcere aures audientium,tamen non esse omnino perfecta,& contra membra distinctionis objcit, tãdẽ sic ait. Ego ea assumo mẽbra,illud qd in casibus in quibus fit extensio legis eadem est ratio,
2 Et distinguo , aut illi casus non sunt † a lege decisi,& fit extensio,argum.l.primæ, C.quæ sit long. consue.& l. de quibus de legi.Aut sunt a lege decisi prius quàm deciderentur per extensionem,& tunc extensio fieri potest licet non sit necessaria, aut per contrarium uel aliter sunt decisi,& tunc stat dubium nostrum in quo sic distinguo,Aut licet in eis uideatur eadem ratio non tamen est per omnia, quia uel alia ratio uel causa repugnat,& tunc quia
3 per omnia † non est omnimoda similitudo, dico ad illum casum, uel illam personam non oportere fieri extensionem argum. d.l.præcipimus, C.de ap
4 pellatio.& ita intelligo glos. † in l.tam is de donatio. caus.mort. nam ibi illa sola non erat ratio per quam filius famil. non prohibetur legare quia legata fierent in testamento, sed etiam alia & melior quia legata non debent pendere ex alieno arbitrio l.fenium.C.qui testam.facer.poss.ibique per Doct.
5 aut per omnia est eadem ratio † uel similis, & tunc facienda est extensio, quantumcunque inducatur legũ correctio,ut patet in l.fi.C.de indict.uidui.tollen.& in l.cum emptor de rescind.uend. & in l.fin. C.de

C.de iudict.uidui.tollen.& in l. cum emptor de reſcind.uend. & in l.fin.de accep. not. in auth. præterea, C.unde uir & uxor. facit quod notatur in l.ſi pecuniam ſi cert.pet. ubi caſus in l.ſecunda, C.per quas perſo.nobis acqui.doctores extendunt ad fide iuſſores licet de pignore tantum uel hypotheca loquatur, & tamẽ illa corrigit ius antiquum, quod hypothecã alteri quæri per liberã perſonam nõ permittebat,& ita etiam notat ibi Cyn. faciunt not. in auth.res quæ C.commun.de legat.ubi caſus dotis,
6 † & donationis ante nuptias doctores extendunt ad alimenta,& ad aliquos alios caſus, & etiam ad liberos,auth. rogati,& tamen in illis duobus caſib. illa auth.eſt correctiua iuris communis antiqui facit quod nota.in l.prima,§.hoc interdictum de fon. & in l.illud C.de ſacr.eccleſ.& quod not. gloſ. pen. in l.ſancimus eod.tit.& in l.tranſigere circa mediũ gl.2.C.de tranſ.& in l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& in l. Gallus, §.& quid ſi tantum de lib.& poſthum. & in l.quæ propter neceſsitatem de reg.iur.& tanto for
7 tius quando eſſet maior ratio † in eo ad quod peteretur fieri extenſio. Aut dubitatur cum ratio uel ſimilitudo ſit omnimodo caſus expreſsi, & eius ad
8 quem petitur fieri extenſio, & tunc in dubio † nõ eſt facienda extenſio ut euitetur legum correctio, dicta l.præcipimus & ex prædictis ait patere,quòd inter iura communia & municipalia non eſt faciẽ-
9 da differentia † ſed utraque eo modo regulantur, uidelicet,ut ubi eſt eadem ratio per omnia & omnimoda ſimilitudo in utroque,ibi idem ius conſtituendum,& fiat extenſio etiamſi iuducatur correctio iuris, non aliàs, et eſt ratio quia quando eſt
10 eadem ratio,† & omnimoda ſimilitudo, tunc non fit extenſio iuris, ſed terminorum tantum, quia in omni tali caſu etiamſi non exprimatur idem tamen intelligitur ſtatutum,unde gloſſ. in l. tale pactum,
11 §.fin.de pact.dixit id quod eſt † in mente ſtatuentiũ etiãſi uerbis non ſit expreſſum pro expreſſo haberi, & ſic gloſſ.dictam concluſionem ſentit,& eam probat Archidia.de pœnit.diſtinct.tertia, cap.penul.& quidam Vbert.de Cremo.

Et quod inter iura communia & municipalia nõ
12 ſit facienda differentia,† probat ea ratione,quia ab eadem auctoritate & poteſtate eiuſdem principis utrunque procedit,quia ex facultate a principe cõceſſa in d l omnes populi poteſt legem municipalem ſibi facere ergo &c. & pro hac ſententia dicit facere text.& gloſ.in l.uerba,C.de adult.& in l.ſi poſtulauerit §.haberi cum ſequen. de adulter.

Alberi.de Roſat.in l.ul.C.de interd.matri. uidetur controuerſiam hanc iſto modo decidere,ſic ait.
13 Aut tractatur de fauore tantum † & tunc ubi eadem eſt æquitas ibi idem eſt.ius conſtituendum iurib.uulg.& ſæpius ſupra alleg.ẽtſi in lege forent uerba taxatiua ut C.de præd.minor. l.ob æs cũ ibi not.
14 Aut de odio tantum † & tunc ſi ſunt in l.appoſita verba taxatiua,uel ſimilia non debet eſſe idem ius, etiam ubi eadem eſt æquitas,ut C.de patr. qui fil. diſtraxe.l.prima,& C.de præd. curia.ſine decret. nõ
15 alien.l.fin.§ uerò non ſunt talia uerba, tunc † ſi eſt eadem ratio æquitatis per omnia ſimile atque idẽ debet eſſe ius l.filium l.penul.ad ſenat. macedo.l.2. §.exercitum de ijs qui not.infam. Si uerò non eſt p
16 omnia eadem æquitas non debet eſſe idem ius l. quod non ratione de legi. & l. ſi quis non dicam rapere ubi dicit ſe dixiſſe C.de epiſc.& cleri.

Aut tractatur de odio & fauore ſimul † & tunc ſi quidẽ res prohibetur, & in re prohibita uerſatur odium immediate,& fauor mediatè; tunc non debet eſſe idem ius,licet poſsit eſſe eadem ratio, ut
17 hic. Si uero è contra † eſt ibi fauor immediate & odium mediatè,ſi quidem ratio participat de odio plus,quàm de fauore non debet eſſe idem ius,arg.l. cum quidam de liber.& poſthum. Si uero plus participat de fauore,quàm de odio debet conſtitui idẽ ius,l.à Titio cum ſimil.de uerbo.obligat. Si autem
18 lex permittit,tunc ſemper ubi eadem eſt æquitas idem ius debet conſtitui.l.illud ad leg. Aquil.cum ſimil.& l.prima,cum glo.ibi C.de interdict.

19 Hanc quoq; reſolutionem plenius † tractat Alb. in 1.par.ſtat.in8.q.ſed quia ut plurimum conuenit cum reſolutionibus Ray.de Foliuio & Sign.de Homode.ſupra relat.ulterius non immoror, cum locũ deſignaſſe ſat ſit,Paul.Caſtr.in l.neque leges,& in l. non poſſunt,& l.quòd uerò quas ſimul legit. de le-
20 gi.inquit quòd ſi lex eſt clara † quantum ad uerba,& quantum ad ſenſum, loquitur tamen in uno caſu & accidit caſus diuerſus tamen habens eandẽ uel ſimilem rationem,aut caſus ille reperitur deciſus per aliam legem, ita quòd ſi fieret extenſio ſequeretur correctio,& tunc extenſio non fit, quia p
21 ſimilitudinem † uel identitatem rationis non inducitur legum correctio,ſecundum glo.in auth.quas actiones,C.de ſacr.eccleſ.quæ ſemper ad hoc allegatur. Aut ille caſus non reperitur ab alia lege deciſus, ita quòd per extenſionem non inducitur legum correctio,& tunc aut illa lex quam uolumus extendere non eſt contra rationes iuris, ideſt nõ eſt contra regulas aliarum legũ uel iurium,& tunc fit
22 extenſio ſiue † ſit eadẽ ratio ſiue ſimilis,per l.de quibus ſup. de legi.ubi hoc dicitur in conſuetudine,& iſto modo intelligit Bart.d.l.non poſſunt & d.l. de quibus,ſed ipſe intelligit eſſe uerum etiamſi diſpo-
23 ſitio legis extendenda † eſſet pœnalis, poſtequam non eſt contra alias leges,ut per glo.in cap.j.de tempor.ordinan. lib.6.in clemen. ut hi qui de ætat. & qualita.ſuper uerbo in eiſdem quia quando prohi-
24 bitio legis eſt fauorabilis † conſtitutio etiam pœnalis dicitur fauorabilis,ut not.Iaco. de Beluiſ.in authen.de non alienan.§.quia uerò Leonis. Aut illa lex quam uolumus extendere eſt contra rationem iuris,i.contra regulam aliorũ iurium, & ſic habet
25 uim exceptionis, † & tunc aut ille caſus ad quẽ uolumus diſpoſitionẽ extendere,faceret legem eſſe inutilem niſi fieret extenſio legis, & fit extenſio,arg. l.ſecundæ,de iuriſd.om.iud. Aut non eſſet inutilis.
26 † & tunc aut illa lex contra rationem conſtituta caret ratione,quia fundatur in ſolo motu condentis, iuxta not.in l.non omniñ de legi.& in hoc ait differ
27 re l.illã qđ nõ rõne † quę eſt antepe.illius tit.a l. qđ uero cõtra iuris eo.tit.qa illa loq̃tur de l.edita contra rõnem,& regulas iuris,quæ ex mera uoluntate

sine ratione est fundata, & ideo his duobus concur-
28 rentibus non fit extensio, † secundum intellectum Cyn. lex uero quę incipit ꝙ uero contra loquitur quando lex est condita contra rationem & regulas iuris tamen est fundata in ratione, & ideo quando lex aliqua est condita contra regulas iuris, tamen est fundata in ratione, tunc si quidem illa ratio est expressa in lege, dicit fieri oportere extensionem ad omnem casum eandem rationem habentem, per not. in l. prima, C. deijs qui ante apart. tabu. Si uero non est expressa ratio
29 intellige tunc, aut † res est fauorabilis, & extendi tur etiam si ad sit dictio taxatiua in dispositione, quæ sit extendenda, ut l. illud in fin. C. de sacr. eccl.
30 Aut est odiosa, & tunc non debeat fieri extensio per cap. odia de reg. iur. libro 6. etiamsi sit eadem uel maior ratio, ut not. in addit. in clemen. prima, de uita & honestate clerico. in glo. super uerbo macellariorum, & per nota. per Bar. in l. si constante solut. matrim.

SVMMARIVM.

1 *Lanfranc. de oria. ut se resoluat in materia interpretationis extensiuæ in statutis.*
2 *Extensionem posse fieri in statuto quando ratio est expressa in lege.*
3 *Statutum extendi a stricta significatione ad latam.*
4 *Statutum disponens in uno correlatiuorum extendi ad alterum.*
5 *Statutum disponens in uno perificatorum trahi ad alterum. num. 6.*
7 *Et quando unum se habet consecutiuè ad alterum.*
8 *Vel commensuratur ad alterum.*
9 *Aut se inuicem habet gradatim.*
10 *Siue ut præambula.*
11 *Statutū extendi quando aliàs nullū sortiretur effectū.*
12 *Extendi quoque statutum in subrogatus.*
13 *Ac in omnibus casibus legis interpretatæ.*
14 *Legem nouam interpretantem ueteres extendi ad alias ex paritate.*
15 *Legem pœnalem municipij ex ratione in l. scripta produci. num. 16.*
17 *Statutum in materia fauorabili, & cum dictione taxatiua prolatum extendi.*
18 *Statutum loquens, in materia odiosa per dictionem taxatiuam non protrahitur.*
19 *Statutum exorbitans in materia fauorabili extenditur.*
20 *Statutum in materia odiosa odio priuatarum personarum ex identitate rationis ex tendi.*
21 *Statutum exorbitans odiosum odio publico ex identi tate rationis non extendi.*
22 *Statutum quantumcunque stricti iuris extendi ex iden titate rationis.*
23 *Quid sentiat Sanctoseuerinus in materia extensiuæ interpretationi statutorum.*
24 *Statutum extendi ad casus sine quib. commodè sortiri effectum non potest.*
25 *Vel quando adest statutum ut precedatur de similibus ad similia.*
26 *Aut ubi eadem militat ratio.*
27 *Seu eodem modo sunt decisi casus de iure communi.*
28 *Aut si aliter omnimoda militat ratio.*
29 *Quæ etiam in correctorijs facit locum extensioni.*
30 *Vel includitur casus sub maioritate rationis.*
31 *Fieretuè extensio secundum latissimam significationem*
32 *Vel dispositio cesset super uno correlatiuorum.*
33 *Aut casus esset comparatus a iure antiquo per modum regulæ.*
34 *Seu quando unum ad alterum consecutiue.*
35 *Vel unum commeusuratur ad alterum.*
36 *Aut se habent tanquam præambula.*
37 *Statutum loquens in singulari trahitur ad plurale.*
38 *Et ad subrogata.*
39 *Ac quando est ratio expressa.*
40 *Vel quando casus ad quem fit extensio, pro parte est idem cum expresse disposito.*
41 *Aut quãdo casus est similiter decisus a lege interpretata.*

Alio ordine discussam fuisse præsentem quæstionem a Lanfranco de oriano, & alio à Ioan. Baptista Sanctoseuerinate.

CAP. VI.

1 LAnfranc. de oria, † loc. iam relat. de interpretat. uel ut alij citant in repetit. l. si uero, §. de uiro sol. matrim. in quarta princip. par. sub numero 35. cum plur. seq. & usque in fin. illius commentarij partitur omnẽ hanc quæstionem in uiginti conclusiones quarum constitutione putat omnem hanc materiam resolui.

2 Quarum prima est ut possit † extensio in materia statutaria fieri quando ratio scripta est in statuto, etiam si sit contra ius commune, quia dicitur cõtinere odium rationabile. post Bald. in dicta auth. quas actiones secus si non sit expressa. ponit exemplum in statuto exclusiuo fœminarum, item in filio succedente de iure speciali qui non transmittet hæreditatem non aditam.

3 Secunda est † ut statutum extendatur a stricta significatione ad latam, propter identitatẽ uel maioritatẽ rationis, ut in d. statuto exclusiuo filiarũ, qđ extenditur ẽt ad nepotes qui ueniunt sub nomine filiarum ex larga significatione l. si dotali solut. mat. Bal. in l. maximum uitium, C. de lib. præter.

4 Tertia est † ut statutum disponens in uno correlatiorũ extendatur ad alterũ, ut in marito, & uxore, in datore. & acceptatore l. 2. C. de indict. uidur. toll. Bart. in libellorum de ijs qui not. infam. glos. in l. j. de calum. glo. in l. si postquam in uers. omnino de electio. lib. 6.

5 Quarta conclusio † est quando statutum disponit in altero eorum quæ a iure antiquo parificata sunt, tunc enim ad alterum extenditur. Bart. in l. quod uerò de legib glo. Bart. & alij in l. si quis seruo. persuaserit C. de fur.

6 Quinta, conclusio † ad idem tendit per nota. a Bar to. in l. marcellus §. quod autem ad senat. Trebell.

7 Sexta conclusio est, † ut idem sit quando statutum

tum diſponit in ijs quorum unum ſe conſecutiuè habet ad alterum.

8 Septima quando † unum commenſuratur ad alterum, cautum enim in uno locum habet in altero quoque in ſtatuto non expreſſo, ut per Bar. in l. 1. de legit. tuto.

9 Octaua eſt † ut idem ſit dicendum in ijs, quæ ſe innicem habent gradatim, iuxta not. per Guil. Cyn. & Bar. in l. illud, C. de ſacro. eccleſ.

10 Nona eſt † ut idem ſit in ijs, quæ ſe habent ut præambula, glo. ſi. cap. primo, de poſtu. prælato. in cap. quàm ſit & in c. ſciant de electio. li. 6. Pau. de Leaz. in clemen. 1. de electio.

11 Decima eſt † ut idem conſtitui oporteat quando ſtatutum nullum ſortiretur effectum, l. ſi ſtipulatus fuero per te de uerb. oblig.

12 Vndecima † eſt quando ſumus in ſubrogatis quia ſtatutum ab uno ad alterum extenditur gloſ. in uerſic. principalis in fin. clem. & ſi principalis de reſcript. Iac. Butrig. in l. placet C. de ſacr. eccle.

13 Duodecima eſt quia ſtatutum † interpretans locum habet in omnibus caſibus legis interpretatæ §. primo, de filijs ante dotal. inſtrumen. nat. in auth.

14 Decimatertia eſt ut lex † noua interpretans ueterem extendatur ad aliam ex paritate rationis, gl. penult. in capitulo qui contra de electio. lib. 6.

15 Decimaquarta eſt † ut lex pœnalis in municipio poſita ex identitate rationis in ea ſcriptæ, ad caſus non expreſſos extendatur. gloſſ. in clemen. j. de electio. & idem ſit quando unica tantum ratio non expreſſa poteſt afferri.

16 Decima tendit † ad declarandum eandem materiam per duas concluſiones a Geminia. poſitam, in dicto cap. ſi poſtquam de electio. lib. 6.

17 Decimaſexta eſt † ut ſtatutum in materia fauorabili etiam prolatum per dictionem taxatiuam extendatur ad caſum ſimilem, ut per glo. in l. ob æs, C. de præd. mino.

18 Decimaſeptima eſt † ut ſi lex municipalis loquatur in materia odioſa per dictionem taxatiuam nõ fiat extenſio, gloſſa in l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.

19 Decimaoctaua eſt † ut ſtatutum exorbitans a iure communi, uel lex derogatiua loquens in uno caſu in materia fauorablli. ad alterum extendatur per glo. in l. ſecunda, C. de acquiren. poſſ. & glo. in anth. res quę. C. comm. d. ſucceſſio. cum ſimil. ab eo cita. ſub num. 49.

20 Decimanona eſt † ut in materia exorbitanti odioſa odio priuatarum perſonarum, ex identitate rationis poſsit fieri extenſio l. filium habeo. ad macedo. & l. ſi filius C. eo. lim. tamen in caſu l. patri ad leg. iul. de adult.

21 Vigeſima eſt † quando ſtatutum exorbitans concernit odium publicum ut per indirectum etiam ex identitate rationis non poſsit extendi l. lege iulia §. hoc capite de rit. nupt. quem tex. ad hoc dicit ſingul. ex teſtimonio Roma.

22 Vltima eſt † ut ſtatutum quantumcunque ſtricti iuris extendatur propter publicam utilitatem. l. hoc modo de condit. & demonſtr. Bart. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. cum ſimil. ibi per eundem Lanfran. cita. ſub num. 51. & 52. Io.

23 Baptiſt. Sanctoſeuerin. † in d. l. omnes populi ſub numero 254. cum ſeq. conſiderat decem & octo caſus quorum diſtinctione omnem hanc contr ouerſiam reſolui exiſtimat.

24 Quorum primus eſt † quando extenſio ſtatuti fit ad caſus ſine quibus commode ſtatutum ipſum effectum ſortiri nõ poſsit, ut per Bal. in l. non dubiũ C. de leg. Caſt. in l. non poſſunt de legi. & Sali. in l. 2. C. de nox. arg. l. 2. de iuriſd. omni. iudi.

25 Secundus eſt † quando in uol. ſtatutorum adeſſet ſtatutum, quo caueretur, ut deberet procedi de ſimilib. ad ſimilia, ſecundum Bal. in d. l. omnes populi & in l. leges C. de legi. & conſtit.

26 Tertius, † quando ſumus in caſib. in quib. eadem militat ratio, & per ius communenõ ſunt deciſi, fit enim extenſio, ut not. l. j. C. quæ ſit long. conſue. Barto. in d. l. oẽs populi, in l. de quib. de leg. Sal. in d. l. 2. arg. not. in d. l. non poſſunt & d. l. de quibus.

27 Quartus eſt † quando eodem modo eſſent deciſi caſus de iure cõi, quo deciderentur extendendo ſtatutum, quamuis tunc extenſio non neceſſaria vt omnes conſentiunt.

28 Quintus eſt qñ † caſus ad quod ſit extenſio ſunt deciſi in cõtrariũ p ius cõe, uel aliter q̃ decidit ius cõe, & in eis oĩmoda ſit ſimilitudo, uel eadẽ rõ per oĩa, Sal. in d. l. ſi ſerui ueſtri, ſecus ſi nõ ſit ut ibi p eũ.

29 Sextus eſt † ut etiam procedat in correctorijs, quando omnimoda eſt ratio & ſimilitudo, Bal. in l. quod uerò de legi. Saly. ubi ſupra.

30 Septimus eſt, † quando uerba ſtatuti poſſunt trahi ad caſum qui includetur. ſub maioritate uel paritate rationis. Pau. de Leaz. in cle. j. de electio. & ita intelligit Butr. in c. ſi. de conſue. gl. In cle. j. de elect.

31 Octauus eſt, † qñ ageretur de faciendo extẽſionem ſecundũ latiſſimam uerbi ſignificationem fauore animę. Bar. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uendit.

32 Nonus eſt, † quando ſtatutũ diſponit ſuper uno correlatiuorum, nam extenditur ad reliquum, l. fin. de acceptil. l. ſi. C. de cupr. ex luc. daphn. cum ſimil. per eum cita. ſub nu. 258.

33 Decimus † eſt, quando caſus ad quem fieret extenſio, eſſet comparatus per modum reg. caſui expreſſo Bar. in l. j. de legit. tuto. & in l. 2. de leg. 1. cum ſimil. ab eo adduct. ſub nu. 257.

34 Vndecimus eſt, qñ duo ſic ſe habent, q̃ unũ ad alterũ ad alterũ uenit cõſecutiue diſpoſitũ. n. p ſtatutum in uno trahitur ad alterum c. cum in cunctis de electio. l. tutelas de capit. diminut.

35 Doudecimus eſt, † quando duo ſic ſe habenquòd unum commenſuretur ad ſimilitudinem alterius, ſit. n. ſtatuti extenſio de expreſſo ad non expreſſum. gl. in cap. non debent de affin. & conſangui.

36 Decimustertius eſt, † quãdo duo inuicem ſe habent tamquã præambula, ſit. n. & illo in caſu extenſio de caſu expreſſo in ſtatuto ad caſum nõ expreſſum, gl. ſi. in c. 1. de poſtul. præla. & in cap. quam ſit de electio. libro ſexto.

37 Decimusquartus † eſt quando conſtitutio municipalis loq̃tur in caſu ſingulari, extẽditur. n. ad pluralẽ

l. si idem, §. fin. de iurisdict. omni. iud. l. prima, §. dolum de dol.

38 Decimusquintus est. † quando sumus in subrogatis, tunc quoque permissa est productio de uno casu ad alterum, gloss. in uersiculo principalis ad fin. in clemen. & si principalis de rescriptis.

39 Decimussextus est, † quando in statuto de quo protrahendo ageretur esset ratio expressa quia quatenus illa petitur etiam ad correctionem iuris antiqui fit progressus ut in cap. gratia de rescriptis libro sexto, & not. gloss. in clement. prima, de electi. gloss. in l. his solis. C. de reuocandis donatio. Bartolus Bald. & alij in dicta authen. quas actiones.

40 Decimusseptimus, † quando is casus ad quem fit extensio saltem pro parte est idem cum expresse disposito, quando est eadem ratio uel maior. gl. in ca. sciant de electio.

41 Decimusoctauus est, † quãdo casus a statuto decisus, & casus ad quem agitur de facienda interpretatione est pariter decisus a lege interpretata. nam tunc statutum uel consuetudo interpretans legem in uno ex illis habebit locum & in altero. ut in auth. de filijs ante dot. instrum. nat. §. primo, & nota. in c. dispendia de rescrip. lib. 6. Hactenus interpretes usque ad hæc tempora.

SVMMARIVM.

1 *Quàm sit difficillimum in ardua difficultate inter uarias antiquorum procerum sententias uotum proferre.*

2 *Variè constituendum esse, prout Statuta, uel contra ius commune, aut secundum ius commune uel præter ius commune sunt euulgata.*

3 *Statutum quoties agit de conseruando iure suo alicui, uel de subleuando aliquo ab indebito, ad omnes casus trahitur ad quos produci poterit ius commune.*

4 *Statuto si proponatur in præmium capienti bannitum, Castrum, inhabilem ad feudum posse ad illud admitti.*

5 *Quia censetur istiusmodi personas alias inhabiles ratione publicæ utilitatis habilitasse.*

6 *In statutis præmia concedentibus, non debere distinctionem fieri inter habiles ac inhabiles.*

7 *Forensem qui uirtute statuti præmium proponentis ei qui cæperit bannitum illum apprehenderit, debere præmium habere etiamsi ad illius acquisitionem alias esset inhabilis.*

8 *Bannitus qui bannitum ceperit iuxta dispositionem statuti præmium proponentis debebit præmium habere.*

9 *Statutum proponens, in præmium ei qui uexillum hostili abstulerit uexillatus dignitatem, habebit locum etiam in illo qui ab eo officio depositus fuerit.*

10 *Quia non habilitas arripientis consideratur, sed factum arreptionis.*

11 *Statutum Ticin. in ciuili. sub nu. 14. De fatigato indebite exonerando, declaratur. Statutum Ticinen. in ciuil. numero 36.*

12 *Quòd ubi coeptum est iudicium quomodo sit intelligendum.*

13 *Noua constitut. stat. Medio. in tit. de uijs publicis munien. declaratur.*

14 *Statuta omnia de damno uitando, & lucro non captando cum alterius iactura, quomodo sint intelligenda.*

15 *Statuta in quibus agitur de priuando aliquo iure suo, uel de lucro captando cum alterius iactura, ut odiosa non esse extendenda. num. 16.*

17 *Statutum excludens sororem a successione fratris intelli ut non excludat sororem a successione alterius sororis, secundum Castren.*

18 *Sed Curtium contra sentire.*

19 *Et Curtii sententiam adiuuari a Statuto Ticinensi de re potestatis quod masculinum concipiat fœminium.*

20 *Statutum si excludat matrem a successione filij, non excludit a successione filiæ.*

21 *Statutum quod stetur iuramento eius qui damnum passus est esse odiosum, quia facit iudicem in causa propria.*

22 *Nec trahitur ad eum qui furtum fecerit. ex communi.*

23 *Neque ad damnum quod ex rei euidentia percipi potest.*

24 *Minusque ad plurimos casus remissiuè relatos.*

25 *Statutum quod extenuati uel solutio non possit probari nisi per aliud instrumentum, quod habetur in ciuilibus Ticini sub num. 151. declaratur.*

26 *Præsertimque non habere locum nisi debitum sit uerum ac reale.*

27 *Neque in ijs instrumentis in quibus renuntiatum fuerit probationibus.*

28 *Nec in testibus legalissimis ac multum spectatæ fidei.*

29 *Quod tamen scrupulo non caret, quia doctor. loquuntur de æquitate canonica.*

30 *Statutum prædictum de probatione solutionis faciendæ instrumentum recipere omnes interpretationes, quas recipit l. testium. C. de testi.*

31 *Quid sit statuendum quando statutum loquitur in materia promiscua uel in differenti.*

Quod sit auctoris votum in eadem controuersia, & præsertim quando statuta sunt secundum ius commune.

CAP. VII.

1 

Go tametsi animaduertam quã sit difficillimum inter tantorũ tamque grauissimorum patrũ sententias aliquid pronuntiare tutè, & absq; aliqua temeritatis nota, nihilominus quia hactenus obseruatum est in controuersis huiusce modi difficultatibus, ut & in alijs in quibus non satis cõuenerint nostrates iuris discepta tores, ut liberum cuique sit cãdidè atq; ingenuè animi sui uotum proferre, dicam pro more quæ mea sit

ſit hac de re ſnĩa, nõ ut aliquid mihi pluris arrogẽ, quàm præſtare potuerint profundiſsima eorum eruditione, tot eminentiſsimi legum uertices uerum ne ad laborioſiſsimam ac ingenioſiſsimam tot prudentiſsimorum procerum cœnam, aſymbolus conceſsiſſe uidear, in quam unus quiſque prouirib. ingenij ac eruditionis qđ potuit cõtulit. Dico pro reſolutione iſtius quæſtionis, repetendum eſſe id, quod in fronte huius octaui libri priore loco præmiſimus, uidelicet, quòd cum omne ſtatutorũ genus in tres ſpecies deducatur, hoc eſt vel in ea quę ſunt ſecundum ius commune, aut in ea quæ ſunt contra ius commune, uel in ea quæ ſunt præter ius commune. Tunc rurſus diſtinguendum erit,
3 quod † materia uel eſt fauorabilis, aut odioſa, aut promiſcua, uel indifferens, aut pœnalis; ſi materia eſt fauorabilis, ueluti ſi lege municipali conſtituatur præmium alicui, ut ſupra diximus, aut quia agatur de conſeruando unicuique iure ſuo, uel de ſubleuando aliquem ab indebito grauamine, tunc ſtatutum ad omnes illos caſus trahitur ad quos produci poterit ius commune, ut uoluit Albericus in dicta l. ult. C. de interd. matri. Bald. in l. quod fauore inductum eſt, C. de legibus, & Dyn. in capitulo quod fauore de regulis iuris, in ſexto, & ſemper po
4 terit extendi. Quamobrem ſi ſtatutum † promulgatum ſit, quod qui cœperit uel apprehendiderit bannitum uel profugum ſeu malefactorem aut facinoroſum aliquem, is in præmium habeat feudum talis caſtri, euenerit que ut mutus, uel cœcus ſeu fœmina, aut perſona aliàs inhabilis ad feudum iuxta text. in capitulo primo, an Mut. uel al. imperfect. cum ſimil. ibi annotat. Bannitum cœperit, cum ſtatutum huiuſmodi ſit fauorabile & conforme iuri communi ob publicam illam utilitatem quæ conſiſtit in purgatione prouinciæ a malis hominibus, l. tertia, in fin. l. congruit in principio de offic. præſidi. & in auth. ut nulli iudic. in prin. interpretatione adiuuabitur ut etiam cenſeatur iſtiuſmodi perſo-
5 nas ratione publicæ utilitatis † habilitaſſe, ut poſſint ad tale feudum in præmium conſtitutum admitti, ſic primus omnium docuit Guiliel. de Cune. in l. ſi filius familias ſi cert. petat. quam ibi recipiũt Bald. Roma. & Alexan. ibique Iaſ. ſub numero tertio. cum ſequen. atteſtatur hanc Guiliel. aſſertionẽ ab omnibus communiter eſſe receptam, quod facit & in l. prima, in ſecunda lectur. ſub numero decimoquarto, C. de ſacr. eccleſ. & in l. prima, §. nuntiatio. de oper. uo n. nuntiat. Alexander in conſilio 25. ſub num. quinto, libro ſexto, Alberic. in prima part. ſtatu. quæſtio. 181. Bald. in tracta. ſtatutorum in uerſiculo capere & in uer, caſtrum, pro qua ſententia uidetur textus in l. tertia, § utrum uerſi. hic quoque in fin. ibi in commune utile eſt ad ſenat. Syllani. quam ſententiam ibi ſequi. Io. Igne. ſub nume. 71. illa ratione, quòd ubi ſumus in huiuſmodi ſtatuto
6 † concedenti præmium bannitum capienti non debet fieri reſtrictio aliqua quantum ad capientem, an ſit habilis, uel inhabilis l. Papinianus ait de minoribus & l. qui Romæ de uerbo. obligation. per quæ duo iura, ſic ille concludit, ſed ſola captura inſpicie-
da eſt, cuius facto tum publica uerſetur utilitas, omnis etiam alias inhabilis reputatur habilis, cuius rei confirmationem facit, quia ſi foret etiam captus ta-
7 lis bannitus a forenſe † qui ex alterius ſtatuti diſpoſitione non poſſet acquirere immobilia in territorio ſtatuentiũ, nihilominus admitteretur ad acquiſitionem talis caſtri, uel cuiuſcunque alterius rei immobilis, ueluti domus vel prædii, aut cuiuſque alterius rei, quæ in præmium bannitum capienti propoſita eſſet, ita trad. Iaſon in dicta l. filius familias, ſub numero ſeptimo, ſi cert. pet. poſt Bald. in dicta l. 3. §. utrum ad ſenat. Syllania. & eundem Bal. ac Fulgoſ. in l. in fin. cum ſimi. ab eo cita. C. de præb. imperato. offer. Adſtipulatur & illud, quod ſi bannitus † quoque bannitum cœperit uel occiderit iux-
8 ta diſpoſitionem ſtatuti præmium proponentis, debebit premium illud habere, ſic decidit Ign. in dicto §. utrum ſub numero 80. dicta l. 3. ad ſenat. Sylnia. per illum text. & in l. non omnes §. ult. de re milit. & ita notat Caſtren. in l. bona fides depoſ. motus l. ita uulneratus §. fin. ad leg. aquili.

Hinc quoque poſſet inferri, quòd ſi ſtatuto præ-
9 mium † conſtitutum eſſet cuicunque uirtute bellica arripienti uexillum ab hoſte, ut is uexilliferi, aut ut uulgo uocant, Alpherij gradum in ſtatuentium exercitu cum debitis ſtipendijs adipiſceretur, eiuſ cemodique arreptio facta fuerit ab aliquo, qui ab eo munere quod antea gerebat in ſtatuentium exercitu, ob delictum aliquod remotus fuiſſet, aut eo gradu fuiſſet deiectus, uel interdictus l. tertia, §. primo, de re milit. nihilominus ad eum quoque debere mus ſtatuti fauorabilis diſpoſitionem protrahere, per ea quæ ſupra dicta ſunt, quia ut dicebat Igne.
10 ſupra relatus, non habilitatem † uel inhabilitatem arripientis, ſed factum arreptionis Reipub. fauorale inſpicere debemus. Exemplum quoque alterius generis proponi poteſt in ſtatuto noſtro Ticinenſi
11 † in ciuilibus ſub numero decimooctauo, de fatigato indebitè exonerando, fauorabile eſt enim ac conforme iuri communi in l. eum quem temere de iud. ideo extenſiones omnes quas recipiet ius commune ea in materia, ut ibi per glo. & doctor. recipiet
12 quoque memoratum ſtatutum, idem † quoque ſtatuto 39. ſub rubr. ubi cœptum eſt iudicium ibi finiatur & finem accipere debeat, nam eſt fauorabile, & hoc ipſum ſtatutum propter tollendas protelationes litium ac uexationes eſt conforme iuri communi. l. ubi cœptum de iudicat. iuncta l. properandum C. de iudic. & cap. finem litibus de dol. & contum. clem prima, de re iudic. ſicque omnibus in caſibus in quibus ius commune ea in re productionem patietur, de quibus per glo. ibi & doctor. ueluti ſi trãſmiſſam primam citationem, eamque in actis dimiſſam ac parti notificata, ut apud nos in ciuil. ſtatut. primo, & in no. conſtit. in titul. de iudi. in principip. recipiet pariter ſtatutum extenſionem.

Sic etiam noua conſtitutio in tit. de uijs publicis
13 muniendis in principio † quæ conformis eſt l. ædiles de uia public. & itine. publico reficiendo, recipiet eaſdem interpretationes quas patitur ius commune in ijs omnibus in quibus reperitur eſſe

14 conformis idemque dicendum erit † in omnibus alijs ſimilibus ſtatutis, in quibus agatur de damno uitando & lucro non captando cum alterius iactura, quia ea omnia fauorabilia ſunt, ut ſupra retulimus ex Baldo in l. qui exceptionem de condic. indebit. cum ſimilibus, ſupra cita. & conformia iuri communi l. nam hoc natura de condiction. indebit. cum ſocijs.

Si uerò materia de qua ſuſcepta fuerit inſtitutio
15 erit odioſa, in qua agatur † de priuando aliquo iure ſuo, uel de captando lucro cum alterius damno, ut ſupra diximus in præmiſſis, uel de pœna alicui infligenda, iuxta ea quæ ſcribit Iaſon in dicta l. cum quidam de liberis & poſthumis, ſub numero decimo. cum plur. ſequen. & ea quæ ſupra tradidimus in ſecundo præmiſſo. Aut de coarctando beneficio alicui competenti de iure communi, Tunc regulari
16 ter conſtituendum eſt † ſtatuta odioſa ut nec ius, commune ad conſequentiam eſſe trahenda, dicta l. quod uero de legibus d. l. cum quidam de liberis, & poſthumis, & dicto capitulo odia de reg. iuris libro ſexto. & ita ſunt intelligendæ pro maiori parte illæ gloſſæ, & auctoritates, quibus ſupra dictum fuit probari in ſtatutis non admitti extenſionem, & maximè quando in odioſa lege municipali additæ eſſent taxatiuè dictiones, uel aliqua ſimilia uerba quæ diſpoſitionem ad caſus expreſſos reſtringerent. l. prima, cum gloſ. C. de patr. qui fili. diſtrax. l. ultima, C. de prædi. curi. ſine decret. non alien. libro vndecimo, In omnibus tamen caſibus, in quibus proximè præcedente libro diſeruimus poſſe in pœnalibus in diſpoſitione communis iuris fieri diſpoſitionis productionem ab uno caſu ad alterum in eiſdem poterit quoque lex municipalis progreſſum admittere.

Exemplum autem poterit proponi in ſtatuto
17 excludente ſororem a ſucceſſione fratris, † nam cũ ſtatutum ſit odioſum, auferens ipſi ſorori beneficiũ ſucceſſionis de iure communi, iur. uulgar. non interpretabitur extenſionẽ ut cenſeatur quoque excluſa ſoror a ſucceſſione alterius ſuæ ſororis, Caſtrenſis in conſilio 119. uolumine primo incipien. hæreditas prædicta Capr. in conſilio ſexageſimo ſecundo, in quarto dub. Corneus in conſilio vndecimo uolumine primo, & in conſilio 94. columna ſecunda Iaſ. in rubric. de acquir. poſſ. ſub numero vigeſimo ſecundo nec uidetur diſſentire ibidem Horm. Det. ſub numero 28. & Socin. iun. ſub numero 104.

Sed contra prędictam deciſionem Caſtrenſis,
18 † conſuluit pleno conſilio Curt. noſter ſenior in cõſilio nono, Ticinenſi ſtatuto columna quarta, uerſiculo ueritatem uſque in fin. conſilij quamuis corruptè citetur a Iaſon. & cæter. loco ſupra cita. ſub numero ſexto. Eſt uerum quòd pars, quam Curtius
19 defendebat † in materia ſtatuti noſtri Ticinenſ. excludentis mulieres dotatas a bonis paternis, maternis, auitis, & fraternis, adiuuabatur præciſa illa ſtatuti noſtri diſpoſitione de regim. pot. ſub numero 53. Quòd in ſtatutis Papiæ maſculinum genus concipiat fœmininum, quod non erat in caſu Caſtren. Addit inſuper Iaſ. ſub numero 28. ſi ſtatutum
20 excludat matrem a ſucceſſione † filij, non intelligi excludere a ſucceſſione filiæ, ſecundum Archidi. in capitulo ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſtione 4. cui accedit Gemini. in capitulo generali columna ſexta, ad fin. libro ſexto, & alij a Curt. cita. in dicto conſilio nono, columna tertia, poſt princ. ſub num. ſeptimo, & multa iſtiuſmodi generis exempla connectemus in l. prima, de uerbo. ſignificationibus, ubi tractabimus quomodo maſculinum concipiat fœmininum in ſtatutis, uerſiculo quod uerò ad ſtatuta attinet.

Alterum exemplum poteſt poni in ſtatuto quòd
21 † de damno dato eius ſtatur iuramento qui damnũ paſſus eſt, quod eſt odioſum, quia facit actorem iudicem in cauſa propria, contra l. primam, & tot. tit. nequis in ſua cauſ. ius ſibi dicat, C. cum damno ipſius aduerſarij, tale enim ſtatutum non protrahe-
22 tur ad eum cui furtum factum ſit, quamuis furto dãnũ inſit, ita uoluit eleganter Bal. in l. nauta § quæ cũq;. ff. nau. caup. ſtabular. & in l. ait prætor. de iur. iur. ac in l. ſi ſeruus ſeruũ §. oliuã, ad leg. Aquil. Rom. Alexand. in l. ſecunda. de dam. infect. Alber. in l. prima. §. occiſorum. ad Syllan. Marſil. in l. de minore §. tormenta. numero tertio, de quæſt. Plot. in l. ſi quãdo C. unde ui. ſub numero 823. circa fi. ubi ait hanc opinionem eſſe communem, Rip. in dicta l. ſi cunda, de damn. infect. ſub numero ſecundo quamuis de illa non nihil dubitet multa in contrarium ad-
23 ducendo, nec extenditur ad † caſum in quo ex rei euidentia contrà iurantem appareret, Bald. in l. contra negantem C. ad leg. Aquil. ubi & Salyc. & ita communiter tenetur ac practicatur, ut ſcribit Curt. in l. admonendi ſub num. 352. neque etiam comprehẽ-
24 dit plurimos illos caſus uſque ad num. 61. quos proſequitur Plot. in dicta l. ſi quando, C. unde vi. Alterum poni poteſt exemplum in ſtatuto Ticinenſe in ciuilibus numero 151. ſub rubri. quòd
25 † extenuatio, uel ſolutio non poſſit probari contra inſtrumentum, ubi cauetur aduerſus inſtrumentum non poſſe probari ſolutionem, uel extenuationem niſi per aliud inſtrumentum, eſt enim tale ſtatum odioſum, quia reſtringit materiam probationis fauorabilem, & eſt conforme partim diſpoſitioni iuris communis in l. teſtium, C. de teſtibus, unde non poterit trahi ad alia inſtrumenta publica, quã ad ea quæ rogata ſunt per Notarium collegij ciuitatis Papiæ, ut loquitur dictum ſtatutum, itemque
26 niſi ad inſtrumenta continentia uerum † & reale debitum, ut declarat Paul. Caſtrenſis in dicta l. teſtium ſub numero nono. Rurſuſq; niſi ad ea inſtru-
27 menta in quibus renuntiatum fuerit † probationibus teſtium prout ex ipſius ſtatuti uerbis colligitur. Prætereaque ceſſare in teſtibus legaliſſimis,
28 ac multum ſpectatæ fidei, † qui a parte produci & a iudice recipi poſſent, per aſſertionem Butrij in capitulo ſicut de probatio. ad finem, quam recipit ibi Felynus columna quinta. uerſiculo quarto intellige.

Sequuntur & commendant Alex. & Iaſ. in auth. iubemus, uterq; col. 2. C. de iud. Dec. in d. c. ſicut co. antepe. verſi. 5. ſtatutum intelligitur cum ſimil. ab

Andreas Tiraquellus, cita. de pen. leg. mitig. cauſ. 51. ſub num 117. & ſeq.

29 Sed cum loquantur † prædicti Doct. æquitate canonica inſpecta, iſtã reſtrictionẽ abſolutè nõ firmo.

30 in cęteris tamẽ in quib. eſt conforme † iuri cõi potes declarationes exttrinſecas excipere quas excipit ibi d. l. teſtium, ubi extendendo non fiat contra uerba uel mentem ſtatuti.

31 Quando uerò ſtatutum diſponit † in materia promiſcua uel indifferenti tunc diſtinguendum eſt prout facit Alberi. ſupra relat. in dicta l. ult. C. de interdict. matri. ut ſi potentius ſit odium quàm fauor, uel e contra iudicetur ſecundum ea quæ diximus ſupra de fauorabili uel odioſa materia, quòd ſi æqua prorſus lance ſe habeant, ex identitate uel paritate rationis, de ſimilibus ad ſimilia procedendum erit potius fauori adhęrendum quàm odio.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſentiat Auctor in Statutis quæ ſint contra ius commune.*
Non eſſe permiſſam extenſionem in ſtatutis quæ ſunt contra ius commune, neque de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam. ibi.

2 *Rationem non extendendi duplicem eſſe in ſtatuto contra ius commune, tum quia regulariter ſtrictè interpretandum eſt tum quia iuris eſt correctorium.*

3 *In omnibus caſibus in quibus licita eſt extenſio in correctorijs pnalibus, & exorbitan tibus, & in Statutis, contra ius commune permiſſa eſt.*

4 *Statuta debere a iure communi interpretationem recipere præterquam in eo in quo corrigunt ius commune.*

5 *Statutum loquens in caſu vero locum habet in ficto.*

6 *Rationem Alexan. uti ſophyſticam confutatam fuiſſe a Moder. Pariſ.*

7 *Et rectè propter abſurdum quod ex ea ſequeretur, quam uis ſit in ſe uera.*

8 *Statutum excludens filias ab hæreditate deſuncti intelligitur, quo ad bona tantum quæ ſunt in territorio ſtatuentium.*

9 *Statuta & conſuetudines non egredi loca Statuentium.*

10 *Statutum excluſiuum fœminarum tanquam contra ius commune eſſe reſtringendum.*

11 *Statutum Florentiæ quod pater ſciens filium mercaturam exercere teneatur pro contratibus filijs, qualiter ſit intelligendum.*

12 *Neque extra territorium Florentiæ illud extendi.*

13 *Statutum volens filiumfam. artificem uel mertatorem poſſe obligari, intelligitur occaſione artis uel mercaturæ.*

14 *Statutum excludens fœminas dotatas intelligitur ab hęreditate dotantis.*

15 *Niſi ſtatutum procedat exprimendo perſonas.*

Quid rurſus opinetur Auctor quando ſtatututa ſunt contra ius commune.

CAP. VIII.

QVando uerò agimus de ſtatutis quæ ſunt contra ius commune † tunc ſubdiſtinguendum eſt, quod aut ſumus in ſtatutis correctorijs iuris cõmunis, aut limitatorijs eiuſdem uel exorbitantibus ab eo, in omnibus iſtis caſibus cõſtituenda eſt generalis concluſio. Nõ permiſſam extenſionem in ſtatutis neque de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam l. præcipimus in fin. ubi not. Barto. C. de appellatio. l. quod uero de legibus auth. quas actiones, cum ibi nota. C. de ſacr. eccleſ. capitulo quæ exorbitant a iure communi de regulis iuris, libro ſexto, cum ſimilib. ſuperiore lib. citat. Et ratio extenſionis † non faciendæ eſt duplex in huiuſmodi ſtatuto iuris communis correctorio, uel limitatorio. Tum ſcilicet quia ſtatutum eſt ſui ordinaria natura ſtrictè intelligendũ. l conſtitutionib. ad municip. & de incol. l. quod conſtitutum de milit. teſtamen. l. tertia, §. hæc uerba ubi Bartolus de negot. geſt. Tum etiam quia corrigit ius commune uel ab eo exorbitat, dicta l. præcipimus l. ſancimus, C. de teſtamen. cum ſocijs, & dicto capitulo quæ exorbitant de regulis iuris libro ſexto, & ideo a fortiore ob duplex illud uniculum non debet in eo progreſſus dari, argumen. auth. itaque, C. commu. de ſucceſſio. & capitulo primo, de treug. & pac. cum ſimil.

3 In omnibus tamen caſibus † in quibus ſupra oſtẽdimus ſuperioribus libris & in correctorijs & in exorbitantibus uel limitatorijs diſpoſitionibus iuris communis licitam eſſe productionem de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, idem quoque dicẽdum erit in materia ſtatutaria, debent enim ſtatuta

4 † a iure communi interpretationem recipere in reliquis præterquàm in eo, in quo ius commune correctum eſt a ſtatuto, Socin. conſilio quinquageſimo ſecundo, ſub numero ſexto, uolumine tertio, & conſilio octuageſimonono, numero nono, & 10. uolumine quarto, cui accedit Dec. in prima lectur. ſub numero decimoquinto, & ſecunda, ſub num. 14. l. primæ, C. qui admitt.

5 Extra verò illos caſus † ſtatuta contra ius commune nũ patiuntur extenſionem, & ideo ſtatutum contra ius commune loquens in caſu uero non habet locum in ficto ſecundum Alexand. in conſilio 189. ſub numero decimo, libro ſeptimo. Eſt uerum, quòd ſcholiaſt. ibi rationem illam Alexandri eſſe ſophiſticam † affirmat per nota. ab Aretino in. l. mutum, columna penultima, uerſiculo dico quòd etiam in materia ſtatuti, de acquirend. hæred. quam rem ulterius non proſequor quia ſupra lib. 3. in ultima part. in qua tractauimus de iis

quæ ficte significantur, satis fuit demonstratum quæ nostra sit hac in materia sententia, licet enim
7 ratio Alex.regulariter sit inse uera, † tamen propter absurdum & inconueniens quod sequeretur in eius facti specie,ubi casus fictus nõ cõprehẽderetur militante præsertim rátionis identitate, puto non carere illam cauillo. Et propterea non potest eius casus dici esse extra casus limitationum.

Exemplum autem in materia huius capitis pro
8 poni potest in statuto, † quo caueatur ut filiæ defuncti excludantur ab illius hæreditate stante patre uel fratribus defunctæ personæ nam tale statutum tanquam iuri communi contrarium debet restringi ad bona tantum, quæ sunt in territorio statuentium Iaco.Rauen. Guiliel. de Cun.& Raphael in dicta l.cunctos populos de summ.trinit. & fide catholi.argu.l.pupillo de tutor.dat.ab his & l.Titium §.tutores de admi. tutor. & hanc sententiam tamquam magis communem probat Alexand.in consilio decimosexto,sub numero primo, seq. ibi.recen-
9 tio.Paris.quia statuta & † consuetudines non egrediuntur loca seu territoria statuentibus subiecta,l. fin.de iurisdictio.omnium iudicum,& ita dicit practicari & ita probant Socin.consilio 192. Visis statutis,columna penultima,libro secundo, Corn.consilio 115.libro secundo,consi. 702.columna quarta,libro secundo,& consilio 162. constat. libro tertio.Alexander in consilio 128.eod. libro primo, & consilio decimonono,libro sexto,Brun.in tract.statut.fœmi.exclusiui.quæstio 25.Ludo.Gozadi.consilio 49.& esse supra memoratum statutum restrin-
10 gendum, tanquam contra ius commune † & odiosum,scripsit quoque Bald.in l. secunda, C.qui ad liber.perue.non poss in l.certum in princip. C.unde cogna. & in l.fin.in princip. C.de su.& legit.hæred.
11 sic etiam statutum florentinum † quo disponitur patrem florentiæ habitantem, ac scientem filium mercaturam exercere in ipsa ciuitate teneri pro cõtractib. ipsius filij, nisi a dicta negociatione filium expresse prohibuerit, non adiuuatur interpretatione ut extendatur alios ad contractus præter eos qui facti sunt ex causa mercationis, Alexander in consilio 103.uolumine tertio,Crauett.in consilio tertio sub numero vigesimoquinto,& in consilio 171.nec
12 etiam ut protendatur † extra territorium Florentiæ hoc est ad ea prouincialia negocia, quæ filius exerceret extra territorium Florentinum,etiam sciente & non prohibente patre,Dec.in consil.359.in causa Domini Marci, & ita refert Socin. in l. modestinus de exceptio. Genitorem suum & Francis. Are-
13 tinum consuluisse idem uidemus † alio simili statutõ disponente quòd filius non possit se obligare vel mercator,nam ualet contractus uel obligatio facta a filiofam.artifice si fiat occasione artis suæ uel negociationis,alias secus,secundum Bald. & Salycet. in l.fina.C.ad Senat. Macedoni. Baldus in l.tertia, §. ex hoc ædicto nau.caup.stab. Iaf.in l. age. C. de transf.Dec.in cap.post cessionem de prob. & Marsi. in rubrica, de fideiusso. sub numero 210.

14 Similiter statutum excludens fœminas † dotatas a successione,intelligitur excludere solum ab hæreditate dotantis secundum communem opinionem de qua testatur Cur.iunio.consilio sexagesimoquinto,numero primo,nisi statutum procedat exprimẽ-
15 do personas † quia tunc ad illas omnes extenditur & dotata ab uno excluditur ab omnium nominatorum in statuto successione,secundum aliam communem de qua testatur idem Curtius iunio. in dicto consilio sexagesimoquinto, sub numero secundo, & tertio, dicens hanc esse doctrin. Baldi in l.prima,C.de legit.hæred. ubi post gloss. ibi firmat utrunque dictum.

SVMMARIVM.

1 *Quid sentiat Auctor in statutis quæ sunt præter ius commune.*
2 *Statuta simpliciter ac generaliter loquentia, interpretationem recipere a iure communi.*
3 *Etiam si sint iuris communis derogatoria.*
4 *Quod declaratur, & nu.5.*
6 *Aliàs nec ex maioritate rationis extenduntur.*
7 *Statutum de capiendis suspectis de fuga, intelligendum esse secundum ius commune.*
8 *Tutiusque esse probari fugam per summarias informationes.*
9 *Constitutio permittens debitores carcerari intelligi de habilibus ad carcerationem.*
10 *Et an minores liget, & num.11.*
12 *Cum leges se extendunt ad statuta, interpretationem esse de mente iuris communis & passiuam.*
13 *Interpretatio passiua semper intelligitur esse adiecta comes cuicunque statuto.*
14 *Statutum quòd filio præmoriente matri, maritus lucretur dimidiam dotis, quomodo sit intelligendum.*
15 *Quando mater cum filio impubere eodem infortunio perit, filius prior decessisse intelligitur.*
16 *Filius pubes qui cum matre naufragio, ruina uel incendio perierit post matrem decessisse præsumitur.*
17 *Fuscius Episcopus Rauellensis laudatur.*
18 *Constituendam non esse differentiam inter marem pubere, & fœminam quantum ad hoc ut in eodem casu prius periisse mater præsumenda sit:*
19 *Casus ruinæ notandæ, quæ obtigit de anno 1450.*
20 *Filium puberem præsumi matri superuiuere, non ratione uoti parentum sed maioris roboris gratia.*
21 *Mariani Socini sententiam aduersari tex. l. qui duos §. ult de reb.dub.*
22 *In materia statutaria quando ratio est scripta in lege uel unica asserri potest, semper admitti extensionem.*
23 *Idemque esse quando intrinseca statuti ratio suaderet.*
24 *Quomodo putat Auctor resolutam esse difficultatem, an statuta recipiant interpretationem extensiuam.*

Quid

Quid deniqne constituendum arbitretur auctor in statutis, quæ sunt præter ius commune.

CAP. IX.



Bi uerò disputatio sit de statutis quæ sunt præter ius commune,
1 † qualia sunt ferè omnia statuta, ut supra etiam diximus, quia & illa possunt multiplicis esse generis, hoc est uel fauorabilia, uel odiosa, uel promiscua, aut in differentia, ideo in illis dicendum erit prout supra diximus in primo capite, in singula quaque parte istius diuisionis. Generaliter autem constituendum
2 est † statuta simpliciter ac generaliter loquentia interpretationem recipere à iure communi, ut eatenus produci aut coarctari possint quatenus ius cõmune patitur, l. ult. §. in computatione ubi glos. & doctor. C. de iur. delib. l. ut gradatim, §. sed si lege, de muner. & honor. l. 3. ad leg. Aquil. ibiq; Dyn. & Floria. Bal. in repet. l. data opera colum. 3. sub num. septimo, post glos. ibi. C. qui accusa. non possunt l. 2. vbi Salyc. & alij. C. de noxal. cap. cum dilectus, ubi Abb. & reliqui de consue. Curt. Sen. in consil. 37. sub num. 8. Curt. iun. in consil. 2. sub num. 8. ubi ex com
3 muni † Doctorum sententia uult, istud procedere etiam in statutis derogatorijs, quod tamen intelligendum est ut supra diximus in secundo cap. huius distinctionis, ut declar. Deci. in d. l. j. C. qui admitt. in prima lect. sub num. 15. & in 2. sub nu. 14. & pro-
4 pterea non extenduntur † etiam ex simili ratione cõtra ius commune, secundum glos. in cap. fidei, de hæreti. libro sexto de cuius glos. intellectu superiore libro suo loco egimus. Cefal. in consi. 59. sub num. 5. & est communis Doct. sententia ut atteſtatur Ias. in l. omnes populi, sub num. 11. de iust. & iur. nec ha-
5 bet difficultatem, quia ista † interpretatio dicitur passiua, ut dicit Rui. in rub de oper. non nunciat. sub num. 16. Quinimo nec etiam ex maiore ratione se-
6 cundum glos. uulgar. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Andr. Tiraquel. in glos. 1. sub num. 24. post leges connubia, & glos. fin. in §. in computatione, in glos. magna in fin. C. de iur. deliber. declaran. tamen prout supra fecimus duobus præcedentibus libris in materia correctoria, & pœnali, per quod infert Paul. Castr. in consil. 472. in causa capturæ
7 uol. 2. statutum † de capiendis suspectis de fuga, intelligendum esse secundum ius commune; quod scilicet ante capturam constare debeat iudici per iuramentum capiendum esse suspectum suspicionēq; eueniſſe post contractum, ut per Cagnol. & Bolog. in l. vinum si cert. petat. Quibus accedit nouissimè Fusc. in eius singul. in lit. I. sub nu. 63. statutum interpretatur, uel etiam per summarias testium informa-
8 tiones † & tutius, ut scribit Ias. in princ. sub num. 93. instit de actio. facit quod scribit Matesi. sing. 59. Ro-
9 man. in consi. 120. vbi loquitur † de constitutione uolente debitores carcerari, ut non trahatur ad inhabiles, sed intelligatur de habilibus tantum ad carcerationem de iure communi. propterea disputat an trahatur talis constitutio ad minores 25. annis & propterea dicit Castr. in consil. 452. sub num. 3.
10 lib. 2. quod est † de iure communi esse de mente ipsius statuti; & quod est de mente eiusdem statuti esse de ipso statuto. per l. cum mulier solu. matrim.
11 etiam † quod ius commune a materia statuti diuerso modo loquatur, ut per Roma. in consil. 104. sub num. 1. ad fin. circa princip. secunda col. per glos. in cap. fraternitatis, quam summè notandam esse ait 34. distinct. Cranet. in quæstio. super statuto Ferrar. de indemnitatibus mulier. sub num. 25. ubi ait,
12 quod cum in ista interpretatione † leges se extendant ad statuta, uel ad ea protrahantur, dicitur ista interpretatio passiua iuris communis, quæ in omni dispositione statutaria locum habet, ut per Bartol. in d. l. 1. § lex Falcidia. ad leg. Falcid. & in d. l. omnes populi sub num. 60. de iust. & iur. & sæpius supra di-
13 ctum fuit, ideoq; semper † hæc interpretatio adiecta esse censebitur comes cuicunque statuto in quacunque materia quamuis strictissimè intelligẽdo loquenti. Sic etiam si statuto caueatur ut morẽ
14 te filio † ante matrem, maritus lucretur dimidiam partem dotis, eueniatque casus quo reperiantur mortui esse mater & filius impubes, ignoreturque uter prior decesserit, & dubitetur quomodo sit interpretandum statutum, non est dubium, quòd erit interpretandum secundum ius commune; & extendendum iuxta iuris communis dispositionem; ut etiam locum habeat in dubio quoque, & sic in casu præsumpto; quia ubi mater cum filio impubere
15 † eodem infortunio pereat intelligitur filius priore loco decessisse, l. si mulier de reb. dubi. l. inter in princ. de pact. dotal. quia ob ætatis imbecillitatem uerisimile est impuberem priorem fati munus impleuisse; ut dicit glos. in d. l. si mulier de reb. dub. & propterea lucrabitur maritus illam portionem dotis de qua per statutum fuerit, d. l. inter socerum de pact. dot. ubi de iure communi est casus in pacto;
16 Quòd si filius † qui cum matre naufragio uel ruina aut incendio perierit fuerit pubes adultiorisque ætatis, iam non ipse matrẽ prædecessisse præsumetur, sed mater prior diem obiuisse extremum censebitur. l. cum pubere, l. qui duos, §. cum in bellò de reb. dub. Quia tunc cum fuerit filius pubes, & sic iam robustæ ætatis, secundum ordinem naturæ mater prior illi decessisse præsumitur, ut scilicet prior mater, & posterior filius in fata concesserit, iuxta l. nam & si parentibus cum ibi nota. de inoff. testam. & l. scripto in fin. und. lib. & ita tradit glos. in d. l. inter socerum de pact dotal. & Soci. in d. l. cum pubere in secundo notab. qui dicit hanc præsumptionẽ
17 esse fundatam in naturali parentum uoto † cui accedit elegantiss. Fusc. in eius singula. in lit M. sub numero 40. & in lit. S. sub nu. 67. & maximè adstipulatur Tull. de amicit. hisce uerbis, quem fuit æquius ut qui prius introierat in uitam sic prius exiret de uita. Citatur & huius sententiæ assertor ab eodem Soci. in d. l. si mulier sub num. 5. & 9. in consil. 50. eleganter & copiosè, qui uult idem dicendum esse in

fœmina

18 fœmina† atque in maſculo, quamuis dicat Soci. ibidem ſub num. 10. ſe ſubdubitare ne genitor ſuus conſuluerit in eodem caſu contra Areti. quia cum
19 de anno 1450. † qui annus erat Iubilæi confracto atque in ruinam labente Ponte Sancti Angeli, interijſſent ferè quingenti homines & inter cæteros quidam pater cum filia tredecim annorum de iure conſultus reſpondit, priorem filiam intelligi oportere fuiſſe defunctam, quia non tam in rõne humaniti-
20 tatis † & uoti parentum ut ſentiebat Areti. quàm in præſumptione maioris reſiſtentiæ aduerſus mortem fundata erat hæc materia, quæ reſiſtentia, cum in patre, qui erat filia robuſtior, ueriſimiliter fuit maior, ideo patrẽ filiæ ſuperuixiſſe credit. Sed hac in
21 re nihil in præſentia decerno, ſolùm admoneo, † aduerſus Maria. Socin. uideri text. in indiuiduo in d.l. qui duos, §. ult. dum in filio eodem infortunio cum patre moriente, conſiderat ſolum an pubes uel impubes fuerit, ad hoc ut pater prior, uel poſterior deceſsiſſe credatur, ut uideatur ex ſola pubere ætate hanc præſumptionem robuſtioris habitudinis deducere. Rurſus eſt aduertendum in materia iſta
22 ſtatutaria, † quòd in quocunque caſu in quo ratio reperitur eſſe ſcripta in lege municipali, uel unica tantum afferri poteſt, tunc ſemper ab identitate uel maioritate, aut paritate rationis progreſſus de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, fieri poteſt iuxta ea quæ ſupra diximus lib. 6. in inſtrumento rationis, & in prima limitatione ad reg conſtitutam in materia correctoria. uel quando intrinſeca ſtatu-
23 ti † interpretatio ſuaderet, ut produci deberet ipſius legis municipalis diſpoſitio; iuxta ea quæ tradit Io. de Imol. in d.l. ſi uerò, §. de uiro ſub numero 16. uerſ. ſexto fallit ſolut. matrimo. Cur. Sen. in conſilio 11. Ticinenſi ſtatuto ſub num. 25. & Curt. iun. conſilio ſexto col. 4. ad fin. & 5. in princ. & ſupra diximus lib. 6. in 16. limitat. regulæ conſtitutæ in materia correctoria, quibus maximè adſtipulantur, quæ ſcribit Cæpol. de mente extrinſeca & intrinſeca, de exten-
24 ſio. titu. primo ſub num. 133. & per hæc † puto reſolutam atque abſolutam eſſe propoſitam difficultatem; quando ſtatuta recipiant extenſiuam interpretationem; quam materiam ſi quis uellet prolixius declarare, ac plenius, poſſet conſtituta reg. negatiua illam limitare in 30. illis caſibus quos ſupra retulimus in materia pœnali lib. 7. & aliquos alios addere ex ijs quæ diximus in materia exorbitanti & correctoria, lib. 6. & 7.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario ſenſu an habeat locum in ſtatutis.*
2 *Caſus ſi reperitur deciſus à iure communi, nunquam per contrarium ſenſum deciditur. num. 4.*
3 *Quòd ſi reperiatur non deciſus, arg. a contrario ſenſu potius eſſe ex mente ac interpretatione, quàm ex uerbis. num. 6.*
5 *Tex. in l. ſi quis locuples de manum. teſtam. quomodo ſit intelligendus.*
7 *Argumentum a contrario ſenſu ex Signor. Homod. ſententia locum non habere in ſtatutis.*
8 *L. qui teſtamento, §. mulier de teſtamen. ut debeat intelligi.*
9 *Quare in reſcriptis toleretur argumentum a contrario ſenſu.*
10 *Argumentum a contrario ſenſu quamuis uidcatur eſſe ſenſus legis tamen potius coniecturam dici. num. 11. ex Baldo.*
12 *Quid ſentiat Euerar. in argumenti a contrario ſenſu materia.*
13 *Argumentum a contrario ſenſu locum habere quando ſtatutum diſponit in caſu a iure communi non prouiſo.*
14 *Argumentum a contrario ſenſu regulariter locum non habere in caſu a iure communi prouiſo.*
15 *Statuto ſi caueatur ut ſtatuta non recipiant interpretationem, argumentum a contrario ſenſu locum non uendicat ſibi.*
16 *Argumentum a contrario ſenſu non poſſe legi, ſed per coniecturam aſſumi.*
17 *Argumentum a contrario ſenſu ſumi in ſtatutis, quando in ſenſu directo ſtatutum operari non poſſet.*
18 *Niſi ſtatuentes incurrerent peccatum. num. 19.*
20 *Argumenti a contrario ſenſu appellatione quatuor comprehendi argumentorum genera. Ex Dom. Alciat. ſententia.*
21 *A ſpeciali ut deducatur argumentum.*
22 *Ab incluſione ad excluſionem alterius quando argumentemur.*
23 *Vtque dicatur per coniecturam ſeoſum accipere.*
24 *Argumentum ab exceptione quomodo deducatur.*
25 *Quod ex ui uerbi uenit nunquàm in quacunque materia cenſetur excluſum.*
26 *Argumentum a contrario ſenſu in ſignificantiore acceptione quomodo fiat.*
27 *Auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ. declaratur.*
28 *Locus Euangelij Matthei perpenſus.*
29 *Virgilij locus declaratus.*
30 *L. ſi connenerit de iuriſd. omn. iud. enarratur.*
31 *Argumentum a contrario ſenſu non deſumi in cauſa impulſiua.*
32 *Nec quando pluribus rationibus, quas finales uocant, mixta eſt diſpoſitio.*
33 *Statuto ſi minor 18. annis prohibeatur ſine certa ſolennitate obligari non cenſebitur permittere ut poſt illud tempus ualeat ſine ſolennitate obligari.*
34 *Statuto ſi caueatur ne pro mutuo quis ultra quindecim accipiat, non cenſebuntur permiſſæ ſore quincuncis uſuræ.*
35 *Connexa à contrario ſenſu non cenſentur eſſe excluſa.*
36 *Argumentum a contrario ſenſu non ex uerbis, ſed ex coniectura oriri.*
37 *Statuto ſi caueatur, ut non exiſtentibus maſculis fœminæ ſuccedant, a contrario ſenſu maſculis exiſtentibus fœminæ excluduntur.*
38 *Argumentum a contrario ſenſu aſſumi quando ex uerbis adiuuatur.*
39 *Argumenti a contrario ſenſu materiam uariè fuiſſe tractatam à Doctor.*

An argumentum à contrario sensu locũ habeat in statutis; Et quid in supra relata quæstione senserint antiquiores ac recentiores interpretes.

CAP. X.



Vcesiuè est uidendum an argumentum à contrario sensu locum habeat in statutis. Quam quæstio. † attingit Bart. in d. l. omnes populi de iusti. & iur. sub nu. 61. qui ait punctum istius quæstionis residere in hoc, an scilicet istiusmodi generis argumentum sit ex propria significatione, an verò ex quadam interpretatione extensiua, & refert Iacob. Butrig. sic distinguentem, aut Caius qui uenit a contrario sensu, erat aliàs de-
2 cisus, & tunc † per contrarium sensum non decidi-
tur; sed tanquam casus omissus remanet sub dispo
sitione iuris communis. l. si cum dotem in princip.
solut. matri. aut non erat alias decisus, & tunc argu-
3 † quod sumitur a contrario sensu est magis ex mente, seu interpretatione, quàm ex uerbis. l. si pecuniã si cert. petat. ibi tanquàm sub contraria conditione, ubi dictio tanquam denotat improprietatem, ad quod facit & l. aliquando in fin. de cond. & demon. quæ utitur uerbo intelligitur, quæ est nota intellectus taciti, non autem expressi, pro qua sententia quam putat ueram, dicit esse casum in l. quod antiquos cum glos. in uerb. coniecturam. C. de furt. & sic concludit arg. a contrario sensu non sumi in sta-
4 tutis, † quando casus, qui à contrario sensu decidi tur est etiam decisus de iure communi, nec dicit ob stare tex. in l. si quis locuples in fin. ibi aut apertissimè &c. de manu. testam. ubi argumentum a contra-
5 rio sensu appellatur sensus apertissimus, † quia inquit uerbum uidetur quod ibi sequitur tollere difficultatem. Rursusque cessare quod dici posset argumentum a contrario sensu esse ex mente ipsius
6 statuti, † & quod ex mente est dici quoque esse ex lege. l. nominis & rei, §. 1. de uerb. signific. quia cum casus sit expresse à iure communi decisus, non potest dici de mente statuti esse, quia ab illo iure non receditur nisi exprimatur. Signor. autem de homode. in d. l. Cæsar. sub num. 23. concludit non habere
7 locum in statutis, arg. à contrario sensu, quia a uerbis statuti non est recedendum, l. quod constitutum de milit. testam. & quia hoc uidetur tenere Spec. in titu. de iudi. deleg. §. restat uersic. quid si in statuto.
8 Nec mouere ait, † l. qui testamento, §. mulier de testam. & l. ex eo de testi. quia in legibus uerum est ua lere argumentum à contrario sensu, ne casus indecisus remaneat, sed hoc in statuto non contingere quia licet non sit decisus a statuto, remanet tamen decisus a iure communi. Minus etiam obesse quòd
9 in rescriptis † ualeat argumentum a contrario sensu, l. generaliter de off. præfid. l. si procuratorem, §. si ignorantis mand. Quia rescripta sunt redacta ad similitudinem iuris communis, & ideo quod dicitur de iure communi, idem dicendum est de rescriptis, & hanc resolutionem probat Alberi. de statu. par. 3. q. 8. col. 5. post medium uersic. his præmissis. Bald. autem in d. l. omnes populi sub num. 24. arguit primùm, quòd in statutis uideatur esse locus argumen
10 to a contrario sensu, quia contrarius sensus † dicitur esse textus legis, l. qui testamento, §. mulier de testamen. & l. inter socerum, §. cum inter de pact. dotal. & de manu. testam. l. si quis locuples. Postea in contrarium ratiocinatur, quia potius dicatur eius gene
11 ris argumentum † coniectura, quam lex. l. apud antiquos. C. de furt. tandem resoluit quòd si ex tali argumentatione sequitur absurditas, uel legum correctio, tunc non ualet argumentum; aliàs sic, ut dicit se plenè dixisse in l. conuenticula. C. de epis. & cler.
12 Nicolaus Euerar. in locis legalibus, † in loco a contrario sensu sub num. 21. dicit quòd quamuis in isto quotidiano articulo multæ sint Doctor. contra rietates, nihilominus eius iudicio, ueram & commu nem conclusionem bimembrem esse; Quòd aut sta tutum loquitur præter ius commune, hoc est dispo-
13 nit in casu non prouiso à iure communi, & tunc si-cut † in uerbis legis & canonis regulariter habet locum arg. a contrario sensu, ita etiam habebit locum in statutis; & quando in uerbis legis uel canonis non habet locum, nec etiam in statutis; si uerò statutum disponat circa casum prouisum a iure com-
14 muni, tunc regulariter † non habet locum argumen tum à contrario sensu in tali statuto, ad corrigendum ius commune, ita post multa uult Bartol. in d. l. omnes populi in penult. col. de iust. & iur. post Iaco. Butr. & est de mente Bal. in d. l. apud antiquos, & in l. 2. C. de cond. inser. Petr. de Anchar. in capit. 1. de constit. in 5. q. prin. Alex. Ias. & Moder. in l. 1. §. hu ius autem de officio eius cui mand. est iurisd. Alber. de Rosa. in d. q. 8. & Fely. in cap. significasti de for. compet. Verum hanc conclusionem quantum ad
15 primum eius membrum, † dicit limitari à Doctor. duobus modis; primo nisi alio statuto caueatur ut statuta non recipiant extrancum uel subauditum intellectum; tunc enim summi non potest arg u. a contrario sensu, cum sit subauditus intellectus, & ita uult Bal. in d. l. 2. C. de cond. insert. Abb. in c. cum Apostolica in uer. indirectè, de ijs quæ si. a præla. Alex. in d. l. apud antiquos in apostill. Anchar. in d. cap. 1. in 14. quæst. Ludo. Roma. in singul. 419. communis doctrina est. cum similib.

Secundo ut procedat nisi in alio statuto caueatur vt statuta debeant intelligi ad literam, prout iacẽt, tunc cum argumentum a contrario sensu non pos-
16 sint legi † sed per coniecturam haberetur, d. capit. cum Apostolica Bald. in d. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Fely. in d. cap. significasti, non haberet locum. Respectu autem secundi membri dicit eandem con clusionem limitari, ut procedat quando statutum potest aliquid operari in sensu directo, aliàs autem
17 sumitur argumentum a contrario sensu in uerbis statuti, etiam ad corrigendum ius commune; ne sta tutum sit superfluum, ac inane, ut uolunt Doctor. in locis supra citat. & est text. in auth. ex testamento quem ad hoc ibi ponderant Roma. & Ias. C. de coll.

hoc

18 hoc tamen uerum esse dicit † nisi in casu quando sta
tuentes incurrerent peccatum, uel pœnam excom-
municationis, uel aliam, uel quando sensus contra-
rius esset contra ius diuinum, quia tunc etiam si ni-
hil in sensu directo operaretur statutum, nihilomi-
nus argumentum a contrario sensu in illo haud qua
19 quam admitteretur, glo. † otanda ac valde singula-
ris ad tex. relata in clem. 1. in uersi. facere de usur. ab
omnibus commendata, tam in lo. ordinarijs, quàm
extraordinarijs à Ludo. Roma. in singul. 108. & ab
Alex. in l. si eũ §. qui iniuriarũ, si quis cautio. Bal. in
auth. ad hæc col. 2. C. de usur. & per Anto. Corse. in
singul. suo 5. & sæpius alibi.

Dom. Alciat. lib. 2. de uerbo. signifi. sub num. 68.
20 † inquit sub hoc nomine argumenti a contrario sen
su contineri quatuor argumentorum genera, quo-
rum primum est a speciali; Secundum quod ab in-
clusione unius dicitur. Tertium quod ab exceptio-
ne appellatur; Postremum est quod ἐμφιτεκοτερῶς,
21 a contrario sensu uocatur. A speciali † sic inferimus
si enim lex aliquid specialiter inducat, consequens
est, ut ius commune in contrarium sit, & hoc casu ta
le argumentum dicitur non ex coniectura, sed ex ip-
so contextu sumi, unde ex lege Iulia quæ prohibet
mulierem adulterij damnatam testimonium dice-
re, probatur regulariter mulieris testimonium reci-
pi, l. qui testamento, §. mulier de testam. tali igitur
casu, putat is etiam in correctorijs huic argumen-
to locum esse; quia proprie ab extensione non pro
uenit cum lex quæ speciale esse dicat ex ui illius uer
bi negare in alijs censeatur, hacque in specie eorum
sententiam probat, qui illud quod per huiusmodi
argumentum inducitur uerbis legis expresse com-
prehendi existimarunt, ut Domi. in cap. 1. distin. 1.
22 Ab inclusione † autem unius dicitur fieri argumen-
tatio à contrario sensu, quia cum lex unum includit, aliud a contrario sensu excludere uidetur, & ui-
ce uersa, l. maritus. C. de de procurat. & l. cum præ-
tor de iudi. hocque casu inquit uerius esse hanc ar-
23 gumentationem, tacitè † & per coniecturam talem
sensum accipere, iuxta nota. in l. apud antiquos. C.
de furt. & ideo hac specie haud usuros nos esse ad
antiqui iuris correctionem, nisi eluforia lex munici
palis redderetur, iuxta glos. in l. nullam, & auth. Dia
conissam. C. de epis. & cleri. Ab exceptione autem
ratiocinatio huiusce modi fit; cum dicimus factam
24 exceptionem † confirmare in oppositum regulam
in non exceptis, capit. cum dilecta de confir. util. uel
inutil. l. nam quod liquidæ, §. ult. de pen. legat. & hoc
casu inquit, argumentum a proprietate sermonis
descendere ex ui uerbi, unde uidetur in quacunque
25 materia, etiamsi correctoria † sit, assumendum esse,
ut per Alex. in d. auth. ex testamento. C. de collatio.
nec mouet cap. ad audientiam de decimis ubi excep-
tio facta de ijs qui in Romana Curia ab obsequijs
Sum. Pontif. sunt, ne comprehendantur sub reg. pri-
uante fructibus sacerdotiorum eos qui non residẽt,
non confirmat regulam in ijs qui non residentes de
seruiunt Antistiti suo, cum & ij quoque excipiãtur
nam respondetur in ijs quoque eandem esse ratio-
nem cum non minor sit ecclesiæ utilitas. A contra-
26 rio autem sensu † quado ἐμφιτεκοτερῶς, ea appella-
tione utimur, ducitur argumentum ex dispositione
generali, quæ certa ratione aliquid inducit, qua ces-
sante, ipsius quoque legis mens cessare ac deficere
uidetur, & tale argumentum à coniectura uires su-
mit. d. cap. cum apostolica de ijs quæ fi. à prælat. non
autem directò ex ui uerborum accipitur; fortissi-
mumque esse dicit huius generis enthymema, dum
tamen non simpliciter a contrario sensu literæ, sed
etiam rationis, seu mentis ipsius legis desumatur.
27 Quapropter cum lex dicit † cassa sint omnia per Ita
liam aduersus libertatem sacerdotum constituta,
non sequitur. Ergo extra Italiam obtinent. auth.
cassa. C. de sacrof. eccles. cùm Italiæ mentio non sit
facta ut prouinciæ excludantur, sed quia frequen-
tius id mali in Italia contingebat, in qua plereque
Respub. nullius subiectæ principibus huiusmodi ple
biscita sanciebant. Et ideo inquit Diuus Hierony-
mus, in cap. quod dicitur de uerbo. sign. antequam
conuenirent, non sequitur ut postea conuenerint,
28 sed scriptura quod factum non sit ostendit; sic † in
Euangelio Mathei etiam non cognouit eam, donec
peperisset, non sequitur. Ergo postquam peperit co-
gnouit, sed quidam est loquendi modus qui ab affe
ctione dicitur, credebant enim fore, ut conuenirẽt;
& ut eam cognosceret, Galli inquit Vergilius pe-
29 † dumos aderant, arcemque tenebant, ideſt crede-
bant fore, ut iam iam tenerent, & pleraque huius
rei in mysticis esse libris exempla, quæ in libro ad-
uersus Heluidium ἀντιμαριτας. collegit Hieronymus, sicque & nos plerunque loqui, cum dicimus
iudices priusquam de causa cognoscerent reum
condemnarunt, non sequitur. Ergo deinde cogno
uerunt, sed sumitur hic modus ex eo quod fieri de-
buit. Si conuenerit inquit Africanus in l. si conuene-
30 rit † de iurisd. omni. iud. & alius prætor, quàm cuius
iurisdictio esset, ius diceret, & priusquam adiretur
mutata uoluntas fuerit, nemo compellitur conuen
tioni stare; non enim sequitur postquàm aditus sit
non licere utrique parti ab eius iudicio recedere, sic
cum testator iussisset fideicommissario caueri, si fi-
lia non diuerteret, rescripserunt Seuerus & Anto-
ninus, nõ uideri remissam cautionem in causa diuor
tij; quia non est uerisimile testatorem ad turpem
hunc casum attendisse; Imo potius credendum est,
illa ab eo adiecta fuisse uerba, quòd crederet filiam
aliquo modo non diuersuram fuisse, l. ult. ubi Cyn.
C. de cond. infer. ut conditio uim causæ impulsiuæ
respiciat. Ex qua ratione inquit deduci, eiusmodi ar
31 gumenta legitimè non † summi a contrario causæ
impulsiuæ sensu, sicut nec uerborum, quæ narrati-
ua uocant, uel quæ modum non autem conditionẽ
inducunt. l. Titio centum in prin. de condi. & demon
stratio. Idemque quoties pluribus rationibus, quas
32 finales vocant † aliquid inductum sit, §. affinitatis
instit. de nupt. aliqua enim deficiente non propter-
ea dispositio, mensq; proferentis cessat. l. . §. sexum
de postul. finge igitur inquit ille lex iubet quod mi-
33 nor 18. annis † non possit sine certa solennitate obli
gari, non censebitur, ut post illud tempus uelit eum
legitimè obligari, Bal. in l. 1. C. de inutil. stipul. sed
tantum

tantum prohibitio illius legis deficit, & casus censebitur omissus ex dispositione iuris communis, limitabitur; talem enim esse mentem legislatoris credendum est, ne inducta ad prohibendum permittere videantur. L. legata inutiliter de leg. 1. Eodem modo
34 finge, lex ait. Nemo ex mutuo †ultra quincuncem accipiat, non sequitur permissas esse quincunces usuras, quas constat lege pontificum prohiberi, sed simpliciter apparet ultra quincuncem nihil à lege municipij esse dispositum, ex his quoque consequens est, qui unum dicit, licet à contrario sensu uideatur
35 aliud excludere, †ut propter mentem præsumptam non censeatur excludere, quæ ei, quod dictum est, connexa, accessoria & similia sunt, Fely. in cap. non ne de præsumpt. cum ut argumentum ualeat non solum ex contrario uerborum sensu, sed etiam mentis desumptum esse debeat. Concludendum est igi-
36 tur †cùm hic locus non ex uerbis, sed ex coniectura oriatur, regulariter in statutis correctorijs non assumi, nisi his in casibus, quibus supra in eis extensioni locum esse docuimus, ueluti cum dispositio superflua redderetur, uel eluso ria, unde cum lex municipalis sic scripta est. Non existentibus masculis †
37 fœminæ succedant, receptum est, eis existentibus fœminas excludi. Alex. in l. 1. de offic. eius. Sic & lex quòd mulier filios non habens possit de dote testari, à contrario sensu intelligitur, ut si habeat non possit Anchar. consi. 213. pro isto principio superflua enim esset.

Assumetur tamen quando non per extensionē,
38 †sed ex uerbis quoque aliquo modo comprehendi tur, ut in eo casu dictum est, quia speciale dicitur, ut per Bal. in l. obseruare, §. proficiscì in tertia quest. de off. proconsul. Itemque in eo casu, in quo regulam ab exceptione confirmari edoctum est. Sed & quoties correctio legis nulla induceretur, non est dubium tali argumento locum esse, nam tunc regulariter supra ostensum est, permitti extensionem, nisi esset expresse prohibita; ut quia cautum esset, uerba ad literam intelligi debere; itemque nisi in pœnam legalem legislator incideret, uel nisi aliquid huiusmodi odiosum, absurdum uel ineptum consequeretur, ut supra declaratū est, Alex. Iaſ. Dec. Curt. Nig.
39 †& alij in d.l. 1. de off. eius. §. 1. per conclusiones, & limitationes resoluunt propositam quæstionem, idemque faciunt Fely. in cap. significasti col. pen. de for compet. Ioan. Crot. in d. l. omnes populi sub numero 197. uers. quærit Bart. cum pluribus seq. usq; ad num. 209. sed quia prædicti Doctor. uarias constituunt conclusiones, quas postea multis modis declarant, ac restringunt, non satis certa finitaque doctrina percipi posse uidetur.

SVMMARIVM.

1 *Quid sentiat Auctor in proposita difficultate argumenti a contrario sensu.*
2 *In statutis permissam esse argumentionem a contrario sensu.*
3 *Quibusque argumentis probetur ea conclusio, cum quatuor sequen.*
5 *L. si quis locuples de manu. testa. perpendi.*
6 *Verbum uidetur quando prolatum est in ijs quæ sunt facti improprietatem denotare.*
7 *Argumentum a contrario sensu dici mentem legis uel statuti.*
8 *Argumentum a contrario sensu non uenire ex coniectura, sed ex sensu. & mente legis.*
9 *Argumentum a contrario sensu proprie dici ex lege.*
10 *Riminaldus Iunior commendatur.*
11 *Argumentum a contrario sensu dici textum ipsius legis.*
12 *Renunciari non posse argumento a contrario sensu.*
13 *Gloss. in uer. coniectura in l. apud antiquos. C. de furt. declaratur.*
14 *Tex. in l. 1. in fin. de bon. poss. secundum tab. declarari.*
15 *Gloss. in l. secunda. C. de cond. insert. differitur, quomodo sit intelligenda.*
16 *Tex. in cap. cum Apostolica de ijs quæ fiunt à prælat. quomodo sit intelligendus.*
17 *Glos. in l. iurisgentium, §. dolo malo de pact. ut ueniat intelligenda.*
18 *L. pecuniam quam si cert. pet. sensus elucidatus.*

Quid resoluendum credat Auctor in recitata controuersia.

CAP. XI.



Mihi uidetur oportunitas, tutiusque †ac sincerius posse negociū
1 hoc explicari, unica constituta conclusione, ad quam postea reducantur in limitationes & declarationes omnes aliæ interpretum assertiones, conclusio
2 igitur erit; In statutis † permissam esse argumentationem a contrario sensu; ita est de mente Barto. in d.l. omnes populi sub num. 61. dum negat tantum illud procedere quando traheretur arg. a contrario sensu ad casum à iure communi decisum, idem Bar. in l. non impossibile de pact. & clarius in d.l. 1. sub num. 16. ad fin. de offic. eius, in l. iurisgentium in §. dolo malo de pact. & in l. apud antiquos ubi etiam Bal. & alij. C. de furt. Imol. & Bald. in l. Gallus, §. ille casus de lib. & posthum. idem Bal. in l. si eum, §. qui iniuriarum si quis cautio. Felyn. in d. cap. significasti de for. competen. col. penult. & in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Dec. in d.l. 1. sub num. 59. vers. sed tamen est aduertendum de off. eius. ibique Cur. iun. sub num. 58. attestatur ita communiter teneri; Euerar. in d. loc. à contrario sensu sub nu. 21. Viui. lib. 1. com. opin. in uer. arg. à contrario sensu uersic. item hoc argu. & Emanuel Soar. in thesaur. recept. sent. in uer. argumentum à eōtrario sensu, probatur
3 †autem ista communis opinio triplici ualde notando textu, & unica ualde concludenti ratione; primus tex. est in d.l. 1. §. huius rei de offic. eius ubi compellat I. C. hoc argumenti genus fortissimum, & sic in superlatiuo gradu ultra quem non datur gradus, l. ubi autem, §. fin. de uerb. obligat. Secundus est in
4 †l. iurisgentium in §. dolo iuncto tex. §. ait prætor de pact.

pact.& hunc tex.appellat Curt.ſub d.nume.85.eſſe
5 ineuitabilem. Tertius eſt tex.†in l.ſi quis locuples de manu.teſtam.quem idem Cur.fortiſsimum eſſe ait,nec quicquam facere in oppoſitum factam cõſiderationem de uerbo uidetur, quod denotat fictionem,ut perpendebat Bartol.iam ſupra relatus in d.l.omnes populi ſub dicto num. 62. & in d. l. 1. ſub num.16.poſt Iacob. Butrig. quia id locum habet quãdo uerbum uideturꝛeſt prolatum in ijs quæ
6 ſunt facti, ut per Barto.in l.ſi is qui pro emptore in 17.col.ſub num.56.& tradunt Ftanc.Areti.in l. naturaliter in princ.de acquir. poſſeſſ. ſecus eſt quando ſumus in ijs quæ ſunt iuris, quale eſt eſſe aliquid de propria ſignificatione, quæ eſt iuris, quia tunc importat ueritatem,ut per Doctor.ſupra relatos in locis iam allegatis, non enim differt in ijs ueritas à fictione,l.maritus, §. legis ubi Bartol. ad leg.Iul.de adulter.Dom.Alciat. in l.mercis ſecunda de uerbo. ſigni.& ſupra plenè tractauimus libro ſecundo huius operis in ea parte in qua ediſſeruimus an ficta ſignificatio propria eſſet,an uerò impropria,intelligendo tamen & declarando prout ibi fecimus.Ratio autem qua confirmatur hæc communis Doct.
7 ſententia eſt quia argumentum†a contrario ſenſu dicitur mens legis,uel ſtatuti,ut eſt gloſ. ordin.in d. l.qui teſtamento §.mulier de teſtam.quæ dicit ſenſum contrarium pro lege accipi,ita quòd hoc quod aſſumitur a contrario ſenſu,perinde eſt,ac ſi eſſet in lege expreſſum quam glo.dicunt ſingularem,& celebrem, Bald.& Caſtr. in d §.mulier Bal.in d.l.conuenticula,& in cap. 1.de conſtit. nec iſtud argumen
8 tum a contrario ſenſu †uenit ex interpretatione ac coniectura,ſed ex ſenſu & mente legis,ut dicit Bar. iam relatus in d.l.omnes populi, ſub num.61. & in d.l. 1.de off.eius ſub num. 16.poſt Dyn.quod uoluit & Deci.ibi ſub num.59.& ſeq.ſaltem quando ſumitur prout debet ad limites ſenſus directi, uel a cauſa finali Cur.iun.ſub num.42. multa adducens & reſpondens ad contraria Nicol.Euerar.in d.loc.a cõtr. ſenſ.poſt princi. & hanc opin.dicit eſſe communem Sebaſt.ſapi.in d.l. 1. ſub nume.99.cum ſeq.quædam adducens pro utraque parte, & nume.102. dicens
9 †argumentum a contrario ſenſu proprie dici ex lege quantum ad mentem,ſed non quantum ad uerba,& quod dicatur potius ex mente uenire & intellectu,quam ex uerbis,uoluit Paul.Oria.in d.l. 1.ſub num.99. in fi.poſt Imol. per eum allegatum,eadem opinio placuit Iacob.Nigr.ſub num.44.in d.l. 1. de off.eius poſt quam ſub num.42. & ſeq. latè diſſeruit de ueritate iſtius articuli quamuis labatur in eo ut dicit Viuius loc. iam laudato, qui contrariam opinionem ſupponit communem,& illam Bartol.probare,hanc quoque partem poſt Petr.Calefat.& Modern. quoſdam Patauinos, ſeqnitur eruditiſsimus
10 †Riminal.iun.in conſil. 110. ſub nume.52.& ſeq.& in d.l. 1.ſub num. 124.qui addit Coraſ.ibi. Barto.in d.l.ſi quis locuples per illum tex.de manu. teſtam. dicentem argumentum à contrario ſenſu eſſe ex expreſſa ſignificatione,ideſt apertiſsima; Et Bal. in conſil.8.uol. 1.in antiq.incipit.Quidam Dom.Paſi-
11 nus,qui ait arg.à contrario ſenſuꝛdici textum ipſius legis,& eundem Bal.in conſi. 143.punctus quæſtionis uol.2. quem citat Curt. noſter ſub num.42. qui uoluit, ita non poſſe renunciari argumento à con-
12 trario ſenſu †quemadmodum nec legi, quia contrarius ſenſus uidetur eſſe in textu, unde pactum quod loquitur contra contrarium ſenſum legis,loquitur etiam contra legem ipſam, ſcilicet contra textum, ita ut hæſitandum non ſit, quominus iſta opinio ſit communis & per eam firmetur conſequẽter communis concluſio iam ſupra relata.Ad ea uerò quæ in contrarium adducuntur,videlicet ad glo.
13 †in uer. coniectura, in l.apud antiquos. C.de furt. vbi hæc argumentio dicitur eſſe ex coniectura, & quod uenit ex coniectura non dicitur propriè uenire, l. 1.in 6. not. ſub num.43. quòd licet ueniat per coniecturam, & indirectè, nihilominus ea dicitur coniectura legis & conſequenter probatio apertiſsima d.l.ſi quis locuples de manu.teſtam. Licet impe
14 rator de leg. 1. & ad tex.†in d. l. 1.in fin. de bonor. poſſ.ſecundum tab. loqui ait de coniectura hominis; Ad gloſ.in d.l. 2.C.de condit. inſert.quæ appellat hunc intellectum ſubauditum licet nihil reſpon
15 deat †poteſt dici quòd ſubauditio iſta eſt à lege, & cum uerſemur in ijs quæ ſunt iuris nulla debet conſtitui differentia inter expreſſum, & ſubauditum uel ſubintellectum, l. 1.in prin. C.de re.uxor. actio. l.his nobis iuncta l.l.nec ei in fin. cum l. ſeq.de adoptio. Barto.& alij in l. 1.in princ.de uerbo.obligatio. Bartol.in d.l.ſi maritus §.legis ad leg.Iuli.de adult. Dom.Alcia.in d. l.mercis ſecunda de uerbo. ſignifi. & ſupra diximus libro ſecundo, dum egimus de ſi-
16 gnificatione ficta. Ad text.†in d.cap. cum apoſtolica de ijs quæ fiunt à prælat.ubi dicitur hoc argumẽtum uenire per indirectum, reſpondetur, & indirectum eſſe ex mente legis, cap.cum quid de reg. iur.
17 lib.6.Ad gloſſ.†in d.l.iuriſgentium,§.dolo malo que dicit hoc argumentum tacitè uenire, dicit Curt.in d.l. 1.ſub num.85.illam glo. loqui contra illum tex. deinde eandem eſſe uirtutem taciti atque expreſsi, l. cum quid ſi cert. petat. & præſertim addi poteſt quando tacitum proficiſcitur à lege, ut ſupra dictũ eſt l.his ſolis.C.de reuocan.donatio.Ad l.pecuniam
18 †quam ſi cert.peta.dicit Curt. in contrarium poſſe reuolui, dum ibi dicitur obligationem eſſe contractum tanquam ſub contraria conditione,quaſi ſenſus ſit,quãtum ad iuris effectum, perinde eſſe quod uenit à contrario ſenſu,atque id,quod uenit ex ſenſu directo, & ſi dicatur id improprie uenire per tex. inſti.de legit.patro.tutel.quia licet ibi dicatur quod uenit per interpretationem non uenire nominatim, non propterea negatur, quin neniat propriè cum interpretatoi ſit legis.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario ſenſu locum habere in ſtatuis quando deſumitur ad limites ſenſus directi.*
2 *Statutum quòd minorum contractus non ualeat ſine conſenſu propinquorum quomodo ſit intelligendum.*
3 *Arbiter coram quo centum petita ſunt ſi condemnauerit in quinquaginta tãtũ, quid ex eius laudo inferatur.*

Gloſ.

4 *Glos.in l.iusiurandum ad pecunias interpretatio.*
5 *Statuto requirente certam formam in contractibus minorum, quid è conuerso inferatur.*
6 *Argumentum a contrario sensu ualere quando sumitur ex materia limitati temporis uel uerborum limitatorũ.*
7 *Bal.in l.1.C.de inutil.stipul.declaratur.*
8 *Bartol.assertio in l.3.§.a Titio elucidatur.*
9 *Argumentum a contrario sensu in materia correctoria locum non habere.*
10 *Statuentes præsumuntur uelle conseruare id quod ab eis constitutum est.*
11 *Stante statuto quòd in cuiuscunque successione agnati præferantur cognatis, postea facto statuto, quòd moriente fratre sine ascendentibus, frater succedat, & soror excludatur, argumentum a contrario sensu non assumitur, ut soror succedat si is decesserit cum matre uel auia.*
12 *Argumentum a contrario sensu procedere in statutis ad correctionem iuris communis secundum Orianum.*
13 *Oriani argumenta puerilia ac uana compellari à Riminaldo, ab eodemque confutari.num.14.*
15 *Statutum ubi in sensu directo non potest operari, a contrario sensu etiam intelligi ad correctionem iuris communis.num.16.*
16 *Cur a contrario sensu, in statuto ut non extantibus masculis fœminę succedant, intelligatur, ut eis extantibus succedant.*
17 *Præiudicium filiarum uideri obstare, ut in statuto, non extantibus masculis, argumentum a contrario sensu non desumatur.*
18 *Et an filię dicaneur pati damnum in huiusmodi statuto.*
19 *Ryminaldum Decij responsionem confutare. Et quibus rationibus in materia dicti statuti.*
20 *Legitimam dici portionem eius quod ab intestato debetur.*
21 *Fœminæ ubi per statutum excluduntur debent semper esse dotatę.*
22 *Dotem succedere in locum legitimæ.*
23 *Statutum nouum quando nos reducit ad ius antiquum, etiamsi ius medium corrigat dicitur fauorabile.*
24 *Sapiam dici parum sapere à Riminaldo.*
25 *Statuta omnia Italiæ excludentia fœminas a successionibus propter mares, fundata esse super media iuris prudentia fœminarum exclusiua.*
26 *Statuta propter masculos fœminas à successionibus excludentia secundum communes aut magis communes Doctor.sententias esse fauorabilia.*

Vtrum procedat supra firmata conclusio, quando in statutis desumitur argumentum ad limites sensus directi, & quando uersamur in materia correctoria.

CAP. XII.

1 HAnc conclusionem sic constitutam limitant seu declarant, primo loco† Docto. ut procedat quando in statutis desumitur argumentum ad limites sensus directi ac expressi, ut notat Anto. Butri. in dicto cap. cum apostolica in ult.notab.idem Dec.in consi.38. col.3.uers.& ad hoc, Corn.in consi.133. col.3.lib.2. quibus accedit Cauet. in consil. 203, sub num.11.
2 & clarius sub num.9. putà statutum dicit† quòd contractus minorum non ualeat sine consensu propinquorum, ergo a contrario sensu si propinquorum consensus interueniat, non irritabitur contractus ex defectu interuentus; sed non potest argui ulterius præter limites sensus directi, quòd ualeat contractus ex solo interuentu propinquorum licet aliæ solennitates requisitæ in contractibus minorum non interuenerint, quia hoc ex sensu directo non infertur. ita declar. Anto. Butr. in d.c. cum apostolica de ijs quæ fiunt à prælat. in ult.notab. Deci. in d.l.1. in ult.notab. in consi.110.col.2.& in consi.386. col.2.
3 similiter † si arbiter coram quo centum petita sunt condemnauit in quinquaginta tantum, bene sequitur arguendo a contrario sensu, quòd in aliis quinquaginta non condemnauit, sed non sequitur ergo absoluit, Corn. in consi.49. col.2. lib.2. latius Dec.
4 in consi.219.fin.col. & propterea inferebat† Craue. in d.consi.203. sub num.10. quod licet ex glos. in l. iusiurandum & ad pecunias in §. ait prætor in uers. datur, inferatur à contrario sensu, quòd regulariter is cui defertur iuramentum habet electionem, uel iurandi uel referendi, cum speciale sit in famoso iudicio, ut ea electione priuetur, non sequitur tamen inde, ut possit recusari iuramentum quoties referri non potest, nam hoc omnino separatum est ab eo quod dicit glos. in sensu directo, & ex separatis non infertur iuribus uulgar. Similiter ponit exemplum
5 Dec. in d.l.1. sub num.59. uers. & pono exemplum, in casu in quo loquitur Bal. in l.1.C.de inutil.stipul. Quòd si statutum requirit certam formam in contractibus minorum a contrario sensu, in maioribus talis forma non erit necessaria, & hoc modo inquit argumentum a contrario sensu benè procedere in
6 statutis. Et rursus quando sumitur † ex natura limitati temporis, & quando necessarium est argumentum ex natura uerborum limitatorum, ut not. Bal. in d.l.obseruare §.proficisci in 3.q.circa fin.de offic. proconsul. Neque obstare ait aliqua, quæ in contrarium adducuntur; ueluti quod argumentum a contrario sensu sit ex interpretatione, quæ non habet locum in statutis, quia supra demonstratum fuit esse ex mente & verbis quando sumitur ad limites uer
7 borum. Ad decisio.† Bal. in d.l.1.C.de inutil.stipulatio. ait illam rectè procedere, quia non infertur a cõtrario sensu, quòd ille sit habilitatus, a iure cõmuni ultra illam ætatem, ut ratio Baldi ostendit, quia dũ statuto dicitur, ut minor 18. annis non possit se obligare nisi seruata certa solennitate uel forma; a contrario sensu sequitur quidem, ut maior non teneatur illam formam seruare, ut dictum est, sed non sequitur ut ea ætate maior possit efficacius se obligare, quàm sit iure communi permissum hominibus intra 25. annum existentibus, quia inducta ad infringendum non debent operari contrarium. Ad Bart.
8 assertionem † in l.3 §. cum Titio quem seq. Alexan. in l.1. C.de bon. poss. contr. tab. respondet per posterius statutum minorem pœnam imponentem non

cense

censeri a contrario sensu derogatum primo, ne inducatur iurium correctio, & quia utrunque stare potest, ut supra diximus libro septimo in materia exorbitanti, dum uerba fecimus de istiusmodi statuto, & quia a contrario sensu id non infertur, ut docet Dec. in d.l.1.C.de bon. poss. contr. tab. eandem limitationem probat Cæfal. in consi.62. sub nu.46. lib.1. qui addit Deci. in consi.606.

Limitatur secundo loco ista conclusio, ut non
9 progrediatur in correctorio statuto quia † tunc ad correctionem iuris communis non est licita argumentatio à contrario sensu in statutis, Roma. in consilio 399. ut præsens consultatio clarior reddatur, & seq. Crot. in d. l. omnes populi sub numer. 207.
10 de iust. & iur. quia præsumitur † statuentes velle cõ seruare id quod ab ipsis constitutum est, arg. l. si hominem mand. uerbi gratia, disponit statutum, quod in cuiusque successione agnati præferantur cogna-
11 tis † post fit statutum quòd moriente fratre sine ascendentibus, frater succedat, & soror excludatur, tale argumentum non sumitur, ut ipso moriente cũ ascendentibus puta matre, uel auia materna soror succedere possit, prout disponit ius cõmune auth. de funct. C. ad tertul. quia sumendo huiusmodi argumentum corrigeretur alterum statutum, eandẽ sententiam sequitur Crauet. in consil. 39. sub nu. 5. post Bal. in l. obseruare, §. proficisci, in 3. q. de offici. proconsul. & Castr. in consil. 175. casus præsens ualde dubitabilis col. 3. ad fin. lib. 1. & in consi. 83. præsens casus col. 3. circa medium libr. 2. & ita firmat Deci. & communiter Doctor. in d.l.1. §.1. de offic. eius.

Sed Paul. Oria. in d.l.1. sub num. 45. putat tale ar-
12 gumentum procedere † etiam in statutis ad correctionem iuris communis, per glos. in l. tale pactum, §. fin. de pact. quæ uult statuentes intelligi in casu omisso statuisse in quod uerisimile est, ita statuturos fuisse, si interrogati essent; sed argumentum a contrario sensu nihil est aliud, quàm casus omissus ergo censetur statutum. Rursus quia statuentes possunt corrigere ius commune in sensu directo, ut per omnes in d.l. omnes populi de iust. & iur. ergo & in sensu contrario. Sed hæc argumenta puerilia esse ac
13 † uana dicit Hyppol. Riminal. in d.l.1. de offic. eius. sub num. 514. nam glos. & Doctor. inquit ille in d.l. tale pactum dicunt statuentes idem uideri disposuisse in casu omisso, de quo ita disposuissent uerisimiliter si fuisset interrogati. At nos per argumentũ a contrario sensu intendimus facere quòd statutum censeatur disposuisse contrarium in casu omisso, eius quod disposuerat in expresso. Ergo non potest deseruire glos. illa cum ibi notatis. Ad secundum ait
14 † non parem uirtutem taciti atque expressi esse quãtum ad emendandum actum; cum actus magis inficiatur ex dispositione expressa quàm ex tacita, Bal. in l. eleganter, §. si quis post col. penult. sup. de condic. indeb. Deci. in l. expressa de reg. iur. Ias. in l. cum quid sub num. 6. limit. 3. si cert. peta. unde licet statuentes possint expresse ius commune tollere nõ tamen id inducendum est tacitè, & per arg. a contrario sensu.

Sed hactenus firmatam limitationem Doctores
15 communiter intelligunt, ut attestatur Deci. sub d. num. 59. in d.l.1. uers. successiuè Doctores de offi. eius, ut locum habeat, quando statutum in sensu directo aliquid possit operari, sed quando nihil possit operari, tunc etiam ad correctionem iuris communis assumitur argumentum a contrario sensu; exemplum, si statuto caueatur ut non extantibus
16 masculis fœminæ succedant, † cum enim tale statutum nihil in sensu directo operetur, ex eo quia licet hoc non disposuisset, tamen filiæ, ubi masculi non adessent de iure communi successissent, meritò deducitur à contrario sensu argumentum, ut extantibus masculis fœminæ non succedant, ita tradit Bal. in l. conuenticula. col. prima. C. de episc. & cler. cum simil. trad. ab Alex. hic col. 11. uersic. fallit hæc conclusio, & in l. si cum dotem in princ. fol. mat. in col. fin. ibique Ioan. Imol. & Claud. Aquens. Ias. in consilio 115. col. 3. col. 1. & consi. 201. sub num. 5. libr. 2. Dec. consi. 626. col. 2. Ruin. Sen. in consilio 264. sub nu. 44. Rimi. in consil. 89. num. 8. & consil. 154. sub num. 11. uol. 1. Crauet. in consi. 92. nu. 5. consi. 105. num. 7. & consi. 118. sub num. 19. Hippol. Riminal. qui & ipse testatur ita se habere communem sentẽtiam, in consi. 3. sub num. 1. quod facit & Viui. loco iam relat. post Curt. iun. incitat d.l.1. Felyn. in dicto cap. significasti de foro compet. & Albert. Brun. in 1. quæst. 7. arti. prin. Hippol. Riminal. in d.l.1. sub numero 403. 451. & 516. cum simi. Sed aduersus hanc
17 conclusionem † dicit Dec, obstare quòd cum agatur de præiudicio filiarum, ut priuentur hæreditate paterna, potius tolerandum esse uidetur, ut uerba statuti nihil operentur, quàm quod indebitè alteri dãnum inferatur, ut nota. per glos. & Bart. ibi in fin. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliber. & maximè
18 per Ias. ibi, & quamuis Ias. ibi † dicat filias non pati damnum, sed lucrum perdere, ut per glos. in l. 3. de iur. & fact. ignor. Tamen replicat Deci quòd imò respectu legitimæ hæreditas uidetur esse debita filiæ, nam tolli non potest sine causa, §. aliud quoque capitulum in auth. ut cum de appel. cognosc. & sicuti ille qui perdit legatum dicitur pati damnum, glo. in l. non amplius de leg. 1. ita & in hæreditate debita filio, prout hæc duo comparat Bart. in l. clodius de acquir. hæredit. & se remittit Deci. ad dicta per eum in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Sed hanc
19 responsionem Decij non esse bonã dicit Rim. supra allega. in d.l.1. quia idem met Deci. in d.l.1. C. qui admitti probat in legato tractari de lucro; quod & probatur in l. qui autem, §. sed & illud, quæ in fraud. credit. ubi si quis legatum repudiauit cessat illud edictum, quod factum est aduersus eos, qui minuit patrimonium suum, ut fraudent creditores, utin princ. legis dicitur, hic enim agit ne locupletetur, nó autem ut perdat inquit tex. & Bartol. in d.l. clodius uult agi de lucro tam in legato, quàm in hæreditate filio delata, & sicut illud repudiatione perditur; ita etiam abstensione amitti posse filio delatam hæreditatem non autem iuris ignorantia; Et ad id quod inquit Deci. de legitima debita filiæ, respondet id non procedere supposito dicto statuto eam excludente ab intestato, à contrario sensu stantibus masculis

20 ſculis, cum enim † legitima pars ſit portionis ab inteſtato debitæ l. cum quæritur. C. de inoff. teſtam. l. parentibus. ff eod. tit. ſequitur ei nullam deberi legitimam quæ ab inteſtato non ſuccedit ex dicto ſtatuto, prout tradit Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. & in l. ſi emancipati col. tertia oppoſ. 6. & ibi Alexan. nu. 8. C. de collat. Dec. qui dicit eſſe communem, in conſil. 296. col. 1. ad fin. quibus plures addit Crauet. in conſilio 11. ſub num. 13. & Rube. in conſil. 122. cum ſimili. ab eo citat. qui hoc pacto ait ceſſare obiectum. Quod ego quoque ſilere arbi-
21 tror, ex eo quod † ubi fœminæ per ſtatutum a ſucceſſione excluduntur, debent ſemper eſſe dotatæ uel a parentibus, uel ab ijs quorum fauore excluduntur, Bal. in l. fin. col. ſecunda. uerſ. ſed pone ſtatutum. C. de dot. promiſſ. Brun. in tracta. fœmi. excluſ. in nono artic. princ. q. 2. ſub num. 47. & per totam illam quæ ſtionem, unde non uidentur damnum pati, cum dos data uel quam conſequi poſſunt dicatur ſuccedere
22 loco legitimæ † l. Titio centum §. Titio genero, ubi Bart. not. de condit. & demonſtr. Dec. in conſil. 106. ſub num. 3. & in conſil. 505. ſub num. 3. Franc. in ca. quamuis de pact. lib. 6. col. 4. ad fin. Cur. noſter Sen. conſil. 5. Andr. Tiraq. in l. ſi unquam. C. de reuocan. donatio. in uer. ſuſceperit liberos ſub num. 112. cum ſimilibus. Sicque cum ante dicta limitatione ad ſupra firmatam regulam ſeu concluſionem reſidet Iaſ. in d. l. 1. & Sap. ſub num. 76. & Curt. iun. loc. iam relato qui illam confirmat ea ratione, quòd quando
23 ſtatutum † nouum nos reducit ad ius antiquum, licet corrigat ius medium, dicitur fauorabile, & per conſequens extendi debet, ſecundum gloſ. in cap. ſtatutum in uer. emendari de præben. lib. 6. Felyn. in cap. cum acceſiſſent col. 2. de conſtit. Iaſ. in d. auth. quas actiones. C. de ſacr. eccleſ. & ſupra diximus libro ſexto in materia correctoria, ſed in lege Moſaica fœminæ excludebantur ergo ſtatutum, quod nos reducit ad talem ius, tanquam fauorabile extendendum erit, & quamuis Sapia non recipiat hanc rationem quia nunquam reperitur fuiſſe à iure communi recepta, nihilominus Riminal. ſub num. 510.
24 in d. l. j. dicit. Sapiam parum † ſapere, quia ſatis eſt ius commune illi fuiſſe contrarium, ad hoc ut ſtatutum tali lege conforme tanquam fauorabile debeat extendi, ſed poteſt quoque dici de media iuriſprudentia ſimilem prouiſionem fuiſſe in plerisque caſibus receptam, ut in l. lege 12. tab. C. de legi. hæredi. ubi Bal. ait ſuper illa media iuris prudentia excluſi
25 ua † fœminarum in illis caſibus fuiſſe fundata omnia ſtatuta Italiæ, per quæ fœminæ arcentur a ſucceſſione propter maſculos, quæ ſtatuta cum ſint fundata in fauore agnationis, non eſt dubium ſecundum communes Doctor. theoricas, aut ſaltem
26 magis † communes, ea fauorabilia cenſeri, ut ſupra diximus; & ſcribit Brun. in ſtatuto fœminarum excluſiuo in quarto arti. princip. ſub num. 6. cum ſimi. ſupra relat. & ideo poterit extendi, & in illo argumentum à contrario ſenſu etiam ad correctionem iuris communis aſſumi, cum præſertim illa quoq; ratione adiuuetur quam conſiderant communiter Doctor. tam in d. l. 1. quàm alibi in locis ſupra allegatis unde ne abſurdum illud ſequatur, ut inanis ac fruſtratoria reddatur ſtatuti diſpoſitio, interpretatione adiuuandũ erit, ut ſupra duobus præcedentibus libris ſæpius diximus; & præſertim interpretatione mentali, intrinſecaque ac neceſſaria iſtius argumentationis a contrario ſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario ſenſu non habere locum in ſtatutis, quando aliquo ſtatuto cauetur ut ſtatutorum uerba non recipiant aliquem extraneum, uel ſubauditum intellectum.*
2 *Sed contra obſtare quod argumentum a contrario ſenſu dicitur eſſe ex mente legis. num. 2. ex Decio,*
3 *Riminaldum uero contra ſentire ut ſit ſubauditus intellectus.*
4 *Auctorem tamen ſtare pro Decio & Curtio.*
5 *Statutum Ticinenſe remouens interpretationem & omnem extrinſecum intellectum, quomodo ſit exaudiendum.*
6 *Paſſiuam interpretationem nunquam cenſeri excluſam.*
7 *Argumentum a contrario ſenſu non habere locum quãdo ſtatuentes inciderent in pœnam.*
8 *Statutum quod uſurarius non poſsit capere niſi duos denarios pro libra, non infert propterea, ut licitè illos capiat a ſenſu contrario.*
9 *Argumentum a contrario ſenſu non habere locum in dictis teſtium, quando per id inciderent teſtes in crimen falſi.*
10 *Propter inanitates recedendum non eſſe a communibus opinionibus.*
11 *Tex. in l. 2. C. de cond. inſer. eſſe difficilis ac ſalebroſæ inductionis, ſed elegantem.*
12 *Argumentum a contrario ſenſu non procedere quando ſtatuta ad literam ſunt intelligenda. ex Iaſ. & Rimin.*
13 *Contra tamen ſentire Orianum. A quo ſub numero decimo quarto refertur Riminaldum conari ſeruare dictam limitationem.*
14 *Auctorem tamen contra putare, cùm tale argumentũ ſit ex mente legis ut ſupra dictum eſt.*
15 *Statutum reijciens interpretationem intelligi de gloſſa, & interpretatione hominis.*

Quid iuris ſit, quando alio ſtatuto cauetur, ne reliqua ſtatuta aliquam interpretationem recipiant, uel quando ſic arguendo ſtatuentes inciderent in pœnam; aut quando alia lege municipali caueretur, ut ſtatuta deberent intelligi ad literam.

CAP. XIII.

TErtio loco limitatur iſta concluſio, ut locum non habeat ſtante inter reliqua ſtatuta lege aliqua municipali, quòd uerba ſtatu-
1 torum † non recipiant aliquem extraneũ uel ſubauditum intelle ctum, ita limitat Bald. in l. 2. C. de cond. inſert. cum

ſimil.de quibus per Iaſo.in 4.nota.d.l.1. quia ſecundum eum arg.a contrario ſenſu dicitur ſubauditus intellectus,per quē non inducitur legum correctio, ſecundum gloſ.in cap.cupientes §. quod ſi per viginti de electio.lib.6.eandem limitationem recipit Abbas in cap. cum apoſtolica in ult. notab. de ijs quæ fiunt à prælat.& Alex.in d.l.1.col.11. de offici.eius, qui dicit idem eſſe ſi ſtatutum uelit quòd uerba intelligantur ad literam, per ea quæ ſcribit Bal.in l.2. C.de patr.qui fili.diſtrax.

Sed tamen inquit Deci.in d.l.1.ſub num.60.præ
2 dictis † dubitationem facere, quòd contrarius ſenſus uidetur ex mente legis,uel ſtatuti procedere, ut ſupra dictum eſt,quod ſaltem difficultatem habere non uidetur in argumento a contrario ſenſu, quod ſumitur a cauſa finali uel ad limites uerborum,quę ſunt in ſenſu directo, per ſupradicta, & quia expreſſum uidetur etiam illud quod indirectè ex inſtrumẽto colligitur,ut not.Abb.in cap.cum olim de cenſib. in ult. not.cum ſimili. quæ habentur apud eundem Dec.in cap.translato de conſtit.& faciunt quæ ſcribit idem Deci.in l.fin.C.de edict. Diui Adrian. tol. in quam ſententiam inclinat & Cur.iun.in d.l.1.ſub num.88.uerſ. ſed iſta limitatio , at contra ſentit Ri-
3 minal.†iun. in d.l.1.ſub nu.521.uer. ſed in limitationem prædictam,quia argumentum a contrario ſenſu dicitur ſubauditus intellectus,cum per indirectũ colligatur d.c.cum apoſtolica,ſi ergo dicat ſtatutũ, ne ſtatuta recipiant ſubauditum ſenſum, non debebit habere locum iſtud argumentum,quod nihil eſt aliud quàm ſubauditus intellectus, hincque ceſſare, ſecundum argumentum Dec.quòd ſit ex mente,uel expreſſum,quia utcunque ſit.

4 Sed ego † puto Dec.& Curt.rectè ſentire,ut uera non ſit hæc limitatio quia ſtante illa communi opinione, quòd argumentum a contrario ſenſu ſit ex mente intrinſeca, & ex diſpoſitione ſaltem generali ipſius legis uel ſtatuti, ut ſupra diximus nunquam poteſt hęc ſignificatio dici eſſe excluſa a ſtatuto per ea quæ ſcribit Areti.in l.cum lege de teſtam.& Dec. in conſi.5.in fin.cum ſimil.ſupra ſæpius citat.nec excluſa per tale ſtatutum quod loquitur de ſubaudito intellectu extrinſeco atque extraneo, non autem de illo qui uenit ex ui uerborum generali,& mente legis, qui nunquam cenſetur excluſus, per illum notab. tex.in l. his ſolis uerſ. tacitè cautum putamus. C.de reuoc. dona. & per ea quæ ſæpius ſupra dicta ſunt ac ſcribit Alciat.de uerb.ſig.in l.liberationis,& faciunt quæ tradit Curt.ſen.in conſi.6.Ticinenſi ſtatuto ſub nu.25.& Cur.iu.in conſi.6.col 4. ad fi.& 5.
5 ſtatuto † noſtro Ticinenſi, quod remouet omnem interpretationem, & tamen non cenſetur reijcere interpretationes illas quæ ueniunt ex mente intrinſeca ipſius ſtatuti;& quatenus aliqua poſsit ſubauditio conſiderari , illa eſt impropria , & talis ut de illa non poſsit intelligi ſtatutum; quia eſſet ſubauditio eiuſdem legis uel ſtatuti,quæ nunquam cenſetur excluſa,ut in ſimili dicunt doct. & ſupra latius retulimus, quàm ut hic repetendum ſit de interpreta-
6 tione paſsiua † quæ cùm fiat ab ipſa lege , ſemper in quacunque materia, quantumuis odioſa,correctoria ac pœnali , ut ſupra diximus, uarijs in locis 5.6. & 7.libri,& tradit Bart.in d.l.omnes populi ſub numero 60. & in l.1. ad leg. Falcid. & in l. quod uero de legi.cum ſimilibus in dictis locis adductis atque relatis,nunquam intelligitur eſſe reiecta.

Limitatur quarto loco iſta concluſio quando aſ-
7 ſtatuentes in penam, gloſ. notand.in clemen.1. de uſur.in uer.facere.Bald.in authen. ad hæc colum.3. C.de uſur. cum ſimilib.adduct.per Doctor.in d.l.1. de officio.eius.& ideo, ſi fiat ſtatutum, quòd uſurarius
8 non poſsit capere † ultra duos denarios pro libra,nõ ſumitur argumentum a contrario ſenſu, quod poſſit capere licite illos duos denarios, quia hoc modo inciderent in pœnam. Addit aliam rationem Iaſ.in d.l.1. ſub numer.43. uidelicet quòd ſi aſſumeretur iſtiuſmodi argumentum a contrario ſenſu in tali ſtatuto , eſſet non ſolum contra ius canonum, ſed etiam contra ius diuinum, & ideo non poſſet tale argumentum procedere , ſed pro hac limitatione melius dicit facere tex. in cap. quod dicitur de uerbo. ſignificati, per quem ibi colligunt Butri.& Abbas argum.a contrario ſenſu non habere locum in
9 dictis teſtium, † quando per tale argumentum inciderent in crimen falſi; & ita probant poſt Iaſo. Curt.& Oria.in d.l.1.de off.eius hanc limita.ille ſub numero 90. hic ſub num. 105. qui dicit hanc limitationem fuiſſe Hiero. Tort. quam tacito auctore ſibi adſcripſit Iaſ. & ita ſe habere communem opinionem,dicit idem Oria. quamuis dubitet aliquantulum,ex eo,quod uideatur contra ſtatuentes interpretandum, qui legem potuerunt apertius dicere, arg.l.ueteribus de pact.cum uulg. ſed ego puto ob
10 huiuſmodi inanitates non eſſe dubitandum de cõmuni opinione, quæ fundata eſt in ea certiſsima atque irrefragabili concluſione, quæ habet,argum.a contrario ſenſu nunquam eſſe locum, quando aliqua reſultaret abſurditas,ut ſcribunt omnes in d.l.j. de off.eius in gloſ.in uer. fortiſsimum per tex.in l.3. C.de cond.inſert.quem difficilis ac ſalebroſæ inductionis appellat Iaſ. & circa illum nalde laborant
11 interpretes ibi,& in d l.1.& certè ille † tex.eſt nalde elegans tam in textu, quàm in glo. in textu illis in uerbis,quia patris uoluntati non obtemperauit,in glo.in uerbo edicti,& in uerbo uoluntatẽ,dicũt,prauum ſubauditũ ſubauditũ nõ eſſe admittendũ propter abſurditatem; & deſeruiunt ad hoc propoſitum quæ ſupra diximus libro tertio,& quinto,ſexto & ſeptimo, diuerſis in locis de abſurdi euitatione cuius gratia docuimus multa in iure admitti quæ aliàs non admitterentur.

Limitatur quinto loco ut ceſſet ſupra relata con-
cluſio, quando adeſſet ſtatutum, ut ſtatuta debe-
12 rent intelligi ad literam, † quia tunc non admittitur argumentum a contrario ſenſu, quod non reperitur eſſe ex litera , ſed eſt ſubauditus intellectus, ut per glo.& doctor.in dicta l.ſecunda. C.de condit. inſert. & ita firmat Iaſ. & Riminal. in d.l.1.de offic. eius D.Alcia.in conſi.78. circa fi.quibus accedit Riminal.iun.in d. l.1. ſub nu.522. Contrariam tamen
13 † ſentẽtiã in d.l.j.probat Oria.ſub nu 46.per doct.

Bart.

Bart. in d.l. omnes populi de iust. & iur. sub num. 65. ubi ait istiusmodi statuta parum operari, quia intelliguntur reijcere solum friuolam interpretationem. per l. 1. §. fin & l. 2. §. pen. C. de uet. iur. enuc. secus in legitima, quia illa nunquã censetur esse exclusa. l. 1. cum ibi notat. C. de legi. & in l. si de interpretatione de legi. & ita in rescripto tradit Bal. in rub. de rescri. col. 2. & hanc quoque sententiam firmat Cur. iu. in d.l. 1. sub num. 89. per ea quæ supra dixit in antecedẽ
14 ti limitatione, sed Rim. iun. † in d.l. 1. sub d. nu. 522. dicit posse defendi prædictam limitationem, quia quod ibi dicit Bart. procedit quando interpretatio fit super uerbis expressis in statuto, sed argumentũ à contrario sensu supponit uerba contraria expressis, ergo &c. Sed stantibus ijs quæ supra diximus in proximè præcedenti limitatione, quòd argumentum à contrario sensu sit ex mente legis ex interpretatione intrinseca, & ex dispositione & ex uerbis, saltem ex generalitate uerborum, ut supra diximus, & ex necessaria interpretatione, euitari nõ poterit quo minus, nõ obstante eiuscemodi lege municipali, ad huc in statutis assumi possit prout proximè diximus in superiore limitatione, quibus accedit quod scribit Bal. de istiusmodi statuto in d.l. omnes populi, sub num. 22. uers. sed quid si cauerit, ubi ait intelli-
15 gendum esse, ut † uelit reijcere glossam & interpretationem hominum tantum non autem interpretationem legis, per l. quamuis. C. de adulter. quinimò ait quod etiam quando statuto præciperetur ut statuta deberẽt precisè obseruari, nihilominus adhuc legitimam interpretationem reciperent, per tex. in l. stipulatus sum Damam de uerb. oblig. quibus addstipulantur quæ scribit in dicto consil. 9. Ticinensi statuto Curt. sen. sub num. 25. & Cur. iun. d. consi. 6. col. 4. ad fin. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Argumento a contrario sensu tolli id quod sensu directo disponitur, sed non induci nouam dispositionem.*
2 *Contrarium sensum non attendi ultra id quod in sensu directo dicitur.*
3 *Statutum si dicat quod minor quindecim annis non contrahat sine certa solennitate, non propterea uidetur habilitare maiorem 15. annis ut possit absque illa solennitate contrahere.*
4 *Puellas quæ coactę parentum imperio habitum susceperunt illum dimittere, ac nubere posse.*
5 *Tex. in l. qui testamento, §. mulier, & in l. ex eo de test. declarari.*
6 *Cap. cum apostolica. §. fin. de ijs quę fiunt a prælat. ut excipiendum sit.*
Episcopi consensu a laicorum manu clericos posse decimas accipere. ibi.
7 *Personatum non posse concedi minori 14. annis.*
Intellectus cap. indecorum de ętat. & qualit. ibi.
8 *Cap. qualis 25. dist. quomodo sit intelligendum.*
9 *L. cum prętor de iud. declaratur.*
10 *Argumentum a contrario sensu nouam dispositionem inducere qui tenuerint, & quibus argumentis. numero 11.*
12 *Et quomodo contrarię partis ratiocinatiõnibus occurrant.*

An ne per argumentum a contrario sensu cesset illud quod in sensu directo disponitur.

CAP. XIIII.



Imitat modo sexto loco Deci. hanc conclusionem in d.l. j. in ult. notab. sub num. 38. præsertim sub uersi. & hæc conclusio, ut per argumentum quidem a
1 contrario sensu † cesset illud quod à directo sensu disponitur, quia si lex permittit a contrario sensu cessat permissio; si prohibet a contrario sensu cessat prohibitio, sed a contrario sensu non inducitur noua dispositio, contraria eius, quod in sensu directo continetur; quia inducta ad unum finem operari non debent contrarium effectum, ut supra dictum est, & per id quod no. Bal. in l. conuenticula. in princ. C. de episcop. & cler. post Petr. ubi inquit arg. a contrario sensu procedere tanquam a cessante ratione, &
2 propterea nihil noui inducere; mouetur autem † ad probandam hanc conclusionem limitatoriam Dec. præter supra dicta, & illa ratione, quia contrarius sensus non extenditur ultra id, quod expresse a sensu directo dicitur, ut supra dictum est; item per doctr. Bal. in l. 1. in fin. C. de inutil. stipul. ubi inquit quòd si
3 † statutum dicat, quòd minor quindecim annis non possit obligari sine certa solennitate, non tamen illud tempus uidetur habilitare maiorem quindecim annis, quia post eam ætatem cessat quidem prohibitio statuti, sed casus remanet in dispositione iuris communis, & idem in simili uult Paul. Castr. in consilio 106. incip. a secundo. col. 2. lib. 2. & idem Deci.
4 in consi. 110. & ita intelligit tex. in c. puellæ † 20. q. 1. ubi dicitur puellas, quæ non coactæ parentum imperio habitum susceperunt, & sic uolentes, non possunt recedere; unde uidetur inferri quod si coactæ patris imperio habitum susceperint, possint recedere ac habitum dimittere, & nubere, nam argumentum a contrario sensu sumitur ex communi regula, quæ habet quòd factum per metum debet retractari, ut in tit. quod met. caus. prohibitio igitur fuit limitata quòd non possint nubere, si non coactè à parentibus & sic uolentes professorium habitum susceperunt, si ergo coactæ hoc fecerunt prohibitio illa cessat a contrario sensu & subintrat communis regula, ut factum per metum rescindatur, & sic non est dicendum dispositionem illam prohibituam inducere dispositionem permissiuam disponendo, sed cessat prohibtio nubendi metu interueniente per supra dicta. Secundum quoque præ-
5 dicta declarat text. † in l. qui testamento, §. mulier de testam. & in l. ex eo eo. tit. nam ibi dicitur dã-

natum de adulterio non posse dicere testimonium, ex qua speciali prohibitione colligitur regulariter mulierem posse testificari, aliàs opus non esset illã in tali casu prohibere, illa tamen regula, ut regulariter mulier admittatur ad perhibendum testimonium non inducitur a contrario sensu sed supponitur per alia iura probari, quia si sic arguatur de adulterio tantum damnata prohibetur dicere testimonium. Ergo non damnata non prohibetur hoc quidem sequitur & concludenter, sed si uelit inferri ergo a contrario disponitur ut mulier testimonium dicere ualeat hoc ex præmissis non inferetur neq; ex illa prohibitione speciali hoc poterit innui, quia inducta ad vnum finem, non operantur contrarium effectum l. legata inutiliter de leg. 1. cum vulga. & quia contrarius sensus, ut dictum est, non potest extendi ultra ea quæ in sensu directo habentur. eodẽ

6 †modo intelligit text. in d. c. cum apostolica de ijs quæ fiunt a prælat. §. fin. ubi dicitur inhibitum in cõsilio Lateranensi, ne religiosi accipiant decimas de manu laicorum sine consensu episcopi, ut licitè decimæ possint de manibus laicorum accipi, quia tali casu intercueniente consensu episcopi prohibitio cessat & subintrat regula permissiua ante illam prohibitionem, quod de consensu episcopi possint licite decimæ de manu laicorum accipi. & sic uirtute regulæ permissiuæ cum id liceat non est dicendum quod inducatur à contrario sensu dictæ dispositionis prohibitiuæ particulari, quia in prohibitione facta sine cõsensu episcopi, colligitur quidẽ argumentum a contrario sensu, quod accedente consensu episcopi non prohibetur, sed non sequitur quòd ex illa prohibitione concedatur, sed cessante prohibitione concessio resurgit ex priore regula affirmatiua, quæ supponitur ex speciali ac limitata prohibitione. Sic

7 etiam †exaudit cap. indecorum de æta. & qualit. ubi prohibetur, ut non concedatur personatus minori 14. annis. in maiore 14. annis cessat illa prohibitio, sed non sequitur ut id concedatur ex illa limitata prohibitione quia ex prohibitione non sequitur cõcessio, cum inducta ad unum finem &c. d. l. legata inutiliter, & d. l. cum tale §. fin. de cond. & demonst.

8 Rursus † sic ait excipiendum ca. qualis 25. dist. ubi si de uno negatur de alijs intelligitur concedi, id enim uerum est respectu eorum quę prius inducebantur,

9 sic & in l. cum prætor †in prin. de iudi. ubi si prætor iudicem aliquem iudicare uetat, alios intelligitur ad iudicandum admittere, sed id non resurgit ex illa prohibitione speciali, sed ex priori permissione cui non fuit derogatum; & ideo tex. utitur uerbo uidetur, quod denotat improprietatẽ. Sic etiam declaratur lex fin. §. filijs autem. C. de bon. quæ liber. ubi filiofam. duntaxat testari non permittitur quando in bonis quæritur ususfructus patri. Ex hoc tamen tamen non conceditur ei ut possit testari si patri ususfructus non quæritur sed prohibitio sola cessat & remanet casus in dispositione iuris communis quo filius fabsolutè testari prohibetur, l. pen. C. qui testam. face. poss. Contrariam tamen sententiam se-

10 cuti †sunt Petr. Calesa. & Moder. Pataui. in d. l. 1. de off. eius quibus accedit ibi Rimi. iun. sub num. 172. ad fi. cum plur. seq. pro qua optime adducit decem

11 fundamenta, quorum primum est †quod argumentum a contrario sensu dicitur esse mens legis uel statuti, ut per glo. in l. qui testamento, §. mulier de test. & ex significatione expressa atq; apertissima, ut uoluit Bar. per illum tex. in l. si quis locuples de manu. testam. cum simil. ab eo cita. & à Cur. nostro ibi sub numero 43. & a nobis supra & in constitutione cõclusionis, unde quemadmodum argumentum a contrario sensu facit cessare dispositionem directam, sic ẽt debet posse nouam dispositionem inducere directæ contrariæ. Secundum est per tex. in l. iuris gentium §. pactorum ubi quod resultabat a contrario sensu uerborum edicti prætoris, ideſt pacta quæ dolo inita essent se non seruaturum, dicit I. C. prætorem dixisse. Tertium est ex tex. in d. l. 1. §. huius autem ibi a contrario sensu eius quod disponebatur directò per legem Iuliam scilicet ut causæ meri & mixti imperij demandari non possent nisi eo proficiscente cui a lege uel à principe, inducit Papinianus a præsente non posse demandari. Quartum est ex eodem tex. dum fortissimum appellat hoc argumẽtũ quod sic uocitat quoq; Alcia. consi. 778. sub nu. 3. Quintũ assumit ex d. l qui testamento, §. mulier & l. ex eo de testam. dum a contrario sensu directæ dispositionis legis Iuliæ quæ prohibet adulterũ damnatam mulierem testimonium dicere inducitur, ut in alijs casus testimonium ferre possit. Sextum inuehit ex tex. c. cum virum de regular. iuncto tex. in cap. puellæ 20. q. 1. supra cita. inducendo per argumentum a contrario sensu directæ dispositionis d. cap. puellæ inductum fuisse nouam dispositionem d. c. cum uirum quod virgines quæ parentum iussibus coactæ professorium habitum assumpserunt non præuaricantur si nuptias contraxerint, quicquid dicat Dec. in oppositum quem ait malè loqui & contra tex. in d. cap. cum uirum. Septimum est quod excipitur ex d. cap. cum apostolica de ijs quæ fiunt à præla. ubi ait a contrario sensu eius quod dispositum fuerat in consilio Lateranensi ne sine consensu episcopi à laicis licitè decimæ perciperentur fuisse introductũ ut cum consensu episcopi licitè perciperentur. Octauum est quod conijcitur ex l. cũ prætor de iudi. ubi dispositio illa ut cum prætor aliquos iudicare uetat cæteros permittere uidetur, est inducta a contrario sensu ipsius directæ prohibitionis, & sic non solum ibi cessat prohibitio, sed etiam noua inducitur dispositio. Nonum perpenditur ex D. Alciato in dicto consi. 778. sub num. 3. per tex. in l. pater in §. quindecim de leg. 3. ubi prohibitio ne liberti alteri uendãt extraneo inducit permissionem ut inter eos impunè inuicem uendere possint; inquit enim ibi I. C. ex uoluntate testatoris id esse, eãq; sic permississe, unde infertur arg. a cõtrario sensu non solũ facere cessare dispositionem expressam sed etiam inducere dispositionẽ contrariã expressæ. Postremò pro hac parte adducitur definitio arg. a contrario sensu quã tradit Card. Alexan. in c. sacerdos 50. dist. quæ est, q; arg. a contrario sensu est assumptio probabilis rationis, ex aliqua auctoritate ad dubiũ decidendũ facta, unde secundũ eundem infertur, quod si argumentũ a contrario

trario sensu decidit, nouam dispositionem expresse contrariam inducere potens est.

12 Ad ea uerò † quæ pro Decio supra adducta sunt, quæ per eum confutata non remanserunt in ponderatione supra relatorum decem argumẽtorum quæ quidem, in summa tria sunt, videlicet d.decis.Bal. in d.l.1.C.de inutil.stipul.l.final.§.filijs autem.C.de bon. quæ lib. & cap. indecorum de ætat. & qualit. unica respons.occurrit uidelicet ea omnia locum habere quando si induceretur noua dispositio contraria sensui directo per arg.a contrario sensu, resurgeret correctio iuris communis ut supra plene disseruimus in 2. limit. prin.reg.

SVMMARIVM.

1 *Auctorem putare fœdere distinctionis conciliandas esse ueterum opiniones in ea controuersia, an per argumentum à contrario sensu noua inducatur dispositio.*
2 *Quibus in casibus procedat ea opinio quę habet per argumentum à contrario sensu nouã induci dispositionẽ.*
3 *Et qua ratione id fiat.*
4 *Quibus item in casibus excipienda sit illa opinio qua recipitur argumento à contrario sensu non induci nouam dispositionem.*
5 *Et quo argumento id conuincatur.*
6 *Auctoritatem legistatoris facere ut inducatur noua dispositio, non autem argumentum a contrario sensu.*
7 *Auctoritatem iuris consulti cessare, quando nec ex uerbis, nec ex mente ipsius legis argumentum à contrario sensu adiuuatur.*

Quæ sit auctoris resolutio in præmissa disputatione.

CAP. XV.



Vid constituendum erit pro resolutione istius propositæ difficultatis. Ego crederem duas istas inter † se dissidentes opiniones posse fœdere distinctionis conciliari hunc in modum. Aut enim loquimur de illo argumento a contrario sensu quod definit in argumentum a speciali, vel ab unius inclusione, & alterius exclusione, uel ab exceptione in uno facta & confirmatione regulæ in cæteris. Aut uersamur in eo argumento a contrario sensu quod remanet in simplicibus terminis ar. a contrario sensu iuxta pulcherrimam illam considerationem quam facit Dom. Alciat. de uerbo. sign. libr.2. sub num.68. & quam supra retulimus inter alias theoricas in materia principali istius argumẽti traditas. Priore † casu ego opinarer ueriorem esse illam opinionem quam Riminal. iun. & alij recentio. supra relati aduersus Dec. & communem defendunt, ut argumentum a contrario sensu inducere possit non solum cessationem dispositionis oppositæ in sensu directo, in casu opposito, sed etiam nouã dispositionem & ita procedant iura supra pro hac opinione citata, & quæ Dec. ita intelligere uoluit in supra relata eius disceptatione, ut non ex uirtute argumenti à contrario sensu, sed ex alia suppositia iuris dispositione probarent, posse ab oppositio sensu nouam induci iuris dispositionem contrariam directæ expressæ. Et ratio † est quia argumentum a contrario sensu, in omnibus supra dictis casibus concurrit cum locis supponentibus aduersus directam dispositionem in oppositio casu defectum directæ dispositionis. Sed aliam quoq; dispositionem, eidem cõtrariam, quæ cum ita arguendo separari nequeat à uirtute argumentationis à cõtrario sensu iure merito illi tribuitur, arg. l. eum actum ubi Bar. de neg. gest. cum sim. posteriore † casu quando argumentũ a contrario sensu remanet in simplicib. terminis contrarij sensus, absq; alia coniunctione alterius argumenti, tunc ego crederem, veram esse opinionẽ Decij & cõem, ut argumentum a contrario sensu cum summi debeat supra diximus ad limites sensus directi tantum, non inducat nouam aliquam dispositionem, sed solam cessationem dispositionis factæ in sensu directo, ut declar. Dec in d.l.1. & D. Alc. d.l.2. de uer. sign. sub d.nu.68. Eaq; potissima ratione sic concludendo, † q̃ in omnibus illis casibus considera tis à Rim. in d.l.1. & supra rel. ut in d.l.j. de off. eius in d.l. qui testõ, §. mulier de testam. in d. c. cum uirũ de regul. iuncto d.c. puellæ 20.q.1. & in alijs similib. iuribus inducendo ea prout facit idem Rim. non reperitur quod argumentum a contrario sensu inducat nouam dispositionem ex vi ipsius arg. sed ex dispositione ipsius legis uel iuris auctoris ita cõstituẽdo inferentis ex arg. a contrario sensu; ita ut in illis casibus cessante iuris auctoris sic inferentis ac disponentis auctoritate, dubio procul concludendum esset ex sola efficacia argumenti a contrario sensu nostalem illationem nouæ dispositionis inductiuam facturos non esse. Si igitur † sola iurisconsul. auctoritas locum facit istiusmodi dispositionibus in illis casib. argumentorum a contrario sensu, non autem vis ipsius argumenti. Ergo ubi talis auctoritas legislatoris cessabit, non debebit licere nouam dispositionẽ arguẽdo a contrario sensu inducere, intelligendo tamen iurisconsulti auctoritatem cessare, † quando nec ex uerbis, nec ex mente ipsius legis argumentũ à contrario sensu adiuuatur ad inducendam in oppositum directi sensus nouam dispositionem arg. l. nomẽ §. uerbum ex legibus de uer. sig. cum sim. quæ supra latius adduximus libr.2. huius tituli, & libr.6. in instrumento rationis.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à maioritate rationis locum habere in statutis, quando dispositio est secundum ius commune.*
2 *Secus ubi sit contra ius commune. nu.2. ex Alberico.*
3 *Quicquid in lege noua expressum non est, ueterum legum regulis relictum censetur.*
4 *Statutum corrigens ius commune in casu expresso non corrigit in casu non expresso.*
5 *Alberici theoricam in materia argumenti a maioritate rationis confusam esse.*
Et qua ratione. ibidem.
6 *Quoq; loci explicarit auctor huius difficultatis resolutionem. num.7.*

An ſtatutum producatur per argumentum à maiore ſeu a fortiore.

CAP. XVI.



1 Ideamus modo an ſtatutum recipiat arg. à maiore ſeu à fortiore. Alberi. in prima part. ſtatut. quæſt. 9. col. 6. uerſ. item quæro ſic reſoluit hanc difficultatem; Aut ſtatutum eſt omnino † ſecundum diſpoſitionem iuris communis & tunc regulariter ſapit eius naturam; Aut eſt contra diſpoſitionem iuris cõmunis, & tunc non habet locum prædicta argumentatio, ratio eſt, quia ſi ſtatutum eſt contra ius commune, in caſu
2 in eo expreſſo corrigitur ius commune l. non eſt nouum de legi. & in materia conſuetudinis, l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, ergo non corrigit in caſu expreſſo in eo poſito niſi ſit ibi eadem uel maior ratio, ut not. gloſ. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl.
3 idq; ex eo patere expreſsim ait quia † quicquid in l. noua expreſſum non eſt, ueterum legum regulis relictum eſt l. præcipimus. C. de appellat. l. ſancimus. C. de teſtam. & in auth. de adminiſtr. offi. in fin. Concludendum igitur eſſe ait quod ſi ſtatutum corrigat
4 ius commune in caſu expreſſo non tamen † corrigit in caſu non expreſso ſed ille relinquitur diſpoſitioni iuris communis antiqui l. tabernam de fund. inſtru. & l. ſi ſtipulatus de uſur. & per conſequens ceſſat ar. à maiori & a minori. Sed hæc Alberi. theorica non
5 eſt perfecta † nec certa, ſed confuſa & imperfecta quia aut non loquitur de caſibus in quibus ratio eſt expreſta in ſtatuto, uel unica tantum afferri poteſt, quos communi conſenſu ſcribunt interpretes recipere extenſionem in materia correctoria, tàm in d. auth. quas actiones, quam in l. ſi conſtante in princ. in q. 9. Bartol. ſolut. matri. & alijs locis ſupra relatis lib. 6. in prima limit. ad reg. conſtitutam in correctorijs, aut ſi in genere de ijs loqui intelligendus eſt, cõfundit hos caſus cum illis in quibus ratio non eſt expreſsa à ſtatuto, nec una tantum afferri poteſt, quæ maxima eſt confuſio ut conſtat in locis ſupra relatis, & per ea quæ diximus ſupra lib. 5. in inſtrumento
6 rationis, propterea † dicẽdum eſt ut ibi diximus, & in 8. limit. eiuſdem concluſionis, quibus in locis, cùm explicata ad amuſsim fuerit omnis iſtius controuerſiæ reſolutio; ne actum agere uideamur, non eſt, ut in hoc ulterius laboremus; ſed in omnibus & per omnia dicendum erit in hoc, atque ibi in ma
7 teria legum † correctoria diximus, & prout reſoluimus ſupra in principali q. iſtius lib. an ſtatuta recipiant interpretationem extenſiuam quibus addenda ſunt quæ ſupra diximus lib. 7. in 2. & 3. limit. pœnalis materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in caſu uero, an trahatur ad caſum fictum & qua methodo eam concluſionem explicaturus ſit auctor.*
2 *Statutum loquens in caſu uero regulariter non eſſe trahendum ad caſum fictum.*
3 *Gloſ. in l. quid ergo de ijs qui not. infam. communiter receptа ac perpenſa.*
4 *In materia pœnali præcipuè, ſtatutum loquens in caſu uero ad fictum non trahi.*
L. ſi quis maior. C. de tranſ. pœnas non habere locum in fictè maiore. num. ſupra citat.
5 *Nec in eo qui impetrauit ueniam ætatis.*
6 *Neq; in illo qui pronunciatus fuit maior per diſpoſitionem ſtat. 23. Ticinenſe in ciuilibus.*
7 *Statutum puniens mulieres quæ portauerint uniones, uel ut uulgo uocant perlas, non trahi ad eas quæ iſtiusmodi ornamenta ficta portauerint. num. 7. & quomodo declarandum id ſit. ibidem.*
8 *Statutum loquens in caſu uero non produci ad fictum, quando in eo ceſſat æquitas caſus ueri.*
9 *Facultas ſubſtituendi mentecaptis trahitur ad freneticos.*
10 *Et quomodo hęc aſſertio accipienda ſit.*
11 *Mentis captio tanquam genus ea quoque hominum genera comprehendit, in quibus ſi non eadem ſaltem par militat ratio.*
12 *In materia l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtitutionibus ubi ceſſet ratio, non permitti extenſionem.*
13 *Quomodo hęc declaratio confirmetur.*
14 *Supponere communem regulam in contrarium.*
15 *Ratio ubi uacat ipſa quoque diſpoſitio ocioſa eſt.*
16 *Cur ſit ut diſpoſitio noua humanitatis ratione à lege municipali inducta, ſi ceſſet ratio ea locum non habeat.*

Quid ſi ſtatutum loquatur in caſu uero, an trahatur ad fictum.

CAP. XVII.



1 Idendum ſucceſsiuo ordine modo eſt; an ſtatutum loquens in caſu uero locum habeat in caſu ficto? Qua in difficultate ego † tantum aſſertiuè procedam; conſtituendo reg. illamque declarando prout ſe ſe offerent caſus, in quibus recipitur, & in quibus reijcitur; poſteaquam ſupra libro ſecundo. ego latius diſſerui circa hanc fictionis materiam, prout omnis generis diſpoſitioni eſt applicabilis, relatis in utranque partem contrarijs fundamentis, excuſsis antiquorum patrum theoricis, & noua reſoluendi methodo difficultatibus omnibus reciſis, quàm ut prę ter ſupra relatam regulam cum ſuis declarationibus aliquid ulterius ſit referendum. Stabit igitur regu-
2 laris concluſio † ſtatutum loquens in caſu uero non eſſe protrahendum ad caſum fictum, Bartol. & Doctor. in d. l. 3. §. hæc uerba de nego. geſti. quem tex. in illis uerbis de quo fuit neceſsarium dicere expendit Bart. in l. omnes populi de iuſt. & iur. ſub nu. 62. & l. ſi is qui pro emptore de uſucap. ſic ẽt firmat Io. Imo. & Alex. in l. 1. §. lex Falcidia ad leg. Fal. & Fel. in cap. inſinuatum de ſimo. ac Andr. Tiraq. de retract. conſangui.

consangu.§.1.glos.10.sub num.73.& ita communiter probant Doct. in loc. supra cit. post Bart.unde est communi interpretum consensu recepta gl. in
3 †l.quid ergo de ijs qui not.infam.ut refert Benedic. Capr.reg.54.sub nu.6.quæ uoluit quòd statutũ loquens uel disponens de uero actu hominis, non hẽt locum in ratificante actum illius nomine gestũ, cũ non uerè sed fictè is qui ratificat feciſſe dicatur.

Declaratur primo hæc conclusio ut præcipuè locum habeat in materia pœnali † ut scribit Io.Crot.
4 in d.l.omnes populi sub nu.110.per doctr.Bart.in l. si quis maior. C.de transl.ubi uult pœnas illius, l.loquentis in uerè maiore 25.annis,non habere locum in minore qui per iuramentum representatus fuerit maior iuxta dispositionem auth. sacramenta puberum. C. si aduer.uenditio.idemq; dici potest †in eo
5 qui per impetrationem veniæ ætatis pronunciatus fuerit maior 20. annis de iure communi per tex. in l.ult.ubi not. Bal.qui etiam in fortioribus terminis loquitur.C.de ijs qui ueni.ętat.impetra.Quod trahi
6 potest & ad terminos statut.nostri Ticinen.†in ciuilibus sub nu.23. Quod pronunciatus maior decem & octo annis &c. Quia ex hac supra relata doctri. Bart.is pronunciatus maior, etiamsi contrauenerit nihilominus non incidet in pœnas d.l.si quis maior, quia non est uerè maior nec in facultate est principis legis illum facere uere maiorem & maturitatẽ consilij,quæ lapsu annorum deuenit supplere,ut per Maria.Soc.cõsi.63.sub nu.50.lib.3.deseruit ad hęc, quæ scripsit Bart.in l.1.§. hoc interdictum de font. in l.ult. C.unde ui. de statuto puniẽte mulieres quæ
7 †gestauerint uniones, seu ut uulgò uocant, perlas cuius pœnam uult trahi ad eas mulieres quæ gesta uerint istiusmodi ornamenta ficta prout etiam supra diximus lib.2. posset tamen ista declaratio limitari ac restringi iuxta ea quæ diximus in limitationibus ad materiam pœnalem.

Declaratur secundo maximè procedere quando
8 in casu ficto cessat †equitas propter quam statuti dispositio inducta est, in casu uero Io.Andr. in c.2.ut lit.pend.lib.6.ubi uoluit dispositionem quæ introducta fuerit ratione humanitatis,uel æquitatis;ad aliũ casum non extendi per tex.in c. susceptum de rescri. libr.6.Crot.in d.l.omnes populi sub nu.214.qui addit Bar.in l.illud de petit. hære. Sed posset quis nõ
9 leuiter † suspectã habere istiusmodi declarationẽ p ea quæ tradita sunt a doct.in l.humanitatis intuitu. C.de impub.& al.substit.& in l.ex facto de uulga.& pup.& in §.qua ratione insti.de pup. quatenus facultatem illam exemplariter substituendi mentecaptis trahunt ad prodigos, freneticos, fatuos, & alias huiusmodi personas,ad quas tamen non esset faciẽdus progressus si uera esset hæc declaratio, cum & illa introducta fuerit humanitatis intuitu, & in ijs neq; uerum mentecapti nomen,neq; illa humanitatis rõ
10 ita locum habeat ut in mente captis. Propterea dicendũ est duplici ratione hanc obiectionem deuitari posse, ubi uelimus hãc declarationẽ defendere. Videlicet q̃ in illis casibus memorata humanitatis ratio prorsus non cesset,quia inficias iri non potest, quin mentis captio, prout generaliter considerari
11 potest †ea quoq; hominum genera non comprehendat,in quibus si non eadem saltem par humanitatis ratio militet,cum casus omnino sint similes.Rursus dicitur q̃ cùm materia illa sit fauorabilis nõ est mirum si a similibus ad similia detur processus. l. non possunt de legi.c.trãslato de const. iuncta l.cùm quidam de lib.& posth.cum socijs supra cit.li.5.in loc.a simil.cùm præsertim in illis casibus non tàm dicatur extensio fieri quàm comprehensio; prout supra diximus in materia correctoria, exorbitanti, ac pœnali quando militat eadem ratio,fieri. Cæterum, quòd
12 quando ratio cessat † in illa materia d. l.humanitatis non permittatur extensio; docetur ex eo,q̃ facultas illa exemplariter substituendi permissa parentibus in personis liberorum non extenditur è contrà ad liberos in personis parentum; neq; ad fratres in personis fratrum prout cõiter concludunt Doctor. in d.l.humanitatis in d.§. qua ratione & in d.l.ex facto,& omnes in eorum tracta.in c.de exemplari sub
13 stitutio.Et eodem modo posset †ad confirmationẽ recitatæ declarationis adduci tex. in §. idemq; iuris ibi noua humanitatis rõne quib.ex caus. manu. non lic. ubi quod deciditur noua humanitatis ratione in eo qui seruum instituerit hæredem sine libertate,ut tacitè uideatur dediſſe libertatem; quia uerisimile non est q̃ uoluerit seruum sine libertate hæredem instituere;quia qui uult eum qui seruus sit hæredem esse,uult quoq; in antecedens necessarium illum esse liberum,& reg.l.illud de acquir.hæred.& probat tex.in l.quidam. C.de necessa.hæred.instit. ne uideatur illam uiam elegisse per quam impugnet iudicũ suum.Et sic ubi cesset noua illa humanitatis ratio,
14 nunquam poterit illius neq; alterius similis dispositionis protractio dari, duplici ratione, quarum altera est,quòd dispositio †quæ humanitatis uel æquitatis ratione inducta est, uidetur supponere cõem iuris regulam in contrarium,ut in iuribus supra cit. apparet, & ideo uidetur esse correctoria, & consequenter ubi ratio cesset non extendenda, d. auth. quas actiones. C. de sacros.eccles. d.l.quod uero de legi.cum simil.supra lib.6. suo loco adduct.

15 Altera est quòd ubi ratio †uacat ipsa quoq; dispositio ociosa est l.adigere, §. quamuis de iure patro. l.generaliter 2.vbi Bal.C.de epis.& cleri.cum uulga.

16 Constat igitur cur sit †ut dispositio noua humanitatis ratione per l. municipalem inducta ad casum in quo humanitas illa locũ uendicare sibi nequeat extendi non possit & consequenter †apparet ipsam declarationem ueram esse.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in casu uero non trahitur ad fictum, in materia præsertim correctoria ac exorbitanti.*

2 *Statuto si ecclesia admittatur ad successionem ab intestato,non admitti ad successionem eius, qui condito testamento & postea rupto decessit intestatus.*

3 *In materia correctoria non fieri extensionem de casu ad casum,neque de persona ad personam.*

4 *Intestatum dici non illũ tantũ qui sine testamento decessit,sed & illum cuius testamentum factum ruptum est.*

5 *Communem usum loquendi ex communi loco habere in omni Statutorum genere.*

6 *Statutum Ticinense in ciuilibus sub num. 95. Quod mulieres maritatæ non ueniant ad successionem cum fratribus, non habere locum in fratribus adoptiuis.*

7 *Ex communi Doctorum sententia quicquid è contra senserit Bero ius.*
Et ita in praxi obtentum ac iudicatum fuisse. ibi.

8 *Galeacius Drugora R. & P. Mediolanensis Senator laudatur.*

9 *Statutum quo minor ætate legitima prohiberetur testari, non admitteret pronunciatum maiorem.*
Legitimam ætatem intelligi de uera ac naturali. ibi.

10 *Ciuiliter non sufficere aliquid fieri, nisi etiam naturaliter fiat.*

11 *Dispositio statutaria limitata ad certum effectum non trahitur ultra effectum suum.*

12 *Constitutione aliqua, si canonici tantum præsentes possint optare præbendam uacantem, alia constitutione absentes causa studiorum uel ecclesiæ habeantur pro præsentibus, quod ad perceptionem fructuum præbendarum suarum, non habebuntur pro præsentibus quo ad optionem.*

13 *Eãq; assertionem ab auctore confirmari duplici ratione.*

14 *Verbum præsentes uerificari in eis qui uere & naturaliter sunt præsentes.*

15 *Taxatiuam dictionem dici extensionis extensiuam.*

16 *Taxatiua uerba habere in se implicitam negatiuam, ut aliter fieri non possit.*

17 *Adeoque extensionem non ferre, ut etiam restringant actum fauorabilem.*

18 *Duplicem limitationem producere effectum magis limitatum.*

19 *Dispositio loquens in casu uero non trahitur ad fictum, ubi in ficto cessat ratio.*

20 *Lex permittens detractionem Falcidiæ, fauore testamenti conseruandi, non trahi ad fideicommissarium.*

21 *Ex diuersis non fieri illationem, ubi identitatis ratione coniungi non possunt.*

22 *Statutum præferens in officijs et honoribus ciuẽ originarium alijs, non habet locum in fictè originario. Quia.*

23 *Statuta non possunt immutare accidentia ueritatis ac naturę.*

24 *Nisi adesset clausula, ut in omnibus & per omnia ciues ficti originarij etiam se priuilegio haberentur pro ciuibus uerè originarijs.*

An procedat in quacunq; materia etiam correctoria, ac exorbitanti, et limitata ad certum effectum, et quando ratio casus ueri cessaret in casu ficto.

CAP. XVIII.

DEclaratur tertio loco memorata conclusio, ut ei locus potissimè sit ac generaliter, in quacunque materia correctoria, uel exorbitanti, in qua lex municipalis uersetur, †Crot. loc. iam relato adducit text. in
1 in d.l.3. §. hæc uerba de neg. gest. & Bartol. in l.1. in fin. de su. & legit. hæret. ubi ait, Quòd si statuto cauetur ut ecclesia succedat decedenti †ab intestato
2 & aliquis fecerit testamentum, quòd postea tuptũ sit agnatione posthumi, uel repudiatione hæreditatis ecclesia non succederet, quia tempore quo tiotuus est, testatus decessit, & licet postea testamentum destituatur eo modo, qui supra dictus est, non dicitur mori secundum propriam significationem, intestatus, sed secundum quandam fictionem, quæ in tali statuto locum non habet. Hæc declaratio
3 in sé est uera; quia †regulariter ac generaliter frecaptum est in materia correctoria non fieri extensionem de casu ad casum, neque de persona ad personam. d. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. d. l. quod uerò de legi. tradunt Doctor. in d. l. si constante solut. matrimo. in princ. in 9. q. Bart. & in l. si uerò §. de uiro solu. matr cum simil. supra cita. lib. 6. præterquam in casibus ibi enumeratis, quos inter non recẽsetur iste quia remanet in terminis regulæ. Quã tum ad exemplum licet illud deseruiat respectu de-
4 claronis, quantum ad decisionem †non est uerũ, quia Bart. in d. l. 1. in princ. sub nu. 3. de suis & legit. hæred. ad fin. resoluit quòd tametsi. de propria uerborum significatione intestatus decessisse dici non possit is, qui testamentum reliquit tempore illius mortis, quod postea agnatione uel repudiatione rũptum irritum vè factum est; nihilominus quantum ad communem usum loquẽdi, intestatus & ille etiã decessisse dicitur. Vnde succedit cõclusio, ut in hoc quoq; casu ecclesia admitti debeat, quia supra li. 4. in materia communis usus loquendi ostendimus ueriſsimam ac receptiſsimam esse opinionem, quòd
5 usus communis loquendi locum habet in omnibus statutis cuiuscũq; generis siue correctoria, siue limitatoria, siue pœnalia etiam sint, ut cõmuniter cõcludunt Doct. in ru. de oper. nou. nunc. sic attestantibus ibi Ias. Rui. Alc. Soc. iu. & alijs recent. ut plenius loc. iam relato diximus. Quamobrẽ posset oportunius, atque elegantius proponi exemplum in statuto nostro Ticinensi †in ciuili sub nu. 95. sub ru. quòd mu-
6 lieres maritatæ non ueniant ad successionem cum fratribus &c. ubi ad exclusionem filiarũ dotaturũ, fratrũm appellatione nõ continentur adoptiui, qui uerè non sunt fratres, sed fictè ut hanc partem consulendo probauit Bal. in consil. 24. uol. 1. Io. Anan. in consi. 27. ibiq; Ludoui. Bologni. in addit. Rip. li. 1. resp. cap. 3. col. 2. post medium, sub nu. 7. Dec. in c. in præsentia sub nu. 40. de præb. in cons. 52. col. 1. & in cõs. 399. col. 2. in prin. Ias. in l. adoptiuum, quã legit cũ §. prætor, qui est ult. l. 2. de in ius uoc. sub nu. 13. in l. generaliter, §. cum autem col. fin. C. de instit. & substit. in 8. lim. & in l. cum filiosa. col. ante pen. uers. tertio quærit, de leg. 1. Bru. in tract. stat. exclus. semi. artic. 12. q. 1. Geor. Nat. in eo. tract. in 3. q. 3. q. prin. sub nu. 25. And. Tiraq. in l. si unquam. C. de reuoc. don. in uer. suscepérit liberos, sub nu. 11. scholiast. ad Dec. in d. cõs. 399. Cãpeg. in tract. eius stat. q. 40. sub nu. 178. Soc. iu. in cõs. 32. sub nu. 9. li. 1. ubi loquitur in nepote ex fratre in cons. 85. col. 1. lib. 3. Ex quarũ auctoritatum recitatione apparet hanc partem esse
7 cõem, †quicquid uoluerit Bero. in cõs. 13. 14. & 15. uol. 2: qui distrinxit inter arrogatũ ab auo materno,

&

& extraneo, quia in facto obtinui contra nepotem arrogatum ab auo materno, aduersus illas tres allegationes Bero. cum in contradictorio iudicio diligentissimè discussa atque controuersata fuisset
8 hic Ticini coram multum illustris. Senatore † D. Galeacio Drugora uiro literatissimo, ac in rebus forensibus optime uersato, eiusdem urbis tunc temporis prætore metitissimo, cum primarijs huius urbis aduocatis.

Alterum posset proponi exemplum in statuto
9 † quo prohiberetur qui maior non esset ætate legitima testamentum facere. Nam si quis ætatis ueniam impetrasset, uel pronuntiatus fuisset maior, non posset testamentum facere nisi aliud per statutum fuisset prouisum, quia legitima ætas intelligeretur de uera ac naturali, quæ impletur per numerum ac lapsum uiginti quinque annorum, non de ficta quæ per impetrationem uariæ ætatis censetur esse impleta, l. ult. C. de ijs qui ueni. ætat. impetra. l. ex his, C. quando dies legat. uel fid. ced. l. cum filio de legat. tertio, cum simil. cita. a glo. in dicta l. ult. quæ
10 ualde notanter differit non sufficere † aliquid fieri ciuiliter, ideſt fictè fieri, nisi naturaliter etiam fiat.

Declaratur quarto loco ista conclusio, ut præsertim progrediatur in dispositione statutaria, limi-
11 tata † ad certum effectum, quę non trahitur ultra effectum suum ad casum fictum, sic concludit Cto. in d. l. omnes populi sub num. 217. ubi uult quòd si constitutione aliqua inter canonicos caueatur,
12 † ut præsentes tantum possint optare præbendam uacantem & alia constitutione prouisum sit, ut qui studiorum gratia uel ex causa utilitatis ipsius eccle siæ sint absentes. nihilominus admittentur tanquã præsentes ad perceptionem fructuum præbendarũ suarum, illa constitutio quæ loquitur de optione præbendæ uacantis inter præsentes faciendæ, non habebit locum in ijs qui pro præsentibus habentur respectu perceptionis fructuum suarum præbendarum, qui dicit se ita consuluisse, argum. l. in agris de acquir. rerum dom. & eius quod scripsit Ioan. Andreas in capitulo fin. de consuetudi. mihi tamen
13 † non licuit consi. illud in tribus eius consiliorum uoluminibus reperire. esse enim facile potuit ut deperditum fuerit. Attamen ego credo declarationem hanc esse ueram, duplici ratione, tum scilicet quia cum uelit constitutio de optando, ut præsentes tantum possint præbendas uacantes optare, debent
14 illa uerba intelligi de ijs † qui uerè, & natutaliter sunt præsentes, non etiam de ijs qui fictè sunt præsentes, iuxta nota. per glo. & Bald. in dicta l. ult. C. de ijs qui uen. ætat. impetr. & proxim. diximus. Tũ etiam eo magis, quia utraque hæc constitutio suã habet limitatam dispositionem, per quam egredi non potest terminos suos, nam prior loquitur per dictionem taxatiuam de præsentibus tantum, quæ
15 dictio † taxatiua dicitur extensionis esse exclusiua, l. qui aliena §. libertos de neg. gest. l. qui sella §. qui actum l. inter actum, l. certo generi & l. Lucius in uers. digitum unum de ser. rust. præd. cum simil. adduct. a Craue. de antiq. tempor. pag. 4. sectio. prima sub num. 110. habent enim uerba taxatiua implici-
16 citam † in se negatiuam, quod aliter fieri non posset, cap. cum ecclesia sutrina, ubi glos. de cauſ. poſſ. & prop. ubi Io. Andr. post Goffr. in uer. tantum, &
17 adeo extensionem non ferunt ut † etiam restringãt actum fauorabilem. l. pen. C. de leg. & ita uoluit Bal. dus in consi. 262. Recolo in fin. lib. 1. sed aliter censet Craue, loc. iam relato sub num. 64. & supra diximus libro sexto in materia correctoria. Altera autem uult ratione perceptionis fructuum ipsarum præbendarum solum pro præsentibus habeantur, qui absunt studiorum, uel ecclesiæ causa, unde suc-
18 cedit ut si regulariter simplex limitata causa † limitatum producit effectum, multo magis duplex limitatio effectum limitatum producere debeat, argu. auth. itaque C. comm. de succes. cum simil.

Declaratur quinto loco supra relatæ conclusioni locum fore, præsertim quando in casu ficto cessa-
19 ret † ratio propter quam lex municipalis disponeret in casu uero, sic firmat Cro. in d. l. omnes populi sub num. 221. per l. 1. §. denique, ad Senat. Trebellianum ubi lex permittens detractionem falci-
20 diæ fauore testamenti † conseruandi non comprehendit fideicommissarium, quia in eo cessat rõ testamenti conseruandi, eo quod illo recusante fideicommissum subire, apud hęredem directum remanet hereditas ipsius testatoris cum omnibus oneribus suis, nec uitiatur testamentum tam quò ad instítutionem, quàm quò ad legata, l. unica, §. primo, & §. pro secundo, C. de cad. tollend. quod secus esset indirecto hærede nolente adire quia tunc omnia corrunt. l. eam quam C. de fideicom. l. si nemo de regul. iur. & de testam. tut. l. si nemo.

Hanc declarationem ego opinor esse ueram illa ratione, quòd cum uerum & fictum sint contraria, & consequenter diuersa, cessante ratione propter quam statutum disposuerit in casu uero, non poterit dispositio ad casum fictũ progressiuè trahi, quia
21 ex † diuersis non fit illatio ubi identitatis ratione coniungi non possunt, uulg. l. Papinianus ait de minor. l. ult. de calumni. & l. natutaliter, §. nihil commune de acquir. poſſ. iuncta l. illud ad leg. Aquil. l. a Titio de uerb. obliga. l. ult. C. ad leg. Falci. ubi inter diuersa idem ius constitui dicitur quando eadem subest ratio. Ergo ubi rationis identitas non suberit, non poterit neq; eadem iuris constitutio, neque illatio aliqua fieri.

22 Ideoque si statuto alicuius municipij † caueatur ut ciues originarij, ob præsumptam in eis maiorẽ erga patriam charitatem, in promotionibus honorum, dignitatum ac officiorum ipsius Municipij cæteris paribus alijs præferrentur si daretur concursus ad aliquod munus inter ciuem non originarium, sed qui pro originario haberetur, ex priuilegio eius ciuilitatis, & ciuem ex incolatu, non posset is præferri ex dispositione dicti statuti, qui pro originario haberetur, quia ratio in statuto assignata, quæ militat solum in uero ac naturali originario, non habet locum in eo qui pro originario habetur qui fictè tantum est originarius, quia sta-
23 tutum non potest † immutare accidentia ueritatis ac natu. æ, at grauiter admodum scripsit Bald. in 1.

constit.

conſtit. ffrum. ad fin. princip. nec uidetur diſſentire Fely. in c. Rodulphus de reſcrip. ſub num. 17. & ad hoc facit tex. in l. 2. C. de iur. aure. annul. l. prima, & l. nec adoptio de adopt. l. in urbe de ſtat. hom. l. ædificia de uerb. ſign. & l. ſecunda, de uſufr. ea. rer. quæ uſ. conſum. & propterea cum non ſit uere originarius, non poteſt ratio illius ſtatuti quæ uidetur fundata in natiuitate ciuis originarij, ex qua uidetur contrahi charitas illa in patriam maior deſeruire ſicque non debebit poſſe is, qui pro originario habetur ciui ex incolatu præferri. Quod tamen ego li-
24 mitandum eſſe † opinarer quando in priuilegio tali ciui conceſſo eſſet appoſita clauſula, ut in omnib. & per omnia pro ciue originario haberetur, per ea quæ ſcribunt Doctor. in l. 1. de leg. 1. ubi Iaſ. Rip. & alij, tunc enim quamuis ſtatutum ita in hoc caſu, prout nec in primo, non poſsit illum facere ciuem origiuarium, nihilominus per eam clauſulam cenſetur illum habilitaſſe ad omnes honores ac prærogatiuas quibus potiuntur ciues originarij, & conſequenter ad hanc quoque, in cuius rei confirmationem faciunt quæ ſcribit Bar. in l. ſi maritus §. legis, ad leg. iul. de adult. & in l. ſi is qui pro emptore de uſucap. & D. Alciat. in l. mercis ſecunda, de uerb. ſignific. & ſupra plene diximus in materia fictæ ſignificationis, lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio de caſu uero ad fictum non fit tam in diſpoſitione hominis quàm ſtatuti.*
2 *Pactum pœnale de non offendendo aliquo non procedere in eius uxore ſecundum Io. Andr.*
3 *Auctori tamen duram uideri hanc deciſionem, quia maritus & uxor dicuntur eſſe una caro.*
4 *Virque caput eſſe uxoris dicitur.*
Maritus & uxor communicant ſibi actus ſpeciales.
ibidem.
5 *Vſus uiro conceſſus intelligitur quoque conceſſus eſſe uxori.*
6 *Extra id quod agitur plerunque naſcitur obligatio.*
7 *Procuratorem meum, qui ire agere prohibet, non niſi fictè me dicitur prohibere.*
8 *Stipulatio pœnalis ita committitur aduerſus eum qui procuratorem meum prohibet, quemadmodum contra eum qui me prohibet.*
9 *Viro ita datur iniuriarum actio pro iniuria illata uxori ſicuti pro iniuria illata ſibi.*
10 *Diſpoſitiones hominum tam inter uiuos, quàm in ultima uoluntate recipiunt interpretationem a iure communi.*
11 *Diſpoſitionem legis municipalis loquens in marito habet locum & in uxore, cum eorum caſus ſint comparati a iure antiquo.*
12 *Extenſionem in caſibus comparatis fieri, tam in materia correctoria, quàm exorbitanti & pœnali.*
13 *Ratio offenſionis facte uiro, tam reſpectu honoris quàm damni locum habet in uxore.*
14 *Facile eluderetur pactum de non offendendo maritum ſito relicto offenderetur uxor.*
15 *Verbum perſonaliter omnia includere quibus offenditur perſona.*
Verbum realiter omnia concipere quibus offendi poſſint res ſeu patrimonium ibidem.
16 *Contrahentium conuentiones ad id quod eſt ueriſimile referri.*
17 *Perſonam extrinſecus non ſubintelligi in ſtipulationibus.*
18 *Regula l. ſi ita ſtypulatus, §. Chryſogonus quomodo ſit intelligenda.*
19 *Stipulationem pœnalem de non offendendo non trahi ad amicos adhærentes, ac eos qui ſunt factionis ipſius ſtipulatoris.*
20 *Dicta in uxore eius cui facta eſt promiſſio de non offendendo locum habet in liberis.*
21 *Reiecta diſtinct. Aretini in §. Cato l. quarta, de uer. obliga. recipi diſtinctionem Romani in materia ſtipulationis de non offendendo.*
22 *Vbi ex cauſa antiqui odij offenditur uxor liberiue illius cui facta eſt promiſſio de non offendendo ſemper ſtipulatio committitur perinde ac ſi offenderetur eius perſona, ſecus ſi ex cauſa de nouo ſuperuenienti.*

Quid iuris ſit in diſpoſitione hominis. An diſpoſitio loquens in caſu uero trahatur ad caſum caſum.

CAP. XIX.

DEclaratur ſexto loco, ut qua ratione in ſtatuto regulariter diſpoſitio loquẽs in caſu uero nõ habet locum in caſu ficto in ſta-
1 ruto, ſic etiam † non habet locum in diſpoſitione hominis ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate, ut ſcribit Crot. loc. iam relat. ſub numero 223. & 224. adducit Io. Andream in cap. fruſtra de reg. iur. libro ſexto, ubi refert fuiſſe determinatum in publica diſputatione, quòd pactum inter duos,
2 pluresue è factum † ut unus alterum non offendat, nec alter alterum realiter nec perſonaliter, non intelligitur eſſe commiſſum, ſi unus alterius uxorem offenderet, quia iniuria facta uxori cenſetur facta eſſe marito per fictionem & non ſecundum ueritatem. & ad alium non extenditur tale pactum, ut dicit tenere Areti. in l. 4. §. Cato de uerb. oblig.

3 Sed uidetur dura † admodum eſſe iſta deciſio, quia maritus & uxor dicuntur eſſe una caro, capit. ſunt qui dicunt 27. q. 2. cap. quomodo uirginibus 31. q. prima, & originaliter habetur Geneſ. capitu. ſecundo, in fin. & ſunt unum copus 27. q. ſecunda,
4 cap. Agathoſa, cuius corporis caput eſt uir, † capit. cum caput in membris 33. quæſtione quinta, item communicant ſibi actus ſpirituales 30. quæſtione quarta, capitulo ſuſcitatur, & cap. ſi quis unus ca. martinus de cog. ſpiritua. & tanta eſt inter eos con-
5 nexio † quòd uſus uiro conceſſus intelligitur quoque uxori competere, l. ſecunda, de uſ. & habit. nec debent

debent aliquo modo ad imparia iudicari cap. gaudeamus de diuor. neque mouet quod ſtipulatio ſit
6 ſtricti iuris, quia extra id quod agitur † plerunque naſcitur obligatio. l.ſi is qui §. ult. commod.c.j. de deſponſ.impub. lib.6. & not.in l. non omnis per g'. & doct.ſi cert.petat.

Rurſus uidetur contra hanc deciſio. non leuiter facere, quia qui procuratorem meum ire agere pro
7 hibet, non niſi † fictè me ipſum prohibere uidetur, arg.l.ita tamen §.geſiſſe de adminiſtr.tuto.& l.tertia,§. dei eciſſe de ui & ui armat. & nihilominus ita
8 aduerſus illum ſtipulatio pœnalis committitur † qui procuratorem meũ prohibuit, quemadmodum ſi me ipſum prohibuiſſet.l.oſſa,§.ſi. de religio.& ſumptib.fun. quem text. ad hoc perpendit Bal. in l. ſed ſi hac §.ult. de in ius uocan.præterea de iur.commu ni ita datur in iuriarum actio uiro pro iniuria illata
9 uxori, quemadmodum † pro iniuria ſibi ipſi illata, l. prima, in fin.de iniur. ſed hominum diſpoſitiones
10 inter uiuos & in ultima uoluntate † recipiunt interpretationem a iure communi ad quod referuntur l.quæro §.inter locatorem locat.l hæredes mei §.eũ ita ad Senat.Trebelli.ergo.

Addendum eſt quòd cum caſus propriæ perſonę
11 mariti & vxoris † ſit comparati a iure communi, per ea quę ſupra dicta ſunt, in primo huius partis fundamento & proxime præcedenti, diſpoſitio municipalis legis ſuperueniens in uno caſu, locum habet in altero ut ſcribit idem Crot.in dicta l.omnes populi, ſub num.212.per tex.in cap. cum dilectus, & in c. ad audientiam de cleri.non reſidend. & mox.dicemus, quibus adſtipulantur ea quæ ſupra diximus lib.6.& 7.in materia correctoria & pœnali; dum cõ
12 cluſimus † extenſiuæ interpretationi locum eſſe in in illis quoque materijs, quando uerſamur in caſib. a iure communi comparatis. confirmatior redditur hęc pars, ex eo quòd omnis ratio quę reſpectu offenſionis factæ in perſona uiri poteſt in iure conſidera
13 ri, † eadem locum habet in uxore tam reſpectu honoris, quàm dãni, ac omnium iuris effectum. ego idem ius erit conſtituendũ l.illud ad leg.Aquili.a Titio.de uerb. oblig.Bar.in l.ſi maritus. §.legis ad leg. Iul.de adult.Alex.ad Bar. in dicta l.tertia,§. hæc uerba de nego. geſt. & infra dicemus in limit. ad ſupra firmatam regulam. facit inſuper quòd facilè eluderetur diſpoſitio contrahentium, & fœdus
14 † initum, ſi relicto marito offenderetur uxor, unde progreſſus debet permitti.l ſi prætor de iudic.cum ſimil. prout infra dicemus in limit.& ſupra diximus libro 6. & 7.in materia correctoriæ ac pœnalis limitationis.

Ad hæcque ueriſimile eſt etiã in illa uoce perſonaliter, quæ uox naturaliter enuntiata eſt includi id
15 omne propter quod ſtipulantis perſona † pateretur offenſionem, prout realiter intelligitur omne id cõprehẽſum, quo patrimonium uel res eius affici poſſent, ergo. erit attendendum, Bald in l. prima, columna quarta, ſub numero nono, C.de ſer. fugit. l.non eſt ueriſimile quod met.cauſ.& cap.quia ueri
16 ſimile de præſumptio.& ad id † quod ueriſimile eſt inter eos actum fuiſſe contrahentium conuentiones referuntur abeoque interpretationem recipiũt l.quoties in ſtipulationibus de reg.iur.l.in conuentionalibus de uerb.oblig.

Neque refragatur quòd in ſtipulationibus perſo
17 na extrinſecus non ſubintelligitur, † l.ſi ita ſtipulatus §.Chryſogonus de uerb.oblig. ibi notant communiter Doctor. quia reſpondetur illam regulam ceſſare quando uel rei coniunctio uel rationis identitas aut aliqua alia urgens cõiectura aliud ſuadet ut tradit Iaſon in dicto §.Cryſogonus ſub numero 42.per text.in l.prima, C de diuerſ.reſcri. quem notandum eſſe dicit, ibique ſe dixiſſe.

18 Et ceſſat † in caſu iſto ratio illius reg. quam conſiderat ibi Iaſ.ſub.nu.41. quod ſ. perſona ſubintellecta inducat uitiũ ſtipulationis, quia alteri quis ſtipulari non poſſit l.ſtipulatio iſta,§.alteri de uer. obli. quia ſumus in caſibus in quibus ſtipulatio nalet, iuxta tradita a glo.in §.ſiquis alij inſtitu. de inutil.ſtipulat.& probatur in l.cum precario de precar. in l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri de uerb.obligat.& in l.2.& l.non ſolum de uſu & habit.& tradit Bar. in l.illicitas.§.ne potentiores ſub numero quinto, de off.præſid.Rip.in rubr.de dam. infect.ſub nu.
19 me.12.ubi & nos diximus,& quamuis † ibi cum Ripa defenderimus talem ſtipulationem non trahi in dubio ad amicos, adhærentesque ac familiares & q factionis ſunt ipſius ſtipulantis tamen aliud eſt in uxore per ſupradicta. quibus puto Io.And.& Crot. minus uera ſenſiſſe, & quod in uxore dico idem
20 † eſſe reor in liberis qui in poteſtate ſunt ipſius ſtipulatoris, quorum iniuria atque offenſio, patris pudorẽ uitam, atque animam non minus perſtringit quàm proprię perſonę offenſio, l.j. de iniur. l.iſti qui
21 dem in fin. quod met. cauſ. ideo reiecta † diſtinctione Aretin.in dicto §.cato ſub num.33. qui diſtinguebat inter eum qui fictè repreſentaretur ex diſpoſitione legis & ex uoluntate noſtra, puto adhibendã ſolùm eſſe eam diſtinctionem, quam facit Roma.in conſi.184.in tali propoſito dicendum eſt, per totũ ſuppoſito tamen ſemper, ut tam per offenſionem uxoris ac filiorum, quàm ipſius uiri dicatur eſſe cõmiſſa ſtipulatio pœnalis de non offendendo, tam
22 perſonaliter, quàm realiter, quæ † quidem diſtinctio eſt ut ſi ex cauſa antiqua ac præcedente offenſio fuerit facta, ſiue ipſi ſtipulatori, ſiue uxori, ſiue filijs in eius poteſtate exiſtentibus ſemper ſtipulatio pœnalis intelligitur eſſe commiſſa, ſi uero ex cauſa prouocatoria noua ac ſuperuenienti fuerit facta offenſio, tunc non dicatur rupta fuiſſe pax, nec cõmiſſa ſtipulatio, per eas rationes, quibus utitur Roma. in dicto conſilio 184.per diſcurſum illius, conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Verba prolata in ultimis voluntatibus intelligenda eſſe in caſu vero, & non in caſu ficto.*

2 *Teſtator diſponens, ut poſt obitum hæredum ſuorum bona ſemper deferantur ad maiorem de familia, intelligitur de illo maiore loqui, qui uerè ac naturaliter eſt maior omni de famila.*

3 *Filij maioris natu excluduntur, ab agnato maiore natu, in hæreditate eius qui uocauerit maiorem natu agnationis post primos hæredes quia non nisi fictè repræsentant eorum patrem, qui tanquam natu maior fuit admissus.*

4 *Eiusdemque generis uult exempla petipossè a responso venerandi collegij Ticinensis pro Triuultijs, quod ab auctore dispositum.*

5 *Extensionem de uero casu ad fictum dari, quando lex omnino casus istos compararet.*

6 *Eos qui sunt absentes in obsequijs Romani Pont. haberi pro præsentibus, quòd ad perceptionem fructuum suorum beneficiorum.*

7 *Controuersatissimam esse controuersiam, an fieri possit extensio de casu uero ad fictum, quando lex omnino comparat istos casus, & quid sentiat auctor numero 8. & 9.*

10 *Extensionem fieri de casu uero ad fictum quando fictus casus est subrogatus.*

11 *Statutum loquens de hærede an locum habeat in fideicommissario.*

12 *Dictionem quodammodo importare fictionem & improprietrtem.*

13 *A casu uero ad fictum subrogatum progressum dari, quãdo uel ratio est expressa in lege uel pro expressa habetur.*

14 *Vel quando per omnia facta est subrogatio.*

15 *Statuto si caueatur, ut obligatio stipulatione expressa in instrumento dotali præferatur omnibus anterioribus habebit locum in obligatione progrediente ex stipulatione ficta.*

16 *Idemque esse in Statuto loquente de hypotecha.*

17 *Subrogatio ubi facta non est, in omnibus a uero casu ad fictum subrogatum non progredimur.*

18 *L. 1. §. hoc interdictum de fonte, quomodo intelligenda sit.*

19 *A iudice dato super reductione ad arbitrium boni uiri posse appellari.*

20 *In materia fauorabili dari progressum de casu uero ad fictum.*

21 *Edictum prætoris ex quibus caus. maio. loquens in persona procedit in ciuitate.*

22 *Dispositio loquens de absente, trahitur ad eum qui ficte reputatur absens.*

23 *Verba largè & impropriè accipienda esse in materia fauorabili.*

24 *Lex permittens hæreditatem uerè iacentem perficere cœptam usucapionem, trahitur ad casum hæreditatis fictè iacentis.*

25 *Et quomodo id sit intelligendum.*

26 *Quidque hac in difficultate sentiat Auctor.*

27 *Dispositio statutaria fauorabilis in persona habili trahitur ad inhabilem.*

18 *Fictum respectu generis habere symbolum cum uero, ideoque facilem in fauorabilibus dari transitum.*

29 *Materiam fauorabilem esse adeo extendibilem, ut omnis omnino casus complectatur ad quos extendi possit.*

30 *Vbi denegaretur extensio materiæ fauorabilis, in odium diceretur fieri.*

Quid censendum sit in ultimis uoluntatibus, & præsertim quando lex omnino compararet casum fictum casui vero, uel subrogaret loco casus veri, vel essemus in materia fauorabili.

CAP. XX.



VAntum ad ultimas uoluntates dicit Crot. loc. iam relat. uerba prolata à testatore intelligi debere in casu uero, non autem in
1 casu ficto per tex. in l. ult. C. de ijs qui uen. ætat. impetrat. in l. statius, §. Cornelio de iure fisc. quibus addi potest tex. elegans in l. ex his C. quando dies legat. uel fideicom. cedat. Mouetur insuper Crot. per auctor. Petr. de Ancharan. in cap. canonũ statuta de constit. char. ut ipse citat 23. uerficulo consuluit etiam Baldus. ubi ait quòd si testator disposuerit, ut bona sua post obitum hæredum suo
2 rum semper deuoluerẽtur ad maiorem †de familia, dẽt intelligi illo in maiore, qui uerè & naturaliter sit maior ætate cęteris de familia, nõ aũt ciuiliter in iore ratione scientiæ, uel dignitatis alicuius. Ad idem quoque est, quòd si testator maiorem natu post mortem hæredum, priore gradu institutorum usque in infinitum ad hæreditatem suam uocaue-
3 rit in eius agnatione, †mortuisque primis hæredib. admissus fuerit is, qui tempore euentus conditionis erat maior, qui postea decesserit relictis filijs qui reperiantur esse minores natu, altero agnato, qui uelit admitti ex eo quod ætate sit prouectior, tametsi filij patrem admissum repræsentent, nihilominus quia id tantum fictè est, & quantum ad gradus prærogatiuam, & sic ciuiliter, ab eo qui uerè & naturaliter est maior ætatis ratione excluduntur, & ipse solus admittitur Alexan. in consilio quarto, per totillud consi. lib. quarto, & maxime ante numerum 12. cum seq. cui accedit Bero. consi. 71. maxime colum. fin. uolumine primo, & Zanc. in respon. pro Triuultijs sub numero 25. & seq. ubi alios addit, quibus addi possunt Andr. Tiraq. cum alijs ab eo citat. q. 40. de iur. primige. sub numero 119. Aretin in consi. 164. columna secunda, in princip. & columna tertia, circa medium Ias. in l. secunda, C. de successi. ædict. Dec. in consi. 318. post nume. 6. & consi. 453. colum. fin. sub numero 20. & Rip. in l. in quartam sub nu. 199. ad leg. falcid. cuius generis multa
4 †possunt colligi ex respons. venerandi nostri collegij Ticinensis in eadem Triuultiorum causa, quod a nobis dispositum fuit, per discursum illius responsi.

5 Limitatur modo ista conclusio, ut locum non habeat, quando †lex compararet omnino casum fictum, casui uero, quia *tunc* statutum etiamsi esset contra ius, uel præter ius, nihilominus extẽderetur ad casum fictum, quem per omnia lex comparat ve-

ro,

ro, ut uoluit Roma.in l. prima, §.de illo ad Senat. Trebellia.qui ita intelligit tex. in c.ad audientiã de cler.non reſid.de qua tamen limitatione, quamuis dubitet Fely.in cap. inſinuatum de ſimo. ſub num. tertio, Crot.tamen in dicta l.omnes populi ſub numero 212. tranſit cum hac limitatione, qui dicit ita firmare Abb.ac Ioan.Imol.in d.cap.ad audientiam & in cap.cum dilectus de cleric.non reſident. ſicque proponit exemplum de iure communi,
6 † illi qui ſunt abſentes in obſequio Romani Pontif. habentur pro præſentibus,ut percipiant fructus ſuorum beneficiorum, Si ſtatuto caueatur ut ſoli præſentes percipiant fructus præbendarum comprehendẽtur ea diſpoſitione illi quoque qui pro preſentibus habentur,adducitque in argumẽtum dictum Barto.in auth.ſed cum teſtator, C.ad leg. falcid. & gloſ.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit C.de furt.Quid reſoluendum erit?

7 Ego ſcio hanc difficultatem † contrauerſatiſſimam eſſe ut facilè percipi poteſt ex ijs, quæ alias late ſcripſi ſupra libro ſexto in correctorijs limitatio. quarta,propterea reſoluendũ eſt ut ibi diximus, & libro 7.in pœnalibus limitatio.quinta,ut ſcilicet locum habeat quando ſumus in comparatis per modũ regulæ,& in quibus militat oĩmoda ſimilitudo. Secus eſt in ſimpliciter cõparatis, q a licet ſimplex
8 † illa cõparatio faciat ut priuilegia cõpetẽtia caſui, cui fit adæquatio, tpe adæquationis competant caſui adæquato l.princeps de legi.l.maximum uitiũ, C.de lib.præter.l.2. C.comm.de leg.Bar. in l.j.poſt prin.de leg.1.attamen reſpectu ſuperuenientium, non trahitur ad ea quæ in futurum poſt exæquationem factam,tribuuntur caſui cui fit adęquatio. dicta l.prima,de leg.1.

9 Secus eſt † ubi facta reperitur per modum regulę & omnimoda concurrit ſimilitudo quia tunc etiam reſpectu ſuperuenientium progreditur dicta adæquatio,ut per omnes in d.l.j. & latius diſſeruimus, in locis ſupra citatis.

Limitatur ſecundo,ut locum non habeat in ſub-
10 rogatis caſib.fictis † loco caſus ueri,ſic ſcribit Crot. in dicta l.omnes populi de iuſti. & iur. ſub numero 215.per ea quæ trad.Bar.in l.poſtulante in princip. ubi uult quod ſtatutum diſponens de debitore comprehendit etiam illius hæredes, & quia ſubrogantur loco defuncti, quod etiam tenet Abb. in capitulo primo,colum.prima,de arbitr.& ita ſeruari poſſe,quod tradidit Bar.in l. prima, §.de illo ad ſenat.
11 Trebellia. ubi † uoluit ſtatutum loquens de hærede comprehendere etiam fideicommiſſarium, quem ibi impugnat Alex. eo quia talis ficte dicitur hæres l.ſi filius §.primo,uerſiculo quodammodo hęres eſt
12 quod cum eo,quæ dictio † quodammodo importa ter fictionem & improprietatem l. ſi me in uacuã de acquiren.poſſeſſ.& in ſtatutis fictio locum non habet l.prima,§.hoc interdictum de font. nam cũ fideicommiſſarius ſubrogetur loco hæredis. §.qui quadraginta in princip. ad ſenat. Trebellia.ibi & te ſuo loco conſtituat,meritò ſtatutum loquens de hærede, poteſt extendi ad fideicommiſſarium.

13 Ego in hac limitatione ob difficultatem ſupra relatam ſic conſtituendum eſſe opinarer. Quod ſi ratio ſtatuti uel in eo expreſſa,uel quæ pro expreſſa habeatur per identitatem uel maioritatem aut paritatem deſeruiat, poſitque accõmodari caſui fict. iuxta ea quæ ſcribunt Angel.Iaſ.Gomes.& alij in §.fuerat inſtit.de actio.Bartolus in l.prima,§.hæc actio,ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſſ. fuer. glo.Bar.& doct.in l.ſi eum §.qui iniuriarum ſi quis cautio.tunc diſpoſitio ſtatutaria loquens in caſu uero locum habeat in ea
14 ficto, uel ubi per omnia † facta ſit inter caſum uerum & fictum ſubrogatio, per ea quæ ſcribit Euer. in loc.a ui ſubrogationis ſub numero 20. uerſiculo ſecundo dicta reg.

Et ideo ſi lege municipali caueatur,ut obligatio contracta inter maritum & uxorem ex ſtipulatione
15 † appoſita in inſtrumento dotali, iura prælationis haberet aduerſus alios omnes anteriores obligationes,non ſolum procederet iſtud ſtatutum in obligationes,non ſolum ex ſtipulatione expreſſa ac uere appoſita in inſtrumento dotali. ſed etiam in ficta, quæ ſubrogata eſt per iuris diſpoſitionem in locum ueræ ex l.prima,in principio ubi Saly.& alij notant C.de rei ux.actio.

Aliudque exemplum poni poſſet in ſtatuto lo-
16 quente de hypotheca † in eadem materia pro tex. in §.& ut plenius ea.l.unica, C. de rei uxor. actio. in iſtis enim omnibus caſibus per omnia facta eſt ſubrogatio,& ideo ſtatutum ſuperniens in uno locum habet in altero quoque,per iura ſupra citata ſicq;
17 intelligenda eſt ipſa limitatio.ſecus eſt quando † nõ in omnibus facta eſſet ſubrogatio, aut eadem uel maior parue non eſſet ratio, quia tunc procederet Alex.opinio quòd ſtatutum loquens in caſu uero non haberet locum in caſu ficto ſubrogato, qui eãdem uel partem aut maiorem non haberet rationẽ aut omnimodã non haberet ſubrogationem, & ita
18 poteſt procedere † text. in l.prima §. hoc interdictum de font.faciunt quæ ſcribunt Cuma.Caſtren. Imol.& Alex.in l. prima, de legatis ſecundo, Butr. & Imo.in capit.quintauallis de irreiur. ubi uolunt a iudice dato ſuper reductione ad arbitrium boni
19 uiri † poſſe appellari, quamuis non ab arbitratore, quia licet talis iudex ſit ſubrogatus loco arbitratoris non tamen omnib.facta eſt ſubrogatio.

Limitatur tertio loco memorata cõcluſio,quã-
20 do uerſatur diſceptatio in materia fauorabili, † tũc ſtatutum loquens in caſu uero locum habet ſimiliter in caſu ficto,l.ait prætor in principio, iuncta l. ergo §ſi ex quib. cauſ. maio.ubi edictum prætoris
21 loquens de perſona † procedit etiam in ciuitate, quæ dicitur eſſe perſona ficta,l.mortuo de fideiuſſ. in quam ſententiam adducitur & tex.in l.ab hoſtibus §.fin.eod.titul.quib.ex cauſ.maio.ubi diſpoſitio
22 loquens de abſente † trahitur ad eum qui fictè reputatur abſens,& rurſus textus in l. prima,§.bonorũ, ad Senat.Trebellia.ubi lex illa permittens trebellianicæ detractionem in uero hærede,trahitur ad bonorum poſſeſſor. qui. fictè eſt hæres, l.ſecunda, de bon. poſſeſſ.l.bonorum,C.de interdic.matri. inter pupil.& uid.ſequitur Iaſ.in l.qui ſe patris ſub nume
23 ro 55.cum duobus ſeq. ubi uult, uerba † eſſe largè

gè & impropriè accipienda in materia fauorabili, idem Iaſ.in l.uenia columna ſecunda, de in ius uoc. Alexand.ad Bar.in l.3.§.hæc uerba.de nego. geſt.ne que mouet inquit Crot.in dicta l.omnes populi de iuſt.iur.ſub numero 219.uerſiculo ſed contra cum
24 ſequen.tex.† in l.ſi is qui pro emptore innĉta l.cœptam de uſucap.ubi lex permittens hæreditatem verè iacentem perficere uſucapionem cœptam a defuncto,non porrigitur ad caſum hæreditatis fictè iacentis,ueluti capti ab hoſtibus apud eoſdemque de
25 functi. Quia † Imol.in dicta l.ſi is qui pro emptore columna 10.reſoluit modum, aſsignando rationem diuerſitatis inter utrunque caſum,oſtendendo que in primo caſu præſcriptionem non interrumpi morte poſſidentis,quamuis interrumpatur poſſeſſio, neminique ius acquiri interea,& propterea præſcriptionem perfici dicta l.iuſtè §.nondum de uſucapion.l.nunquam §.uacuam eod.tit.

Contrarium autem eſſe in ſecundo caſu,quia interrumpitur præſcriptio,& domino acquiritur d.l. ſi is qui pro emptore, latius declarat per Crot. loco iam citato. Hanc limitationem ego puto eſſe
26 † veriſimam per ea quæ ſcribit Alberic. in l. quod fauore C. de legibus, & Dyn. in capitulo. quo fauore de regulis iuris, libro ſexto, & per ea quæ longè lateque tradidimus ſupra in reſolutione primæ quæſtionis iſtius lib.in ea parte quæ ſpectat materiam ſtatut.fauorabilium, Si enim fauoris gratia diſpoſitio ſtatutaria pronuntiata in per
27 ſona habili,† pgredi & in perſona inhabili,in qua eadem fauoris ratio militat, ut inter cœteros loco ſupra cita.iam relatos dicebat Io.igne.in l.tertia, §. utrum ſub numero 80.ad ſenat.Syllani.quæ non tã habilitatẽ uel inhabilitatẽ perſonæ inſpicimus quã ipſam publici fauoris cauſam, ergo multo magis admittendum hoc erit in caſu ficto, in quo adeſt
28 habilitas ſaltem propter † ſymbolum quod habet fictum cum uero reſpectu generis, quapropter ſuccedit,ut in habentibus ſymbolum facilior debeat tranſitus admitti de unoque fieri in alterum progreſſus l.in rem,§.item quæcunque de rei uend.Barto.in l.centurio in prima oppoſit.ubi concord. tex. adducit de uulg.& pupilla.adeo enim fauoris ma-
29 teria † eſt extenſibilis,ut omnes omnino caſus cõplectatur ad quos produci poſsit ex medio alicuius eorum inſtrumentorum quæ ſupra lib.5. retulimus l.cum quidam de lib.& poſthumis,ubi latè Iaſ.cap. odia de regulis iuris li.6.l.1.ubi Bar.& ſcrib.omnes ſol.matrim.l.beneficium ubi plenisſimè Iaſ.de con-
30 ſtit. prin. alias enim ubi de negaretur † quod iure medio ex fauorabilis ipſius materiæ natura fieri poſſet in odium diceretur fauor retorqueri, l.quod fauore,C.de legibus c.quod fauore de reg.iur. lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Extenſionem a caſu uero ad fictum dari etiam in odioſis, quando ratio eſt expreſſa in lege uel pro expreſſa habetur.*

2 *In quacunque materia caſus qui comprehenditur ex ratione nunquam intelligitur omiſſus.*

3 *Ea quæ ueniunt ex ratione, uenire ex diſpoſitione.*

4 *Galli Aquili prouiſionem factam circa inſtitutionem trahi ad exhæredationem.*

5 *Et de morte naturali ad ciuilem.*

6 *Statuto ſi excluderentur hæredes, qui intra annum a die mortis teſtatoris non adiiſſent hæreditatem, procederet etiam in hærede qui a die factæ profeſſionis in monaſterio per teſtatorem, hæreditatem non adiuiſſet intra annum. nu.7.*

8 *In facilioribus non eſse multum laborandum in perquirendis.*

9 *Statutum extendendo ad caſum fictum ubi rediremus ad ius commune, permittitur extenſio.*

10 *Idemque eſse qnando extenſio fieret reſpectu eiuſdem perſonæ, quia.*

11 *Statutaria diſpoſitio facilius extẽditur de caſu ad caſum reſpectu eiuſdem perſonæ, quàm diuerſarum.*

12 *Eadem præſertim militante ratione.*

13 *Vnius & eiuſdem perſonæ conſiderationẽ ad plures caſus relatam, haberi loco generis cuiuſdam.*

14 *Ex ueriſimili teſtatoris mente, qui ſi caſum omiſsum ſciuiſſet de illo diſpoſuiſſet, ab uno ad alterum fit extenſio.*

15 *Vt caſus omnes in ſuo genere propriè comprehendantur ſic & eiuſdem perſonæ uirtute.*

16 *A uera ſtipulatione ad fictam dari progreſsum in caſib. de quibus per Bar. doctor. in l.1. de uerb. oblig.*

17 *Statutum ad caſum fictum extendi, quando aliàs redderetur eluſorium.*

18 *Interpretatio fieri non debet per quam reddatur l. diſpoſitio eluſoria.*

19 *Statutum caſum fictum extenſiuè comprehendere, quãdo ulterius procedit tribuendo eandem uim caſui ficto quam habet uerus.*

20 *Statuto ſi cauetur ne quis in collegium reciperetur niſi eſſet ciuis originarius, etiam ad eum protenderetur, qui eſset creatus cum clauſula, ut in omnibus ac per omnia haberetur pro ciue originario.*

21 *Limit. prædictam eſse ueram, non tamen ad controuerſiam noſtram applicabilem.*

22 *§. Quicunque in tit. de pœnis in nouis conſtitutio. declarari.*

23 *§. Collegijs in nouis conſtit. in tit. de pœnis quomodo ſit intelligendus. nu.24.*

25 *Eatenus quatenus lex loquitur procedendum eſſe etiam ſi lex dura ſit.*

26 *Siex tacita legis mente quando unica tantum ratio aſſignari poteſt licet arguere, multo magis ab expreſſa mente.27.*

28 *Procedendum ad extenſionem eſse quando in ſtatuto adeſt clauſula, ut procedatur de ſimilibus ad ſimilia.*

Quid ſit dicendum, quando ratio in lege eſt expreſſa, uel quando extenſio fieret reſpectu eiuſdem perſonæ, aut quando redderetur eluſoria, ſeu quando procederet tribuendo eandem uirtutem caſui ficto, quam haberet caſus uerus.

CAP.

CAP. XXI.



Imitatur quarto loco prænarrata concluſio,ut ocioſa ſit etiam
1 in materia odioſa, † nedum fauorabili, quando ratio in lege expreſſa in caſu uero,locũ quoque habet in caſu ficto, l.nihil ad ſenat. Macedoni.ubi diſpoſitio ſenatuſconſulti Macedoniani, quæ principaliter eſt odioſa, l. qui exceptionem de cond. indeb. quamuis loquatur in perſona uera, extenditur nihilominus ad ciuitatem mutuantem, quæ eſt perſona ficta l.mortuo de fideiuſſo.quia eadem ratio inſidiandi uitæ parentum, quæ conſiderata fuit per ſenatuſconſul.in perſona uera locum habet pariter in perſona ficta l.filium habeo eo.tit.ad ſenat.Mace
2 donia. Quæ limitatio † eſt ueriſſima, nec habet difficultatem, quia in quacunque materia,ſiue correctoria,ſiue exorbitanti, ſiue etiam pœnali, ut ſupra oſtendimus libro ſexto,& ſeptimo,ubi pleniſſimè ſingulo quoque in capite hanc materiam pertractauimus, caſus qui comprehenditur ſub expreſſa legis ratione, ſiue etiam ſub tacita, quando unica tantum ratio aſſignari poteſt, nunquam cen
3 ſetur eſſe a diſpoſitione excluſus, † quia quæ ueniũt ex rõne ueniũt diſpoſitione Bal.in conſ.384.ſtatuto ciuitatis, cauetur lib.5. Crau.in conſi.183.colum. ſecunda,ſub num.3.& plenè in tract de antiq.tempor.par.quarta,ſectio.prima,ſub num.89.cum ſeq. & ſupra ſæpius diximus lib.5.in inſtrumento rationis,& libro primo, dum de propria ſignificatione uerba haberemus, & alibi ſæpe in ſuperioribus lib. poſſet aliud exemplum poni in illa difficillima ma-
4 teria conſilij † Galli Aquilij de qua in l.Gallus de liberis & poſthum.Intelligendo prouiſionem Galli quæ loquitur de nepotum inſtitutione, progredi quoq; in exhæredatione, tum ex natura tit.ſub quo poſita eſt ea lex,cuius inſcriptio eſt concepta de hæred.inſtit. & exhæred. & cui reſpondere debent leges ibi poſitæ,§.quibus, prima conſtitut.C.& l.imperatores de indiem addic.quàm ex forma inducta circa prouiſionem faciendam in perſona eorum qui in poteſtate noſtra ſunt, uel eſſe quandoque poſſunt. l inter cœtera de lib. & poſthum. & inſtit. eod.tit.in princ.nec non & ex diſpoſitione tex.in d. §.etiamſi parente. in fin.ibi dummodo hæres inſtitutus ſit uel exhæredatus in d. l.Gallus, quatenus interpretes per illum text. in §. & quid ſi tantum in
5 eadem l.Gallus uolunt † prouiſionem Galli concepta in caſu mortis ueræ, trahi ad caſum mortis ciuilis,& ſic ad caſum fictum, ſi enim prouiſionẽ factam exhæredando fuiſſe fingamus,iam in odioſis uerſamur l.cum quidam de lib.& poſt.ideoque cum fiat extenſio ad caſum fictum, optime declarata eſſe cenſebitur limitatio, quę fundata eſt in rationis identitate.

6 Aliud exemplum poni poſſet in ſtatuto † quo caueretur hæredes qui intra annum a die mortis teſtatoris,uel defuncti ab inteſtato decedentis non adijſſent defuncti hæreditatem ipſo iure & facto cenſeri debere eſſe excluſos a beneficio edeundi hæreditatem,ne diutius remanent hæreditates ipſæ iacentes in damnum creditorum, uel aliorum qui ſcriptis uel primis hæredibus remotis, poſſent ad illas
7 admitti. Si enim aliquis † ingrederetur monaſterium, ibique tacitam uel expreſſam faceret profeſſionem, ita ut pro ciuiliter, uel fictè mortuo haberetur,iuxta ea quæ ſcribunt Doctor. in auth.ingreſſi C.de ſacr.eccleſ.in c.in præſentia ubi Abb.ſub numero 61.& Dec.ſub num.68.de probatio.& in d §. & quid ſi tãtum dicta l.Gallus de lib. & poſth.& in capitulo beneficium de reg.iur.lib.6.quamuis materia illa excluſionis ab hęreditate ex teſtamento, vel ab inteſtato debita ſit odioſa, rationis tamen identitas, quæ in utroque caſu militat, faciet hũc quoque caſum fictum comprehendi. l.illud ad leg. Aquil.l.maximum uitium,C.de liber. præter. l.ult.
8 in fin C.ad leg.falcid.cum ſimil poſſent † facile per plura alia exempla proferri pro uberiore declaratione iſtius limitationis, ſed quia uel cuique medio criter erudito abſque multo labore obuia eſſe poſſunt,ideo hactenus dixiſſe ſufficiat. Idemque eſſet quando extendendo ſtatutariam diſpoſitionem ad
9 caſum † fictum rediremus ad ius commune quia tunc materia etiam alias odioſa cenſetur eſſe fauorabilis, capitulo ſecundo,in principio de decim.libro ſexto,cap.ſtatutum in uerſicu. numerandum, de præbend. eod.lib. Crot.in dicta l. omnes populi ſub numero 213.ubi reprobat Baldum aliter ſentientem.

Limitatur quinto loco prænuntiatum axioma, ut uacet quando extenſio fieret de caſu uero ad ca-
10 ſum fictum reſpectu eiuſdem perſonæ, † ſic firmat Crot.in dicta l.omnes populi ſub. numero 222. de iuſt.& iur.per tex.in l.atqui natura, §.fin.de negoc. geſt.ubi diſpoſitio illa loquens de gerente negocia alterius,inducit quoque gerente negocia eius qui captus fuerit ab hoſtibus, quia diſpoſitio ſtatuta-
11 ria † facilius extenditur de caſu ad caſum reſpectu eiuſdem perſonæ, quàm gratia aduerſarum perſonarum, ut in l.ult.C.de poſth.hæred inſtit.innicta l. Gallus §.& quid ſi tantum de lib.& poſth.

Quæ reſtrictio poteſt defendi illa ratione, quòd procedere intelligenda eſt, quando eadem militat
12 ratio, † quod cum faciat, ut in pœnalibus & correctorijs vt ſupra ſuis locis uidimus, non ſolum de caſu ad caſum, ſed etiam de perſona ad perſonam poſſit fieri extenſio multo magis operabitur ut de caſu ad caſum in eadem perſona fieri ualeat porrectio. argum.uulg.auth.multo magis, C.de ſacr. eccleſ.l. non debet de reg.iur.& cap. cui quod plus eſt licet eod titulo lib.6.& eo magis, quia unius & eiuſdem
13 perſonæ conſideratio † ad plures caſus relata, reſpectu eorum comprehenſionis videtur ad cuiuſdam generis ſimilitudinem ſe habere, dicta l.ult. C. de poſthum.hæred.inſtit.in illis uerbis, ne pœnam patiatur præteritionis qui filios ſuos non præterijt, & & d.l.Lucius §.Titius de lib & poſt.quando conſide
14 rata † veriſimili teſtatoris mente qui idem in vtroq; caſu diſpoſuiſſet, ſi omiſſi caſus ſcientiam habuiſſet,in uno caſu diſpoſitum porrigitur ad alterum;

quibus

quibus conuenit text.in l.tertia,C.de inoffi.testam. in illis verbis,repentini casus iniquitas per coniectu ram maternæ pietatis emendata est, & paulo inferius, dum ibi dicitur perinde uirilem portionem tri buendam esse censemus,ac si omnes filios hæredes
15 instituisset,unde succedit,ut quemadmodum † in genere casus omnes comprehẽsi semper esse & proprie censentur.l. in toto & pars ubi Dec.de reg.iur. Socin.in l.si quis cum totum de except. rei iud. sic & casus fictus qui sub eiusdem personæ uirtute per relationem ad eam factam comprehenditur, ut similium idem sit iudicium eademque determinatio l.non possunt de legi. c.translato de constit. & d.l. vlt.C.ad leg.falcid.

Posset quoque & aliud exemplum poni in casib.
16 † enumeratis per Bar.& doctor.in l.prima,in prin. de uerb.oblig.concernentibus materiam fictæ stipulationis,, nam si statutum disponeret aliquid in materia ueræ stipulationis respectu eiusdem perso næ, fieret quoque productio ad casum fictum.arg. text.in l.prima,in prin.ubi Saly.& alij notant C.de rei uxor.action.

Limitatur sexto loco, quando statutum aliàs red
17 deretur eluſorium,nisi traheretur ad casum fictum sic tradit Felyn. in cap. insinuatum de simo. per ea quæ scribit Gemi. in capitulo ut circa in princ.col. secunda,ad.fin.de electio. libro sexto, faciunt quæ supra diximus in pœnalibus & correctorijs de extensione facienda, quando legis dispositio circumscripta extensione efficeretur eluſoria, tunc enim ut in illis materijs permittitur extensio,sic & in ista
18 nunquam enim debet ea fieri † interpretatio per quam legis dispositio efficiatur eluſoria,l.secunda C.commu.de leg. ibi non enim uerbis,sed de rebus leges imponimus l.si prætor.de iudi. l.hæc stipulatio §.diuus ut legato.seu fideicomm.nomin.caueat. cum socijs.

Limitatur septimo loco, ut non procedat præ-narrata conclusio, quando statutum ulterius proce
19 deret † disponendo eandemque uirtutem tribuendo casui ficto, quam contulisset casui uero, quia tunc disposita in casu uero locum sibi uendicarent in casu ficto l.cum exceptione in principio.de excusa.tutor.per quem tex.sic firmat Io. Crot. in dicta l.omnes populi sub nnm.225. qui proinde infert.
20 quod si statuto † aliquo caueatur, ut non posset in collegium recipi,nisi qui esset ciuis originarius, aliquisque in ciuem esset a ciuitate receptus cum ea clausula, ut in omnibus & per omnia haberetur pro ciue originario, posset ille ac deberet in collegium recipi quia ex quo disponitur,ut habeatur pro ciue originario statuique eandem iuris in utroque casu censuram,non censetur fictionem respuere,per ea quæ scribit Ancharan.in cap.canonum statuta 15. car.uersiculo secundo pone statuto cauetur, quod nullus possit esse de prioribus, de constitut.

21 Sed aduertendum est † quòd tametsi limitatio sit uera, ueraq; rursus illatio, per ea quæ communi consensu introducta sunt a docto. in l. prima,de legat.primo,& supra diximus libro secundo, in materia significationis quæ proficiscitur ex fictione,non rectè tamen remanet accommodata ad casum nostrum,quia loquitur limitatio quando unum idemque statutum disponeret in casu uero, procederetque ulterius idem constituendo in casu ficto, ideo
22 magis † appositè posset exemplum poni in §.quicunque fecerit in tit. de pœn. in nou.constitut.ubi disponitur ulterius procedendo per nouam constitutionem ut pœna falsi ibi appósita puniatur non solum is qui re ipsa,ac uerè per se ipsum fecerit cartam,sed etiam qui per alium fieri mandauerit, idẽ potest effingi in §. omnibus ciuibus eod. titu. dum ibi prohibetur omnibus ciuibus incolis ciuitatum & locorum dominij,ne per se uel per alium directè uel per indirectum creari se faciant ciuem incolàm uel burgensem, socium, confœderatum,aut subditum aliarum ciuitatum, & terrarum huic domi-
23 nio non suppositarum. Nec dissimile est † quod habetur eod.tit.in §.collegijs dum ibi dicitur inter dictum esse per se uel per interpositas personas directè nec per indirectum uendere nec alienare, nec etiam per quacunque ultimam uoluntatem expressam aliquam rem immobilem alicuius territorij, huius dominij, mediate uel immediate subditi non subdito alienare.

Sed & illud maxime ad rem facit quod legitur eod.tit.de pœni.in §.prohibitum dum dicitur prohibitum esse omnibus impedire uel impediri facere executiones in causa criminali,sub ea pœna corporali qua imputatus detinendus puniendus erat,si uera,imputatio fuisset,in causa ciuili uel etiam pecuniaria criminali;sub pœna ducentorum *aureorum*, uel trium ictuum eculei, in omnibus enim supra di-
24 ctis casibus procedit noua constitutio † idem disponendo in casu ficto, atque in casu uero, & propterea hæsitandum non est, quin disposita in supra dictis locis, tam in casu ficto progredi debeant,
25 quàm in uero, Tum quia eatenus † quatenus lex loquitur procedẽdum est semper etiam si dura sit, l. prospexit qui & a quibus l.non aliter de legat.3. l.1.§.si ius qui nauem de exercit. actio.tum etiam
26 quia si † ex tacita legis mente licitum est,de casu uero ad casum fictum progredi, quando unica tantũ ratio potest assignari, ut supra uidimus & probatur in l.quamuis C.de fideicom.ubi glo. Bar. Bal. Castr.& alij,Crauc.de antiq.tempor.4.par. sectio. prima,sub nu.92.uersiculo amplius pnto cum 2.seq uen.& supra diximus in pœnalibus & in correctorijs de extensione in eis facienda ex ui rationis,ibique plura adduximus lib.6.& 7.& multa plura lib. 5.in instrumento rationis, si igitur ex tacita mente a casu uero ad casum fictum progredimur,multo
27 magis ubi uerba expressa legis id important, † quia tunc res uersatur in claris,& interpretationibus nõ. est locus iur.uulg. cum ibi adsint, & mens & uerba legis ergo omnis prorsus cessare debebit hæsitatio. faciunt autem in huius limitationis confirmationem quæ supra scripsimus lib.7.in 16.limi.materiæ pœnalis de extensione facienda, quando in statuto
28 adest clausula ut procedatur de similibus ad similia qua de re scripsit Bal.in l.3. C.de legib. quam legit sub l.2.eod.tit.Crauc. de antiq.tempor.par.5.secti. uidea-

uideamus sub nu.35 & Sanctoseuer. in d.l.omnes populi sub num.254.

SVMMARIVM.

1 *Extensio de casu uero ad fictum fieri quoque potest in statuto si materia partim sit odiosa, & partim fauorabilis.*
2 *Stante statuto quòd extantibus masculis fœminæ non succedant nepos ex filio præmortuo excludet filiam.*
3 *Veriorem ac receptiorem opinionem esse ut tale statutum fœminarum exclusiuum sit fauorabile.*
4 *Materiam in ius uocationis pro parte esse odiosam, & pro parte fauorabilem.*
5 *Iura loquentia de liberto & patrono, trahi ad dominum ac vasallum.*
6 *Idque tam in criminalibus, quam in ciuilibus.*
7 *Et vnde alia eius generis exempla peti possint.*
8 *Dispositio quando pro parte est fauorabilis & pro parte odiosa in totum iudicatur fauorabilis.*
9 *Progressum de casu uero ad fictum non dari in ijs quæ sunt de forma.*
10 *Forma præcisè seruanda est nec potest per æquipollens impleri.*
11 *Formæ nihil addi posse neque minui.*
12 *Forma per æquipollens non impletur etiam in materia fauorabili.*
13 *Soluere iurans non potest compensare, etiamsi compensatio sit solutio.*
14 *Iuramentum debet impleri in forma specifica.*
15 *Clem. appellanti de appel. declaratur.*
16 *Formalitas verborum ubi probanda est, testes deponentes per uerba æquipollentia nihil probant.*
17 *Causa exprimenda in appellatione ab interlocutoria, non sufficit si exprimatur per relationem ad acta.*
18 *Fictum consensum filiæ sufficere patri, vt agere possit ad dotem.*
19 *Expressionem in specie factam non dici factam singulariter neque in individuo.*
20 *L. 2 §. uoluntatem solut. matri. declarari ut non requirat consensum pro forma.*
21 *Quomodo sentiat Auctor resoluendum esse negocium circa id, an casus verus trahatur ad fictum in formalibus.*
22 *Lex municipalis tradens formam seruandam in casu uero non trahi ad fictum.*
23 *Actus quando fingitur a lege etiamsi uitiosa adhibeatur forma, nihilominus lex supplet.*
24 *In actu ficto lex fingit omnia necessaria ad actum inuenisse.*
25 *In omnibus casibus in quibus de casu uero ad fictum fit productio in materia quoque formali fit.*

An idem censendum sit in statuto loquente in materia pro parte fauorabili, et pro parte odiosa, uel quando essemus in ijs quæ sunt de forma.

CAP. XXII.

LImitatur octauo loco prædicta conclusio, quando essemus in 1 dispositione statutaria pro parte odiosa, & pro parte fauorabili † quia tunc statutum loquens in casu uero, locum habet & in ficto, ita scribit Cro. in dicta l.omnes populi sub nu.227. de iust. & iur. ex dictis Bart. in l. liberorum columna decima, de uerborum significationib. quatenus uult. quod stante statuto † ut fœminæ non succedant extantibus 2 masculis, nepos ex filio premortuo excludat filiam licet uere sit in secundo gradu, supponendo quod istiusmodi statutum sit partim fauorabile & partim odiosum, secundum Baldum, & Modern. in l. secunda, C. de in ius uocand. Sed est animaduertendum quia uerior & receptior opinio est, † ut simpliciter atque indistinctè sit huiusmodi statutum fauorabile, non etiam mixtum, ut affirmat Brun. in tracta. eiusdem statuti in quarto artic. sub num. 6. & alii quos nouissimè adducit Anto. Gabriel. libro sexto de stat. conclus. sexta, in princ. & alibi diximus melius posset proponi exemplum in materia in ius 4 uocationis † sine uenia, quæ ex parte earum personarum, quibus naturali ratione honos debetur est fauorabile, ex parte eorum qui puniuntur dicitur esse odiosum, ut scribit glo. in uer. liberis uersic. ex parte proponi, C. de in ius uocan. quam ibi recipiunt Bar. Bald. Saly. Alex. & Iasn. nam iura loquen- 5 tia de liberto † & patrono trahuntur ad subditum & dominum, qui similitudine & quadam quasi iuris fictione comparantur libertis & patronis, ut per Bald. in l. bene a Zenone per gloss. ibi. in uersiculo, iusione, C. de quadrien. præscript. Alex. in l. generaliter sub numero septimo, de in ius uocand. qui reprobat Bal. qui contrarium asseuerat in capitulo primo, de milit. uasal. qui contum. est in fin. a quo ibidem quoque dissentiunt, & cum glo. ac Bald. in d.l. bene a Zenone conueniunt Aluaro. Præpos. Afflict. & Andr. Sicul. in addition. ad. Bald. Iasn. in §. pœnales sub num. 71. & 72. instit. de actio. Cum simil. 6 Quæ sententia locum habet † non solum in ciuilibus sed etiam in criminalibus, ut uult glo. notatu dignissima quamuis paucis cognita in l. ult. in uer. supplicio, C. de ijs qui accus. non poss. ibi & etiam in crimine, quæ uult ut in casu quo libertus contra patronum ad accusandum admittitur, prosequendo suã uel suorũ iniuriã, dicat tamen id facere petita uenia, possent & alia exempla † desumi. ex ijs 7 quæ tradunt Baldus & Alberic. in l. fin. C. de interdic. matrimonio, & pro hac limitatione maxime citi illa ratio qua usus fuit Cyprus sub numero 227. uersiculo facit quia, quæ est, ut cum dispositio, quando est partim odiosa & partim † fauo- 8 rabilis, in totum dicetur fauorabilis, capitu. non dubium. & ibi, Abb. de sent. excommu. illaq; debeat de casu uero ad casum fictum fieri extensio, quemadmodum supra diximus fieri posse in materia fauorabili.

Limitatur 9. loco prænarrata concluſio, vt nõ pro
9 grediatur in ijs quæ non ſunt de forma, † in quibus non refert vtrum ex æquipolientibus fiat, dicta l. Gallus §. & quid ſi tantum de lib. & poſthu. vbi doctor. notant l. de quibus in fine. de legi. l. quo enim. §. vlt. rem rat. haber. ſecus vbi eſſemus in formalibus,
10 in quibus præcisè forma ſeruanda eſt, † ita vt non poſsit per æquipollens impleri, l. qui per ſalutem de iureiuran. l. per hanc C. de numera. & actua. libro 12. late Felyn. in capitulo cum dilecta de reſcriptis. ſed ad vngem ſeruanda ſit l. qui hæredi in principio & l. meuius de condit. & demon-
11 ſtrat. cum formæ † nihil addi poſsit neque minui, l. prima. §. opus nouum de oper. noui nunciat. Bald. in l. quoties columna prima C. de ſu. & legit. ideo inferebat Crot. in dicta l. omnes populi de iuſtit. & iur. ſub numero 226. quod qua ratione forma per æquipollens implementum non rece-
12 pit, † etiam in materia fauorabili l. qui Romæ §. flauius de verborum obligationib. l. ſi teſtamentum C. de teſtamen. & l. inſtitorem ſi cert. petat. ita non poſſet impleri in caſu ficto, capitulo ad noſtram, il tertio, & ibi doctor. de iureiuran. vbi qui
13 iurauit ſoluere † non poteſt compenſare, tametſi compenſatio ſit ficta ſolutio l. Iulianus de conditio. & demonſtratio. l. ſi peculium §. primo de
14 ſtatuliber. quia iuramentum debet impleri † in forma ſpecifica, in quam rem adducit aſſertionem Angeli in l. vbi autem non apparet §. illud. de verborum obligationib. qua prodidit is in caſu
15 cle. appellanti † de appell. vbi dicitur in appellatione ab interlocutoria cauſam in indiuiduo exprimendam eſſe, non ſufficere ſi exprimeretur per relationem ad acta, veluti ſi diceretur, appello ex cauſa de qua in actis apparet, & tamen expreſsio quæ fit per relationem dicitur eſſe facta verè l. Titia §. fin. in uerſic. perinde de verb. obligationibus.

Rurſus perpendit ea, quæ docent Butr. & Abb. in capit. fin. in verſic. nihil obſtat de verbo. ſignific.
16 volentes vt vbi agitur de probanda † formalitate verborum teſtes deponentes per uerba æquipollentia non dicantur concordes veluti ſi quis depoſuerit teſtatorem dixiſſe Titium hæredem inſtituo, alius affirmet ab eo dict. Titium hæredem facio, alius aſſerat ab eo prolata hæc verba fuiſſe, Titio hæreditatem meam relinquo; & quamuis in contrarium nonnulla videantur obſtare, ueluti text. in l. ſi ita ſcripſero de conditio. & demonſtratio. & l. aſſe toto de hæred. inſtit. quibus in locis Barto. & alij, excipiunt hæredis inſtitutionem quæ de forma eſt teſtamenti §. ante hæredis inſtit. de leg. l. iubemus, & l. hac conſultiſsima. C. de teſtam. poteſt per relationem ad aliud in teſtamento exprimi, item quod ſcribit Baldus in lege minoribus. C. de iis quibus, vt indig. volens in caſu dicta clementina
17 appellanti † ſufficere cauſam exprimere per relationem ad acta, & demum in l. ſecunda, §. voluntatem ſoluto matrimon. vbi dicitur non poſſe patrem aliter agere ad dotem, niſi filia conſentiat, quæ verba videntur formam importare, vt per Bar. in l. deiis de tranſacti. & in l. ſecunda C. de euenden. rebus ciuit. libro vndecimo.
18 Et tamen † ſufficit fictus conſenſus, quia ſi filia præſens ſit, & taceat, videtur conſentire hocque ſufficit. Reſpondet ille in prioribus duabus obiectionib. expreſsionem dici quidem in ſpecie fuiſſe
19 factam, † ſed non in indiuiduo uel ſingulariter vt in l. pluribus de verbo. obligat. & argum. l. ſecundę, de lib. & poſthu. & eorum quæ ſcribit Bar. in l prima
20 in princ. de vulg. & pupill. ad §. voluntatem † ait ibi conſenſum non requiri pro forma, quia etiam poſt factum poteſt conſenſus qui in actu requiritur accedere ac præſtari capitulo quam ſit de elect. libro ſexto. Imol. in capitulo cum uos, de ijs quæ ſiunt à prelat. ſine conſ. capituli. Moder. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum de acquir. hæred. & Bartol. in capitulo conſuetudinis de conſuet. nec eſſe verum, vt verba illa, non aliter, importent formam, vt inſti.
21 de auct. tutor. in principio ego puto in hac † controuerſia animaduertendum eſſe, quia aut volumus limitationem intelligere hoc modo; inueſtigando ſcilicet, an diſpoſitio ſtatuti, quæ certam formam inducit in actu verè conficiendo veluti in abſoluenda ſtipulatione, translatione, alioue contractu, vel in teſtõ perficiendo vt in l. j. in prin. de uerb. oblig. in l. cum hi. in l. de his, de tranſ. in l. iubemus l. hac conſultiſsima. C. de teſtam. debeat quoque ſeruari in actu ficto, a lege ſubintellecto? Aut quærimus an forma illa, quam lex municipalis ſeruari vult in actu illo vero conficiendo, cenſeatur quoque tacitè inducta ac ſeruata in actu illo ficto a iure inducto? Aut denique diſputamus, an diſpoſitio ſtatuti in actu formali vero loquentis ſibi locum vendicet in caſu ficto. Quantum ad primum caſum penes me non habet res iſta aliquam diffi-
22 cultatem; vt non debeat † lex municipalis tradens formam ſeruandam in caſu vero trahi ad caſum fictum, cuius reſolutionis duplex eſt ratio, prima quia ſi forma ſeruanda in actu vero adhiberetur in actu ficto, iam non eſſet fictus ſed verus, quia poſita forma cuiuſque rei ponitur eſſentia & ſubſtantia eiuſdem rei. l. Iulianus §. ſi quis ad exhiben. l. mulieri §. primo vbi doctor. notant de verborum ſignificationib. Altera eſt quia vbi actus
23 fingitur † a lege, tunc etiam ſi forma vitioſe adhibeatur nihilominus lex ſupplet, perindeque habetur ac ſi omnia legitimè appoſita fuiſſet l. vnica in principio C. de rei vxor. actio.

Quantum ad ſecundum caſum ego habeo pro
24 abſoluto † quod in actu ficto lex quoque fingat omnia interueniſſe quæ neceſſaria ſunt ad actum perficiendum; verbi gratia in ſtipulatione præceſsiſſe interrogationem, & ſubſecutam fuiſſe reſponſionem ut per Bartol. & alios in l. prima principio de verborum obligationibus quia alias lex intelligeretur de remedio imperfecto atque frulaneo prouidiſſe, contra l. pen. C. de iis quib. vt indig. & l. hæc ſtipulatio §. Diuus vt leg. ſeu fideicom. nom. cauea.
25 Quo uero ad tertium caſum † ego opinor in omnibus caſibus in quibus iam diximus d. ſpõſitionem loquen-

loquentem in casu uero produci ad casum fictum, locum quoque fieri huic limitationi, quæ loquitur de actu habente essentiam formalem quia similis æquitatis ratio similia quoque iura desiderat, l. ult. C. ad leg. falcid. l. a Titio de uerbo. obligatio. cum simil.

Et ex his satis liquet quo sensu istiusmodi limitatio excipienda sit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in certa persona an possit trahi ad alteram.*
2 *Qua in difficultate referuntur Bar. ac Bal. sententiæ necessariæ.*
3 *Arbitrium à populo concessum statuentibus, semper intelligi sine præiudicio tertij.*
4 *Statutum nullo modo posse fieri credi pro commodo priuato.*
5 *Quid tamen sentiat ea in re Crotus.*
6 *Capit. erit autem 4. distinctio. quomodo sit intelligendum.*
Statutum æditum ratione personæ, quę uirtutum suarum gratia meretur priuilegium dicitur factum fauore publico. ibid.
7 *Quia per illud datur ansa augendi numerum studiosorum.*
8 *Statutum singularis personæ gratia fieri posse ex causa legitima.*
9 *Veluti si exemplaris aliqua pœna ob insignem aliquem latronem nuncupatim constituta fuerit.*
10 *Habito fine non curari de medijs.*
11 *Statutum sine causa rationabili in præiudicium alicuius tenet.*
12 *Barto. in l. ambitiosa de decret. ab ordin. fac. declaratur.*

Quando statutum loquitur in una persona an extendatur ad alteram.

CAP. XXIII.

AN autem statutum loquens in una persona extendatur ad alteram. Bar. in d. l. omnes populi de iust. & iur. sub num. 63. † in
1 primis arguit pro parte affirmatiua, ut uideatur extendendū esse per tex. in l. iura de legib. & per tex. in prima constit. C. ad si. ibi nulla dubietate &c. & per Dyn. in cap. quod alicui gratiosè de regulis iuris, libro sexto, deinde resoluens ait, quod in legibus communibus, & in rescriptis imperialibus dicendum est, ut ibi per Dyn. in statutis uero & alijs dispositionibus factis per nomina propria ad alias personas ea nunquam extendi. dicto cap. quod alicui, & de constit. princip. l. prima, in fin. inducitq; in eam sententiam, l. si quis ita dixerit de testam. tute. in prima gloss. & quod not. Cyn. in l. quicunque in prima, q. C. de ser. fugit. Qua in resolutione sentit
2 Bar. posse statutum fieri respectu † certæ personæ, cuius rei contrarium uidetur firmare Bald. in l. tertia, ad fin. C. de legib. ubi ait non posse fieri statutū de speciali persona ad compromissum compellēda per tex. in l. si priuatus qui & a quib. & in l. toties de pollicita. ac nota. à Barto. in l. ambitiosa, de decreti. ab ord. faci. Rursus facit quia arbitrium à populo
3 statuentibus concessum semper intelligi † debet sine præiudicio Tertij, l. secunda, §. merito, & §. si quis a principe, ne quid in loc. public. l. in fraudem de milit. testam. l. ex facto de uulg. & l. nec auus, C de emā cip. liber. Præterea facit quòd statutum nullo mo
4 do fieri posse creditur † pro commodo priuato, c. erit autem lex in uersiculo commodo priuato quarta, distinct. & l. prima, de legib. ibi commune præceptum &c. Crot. in dicta l. omnes populi sub num. 228. sentit esse admittendum contrarium, quando statutum particulare cum proprij nominis enuntia
5 tione fieret in illius † nuncupatim enuntiati præiudicium, ut loquuntur duo priora argumenta, quāmuis ipse nec præuiderit, nec retulerit eas obiectiones secus autem esse ubi statutum ederetur in fauorem alicuius singularis personæ, per tex. in l. neque Dorotheum. C. de decur. libro decimo, quem ibi ad hoc notant Angelus & Ioan. de Platea, atque ea, quæ scribit Albericus in prima par. statut. quæstione decimaseptima, Baldus in l. leges generales, C. de legib. & Ancharanus in capitulo propter tua debita in decimo not. de rescriptio. libro sexto, & per tex. in dicta l. ambitiosa de decr. ab ordin. facic. ad
6 text. autem in dicto capitulo erit autem † respondet quod quamuis statutum fiat ad fauorem alicuius peculiaris personæ, nihilominus dicitur ēdi tum fauore publico, ueluti, cum factum est ratione personæ quæ uirtutum suarum gratia meretur priuilegium l. Attilius Regulus de donatio. l. prima. §. primo, de iust. & iur. quia hinc datur ansa augendi
7 † numeri studiosorum hominum, ac præclarorum uirorum qui utiles erunt reipublicæ, Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patr. & in l. 2. C. de statut. & imagi. quibus posset addi Bart. in l. prima, solu. matrim. sub num. 25. uersiculo, Nam si nuberet ditiori uiro quid dicemus.

8 Ego opinarer † statutum singularis personæ gratia fieri posse ex causa legitima, & rationabili, non solum quod eius fauorem concernat, sed etiam odium, per rationem qua utitur text. in l. prima, ad fin. princip. de iust. & iur. in illis uerbis bonos non solum metu pœnarum, sed etiam præmiorum exexhortatione efficere cupientes, si enim fauor rationabilis peculiaris personæ, qui definit in publicam utilitatē eo modo qui supra dictus est, operatur ut statutum sustineri possit, qđ peculiaris personę causa introductum est, ergo & odiū rationabile personæ singularis, quod & ipsum in publicam desinat utilitatem, debebit efficere, ut istiusmodi statu-
9 tum fieri potuerit & ualere debeat † ueluti si exemplaris aliqua pœna ob insignem aliquem latronem

latronem lege municipali constituta fuerit arg.l.si barsatoram,C.de fideiusso. & mandat. & l. capitalium,§.famosos latrones de pœn. & ratio est, quia cum ia uno casu idem sit publicæ utilitatis finis ac
10 fauor,habito† fine non debemus curare de modis per quæ ad finem peruenitur l.cum seruus de uerbo.oblig neque mouent duæ illæ obiectiones prio res supra relatæ, quia procedunt in ijs casibus, in
11 † quibus sine causa rationabili constitueretur aliquid in præiudicium alicuius, ueluti quia illi ius suum auferetur, hic enim procedit tex.in dicta l.secunda,§.marito,&§.si quid a principe,ne quid in loco public.cum socijs, sic intelligenda sunt nota.
12 † à Bart.in dicta l.ambitiosa de decret.ab ordin.facien.& tradi. à Bald in dicta l. tertia,ad fin.C.de legib Secus est ubi cum causa legitima ac rationabili id fieret,ut supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Statuta & priuilegia nuncupatim alicuius peculiaris personæ gratia facta,eius nomine expresso ad alias personas non trahi.*
2 *Rescriptum factum in beneficium alicuius personæ vel uniuersitatis, ab alijs trahi non debere in exemplum.*
3 *Nisi rescriberetur constituendo ius commune,quia tunc certæ personæ expressio nihil operatur.*
4 *Materiam priuilegiorum frequentissimam esse in casu forensi.*
5 *Priuilegium contra ius commune concessum alicui, sub nomine proprio, ad aliam personam non trahi.*
6 *L.quia parentis solut.matr.declaratur.*
7 *Priuilegium personale marito concessum, vt in quantum facere possit tantum conueniatur ad suos hæredes, transmitti, non autem ad extraneos.*
8 *Prouisionem legis contra ius commune non extendi ultra id quod lex exprimit.*
9 *Priuilegiorum materiam regulariter stricte intelligendam esse.*
10 *Correctoria materia arctissimam recipit interpretationem.*
11 *Priuilegium etiam concessum sub nomine dignitatis, quando ex mente concedentis apparet personale esse, personam cui concessa est non egreditur.*
12 *Et dignitatis nomen non dispositiue sed demonstratiuè appositum censeri.*
13 *Verborum interpretationem sensu meliorem esse, non oportere.*
14 *Priuilegia contra ius municipale concessa latius interpretari.*
15 *Priuilegiorum uerba, quæ pleniorem sensum haberent extendi posse.*

Statuta priuilegia atque alios eiusmodi dispositiones nuncupatim factas nomine alicuius singularis personæ gratia, an ad alias personas extendantur.

CAP. XXIIII.

1 SEd & altera resurgit conclusio ex supra relata resolutione Bart. quæ est, statuta † priuilegia atq; alias eiuscemodi dispositiones, factas nuncupatim alicuius singularis personæ gratia, nomine etiam proprio expresso non debent ultra personas in eis enuntiatas ab alijs trahi in exemplum,dicta l.prima,de constitutio.§.plane, & institutio.de iure naturali, gent. & ciuil.§.sed & quod principi versiculo plane, & dicto capitulo quod alicui de regulis iuris libro sexto, facit text.in dicta l.neque Dorotheum, C.de decur. libro decimo,& l.nullus eodem titulo,& l.quoniam,C.de epi scopis & cleri. & ita resoluit etiam Dyn.in dicto capitulo quod alicui, uolens quòd si rescribatur ali-
2 cui † personæ uel uniuersitati concedendo beneficium speciale,tunc non debet trahi ab alijs in exemplum,& ita procedit regula ac leges superius allegatæ & probatur,C.de legibus,l.leges, ut generales in fin.

Si verò rescribatur constituendo ius commune
3 † & certæ personæ expresio nihil operatur,quia iura non in singulas personas,sed generaliter constituuntur,l.prima,§.nullaque,C.de nou.codi.facien.& l.iura de legib.& senatusc.

Sed quia hæc conclusio frequentissimè in forensi
4 † usu exercetur in materia priuilegiorum uidendum erit,argumento,l.legaui ubi glos.in uerficu.cotidiana de lib.legat.de ueritate septem conclusionum quas in hac materia edidit Crotus,in dicta l.omnes populi,sub num.229.

Quarum prima est,priuilegium contra ius com-
5 mune † concessum alicui sub nomine proprio,non extendi ad aliam personam, adducit text. in l.quia parentis solut.matrimo. & in l. neratius de regulis iuris.

Sed quantum ad terminos dictæ l. quia parentis
6 est aduertendum,quia conclusio † uidetur pati duplicem difficultatem,Alteram quia ibi tex.admittit ea in materia priuilegij personalis priuilegium concessum tali, habere quoque locum in eo qui pro tali habetur, & sic in socero qui loco parentis est, ut ibi dicit tex.

7 Altera est,quia priuilegium illud † personale,ut maritus conueniri non possit nisi quatenus facere possit,tametsi transibile non sit in hæredem extraneum,l.quia tale, soluto matrimonio,nihilominus in suos hæredes est transmissibile l.etiam in principio solut.matrim.ubi glo.& doct.communiter notant,unde melius potuisset adduci text. in l.si uetero,§. de uiro solut. matrim. vbi Bartolus notanter
8 excipit prouisionem legis † contra ius commune non extendi ultra id quod lex exprimit,

mit,quamuis eadem sit ratio,rursus tex.in l.singula re & in l.quod uero de legi.faciunt que insuper quæ supra adduximus libro septimo, in quarta limitat. exorbitantium,& quæ scribit Dom.Alciat.lib.2.de uerb.signific.sub num.58.& ratio istius primæ con
9 clusionis est duplex† quòd scilicet priuilegiaria sit materia quæ regulariter stricte intelligitur iur.supra cita.& l.si quando , C.de inoff. testam.Archid. in cap.frater.16.quæstio.1.gloss.magistr. in cap. 1. de const.nu.6.Bal.in l.quæ ex relationibus in princip.C.de legib.quibus addi potest text.in l.cum patronus de leg 2. & rursus quia cum sit contra ius cõ
10 mune,† correctoria dicitur esse materia , quæ arctissimam recipit interpretationem, ut per doctor. in auth.quas actiones,C.de sacr.eccles.in l.si constãte solut. matri.& in d.l.si uerò,§.de uiro eod.cum simil.supra cita.libro sexto,& probat tex. in l.præcipimus,C.de appellatio.& in l.sancimus, C.de testam. cum simil. ergo uera manebit ac firma. conclusio. hæc prima. Priuilegia quæ sunt contra ius commune non esse trahenda ad alias personas preterquam in eis expressa , quinimmo inquit Crot.loco iam re
11 lato procedere† hanc quoque conclusionem,etiam si priuilegium sit concessum sub nomine dignitatis, aliquid tamẽ sit in eo expressum,ex quo de uolũtate concedentis appareat, uolentis illud esse personale, ueluti si dicatur,propter beneficia, uel benemerita habita a tali comite,ut per Abbat. in cap. mandata de præsumpt.& Ancharan.in capitulo priuilegium de regulis iuris,libro sexto quam sentẽtiam ego opinor esse ueram, quia ubi ex adiectis in priuilegiaria dispositione apparet mentem fuisse ipsius concedẽtis ut concessum priuilegium uoluerit personam
12 egredi,† dignitatis nomen non dispositionis,sed demonstrationis gratia adiectum esse censebitur,l.fi. §.Titia de lib.legat.Bar.in l.cum pater,§.mensæ de leg.secundo & in l centurio columna secunda,uersicu.sed quid si dixi de uulg & pupil. Crauet.in consi.301.sub num.5.nusquam enim uerborum inter-
13 pretatio tantũ ualere debet vt melior sensu existat, l.3.de lib.præter. Exaudienda est insuper hæc conclusio,ut locum habeat in priuilegijs quæ forent cõ
14 tra ius commune concessa,† secus si contra ius tantum municipale fierent, quod esset iuris communis correctorium, quia tũc latius interpretanda essent priuilegia cum nos reducerent ad ius commune,ut scribit Anto. But.in cap. olim tibi in fin. per illum tex.de uerb. signific. sequitur Ias. in l. beneficium, sub num.33.de const.it.uersic.secundo limit.

Præterea debet supra narrata conclusio intelligi
15 † quando ipsorum priuilegiorum uerba sensum illum strictiorem admitterẽt, secus si reijcerent quia planiora clarioraq; essent,quã ut eo modo coarctari possent , nam tunc non admitterent illam angustiorẽ interpretationem , ut post Ang.in d.l.beneficium col.3.sentit ibi sub d.nu.23.in quam sententiã facit quod scribit Bald.in dicta l.2. in 4.not. C.de legi.uolens principum priuilegia non absurde aut obscure interpretanda, sed sane proprie ac benignè.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium patri concessum non competere filijs, & iam patre uiuente.*
2 *Statuto si puniatur offendens potestatem,non intelguntur eodem puniti esse qui offendunt illius filios. ex Baldo.*
3 *Nec uxorem.*
4 *Ex Io.Andr.sententia.*
5 *Sed contra eundem Baldum alibi sentire.*
6 *Priuilegium marito,uel patri concessum eo uiuente competere uxori uel filijs,ex Castren.*
7 *Priuilegium datum pauperibus Hospitalis, intelligi quoque datum Hospitalrijs seruientibus.*
8 *Priuilegium datum militi, intelligi quoque datum eius Comiti.*
9 *Aretinus ut conciliet duas illas contradicentes opiniones,quod priuilegium patri concessum competat, uel non competat filijs.*
10 *Et quomodo id faciat Castren.*
11 *Auctor uerò ut putat resoluendam esse hanc materiam.*
12 *Priuilegia concessa ratione dignitatis parentibus competere filijs non solum in uita parentum, sed etiam eis, mortuis.*
Idemque in uxoribus ibidem.
13 *Priuilegia ratione officij concessa parentibus, intelligi quoque illis uiuentibus concessa filijs.*
Idemque in uxoribus ibidem.
14 *Priuilegia concessa necessitatis gratia parentibus, filijs non competere.*
15 *Baldi decisionem quæ negat priuilegium patri potestati concessum,trahi ad filios,non esse ueram.nu.16.remissiuè.*
17 *Priuilegium alicui concessum pro se & filijs non trahi ad nepotes.*
18 *In priuilegijs strictiorem fieri interpretationem, quàm in contractibus.*
19 *Filiorum appellatione eo modo comprehendit nepotes, quo masculinum concipit femininum*
20 *Sed magno cum iudicio esse intelligendam dicta n regulam.*
21 *Ratio priuilegij quando competit nepotibus eos quoq; priuilegio comprehendi.*
22 *Priuilegiaria in materia masculinum concipere fœminum.*
23 *Feudalibus in concessionibus filiorum appellatione nepotes comprehendi.*
24 *Filiorum quoque appellatione nepotes comprehendi, quando tacita uel expressa uoluntas defuncti suffragatur.*
Vel sumus in materia præstanda tam nepotibus quam filijs ibi.
25 *Regulariter filiorum appellatione nepotes non contineri,ni si materia sit fauorabilis, uel indifferens , aut eandem habeat rationem.*

Priuilegium patri concessum,an competat filijs etiam patre uiuente,et quid si concessum fuerit prosè et filijs.

CAP. XXV.



1 Secunda concluſio eſt quod priuilegium patri conceſſum non cõpetit † filijs etiam patre uiuente per ea quæ ſcribit Ioan. Andr. in capitulo ne aliqui de priuileg. libro ſexto, ubi per illum text. abſolutè firmat hãc cõcluſionẽ uolens inde elici priuilegia patri conceſſa non competere filijs patre uiuente, quia in eo text ut priuilegia Regibus conceſſa, filijs quoque Regum competant, fit mentio filiorum ut oſtendatur aliàs in filijs locum habitura non fuiſſe, niſi eorum mentio facta eſſet, hinc quoque placuit Bald. in l. prima, C.
2 de iniur. quòd ſi † ſtatuto aliquo caueatur, ut offendens poteſtatem puniretur tali pœna non haberet locum in eius filijs, in eandem rem poſſet perpendi tex. in l. neque Dorotheum, C. de decurio. libro decimo, ubi, ut priuilegia † parentibus conceſſa ad liberos tranſeant eorum fit mentio, cui ſententiæ maxime applaudet quod tradit Ioan. Andr. in capitu. fruſtra de regulis iuris, libro ſexto, ubi concludit ꝙ ſi unus alterum promiſerit non offendere, realiter,
4 nec perſonaliter † non tamen cenſetur hæc ſtipulatio commiſſa eſſe ſi promiſſor ſtipulatoris uxorem offenderit ac liberos, & probat idem Crot. in dicta l. omnes populi ſub numero 213. & ſeq. ſed eius cõtrarium quod ſupra relatum eſt, uoluiſſe Bald. in
5 dicta l. prima, † conſtituiſſe idem Reperitur in l. non plures, C. de ſacr. eccleſ. ubi uidetur concludere ꝙ priuilegium patris ſit priuilegium filij & hanc ſententiam recipit Caſtren. in d. l. maritum ſub nume. ſexto, per tradita a Cyn. in l. fi. C. de iniur. & in l. prima, & ſecunda, C. de epiſc. & cleri. uolens priuilegiũ
6 † marito uel patri conceſſum eo uiuente competere uxori uel filijs, facit quod ſcripſit Oldra. in conſi. 11. Thema tale eſt in quadam cauſa, ubi conſuluit priuilegium datum pauperibus alicuius hoſpitalis
7 † intelligi quoque datum hoſpitalarijs eis ſeruientibus, quia ſine ipſis eſſe non poſſunt, per l. primã, & ſecundam. C. de uxo. militat. & argumen l primæ de bon. poſſ. ex teſt. milit. & l. quæſitum, §. ſi inſtructum de fund. inſtruct. legat. ſic etiam uidemus pri
8 uilegium datum militi † intelligi quoque datum eius comiti l. adminiſtrantes §. primo, de excuſatio. tuto. & l. inter eos, §. ultim. qui. ex cauſ. maio. quamobrem Aret. in. in dicta l. maritum columna ult. conciliat duas iſtas opiniones hunc in modum, in
9 uerſicu. ſed poſſumus † concordare, uidelicet, quòd affirmatiua opinio procedat in materia fauorabili, & iuri communi conformi, negatiuæ uerò ſententia in materia odioſa a que exorbitanti. Caſtren. autem in dicta l. maritum ſub numero ſexto, uidetur
10 diſtinguere † inter eos qui poſſunt eſſe participes priuilegiorum, & qui non poſſunt, quamuis recipere affirmatiuam uideatur ſentẽtiam, ut ſcilicet priore caſu uera ſit affirmatiua opinio, in l. ultim. C. de iniur. poſteriore ſit uera negatiua, ſed cum ſupra relatæ diſtinctiones non reſoluunt difficultatis propoſitæ nodos, Quid conſtituendum erit. Ego cre
11 derem eſſe † reſoluendam hanc controuerſiam, pro ut diſtinguit Cyn. in l. ſecunda, ad fin. C. de epiſ. & cler. cum quo ibi ſentiunt Bal. & Alberi. de Roſat. quamuis ſubobſcure loquantur & Caſtren. in l. prima, ſub num. ſexto, eod. titu. qui nuncupatim illius diſtinctionem refert ac ſequitur, uidelicet ut diſtinguamus hunc in modum, aut loquimur de priuilegiis quæ ſunt conceſſa ratione iunctæ dignitatis, aut gratia officij publici, uel profeſſionis publicæ, aut cauſa neceſſitatis, primo caſu priuilegia conceſ
12 ſa parentibus † competunt filijs non ſolum in uita ſed etiam poſt mortem parentum, & etiam uxorib. donec uiduæ remanſerint, l. fœminæ de ſenat. l. eos qui, de excuſ. mune.

13 Secuudo caſu filij eaſdem potiuntur † uiuentib. parentibus tantum, & ita intelligitur tex. in d. l. ſecũda, C. de epiſ. & cler. l. ſemper § negociatores de iure immun. ubi eſt gloſſ. ord in. de hoc, & l. ultima, C. de iniur.

14 Poſtremo caſu filijs non conceditur, † in filijs, de decur. & l. ult. C. qui mor. ſe excuſ. lib. decimo, ſecundum prędictam diſtinctionem poſſunt concilia ri ea quæ utrinque fuerunt deducta affirmatiua af
15 firmatiuis, & negatiua negatiuis appliçando † ſolum eſt animaduertendum ad illam deciſionem Baldi negatiuam de priuilegio poteſtatis, non offendendi, ut ſcilicet locum non habeat in eius filijs, qa ego puto illam non eſſe ueram, per ea quæ diximus ſupra hoc eodem lib. in reſolutione proximę præcedentis articuli in ſexta declaratione quibus reſoluo iſtiuſmodi priuilegium durante officio commune
16 eſſe † & filijs & uxori ipſius poteſtatis, cũ certo certius ſit per offenſiones factas in perſonis filiorũ, & uxorum ipſorum poteſtatum, illos quoque offendi ut multis rationibus ibi conuicimus, a quarum relatu ſuperſedendum eſſe duxi, ne actum agere videar.

Tertia eſt concluſio, quòd priuilegium cõceſſum
17 alicui pro ſe & filijs non extenditur † ad nepotes, ſic firmat Bar. in l. liberorum uer. quæro utrum in ſcriptis ſub numero ſeptimo, de uerb. ſignificatio. Crot. in d. l. omnes populi ſub num. 231. ubi confirmat hanc concluſionem duobus medijs quorum
18 alterum eſt, quod in priuilegijs † ſtrictior fit interpretatio quàm in contractibus, arg. cap. licet, de priuileg. lib. ſexto iuncta l. inter ſocerum, §. cum inter de pact. dot. l. pecuniam quam ſi cer. petat. ſed in cõtractibus filiorum appellatione non continentur nepotes Bar. in dicta l. liberorum. columna tertia, de uerb. ſignifi. Rurſus quia filij appellatio compre
19 hendit † nepotes eo modo, quo maſculinum concipit fœmininum l. iuſta de uerb. ſignific. ſed in priuilegijs maſculinum non concipit fœmininum, ut per Signo. de Homode. in conſilio 186. in quæſtione uertente Præpoſ. in capitulo per uenerabilem qui fil. ſint legitim. columna duodecima, ergo in priuilegijs filiorum appellatione non comprehendentur
20 nepotes, ego crederem non ita ſimpliciter † eſſe cipiendam iſtam concluſionem, ſed nouo cum iudicio tametſi multũ cõe habeat cũ regulari natura ſignificationis iſtius uocis filiorũ, per ea quę ſcribũt

Doctor

Doctor. per illum textum in l. liberorum de uerbo rum significatione. ubi D. Alciat. Bræc. & Reb. alijque qui uolunt regulariter filij appellatione nepotem non contineri nisi ex causis glo. in l. filij, de uerb. signifi. Deci. in consi. 95. q. 2. qui alios plures adducit hanc sententiam sustinentes, si essemus enim in casibus
21 † in quibus ratio priuilegij conueniret nepotibus, esse quoque comprehensos nepotes appellatione filiorum censendum esset, uel si materia esset indifferens, & communis, tam nepotibus quàm filijs, ut in materia legis testis idoneus de testibus l. at si quis §. plerique de religio. & sumpt. fune. & l. secunda, §. si mater ad senat. Tertul. si enim hoc in casu materia
22 priuilegiaria masculinum † concipit fœmininum ut scribit Bald. communi usu esse receptum in eum ad audientiam in colum. ult. uersic. quæro quid in priuilegijs, Geminia. in cap. generali colum. tertia, uersiculo tertio casu, de pruileg. libro sexto Dec. in l. fœminæ, in q. an masculinum concipiat fœmininũ sub numero 18. Henric. Boich. in cap. mulieres de sent. excom. Andr. Tiraquel. de retract. consangui. §. primo, glos. prima, sub numero 207. & plenius docebimus in comment. ad l. primã, huius tituli de uerbo. signifi. ergo idem erit in conceptione nepotis, Idem quoque esset in beneficijs principium, uelu-
23 ti † in feudalibus concessionibus alicui factis, pro se & filijs nam filiorum appellatione comprehenderẽ tur etiam nepotes, ut trad. Doctor. in l. Gallus, §. instituens, de l. b. & posth. & præsertim Iaf. nume. 26. usque ad numerum 33. & Doc. in cap. 1. §. & si clien tulus de alienat. feud. & in capitulo primo, §. hoc au tem notandum, qui feud. dar. poss. Crot. in d. l. omnes populi sub num. 232. Nec dissimiliter statuen-
24 dum esset ubi nepotibus suffragaretur † tacita uel expressa defuncti uoluntas, ut per Dec. in dicto consil. 95. & doctor. in d. l. liberorum, uel quando essemus in priuilegijs ea in materia uersantibus quæ præstanda esset a natura tam nepotibus quàm filijs ut in l. prima, de iust. & iur. ad fi. cum l. seq. & in l. siquis a liberis de li. agno. idemq; dicendũ erit in alijs similibus casibus, ita ut resoluendo sit dicendum,
29 regulariter, in dubioque † conclusioni esse locum nisi materia sit fauorabilis, uel indifferens, aut eandem habeat rationẽ, ut ex supra dictis constat, suo tamen loco dicemus plenius in d. l. liberorum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium pro se, & posteris nou extendi ad descentes ex linea fœminina.*
2 *Fœmina quamuis descendat ex linea masculina quia tamen ab ea initium sumit linea fœminina de illa iudicamus ac de linea fœminea.*
3 *Emphyteusis concessa pro se & descendentibus, per lineam masculinam debet sic intelligi, pro liberis masculis descendentibus ex masculis.*
4 *Neptis ex filio dicitur de descendentibus per uirilem sexum, per lineam masculinam, & admittitur ad emphyteusim, quæ sit accepta pro se & descendentibus per uirilem sexum. Secundum Iaf.*
5 *Emphyteusis si est accepta pro se & filijs, neque filiæ neque neptis admittuntur.*
6 *Secus si accepta sit pro se & liberis.*
7 *Concessionem priuilegij atque immunitatis transire ad eos tantum, qui sunt eiusdem familiæ.*
8 *Descendentes ex fœminis quamuis excludantur, non tamen censentur esse exclusæ ipsæ fœminæ ex masculis descendentes.*
9 *Priuilegium datum alicui legitimandi filios non intelligi de filiabus secundum Signoro. Homode. Communem tamen opinionem esse in contrarium, quia & in priuilegijs masculinum concipit fœmininum. ibidem.*
10 *Potestatem legitimandi esse fauorabilem.*
11 *Posterorum appellatio liberos continet, & liberorum uox filiam.*
12 *Castren. & Croti. illatio reprobata.*
13 *Priuilegium concessum pro se & descendentibus, tam masculis, quam fœminis an comprehendat solum filias virgines an uero & nuptas. Et Crotum putare non contineri, ibidem.*
14 *Sed contra sentire Alex.*
15 *Filia etiam nupta dicitur de genere, & agnatione patris.*
16 *Et retinet domicilium patris in ijs in quibus non retrahitur a seruitijs mariti.*
17 *Vidua mulier fingitur adhuc perseuerare in matrimonio.*
18 *Filia maritata non liberatur a patria potestate.*
19 *Priuilegium datum masculis & fœminis trahi ad maritatas.*
20 *Auctorem putare triplici ratione fœminas nuptas comprehendi in priuilegijs concessis pro se & filijs tam masculis, quàm fœminis.*
21 *Verba illa tam masculis quàm fœminis continere mares & fœminas usque in infinitum.*
22 *Iura in materia priuilegiaria arcere tantũ descendentes ex fœminis non etiam ipsas fœminas.*
23 *Filia maritata non desinit esse in familia patris.*
24 *Et per matrimonium non mutat familiam, neque genus, neque potestatem.*

Quid concludendum sit, quando concessum fuit priuilegium pro se, & posteris, vel pro se & descendentibus?

CAP. XXVI.

1 VArta est conclusio, priuilegiũ concessum pro se & posteris, † non extendi ad descendentes ex linea fœminina. ita firmat, Crot. in dicta l. omnes populi, sub num. 233. per l. primam, §. finali, de iure immunitatis. qui propterea infert, tale priuilegium competiturum quoque non esse filiæ illius cui facta

fuit concesſio, quia licet ipſa deſcendit ex linea
2 maſculina nihilominus quia † ab ea initium ſumit linea fœminina de illa iudicamus, ut de deſcendentibus ex illa ut in ſimili uult Caſtren. in l. maritus, C.
3 de procur. ubi uoluit etiam ſi emphyteuſis † ſit conceſſa pro ſe & deſcendentibus per lineam maſculinam deber ſic intelligi, prohiberis maſculis deſcendentibus ex maſculis, quod dictum, ſequi ait, Alexand. in conſil. 43. in tertio uolum. & Moder. in d. l. maritus, eandem ſequitur aſſertionem in l. Gallus §. nunc de lege velleia. de lib & poſthum. idem
4 Alex. Sed Iaſon † in d. l. maritus colum. 1. ſub num. 3. uerſi. iſtæ conſiderationes, ait ſibi non placere, & eſſe contra rationem æquitatis quia ſi neptis ex filio quamuis ſit fœmina & in ſecundo gradu tamen dicitur de deſcendentibus per ſexum uirilem, ita vt admittatur ad emphyteuſim quæ ſit accepta pro ſe & deſcendentibus per uirilem ſexum, ut uult glo. in d. l. Gallus, §. nunc de lege Velleia. in uer. nam & ſi ibique Bal. & recentior. qua ratione debet a tali emphyteuſi illa excludi quæ eſt in primo gradu, & quę ipſa quoque deſcendit a maſculo, ut ipſa neptis, & quamuis obijceretur nepotem non eſſe initium lineæ, ut ipſa filia eſt, ſed deſcendere ab ipſo filio maſculo qui fuit caput lineæ, nihilominus dicit hoc non facere ad rem quia in utroque caſu tranſit emphyteuſis in fœminam, & poſtquam fœminæ fit locus, potius debere filiam admitti, quàm neptem
5 unde ipſe reſoluit, quòd ſi † emphyteuſis accepta eſt pro ſe ac filijs, neque filia neque neptis admittẽtur, per ea quæ ſcribit Ioan. Imol. in cap. potuit de locat. colum. ultim. in l. ſi ita ſcriptum de leg. ſecundo, & in l. cum uir. de cond. & demonſtr. Alex. in l. ſed ſi hac §. liberos il primo, de in ius uocan. & in cõſi. 61. uolumine primo, cum ſimil ab eo citat.

Si uerò quis accepit emphyteuſim pro ſe & liberis ſuis, ut, eſt quęſtio noſtra, tunc ueniant filiæ † ac
6 neptes ex filio, quia appellatio liberorum generalior eſt quàm filiorum §. fin. inſtit. qui tutor. dar. poſſ l. quod ſi nepotes de teſtam. tutel. & l. 1. C. de cõdit. inſer. & ita in terminis concludunt Bald. & Alex. in dicta l. ſed ſi hac §. liberos il primo, de in ius uoc. idem Alexand. in conſi. 81. col pen. uolum. 1. & Petr. Anch. in conſi. 117. uiſis & diligenter reaſſumptis, quid conſtituendum erit tam reſpectu concluſionis, quàm illationis, ego reſpectu concluſionis
7 † illam habeo pro uera atque indubitata, tam per tex. in d. l. 1. quàm in l. iure immunitatis eo. tit. de iure immunit. & in l. uacatio de muner. & honor. quibus in locis conſtat conceſſionem priuilegij immunitatis tranſire ad eos tantum, qui eiuſdem ſunt familiæ ac ex maſculis deſcendunt, & ita etiã concludit Dec. in d. l. fœminæ in ea quæſt. an maſculinũ concipiat fœmininum ſub num. 18. ſed quantum
8 ad illationem † ego opinor illam non eſſe ueram, quia ut dicit Dec. loc. prox. relato, licet in d. l. prima excludantur deſcendentes ex fœminis, non tamen excluduntur ipſæ fœminæ quæ dicuntur eſſe de familia l. uoluntas, C. de fideicom. & eodem modo loquuntur alia iura per me ſupra proxime citata, unde tam ex rationibus per Iaſon. conſideratis in d. l. maritus, quàm ex proximè deductis cõcludendum erit, Crotum male ſenſiſſe, quamobrem dixit quo-
9 que Dec. loc. prox. citat. † dubitandum uideri de eo quod ſcripſit Signo. de Homod. in conſi. 180. in quę ſtione uertente, ubi inquit, quod priuilegium legitimandi filios datum alicui, nõ intelligitur de filiab. Nam opinio communis uidetur in cõtrarium, quia etiam in priuilegijs maſculinum concipit fœminiſ num, ut proxime diximus, & contra Signor. facit
10 quia poteſtas † legitimandi eſt fauorabilis, & latè debet interpretari, ut not. Ioan. Andr. in cap. fin. de ſimo. per illum text. & Abbas ibi poſt alios ſequitur & idem dicit Oldra. in conſi. 152. factum tale eſt in princip. & Geminia. in cap. quamuis de præben. cũ cum ſimil. quæ adducit Dec. loc. ſupra cita. uerſic. &
11 ad prædicta facit inſuper quod appellatio † poſterorum liberos continet l. quod his uerbis §. ultimo de leg. tertio, ut igitur liberorum nomine filia contineatur, ita & poſterorum quinimmo ſecundum magnam illam a ligulæ interpretationem quę poſterorum nomen ad filios tantum coarctabat negans ultra hunc caſum debere poſteros intelligi quemadmodum Sueton. in Caligu. ca. 38. ſcribit & filia quę eſt de liberis primi gradus comprehenderetur. Ideo
12 non eſt dubitandum † quin aduerſus illationem Caſtren. in d. l maritus, & Io, Crot. in d. l omnes populi omnino ſit concludendum.

Quinta eſt concluſio, Priuilegium conceſſum
13 pro ſe & deſcendentibus † tam maſculis q̃ fœminis comprehendere tantum filias quæ ſint uirgines, uel uiduæ, ſecus ſi fuerint maritatæ, quia illę mutant ſtatum & ſortiuntur forum uiri, ſic concluſionem iſtam proponit Io. Cro. in dicta l. omnes populi ſub numero 234. per l. fin. §. idem reſcripſerunt, & l. filij §. uidua ad municipa. & de incol. qui ita ait tenere Car. Ang & Io. de Plate. in l. quoties, C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. per illum tex. & Roma. in l. cum quædam puella de iuriſd. om. iudic. quibus addi poſſunt Corſet. in ſing. incip. priuilegium ſecundo, Philip. Peruſi. in cap. ſi pater ſub nu. 114. uer. 26. de teſtam. lib. 6. & Petr. Rebuff. in l. liberorum in uerſi. deſcendunt uerſi. notandum eſt de uerb. ſign. Ipſe tamẽ cum Alex. in dicta l. cum quædam puella putat hãc
14 † concluſionem ueram non eſſe, tum quia tex. ille non probat, ac etiam ubi probaret non debet uel alios caſus extendi, quia in exorbitantibus non fit
15 extenſio, tum quia filia etiam nupta dicitur † de genere & de agnatione patris, & pro iniuria illata ſi liẽ nuptę datur actio patri, l. 1. in fin. de iniur. Tum
16 etiam † quia retinet domicilium patris in ijs in quibus non retrahitur a ſeruitio mariti. Barto. in l. fin. §. pen. ad municip. tum quoq; quia ſi uera eſſet opinio Bar. ſequeretur, ut filia uidua non deberet habere tale priuilegiũ, quia fingitur ad hue perſeuerare
17 in primo matrimonio l. fin. C. de bon. mater. & in domicilio quod ſortita fuit tempore uitę uiri, l. finali, §. uidua ad municipali. cuius tamen contrarium dicunt memorati doctores.
18 Poſtremò quia filia maritata † non liberatur à patria poteſtate etiam contracto matrimonio l. ſi uxor C. de condition. inſert. Non uidetur diſſen-

diſſentire ab hac opinione Fely.in cap.nouit de iud. ſub nu.2.poſt alios nonnullos quos ibi citat & præſertim Maria.in quodam eius conſ. incipiente, Reuerendus D.B.Rouella,qui ait priuilegium datum
19 maſculis† & fœminis trahi ad maritatas, per tex.in d.l.ultima.§.ijdem reſcripſerũt de muner. & honor. in d.l.1.de iur. immunit.in cap. ubicunque de pœn. lib.6.cum ſimil.ab eo citat. ego puto hanc poſterio
20 rem partem omnino eſſe recipiendam † triplici ratione,atque imprimis, quia uerba ipſius diſpoſitionis optimè conueniunt filiabus, tàm ptopter verbũ deſcendentes, quod omnis generis perſonarum eſt comprehenſiuum,ut tradit gloſ.in cap. ſtatutum el ſecundo de hæret.lib.6. Alex.in conſi.160.ſub nu.3. lib.2. & docet Petr. Rebuf.in l.liberorum de uerbo. ſignifi.in uer.deſcendunt uerſ. nòtandum eſt, quam propter verbum tàm maſculis quàm fœminis quæ expreſſam docent concedentis voluntatem,& ſuſci-
21 pientis intentionem, & quæ ex †propria eorum ſignificatione tam fœminas,quàm mares concipiunt uſque in infinitum niſi ſubiecta materia refragetur, ut per Doctor. in loc.prox.cita. Præterea quia leges in materia iſta priuilegiaria loquentes arcent tantũ
22 † deſcendentes ex fęminis a priuilegijs non etiã ipſas filias fęminas, ut in d. l. 1. & in d.l.immunitates cum gl.ibi de iure immunit.& in d.l.vacatio.de muner.& honor.cum ſim.ſupra in præced.concluſ.cit.
23 Poſtremò quia filia maritata † non deſinit eſſe in familia patris,d.l.voluntas. C.de fideicom.neque in illius poteſtate l.1.in fin.& l.ſeq.de lib.exhib.& l.2. §. quod ſi in patris & l. quoties ſolut.matri. l.ſi uxor ibiq; glo.Cy.Barto.Alberi.Bal & Salyc. C.de cond. infer.Cur.Sen.conſi.9. Ticinenſi ſtatuto, col.antep. & conſi.64. col.16. uerſi. ad tertiam & copioſiſsimè omnium Andr.Tiraq.de legi. connub. in prin.ergo cum filia maritata, ſit filia de familia uel genere in poteſtate patris, & non excluſa à materia priuilegiaria cenſebitur in tali quoque conceſsione eſſe comprehenſa.
24 Neque mouet†quòd mulier mutet ſtatum & ſortiatur forum uiri, quia non mutat familiam neque poteſtatem per ea quæ ſupra dicta ſunt, & propterea, non deſinet comprehendi cum in viri poteſtatẽ non tranſeat, niſi reſpectu concubitus & operarum ut ſcribit glo.in d.l.ſi uxor,Franc. Curt. Sen.in dicto conſi.9.ac plenius Andreas Tiraqu. in d.l.1.in principio,ſub num. 2.de legib.connub.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum pro ſe & liberis non extenditur ultra pronepotes.*
2 *Liberorum appellatione nepotes contineri.*
3 *Glo.in l.liberos de ſenato.non eſſe ueram.*
4 *Tex.in l.Diuo Marco.C.de quæſtio. quomodo ſit intelligendus.*
5 *Ius ſpeciale in uno caſu arguere in contrarium ius commune.*
6 *Verba illa omnes liberos ultra trinepotes extendi.*
7 *Bart.reſtrictionem ad l.liberorum de uerbor.ſignific. eſſe nimiam & carere ratione.*

Quid rurſus ſit reſoluendum in priuilegio conceſſo pro ſe,& liberis.

CAP. XXVII.



1 Exta eſt concluſio, quòd priuilegium conceſſum pro ſe,& liberis † non extenditur ultra pronepotes,ſic firmare uidetur glo.quam ibi Bar.notat in l.liberos de ſenator.Sed Crot.in d.l.omnes populi ſub d.num.35.putat illam glo. non eſſe ueram,quia liberorum appellatione contine-
2 nentur † nepotes & pronepotes,cæterique qui ex illis deſcendunt.d.l.liberorum in prin. de uerbo.ſign. & in materia priuilegiaria nunquam reijcitur ille caſus qui uenit ex propria ſignificatione, neque reſtringũtur uerba magis,quàm patiatur eorum propria ſignificatio, cap. ex parte tertio, vbi Abb. de priui.& l.cum lege ubi Areti. de teſtam. ego minus
3 uera † ſentire opinor d. gloſ.in d.l.liberos, & loqui contra tex. in d.l.liberos, ubi dicitur liberos ſenatorum nos accipere debere, non tantum ſenatorum filios,uerum etiam omnes,qui geniti ex ipſis,uel ex liberis eorum dicantur: ſiue naturales, ſiue adopti ui ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicuntur; vnde Odofr. Bar.Alberi. & Bal.ibi notant liberorũ appellatione comprehendi omnes omnino liberos uſque in infinitum, prout dicitur in d. l. liberorum de uerbo.ſignifica. Neque mouet d.l.a diuo Marco.
4 † C.de quæſtio. ubi dicitur priuilegia eminentiſsimorum & perfectiſsimorum virorum non durare ultra trinepotes, quia reſpondetur illam legem in oppoſitum reuolui, eo quod reſtrictio illius legis facta uſque ad trinepotes oſtẽdit, quòd niſi ita reſtringendo conſtitutum fuiſſet ea priuilegia etiam ad ulterioris gradus liberos progreſſa fuiſſent, ergo non eſt quod in eo caſu conſtitutum ad alios trahatur.
5 quia † ſpeciale illud ius in eo caſu arguit in contrarium ius commune, l.1. in fin.ad municip. & de incol. l. ius ſingulare, & l. quod uero de legi. & hanc partem maximè adiuuat tex. in d.l.moris, §.liberos de pœn. dum inquit liberos accipere debemus non tantum filios, uerumetiam omnes liberos. duabus
6 enim illis uocibus omnes, † & liberos, planiſsimè oſtendit non ſolum trinepotes, ſed omnes omnino liberos etiam ulterioris gradus contineri, quia dictio illa omnes,eius eſt naturæ, ut omnia includat, & nihil excludat,l Iulianus de legat.3.cap. ſolita de maior.& obedient.& cap.ſi Romanorum diſtin.19. & uox illa liberos omnium deſcendentium uſque in infinitum eſt capax.Et quamuis Bar. ibi uelit d.l. liberorum procedere ſolum in diſpoſitione iuris communis, non autem in materia priuilegiaria ni-
7 hilominus ea reſtrictio † eſt nimia ad dictam l.liberum & caret ratione,eo quia cum ibi agatur de propria eius uocis ſignificatione quæ nunquam excluditur à materia priuilegiaria, & quãtumuis ſtrictiſſime interpretanda l.cum lege de teſtam. ubi Fran. Areti.Dec.in conſi.5.ad fi.Niconit.omnium pleniſ-

ſime

sime in rub.de oper.nou. uunciat. sub numero 264. ideo non erit a supra relata Croti. opinione recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quod solius concedentis tantum prçiudiciũ concernit, eius personę etiam nominatim concessum transire ad hęredes.*
2 *Concessionem a Venetis factam domino Iacobo de Verma transire ad eius hęredes.*
3 *Donationes a principe factas multo pleniores ac pinguiores esse, quàm factas a priuatis.*
4 *Feuda alicui concessa transire ad eius filios ac descendentes etiam si nihil dictum sit.*
5 *Rescriptum ad lites restringendum esse quia continet derogationem iuris ordinarij.*
6 *Principum in beneficijs faciendam esse latissimam interpretationem.*
7 *Hęredem iuris fictione eandem esse personam cum defuncto.*
8 *Hominis proprij expressionem in principum beneficijs censeri demonstrationis gratia factam.*

Beneficium alicui concessum, quod non præiudicat nisi concedenti, etiamsi per nomen proprium fuerit concessum ad eius hęredes transmittitur.

CAP XXVIII.

1 SEptima conclusio est, priuilegiũ quod † nulli nisi concedenti præiudicat, quodque potius beneficium, quàm priuilegium appellatur concessum in personam unius per nomen proprium, ad eius hæredes transmitti, ita concludit Crot. in d. l. omnes populi, sub num. 236. per consi. Fulgos. 225. Serenissimum Ducale Dominiũ 2 ubi decidit concessionem à Venetis factam † Domino Iacobo de Verma propter eius benemerita potuisse transmitti ad eius hæredes, quia beneficia principum latissimè sunt interpretanda, l. fi. de constitut. princip. cap. cum dilecti extra de donatio. Tũ quia donationes à principe factæ sunt multo plenio 3 res † ac singulares quàm factæ a priuatis personis. l. cum multa. C. de bon. quæ liber. & l. bene a Zenone in fin. C. de quadrien. prescript. & ideo cum donationes priuatorum etiam ob merita donatarij præcedentia, ita illi acquirantur, ut de illis liberè possit disponere, easque in hæredes suos transmittere, multo magis sit hoc dicendum in donatione principali, pro qua dicitur adesse text. in l. vnica. C. si soci. liber. imper. lib. 10. Tum etiam quia in feudis alicui con- 4 cessis uidemus † ea transire ad filios eius ac descendentes cui concessa sunt, tametsi eorum mentio facta non fuerit cap. 1. §. cum verò Corradus qui feud. dar. poss. multo igitur magis in donatione quę continet translationem utilis ac directi dominij; additq; etiam facere pro hac parte, tex. in cap. decet. de reg. iur. libro sexto, in §. illud in authen. constit. quæ de dignit. & d. l. cum multa, sicque firmare Bal. in d. l. unica. C. si soc. liber. imperial. contraria quæ inducebantur ex cap. P. & G. de off. delegat. ex l. 1. §. permittitur de aqu. quottid. & æsti. & ex l. neratius, & l. priuilegia de reg. iur. sic exaudienda esse ait, ut primum procedat in rescripto ad lites ideo 5 restringendo † quia continet derogationem iurisdictionis ordinariæ, secundum in personali constitutione seruitutis, quæ cum persona extinguitur, l. sicut §. morte quib. mod. finit. vsufruct. tertium in priuilegiis contra ius commune, proposita uero quæstio procedat in beneficijs principum, quæ latissime sunt interpretanda, cum nullius nisi concedentis læsionem uel præiudicium concernant d. l. beneficia cum ibi notat. Quam sententiam ego puto ue- 6 ram † quia cum uersemur in principium beneficijs, quæ solum ipsorum concedentium præiudicium concernat dubium non est, quin fieri debeat latissima interpretatio, l. nec auus, ubi Bald. C. de emancip. liber. l. cum filius de testam. milit. limpubes de administr. tutor. cap. super eo de offic. deleg. cum similibus adducit Ias. in d. l. beneficia, sub numero 19. & plura eius rei exempla referuntur ab eodem Ias. in d. l. beneficia. col. secunda tertia & quarta. Cum igitur iuris fictione hæres eadem persona 7 † esse intelligatur cum defuncto, §. 1. in authen. de iureiuran. a mori. præstit. l. hæredem de regul. iur. ideoque ne dum nobis solis, sed etiam hæredibus nostris prouidere credamur l. si pactum de probatio. & l. iurisgentium §. pactorum de pactis. cum nota. in dicto capit. 1. §. 1. qui feud. dar. poss. & per Bartol. in d. §. 1. in authen. de iureiur. a motien. præstit. in tali beneficio a quo nunquam censetur latior esse excluſa interpretatio & significatio, hęredum persona nunquam censebitur esse reiecta, in quam sententiam faciunt ea quoque quæ supra diximus libro tertio, de illa verborum significatione quæ proficiscitur ex fictione, quæ non censetur esse exclusa ab istiusmodi dispositionibus latiore modo interpretandis, quibus addi potest, quod talis pro- 8 prij nominis expresio † uidetur in istis principum beneficijs ac concesionib. potius facta esse demonstrationis quàm restrictionis gratia iuxta ea quæ scribit Bartol. in l. cum pater §. mense de legat. secundo & in l. centurio col. 2. uersicu. sed quid si dixi de vulgar. & pupil. & Crauet. in consil. 301. sub numero 8. & prout in simili supra diximus in secunda conclusio huius principalis articuli unde aliquo pacto discedendum non erit à supra firmata cum Fulgos. & Crot. conclusione.

SVMMARIVM.

1 *In statutis an unum tempus alterum concipiat.*
2 *Et quid sentiat Bartolus. num. 3.*
4 *Si statutum dicit, quòd quicunque est, uel fuit personaliter obligatus per publicum instrumentum possit personaliter capi, habet locum in quocunque, quitam ante quàm post statutum sic fuerit obligatus.*

Est

5 *Eſt, verbum præſentis temporis porrigitur ad futura.*
6 *Aduerbium hodie verificari in omni die, & legem ſemper loqui.*
7 *Statutum volens iudicem debere de facto reſcindere alienationes factas per minores intelligitur etiam de alienationibus factis poſt ingreſſum ſui officij.*
8 *Statuta remitentia pœnas, uel inducentia indulgentiã delicti quomodo ſint intelligenda.*
9 *In ſtatutis ſub præſente ac præterito tempore regulariter futurum contineri.*
10 *Niſi ſequeretur aliquod abſurdum.*
11 *Tex. in l. ſi ita ſcriptum de leg. 2. quomodo ſit intelligendus.*
12 *Tex. in l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam declarari.*
13 *Vnum tempus comprehendi ſub alio in ſtatutis ex ui non propriæ, ſed interpretatiuæ ſignificationis.*

Tempus vnum in ſtatutis an comprehendat alterum.

CAP. XXIX.

NOn eſt quoque extra propoſitũ inſtitutum quod diſputat Bart. in d. l. omnes populi de iuſt. & iur. ſub num. 64. in hac materia quid iuris ſcilicet conſtituendũ ſit de tempore in ſtatutis, an ſcilicet vnum concipiat alterum? verbi cauſa, ſi propoſita ſit lex municipalis per uerba præſentis, uel præteriti temporis, trahatur illa per interpretationem, ut futurum quoque tempus comprehendat? Qua in re Bart. primum arguit in affirmatiuam partem, ut †futurum quoque conceptum ſub præſenti uel præterito fore dicendum ſit, per l. talis ſcriptura, in prin. & in fin. de leg. 1. & l. uerbum oportebit de uerbo. ſignificatio. deinde in oppoſitum retorquet, l. ſi ita ſcripſiſſet de leg. 2. & l. ſi ita ſtipulatus fuero de uerbo. obligatio. ubi habetur præſens tempus ad futurũ nõ trahi, poſtea ſic diſtinguit, †aut lex ſiue ſtatutum continet delictorum indulgentiam, ueluti quicunque eſt uel fuit bannitus liberetur ſoluendo duos ſolidos pro libra, & ſic reſtituatur, & tale non porrigitur ad futura, ut in l. cũ lex. de legi. & l. 2. C. de genera. abolitio. & ratio eſt, ne detur materia delinquendi, l. meminerint. C. unde ui. ſi uerò continet aliquam diſpoſitionem, tunc trahitur ad futura, ſi ſit eadem ratio, quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hæreti. ibi ſemper in vili &c. Vnde ſi ſtatutum dicit † quicunque eſt uel fuit perſonaliter obligatus per publicum inſtrumentum poſſit perſonaliter capi ac detineri, habet locum in eo qui incidit in obligationem tàm poſt, quàm ante ſtatutum, tunc enim lex, ſiue ſtatutum loquitur ac dicit quicunque eſt uel fuit obligatus, & ſic eum comprehendit, per tex. in l. 1. de condict. ex leg. ibi quoties obligatio lege noua introducta eſt, eſt enim uerbum præſentis temporis † & tamen porrigitur ad futura, ideo in gloſ. ibi exponitur eſt pro erit, per l. legis virtus de legib. ubi ſemper lex imperat, uetat, punit ac permittit, per l. & ſuum §. ſi. qui incipit hodie tamen de pact. & per omnes auth. C. quæ incipiunt hodie tamen, nam omni die qua talis lex loquitur poteſt, † dici illud hodie & ſic ſemper loquitur, quam ſententiam probat idem Barto. in d. l. cum lex de legi. & in l. illicitas in princ. de off. præſid. ubi uult ſtatutum quo cautum ſit iudicem debere de facto reſcindere omnes uenditiones factas per minores, † comprehendet quoque uenditiones factas poſt ingreſſum ſui officij, & Ioan. de Imol. in l. cum tale §. pen. de condit. & demonſtrat. ibique Odofr. & Bal. qui in primo exemplo ſupra a Barto. propoſito non diſſentiunt ab illo, quamuis Cyn. aliter ſenſiſſe uideatur in d. l. cum lex cum Bar. quoque ſentit Geminia. in cap. ut animarum col. fi. in glo. ult. & doctor. in cap. ultimo per illum tex. de conſtitu. & cumulatis in hanc ſententiam auctoritatibus eandem amplectitur Iaſ. in l. 1. de condict. ex leg. ſub num. 3. & 4 qui multum notanter limitat dicta Bar. & aliorum dum concludunt ſtatuta inducentia remiſſionem pœnæ, uel indulgentiam delictorum non trahi ad futura, ut procedant ſolum quando materia præcedit ſtatutum ſecus ubi ſtatutum præcedit materiam declarando ut per eum, ueluti ſi dicat ſtatutum ut omnibus pacem habentibus ab offenſis iudices dimidium pœnæ remittant, nam de futuris quoque tale ſtatutum intelligitur, quia noua forma nouæ materiæ adaptatur l. ab Anaſtaſio in fin. C. mand.

Ego pro reſolutione † iſtius difficultatis puto cõſtituendam eſſe regulam affirmatiuam in ſtatutis ut ſub præſenti ac præterito tempore futurum tempus concipiatur, quia legis materia eſt futuris dare formam negocijs, l. leges. C. de legi. cap. ultim. de conſtit. l. ſi uir cum ibi nota. de conditio. & demon. Quam conſtitutionem poſtea reſtringendam eſſe opinor ubi reſultaret † abſurdum aliquod, ueluti quia daretur materia delinquendi, ut in exemplis ſupra relatis, & generaliter ubi quocunque modo locus fieret abſurditatibus iuxta l. nam abſurdum de oper. liber. & nota a Iaſo. in l diuortio ſolu. matr. ſub num. 5. & ea quæ diximus ſupra trtibus præcedentibus libris in limitationibus, & inſtrumentis ab abſurdo, uel quando ſubiecta materia refragaretur, uel diuerſa ratio pactum reformaret, aut aliquo modo in oppoſitum conſtaret de mente diſponentis, uel eſſemus in aliqua ex cauſis quibus introducitur reſtrictiua interpretatio, quas latè proſequemur infra libro decimo, & quarum aliqua deſumi poſſunt ex ijs quæ ſupra diximus ad fin. libri ſecundi, & ad principium tertij. Sic exaudiendus † eſt tex. in d. l. ſi ita ſcripſiſſet de leg. 2. ubi ſubiecta materia teſtamentariæ diſpoſitionis facit ut præſens tempus non comprehendat, quia reſtringitur ad tempus conditi teſtamenti l. ad teſtium §. 1. de teſta. & quia non patitur interpretationem à propria uerborum ſignificatione diſſentientem, niſi quatenus teſtantis mens ſuffragatur, l. non aliter de leg. 3. ſic quoque intelligendus eſt tex. in d. l. ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam ubi mens contrahentium operatur ne uerba ad præſens tempus relata concipiant futurum.

Et

Et sic de singulis dicendum erit. Intelligenda
13 tamen erit hæc conclusio, ut procedatur † ex ui non propriæ, sed interpretatiuæ significationis, iuxta ea quę latius explicabimus infra in l. uerbum oportebit, de uerbo. significat. ubi plenius hanc materiam pertractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Stante Statuto quod statuta non recipiant aliquam interpretationem, vel glossationem, an nihilominus admittant iustam interpretationem.*
2 *Friuolas solum interpretationes censeri reiectas a statutis reijcientibus interpretationem.*
3 *Interpretationes legitimas naturaliter esse necessarias.*
4 *Statuta facere non posse, quominus leges in eis habeant locum.*
5 *Alias ex generali prohibitione sequeretur absurdum.*
6 *Causa si committitur appellatione remota semper intelligi de friuola.*
7 *Statuto reijciente interpretationem intelligi reiectam glossam hominis, non etiam legis.*
8 *Interpretationemque extrinsecam non etiam intrinsecam ex Baldo.*
9 *Et qui illius sententiæ accedant.*
10 *Qui uè contra sententiam.& 11.*
12 *In statutis Ticinensibus interpretationi extensiuæ locum esse non posse, ex Curtio.*
13 *Literam dici, quæ oculis corporeis subijciatur ac legi potest.*
Stante prædicto Statuto reijciente interpretationem & nolente vt ad literam intelligantur Statuta sub expressa vulgari, non contineretur tacita pupillaris ex Baldo. ibid.
14 *Bar. theoricam in materia Statuti reijcientis interpretationem egere declaratione.*
Vtque declaretur a D. Alciato qui rem ad quatuor casus deducit. ibi.
15 *Lex si tollat interpretationem de extensiua intelligendum esse.*
16 *Et quomodo intelligatur sub expressa vulgari non contineri pupillarem.*
17 *Lex municipalis cum glossas fieri prohibet non intelligitur reijcere grammaticalem intellectum, vel expositionem.*
18 *Glossa quid significet.*
19 *Lex municipalis cum dicit, statuta ad literam intelligi debere, quomodo intelligi debent.*
20 *Mixtum ex ui sermonis non venire, nec fœmininum sub masculino.*
21 *Statutum præferens in hæreditate paterna masculos fœminis, quomodo intelligatur.*
22 *Lex municipalis dicens statuta obseruanda esse præcise, vt sit exaudienda.*
23 *Verbum precisè quid significet. & nu. 24. & 25.*
25 *Et quomodo accipiatur in statutis. ibi.*
27 *D. Alciatum in materia statuti reijcientis interpretationem, omnia ferè desumpsisse a Sancto Seuer.*
23 *Interpretationem quæ sumitur pro congrua vocis expositione, nunquam censeri reiectam.*

Si statuta prohibent interpretationem, vel extraneum intellectum afferri statutis, an intelligatur, prohibere legitimam interpretationem.

CAP. XXX.

POstremo uidendum est. Quid si in uolumine statutorum adesset statutum aliquod quo cauetur ne statuta reciperent aliquam interpretationem, glossationem, uel extraneum intellectum.

1 An nihilominus † possent aliqua legitima iustaque interpretatione declarari? Bart. in d l. omnes populi de iusti. & iur. sub nu. 65. putat istius modi statutum parum aut nihil operari quasi per dicta
2 uerba solum friuola interpretatio uideatur † esse remota, per l. 1. §. fin. & l. ij. §. pen. C. de ueter. iur. enucl. secus ubi sumus in iusta ac legitima interpretatione, quia illa debet ac potest fieri l. j. cum ibi not. C. de legi. & l. si de interpretatione de legi.
3 Præterea † quia istę interpretationes sunt necessariæ naturaliter, l. 2. §. his de legibus de orig. iur. & illud quod est naturaliter necessarium per leges ciuiles tolli non potest §. sed naturalia instit. de iur. natu. gent. & ciuil.
4 Rursus quia omnes † interpretationes fiũt auctoritate legis, sed statuta non possunt facere ut leges circa ea locum non habeant l. nemo potest de leg. j.
5 Insuper quia † ex ista generali prohibitione multæ sequerentur absurditates. Ergo & c. l. sed & si quis. §. quæsitum si quis cautio.
6 Accedit quod si † de iure canonico causa committitur appellatione remota, intelligitur rescriptum de friuola, l. prima, §. fin. a quibus appellar. non licet ubi idem Bar. & in l. prima. §. final. quod ui aut clam, & hanc Bart. sententiam probat quoque Bald. in d. l. omnes populi, col. 17. uersicu. sed
7 quid si cauetur † dicens uirtute talis statuti intelligi reiectam esse hominis gloss. non etiam legis, Alexand in consil. 50. in columna penult. uolumine primo, & in consi. 83. circa quintam colum. ubi dicit hanc uideri communem, eodem uolum. prout refert Curt. iun. in consil. 6. columna quarta post
8 medium uersic. nec obstat, & ideo † dixit Bald. in l. si quis filium. C. de libe. præter. & in l. secunda. C. de condit. inser. & alibi sæpe, quod tale statutum solum impedit interpretationem extrinsecam, nõ autem intrinsecam, quæ uenit ex mente, & ratione, qua de re latè differit Andr. Sicul. in repetio. l. cum uirum. C. de fideicom. sub nu. 167.
9 bus sequent. ibique dicit pulchras † istas rationes quibus Barto. confirmat hanc eius sententiam, fuit se Rayner. Eoroliui. in quadam eius disputatione, & Iacob. de Bellouisu, ut scripsit Bald. in l. Gallus. §. qnid si is, de libe. & posthu. & illas referre ac probare Petr. Anchar. in rep. capit. canonum statuta, de

de conſtit. in final. verbis. Sed in contrarium facit
10 † quod not. Bald. per illum tex. in l. iubemus §. fi. C. ad trebel. & in l. maximum vitium colu. 4. C. de lib. prēter. Franc. Aret. in conſi. 145. incipit. licet ſtatuta circa fin. & in l. Gallus §. inſtituens in vlt. colu. de lib.
11 & poſth. qui † volunt vigore talis ſtatuti, non poſſe fieri extenſionem de perſona ad perſonam, quibus accedit Franc. Curt. in d conſi. 6. colu. 4 poſt princ.
12 vbi in terminis ſtatuti noſtri Ticin. † defendit interpretationi extenſiuæ locum eſſe non poſſe, quia ſtatutum noſtrum, nedum remouet omnem interpretationem, ſed etiam ſubijcit, vt ſtatuta debeant obſeruari ac intelligi ad literam, & prout ſtatuti litera ſonat, cuius ſtat. vigore tanto magis omnem ait re-
13 ijci interpretationem † quia litera dicitur, quæ oculis corporeis inſpici pōt, vt dicit Bald. in l. 2 poſt me di. C. de patrib. qui fili. diſtrax. per tex. in l. 1. §. 1. de ijs quæ in teſtam. delent. hinc dixit in l. precibus C. de impub. & alijs ſubſtit. col. 4. verſic. & nota ſtante tali ſtatuto ſub expreſſa vulgari contineri tacitam pupillarem.

D. Alciat. de verbo. ſign. lib. 2. ſub. nu. 65. inquit
14 † hæc verba Bar. vera eſſe, crebriore que calculo approbata, illa tamen indigere clariore expoſitione, & deducit negocium ad quatuor capita, quorum primum eſt quando lex tollit interpretationem; ſecundum eſt quando prohibet fieri gloſſas. Tertium eſt quando iubet ſtatuta ad literam intelligi debere. Quartum eſt, quando ſtatuta preciſè intelligi præcipit; & imprimis cum à verbis legis recedendum non ſit, † ſi lex tollat interpretationem, de extenſiua intelligendum eſſe ait, quatenus ui verborum comprehendi non poſsit, vnde quod à contrario ſenſu deducitur excluſum videtur, vt ſenſit Bal. in d. l. 2. §. his legibus de origin. iur. qua ratione etiã in ſubſtitutione expreſſa vulgari non continebitur
16 pupillaris † ex legis enim interpretatione, non ex verborum figura ineſt, vt per Bal. inl. precib. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Cum verò gloſſas fieri prohibet, reſtrictiones, vel augumentationem prohibe-
17 re intelligi ait, non autem eam expoſitionem, † qua verbum aliquod obſcurum grammatico more intelligibilius declaramus, Quamuis Quintilia. lib. 1. inſtit. interpretationem linguæ ſecretioris γλῶσσας
18 dici † auctor ſit, Et Dioniſius gloſſematicam dictio. eſſe dicat priſcam obſcuriorem, & circumlocutionibus conſtantem, Diomedesq; genera locutionum quinque faciat, rationabile, artificiale, hiſtoricum, gloſſemmaticum, commune.

Si vero dicatur interpretationem ad literam fie-
19 ri debere † eodem modo inquit faciendam eſſe interpretationem, ne abſurdum ineptumque aliquod conſequatur, neuè extentione vltra verborum vim vtamur, quapropter & tunc diſpoſitio in caſu ſimplici loquens ad mixtum non protrahitur, ſecundum Ang. in l. ſi ita de lib. & poſth. quod accipien-
20 dum eſſe ait, † cũ mixtum ex vi ſermonis non proue nit, ſed nec tali in caſu vult maſculinum concipere fœmininum niſi ratio in lege expreſſa fœmininum quoque compræhenderet, quia tunc eo modo veniret, quo ſpecies ſub genere, nec vi extenſionis dicere tur produci ſecus vbi ratio non eſſet expreſſa in lege quia tunc ſtante ſupra relato ſtatuto aliud ipſe cenſet conſtituendum, & ita ait in facti ſpecie diſpo
21 nente lege municipali † vt in hæreditate fraterna agnati fœminis præferentur, ſi ratio agnationis expreſſa foret, Curtium ſeniorem recte reſpondiſſe ait, qui voluit in hæreditate quoque ſororis fœminis mares potiores eſſe, quod ſi ſcripta non ſit cum Baldo in conſilio 460. in quinto. Corne. in conſilio 14. in ſecundo, & cum Alexand. in conſilio 45. in ſeptimo ſtandum è contra eſſe quibus & ipſe accedit, quod ſi lex dicat ſtatutum intelligendum
22 obſeruandumque preciſe intelligendum eſſe † ſine tectorio aliquo, ac ſermonis inuolucro, iuxta illam Cicer. auctorit. ad Atticum. Nemini cuius cauſam non recipere, tã humili tã ſordido, tam preciſe negaui, quam hic mihi planè ſine aliqua exceptio-
23 ne præcedit metaphora, ſcilicet ab his ducta † quibus imperatur, vt longis verborum ambagibus finē imponant, ſuperfluaque amputent, & quod vulgo dicitur ad punctum veniant, unde & præciſè
24 quandoque dicitur † quod ob breuitatem obſcurum eſt, Cic. de Nat. Deor. libro ſecundo id inquit præciſè dicitur, ut ſi quis Athenienſium Reſpublicam conſilio regi, deſit illud Areopagi. Ad Herenium quoque lib. quarto, præciſio eſt inquit cum dictis quibuſdam, reliquum quod cæptum eſt dici, relinquitur in audientium iudicium. ſed in caſu noſtro inquit ille non ita dici, Docto. noſtros
25 ita accipere † ut uelit text. præcidi quæcunque alia, quæ illi diſpoſitioni officiant, ambiguamque reddant, vt per Iaſo. in dicta l. omnes populi ibique Bald. aſſerere huiuſmodi verbis quecunque gloſſemmata reijci, niſi quæ ex alijs legibus
26 aſſumantur. legem tamen correctoriam, † quæ extantibus filiis fœminam excludat, tum ad nepotem non produci, quia nec preciſus hic intellectus nec ex litera ſed ἐπιλάτει eſt ut poſt Baldum in l. maximum vitium ipſe affirmat, Ioan. Bapt. Sanctoſeuer. in dicta l. omnes populi de iuſt. & iur. à
27 quo D. Alc. omnia fere † deſumpſit quæ à me proximè relata ſunt, prout apud illum videre eſt, à numero 276. vſq; ad numerum 278. in verſiculo colligitur etiam poſt Petr. de Anchar. in dicto capitulo canonum ſtatuta videtur quaſi generaliter conſtituere quòd ſtante ſtatuto, quo cãueatur ſtatuta debere intelligi ad litteram abſque gloſſatione, ſubauditione, interpretatione, vel extrinſeco intel-
28 lectu, nihilominus † interpretatio quæ ſumitur pro congrua verbi ſeu vocabuli expoſitione locum habebit item interpretatio, quæ ſe. habet per modum extenſionis de vno caſu ad alium locum habebit ratione abſurditatis euitandæ, vel etiam circumſcriptionis, abſurditas enim ſemper debet cenſeri excluſa, quamuis verbis ſit omiſſa l. ſcire oportet §. aliud cum ibi nota. ſocijs de excuſ. tuto. ſimiliter & circumſcriptio quæ ſub ſpecie legis ſæpe crimen inuoluit l. fraus & l. contraria de legibus cum latius ibi tradit. quibus dicit maxime conuenire quæ not. a gloſ. in clem. literis, & in clem. Auditor de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Quid opinetur auctor in materia Statuti reijcientis interpretationem.*
2 *Statuta duo Ticinenſia, reijcientia interpretationem, alterum nu. 55. de regimine poteſtatis, alterum vltimum in criminalibus plenius eſſe concepta.*
Regulariter ſtatuendum eſſe in ſtatutis excludentibus interpretationem non dari progreſſum de caſu ad caſum ibidem.
3 *Statuta ſterilia eſſe tanquam mulas.*
4 *Statuta ſemper ita intelligenda eſſe, vt aliquid addant iuri communi.*
5 *Statuta reijcientia interpretationem potiſſimè intelligi de friuola.*
6 *Clauſula appellatione remota intelligi de fruſtratoria.*
7 *Neque unquam excludere caſum appellationis permiſſæ à iure.*
8 *Statuta prohibentia interpretationem potiſſimè procedere in correctorijs & exorbitantibus a iure communi.*
9 *Et quando quis uellet uti interpretatione reſtrictiua ceſſante ratione.*
10 *Vel quando id quod uirtualiter dicitur comprehendi ſub litera, neceſsariò non concludit.*
11 *Secus ſi neceſſario concludat, quia tunc dicitur poſſe legi.*
12 *Statuta refragantia interpretationi intelligi de extrinſeca non autem de intrinſeca.*
13 *Aut neceſsaria.*
14 *Quia alias diſpoſitio ſtatuti eſſet impoſſibilis.*
15 *Statuta remouentia gloſſas ac interpretationes, intelligi de gloſſa uel interpretatione legis non autem hominis.*
16 *Item de cauilloſa interpretatione, non autem de legitima.*
17 *Vel quæ literaliter fieret.*
18 *Aut ratio in ſtatuto expreſſa eſt, uel unica tantum aſſignari poteſt.*

Quis ſit auctoris calculus in præſcripta diſputatione.

CAP. XXXI.

IGo in hac propoſita difficultate opinor pro faciliore illius extricatione, quia ut inquit Aretin. in dicto conſilio 144. licet ſtatuta contineant difficilem, ac ſcripuloſum articulum, negocium hunc in modum eſſe reſoluendum † vt conſtituenda ſit generalis regula negatiua. poſtea ſuis declarationibus explicanda, in diſpoſitionibus iſtiuſmodi ſtatutorum maximè ſi plenius concepta ſunt, qualia ſunt, duo ſtatuta noſtra Ticinenſia † quorum alterum eſt. 55. de regimin. poteſta. Alterum vltimum in criminal. & quibus diſponitur ut ſtatuta Ticinenſia intelligantur & intelligi debeant ſimpliciter, ſicut litera iacet & ſonat, nullo extrinſeco habito intellectu, & vt non poſsint nec debeant interpretari, ſed debeant intelligi ac obſeruari ad literam, & prout ſtatuti litera ſonat. Et ſi qua ſunt ſimilia vt ſcilicet regulariter intelligatur ab huiuſmodi ſtatutis reiecta omnis interpretatio, † & ratio eſt quia ſtatuta ſunt ſterilia tanquam mulæ, vt dicit Ripa lib. primo reſponſ. capit. tertio, ſub numero ſecundo, & propterea regulariter non recipiunt interpretationem, neque ſubauditum intellectum ſed ſecundum eorum verba ſtrictè & frigidè ſunt intelligenda, l. prima, §. ſi is qui nauem, de exercit. actio. l. conſtitutionibus ad municip. & de incol. l. quod conſtitutum, de milit. teſtam. cum ſimilib.

Ergo, vt huiuſmodi ſtatutum aliquid operetur omnis reiecta cenſebitur interpretatio, † quia ſtatuta ſemper ita debent intelligi, ut aliquid addant iuri communi Barto. in l. quarta. §. prætor ait, ſub numero decimoquinto, de damno infecto. quem ibi ſequitur. Alexand. & Abbas conſilio 42. colum. 2. paulo poſt medium, libro ſecundo, cum ſimilib. & ſupra plenius diximus & ita progreditur opinio contra Bartol.

Declaratur modo in primis hæc concluſio, ut potiſsimè procedat † quando interpretatio facienda eſſet friuola, ſecus ſi eſſet iuſta legitima ac grauis, quia tunc per tale ſtatutum nunquam cenſetur remota, ſic intelligendum eſt quod ſcribit Bart. in dicta l. omnes populi, de iuſtit. & iur. ibique Iaſon columna 14. & alij ſupra citati. Bal. in l. quamuis. C. de impube & alijs ſubſtit. Alexand. in l. prima, columna octaua ſi certum petatur, & conſilio 50. columna ſecunda, & conſilio 80. columna quarta, libro primo, Iaſ. in dicta l. quamuis. C. de impube. & alijs ſubſtit. in l. iam hoc iure, de uulgari & pupilla. & in l. ultima. C. de ſucceſ. edict. Ripa dicta li. primo, reſponſ. cap. tertio ſub numero 14. qui perplures alias auctoritates addit, & ita trad. in terminis l. cum auus. Socin. in eadem l. ſub num. 85. ubi uult ſtatutum reijciens omnem interpretationem non reiicere interpretationem dictæ l. cum auus. Rol. a Val. de lucr. doc. quæſtio. 14. ſub numero ſeptimo, poſt Cur. iunior conſilio 122. columna fin. deferuit huic declarationi † quod ſcribunt Doctor. de clauſula, appellatione remota, quam uolunt intelligi de appellatione fruſtratoria. & friuola, non de illa, quæ legitimam habet cauſam, Bartol. Ripa, & alij in locis iam relatis. idem Bartol. in l. prima, §. interdum ſub numero 5. a quibus appella. non lic. poſt gloſſ. in capitulo paſtoralis, in principio, de appellat. capit. ut debitus, eodem titulo, in ſexto, Iaſon in l. tertia. §. ſi is pro quo ſub numero quinto quod quiſque iur. Maran. de ordin. iudic. par. ſexta, ſectio. ſecundus actus ſub numero 325. Rebuff. tomo tertio in titulo de appellationib. ſub numero 26. Vital. Camba. in tracta. clauſul. facit gloſſ. ſecunda quam ibi commendat Abb. de officio deleg. in capit. ex parte, & quam probant Docto. in loco ſupra citato. & Rui. in conſilio primo, ſub numero 16. libro quarto, Andr. Sicul. in dicta l. cum

l.cum acutiſsimi,ſub num.168. poſt Petr.Anchar.
7 in conſilio 97.qui uult † ut quemadmodum clauſula prædicta nunquam excludit caſum permiſſæ appellationis expreſſum a iure dicto capitu. paſtoralis ubi Abbas, & omnes not.ſic nec tale ſtatutum excludit legitimam interpretationem.

Declaratur ſecundo loco iſta concluſio, ut præcipuè locum ſibi uindicet, quantum ad prohiben-
8 dum ſtatuta extendi, † quatenus corrigunt ius commune, uel ab eo exorbitant, tunc enim iſtius modi ſtatuta multum operantur Bald. in l. maximum uitium. C.de lib.præter.& in l.ſecunda. C.de patribus qui filios diſtrax. & ita firmat nuncupatim. Franc. Aretin. in dicto conſilio 144.ad finem, qui dicit hoc eſſe, ſi rectè inſpicitur,quod uoluit dicere textus in capit.exijt qui ſeminat,de uerborum ſignificationibus, in fine. cuius uerba refert Bald. & inducit ad ſtatuta, in authentica ſi qua mulier, in fine. C.de ſacroſanctis eccleſijs & in l.iubemus, in fine. C. ad Trebeſlianum, & Petr. de Ancharan. in dicto capitulo primo,de conſtitutionib. in vltima car.
9

Idemque concludendum eſſe credit † idem Aretin.quando etiam quis vellet vti interpretatione reſtrictiua ratione ceſſante, ſicut dixit Iacob. de Bel. & Io.And.in reg. pro poſſeſſore,de reg.iur. li. 6. quod ipſe intelligit, quando aliqua cauſa ita ſtatuendi oſtendetur in dubio autem non credit interpretationem reſtrictiuam poſſe impediri per ſtatutum, vbi aliàs ſi non eſſent iſta ſtatuta deberent admitti, quæ res non habet difficultatem cum ſit illa de natura ſtatutorum, vt ſupra diximus,& plenius dicemus infra libro decimo, ſequitur Curtius iunior in dicto conſilio ſexto, ſub num.8.& 9. verſ. ſecundo principaliter.

Declaratur tertio loco memorata concluſio, vt vera ſit, quando illud quod virtualiter dicitur
10 † comprehendi ſub litera non deducitur taliter, vt de neceſsitate inferat, ſed perſuaſiue, vel argumentatiuè, quia tunc uerior illa eſt opinio literam non dici niſi illam,quæ oculis corporeis inſpici poteſt,ita vt vlterior licita non ſit extenſio,omnisque talis reiecta interpretatio, vbi autem quod dicitur
11 uirtualiter ſub litera † comprehendi ita deducitur, ut de neceſsitate inferat, tunc dicitur poſſe legi, nedum illud quod ex litera expreſsim percipitur, ſed etiam quod ex mente neceſſario uerbis incluſa colligitur, textus eſt, quem ibi nota. Abbas, & Butr.in capitulo cum olim, in fine,de cenſibus. Bald.in l. ubi adhuc, columna quinxa, uerſiculo aduerte ubi ex aliquo expreſſo, C. de iur. dotium. Angel. clarius in l. prætor ait. §. interdictum, in gloſſa, in uerſiculo expreſſum, de oper. noui nunciatio. Felynus in capitulo translato, columna ſecunda,ſub numero quinto,& ita ſe habere communem opinionem, dicit Curtius iunior in dicto conſilio ſexto, columna quarta, ad finem faciunt quæ ſupra diximus libro ſecundo de expreſſa uerborum ſignificat.

Declaratur quarto loco antedicta concluſio, ut
12 progrediatur † reſpectu interpretationis extrinſecæ, ſecus eſt quantum ad intrinſecam Baldus in dicta l. ſi quis filium. C. de liberis præter. per l. in his,de conditio.& demonſtratio.idem Bald. in l. commiſſoriæ. C. de pactis inter emptor. & uendito. uult quòd ſi iudici impoſita ſit neceſsitas ſeruandi ſtatutum prout ad literam iacet, ſemper intelligitur ſaluo intellectu, quia litera occidit, ſpiritus uiuificat, ut dicit diuus Paulus ad Corinth. capitulo tertio, ſequitur Andr.Sicul. in d.l.cum acutiſſimi ſub nu.167.

13 Declaratur quinto loco † ut ociosa ſit iſtiuſmodi concluſio quantum ad omnem neceſſariam interpretationem,quam non poteſt, neque debet ſtatutum iſtiuſmodi intelligi prohibere, Baldus in dicta l.ſecunda. §. his legibus latis, ubi ait nullam conſtitutionem poſſe prohibere interpretationem, quæ ſit neceſſaria, ut ibi probatur, ergo ſequitur
14 ut eius contraria diſpoſitio ſit impoſsibilis † & impoſsibile ſtatutum non ualet, capitulo erit autem quarta diſtinctio. ergo quantum ad prohibendam hanc interpretationem nihil cenſebitur ſtatutum iſtud diſponere, & ita firmat Franc. Aretin. in dicto conſilio 144. licet ſtatuta. Curtius iunior in dicto conſilio ſexto. ſub numero octauo, & Andr. Sicu.in dicta l.cum acutiſsimi,ſub dicto num.167. uerſic. accedat.

Declaratur ſexto loco, ut intelligenda ſit gloſſ.
16 hominis † ſecus quantum ad gloſſam legis Bald. in dicta l.omnes populi, ut ſupra retulimus Andr. Sic.in dicta l.cum acutiſsimi ſub num.169.qui poſt Bald. adducit l.quamuis. C. de adulterijs, & in l. quamuis cum ibi nota.de in ius uocan. & multa in hanc rem more ſuo per duas columnas congerit Sicul.in dicta l. cum acutiſsimi, ſub numero 170. cum ſequent. plenè Roland. a Vall. de lucr. do. di. quæſt.35. ſub ſecundo numero, & tertio ubi communem uidetur aſſerere ex congeſtis auctoritatibus.

Declaratur ſeptimo loco, ut procedat reſpectu
16 cauilloſæ † interpretationis non autem illius gratia ſine qua ſtatutum recte intelligi non poteſt, Ludouicus Romanus in l. Cęſar ſub numero tertio, de publi. & uectigal. per textum quem ipſe dicit eſſe ſingularem in dicta clement. exiui in uerſiculo,quia uero,de uerborum ſignificatione, quem in hanc ſententiam citat Baldus in authent.ſi qua mulier. C.de ſacroſanctis eccleſijs, cui addit tex. in capitu.ex parte de offic. deleg. & in l.prima, de muner.& honor. ubi Barto. qui & in l.ut gradatim. §. ſed ſi lege eodem tit.ex ea lege notat.

17 Declaratur octauo loco † ut nunquam exaudienda ſit reſpectu interpretationis literalis atque grammaticalis,uel reſpectu interpretationis expoſitiuæ, quia illa ſemper cenſetur eſſe permiſſa, non obſtante tali ſtatuto, Bal. in capit. primo, de conſtit. Barbat. in dicto l.cum acutiſsimi, ſub numero 170. uerſiculo accedat, Ioan. Bapt. Sanctoſeuc. in dicto l. omnes populi, ſub num. 277. uerſiculo colligitur etiam,Franc.Aretinus in dicto conſ.144.

in

in princip. Curt.iun. in dicto consilio sexto, sub numero nono.

Declaratur nono loco ista conclusio, ut locum
18 non habeat † quando ratio esset expressa in statuto, quia tunc eatenus, quatenus ratio patitur, semper fieret interpretatio, ut scribit Petr. de Anchar. in dicto capitulo primo, de constit. in pen. & ultima columna & Curtius iunior in dicto consilio sexto, sub numero decimo, cum simil. quæ supra a nobis deducta sunt supra libro sexto, & septimo in materia correctoria, & pœnali in limit. ab identitate rationis, quam tamen declarationem debemus in-
19 telligere † siue ratio nuncupatim in statuto sit expressa, siue unica tantum possit afferri, ut supponit Curtius iunior sub dicto numero decimo, & nos amplè diximus in locis proximè citatis, ad quos recurrendum erit ne sæpius idem repetamus.

Lib. VIII. FINIS.

CA-

CAMILLI GALLINII
TICINEN. PATRITII,
AC IVRISCONS.
AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS
ET IN TICINENSI GYMNASIO
IN VESPERIS IVRIS CIVILIS
ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Nonus.

SVMMARIVM.

1 *VT libro nono reſeruata fuerit tractatio quæ ſpectat ad hominum diſpoſitiones.*
2 *Ab hominis diſpoſitione ad legis diſpoſitionem & contra valere argumentum.*
3 *Non leues tamen inter eas relucere differentias.*
4 *Filiorum appellatione in legis diſpoſitione venire nepotes, non tamen in teſtamentariæ tutelæ diſpoſitione ſic permitti.*
5 *Indefinitam ſemper æquipollere uniuerſali in diſpoſitione legis non in diſpoſitione hominis.*
6 *Curatoris appellatione venit tutor in legis diſpoſitione non tamen ſic venit in teſtatoris diſpoſitione.*
7 *Diœceſis appellatione in legis diſpoſitione continetur Ciuitas, ſecus eſt in diſpoſitione hominis.*
8 *Actionis verbo etiam pœnalis actio continetur non ſic in diſpoſitione hominis.*
9 *Verba quantumuis generalia in legis diſpoſitione recipiunt interpretationem de habilitate, non ſic in diſpoſitione hominis.*
10 *Qui ſibi & hæredibus quibuſcunque feudum ſtipulatus eſt, etiam de extraneis & aliàs incapacibus egiſſe credendus eſt, ex receptiore ſententia.*
11 *Et quàm multi ſint eiuſdem ſententiæ adſortores.*
12 *Qui verò contrariam ſententiam probent.*
13 *Quibus neutra prædictarum opinionum placuerit.*
14 *In dubioque non eſſe a priore opinione quę eſt receptior recedendum.*
15 *Inueſtituræ tenorem in materia feudali maxime attendendam eſſe.*
16 *Legis diſpoſitio ex ſola mente etiam verbis non expreſſa vnum quemque obligat, non ſic hominis diſpoſitio.*
17 *Pro conſtituto habendum eſſe id de quo ſi legislatores interrogati fuiſſent, veriſimiliter diſpoſuiſſent.*
18 *Rationes in humanis diſpoſitionibus difficile eſſe diſcernere in legibus autem facilius.*
19 *Regulariter cum lege benignius agi, quàm cum homine.*
20 *Vnde poſſint aliæ legum & humanarum diſpoſitionum differentiæ deſumi.*

Hominis diſpoſitio in quibus differat a diſpoſitionem legis.

CAP. PRIMVM.

1 NOn ab re hoc loco † diſceptationem illam reſeruauimus, quæ attinet ad hominum diſpoſitiones, Domin. Alciatum ſecuti qui libro tertio huius tit. illas à legum conſtitutionibus partitus eſt. Tametſi enim notiſſima ac tritiſſi-
2 ma iuris enuntiatio ſit, à legis diſpoſitione † ad hominis diſpoſitionem, & è conuerſo licitum eſ-

ſe argumentationem, quando res in obſcuro non eſt, l. verbis de uerb. ſignific. §. diſponat in auth. de nupt. l. prima §. ſi conueniat depoſ. & l. cõtractus de reg. iur. cum ſimil. Nihilominus quando in ambiguis uerſamur, multæ non leues inter eas relucent
3 differentiæ, † prout proſequitur D. Alciat. dicta l. 3. ſub nu. 1. & 2. & Euerar. in loc. à lege ad teſtat. ſub numero quinto ueluti quia in legis diſpoſitione filiorum appellatione ueniunt † nepotes l. filium habeo ad maced. & l. ex ſenatusconſulto de ritu nupt.
4 & tamen in teſtamentariæ tutelæ prouiſione facta à teſtatore, non veniunt nepotes, l. quod ſi nepotes de teſtam. tut. ubi Albe. de Roſa. §. fin. inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. item indefinita in diſpoſitione le-
5 gis prolata † ſemper æquipollet uniuerſali l. ſi pluribus ubi Bartol. de legat. ſecundo quamuis aliud ſit in diſpoſitione hominis, ut ibidem ſcribit idem Bar. gloſſ. in capi. ut circa, in principio de electio. & per Dyn. in rub. de reg. iur. libro ſexto & nos ſupra plenius diximus libro tertio in materia obſcuritatis quæ proficiſcitur ab indefinitate. Rurſus in diſpoſi-
6 tione † legis, curatoris appoſitione uenit tutor, glo. in authent. minoris debitor. C. qui tut. dari poſſ. cum tamen aliud ſit in diſpoſitione teſtatoris quia ſi teſtator dixerit ſe impuberi curatorem dare, nihil agit, nec per hæc uerba tutor datus eſſe intelligitur l. tutores §. primo & ibi Bartol. de admin. tuto.
7 Præterea diœceſis † appellatione in legis diſpoſitione continetur ciuitas, ſecus tamen eſt, in diſpoſitione hominis, capitulo Rodulphus, de reſcript. ubi notant doctor. Inſuper in legis diſpoſitione
8 actionis uoce omnis actio † etiam pœnalis comprehenditur. l. prima. §. quod autem ubi gloſſ. de aleato. cum tamen aliter ſe res habeat in prouiſione hominis, ut notanter decidit Bartol. in l. hoc legatum de leg. tertio.

Ad hæc uerba quantumuis generalia in legis diſpoſitione recipiunt interpretationem reſtrictiuam
9 de habilitate; † Attamen aliud eſt in ordinatione hominis, ita ſingulariter ſcribit Bal. in l. fi. C. ſine cenſ. vel reliq. Iaſ in l. 1. §. nunciatio Bart. ibi de oper. no. nun. in 5. col. & in l. in prouinciali. §. ſi in loco. eo. ti. gloſſ. & doctor. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. & ſupra ſuo loco diximus. Et ideo qui ſibi & hæredibus
10 quibuſcunque feudum ſtipulatus eſt, † etiam de extraneis, & alias incapacibus egiſſe creditur, idque receptius eſſe teſtatur D. Alciat. loco iam relato ante nu. tertium. Et uera eſt aſſertio D. Alciati, quamuis ob uarietatem ſcriptorum negari haud poſsit quia ardua ſit reſolutio difficultatis, quam is propoſuit, quod tale feudum in quoſcunque extraneos & aliàs
11 incapaces ſit tranſitorium. Nam tametſi † multò plures habeat eiuſdem & ſententiæ, & atteſtationis aſſertores qui illius Auctorem laudant Bald. in l. cum uirum poſt numer. 21. C. de fideicommiſ. & in capitulo imperialem in princ. de prohib. alienat. feud. ſub num. 19. quos recenſet D. Clar. in §. feudum uerſiculo hoc præmiſſo quæſtione 9. ubi poſt Gig. Soc. ſen. Cur. iun. Rip. Crau. Pariſ. Soc. iun. omnes atteſtantes de communi magis communem, & in practica obſeruari ait in feudo hanc partẽ quam receptiorem eſſe dicit Domin. Alciat. idemque aſſirmat in emphyteuſi idem D. Clar. in §. emphyteuſis q. 28. uerſic. ſecundus caſus, & in uerſic. ſed quæro quid ſi eccleſia poſt Didac. in cap. 17. poſt nu. 5. in 4. concluſ. verſic. quin & ſi emphyteuſis libro 2. uari. reſolut. Andr. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 7. ſub nu. 21. ubi congerit auctoritates eorum qui probant hanc opinionem, & quatuor ſeq. cum multis ſimilibus eam probat, quam crebriorem quoq; eſſe fatetur Franc. eccleſ. in conſil. 40. ſub nu. 7. in 2. uol. conſil. feud. Anto. cap. in eius inueſtit. feud. in capit. de clauſulis feudorum uerſi. & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque Moder. ad Alex. in conſil. 30. ſub num. undecimo libro primo in ſchol. incip. quibuſcunque, quamuis in princ. illius adnotationis dicat, quòd quanto plura in hoc puncto legit, tantominus diſcernere potuit, utra ſit crebrior opinio, adeo (ut ait) in hoc doctores doctoribus & ijdem ſibi ipſis contradicunt; in quam ſententiam quod relata D. Alcia. reſolutio ſi receptior iuit quoque Burſat. in conſil. 76. ſub nu. 7. Attamen contra-
12 rium † multi ſunt qui probant, & qui receptius quoque eſſe affirmant interpretum uotum, fuit enim eiuſdem ſententiæ Bald. ſibi contrarius in capitulo primo. §. donare uerſi. ſed dubitari poteſt, col. ſecunda qual. ol. feud. alien. poter. ibique Marti. Lauden. & Cardin. Alexandr. Alex. ſibi contrarius in d conſi. 30. uerſic. quia ualallus, Franc. Aret. & Bar. Socin. in l. Gallus. §. etiam ſi parente de lib. & poſth Barb. ſibi contrarius in rub. de feud. col. 2. & conſil. 63. ſub nu. 8. lib. 3. Iacob. a ſancto Geor. in inueſti. feud in uerſ. & quibuſcunque hæredibus ſub num. ſecundo & tertio ubi ait quòd cum caſus eueniſſet ſe pro iſta parte conſuluiſſe; Cur. ſen. in conſilio 8. Deus Pius columna quarta uerſiculo & ſi opponatur ſub numero 7. Dec. ſibi contrarius in conſilio 171. ſub numero quinto in conſi. 185. ſub nu. 4. & in conſi. 193. col. fin. uerſic. Non obſtat fundamentum, & conſil. 208. col. fin. poſt prin. verſic. tertio. Baldus. Lud. Gozadi. in conſi. tertio ſub numero 35. & conſi. 26. ſub nu. 35. Ioan. Anto. Rube. in conſi. 110. ſub nume. 9. Corn. in conſi. 199. ſub nu. 69. uerſi. licet etiam aliàs lib. 2. Cęſal. in conſil. 2. ſub nu. 16. libro primo Zaſ. de feud. in titulo de ſucceſsio. feud. ſub nu. 82. Ioan. Thom. de Oener. & qual. feud. tit. 31. ſub nu. undecimo libro primo ubi uidetur atteſtari communem hanc eſſe ſententiam, quamuis cogitandum relinquat, propter illud uerbum ſucceſſoribus, communem quoque eſſe affirmat Menoch. poſt Dec. & alios plures quos citat in conſilio 61. ſub nu. undeci-
13 mo, ſunt & † aliqui, quibus neutra prædictarum opinionum ſimpliciter placuit, ſed mediocritate quadam earum contrarietatem componere ſuntag greſsi, & opinati ſunt ꝙ ubi ſit facta filiorũ, uel liberorũ, uel deſcendentiũ, uel maſculorũ mentio, tunc ſine dubio uerbum hæredes, & uox illa quoſcunque, referatur ad ſolos deſcendentes ipſius inueſtiti, vt Soc. Iun. conſilio 72. ſub numero 27. libro primo Rol. a uall. in conſilio 67. ſub numero 27. cum duobus ſequent. libro primo Moder. Apo. ad Alexand. in dicto conſil. 20. in d. ſchol. incipi. quibuſcunque ad fin.

ad fin. idem Socin. Iuni. in consilio 137. columna fi. sub numero 13. lib. primo qui ait ita firmare Andr. Isern. sum. feudis. in capit. 1. §. & si libellus uers. quid ergo si dictum sit & Dec. in consi. 385. colum. tertia & in consil. 395. col. 2. & ita ait se solitum esse tenere. Quapropter resoluendo, concludendum est, secundum Moder. loc. iam relat. ad fin Hoc est in du
14 bio † non esse a priore illa opi. quę crebrior, & uerior est recedendum; Sinautem ex tenore inuestiturę appareret, de mente concedentis & suscipientis uolentium descendentibus tantum primi inuestiti prouidere. Tunc per uerba illa uniuersalia ac gemi nata non sit credendum concessum fuisse feudum simpliciter ad extraneos transitorium, quia in
15 materia feudali inuestiturę tenor † diligentissimè est attendendus capitulo primo ubi Bald. notat per illum tex. de duob. fratr. à capitaneo inuestit. capitulo primo in fin. per quos fi. inuestit. & in capitulo primo. §. denique quæ fu. prima caus. bene. amitt. Bald. & Castr. in l ad probationem 1. C. de probatio. Bald. in l. prima. §. sed & si quis C. de latin. liber. toll. Cur. Seni. consil. 47. sub nu. 2. & 49. sub nu. 36. & 40. Io. de Ana. in consil. 7. uisis Aflic. decis. 265. sub nu. 102 & seq. Dec. in consi. 208. sub nu. 1. 269. sub nu. 3. in fin. & 468. sub nu. 9. & alibi sæpe Soci. Iun in terminis in consi. 112 col. fin. sub num. 14. libro. 2. cum simil. facit text. in l. non aliter de leg. tertio & in l. 1. §. si is qui nauem de exercit. actio. & in l. fideiussores magistratuũ. § pro Aurelio de fideiusso. cum socijs.
16 Estque † & illa haud contemnenda differentia, quòd legis dispositio ex sola mente unumquemque obligat, etiam si non sit uerbis expressa, cum non minus committat in legem, eique fraudem faciat, qui uerbis obtemperans rationem negligit, quam qui utrunque negligit, capitulo fin. de regulis iur. in sexto. l. non dubium C. de legib. At in humanis actionibus sola mens nihil proficit, nisi aliquo modo expressa proponatur, l. quidam cum filium ubi Bald. & Imol. de hæredib. instit. u. l. si repetendi. C. de condic ob caus. l. prima. §. finautem ad deficientis. C. de cad. tollen. Ad hæc rationem legis perscrutari plerunque facile est, ex eaque argumentari concessum
17 est, cum proditum sit id pro † statuto habendum, quod legislatores si de eo casu interrogati fuissent, ueri similiter constituissent l. tale in fin. ubi gloss. & doctor. de pactis quem sensum ἐκ τῶν ἐνόντων, id est ex bono & æquo accipi auctor est Aristoteles libro quinto Moralium, ut refert Domin. Alciat. dicto libro tertio sub numero secundo. Rationes autem
18 hominum † in ultimis uoluntatibus discernere difficile est, at in contractibus longe difficilius, cum semper debendi Reus negaturus sit, ne productio fiat; l. an inutilis de acceptilatio. Creditor propter utilitatem sit affirmaturus. ergo facilius admittuntur huiusmodi interpretationes in legibus, quàm in humanis actionibus, & ideo iure merito hæc pars separationem tractatus a superiore recepit. Ad-
19 dendum est quòd † regulariter benignius agitur cum lege, quàm cum homine l. Celsus ubi gloss. notat in princ. de recept arbitr. quod qualiter sit intelligendum declarat Ripa in l. si insulam sub numero quinto de uerborum obligationib. cum tribus sequent. & Ias. in §. item si quis in fraudem columna secunda institut. de actio. ex quibus locis possunt
20 aliæ † desumi differentiæ, inter legis & hominis prouisionem, quibus aliæ ex infra dicendis accedent, & poterit quisque etiam mediocritèr uersatus in iure nostro alias per plures peruestigare atque adiicere.

SVMMARIVM.

1 *Omnem materiam extensiuæ interpretationis uersari circa duo in humanis actionibus, uel in sustinendo acta in ea forma, in qua gestus est, uel in alia.*
2 *In primo capite nos semper uersari aut in dispositione pura, uel in conditionali, uel facta in casu simplici.*
Quid sentiat Bartolus quando agimus de dispositione pura nu. 3. cum seq. usque ad septimum.
Eiusque sententiæ accedere D. Alciat. ibi.
7 *Prouisionem qua pure aliquid dispositum est, regulare, esse ut ab uno casu ad alterum non extendatur.*
9 *Nisi casus omissus ab expresso possit decidi.*
10 *Vel ex uerisimili testatoris mente possit comprehendi.*
11 *Aut quando non est omnino omissus.*
12 *Seu quando casus omissus potest dici similis expresso.*
13 *Aliosque insuper haberi casus, in quibus memorata regula locum non habet.*
14 *Quàm diuersa methodus alijs placuerit in hac materia.*
Auctorem magis accedere ad Iasonis dispositionem. nu. 15. & quibus rationibus.
16 *Iasonem & D. Alciatum dum breuiores fore curarunt, obscuriores fuisse factos.*
17 *Quid seruauerit Auctor in eadem materia explicanda.*
18 *Casum non expressum regulariter habendum esse pro omisso.*
19 *Prouisionem specialem ita arctari ad casum expressum, ut trahi non possit ad casum omissum.*
20 *Casus contingens preter illius dispositionem, non contineri testatoris dispositione.*
21 *Quod & in quacunque alia dispositione locum habet.*

Materia extensiuæ interpretationis circa actus humanos in quibus consistit, & præsertim quid sit constituendum quando negocium uersatur circa dispositionem puram.

CAP. II.

SEd ut ad ulteriora progrediamur in suscepta à nobis institutione, dico omnem materiam extensiuæ interpretationis circa humanas actiones ver-
1 sari circa duo, † principalia capita, quorum alterum

est quo agimus de interpretando actu extensiuè in ea forma qua gestus est ac ualet, & illum ad alium casum protrahimus. Alterum est, quo tractamus de sustinendo actu per istiusmodi interpreration-
2 nem in alia forma, quàm ea sit in qua is actus gestus est. Quod attinet ad primum caput, † est illud in tres alias partes distinguendum, prout uel agimus de dispositione pura uel conditionali, uel facta in casu simplici. Si uersemur in dispositione pura, Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum sub nu. 3. sic
3 resoluit † Aut ex uirtute expressi casus omissus potest intelligi, & ad illum porrigitur; ut instit. pro soci. §. illud & se dixisse ait in l. commodissime eo. tit. de lib. & posth. soluendo contrarium, Aut uirtute
4 expressi non † potest intelligi, & tunc aut is casus potest constare ex uoluntate disponentis uolentis, ut quod expressum est trahatur ad omissum, & ad illud porrigitur, ut l. Titius. §. 1. eo. ti. & l. fin. C. eo. tit. de posth. hær. instit. secundum intellectum quem refert se dedisse in d. l. commodissime; Aut de mente
5 non potest † constare, & tunc aut casus fuit penitus omissus, aut fuerunt expressi duo casus, qui obuenerunt coniunctim, primo casu, aut casus omissus similis est expresso, & habet eundem effectum, & ad illum extenditur, ut l. fin. in fin. supra mandat. Secundo casu quando fuerũt expressi duo casus coniun-
6 ctim, tunc aut loquimur † in materia in qua debet fieri interpretatio plena, ut in testamentis, & ad illum porrigitur, l si ita in prin. ubi se dixisse ait de lib.
7 & posth. Aut loquimur in materia non † fauorabili, in qua non debet fieri plena interpretatio, & tunc ad illum non porrigitur, ut in l. uim passam. §. præscriptione de adult. & colligitur ex tex. d. l. si ita, sed ait restringi fauore uitandæ contrarietatis, ut dicit se docuisse in l. 2. in princ. de uerb. obli. D. Alc. non multum recedens a uestigiis Bart. & maximè accedens ad methodum Iaso. in d. §. & quid si tantum sub nu. 21. cum quatuor. seq. d. li. 3. de uerb. signifi. sub nu. 3. & septem seq. proponit imprimis regulã negatiuam, uidelicet prouisionem qua aliquid pu-
8 rè dispositum est in uno casu † non produci ad alterum per text. in l. si alii de usufr. legat. in l. si quis ita §. si quis cum de testam. tutel. & in l. si cum dotem solut. matri. deinde illam restringit in quatuor casibus, quorum primus est quando casus omissus ab
9 expresso † potest decidi uel ex natura casus, ut in l. si non fuerit pro socio, uel ex antecedente & consequente necessario, ut in l. illud de acq. hær. uel propter connexitatem l. Lucius. § Paulus de adim. legat. uel quia se inuicem recipiunt, uel quia per argu. a contrario sensu id suadetur, l. aliquando de condit. & demonstrat. uel quia in simplicibus prouisum esset, & de casu mixto agatur, l. si ita de lib. & posth. uel quia testator plus expresserit, nam & de eo quod est minus utique uerisimile est prouisum esse l. qui
10 quartã de leg. 1. secũdus casus est, † quando ex uerisimili mente testatoris idem potest constituí in casu omisso, ut in l. Titius. §. fin. de lib. & posth. in l. fin. C. de posth hæred. instit. quem tamen intelligit locum habere quando sumus in eadem persona, ut dicta iura loquuntur, secus in diuersa, per d. l. si quis ita, §. si quis cum de testa. tut. cum. n. testator de illa non cogitauerit, nec disposuerit, præsumpta illius uoluntas nihil operatur, d. l. quidam cum filium de hæred. instit. cum simil. & respondet ad l. tertium C. de inoff. testa. quæ uidetur facere in contrarium, illam procedere ob iustam impedimenti causam, & ad l. tale. §. fin. de pact. dicit quod ibi mentio fratris fuerat demonstratiue facta, & non poterat dici casus fuisse omissus cum stipulator cogitauerit fratrem futurum esse hæredem, & propterea filij postea suscepti, qui fuerunt hæredes non possunt dici pacto fuisse excluſi, & consequenter casus non poterit dici omnino omissus, & propterea reprobat absolute eorum sententiam qui putarunt in humanis actibus mentem testatoris, quæ ex uerbis non colligeretur obseruari oportere. Tertius est,
11 † quando casus potest dici non omnino omissus esse ab ipso testatore; ueluti in casu in quo consuluit Deci. consilio 227. qui substitutionem factam deficientibus, uoluit ad non natos trahi. uel cùm ex impropria uerborum significatione casus uenire potest, ut in l. Diuus de usu & habit. uel quando gratia frequentioris usus casus fuisset expressus, ut per gloss. in auth. cassa. C. de sacr. eccles. uel quando esset id expressum, cui aliquid de consuetudine soleret accedere, nam id quoque expressum dicendum esset l. cuicunque, §. pen. de instit. facit quod scribit Roma. in l. tertia. §. iura-
12 ri de iureiur. Quartus est, † quando casus omissus potest dici similis expresso, & eundem effectum habet, ut in l. fi. § si. mand. Ias. in l. si procurator. C. de procurat. & in l. iam tamen. §. pen. indi. sol. quibus in locis, quod de mandato constitutum est, protrahitur ad id quod eundem effectum cum mandato habet. Hinc prohibita a testatore alienatione, omnis modus uetitus censetur, unde aliquo casu dominium transferri posset, Bartol. in l. in quorum de pignor. concessaque executori facultate uendendi, ut creditoribus satisfiat, poterit & in solutum dari, & pignori opponi, cæteraque fieri unde causa huiusmodi satisfactionis obseruetur, Bartol. in l. alio de alimen. legat. & plura istius modi exempla prosequitur idem D. Alciat. sub nu-
13 me. 10. & 11. recensens † quoque aliquos casus in quibus presentis casus regula locum non habet, ut in casu l. si pupillorum. §. si prætor de reb. eo. & in capit. susceptum de rescript. in 6 in l. apud Iulianum in fin. de leg. primo, in l. fin. C. de ijs qui uen. ætat. impetra. in l. fin. C. si tut. non gesse. in l. tertia. §. illud rem pupill. sal. for. in l. nam socij pro soc. cum simil. Alii
14 vero † in dicta l. Gallus. §. & quid si tantum ueluti Ioan. Crot. Fortun. Garci. Lancelot. Gali. & idem Dominus Alciatus alia methodo explicant hanc materiam, constituti scilicet suis conclusionibus in uno quoque membro distinc. Bart. illisque postea per extensiones ac restrictiones suas, vt cuiusque
15 fert natura, declaratis. Mihi tamen † magis placet modus, quo hanc materiam explicare aggressus est Ias. in dicto. §. & quid si tantum sub numero 21. & postea aliquanto plenius imitatus est Dominus Alc. loco iam relato, tum quia ordina-

tior

tior est, tum etiam quia prorsus accedit ad ordinem doctrinæ Barto. illamque non ita discerpit, ut facit illa separata constitutio conclusionum, quam faciunt doctor. in d. cto. §. & quid si tantum, nihilo-
16 minus † quia dum breuiores esse laborant, & Iaſ. & D. Alciat. obscuriores fiunt, iuxta illud Horatii, nec plenè explicant materiam casuum, quos pro limitationibus adducunt ad prædictam reg.
17 principalem, ideo ego † latius ac fusius pertractans hanc materiam, proponam cum illis principalem conclusionem, deinde subiiciam successiuo ordine quatuor illos casus seu limitationes, quibus restringunt ante dictam conclusionem cum suis declarationibus, quæ ab illis omissæ sunt, & sine quibus perfectè intelligi non possunt illi casus, mox ostendam & alias adnecti, addique posse declarationes pro maiore elucidatione prænarratæ conclusionis.

Ego itaque opinor conclusionem firmatam a Domino Alciato post Bar. & alios in dicta l. Gallus §. & quid si tantum de liber. & posthum. esse uerisi-
18 similam, quia regulariter casus † non expressus habendus est pro omisso l. commodissime & ibi doctor. de liber. & posthum. l. Gallus. §. & quid si tantum, ubi pariter notant interpretes eodem titulo, addit Iaſ. in l. commodissime text. in l. si extraneus de condict. ob caus. quamuis gloss. fin. in dicta l. commodissime & male (ut ipse ait) illum text. citet pro contraria parte, & text. in capitulo susceptum de rescript. libro sexto quibus accedere potest text. in l. si uero. §. de uiro solut. matrim. in capitulo dilectus de temp. ord. & in capitu. 2. §. sed neq; de translat. præl. Rationem uerò istius conclusionis assignat Bald. in d. l. commodissimè in sum. dum colligit prouisionem specialem ita arctari ad casum
19 expressum, † ut non pertineat ad omissum. idquè in substitutionib. maximè obtinere in quibus casus omissus pro omisso habetur, remanetque in dispositione iuris communis; ut scribit Ioan. Andr. ad speculato. iij. titulo de testament. §. primo uersiculo nec occurrit ad fin. Oldra. in consilio 21. Thema tale est, Abb. in consilio 140. uolumine primo Socin. Iun. in consilio 95. libro secundo Cefal. in consilio 17. sub numero 31. Riminald. Iun. in consilio 110. sub numero 21. & plur. sequent. qui Recentiores alios referunt, quibus addi potest Crauet. in consilio 261. sub numero 20. idque in tantum procedit, ut casus contingens præter ordinatio
20 nem testatoris, † non includatur in eius dispositione, etiam quod in eo maior esset ratio disponendi. Cyn. in l. quod fauore. C. de legi. refert & sequitur Ancharan. in consilio 357. ex serie testamenti columna secunda sub numero quinto Deci. in consilio 63. columna secunda post med. uersiculo & quis casus; & alibi sæpe, ut refert Crauet. in consilio 161. supra cita. sub dicto numero 20. in contractibus quoque eadem reg. locum habet, ut in l. quicquid astringendæ de uerborum obligatio. in dicta l. si cum dotem solut. matrim. Alexand. in consilio 46. ponderatis sub numero quarto libro secundo pulchrè Bald. in consilio 296. quæritur li-
21 bro secundo progreditur † & in quacunque alia dispositione, ut scribit Petr. Anch. d. consil. 356. sub nu. 4. Gozadi. in consi. 84. sub nu. 9. & latè Andr. Tiraq. de iure primigen. q. 40. sub nu. 194.

SVMMARIVM.

1 *Casus omissus quando uirtute expressi potest comprehendi, semper uenit in dispositione pura testatoris.*
2 *Siue id fiat ex natura contractus, uel antecedentis & consequentis necessarij uirtute.*
3 *Siue ratione accessorij.*
4 *Vel ratione necessarij resurgentis.*
5 *Aut connexitatis gratia.*
6 *Seu gratia correspectiuitatis.*
7 *Porcedereque in omni materia, tam odiosa quàm fauorabilis.*
8 *Etiam quando casus omissus esset dissimilis expresso, solitus tamen esset fieri.*
9 *Ea quæ a notarijs in instrumentis solita sunt apponi, pro appositis haberi.*
10 *Casus expressus non trahitur ad omissum, quando uerba repugnant.*
11 *Mens testatoris non attenditur, nisi uerba propriè uel improprie deseruiant.*
Contrà tamen differere Garciam Hispanum. nu. 12. quia in ultimis uoluntatibus primum locum obtinet mens defuncti ibid.
13 *Et quia communis traditio uidetur implicare contrarietatem.*
14 *Ac rursus quia cum uerba repugnant menti, nihil agunt.*
15 *Item quia uerba secundum sacræ scripturæ expositores sunt, quæ intra mentem concipiuntur, & animi silentium retinentur.*
16 *L. si alij de usufr. & l. fideicommissa. §. si filio de leg. 3. intellectus.*
17 *Fortunium non satis percepisse mentem interpretum communem sententiam constituentium.*
18 *Aretini restrictio declarata.*
19 *Tornielli sententia cum communi conciliata.*
20 *Extensionem de casu expresso ad omissum non fieri quando diuersa militat ratio inter utrunque casum.*
21 *Intellectus l. cuicunque §. non tamen de instit. actio.*
22 *Casus expressus non trahitur ad omissum, quando aliter constat de uoluntate disponentis.*
23 *Quando manifestus est sensus, tunc uerborum interpretatio nunquam tantum ualet, ut melior sensu existat.*
24 *Mentem disponentis ubi de illa constet uerbis præferri.*
25 *Extensionem de casu expresso ad omissum fieri quando specialium multiplicatio induceretur.*
26 *Rescripta seu priuilegia inutilia censeri, quibus insitum est duplex ius speciale.*
27 *Idq; obtinere quoque etiam si agatur de fauore ecclesiæ*
28 *Feudum acceptum pro se & hæredibus quibuscunque non posse uxori legari.*
29 *Extensionem non fieri ubi duæ improprietates resurgunt.*
30 *Specialia plura ubi ex diuersis fontibus procedunt, unà concurrere posse neque extensionem impediunt.*

31 *Et quando vnum venit ad consequentiam alterius.*
32 *Vel vbi multiplicatio specialium procederet de iure communi.*
33 *Casus etiam expressi ad non expressum in dispositionibus puris non fit extensio quando sequeretur illicitum.*
34 *Ea quæ legibus permissa non sunt ab humanis dispositionibus eminus ablegata esse intelliguntur.*
35 *Dispositionem nunquam trahendam esse ad absurdum.*
36 *Extensio non fit de casu puro expresso ad omissum, quando mandans non esset solitus ita facere.*
37 *Renuntiationem casuum fortuitorum comprehendere tantum casus contingere solitos, non etiam insolitos.*
38 *Solita non fieri mandato non comprehenduntur, nisi esset mandatum cum libera.*
39 *Vel nisi comprehensio illius casus domino esset vtilis.*

Quando casus omissus potest comprehendi virtute expressi in dispositione pura, fit extensio, & quibus in casibus id non progrediatur.

CAP. III.



1 Imitatur modo imprimis antedicta conclusio, vt non progrediatur, quando casus omissus potest comprehendi virtute expressi, † quia tunc ad illum fit extensio siue id ex materia actus procedat, vt in societate, §. illud instit. de societa. vbi quod de damno conuentum est in societate, decidere intelligitur, quod de lucro omissum est, & ut tam ex natura contractus, quàm iuris communis ratione communis maneat
2 vtriusque fortuna, l. si non fuerit pro soci. siue † ratione antecedentis & consequentis necessarij, vt in l. nec is. §. 1. & l. illud de acquir. hære. l. 1. in prin. ubi doctor. omnes post gloss. in versi. edicto, & l. prætor ait §. 1. post gloss. in uersic. expressum de oper. nou. nuntiat. l. ad legatum l. ad rem mobilem de procur. §. idemq; iuris inst. q. b. ex cau. ma. non licet. §. 1. inst. de hær. inst. l. quidam. C. de necess. ser. hæred. instit. ubi datio libertatis intelligitur quoq; expressa à testatore per expresionem hæredis institutionis. facit quod not. Bal. per illum text. in l. actionem. C. de procur. & quod notant omnes ibique latè inter cęteros
3 Ias. in l. 2. de iurisd. omn. iudi. siue † ratione accessorii tendentis ad eundem effectum, ut in l. cuicunque §. non tamen de insti. actio. l. si nemo de testam. tut. l. eam quam. C. de fideicommis. Ias. & alij post gloss. ibi in rub. de leg. 1. l. cum principalis de reg. iur. ubi Dec. & alij, & c. accessorium de reg. iu. li. 6.
4 ubi Dyn. uel ratione necessarii insurgentis † ex eadem causa, l. non cogendum §. fin. de procur. de quo tamen textu quatenus uidetur aduersari Bar. doctri næ in d. l. secunda de iurisd. omn. iud. diceundm est ut per doctor. in d. l. secunda. Vel connexitatis ra-
5 ratione † ut l. eum actum ubi Bar. de neg. gest. l. Lucius. §. Paulus de adim. leg. capit. quanto de iudic. capit. translato de constit capit. tuam de ordin. co-
6 gni. uel gratia correspectiuitatis † ac correlationis l. alteri de adim legat. l. ult. de acceptil. l. ult. C. de in dict. uiduit. tol. & l. ult. C. de cupress. ex luc. Daphn. lib. 12. uel per argumentum a contrario sensu, l. aliquando de condi. & demonstratio. & in summa per locos omnes à simili & quos supra retulimus libro quinto inter instrumenta interpretationis, & ita declarant hanc limitationem Fortun. Crot. Galiaul. Alciat. in dicto. §. & quid si tantum. Hanc limitationem sic constitutam extendit Fortun. Garci in dicto §. & quid si tantum sub numero 106. ut locum
7 habeat † in omni materia tam odiosa, quàm fauorabili per dictam l. alteri de conditio. & demonstr. quamuis dicat hoc intelligendum esse iuxta declarationem Imol. atque Alciat. in capitulo 1. de locat. & conduct. faciunt quæ supra diximus in materia correctoria in pœnali extensione facienda per supra dictos locos. Ampliat. rursus D. Alciat. in dicto §. & quid si tantum, sub num. 28. præter cæteros ut
8 procedat etiam si casus † omissus esset dissimilis expresso dummodo solitus esset fieri, secundum tex. notan. in l. quod si nolit. §. restitui de ædil. ædict. ubi quæ moris sunt ac consuetudinis in bonæ fidei iudicijs dicuntur uenire, & ideo duplæ stipulatio ob eius frequentiam, illa in contractuum materia semper censetur esse apposita, sicque illum tex. cum gloss. ibi in uersic. uenire censuit Bald. ualde esse notandum in hanc sententiam. facit text. ille insignis quem ad hoc notat ibi Bald. in l. ult. C. de fideiuss.
9 ubi habetur. † ea quæ a notarijs solita sunt apponi in instrumentis etiam si omissa fuerint, pro appositis haberi in quam sententiam notant Abbas, Fel. Dec. Rip. & alii text. in cap. cum M. Ferrariensis in uersic. sicut consueuit expressum de constit.

Limitatio hęc postea restringitur per Franc. Areti. hic colum. 4. ut non habeat locum, quando uer-
10 ba † repugnant quia tunc casus expressus non trahitur ad omissum; etiam si adsit mens testatoris, quia ubi uerba adaptari non possunt ad casum omissum, tunc mens testatoris in casu omisso non attenditur l. fideicommissa §. si filio de leg. 3. necesse enim
11 est, ad hoc ut testatoris mens attendatur † ut illi uerba propriè uel impropriè deseruiant, aliàs non habita ratione uoluntatis testat. solis inhæremus uerbis, secundum Bald. in l. cum uirum. C. de fideicommis. & Alexand. in l. tertia de liber. præterit. Hanc tamen restrictionem multis rationibus impugnat Fortun. Garci. in dicto. §. & quid si tantum sub numero 107. cum tribus sequent. uolens ut uolun-
12 tati ipsius testatoris † etiam sine uerbis sit standum, uel etiam ubi uerba repugnant, Tum quia in ultimis uoluntatibus primum locum obtinet uoluntas l. in conditionibus primum locum de condition. & demonstratio. & magis menti quàm uerbis sumus adstricti, l. cum uirum C. de fideicommis. l. ubi §. rogo, ad senat. Trebellia.

& ubi

& ubi de uoluntate apparet qualiscunque sit significatio statur uoluntati l. pater. §. conditionum de conditio. & demonstratio. glos. & omnes in dicta l cum uirum, Tùm quia ista traditio implicat con-
13 trarietatem † nam si uerba repugnant, non potest dici casus omissus, quia ad uerba pertinet, quòd si omissus sit non possunt dici uerba repuguare, quia ea quæ sunt prꝛter non sunt contra l. non est ambigendum de bonorum posses. l. iurisgentium. §. si paciscar de pact. ubi glos. in fin. & in l. stipulatio ista §. alteri de verborum obligationib. cum similibus.
14 Tum quia cum uerba repugnant † menti uerba nihil agunt, quia qui aliter loquitur, quam uult, nec id dicit quod uerba significant quia non uult, neque id quod uult, quia non loquitur l. in ambiguo de reb. dub. quinimo nec in contractibus, qui sunt stricti iuris, uerba quæ sunt sine mente, uel menti contraria nullius sunt momenti l. non omnis si cert. petat. l. obligationum substantia de actio. & obligat. unde dicere quòd uerbis sit standum quando menti refragantur, perinde est ac si diceretur insanorum uerbis standum esse uel mendacijs, quia mendacium nihil est aliud, quàm cum aliud dicitur, aliud mente retinetur, capitulo iuramentum 22. quæst. quinta.
15 Tum etiam † quia uerbum secundum sacræ scripturæ expositores, est quod mente concipitur, & intra animi silentium retinetur, uoce tamen profertur, unde dicebat Ioan. Fab. institut. de obligat. uerbum esse quod mente retinetur, uox uerò quæ emittitur, quia tamen uoce proferimus quæ mente retinemus, ideo ea uerba appellamus, sine mente igitur uerba inania sunt, & uocis tantum signi-
16 ficationem habent. Ad l. si alij † de usufruct. leg. & l. fideicommissa. §. si filio de leg. tertio quibus uidetur probari supradicta limitatio, ut ubi uerba aduersantur menti sint uerba ipsa attendenda, quamuis multa dicat, tamen in summa uult inferre illa iura locum habere in casu quo mens incerta adduceretur aduersus eam uoluntatem quam uerba significarent, & ita ait uelle Bal. in dict. l. cum uirum & l. uoluntatis. C. de fideicommis. & Alexand. in di-
17 cta l. tertia. C. de liber. præter. Quæ res † luce clarius ostendit, Fortunium nõ percepisse in hac restrictione mentem doctor. & argum. rationesque ab illo adductas procedere in terminis longè diuersis à communi opinione, quia ut supra declarauimus lib. 1. ea in parte qua differuimus quis sit finis uerborum significationis ex recentiorum mente in multis consiliis, communis opinio quæ habet ut uerba saltem improprie debeant suffragari menti defuncti, ad hoc ut illi sit locus, intelligitur ex mente omnium, quando casus qui in principali dispositione est omissus, ex mente defuncti in alia parte testamenti saltem ex impropria significatione importata dicitur esse inclusus, quia tunc menti uoluntatique defuncti sit locus, secus si neque ex uerbis principalis dispositionis, alicuiusue alterius partis testamenti de mente quæ adduceretur ad includendum casum omissum constaret, quia tunc de tali mente, tamquã uerbis refragante seu uoluntati, quę per uerba principalis dispositionis esset importata
18 aduersante, non curaretur; & ita intelligenda † est Are. restrictio quam probat Crot. in dicto. §. & quid si tantum sub nu. 48. D. Alciat. in d. lib. 3. de uerbor. significat. sub nu. 6. ad fin. per rationes quas supra adduxerat sub nu. 2. eo. lib. & est receptissima apud omnes quamuis D. Torniel. in l. hæredes mei. §. cum ita ad senat. trebell. sub num. 22. conetur ostendere hoc speciale esse in fideicommissis, ut sola uoluntas dispositionem inducat ut supra docuimus d. lib. 1. supra hoc opere in ea parte, in qua agitur qui sit fi-
19 nis uerborum, cuius sententiam † ibi quoque conciliauimus cum communi; & prænarrato distinctionis fœdere resoluuntur omnes considerationes factæ per Garci. in dicto. §. & quid si tantum, quia omnes tendunt ad ostendendum mentem, uoluntatemque testatoris esse uerbis præferendam si tamen de illa constet aliquo modo, quod supponunt omnes qui communem tuentur secus si nullo modo de illa constet, quia tunc cum casus qui defenditur per illam mentem sit prorsus omissus cum de illa non constet, uelle tunc inducere decisionem casus omissi per eam mẽtem, nihil esset aliud quàm refragari uoluntati, quæ per uerba esset inducta. Et ita accipiendo apparet omnes obiectiones prorsus cessare, nec multum uidetur a supra dicta resolutione recedere Maria. Iun. in dicto. §. & quid si tantum sub numero 34. uersic. Crauet. tamen dum defendi posse ostendit. Areti. & Crot. ab impugnationibus fortunii Garciæ quem sub nouissimorum nomine citat.

Restringitur quoque prædicta limitatio, ut lo-
20 cum non habeat † quando diuersa militaret ratio inter expressum, & omissum ut per Alberi. in dicto. §. & quid si tantum in secunda opposit. sub num. tertio colum. secunda post med. quem sequitur ibi D. Alciat. & ratio est quòd cum tunc propter diuersitatem rationis casus expressus & tacitus remaneant diuersi prorsus, non poterit ab uno ad alterum inferri l. naturaliter §. nihil commune de acquiren. possess. ubi Bart. & omnes notant, l. ult. de calumn. l. Papinianus ait de minor. & ita intelligitur text. in l. si. C. de prædi. Decur. li. 10. ubi prohibita uendi tione, non prohibetur donatio, cum tamen appella tione uenditionis ueniat donatio largè, ut est text. in l. statuliberi à cæteris. §. quintus de statul. lib. sic quo
21 que exaudiendus † est text. in dicta l. cuicunque §. non tamen de instit. actio. ubi constitutus procurator ad uendendum, non potest emere, & tamen ueteres promiscuè usi sunt uerbo emptionis & uenditionis l. ueteres de actio. empt. & uendit. & possent ad huius restrictionis confirmationem adduci ea quæ scripsimus supra in instrumento rationis lib. 5.
22 Restringitur item ut locum non habeant † quando aliter constaret de mente disponentis per d. §. illud. institutio. de societ. iuncta l. si non fuerit. §. Aristo pro soci. iuncta l. sequent. & ratio est, quia ubi
23 manifestus est sensus † disponentis uerborum interpretatio nusquam tantum ualet ut melior sensu existat l. tertia. C. de liber. præterit. & faciunt quę supra diximus lib. primo in c. qui sit uerbo-

rum finis; ubi multis iuribus atque auctoritatibus
24 oſtendimus tam in contractibus † quàm in ultimis
uoluntatibus, mentem, voluntatemq; diſponentis,
ubi de illa conſtet, uerbis præferri, ut etiam proximè
diximus in prima reſtrictione ad hanc primam li-
mitationem.

Reſtringitur præterea ut illi non ſit locus, quan-
25 do ſpecialium multiplicatio daretur † l. 2. C. de pa-
trib. qui fil. diſtrax l. 1. C. de dot. promiſſ. ubi gloſſ.
Saly. & alii notant. l. cum poſt. §. gener. cum ibi nota.
de iur. dot. l. ius ſingulare l. quod uero de legi. l. de-
nique ex quibus cauſ. maior. l. mulieri & titio de
condit. & demonſtrat. l. ſi quis rem §. fin. de pollic.
iuxta l. fin. C. de ſacr. eccl. l. ſi quando C. de inoff. te-
ſtam. l. prima. C. commu. de legat. capitulo non po-
teſt, §. fin. de præben capit. 2. de fil. presbit. libro ſex-
to. Bal. in l. fin. ſub numero 4. & ibi Iaſ. colum. ſeptima
limit. 5. de conſtit. prin. Soci. conſ. 13. ſub nu. un
decimo. lib. 1. & conſil 40. ſub nu. 6. l. b. 4. Andr. Ti-
raq de iur. conſtit. poſſ. ampliat. 26. ſub nu. 8. Cra-
uet. in conſil. 226. ſub num. 3. & conſil. 289. uerſic.
4. reſpondetur Nat. in conſil. 298. ſub num. 7. Dec.
in conſil. 28. ſub nu. 13. Rimi. Iuni. in conſil 31. ſub
nu. 69 unde Bald. in l. 1. in fin. C. quando lic. ab em-
26 ptio. diſcede. & in d. l. 1. C. de dot. promiſſ. dixit † ea
priuilegia, ſeu reſcripta inutilia cenſeri debere,
quibus inſitum ius ſpeciale duplex in ueniretur
hancque concluſionem procedere ait Ripa in l. ſi
27 rem aliquam ſub nu. 33. de acquir. poſſeſ. † etiam ſi
agatur de fauore eccleſiæ ad quam facit notanda
Bald. deciſio in capit. 1. §. donare ſub num. 4. qual.
28 ol. feud. aliena. pot. ubi ait quod quamuis † aliàs
ubi feudum receptum eſt ſub illis uerbis uniuerſali
bus pro ſe & hæredibus quibuſcunque poſsit in te-
ſtamento relinqui ac legari quia legatarius quo-
dammodo eſt hæres l. id tempus. §. primo, de uſuc.
tamen uxori non poteſt legari, ne duæ impropriе-
tates ſimul concurrant, una quia fœmina, altera
quia non agnata per dict. l. primam. C. de dot. pro-
miſ. quam decis. Bal. ſeq. Alexand. in conſil. 30. ſub
num. undecimo, libro primo. ibique dicit ita defen-
di ac limitari dicta per Bal. in l 1. q. 34. de re. diuiſ. &
in cap. imperialem in princ. de prohib. feud. aliena.
per Fride. hoc eſt ut non procedant quando ſeque-
29 rentur duæ improprietates † ſupradictæ, eandem
recipiunt Laud. in dict. §. donare ſub nume. 17. ea-
dem ratione Barb. conſi. 63. ſub nu. 7. verſic. & addu
co Iaſ. conſi. 57. col. 2. uerſi. primo, lib. 1. Rui. conſ.
25. ſub nu. 5 lib. 2. & alibi ſæpe cum ſocijs adductis
per Dec. dicto conſi. 28. ſub nu. 14 quibus & ipſe ac-
cedit. Niſi tamen ſpecialia diuerſis è fontibus pro-
30 cederent, † ut docet Bart. in l. ſi is qui pro emptore
col. pen. uerſic. diſtingue, de uſucap. probatur in §.
ſed ſi ab hoſtibus inſtit. quib mod. ius patr. pot. ſolu-
ui. l. ſingularia ſi cer. pet. tradit Cęſal. conſi. 245. ſub
num. 41. Bero conſi. 16. ſub num. 25. uol. 2. quibus
Rimin. in conſil 43. ſub nu. 49. accedit, poſſuntque
prædictis addi Bart. in l. ex facto ſub. nu. 24. de uulg.
& pupil. & Bal. in tract. ſubſtit. in cap. de recipro. ſub
nu. 11. Fely. in cap. cum M Ferrarienſis ſub nu. 10. de
31 conſtit. uel niſi unum ueniret † ad conſequentiam
alterius, Bart. in d. l. 1. C. de dot. promiſ. Bald. in l. 1.
col. antepen. C. de fur. Gemi. in cap. non omnes 2.
q 7. Fely. loc. iam relat. ad fin. Port. inſtit. de ſtipul.
ſeru. per l. ſub conditione de ſolutio. Socin. Iun. poſt
Parpal. in l. 1. ſolut. matrim. ſub num. 224. uel quan-
32 do multiplicatio ſpecialium † procederet de iure
communi ut ſcribit Fel. in d. cap. cum M. Ferrarien.
ſub nu. 10. uerſic uel ſecundo poſt Bald. in l. 1. in fin.
quan. lic. ab emptio. diſced. uel quando eſſemus in
materia in qua ex cauſa ius induceret multiplicita-
tem priuilegiorum ut ibi per eundem Fely.

Reſtringitur inſuper memorata limitatio, quan
33 do † ex tali caſu omiſſo ſi compræhenderetur, re-
ſultaret illicitum l. ſi procurator de condic indebit.
l. ſi pater quæ in fraud. credit. & ita per illa iura coar
ctat ſupra dictam limitationem D. Alciat. in d. §. &
quid ſi tantum ſub nu. 27. & ratio eſt, quia nunquam
facienda eſt illa interpretatio, per quam diſpoſitio
34 trahatur ad illicitum, quia † quæ legibus permiſſa
non ſunt, ab humanis diſpoſitionibus eminus ale-
gata eſſe cenſentur, l. iuri ſgentium §. ait prętor de
pact. l. generaliter de uerb. obligatio. l. turpia legata
de leg. 1. § pœnæ nomine inſtit. de leg. l. nemo po-
teſt, de leg. 1. l. non dubium C. de legi. cum ſodali-
bus; & facit quod uulgo dici ſolet, nunquam trahen
35 dam † eſſe diſpoſitionem ad abſurdum l. nam abſur
dum de oper. liber. l diuortio ibique Iaſ. in 5. not. ſo-
lut. matr. cum ſimil. ſupra adductis lib. 5. in loco ab
abſurdo; neque in eum ſenſum, ut per illam inuiten
tur homines ad delinquendum l. conueniri de pact.
dotal. l. non eſt ſingulis de reg. iur. cum ſimil. faciunt
quæ ſupra diſſeruimus li. 7. in materia pœnal. in 1. li
mitatione, dum locuti fuimus de interpretatione fa
cienda ſad illicita coercenda in pœnalibus etiam
extendendo.

Reſtringitur etiam, in caſu quando mandans eſ-
26 ſet † ſolitus ita facere, hoc eſt quando non eſſet mo-
ris ipſius domini mandantis demandatum negociũ
abſoluere per caſum omiſſum, qui poſſet compre-
hendi ſub expreſſo argu. l. uel uniuerſorum de pig.
actio. facit quod uult Barto. in l. Scio. §. 1. ad fin. de
37 ann. leg. ubi uult, quòd † renunciatio caſuum fortui
torum comprehendat ſolum caſus contingere ſoli-
tos, ſecus eſt in caſibus rarò contingentibus, ueluti
in eo qui in mille annor. ſpacio contingeret, per tex.
in l. fiſtulas in fin. de contrahen. emp. quæ enim ex
conſuetudine uel ſolito domini ordinario fiunt mã-
dato comprehenſa intelliguntur, l. fin. ubi Bar. de ijs
quæ in fraud. credit. non autem ea quæ non ſolita
38 ſunt fieri, niſi eſſemus in mandato † generali cum li
bera, ut ſcribit Areti. in l. ſi procurator ad fin. C. de
procur. & D. Alciat. in l. tranſactionis. C. de tranſa-
ctio. & in dicto §. & quid ſi tantum ſub numero 27.
39 uel niſi † comprehenſio illius caſus domino eſſet
utilis l. cum hi, §. eam de tranſ. l. non eo minus de
procur. Fely. in capitulo cauſam de iudic. & l. igno-
ratis domini de procurat. uel niſi de modico præiu-
dicio ageretur ut per Angel. in l. mandato generali
de procur. & D. Alciat. in dicta l. tranſactionis ſub
num. 10.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Casus omissus quando ex uerisimili mente testantis sub expresso non continetur ad eum non fit extensio.*
2 *Quid sentiat Crot.de iuribus a Bar.deductis ad probandam prædictam assertionem.*
3 *Relatiuum,qui, iunctum verbo futuri temporis importare conditionem.*
4 *Fortunium Garciam putare secundam limitationē, Bar. in hac materia esse vnam & eandam cum prima.*
5 *§.Illud instit. de socie. vt intelligatur a Fortunio Garcia.*
6 *Fortunius Garcias reprobatur in intellectu Bartoli. numero 7.*
8 *Plura media quamuis habeant eundem finem colligendæ mentis defuncti, non posse dici eadem specie legali.*
9 *Ex verisimili disponentis mente posse extensionem fieri, etiamsi oporteat uenire contra verba.*
10 *Mentem testatoris non attendi, quę non habeat, vel propriam,uel largam uerborum significationem.*
11 *Mentem testatoris non attendi,quæ non transeat in dispositionem.*
12 *Casus omissus pro omisso habetur, etiam si testator de illo verisimiliter informatus idem respondisset.*
13 *L.Titius §.Lucius intellectus.*
14 *Quid pro resolutione extensionis ex verisimili testatoris mente faciendæ sentiat Lancel.Galiau.*
15 *Filiarum nomen quamuis comprehendat posthumam, aliud tamen est quando testator non sentit de posthuma.*
16 *Quæ sit Auctoris sententia de resolutione Galiaulæ.*
17 *Verisimilem testatoris mentem attendi, quæ saltem ex aliqua eius dispositionis parte adiuuetur.*
18 *Substitutum post mortem uxoris,cui prædium a marito relictum fuerat donec uidua permanserit,illa ad secundas nuptias transeunte, habiturum esse prædium.*
19 *Testator si filium nasciturum instituerit,eique si impubillari ætate uel postea quandocunque decesserit, aliquem substituerit,etiam non nato filio substitutus admittetur.*
Communem opinionem esse, ut substitutio possit de casu ad casum trahi.ibid.
20 *Nisi testatoris mens staret pro exclusione.*
21 *Vel substitutio esset facta in pœnam instituti.*
22 *Aut ageretur de extensione facienda de persona ad personam.*
23 *Extensionem potissimè admitti,quando digressio non fieret ad aliam personam uirtute inspecta.*
24 *Actus agentium non operari ultra eorum intentionem.*
25 *Testatoris uoluntatem intelligendam esse secundum id quod testator opinabitur.*
26 *Quibus placuerit faciendam esse extensionem, etiam cum digressu ad alias personas.*
27 *Præsumendum esse quod si pater sciuisset alium filium habere illum hæredem instituisset.*
28 *Testamenti annullationem, quandam esse pœnam.*
29 *In ijs quæ non consistunt in solo animo magis attendi veritatem quam opinionem. num.46.*
30 *L.si quis ita de testam.tute.intellectus.*
31 *L.non omnis si cert.peta.declaratur.*
32 *L.quo loco §.primo,de hæred.instit.perpensio.*
33 *Auctoris uotum quale sit, in extensione facienda ad diuersas personas, ex verisimili mente defuncti.*
34 *Quæ sit ratio differentiæ, inter casum extensionis faciendæ de casu expresso ad omissum, & de persona ad personam.*
35 *Voluntatem in mente retentam nihil operari.*
36 *Voluntatem testatoris quæ non transit in dispositionem non curari.*
37 *Propter identitatem personæ symbolum seu proportionem induci inter casus,ita ut facilior fiat progressio. num.38.*
39 *Personam numquam extrinsecus assumi.*
40 *Formam testamentariam iuris esse publici.*
41 *Tex.in l.tertia, C.de inoffi.testam. quomodo sit intelligendus. num.42.*
43 *Quisque præsumitur uiuere usque ad centum annos.*
44 *Patrem qui potuit opinari se alios habere filios,& non prouidit instituendo uel exhæredando sibi debere imputare.*
45 *Satis dici peccatum ab eo qui negligens fuerit in præuidendo.*
47 *Transitus ubi fit de persona ad personam,ibi ex uerisimili mente non fieri extensionem.*
48 *Nisi concurrat filij fauor, & iustum impedimentum.*
49 *Vel quando qualitas personæ expressæ reperitur in casu omisso.*
50 *Aut essemus in illis casibus in quibus conditio in persona hæredis impletur in hærede hæredis.*
51 *Seu dispositio aliter non haberet effectum.*
52 *Pluresque alios casus alibi referri remisiuè.*

Quid iuris sit, quando ex uerisimili mente disponentis casus omissus sub expresso concipitur maxime quando uerba repugnant, et fieret digressio ad aliam personam.

CAP. IIII.

1 LImitatur secundo loco principaliter supra firmata conclusio,vt non profiscisatur,quādo † ex uerisimili mente disponētis casus omissus sub expresso cōcipi posset, quia tunc ad illum casum fieret protensio, per tex.in l.Titius,§.Lucius de lib.& posthum.& in l.fin.C de posthum. hæredib. instituend. secundum intellectum, quem tradidit Bar.in dicta l.commodissimè de lib. & posthum.ita illam firmat Bar.supra relatus in dicto §.& quid si tantum,sed Crot.ibid. sub num. 51
2 dicit † ex duobus istis iuribus a Bar. deductis melius

lius probare tex.in dict. §.Lucius ubi prouisio facta fuit per modum dispositionis, & non per modum conditionis,tex.uero in dicta l.fin.non probare hãc limitationem,quia loquitur, quando fit dispositio per modum conditionis. nam ibi testator instituit filium uel filiam qui intra decem menses mortisue proximos nasceretur,relatiuum enim,qui,iunctum
3 † uerbo futuri temporis importat conditionem, l. stichum qui meus erit de legatis primo, limitatio uerò & conclusio nostra loquitur de prouisione, quæ facta est per modum dispositionis, & non per modum conditionis,atque bene facere pro hac Bar to.sententia,textum in l. mulier §. primo, ad Senat. Trebellia. ubi extensio fit de casu mortis ad casum emancipationis ex uerisimili mente disponentis, qui si de illo casu fuisset interrogatus, uerisimiliter ita respondisset.addit Lancilot.Galiaul.in dicto §.& quid si tantum sub numero 22. dict. l.tale pactum §. fina. de pact Fortun autem Garci. in d. §. & quid si tantum sub numero 111. putat hanc secundam
4 limitationem † quæ colligitur ex dictis Bar.supra relatis,esse unam & eandem cum supra relata prio re loco limitatione. nam quamuis non subintelligatur casus alius ex significatione verborum, subest tamen semper iuris intellectus, siue ex intentione partium,siue ex alia æquitate, sic enim in §.illud
5 † instit.de societ.illud tacitum ibi uenit ex intentio ne partium interpretata a iuris æquitate, & ut clarius res percipiatur sic deducit, nam societas est contractus bonæ fidei, & habet interpretationem ab æquitate, l.tertia, in principio pro socio l. consensu in fine de actio. & obligatio. ideo interpretatur lex conuentionem factam de lucro intelligi quoque factam esse de damno, & e contra,ut in §. primo,instit.cod.tit.de societ.& quamuis possint lucri & damni partes esse dispares,ex cõuentione partium,l.si non fuerint §. si uerò placuerit pro socio, nihilominus quia in dubio, ubi nihil dictum est,interpretatur lex secundum æquitatem,ut uoluerint contrahentes, partes in societate esse æquales dicta l.si non fuerint in principio, & idcirco apparet hunc casum uerisimilis mentis ipsius disponentis non differre a superiore,& in hoc residet ipse Fortunius,reiecta illa distinctione,quam facit Crot.in ter tex.in dicto §.Lucius & in dicta l.final. quod aliter loquatur in conditione,alter in dispositione,qa in hoc non consistit uis iuris.

6 Sed animaduertendum est † quia perperam confundit ille terminos Doctor.Bar.& cæterorum,huiusque secundæ limitationis cum superiore. Nam prioris limitationis casus consistit in eo, ut quod omissum est, concipiatur ex ui expressi in ipsa principali dispositione per aliquam necessariam illationem,ueluti antecedentis,consequentis, connexi,accessorij, & aliorum similium locorum. Secundæ autem huius limitationis casus consistit in eo,quãdo non per aliquam necessariam illationem casus expressi,quod omissum est comprehendi potest,sed aliunde assumitur coniectura uoluntatis ipsius testatoris,per locum scilicet a uerisimili,quia locus separatam habet naturam a casu expresso, ita loquũtur iura per Bart.citata, & ita sentiunt interpretes omnes, qui illius sententiam sunt amplexi, in quo casu non possunt exaudiri iura illa ad confirmationem primæ limitationis adductæ, quæ per influxũ casus expressi in omissum, per locos supra relatos negocium decidunt,neque mouet quòd in illis iuri
7 bus,ut in dicto §.illud & sociis, † lex æquitate mota ita interpretetur ex intentione contrahentium esse quia respondetur,quòd quamuis in interpretatione illa facta a lege conueniat mens contrahentium illa tamen est ex uirtute expressionis factæ a contrahentibus,quæ habet semper cum uerbis mentẽ quoque disponentium, quam uerba ostendunt l. Labeo de supellect.leg.secus est in casu istius limitationis, in quo non ex uerbis, neque ab expressione facta per contrahentes vel disponentes, eorum uoluntas in casu omisso colligitur, sed tantum ex con
8 iectura uerisimilitudinis,quæ omnia † media licet habeant eundem finem colligendæ uoluntatis disponentis, non tamen possunt dici eadem, cum specie legali differant, l. pri. C. com. de leg. l. cum filius §. uarijs de leg.secundo, l.quod in hærede §.eligere de tribut.actio.& l.ult.C.de eodicil.cum similibus.

Extendi autem hanc limitationem Lancel. Galiaul. in d.§. & quid si tantum sub numero 22. ut
9 procedat etiamsi necesse esset uenire † contra id quod uerba important,per l.heredes mei,§.cum ita ad senat.Trebelli.l publius §. fin.de conditio & demonstrat. & auctoritate Castren. in consilio 58. part.primæ.

Aduersus tamen hanc protensionem opponit ipse præter cæteros, quòd uoluntas ac uerisimilis mens ipsius testatoris non attenditur, ubi ex uerbis
10 non colligitur † uel proprie, uel saltem largo modo gloss.in l.cum uirum ubi notat Sal.C. de fideicom. Bar.in l.in ambiguo de reb.dub.dum respondet ad leg non aliter de legatis tertio,cum simil.per illum adductis.

Item quia mens testatoris non seruatur ubi in di
11 spositionem † non transierit,l.quidam cum filium ubi Bal.& Imol.de hæred.instit.

Item quia casus omissus pro omisso omnino ha-
12 betur, etiamsi testator † de illo interrogatus uerisimiliter dispositisset. Bal.in l. unica col.ulti. C.de ijs qui ant. apert.tab.ita ut casus contingens præter ordinationem disponentis non comprehendatur sub dispositione,etiamsi in casu omisso maior esset ratio disponendi, ut per Cyn. in l. quod fauore C. de legibus Ancharan.in consi.356.colum.3. & ad
13 l.Titius † §.Lucius de lib.& posth. respondet quòd ibi testator erat in probabili errore, præterquam quòd dispositio quę expressim fuerat facta in uno casu, facile ab expresso influebat in casum omissum ad l.tale pactum §.fin.de pact.respondet qđ ibi principaliter fuerat stipulatum hæredibus,& nomẽ fratris fuerat adiectum demonstrationis gratia,insuperque opponit de leg. si quis ita. §. si quis cum ignoraret de testam.tutel.

Tandem pro resolutione, inquit, admittendo
14 contrarium dicti §. si quis cum ignoraret, † quod aut

aut disposítio facta de una re uel persona est trahenda ad aliam,& tunc non procedit limitatio, sed habet locum dict.§.si quis cum ignoraret.aut agitur de dispositione facta circa eandem personam, trahenda de uno casu ad alterum,& tunc si uerisimilis concurrat mens testatoris uel dispenentis,fit protensio iuxta formatam limitationem atque extensionem, confirmat hanc resolutionem per id quod uult Bar.in l.qui filiab. de legatis primo, ubi uult
15 † quòd significatio huius uocis, filiarum, extendatur ad posthumam,tamen quando certum est,testatorem non sensisse de posthuma, ut quia putabat, uxorem esse sterilem,non admittitur posthuma in dispositione facta de filiabus,rationem autem huius resolutionis esse dicit, quia ubi est alia persona uel res de qua testator non disposuit, licet uerisimiliter idem disposuisset, ideo non fit extensio, quia nihil omnino circam illam personam uel rem reperitur fuisse dispositum, sed ubi est eadem persona uel res, licet fiat extensio de casu ad casum, tamen fit circa subiectum de quo reperitur esse dispositũ & propterea,cum non fiat tanta digressio, nec possit dici nihil omnino fuisse dispositum toleratur interpretatio.

16 Sed quamuis † elegans ac subtilis sit ista perpensio Lanceloti Galiaul.non tamen iudicio meo conuellit propositam difficultatem de uerisimili testatoris uel disponentis mente non attendenda, quando ex uerbis dispositionis non adiuuatur propterea pro extensione hac defendẽda Ego credere repetẽda esse ea quæ in proximè præcedenti limitatione
17 diximus,uidelicet ut etiamsi uerba † principalis dispositionis refragantur,uel non deseruiant,si modo ex aliqua alia parte dispositionis uerisimilis disponentis mens adiuuetur uel conijciatur,tunc quoq; aduersus illum repugnantem,aut certe non deseruientem sensum uerborum principalis dispositionis, fiet comprehensio casus omisi coniecturata illa uerisimili mente disponentis ideo uidemus
18 substitutum † post mortem uxoris, cui prædiũ relictum a marito fuerat donec uidua permaneret, muliere ad secundas nuptias transeunte, habituram esse prædium, secundum Ioannem Andream ad Specul.in rub. de secund.nupt. Bal.in authen.quod locum,C de secund.nupt.Paul de Cast. in l.si mater,C.de instit.& substit.Alexan.in dicto §. & quid si tantum in l.mulier ad Senat.Trebellia. & in consilio 100.uolum.4.

19 Hinc etiam poficiscitur † ut si testator filium nasciturum instituerit,eique si in pupillari ætate, uel postea quandocunqne decederet, aliquem substituerit,admittatur substitutus etiam non nato filio, l.fin.C.de posth.hæredib. instit. secundum Guliel. de Cune.quem post Barto. refert ac sequitur Soci. in l.prima,de uulg.& pupill.quibus ad stipulantur notata per eundem Socin.in consilio quinto,in principio,uolum.3. & per Deci.in consi.227. & est cõmunis opinio,ut substitutio extendatur de casu ad casum,ut per doctor. in dicto §. & quid si tantum, cum ijs quæ scribit Ias.consil.203.uolum. secundo, columna secunda,& tertia,latissime,quę conclusio
20 uera est † exceptis tribus potisimè casibus, quorũ primus est, quando uerisimilis mens testatoris staret non pro comprehensione,sed pro exclusione casus,quia tunc extensio non fieret,sed reijceretur,ut per Ancharan.in dicto consilio 356. ex serie testamenti,& per Fulgos.consilio 49.ex facto proponitur, de quo late disputat Barbat.in capitulo Raynutius, de testam secundus est quando substitutio
21 † esset facta in pœnam instituti,secundum Barto. in l.pater Seuerinam de cond.& demonstr. & Dec. in consi.273 in consil.290.& consi.297. tertius est
22 quando ageretur † de extensione facienda de persona ad personam,quæ nunquam fit etiam ex uerisimili mente testatoris, l.Titius in principio de liberis & posthumis, cum alijs relatis per Dec. consil. 394.& Ias.consi.220.lib.2.

Restringitur modo ista conclusio supra relatæ secundæ limitationis, quando non fieret digressio
23 † ad aliam personam uirtute inspecta, ita loquuntur iura a Bar.& alijs,qui illum sequuntur, citata. Secus si fieret transitus ad aliam personam,quia tũc etiam si casus esset talis,de quo testator interrogatus ita uerisimiliter disposuisset nihilominus non datur extensio per textum in l.si ita quis §. pen.de test. tut. melius dicit Dom.Alcia.facere tex.in l si ita stipulatus §.Chrysogonus de uerb.oblig.Dom.inquã Alcia.in dicto § & quid si tantum sub nu.29. ibiq; Crot.sub nume.53.dicit pro eadem facere gloss.cõmuniter approbatam in l. Titius in principio de liberis,& posthum. quam probant ibi Dyn. Angel. Nicol.de Neap.& Raph.cum.Cyn.in l si pater,C.de hæred. instit.Dyn.& Bar.in dicta l. si quis ita de testam.tut.pro qua considerat duas uulgatas regulas quibus in discursu postea respondet,cum opinionẽ contrariam complectatur,ut infra dicemus,uideli
24 cet quòd actus † agentium non operentur ultra eorum intentionem l.non omnis si cert. pet. item uoluntatem testatoris interpretandam esse secundum
25 id † quod testator opinabatur,l.quo loco,§.primo de hæred.instit.
26 Contrariam sententiam † firmat Crot. loco iam relato contra gloss. in dicta l.Tirius in princ quam dicit in puncto iuris sibi uideri ueriorem, eamque glo.ibi reprobari ab Imol.Castren.& Aret.eodemque Castr.in l. sicut certi, C.de milit. testam.sicque impugnando glo.uidetur quoque uelle impugnare hanc restrictionem Areti.primum per tex. in l. tertia,C.de inoff.testam.ponderando rationem illius tex.dum inquit repentini casus iniquitas coniectura maternæ pietatis emendandaest. Rursus quia
27 præsumendum est,quod si pater sciuisset,se habere alium filium illum instituisset quoque hæredem,argum. l.illud in fin.C.de collatio.& l.ultim.C.commu.utr. iudic. & l. qui iure militari de milit.testamen.
28 Item † quia testamenti annullatio quædam pœna est,l.fin.C.de posth.hæred. instit. ibi ne pœnam præteritionis patiatur, pœna nisi delinquenti imponitur, l.absentem de pœn.ignorans autem non dicitur delinquere l. si quis ignorans locat. l. item apud labeonẽ, si quis virgines de iniur. ergo, &c.

Postre-

29 Postremò † quia in ijs quæ non consistunt in so lo animo, magis attenditur ueritas, quàm quod qs opinatur, l.fin.de crim. expil. hæred.in fin.l.fin. §.si a pupillo de usur.Barto.in l.si is qui putabat de acquir.hæredit. maximè quando agitur de euitanda pœna, Bart.in l.genero de ijs qui not.infam.& in l. inter omnes, §.recte de furt. Sed hic agitur de annullando. testamento, non autem de faciendo extensionem de persona expressa ad omissam, d.l.fin.
30 C.de hæred.institut.ergo &c. Ad tex.† in dicta l.si quis respondet tripliciter, primum quòd loquitur in datione tutelæ, quæ licet sit fauorabilis pupillo, est tamen odiosa tutori, & ideo sit interpretatio, ut filijs quos nesciebat se habere, non intelligatur esse datus tutor. Ad hæc quia in dationæ tutelæ uersatur solius fiij fauor in hęredis institutione filij & testatoris. Præterea quia ibi non extendendo dationem tutelæ non uitiabatur testamentum neque tutela, hinc nisi fiat extensio totum testamentum uitiatur, vnde non debet ex tam diuersis inferri. Ad
31 regu.† l.non omnis, respondet eam non procedere in ijs, sine quibus uoluntas suum sortiri non posset effectum, ut per Bar.in l. Barbarius in sexta colum. versicu. secundo oppono: & quando adesset uoluntas implicita, ut eorum utrunque adest hic. Ad
32 reg.verò l.quo loco, §.primo de hær.instit. † respondet eam cessare quando agitur de sustinenda uolũtate defuncti, quia tũc potius inspicitur, quod erat in ueritate, quam quod erat in opinione, §. si quis rem instit.de legat.
33 Quid dicendum erit in hoc negocio, † ego non credo a communi Doctorum sententia recedendum esse, præcipuè quia, ut dicebat Lancelot. Galiaul.& supra retulimus ad aliud propositum in d.§. & quid si tantum sub num.24.apertissime diuersitatis ratio relucet inter casum quo agitur de extensione facienda ad diuersas personas, ex uerisimili mente testatoris, & casum quo tractatur de extensione facienda de casu expresso ad omissum in eadem persona.
34 Nam priore casu † cum in diuersa illa persona ad quam tentatur extensio fieri, nihil reperiatur omnino dispositum sed remaneat negocium solum in terminis nudæ uerisimilis uoluntatis ipsius disponẽtis, citra omnem opem alicuius dispositionis, tunc non potest illa uerisimilis uolũtas defuncti aliquẽ
35 effectum producere, tum quia † uoluntas in mente retenta nihil operatur, l.si repetendi, C.de cond.ob caus.etiam si maior disponendi ratio militet in casu in mente retento Cyn.in l.quod fauore, C.de legib. Ancharan.in supra cita.consi.356.colum.3.
36 Tum quia uoluntas testatoris † quæ non transit in dispositionem non attenditur, l.quidam cum filium ubi Bal.Imol.& Ang.de hæred. instit.ita ut si uel a propria uel ab impropria verborum significatione non adiuuetur, nulla eius habeatur ratio, Barto.in l.in ambiguo de rebus dub. l.tertia, ubi Alex. & Ias.C.de lib.præter. cum simil. supra libro primo cita.t
37 Posteriore vero casu, † quia illa uerisimilis mens testatoris habet in alio casu in eadem persona dispositionem testatoris, propter symbolum ac proportionẽ quæ inducitur de casu ad casum, propter
38 identitatem personæ, † facilior fit ad progressionẽ ipsam transitus, l.in rem §.item quæcunque de rei uendic.§.si tamen instit.de rerum diuis. l. iam hoc iure de uulg.l.humanitatis.C.de impub.& alijs substitutio.l.in testat.C.de testam.milit.cum similib.a Bar.& Doctor.adduct.in l.centurio de uulg.& pupill.in prima oppositi.Bar. Quibus accedit, quòd
39 † nunquam persona extrin secus assumit, uel subintelligitur, l.si ita stipulatus §. Crysogonus in fine, cum similib. ibi adduct. in gloss. in versiculo nunquam.

Addendum est insuper, quòd quatenus hæc disputatio attingit institutionem, uel exhæredationẽ
40 respicit formam testamentariam, † quæ iuris est publici, l.tertia, de testam. l.inter cætera de lib. & posthum.quæ ubi offensa est, actum prorsus nullũ facit.l.prima, §.si quis ita de uerbo. oblig.dicta l.inter cætera, §.primo, instit.de liber.& posthu. l.non dubium, C.de legib.neque priuatum aliquod inter esse attenditur, l.ius autem ubi Bar. & alij de pact. l.nec ex prætorio de reg.iur.Dec.Ias.& alij in l.pen. C.de pact.
41 Neque mouet † tex.in dicta l.tertia, C. de inoffi. testam.quia ubi cum uerisimili testatoris mente concurrebat duplex alia causa, uidelicet fauor filij, & iustum impedimentum quas causas uult Aretin. inducere limitationem communis conclusionis in casu dictæ l.tertiæ, quæ limitatio quamuis non placeat ei, qui dicebat hasce easdem causas concurrere in dicto §.pen.d.l.si quis ita de testam.tutel.nihil ominus Dom.Alciat. in d.§.& quid si tantum, sub num.29.respondet non esse uerum, quia est modicus fauor, quòd pupillo detur tutor testamẽtarius cum possit habere datiuum uel legitimum, qui tenebitur satisdare testamentarius sion teneatur inst. de satisdat. tuto. in principio, & sic erit filij fauor, non habere testamentarium, qui etiam pro Aret. dicit facere notat. per illum text. in l. cum auus de
42 condit.& demonstr. Præterea dici potest † quòd in casu d.l.3. mater probabiliter ignorabat tempore conditi testamenti an præter illos duos filios quos habebat tertium posthumum esset susceptura, & propterea ex causa probabilis ignorantiæ, & iusti impedimenti, quod supernenit, ne testamẽtum mutare ualeret, fit extensio de persona ad personam, secus est in casu glo.in d.l. Titius in princ. & Crot. ac nostro, quia filius iam natus erat, & quamuis testator crederet illum esse mortuum, nihilominus sua credulitas non habebat iustam excusationem, eo quia habebat iuris præsumptionem contra se,
43 quæ est † quòd quis præsumitur uiuere usque ad centum annos, nisi mortuus probetur, l.ult.ubi gl. & Doctor.C.de sacr.sanct.eccles.glo.Bar.& Doct. in l.secunda, §.si dubitatur quemad.testam. aper D. Alcia.de præsumpt.regul.prima, præsump.44.

Nihil quoque releuat quòd si pater sciuisset se habere filium illum hæredem instituisset, quia respon
44 detur, quòd etiamsi pater ignoraret, † cum tamẽ probabiliter potuerit etiam putare se filios habere posse,

posse,& non prouiderit ea prouisione qua potuit, uel exheredando,uel instituendo,debuit sibi ipsi imputare,si postea eius testamentum tanquam nullū non seruata forma annulletur, dicta l. inter cœtera de lib.& posthu. quia damnum quod quis sua culpa &c.iurib.vulgar.

Nec releuat quòd annullatio actus sit pœna, & ubi non est peccatum ibi quoque non debeat esse
45 pœna, quia respondetur, † satis dici peccatum cum negligens fuerit in præsumendo eo quod cõtingere potuit l.qui occidit §. in hac ad leg. Aquili.& ubi negligentia inrercedit ius non excusat a pœna dicto §.in hac & l.ult.C.de anna.exceptio.

46 Non obstat vltimum, quia † si in ijs quę non dependent a solo animo magis attenditur ueritas quã opinio, ueritas erat illum filium habere, & ueritas fuit illum non fuisse à patre institutum hæredem, ergo secundum veritatem debuit testamentum corruere.

Stat igitur ex prædictis firma resolutio,q ubi fit
47 transitus de persona ad personam, † ibi non est licita extensio ex uerisimili mente defuncti, uel disponentis. Quam conclusionem limitat D. Alcia. locum nõ habere in quinque casibus in d.§. & quid si tantum sub num.29.

48 Quorum primus † est quando concurreret filij fauor & iustum impedimentum, per l.3.C.de in̄ off. testam.

49 Secundus est quando † in casu expresso esset apposita aliqua qualitas quę postea reperitur in casu permisso, per l.tale pactum §.fin.de pact, facit l.si totas,C.de inoff.donatio.& quæ scribit Baran l.Titia,§.imperator de leg.2.

50 Tertius est † in casibus in quibus conditio loquẽs in hęrede,completur in hærede hæredis, secundum l.sub diuersis,§.fin.& l.cum ita damus §.fin.de condi.& demon.arg.a fortiore,quia si in ijs extenditur conditio,quæ difficilius extenditur quam dispositio l.si penum, quando dies leg.ergo ex dispositione.

51 Quartus est † quando dispositio aliter non haberet effectum,tunc enim permittitur extensio,ut per Bar.in l.si ita stipulatus fuerim abste de uerborum oblig.& Ias.in l.quæ de legato, uersicu.decimo, de legat.primo.

Quintum addit ex ijs quæ dixit in tertia conclusione. Sed ego in ijs casibus examinandis non insi-
52 sto, † neque alios addo,tum ne res nimis in immensum crescat, tum etiam quia supra in materia correctoria & pœnali prosecuti fuimus abundè omnes casus,quibus posit proxime firmata conclusio limitari. ideoque qui plura uelit, inde illa petere posit.

SVMMARIVM.

1 *Extensionem in dispositione pura admitti, quando casus omissus est similis expresso.*
2 *Tex.in l.fin.§.fin.mand.uarie intellectus. nume. 3. 4. 5.& 6.*
Vbi præter cœteros inducitur pro Bart.
7 *L.fin.C.reb.alien.non alien.perenditur.*
8 *L.secunda,cum glos.C.de usucap.pro emp.inducitur.*
9 *Prohibitionem, alienationis esse odiosam.*
10 *In eaque extensionem admitti.*
11 *Quid sentiat Garci.de intellectu l.fin.§.fin.mand.*
12 *Contractum mandati esse bonæ fidei.*
13 *Auctor quid sentiat circa communem intellectum d.l. fi.§.fin.num.14.*
15 *Quid si ob similitudinem casuum,tentaretur progressus ad alias personas.*
16 *Omnem disputationem extensionis faciendæ de persona ad personam, quamuis materia sit brocardica reduci ad tria capita.*
17 *Quando agitur de actione quærenda non fieri extensionem de persona ad personam.*
Quia refert a quo fiat.
18 *Vbi tractatur de pœna euitanda, fieri extensionem de persona ad personam, quia non refert a quo fiat.*
19 *Quomodo intelligenda sit l.si puellam, quæ est ult. C.si manci ita fuer.alie.ut manu.num.20.*
21 *Testator si iussit picturas ab hærede fieri sub certa pœna in quadam ecclesia,& reperiantur factæ,hæres excusatur a pœna.*
22 *Idque procedere in pœna ex communionis, quæ ab episcopo imponitur contra non implentes uoluntatem defuncti.*
23 *Bartolum contrarietatis argui.*
24 *Et uarie seruari; num.25.*
26 *Et præter cœteros ab auctore.num.27.*
28 *Extensionem quoque fieri quando effectus omissus non omnino esset æquipollens.*
L.2.§.legatis de iudi.declaratio.ibi.
29 *Odofredi ac Dom.Alciati eadem in re sententiæ contrariæ referuntur.*
30 *Sed conciliantur.num.31.& 32.*

Quid censendum sit quando casus omissus in dispositione pura est similis expresso, & ageretur de extensione facienda ad aliam personam.& quando effectus non omnino esset æquipollens.

CAP. V.



1 Imitatur tertio loco principaliter ista conclusio, ut locum nõ habeat, quando casus omissus est † similis expresso,atque habet eundem effectum, tunc.n. licet non appareat de mente disponentis nihilominus fit extensio de casu ad casum,Barto. supra cita. in dicto, §.& quid si tantum,adducit tex.in l.si §.fi.mand ubi dicitur mandati tenere eum qui iusserat fideiuber. pro Meuio,si mandatarius non fideiusserit,sed mãdauerit,& sic actum diuersum a forma mãdati egerit,quia tendebat is ad eundem finem cum actu in mandato expresso.eratque illi similis quamuis non
2 fuisset expressus,sed hunc † tex.dicit Areti.in dicto §.&

§.& quid si tantum,non probare absolute hanc cõ
clusionem in omni dispositione hominis,quia loqui
tur solum in mandato,quod sit gratia mandantis
3 sed dicit † Crot.in dicto §.& quid si tantum sub nu.
58.se mirari,ut Aretin.tantum errorem ptædica-
uerit,quia ibi agitur de mandato ad fideiubendũ,
quinimmo Dom.Alciat.in dicto §.& quid si tantũ,
sub num.33.inquit,quod licet doctor.ita transeant
4 † nihilominus ille text. sibi uidetur mirabilis,&
non modo probat conclusionem Bart. sed etiam il
5 lam ampliat, hoc est ut procedat † etiamsi per il-
lud æquipollens præiudicaretur disponenti, quod
fieret in casu expresso,declarando.ut ibidem per eũ
& re uera non potest inficias iri quin text. ille egre-
6 gie probet sententiam Bar.† non solum in mandato
sed & in quacunque alia dispositione,in qua simili
tudo & identitas finis uel effectus casus omissi cõ-
curreretcum casu expresso, quia qua ratione, imo
etiam a fortiore tolleretur illa decisio in actu man-
dati, cuius fines sunt diligenter obseruandi'.
l. diligenter mand. capitulo cum dilecta de rescri
pt. idem admittẽdum in quacunque alia dispositio
ne humana in qua eadem uersaretur casus similitu
do,& effectns identitas.

7 Adducitur quoque pro hac limitatione † tex. in
l.fin.C.de reb.alien.non alienan.ubi habetur in ulti
mis uoluntatibus & in contractibus alienationis
appellatione uenire etiã alienationem impropriã,
per quam non transfertur dominium ut est consti-
tutio pignoris,& ususfructus,iuxta tradita per Bar.
8 in l.in quorum de pignor. Rursus adijcitur † textus,
in l.secunda,iuncta,ibi glo.C.de usucap.pro empt.
quam recipiunt Bar.& Doctor.in l.filiusfam,§.di-
ui.de legatis primo quæ uult, ut.sub prohibitione
de non alienando comprehendatur omnis actus,
per quem dominij trãslatio fieret,qua de re omniũ
plenissimè disseremus in l. alienationis de uerbo.
signific.

9 Hincque elicit Io.Crot.† secundam extensionem
ad prædictam limitationem,ut locum habeat etiã
in materia odiosa, quia prohibitio alienationis est
odiosa,§.nos ergo in auth.de restit. cum auferat in
genuo homini liberam de rebus suis disponendi fa
cultatem,l.non usque adeo, si quis a par. manum.
10 fuer. Quibus accedit † quod scribit Bar.in l.alio de
alim.& cibar.legat.ubi uult facultatem datam a
testatore executori dẽ uendendo, progredi in quo-
cunque contractu, per quem impletur eadem cau-
sa,cuius gratia fuit data illa facultas Fortu.Garci.
in dicto §.& quid si tantum sub num.112.versic.At
tende diligenter impugnat hanc conclusionem &
11 † dicit sine diuersa ratione inuolui uerba,quia pu
tat ipse in casu dictæ legis fin.§.fin.mandat. eam de
cisionem ibi non firmari ex eo, quòd adsit simílitu
do casus,& identitas effectus, sed ob solam uolun-
tatẽ disponẽtis uel mãdantis,ut de mandato tenea
12 tur est.n. contractus † mandato bonæ fidei,cuius ea
dem est ratio quæ est in contractu societatis, ut æ-
quitate debeant casus omissi interpretari, l.con-
sensu de actio.& oblig.& insti.de obligatio. quæ ex
consensu §. fin. nam ratio cur ibi iurisconſ. decidat
me teneri mandati actione, est inquit, quia contra
ctus mandati est bonæ fidei,& ideo in casibus omis
sis æquam habet interpretationem, licet enim man
datarius non fideiusserit, quia tamen propter lite-
ras mandantis, mandauit mandatarius quod est
idem quantum ad intentionem mandantis, atque
si fideiusserit, propterea deciditur ibi mandantem
mandati actione teneri.

13 Quid constituendum erit,† ego puto ueram esse
Bart.& aliorum opinionem, ut ibi ille casus omis-
sus sit ob similitudinem ac effectus identitatem
comprehensus,quia si inspiciatur persona illius,cu
ius gratia factũ fuerat mãdatũ,non est dubiũ,q; siue
mãdatarius fideiusserit,siue mãdauerit,idẽ resultat
effectus, & sic si intueamur principalem scopum
illius actus,qui semper inspiciendus est, in interpre
tando actu,l.si tibi,l.si quis nec causam si cert.peta.
cum simil.illa comprehensio actus omissi fiet ob si
militud.nem,& effectus identitatem,neque mouet
quòd ex interpretata mente ipsius mandantis intro
14 ducatur illa comprehensio,† quia respondetur licet
per medium similitudinis supra relatæ, atque iden
titatis effectus conijciatur mens mandantis, non
tamen posse dici doctores uerba inuoluere sine di
uersitate rationis, quia manifestissima est rationis
diuersitas inter hoc medium conijciendæ mentis
disponentis,& alia supra relata.

Extenditur hæc limitatio primo loco secundum
D.Alciat.in dicto §.& quid tantum, sub d. nu.33 ut
15 procedat † etiam quando fieret extensio ad aliam
personam,per l.cum seruus de uerbo.oblig.ubi ser
uus qui pactus fuerat pecuniam, & reum dederat
ut mamitteretur,non refert an fuerit manumissus
ab eo cum quo pactus fuerat,an uero ab alio, quia
non refert à quo fiat quod faciendum est, modo
fiat,idque Dom.Alciat.intelligit, dummodo fiat
citra præiudicium tertij. Vos tamen dicite quod
16 quamuis hæc materia sit Brocardica,† & tam latè
pateat,ut dicat Bar.in d.l.cum seruus quod per eã
posset totum corpus iuris perquiri, reducitur illa
tamen per Dyn.Bar.Alberi.de Rosat.Ias.& alios in
d.l.cum seruus de uerb.obligat.ad tria capita.quia
aut agimus de actione quærenda,aut de pœna eui-
tanda, uel de iure conseruando.

Primo casu concludunt Bar.& doctor.non pro-
17 cedere extensionem † quia refert a quo fiat, iuxta
nota.in dicta l.cum seruus, secundum unum intel-
lectum glo.ibi,& l.secundam, de condi. & demon-
stratio. ac l fin.de conditio.& instit.

Secundo casu quando agitur de pœna euitanda
18 † resoluunt protensionem fieri, cum non referat a
quo fiat,per l.si puellam quæ est l.ult.C.si mancip.
ita fuer.alien. ut manumit.sed Ias.in dicta l.cum ser
19 uus inquit animaduertendum † esse, quia lex illa
nihil facit, eo quod loquitur in dispositione legali
tribuente libertatem uigore promissionis, quæ suc
cessit in locum dispositionis hominis,ideò facit ces-
sit in locum dispositionis hominis,ideò facit cessare pœnam,non autem loquitur quando alius tol-
lere pœnam,non autem loquitur quando alius ter-
tius impleret simpliciter secundum Paul. de Castr.
Raph.cum.Alex.& Aret. ego tamen puto illam fa
20 cere,† quia ut ibi deciditur quãtum ad euitandam

pœnam

pœnam promiſſam, non refert an puella illa fuerit ab emptore manumiſſa, an uero ex diſpoſitione legis fuerit libera facta, ſic idem dicẽdum eſſet quãdo & ab alio. Tertio fuiſſet manumiſſa, citra mentem ipſius emptoris, quia quantum ad euitandam pœnam non uideo differentiæ rationem inter utrũque caſum cum, & in illa liberatione legis actione ſupponatur facta fuiſſe manumiſsio contra uoluntatem emptoris, ut ſonant uerba illa, non ſeruata fide, nihilominus eam raptam extueſtigio ſeruitutis ad libertatem quæ præſtari potuit, conſtitit, propte
21 rea recte infert Barto adquæſtio.† quam dicit ſe uidiſſe de facto, Quidam teſtator iuſſerat fieri quaſdã picturas in aliqua eccleſia ab hærede ſuo ſub certa pœna, reperiuntut illæ factæ eſſe, ſed neſcitur a quo an ſufficiat eas factas reperiri, ad hoc ut hæres euitet pœnam, & reſpondet ſufficere, iuxta notat. in auth. hoc amplius, C. de fideicom. idemque ait eſſe
22 in pœna excommunicationis, † quæ imponitur ex conſtitutione Epiſcopi contra non implentes uolũtates defunctorum, quod extrahitur ad caſum, quo iuſſiſſet ſibi capellam, ut uocant, ſeu ſacellum in aliqua eccleſia ædificari, & haſce illationes firmant quoque Bar. & Bald. in l. fi. C. de alim. pup. præſtan. & Petr. Anchar. in cap. fundamenta, in ſexto notab. de elect. lib. 6. Alexan. & alij in d. l cum ſeruus.

23 Eſt uerum † quod Bar in l. qui ſub conditione rationum, quæ eſt lex antepen. de cond. & demonſtr. uidetur probare contrarium eius quod hic dixit, uidelicet non ſufficere expreſſum eſſe factum, niſi qui eam facere tenebatur probet ſe feciſſe, per tex. in l. excellentia, C. de erogat. milit. anno. lib. 12. In illis uerbis flagitantibus eiſdem erogaſſe monſtra-
24 uerit. Sed Io. de Imol. in † dicta l cum ſeruus, reſpondet poſt conſideratam hanc Bar. contrarietatẽ dicta Bar. in d. l. cum ſeruus locum habere quando adeſſent aliquę coniecturę, quòd is ſumptus feciſſet qui allegat eos feciſſe, alias ſecus. Aliter reſpondet
25 Alex. † in d l excellentia tua, uidelicet illum text. nihil facere, quia ibi nõ negatur quin ſufficiat probare milites tantam annonam habuiſſe, quanta illis debebatur, tametſi ſuſceptor annonæ non probet per ſeipſum dediſſe, & hæc reſponſio Alex. eſt concludentior ad eleuatam difficultatem, ubi ſuppona tur Barto. ſibi ipſi fuiſſe contrarius, ſed ego habeo
26 † pro abſoluto nullius contrarietatis argui poſſe Bar. hac in re, quia is loquitur in materia redditionis rationum, in qua non dicitur eſſe ſatisfactum capitibus impenſarum niſi realiter probatum fuerit impenſum fuiſſe, quod in libro rationum ſcriptum eſſe reperitur, & ideo præſumptionibus non eſt locus, quantum ad probandam quantitatem impenſarum, ſed ea probata non negat Bar. quin ſi certa quantitas fuerit expenſa in utilitatem rerum quæ adminiſtrabantur per illum ſeruum qui liber eſſe iuſſus fuerat, quaſi ille adſcripſerit ſe feciſſe, etiam ſi per alium factæ fuerint, quin præſumatur in dubio ipſe feciſſe, quantum ad euitandam pœnam ſeruitutis, & adipiſcendum præmium libertatis, & ſic nulla eſt contrarietas inter dicta Bart. Præterea
27 † ille tex. dicta l. qui ſub conditione loquitur in caſu claro quando certum eſſet ſeruum ad ſcripſiſſe pro expenſo rationibus, quod non impenderat, nos loquimur in caſu dubio. Vnde ab uno ad alterum nõ poteſt inferri, iur. uulgar.

Extenditur ſecundo, ut procedat etiam negatiuè
28 ubi ſcilicet effectus omiſſus non ſit omnino æquipollens, per tex. in l tutor §. fin. de iur. iur. iuncta gl. in l. ſecunda, eod. tit. quibus poteſt addi text. in l. ſecunda, §. legatis de iudici. ex quibus omnibus reſultat quòd etiam ſi in iure cautum eſſet ſolum, ut legati, quamdiu in legatione eſſent, nõ poſſent Romæ conueniri, nihilque de iuramento dictum eſſet nihilominus quadam rationis identitate, aut ſaltẽ ſimilitudine poſſe dici ac decidi idem in iuramento
29 ſed Odofred. † ibi uidetur ſupponere alia ratione id ibi decidi uidelicet, ne ſi iureiurando uexari poſſet, alia uia legatus circumueniretur contra eius priuilegium quod eſſe non debet, l. ſcire de tutor. & curat. dat. ab his, cum delinquendi octaſionibus haud quaquam ſit aperienda uia l. conueniri, de pact. dotal. l. non eſt ſingulis de reg. iur. cum ſimil.

Quæ conſideratio uidetur oſtendere aliter eſſe concipiendam extenſionem quam faciat D. Alcia.
30 Verum poſſet dici † Odofre. ſententiam ſic ut ſupra confirmatam coniungendam potius eſſe cum aſſertione D. Alciati, vt hæc faciat extenſionem illã rationem adijciat, quam ut ſeparatam inuehat protenſionem.

Ratio enim cur ad caſum non omnino æquipol-
31 lentem fiat progreſſus, † eſt, ne diſpoſitio facile eludatur, aut illa fraudandi uia aperiatur, contra l. non dubium C. de legi. & l. ſi prætor de iudi. quæ ratio haud facile ſeperari poteſt a dicto, & ideo unam eandemque cum dicto conſtituit extenſionem, quãuis negari nõ poſſit, quòd ſiquis maioris diſtinctionis gratia plures uoluerit conſtituere ampliationes ex principalis aſſertione, & ſuis rationibus, uarie in
32 ducendo illum textum, commodè † quoque id facere non poſſit, §. ſed quia ſane commodius inſtit. quibus mod. teſtam. infirment. prout in ſim l. fecimus ſupra in materia correctoria & pœnali, lib. 6. & 7.

SVMMARIVM.

1 *Progreſſum quoque in pœnis dari ob ſimilitudinem caſuum.*
2 *Propter commixtionem familiarum, ac iure ſanguinis caſus ſimiles ſeparari haud quaquam poſſe.*
3 *Dominorum mors inulta eſſe non debet.*
4 *Ob publicæ utilitatis finem extenſionem in pœnalibus dari.*
5 *Idemque eſſe eiuſdem rationis gratia.*
6 *Conceſſa facultate uendendi executori cenſetur data eſſe facultas & realiter diſtrahendi.*
7 *Diſpoſitionem iudicis, uel prætoris non trahi ad caſum omiſſum.*
8 *Nec quando caſus omiſſus importaret eundem effectum, ſecundum fictionem, non etiam ſecundum veritatem.*
9 *Et quando diſpoſitio eſſet facta in caſu in quo ſtricta fieret interpretatio.*

Aut

10 *Aut diuersa militaret ratio.*
11 *Qui casus unicus omnes supra dictos comprehendit.*
12 *Quando casus non est omnino omissus ex mente disponentis extensionem fieri.*
13 *Fideicommissum iniunctum filijs sine liberis decedentibus, intelligi quoque iniunctum esse filijs non natis.*
14 *Nisi testatoris descendentes excluderentur.*
15 *Inter casum mortis, & non natiuitatis non esse aliquã constituendam differentiam.*
16 *Substitutum filio masculo nascituro si morietur in pupillari etate, admitti quoq; ubi mortua matre exacto utero filius extractus sit, & moriatur in pupillari ætate.*
17 *Conditionem si institutus efficiatur presbiter, locum habere etiamsi is ante presbiteratum moriatur.*
18 *Deficere non dici, quod nunquam incepit.*
19 *Sed id stricta inspecta significatione procedere non etiam larga. num. 20.*
21 *Testator quando unum tantum casum expressit, in alio quoque prouisionem facturus, si euenturum credidisset, facit locum extensioni.*
22 *Propter symbolum seu proportionem, casum non dici omnino omissum.*
23 *Idemque esse quando ageretur de mixto comprehendendo sub simplicibus.*
24 *Vel quando expressum esset id quod frequentius contingeret.*
25 *Aut in eo essemus cui aliquid ex consuetudine accederet, unde.*
26 *Negociatur mandans Titio ut pecuniam mutuo accipiat intelligitur etiam sub usuris.*
27 *Sed hunc casum fere cum supra relatis in idem incidere.*
28 *Breuis epilogus eorum omnium quæ dicta sunt de extensione facienda in dispositione pura.*

An recipienda sit prædicta limitatio in pœnis. Et quando casus non est omnino omissus.

CAP. VI.

TErtiam addit ampliationem Dom. Alciat. in dicto §. & quid si tantum, ut progrediatur quoque dicta limitatio in pœ-
1 nis,† per text. in l. prima, §. si pater & §. sequent. ad Syllanian. ubi prouisio loquens in seruis suis, protrahitur etiam ad seruos uxoris, & ad seruos filij emancipati etiam militis qui non dicuntur proprie sui, sed in effectu sunt idem, ideo extenditur, & hanc dicit esse rationem ipsius legis, non n.
2 propter commistionem familiarũ ac iura † sanguinis, ut dicit tex. in §. si vir in dicta l. prima, & notant Bar. & alii in dicto §. si pater pleniusq; ibi declarat Io. Igne. colum. secunda, tertia, & quarta, quam cœteri faciant, possunt isti casus separari, quin publicæ illius dignitatis fine decidantur, † ne inultra dominorum mors permaneat, cum alias ut inquit iurisconsl. in dicta l. prima, in principio ad syllania. nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui Dominis custodiam tam a domesticis, quàm ab extraneis præstare serui cogantur, quem pub. utilitatis finem supra docuimus libro septimo, in materia
4 pœnali, inducere † extensionem, qua in re, cum latius ibi uersati fuerimus, quàm ut aliquid hic repetendum sit, ulterius non immorabimur. Est uerum quod Dom. Alcia. paulò inferius, nu. 34. in dicto §. & quid si tantum, uidetur cõstituere. Quartam ampliationem ad dictã limit. super uirtute rõnis, pp quam vult vt vbi possit fieri extẽsione debeat fie-
5 ri † ut in l. fin. C. de reb. alien. non alien. & nota. a Bar. in l. in quorum de pignor. & in l. alio de alim. & cibar. legat. cum simil. supra adductis ad aliud propositum, ubi si executori testamentario datur facultas † uendendi, intelligitur quoque data esse po-
6 testas aliter distrahendi, & sic patet, quod uel una tantum ex omnibus uel etiam duæ ex supra dictis constitui possunt ampliationes. Reprimitur modo iam dicta limitat. secundum Crot. in dicto §. & quid si tantum sub nu. 60. & plur. seq. ut locum non habeat tribus in casibus.

7 Quorum primus est † in dispositione iudicis uel prætoris, quę non trahitur ad casum omissum, etiã eundem effectum importantem, ut dicit esse casum multum singularem in l. si pupillorum, §. si prætor de rebus eorum ubi facultas uendendi permissa tutori a prætore, nõ trahitur ad pignoris nexum, quo tamen ad eundem finem tenditur, uidelicet ad æris alieni solutionem, ut in l. ob æs C. de præd. minor.

8 Secundus est † quando casus ad quem fit extensio, importat eundem effectum, non secundum ueritatem, sed secundum fictionem, per tex. in l. fin. C. de ijs qui uen. ætat. impetra. ad quem tex. uarias affert solutiones, & aliqua considerat aduersus hunc casum.

9 Tertius est † quando dispositio reperitur facta fuisse in casu in quo stricta fit interpretatio, quia tunc non trahitur ad alium casum eundem effectũ habentem, per text. in cap. susceptum de rescript. libro 6. qui casus satis latè in utranque partem contrauertatur a Crot.

10 Quartum addit † casum D. Alcia. in dicto §. & quid si tantum, quando scilicet diuersa militaret ratio, per tex. in l. fin. C. de præd. decur. lib. decimo, prout supra diximus in prima limitatione.

Ego reducerem quatuor istos casus ad unum,
11 † uidelicet, ut non uendicet memorata limitatio sibi locum, quando casus ad quem ageretur de facienda extensione, diuersa reformaretur ratione, qa tunc ab uno casu ad alterum non daretur, progressus l. interpositas, C. quod met. caus. & ita intelligen di sunt casus omnes per Crot. supra relati, tam in d. l. si pupillorum §. si prætor de reb. eorum quam dicta l. fina. C. de ijs qui uen. ætat. impetr. & in dicto capitulo. susceptum de rescriptis. lib. sexto, ut etiam facile colligi potest ex ijs quæ tradit idem Crot in discursu dictorum casuum.

Limitatur quarto loco principali antedicta con-

ciusio,

12 cluſio, quando caſus † non eſt omnino omiſſus, tũc enim ſecundum Do. Alciatum dicto lib. 3. de uer ſignifi. ſub nu. octauo, ex mente diſponentis ſit extẽ ſio de caſu ad caſum, exempli gratia ſi uerſemur in
13 fideicommiſſo † in iuncto filijs ſine liberis decedẽ tibus, intelligetur quoque iſtud fideicommiſſum in iunctum fuiſſe filijs non natis, prout conſuluit Soc. in conſi. 52. ut ueram colũm. ſexta, libro primo, Decius in conſilio 228. ſub num. 12. & uerum eſſe docet Apoſt. ad Dec. in l. precibus ſub nume. 16. C. de impub. & al. ſubſtit. præterquam in caſu quo teſta-
14 ris deſcendentes † excluderentur quam ſententiam firmauit ad d. conſi. 228. Dec. quamuis Ruin. contrarium conſuluerit in conſi. 92. lib. ſecundo & male ſecundum eum. Ratio autem qua mouentur Soc. Dec. & alij in ſupra dicti exempli ſententia conſti-
15 tuenda eſt † quia non eſt dare ſecundum eos rationem diuerſitatis inter caſum mortis, & nullius nati uitatis, pro qua re adducunt quod ſcribit Sal. quem ſequitur Alex. in l. fin. C. de poſth. hæred. inſtit. ubi
16 uolunt † ubſtitutum filio maſculo naſcituro, ſi moriatur in pupillari ætate, admitti ſi mortua matre prægnante execto uentre matris naſcatur, & quod tradidit Alex. in conſi. 100. lib. 4. ubi ex pluribus cõ-
17 cludit conditionem in qua dicitur, ſi inſtitutus † efficiatur presbiter locum habere etiamſi inſtitutus non efficiatur presbiter, ſed moriatur ſine liberis, & in conſi. 130. attentis uerbis lib. 2. ubi in alio ſimili caſu idem conſuluit. Sed hanc ſententiam impugnat D. Alciat. loc ſupra relat. ſub num. 8. qui dicit uix ſibi ipſi perſuadere poſſe, ut uera ſit hæc opinio
18 † quia deficere non dicitur quod nunquam incepit l. Titio uſusfructus de condit. & demonſtra. unde ip ſe dicit ſe potius uerius eſſe arbitrari, ut nullo modo ex uerbis, ſed potius ex coniectura mentis talis caſus comprehenſio facta eſſe intelligatur. Nihilo-
19 minus hac in re crederem † ego potius utranque opinionem coniungendam eſſe, ut & menti, & uerbis caſus memorati comprehẽſio ſit adſcribenda, quia licet ſtricte & proprie uerbum deficere non poſſit caſum qui nunquam cœpit eſſe, comprehendere, vt ſcribit Pariſ. in conſi. 74. ſub num. 3. libro 3. nihilo-
20 minus inficias quoque iri non poteſt † quin largo modo deficere quoq; dicatur, quòd nunquam fuit, vt ſcribit Socin. ſen. in conſi. 181. columna tertia, libro 2. & Pariſ. in conſi. 19. ſub num. 185. lib. 2. quia locus non eſt uoluntati quam ſub eadem uerba impropriè non importent, ut per Alex. & Iaſ. in l. tertia, C. de lib. præterit. & plenius ſupra lib. primo diximus.
21 Idem quoque † eſt quoties teſtator unicum caſum expreſſiſſet ueriſimiliter credens alium euenturum non eſſe, alioquin illum etiam expreſſurus, nam tũc ille caſus pro omiſſo non haberetur, l. mulier in princ. ad Senat. Trebellia. ubi caſus emancipationis intelligitur eſſe comprehenſus ſub caſu mortis in cuius diem dilata fuerat inſtitutio fideicommiſſi, quia ueriſimile non erat matrem, in eam uſque diem dilaturam fuiſſe reſtitutionem fideicommiſſi a ſe relicti ſi credidiſſet patrem ante illius matrẽ filios ſuos emancipaturum fuiſſe.
22 Et ratio eſſe poteſt † quia propter ſymbolum non dicitur caſus eſſe omnino omiſſus, nam emancipatio cum morte patris ſimilitudinẽ habet, quia ita per emancipationem liberãtur filii a patriæ poteſtatis ſacris quẽadmodũ morte patris l. mater, C. de inſtit. & ſubſt. dicta l. Gallus, §. & quid ſi tantum de lib. & poſth. ubi glo. in uer. emancipatus, quam ibi ſeq. Bar. & doctor. §. præterea inſtit. quibus mod. ius
23 pat. pot. ſolui. Idem eſſet quando ageretur † de mixto comprehendendo ſub ſimplicibus iuxta tradita per Doctor. in l. ſecunda, in princip. de uerbo. oblig. cum ſimil. Sed quia hac de re plenius infra oportuniore loco agemus ſatis eſt ſummo quaſi indice attigiſſe, ne præſtitutum nobis ordinem confundamus. Addit Dom. Alcia. loco iam relato idem eſſe
24 quando expreſſum fuiſſet † quod frequentius contingeret, nam non cenſeretur caſus rarius eueniens eſſe excluſus, in quo eadem ratio, idemque effectus ſit, iuxta glo. in auth. caſſa, C. de ſacroſ. eccleſ. facit glo. not. in l. ſecunda, ſed & ſi extraneum in uer. filio præcedente de uulg. & pupil. cum ſimil. a me alias ſupra non infugifere congeſtis in materia correctoria & pœnali in limitatio. loquiens de ijs quę frequẽtius contingunt, nec aliud ſtatuendum eſſe quando
25 † id expreſſum foret, cui aliquid ex conſuetudine accederet, nam de eo quoq; quod ex ſequela eſt actũ fuiſſe interpretabimur l. cuicunque §. pen. de inſtit. & ideo docuiſſe Roma. in l. tertia, §. iurari de iureiu.
26 ſi negociator Titio † mandaſſet ut pecuniam mutuo acciperet, intelligendum quoque eſſe mandatũ ut ſub uſuris accipi poſſet, quòd non ſoleant negociatores inuenire, qui alia ratione pecuniam mutuare uelint & poſſent hiſce exemplis plura ſimilia cõponi, ex ijs quæ longè latèque tradidimus ſupra lib. 6. & ſeptimo, in materia correctoria & pœnali in limitationibus ad concluſiones ibi firmatas.

Sed iſtius limitationis caſus non ſatis uidetur per
27 ſe ipſum ſtare poſſe † quandoquidem certiſſimum ſit illum quoquo uertatur, fere ſemper deſinere in aliquem ex caſibus limitationum, ſupra relatarum, unde niſi uel maioris declarationis gratia l. ſecunda, §. ſi quid in tanta, C. de uet. iur. enucl. uel quia commodius ſit ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtinguere, §. ſed quia commodius inſt. quibus mod. teſtam. infir. dicamus D. Alciatum l. tũc caſum a cæteris diſtinxiſſe, non poterit hæc ſeparatio defendi.

28 Colligendo igitur † quàm paucisſimis omnia quæ longe ac late diſſeruimus in hoc negocio primæ propoſitæ concluſionis, ſic compreſſius loquendo dicere poſſumus, videlicet in diſpoſitione pura caſum omiſſum pro omiſſo habendum dicta lege commodisſimè de liberis & poſthum.

Sed limitari primo niſi uirtute expreſſi poſſet comprehendi, §. illud inſtitu. de ſocic. cum ſimilib. Quod extenditur in omni materia etiam odioſa, Abb. & Imol. in capitulo primo, de locatio. Item etiamſi caſus omiſſus eſſet diſſimilis expreſſo, modo ſolitus eſſet fieri, l. quod ſi nolit §. reſtitui de ædilit. ædict.

Reſtringitur uero 1. loco, quando uerba repugnant, l. fideicommiſſa §. ſi filio, de leg. 3.

Secundo quando diuersa militaret ratio, Alberi. in d. §. & quid si tantum in 2. oppositi.

Tertio quando aliter constaret de mente disponentis l. si non fuerint. §. si aristo pro socio.

Quarto quando specialium multiplicatio daretur, l. secunda. C. de patri. qui fili. distrax. l. 1. de dot. promis.

Quinto quando resultaret illicitum l. si procurator de condic. indeb.

Sexto quando mandans non esset solitus ita facere arg. l. uel uniuersorum de pign. actio.

Secundo loco principaliter limitari dictam conclusionem quando ex uerisimili disponentis mente casus omissus posset comprehẽdi. l. Titius, §. Lucius de lib. & posthum. & l. fin. C. de hæred. institu. Sed restringi quando fieret digressio ad aliam personã per l. si ita quis §. pen. de testamen. tutel. idque postea sublimitari in quinque casibus,

Quorum primus est quando concurrebat filij fauor, & iustum impedimentum, l. tertia, C. de inoffic. testamen.

Secundus, quando qualitas expressi reperitur in casu omisso, l. tale pactum, §. fin. de pact.

Tertius quando conditio potest impleri in hærede hæredis, l. cum ita damus §. finali, de condictio. & demon.

Quartus quando dispositio aliter non haberet effectum, l. si stipulatus fuerim abs te, de uerbo. oblig. ubi Bart.

Quintus ex ijs quæ dixit Dom. Alcia. in in 3. conclusi. in dicto §. & quid si tantum. Tertio loco principaliter limitari, quando casus omissus est similis expresso, habetque eundem effectum l. fi. § fin. man. idque extendi quando extensio fieret ad aliam personam, per l. cum seruus de uerb. oblig. quod ex distinctione Bar. & aliorum declaratur, iterumque protendi etiamsi effectus non esset omnino æquipollens per l. tutor § fin. iuncta l. secunda, de iureiu ran. Et rursus quando essemus in pœnis, per l. primam, §. si pater cum seq. ad syllan. Insuperque quando rationis identitas suaderet extensionem. sed restringi tribus in casibus, ac primo in dispositione iudicis uel prætoris per l. si pupilorũ, § si prætor de rebus eorum. secundo, quando idem effectus importaretur per fictionẽ per l. fi. C. de ijs qui uen. ętat. impet. 3. qñ uersamur in dispositione in qua stricta fieri debet interpretatio, quib. additur quartus, quando militat diuersa ratio l. finali, C. de præd. decur. libro decimo, qui casus omnes supra relatos comprehendit.

Postremò limitari principaliter, quando casus ad quem ageretur de facienda extensione non esset omnino omissus, iuxta tradita per Deci. in consil. 228. sub nu. 12. & Alcia. d. l. 3. sub num. 9. sed hunc casum facile ad alios reduci, qui tribus supra recitatis limitationibus recensiti sunt.

SVMMARIVM.

1 *Quid sentiat Auctor circa faciendam extensionem in dispositione conditionali.*

2 *Prouisionem conditionalem ad alterum expresso dissimilem non trahi.*

3 *Conditio si sine liberis, non intelligitur de adoptiuis sed de naturalibus.*

4 *Quam multis argumentis in dubium reuocetur illa conclusio quòd dispositio conditionalis ad casum dissimilem non trahatur num. 5. 6. 7. & 8.*

9 *Conditiones strictissimi esse iuris.*

10 *Si pecuniæ solutio est in conditione, non posse fieri depositum.*

11 *Conditionem nihil ponere in esse.*

12 *Non entis nullas esse qualitates.*

13 *Casus speciales ius commune supponere in contrarium.*

14 *L. si extraneus de condictio. caus. da. quomodo sit intelligenda.*

15 *Intellectum amicum tit. uel Rubr. cui subiacet lex, recipiendum esse.*

16 *Ex natura stipulationis dotis esse, vt casum comprehendat illius conditionis, si nuptiæ secutæ fuerint.*

17 *Iam hoc iure de uulg. intellectus.*

18 *Conditionem illam si filius hæres non erit, posse intelligi immutabiliter.*

19 *Maiore facilitate se parentum hæreditati impuberes immiscere quam extraneorum.*

20 *Alius intellectus ad d. l. iam hoc iure affertur.*

21 *Inter substitutiones quoddam esse symbolum ex communi earum natura.*

22 *L. fi. C. de posthum. hæredib. instit. exponitur.*

23 *Ex sententia Auctoris num. 24. & 25.*

26 *L. fin. C. de instit. & substit. declarari.*

27 *Additque Auctor eius uotum sub nu. 28.*

28 *In substitutionibus fere semper subintelligi ea uerba, si hæres non erit, & quem sensum habeant.*

29 *Verba illa, si sine liberis deeesserit, quem sensum habeant.*

30 *Compendiosam substitutionem in se comprehendere casue omnium substitutionum.*

Quomodo resoluendum sit negocium, quando agitur de dispositione conditionali, & præsertim de prouisione simpliciter conditionali.

CAP. VII.



1 VAndo autem agimus de dispositione conditionali, tunc ego diuido hanc disputationem in tria capita, † aut enim agimus de dispositione simpliciter conditionali, aut de prouisione conditionali conditione necessaria, aut de actu conditionali conditione spontanea.

2 Primo capite constituãda est illa cõclusio prouisionem cõditionalẽ † in uno casu factã, ad alteũ expresso dissimilẽ nõ extẽdi per text. in l. si cũ dotẽ in prin. solut. matr. in l. commodissime de lib. & post. l. fideicommissum de cond. & dem. quib. in locis si quis

quis stipulatur dotem reddi in casu mortis non cẽse
tur prouidisse in casu diuortij, neq; e contra si quis
prouideat filio qui se uiuo nasceretur, non censetur
prouidisse si eo mortuo ortus fuerit, si quis fideicõ
missum reliquerit ab hærede si decesserit sine libe-
3 ris † non intelligitur uoluisse de adoptiuis intelli-
gere, sed tantum, de naturalibus, ne sit in facultate
hæredis adoptionis commento eludere defuncti
uoluntatem l. nec ei §. primo, de adoptio.

Sed videtur ista cõclusio pati difficultatem mul-
tis exemplis, in primis per tex. in l. si extraneus de
4 cond. caus. dat. ubi interposita stipulatio † in casu
matrimonij facti, comprehendit quoq; casum si ma
trimonium ab initio non ualuerit & sic casum con-
ditionalem dissimilem expresso. Rursus per tex. in
5 l iam hoc iure de vulgar. & pupil. ubi † expressa pu-
pillaris substitutio ad tacitam uulgarem trahitur,
& e contra uulgaris expressa ad tacitam pupillarem
quæ tamen differunt inter se, tum tempore, tum mo
do tum effectu l. sed si plures, §. ad substitutos de
vulga.

Præterea obstat tex. in l. fin. C. de posth. hæred. in
6 stit. ubi † conditionalis illa dispositio, si intra decem
menses proximos morti meæ nascetur, est dissimilis
illi, si me uiuo nascetur, & ad hanc producitur.

7 Ad hæc quia in substitutionibus conditio † illa si
hæres esse noluerit, intelligitur uel non potuerit, &
vniuersa, d. l. Gallus § & quid si tantum de li. & post.
& l. fin C. de instit. & substit. & tamen in comperto
est perquam dissimiles esse in ea conditione si nu-
bere noluerit, uel nõ potuerit, l. pater Seuerinam de
cond & demonstr.

Postremo in oppositum adducitur communis il
la sententia, qua receptum est, ut si quis impubere si
8 lio hærede scripto, † pupillariter Titium ei substi-
tuat & Titio quandocunque sine liberis decesserit
Sempronium, Titiusque uiuente impubere decedat
Sempronius pupillo hæres esse debeat, ut scribit Bar
to. cui cæteri frequentius accedunt, in l. quamdiu se
cunda, de acquiren. hæred. & nihilominus apparet
substitutionem illam factam Titio, sub conditione
deficientium liberorum ad casum penitus dissimilẽ
trahi, tum ratione personæ quia pupillo ipsi succe-
ditur, tum respectu conditionum, quia etiamsi Ti-
tius cum liberis decesserit, nihilominus erit substi-
tutioni locus, ita consuluit Paul. Castr. in consi. 152.
presens dubitatio. lib. 1.

Quid resolueudum erit in isto negocio? Ego cre
9 derem non esse recedendum a supra firmata † con-
clusione, quam puto esse uerissimam, nõ solum per
iura supra cita. sed ẽt qp cõditiones dicuntur esse stri
ctissimi iuris, ut scribit Crauet. in consil. 113. sub
num. 1. & Gozadi. in consi. 100. sub nu. 23. eo quod
in forma specifica conditiones impleri debent l. qui
hæredi & l. meuius, de condi. & demonstr. ita ut ubi
10 pecuniæ solutio est † in conditione non possit fieri
depositum; ut ibi per supra cita. Vnde tam conditio
nis natura, quàm casuum dissimilitudo, quæ ex di
uersitate qualitatum & rationis inducitur per
ea quæ scribit Dec. in capitulo translato sub nu-
mero septimo, in gloss. fina. de constitutio. facit,
ut de casu expresso ad casum omissum dissimi-
lem non possit dari progressus in dispositione
conditionali.

11 Accedit quòd conditio † nihil ponit in esse l. ce-
dere diem de uerb. signifi. l. si quis sub conditione
dandorum decem si quis omiss. caus. test. cum socijs
vnde cum purificata non fuerit in casu expresso dis-
simili, non debet posse trahi ad omissum dissimilẽ,
12 quia non † entis nullæ sunt qualitates, l. nam & si de
iniust. rupto. l. prima, de hæreditate vendita. l.
quarta, de actio. empt. & vendit.

13 Postremò quia † casus omnes qui inducuntur cõ
tra prædictam conclusionem speciali sunt innixi ra
tioni, ut infra docebitur, ergo in oppositum stare
debebit communis conclusio, l. ius singulare de le-
gibus, l. prima, ad municip. & de incol. l. prima, ubi
Decius, & alii notant de regulis iuris. Quòd au-
tem specialitatis nomen habeant antedicti casus sic
14 ostenditur, † nam dicta l. si extraneus de condictio.
caus. dat. procedit, ut uult ibi glo. in versic. in hunc
quoque in fin. non respectu stipulationis qua sibi ex
traneus ille prouiderat, sed tantum quantum ad
hoc an posset stipulator ille cum nuptiæ in quarum
gratiam dotem promiserat, & qu. bus solutis dotem
sibi reddi stipulatus fuerat, secutæ non essent, posset
agere ad dotis repetitionẽ, quasi causa data, & cau-
sa non secuta, decidit posse, quia uerisimile erat
hoc quoque actum fuisse inter contrahentes, unde
potius ille tex. secundum hunc intellectum confir-
mat, quàm impugnat supra firmatam conclusionẽ,
15 qui intellectus maxime est amicus † rubricæ uel titu
li sub quo posita est illa lex si extraneus argumen. l.
imperator de in di. addi. & §. quibus in prima consti
tutio. C. & illum ibi amplectitur Bartolus, Iason,
& alij.

Præterea quãdo etiam admitteretur intellectus
ille, per quem uidetur obstare dicta l. si extraneus
huic conclusioni nostræ, quòd ibi quæstio esset an
casus ille non soluti matrimonij comprehenderetur
sub casu expresso soluti matrimonij comprehẽ
si in stipulatione adhuc dicendum esset nihil obsta
16 re quia id est ex natura stipulationis dotis, † ut sem-
per cõprehendat casum illius conditionis si nuptiæ
secutæ non fuerint, quia nec alia causa contrahendi
fuit l. in rebus & l. stipulationum de iur. dot. Secus
est in quæstione nostra, quia præter casum omissum
dissimilem expresso aliam habet causam dispositio ipsa.

17 Non mouet etiam textus, † in dicta l. iam hoc iu
re, quia ut inquit Dominus Alciat. dicto libro ter-
tio, sub numero 13. in hoc communiter deuentum
est, ut dicamus hasce substitutiones, natura sui con
ditionem habere, non enim aliud est substitutio,
quàm conditionalis institutio, expressio igitur
unius conditionis aliam non excludit, quia lex præ
sumit si de illa cogitatum fuisset, eam quoque te-
statorem æque expressurum fuisse.

Quod enim pupillaris uulgarem contineat testa
toris fauor, qp vero pupillaris vulgarem concipiat
est e re, éque utilitate ipsius pupilli, meritò igitur
utriusque fauore, & propter paterni pupillarisque

testamenti coniunctionem hæc interpretatio admissa est.

Nam & si voluit testator tã suã, q̃ impuberis hęreditatẽ eo decedẽte ad substitutũ pertinere multo magis suã uoluisse illi deferre credẽdũ est, casu quo filius eam repudiaret. Addit etiam, quòd ut uulgaris pupillarem cõtineat aliquo modo ex ui uerborũ
18 inducitur, conditio † enim illa, si filius hæres non erit, potest intelligi immutabiliter, l. ei qui de cond. instit. & ideo adita hæreditate a pupillo non prorsus extinguitur spes substituti, quia quamuis hæres sit potest nuda uoluntate usque ad pubertatem abstinere, sententiamque mutare, quod Pileus & ueteres censuerũt, in l. impuberibus, & in l. necessarijs de acquir. hæred. & l. pen. de auctor. tuto. quamuis Accurs. & post eum alij manifesto cauillo dissenserint, quorum rationib. haud quaquam difficile est
19 respondere, † cum maiore facilitate se paternæ hæreditati, quàm extraneorum impuberes immiscãt. ut scripsisse affirmat in l. ex contractu de re iudi. & in l. si filius qui patri de uulg. & pupil. Vel clarius atque succinctius dicere possumus † casum d. l. iam
20 hoc iure de uulg. & pupillar. cui similis est casus l. quamuis, C. de impub. & al. substit. esse fundatum in productione facta a iure, a casu expresso ad non expressum ob præsumptam mentem defuncti, ut in prædictis iuribus scribunt communi consensu Doctor. qui casus est extra limites disputationis nostrę in qua tractamus an interpretando possit in conditionali dispositione fieri productio de casu ad casum dissimilem per interpretationis extensiuæ instrumenta, non autem quando id fit a lege. Accedit quod inspecta † communi substitutionum na-
21 tura inter eas adest symbolum, & proportio l. prima, de uulg. & pupil. & secundum prodita à doct. in rub. eiusdem ti. vnde mirum non est si facilior ab una ad alteram detur progressus iuxta tradita per Bar. & communi Doctorum consensu in l. centurio
22 in prima oppositi. de uulg. & pupil. Ad d. l. fi † C. de posth. hæred instit. dicit D. Alciat. d. l. 3. sub nu. 15. fieri hanc extensionem ibi, quia testator, se tunc moriturum credebat, unde si præter spem superuixit non ideo rumpitur testamentum ut dicit Barto. in
23 l. Gallus in princ. de liber. & posth. Sed ego † credo posse etiam responderi quod ibi agimus de extensione facta à lege ex uerisimili mente testatoris, ut & in d. l. iam hoc iure de vulg. & in d. l. hnmanitatis C. de impub & alijs substi. quapropter ex ea ad casum nostrum non posse inferri, ut & supra diximus.
24 Nam ex dispositione l. Iuliæ uelleiæ † fuerant duo isti casus natiuitatis posthumi & uiuo & mortuo comparati, ut probatur in d. l. Gallus § nunc de lege velleia. & glo in dicta l. Gallus in princip. in ver. post mortem, de lib. & posth. propterea in dispositione noua superueniente in altero tantum ex casi-
25 bus illis sic comparatis, vt dictum est † debuit productio fieri ad casum omissum, per reg. comparatorũ vt factum fuit in dicta l. fin. per ea quæ trad glos. & doctor. in l apud antiquos, C. de fur. & in l. prima, de legatis primo, ubi scribentes omnes pertractant ideo ex d. l. fi. non oppositio, sed exceptio ad conclusionem formari debuit, Ad cuius confirmationem possunt adduci ea quæ supra scripsimus libro sexto, & septimo, in limitationibus materiæ correctoriæ ac pœnalis de casibus a lege antiqua cõparatis.
26 Non obstat tex. † in l. fin. C. de instit. substitutio. & in d. §. & quid si tantum ubi casus si noluerit, comprehendit casum si non potuerit, & nihilominus sunt dissimiles. Nam Dom. Alciatus loc. iam relat. dicit in his iuribus hosce casus ex præsumpta testatoris mente non esse absimiles, cum enim de substitutione uulgari agatur per quam ipsi testatori succeditur, & sic de illius fauore tractatur, uerisimile est, quod de altero expressit, ad alterum quoque
27 cum eadem subsit ratio trahi uoluisse. ego † crederem addi posse quod in huiusmodi substitutionib. semper insunt uel expresse uel tacite illa uerba si hęres non erit, per ea quæ scribunt Bar. & alij Doctor. in l. prima, de uulg. & pupilla. per illum tex. Ang. & alii instit. de uulg. in princ. quæ uerba illum habent
28 sensum † ut ex eorum significatione comprehendãt utrunque casum l. quarta, C. de hæred. instit. & tradũt interpretes in locis supra cit. nimirum igitur si casus d. l. fin. impedimentum non exhibet concluclusioni nostræ cum ex vi verborum tacite, uel expresse ueniat semper.

29 Ad vltimum argumentum respondet † Dom. Alcia loc. iam relato sub num. 16. versic. sed respondendum est, casum de quo opponitur non omnino esse dissimilem expresso, ea enim uerba quandocunq; sine liberis decesserit, uerborum compedio vulgarem quoque substitutionem continent unde substituto prędecedente, caput illud, si hæres non erit, dicitur euenisse, merito substitutus ceu hoc casu uocatus admittetur, ita ut ex persona nulla resurgat dissimilitudo. Ex conditione quoque ait dissimilitudinem esse non posse, quia cum secundus gradus morte substituti perimptus sit, & conditiones in eo adiectæ perierunt perindeque est, ac si substitutum testator solum pupillo dedisset, nec illa cõditionis ratio habetur, & ut ipse latius declarat. Vel clarius dici potest, quòd in obiecta facti specie, cum
30 facta esset compendiosa substitutio † quæ casus omissos substitutionum comprehendebat, iuxta ea quæ scribunt Bar. & alij communiter in dicta l. centurio de vulg. & pup. & in l. precibus C. eod. tit. non est dubium continuisse quoque uulgarem substitutionem per quam secundus substitutus subrogatus fuerat in locum primi substituti pupillaris, unde qua ratione Titius primus substitutus decedẽte impubere in pupillari ætate admissus ad illius successionem ex ea substitutione fuisset, sic & Sempronius in illius locum subrogatus, argumento l. si eum §. qui iniuriarum, si quis cautionibus cum socijs.

SVMMARIVM.

1 *Prouisione facta sub aliqua ex conditionibus necessarijs ad actum, uel ad effectum actus, posse extendi abuno casu ad alium similem.*

Substi-

2 *Substitutio filiorum a matre facta sub ea conditione, si a patre emancipati fuerint, locum habere etiam quando pater deportatus fuit.*

3 *In necessarijs conditionibus non referre utrum ex æquipollentibus fiat.*

4 *Quia in ijs testator censetur cogitasse de effectu, & non de modo.*

7 *Ex multis tamen in dubium reuocari antedictam conclusionem.nu. 6. & 7.*

8 *Sed auctorem sentire cum communi opinione.*

9 *Expressionem mortis in casu cõsilij Galli Aquilij, non facere quominus detur progressus ad alios casus.*

10 *Exempla regulam non restringre.*

11 *Ea que frequentioris usus gratia proferuntur non impedire productionem.*

12 *Necessitas ad quam adstringitur testator ex forma iuris debet facere, ut facilius debeat interpretatione adiuuari eius dispositio.*

13 *Similitudo casuum in conditionibus necessarijs potius dicitur comprehensiuè quàm extensiue uenire.*

14 *Ea quæ ueniunt ex comprehensione, nunquam excluſa esse censeri.*

Quid constituendum sit, quando agitur de prouisione conditionali conditione necessaria.

CAP. VIII.



1 VAndo autem agimus de prouisione conditionali, conditione necessaria, tũc constituitur per Doct. in d. §. & quid si tantum conclusio affirmatiua, videlicet prouisionẽ factam † sub aliqua ex conditionibus necessarijs ad actum uel ad effectum actus, posse extendi ab uno casu ad alium similem per l. mulier in princ. ad sena. Treb. ubi cum mater filiis suis legasset, si morte patris suijuris effecti fuissent, cum emancipati fuissent pronuntiauit diuus Marcus legatum deberi, ad idẽ
2 est tex. in l. si mater, C. de instit. & substit. ubi † institutio filiorum a matre facta sub conditione si a patre emancipati fuissent, locum habet etiam quando pater deportatus fuisset, eodem spectat & celeberrimus ille tex. §. & quid si tantum, l. fin, C. de don. quę sub modo l. Iulianus ait, dè condit. & dem. l. fideicõmissa, § si cui de leg. 3. l. seruo de con. indeb. l. si quid de donat. quæ sub mod. cum simil. à glo. adduct. in dicta l. si mater, C. de instit. & substit. in quibus † locis apparet in istiusmodi prouisionibus conditionibus, necessarijs conditionibus non referre quid ex
3 æquipollentibus fiat. Ratio autem istius conclusionis est quia in istiusmodi casu testator censetur cogitasse de effectu † & non de modo. quocirca cum
4 per alium casum idem sequatur effectus, non uidetur curandum de modo, l. 2. C. comm. de leg. l. sancimus, C. de testa. cum socijs, quia si testator cogitasset eundem effectum per alium casum habiturum esse illius dispositionem, utique de illo probabiliter ac uerisimiliter dispositurus fuisset, sic tradidit Lancelot. Galiaul. in dicto §. & quid si tantum sub num. 37. & D. Alciat d. l. 3. de verb. signifi. sub num. 17. per ea quæ docuit Bar. in l. cum seruus de verb. oblig. & per tex. in dicta l. mulier ad fin. princip. ad senat. Treb.

5 Reuocatur tamen † in dubium ista conclusio inprimis per tex. in dicta l. commodissimè de liber. & posth. ubi cum institutio de qua ibi duplicem condi tionem habeat, uidelicet si se uiuo, vel se mortuo nascatur, unius eorum casuum expresio ad alterũ non trahitur, nec cum Bar. sentiendum esse uidetur qui talem conditionem uoluntariam appellat, quia simpliciter potuit institui. Nam in dicta l. mulier
6 † in principio ad Treb. potuit mater simpliciter legare filiis suis, & in consilio Galli Aquilij potuit testator simpliciter instituere, & nihilominus casus mortis trahitur ad emancipationem, & ad deportationem, ut supra uidimus.

Rursus ualide obstare uidetur quod legitur in d. §. si cui ita l. fideicommissa de leg. 3. ubi si fideicõ-
7 missum † alicui sit relictum sub ea conditione, si patris morte sui iuris effectus fuerit, & emancipatione sui iuris factus sit, inquit iurisconsul. non uidebitur defeciſſe conditio, sed & cum mors patri contingat quasi existente conditione, ad fideicommissum admittetur. quib. uerbis uidetur ostendi non solum emancipato statim non deberi fideicommissum, sed etiam mortem patris expectandam esse.

8 Quid dicẽdũ erit in isto casu? Ego opinarer Bar. cõemq; cũ eo scrib. sniam ueram esse, ut in istis conditionibus necessarijs, tam ad actum, q̃ ad effectũ actus, ad casus similes licita sit progresio, inter cętera illa ratione, quia ubi sumus in istiusmodi conditionibus, ueluti in liberatione filii a patria potestate ad hoc ut prouisio iustitutionis uel exhæredationis ualeat effectumq; producat in persona nepotis, ẽtsi unus tantum sit expressus casus, ueluti mortis filij, verbi gratia, quia dixerat testator, si me uiuo filius meus morietur, ut in formula consilij Galli Aquili
9 illa expresio † mortis non impedit progressum fieri ad alios casus similes, quia uel exempli gratia, uel frequentioris usus causa facta esse intelligitur, cum non solum illo, sed & pluribus alijs modis posit illius cõditionis implementũ præstari, & ideo expressa conditio non inducit inextensibilem dispositio. c. 1. ne cleri. uel mona. ibi ecce talia & his similia gl. in l. 1. § retinendæ in uerb. multis causis de inter. dũ inquit, ũt pacti. rei iudicatę, iuris iurandi, & alijs similibus, l. obligationum substantia in fin. de actio. & oblig. ideoque succedit duplex conditio quarum
10 altera est † exempla disputationem non restringere, l. damni infecti de dam. infect. l. 1. §. quod uulgo de
11 ui & ui arm. cum simil. Altera est † ea quę frequentioris usus gratia dicuntur, non impedire protractionẽ dispositionis ad alios similes casus, l. 2. § sed si extraneum ubi Iaſ. de uulg. & pup. sub nu. 12. & Rip. sub nu. 11. & in rub. sol. matri. sub nu. 33. glos. in uersic. præsidentes in cle. 1. de rescript. quam ibi cõmendant Card. & alij & doct. proximè relati in locis [illegible] &

faciũt pro hac consideratione quæ supra diximus in materia correctoria lib.6.lim.15 & in definitione interpretationis extensiuæ lib.quinto, in uer.de dispositiuo & in materia pœnali lib.7.limit.11.ergo iure merito Bar.& alij putarunt hasce necessarias conclusiones in aliquo casu expressas posse ad alios si
12 miles protrahi. Altera est † ratio, quia necessitas ad quam propter actum uel effectum actus adstringitur testator ex forma iuris, iuxta l.nemo potest de leg.1.iuxt.l.Gallus & l.inter cœtera de lib.& posth. debet facere ut facilius concedatur ut interpretatione extensiua possit eiuscemodi conditionalis dispositio adiuuari, quàm ea quæ in nixa est uoluntariæ conditioni in qua durius agitur l. si fideiussor §. ultim qui satisd.cogant, & paulo inferius dicetur.

13 Postrema est ratio † quia similitudo casuum in huiusmodi cõditionibus necessarijs uidetur potius uenire ex comprehensione, quàm ab extensione, quandoquidem casus omnes quibus quis patriam exit potestatem, ut interim a proposito hoc exemplo non recedamus, comprehenduntur sub illo effectu effectionis iuris uel exitionis patriæ potestatis qui consideratus est à testatore, in ea conditione necessaria, toto tit.inst.quib.mod.ius patr.pot. solui. & propterea quamuis eorum unus tantum sit expressus, ad cœteros nihilominus fit productio, quia ueniunt comprehensiuè sub fine in quem directus est ille casus & ea quæ ueniunt comprehensio-
14 ne † nunquam exclusa esse censentur arg.eorũ quæ de casibus in ratione comprehensis scribit Bal. in l. de quibus col.11.sub num.35.de legi.Castr.consil. 441.col.fi.li.j.& latius consi.83.col.2.lib.2.Alex.in consi.5.in si.uol.5.Crau.de antiq. temp. par.4. sect. 1.sub num.89.Andr.Tiraq.in l.si unquam C.de reuoc.don.in uer.libertis sub nu.45. & 46. cum simil. supra cit.lib.2.in propria significatione quæ descendit ex ui comprehensiua rationis, & lib.5.in instrumento rationle, ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Quantum insudent Doctor.in intellectu l.commodissime de lib.& posth.*
2 *Bar.& communiter Doctor.putare conditionem de qua in d.l.commodissimè non esse necessariam.*
3 *Et quid de illa sentiat Bolognetus. & seq.*
4 *Conditionem voluntariam non extendi ad casum similem.*
5 *Conditionem illam si nascatur, non esse necessariam quãtum ad potestatem instituendi.*
6 *Et nihilominus uideri posse extendi, per l.fin. C.de post. hæred.instit.*
7 *Et quomodo conciliari possint ea.iura.*
8 *Conditionem necessariam extendi ad casus similes, quando est cogitatum de effectu.*
9 *Lancelotus Galiaul.quomodo indelligat d l.commodissime.nu.10.*
11 *Socinus iunior quam diuersa sentiat, circa dictæ l.commodissimè intellectum & quàm latè. numero 12 13. & 14.*
Multos ita cautos esse, ut omnia uelint exprimere.ibi.
15 *Decius quid sentiat in excipiendo sensu d. l. commodissimè.*
16 *Quid opinetur auctor constituendum esse pro resolutione.*
17 *L.commodissime loqui in conditione uoluntaria.*
18 *Oppositorum naturam esse, vt vno posito alterum remoueatur.*
19 *In arbitrarijs nullam posse necessitatis rationem asserri.*
20 *Ne sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur, qui in eum casum nascitur, qui testamento non est comprehensus.*
21 *L.commodissimè de lib.& posth.& l.ult. C.de hæred. instit.quomodo sint conciliandæ ex Auctoris opinione.*

Quo pacto intelligendus sit tex.in l.commodissime, qui vniuersam uidetur turbare propositæ difficultatis materiam.

CAP. IX.



On obstant modo ea quæ in oppositũ adducta fuere, cõtra veritatẽ istius conclusionis, atq; imprimis text. in d.l.cõmodissimè
1 de li.& post.† in cuius resolutione cũ ualde insudent ac laborẽt omnes interpretes, aliquanto pręssius erit agendum. Nam Bar.& doct.in dicto §.
2 & quid si tantum soluunt communiter † vt dicit ibi Io.Bolog.sub nu.78.uersi.huic tamen, illam conditionem de qua ibi loquitur, I.C. videlicet si nascatur non esse necessariam ad actum, & ideo non ex- 1
tendi de casu ad casum, nihilominus inquit Bolog. Bartolum ibi non loqui de conditione si nascatur post mortem, attamẽ ait illam quoque conditionẽ uideri necessariam, per l.uxoris abortũ, C.de post. hæred.instit.l.1 §.pro secundo, C.de caduc.tollend. & l.uentre de acquiren. hæred. Vnde ipse resol-
3 uendo, † aut inquit loquimur tempore Galli & hæc conditio si nascatur post mortem erat necessaria. Sed tunc ad contrarium debet dari solutio, quod ideo non fiebat extensio, quia militabat diuersa ratio, & dicebatur casus esse dissimilis, ut etiã dixit Bar.d.loco in solut. si vero nos loquimur tempore Sceuolę post legem Velleiam, & tunc hęc conditio si nascetur post mortem, non erat necessaria, cum posset institui etiam si nasceretur in uita, & tunc obstat contrarium, sed solutio est, quod est con-
4 ditio uoluntaria, & conditio uoluntaria † non extenditur ad casum similem, l.qui hæredi & l.Mæuius de cond.& demonstr. Et eadem possumus dicere tempore iustiniani. Nec obstat quod illa conditio si
5 nascatur sit necessaria, quia negatur † quantũ ad potestatẽ instituendi illã esse necessaria; per l. si q̃s post humos de lib & post.ubi non solũ ille q̃ nõ nascitur sed qui nec etiam generari potest, hæres institui potest,

teſt,unde ſolum remanet neceſſaria,quantum ad effectum conſequendi hæreditatem per aditionem, quæ hic in caſu noſtro non attenditur. Et quamuis inſtetur,quòd eiuſcemodi conditio quamuis ſit uoluntaria poſsit nihilominus adhuc extendi per l.
6 fin.† C.de poſth.hæred.inſtituen. ubi directo contra dictam l.commodisſime diſcernitur inſtitutionem factam in caſu quo quis naſcetur poſt mortem teſtatoris,intra decem menſes,uel intra decem menſes proximos morti trahi ad caſum quo quis naſcatur uiuente quoque teſtatore. Vnde ait reſolutio-
7 nem difficultatis pendere a concordia † dictorum iurium in qua ueſtiganda doctor. utroque in loco ualde laborant. Sed illam eſſe tutiorem dicit,quòd teſtator in dicta l.fin.inſtituit certam perſonam, & uidetur cogitaſſe de effectu conditionis, & non de forma,ſed in d.l.commodisſimè,inſtituit incertum hominem & uidetur cogitaſſe de forma conditionis dicta l.qui hæredi. Quare concludit conditionē neceſſariam ad actum extendi ad caſus ſimiles quā
8 do†cogitatum eſt de effectu,ſed non extendi ad caſus diſſimiles per dictū §.& quid ſi tantum iuncto §.nunc de lege Velleia.eiuſdem l. Gallus & conditionem uoluntariam extendi quoque ad caſus ſimiles ſi de eis fuerit cogitatum.

9 Lancelot.† Galiaul in dicto §. & quid ſi tantum ſub num.38.uer.unde melius,improbatis ueterum ſolutionibus ad dictā l.commodisſimè,melius poſſe dici inquit, dictā l. commodisſimè procedere; quia ueriſimiliter poterat teſtator cogitare,hæredē inſtitutum ſic potuiſſe naſci in uita, ut poſt mortē unde ſi tantum inſtituit ſub eā conditione ſi naſceretur poſt mortem,illi imputandum eſt,ſi naſcatur in uita, & ſic rumpat teſtamentum. Hincque eſſe quòd ſi ueriſimiliter cogitaſſet tantum eum non debuiſſe naſci in uita, inſtitutio facta de naſcituro poſt mortem,traheretur quoque ad eum qui naſceretur in uita per dictam l.fin.C.de hæred.inſti.& ita ait quoque procedere tex. in d.§. & quid ſi tantum quia ueriſimiliter non habuit teſtator cogit re de caſibus omiſsis de quibus in text. ideo mirum eſſe non debet ſi fiat extenſio ad tales caſus, hancque di
10 cit eſſe rationem quare † ſubſtitutio limitata certo tempore non trahatur ad aliud tempus l. qui ita de uulgar.& pupill.teſtator enim poterit ueriſimiliter cogitare caſum illum potuiſſe contingere ita uno tempore ſicut altero,unde ſi diſpoſuit uno tempore non trahitur ad alterum. Socin. uero iun. in dicto §.& quid ſi tantum ſub numero 72. dicit ſolu
11 tionem † Bar.magis communiter approbatam eſſe in hunc modum,ut d.l.commodisſimè ideo prouiſio unius caſus non trahitur ad alterum, quia cū ibi teſtator eſſet ſanus & ſperaret ſe poſſe uiuere uoluit diſtinguere caſum quo quis naſceretur in uita ipſius teſtatoris a caſu quo naſceretur poſt mortē, & propterea ab uno ad alterum non potuit nec debuit fieri extenſio,cōcluſio aūt ſupra firmata,& d. l.fin.C.de poſth.hær.inſt. locum habet quando teſtator erat in anguſtia mortis,& credebat ſe ſtatim moriturum, ideoq; in caſu tantum quo filius poſt mortē naſceretur,prouidit,& ueriſimiliter idē quo
que reſponſurus fuiſſet in naſcituris ſe uiuo,ſi opina
12 tus fuiſſet,ſe ſuperuicturum eſſe. Sed hanc † ſolutionem quamuis uideatur magis eſſe communis, tenendam non eſſe ait,quia eſt diuinatiua ad utrunque textum. Præterea quia pone inquit, ſanum teſtatorem ita, ut diui ſperet uiuere, & poſthumum inſtituat,ſi ſe uiuo naſcetur,ſi poſtea repentina morte pereat præter eius opinionem,& ſic poſthumus naſcatur eo mortuo,deberet inſtitutio ualere,ex ueriſimili mente teſtatoris,qui & eo caſū prouidiſſet, ſi cogitaſſet & hoc attenta ratione Bar. ad d.l.fi.qđ tamen non uidetur dicendum,quia eſſet contra generalitatem d.l.commodisſimè, unde reiectis multis alijs quę dici poſſent ait ſibi placere ſolutionem
13 † Chriſtophori Caſtilio. quam in utraque duarū legum refert Iaſ.uidelicet,ut pro regula dicatur, teſtamentum in caſu omiſſo uitiari,quia teſtator unū tantum caſum exprimendo dicitur caſus illos diſtinxiſſe & pro ſeparatis ac diuerſis habuiſſe,ideoq; non poſſe inferri,iur.uulg.& de hac regula ſit caſus in dicta l.commodisſimè.

Hæc autem regula limitetur quando uerba aliqua ſunt prolata,ex quibus poſſet colligi teſtatorē aliud ſenſiſſe quàm uoluiſſe caſus illos diſtinguere, tunc enim fiet porrectio de caſu ad caſum, uel melius tunc non dicetur prouiſio reſtricta ad unum caſum,ſed in omnibus caſibus facta eſſe cenſebitur, & ita procedat dicta l.fin.C.de poſth. hæred.inſtit. ibi enim dictum fuit ſi intra decem menſium ſpaciū poſt mortem &c.vel qui intra decem menſes proximos morti meæ &c.

Nam talia uerba uidentur potius appoſita fuiſſe ut oſtenderet teſtator ſolum ſuū,& proprium poſthumum uoluiſſe illum inſtituere, quàm ut diſtingueret caſus naſcituri ſe uiuo;& poſt mortem ſuam & licet illud forte aliter intelligeretur ſunt tamen
14 quidam ita cauti † ut omnia uelint exprimere prout uidemus in conſilio & formula Galli de qua in priu.d.l.Gallus,fit expreſsio de illis decem menſib. ſic ergo dicemus,uerba illa poſt mortem meam,uel morti meæ infra decem proximos menſes reſpiciūt ſpaciū decem menſium, vt. ſ. enumerentur a die mortis,non aūt repiciant uerbū naſcētur uel editi fuerint,vt ſic exponātur,quicūq; mihi naſcēt in futurū.ſ.ab hac die vſq; ad decē mēſes poſt mortē meā numerādos ſit hæres,negari.n.nō pōt,quin is qui ēt ante illos decē menſes naſcetur,& ſic uiuo teſtatore dicatur naſci intra dictos illos decē menſes ſeu eorū terminū,& ſic ſufficiat,quandocunq; naſcatur a die cōditi teſtamēti intra illos decē menſes,modo non oriatur poſt decē menſes a die mortis numerandos, & q̄ hic ſit uerus ſenſus illius legis dicit probari ex reſponſione ibidem poſita, dū ibidem dr ex neutra huiuſmodi uerborum cōpoſitione &c.& licet quælibet ex illis uerborum cōpoſitionibus, poſſet trahi ad aliū ſenſum, ſ.vt teſtator uideatur uoluiſſe caſus diſtinguere & ſic vt uerba poſt mortē uel ſimilia reſpiciāt natiuitatē,quo admiſſo nati in uita nō cōprehēderēt,d.l.cōmodisſimè,& ſup hoc ſtabat iurgiū antiq; Interpretib. exortū,de quo ibi fit mentio tū placuit ibi imperatori, ſenſum de quo ſupra fauore

conseruandi testamenti,& uoluntatis testatoris ad iuuandæ eam ad hunc finem, & alias multas leges posuerit ut ibi dicitur, item probari ait hunc intellectum ea ratione quæ ibi affertur ne pœnam patiatur præteritionis, qui suos filios non præterijt. ostẽditur enim ex tali ratione quòd generaliter,ac quolibet casu dicitur uoluisse instituere,quæ ratio cessaret quando uoluisset casus distinguere. Et sic diceremus unum casum solum expressisse quia tunc in casu omisso diceretur filius esse præteritus.

Ex hsque ait clare resurgere supra firmatam conclusionem debere intelligi secundum prædicta, ut scilicet procedat quando ex uerbis colligi potest, q̃ aliud testator uoluerit, quàm casus distinguere.

15 Dec.autem † in consilio 15.sub nu.6. & ante illũ Bald.in l.conuenticula sub numero secundo, C.de episcop.& cleri.intelligunt text.in d.l.commodissimè locum habere quãdo casus penitus fuisset omissus,secus si ab expressis conijci posset,quia tũc pro expresso habetur,qualis uidetur esse casus dictæ l.ultim.C.de posthum hæred.instit. & sic uidetur conuenire cum supra relata sententia Mariæ iunio.

Quid stabiliẽdum erit pro amolitione istius obi-

16 cis. ego uideo † difficultatem reduci ad duo capita, quorum alterũ est an tex.in dicta l.commodissimè loquatur in conditione necessaria, uel in uoluntaria. Alterum est quomodo seruetur ille tex. dictæ l.commodissimè a contrarietate d.l.ult. C.de posth.hæred.instit.

17 Quantum ad primum dico † dictam l. commodissimè non obstare supra firmatæ conclusioni, q̃ loquitur in conditione uoluntaria non autem in necessaria, quòd autem ita se res habeat sic induco. commodissimè inquit Pomponius, is qui nondum natus est ita hæres instituitur siue me uiuo, siue me mortuo natus sit, hæres esto, aut etiam purè neutrius temporis habita mentione, si enim uno uel altero casu expresso,uel etiam neutro, testantis arbitrio potest fieri institutio,ergo non poterit dici necessaria conditio quæ in arbitrium collata est, quia ea est oppositorum natura, ut altero posito

18 † necessarium sit,alterum remoueri.l.hæc uerba ille aut ille de uerbo.significat.l.si inter de exceptio. rei iud.Doctor.in rub. de acquiren. poss. Et quia

19 in arbitrarijs nulla potest † necessitatis ratio afferri,sed pro ratione uoluntas perpenditur, l.prima,§. pueritiam iuncta ibi glo.in uer.ratus de postul.Iaſ. in rubr.de leg.primo,ad fin. Dec.in rub.C.de testa. milit.& est tex.instit.de leg.can.in princip.& est uulgo iactatissimum dictarium. quibus ita se habentibus succedit,ut cum res uersetur in conditione voluntaria in qua potuit testator pro animi debito casum omissum exprimere,eius omissio habetur pro omissione,& censeatur eius censura relicta iuris cõmunis dispositioni,quo iure merito disponitur testamentum rumpi si eueniat conditio casus omissi,

20 quia † ne sub conditione quidem scriptus hæres intelligitur,qui in hunc casum nascitur qui testamento non est comprehensus,secus in necessaria conditione per rationes quæ supra consideratæ fuere in constituenda supra relata conclusione.

Quantum ad secundum caput circa difficultatẽ

21 cõtrarietatis † dictæ l.fin. C.de posth.hær. instit. q̃ paucissimis resoluendo negocium,dicitur in dicta l.fin.quamuis agatur de conditione uoluntaria, ut & in casu dictæ l.commodissimè, nihilominus ibi progressionem fieri de casu ad casum, quia uerba illa si intra decem menses post mortem meam nascetur, possunt ex uerisimili testatoris mente comprehendere nõ solum tempus natiuitatis post mortem testatoris expressum,sed etiam tempus natiuitatis in uita testatoris tacitè comprehensum, ut supra declarauimus,& ideo licet in conditione uoluntaria negocium geratur tamen admittitur productio de casu ad casum,seu magis comprehensio, ex tacita testatoris uoluntate uerbis generalibus enun-

22 tiata. Quinimmo retento eo intellectu, quòd casus natiuitatis qui postea subsecutus est uiuente testatore,ueniat comprehensiuè,& non extensiuè,ille dictæ l.fin.non solum obstabit l.commodissimè sed etiam per locum a speciali cum illa conueniet,arg. l.ius singulare & l.quod uero de legib.& l.1.ad municip. & de incol. Quod argumenti genus eundem quoque producit effectum, retento pariter intellectu, quòd ibi ex uerisimili testatoris mente fiat extensio.

SVMMARIVM.

1 *Quantis obnoxia sit difficultatibus resolutio tex.in l.fideicommissa,§.si cui de leg.3.*
2 *Quid sentiat gloss.*
3 *Duæ aliæ referuntur solutiones. nu.4.*
5 *Quartam afferri solutionem ex Croto.*
6 *Quintam ex Io.Bologneto.*
7 *Sextam ex eodem.nu.8.& 9.*
10 *Septimam ex Laceloto Galiaula.*
11 *Beneficio emancipationis quod a patre profectum est,filium non debere uti contra patrem.*
12 *Difficultatem dicti §.si cui ab antiquis patribus resolutam non fuisse.*
13 *Quis sit dicti §.si cui l.fideicommissa de leg.3.sensus præter cæteros,cum seq.usque in fin.*
14 *Mortem nihil esse aliud, quàm separationem animæ a corpore.*
15 *Capitis diminutione omnia iura ciuilia resolui, vt morte.*
16 *Germanum aperiri sensum.d.§.si cui.*

Qualiter sit resoluenda difficultas,l.fidei commissa.§.si cui, de leg.3.

CAP. X.

1 VAntum ad tex.in dicta l.fideicõmissa,§.si cui de legatis tertio, † res non leuibus uidetur obnoxia esse difficultatibus, cum uideatur textum ille pugnare, & cum supra firmata conclusione, & cum dicta l.si mater C. de instituẽ. & substitu. l.mulier ad senat. Trebellia. & l.si.

l.si. C.de donatio.quæ sub mod.propterea uariæ afferuntur solutiones ad d.§.si cui.

2 Quarum prima est ex glo. ibidem† quòd ille tex. concordat cum dictis iuribus & cum supra firmata conclusione.

3 Secunda est†q in d.§.si cui per emancipationem adimpleatur conditio, ut institutus habeat utilem actionem & postea per mortem, adimpleatur per complementum.

4 Tertia est† quòd Bartol.conclusio non est vera, quodq; conditio mortis non adimpletur per emancipationem, per d.§.si cui; nec obstant dicta iura, quasi contineant casum specialem, videlicet quando pater erat indignus, uel ipsa mater ex aliqua causa erat indignata cum eo.

5 Quarta est† quam ponit Crotus in d.§.& quid si tantum, & quam videtur sensisse Dec.in d.l.si mater C.de instit.& substit. Maria. Iunio.in l. cum filio in prima par.de leg.1. & in d. §.& quid si tantum, sub nu.57.versic.ego alias hoc est, ut d.§.si cui, loquatur in extraneo, cuius institutio facta sub conditione mortis, non habet effectum per emancipationem; & dicta tria iura ex aduerso relata locum habeant in matre, quæ optat filios suos plenè habere totam hæreditatem, & propterea mater ipsa uidetur cogitasse de effectu ipsius conditionis, ut omnino filij habeant plenè hæreditatẽ, extraneus uero nõ præsumitur habere tantum desideriũ, ut eis acquiratur, & uidetur cogitasse solùm de forma conditionis, & rationem dicit esse Socinus iunior iam relatus, quia propter uotum maternum, & naturalem affectionem in filium, credere est matrem eam conditionem appossuisse, solùm considerando eo modo, ideſt per mortem patris, filium futurum esse sui iuris & non aliter, quòd si credidisset filium emancipatione exiturum esse patriam potestatem, uerisimile est illam, eo quoque casu prouisurã fuisse, ita mater na charitate suadente quæ solum considerauit existentiam sui iuris, uidelicet ut filius sui iuris efficiatur, ac liberetur a sacris paternis, ut plenè habere possit. Quæ consideratio cessat in extraneo, & ideo tunc expectatur mors, in cuius tempus dilatum erat fideicommissum, & hanc resolutionem inquit Soc. iun. cum aliàs ueram putaret suo solum fretus iudicio, nunc uerisimam esse credere ob auctoritatem Decii ac Croti; eamque dicit fuisse Paul. Castr. in d. l. si mater C.de instit. & substit. Lancello. Galiaul. in d.§.& quid si tantum sub nu.38.ver.ult. cõtra istam, quamuis moderni hic col. 11. sibi adscribant. sed tamen ipse Lancel. illam impugnat, quod facit & Io. Bologne. sub nu.81. ad fin.

6 Quinta est† quam ponit idem Bologne. sub nu. 82. quod in d. §. si cui testator ulterius processit declarando modum quo deberent filij exire patriã potestatẽ, scilicet per mortem patris, unde uidetur eni xam uoluntatem adhibuisse ad dictam conditionẽ, ut in forma specifica adimpleatur, & in dictis iuribus erat dictum si pater moretur uel eos emancipauerit, quæ generalis conditio facilius extenditur, & hanc solutionem dicit satis arridere auribus, nihi lominus eã turbari per tex.in d.l.mulier in 2.respon. ad Trebellia. ubi pronuntur eademmet uerba, si efficientur sui iuris per mortem quæ ponuntur in dicto.§. si cui.

7 Sexta autem† solutio est quam ponit idem Bologne. coniungendo aliquas ex prædictis solutio. uidelicet quòd in dictis tribus iuribus supra in oppositum relatis erat mater quæ instituebat filios. & propter affectionem desiderabat, quòd plenè acquirerentur filiis, tum propter charitatem naturalem, tum quia forsan erat indignata, uel quia maritus alios filios habebat ex alia uxore, & dubitabat ne hæreditatem illis participaret, uel quia erat indignus, v.g. luxor uel fornicarius, & uerebatur ne bona filijs relicta consumeret; unde causa illius extensionis uidetur fuisse longa consuetudo mariti morum quos suspectos habebat; qua mota uoluit ut filijs plenè acquireretur, in d. uerò.§. si cui erat extraneus qui relinquebat, & non habebat tantam affectionem, neque tantum desideriũ quòd eis bona relicta plenè acquirerentur, unde præsumitur, cogitasse de forma conditionis, & quòd non possit adimpleri nisi in forma specifica, ex quo discursu dicit dari unam magnam declarationem ad conclusionem supra firmatam, ut conditio necessaria ad effectum actus extendatur
8 ad casus similes, ut scilicet non† procedat ex propria natura conditionis, sed propter subiectam materiã, uel quod saltem regula procedat præsumptiuè tantum, tamen ex alijs coniecturis possit probari contrarium; ut non debeant extendi, sed adimpleri per æquipollens per d.§. si cui.

9 Sed hæc† solutio seu concordia, ut ipse appellat, eadem est cum resolutione Crot. Decij, & Soc. iuni. & ante illos Paul. Castr. in d. l. si mater quam idem Bolog. paulo superius improbauit.

10 Septima est solutio† Lancelo. Galia. in d. §.& quid si tantum sub nu.38. uersi. aliàs dicebam, ut tex. in d. §. si cui loquatur quando pater erat grauatus dare propriis filiis, si efficerentur sui iuris morte patris; nam si per emancipationem id succedat non debent statim filij habere à patre, sed tunc demum cũ mors
11 secuta fuerit, ne benificio† emancipationis quod à patre consecuti sunt utantur contra patrem, l. amicissimos. §. fin. de excusat. tuto. l cum filio in fin. de leg.1. Sed hunc intellectum dicit idem Galiaul. esse diuinatiuum ut & diuinationis arguit Bologne. iam relatos alios supra recensitos.

12 Quid dicemus? Ego† opinor quòd quamuis grauissimi illi patres supra relati strenue laborauerint pro resoluenda huiusmodi difficultate, non tamen punctum tulerint, propterea præter cæteros sentio tex. in d. §. si cui non impugnare conclusionem nostram, sed pro ea stare ac probare, quandoquidem dicit tex. Si cui ita fuerit fideicommissum relictum; Si morte patris sui iuris effectus fuerit & emancipatione sui iuris factus sit non uidebitur defeciſſe conditio; sed & cum mors patri contingat, quasi existente conditione ad fideicommissum admittetur. quibus uerbis mihi uidetur ita expresse demonstrari fideicommisso fieri locum æque per emancipationem, ac per mortem, ut nihil posset clarius ostendi.

13 Nam† sensus eius orationis est, ut eo in casu cum filius

lius emãcipatione facta a patre sui iuris fiat, non dicatur deficere conditio, sed quasi existente conditione ad fideicommissum admittatur, cum & mors patri contingat, quasi dicat cum interueniente emancipatione dicatur quodam modo mors patri contingere, eo quia respectu patriæ potestatis mors patri continget à filio, ideſt separatio, quia mors nihil est
14 † aliud quam separatio animæ à corpore, & sic destructio uitæ Cic. lib. 1. Tuscul. quæstio. auctore & Gel. lib. 2. c. 6. Attica. noct. & omnium est resolutio §. deinceps in auth. de nupt. sic emancipatio est separatio filij a patre & destructio patriæ potestatis & introductio sui iuris. §. præterea inst. quib. mod. ius patr. pot. sol. cum iure ciuil. facta emancipatione perinde habeatur ac si nunquam filij in patria potestate fuissent. §. emancipatos instit. de exhæred. liber. §. emancipati instit. de hæred. quæ ab intest. de-
15 fer. cum per capitis diminutionem † ita omni aiura ciuilia inter eos esse desierint ut morte. §. ult. instit. de leg. agnat. tutel. §. minima inst. de cap. diminu. iun
16 cto d. §. deinceps in auth. de nupt. Verus igitur † ac germanus sensus illius. §. erit decernere, ut filijs sui iuris effectis per emãcipationẽ, quasi morte patris interueniente, & sic quasi existente cõditione fideicõmissum sub ea conditione relictum si morte patris sui iuris effecti fuerint debeatur, qui sensus multo magis admittendus erit, quòd per illum reducitur ille tex. in d. §. si cui ad ueram concordiam, planamq; conciliationem eum cæteris iuribus in oppositum allegatis. Et adiuuatur illa ratione quòd cum in illa conditione, si morte patris sui iuris effectus fuerit, uis facta fuerit in suitate iuris, quæ ita per emancipationem, ut per mortem contingere poterat, ut supra declaratum fuit; casus mortis uidetur potius fuisse exempli, uel frequentioris usus gratia expressus, quàm aliter, & ideo non debuit impedire productionẽ illius casus mortis ad casum emancipationis.

SVMMARIVM.

1 *Extensionem in conditionibus necessarijs non fieri, quando in oppositum apparet de mente defuncti.*
2 *De mente omnium.*
3 *In conditionibus primum locum obtinere mentem defuncti.*
4 *Siue expressa siue tacita sit.*
5 *Actus agentium ultra eorum intentionem non operari.*
6 *L. si pater filium & l. si ita quis de vulg. & pupill. intellectus nu. 7.*

Quid resoluendum sit quando extensioni faciendæ secundum regulam obstaret mens ipsius disponentis. Cap. XI.

1 IMitatur autem supra dicta conclusio sic ut supra confirmata, ut locum non habeat † quando in oppositum appareret de mente ipsius disponentis uel expresse uel per alias coniecturas, ut tradit Bologn. sup. rel. in d. §. & quid si tantũ sub nu. 82. ad fi. & est
2 de † mente omnium scriben. ibidem & satis constat, ex supra relatis, nec mirum id quidem cùm in cordi-
3 tionibus primum locum obtineat uoluntas † defuncti l. in conditionibus de condi. & dem. l. cum uirum, C. de fideic. l. cum auus ff de cond. & demonst. cum simil. quę supra adduximus lib. 1. in ea parte in qua tractauimus qui sit uerborum finis, ubi ostendimus uerborum uirtuti mentem disponentis præ-
4 dominari. Siue illa † tacita sit, siue expræssa, ut scribit Ias. in l. cum res in 6. notab. de le. 1. & in istis terminis secundum aliquorum solutiones possunt intelligi iura quę supra in oppositum fuere deducta. Non enim
5 † debent actus agentium operari ultra eorum intentionem l. non omnis si cert. pet. & l. obligationũ substantia de actio. & obl. cum socijs, & in hunc quoque
6 sensum potest induci † tex. in l. si pater filium & in l. si ita quis de uulg. & pup. subst. prout perpẽdit. D. Alc. d. li. 3. de uerb. sig. sub nu. 18. ibi in uers. igitur ut pu
7 gnantia, qui absolute firmat † hanc limitationem ad dictam conclusionem, & postea in uers. quod & in ea, inducit supra dicta iura in eundem finem.

SVMMARIVM.

1 *Si testator instituerit uentrem uxoris si masculum pareret, eique seium substituerit, & si fœminam, uel neminem pareret substituerit hospitale; & uxor in puerperio decesserit, infansque cæso uentre extractus sit ac decesserit, seio ne, an hospitali debeatur hęreditas nu. 2.*
3 *Seio deberi hæreditatem ex receptiore sententia.*
4 *In practica durum esse recedere ab opinione Baldi ac Salyceti cum non habent contradicentem.*
5 *Ex coniectura mentis interpretationem etiam si verba omnino non quadrent.*
6 *Contrariam sententiam qui defenderint & quibus rationib. nu. 7. & 8.*
9 *Sed a communi sententia recedendum non esse ex auctoris voto, & quibus rationibus.*
10 *Conditio illa si peperit quàm uarios sensus habeat. nu. 11.*
12 *Quomodo resoluenda sit obiectio Iason. de pluribus conditionibus.*
Ex ui uerborum tacite subintellectorum, quomodo extensio fiat, & non ex ui conditionis.

Quid si testator uentrem uxoris instituerit si masculum pareret, eique seium substituerit, & si fœminam uel neminem pareret substituerit hospitale, & uxor in puerperio decesserit, eique cæso uentre infans extractus fuerit an seius, uel hospitale admitti debeat.

CAP. XII.

1 IX hactenus deductis infert D. Alc. d. li. 3. sub nu 19. † ad decisionem nonnulla rum quæstionum quæ frequenter in praxi contingunt, & inter ceteras q si
2 testator uentrem uxoris instituerit † si masculum pareret,

reret, eique seium substituerit, & si fœminam uel neminem pareret hospitale substituerit, uxor autē in puerperio decesserit, eiq; cæso uentre infans extractus fuerit, nihilominus seium ex præmissa substitutione admittēdum esse cū masculum peperisse dici non possit mulier, si cæso uentre fœtus extractus est, l. anniculus de uerb. sig. quia cum hæc conditio si masculum peperit necessaria sit propius est, ut effectum considerari substitutionique locum esse di-
3 cendum sit, †ut crebriore calculo receptum esse constat ex Alex. in l. quod de lib. & posth. sub nu. 6. qui dicit ita firmare Saly. in l. fin C. eod tit. asseuerantem Bald. sic consuluisse per d. l. fi. & l. Titius. §. 1. & d. l. quod dicitur de lib. & posth. essēque de mente Bal. in l. fin. C. de su. & legit. hæred. & Bart. in l. Arethusa de stat. hom. dum distinguit an mulieri in dispositione inductus sit fauor, uel id minus, aliasque nonnullas rationes considerat Ias. in d. l. quod dicitur sub
4 nu. 6. & duobus seq. asserens quòd in practica † durum esset recedere a decis. Bal. ac Saly. cum non habeant contradicentem, eandem quoque probat sententiam D. Alcia. in d. l. anniculus in fi. de uerb. sign. eo quòd non respexisse uidetur testator modū quo filius in lucem prodeat, sed quomodocunque natus
5 sit illi consuluisse, & ideo ex coniectura † mentis fit interpretatio etiam si conditionis uerba omnino non quadrent; Petr. Rebuff. in d. §. fin. d. l. anniculus uersi. quod tamen intelligerem.

6 Contrariam † tamen huic opinioni sentētiam firmat Ias. in d. l. quod dicitur sub nu. 9. vers. tamen, per tex. in d. l. anniculus. §. fin & in d. l. etiam ea mulier de uerb. signi. in quorum altero dicitur falsum esse eam peperisse, cui mortuæ filius extractus est, altero scribitur etiam eam mulierem dici filiū habere cui exciso uentre filius editus est, nec istis iuribus satisfacere solutiones Bal. & Saly. quia faciūt manifestam uiolentiam, & restrictionem ad illum text.

7 Rursus quia uidetur †hæc institutio facta sub pluribus conditionibus, uidelicet si grauida esset, & si masculum peperisset, quarum concursus ad implementum dispositionis est necessarius l. si hæredi plures de cond. institutio. unde quamuis prima illa conditio si grauida esset impleta fuerit; non tamen absoluta est altera si masculum filium peperisset cum peperisse dici non possit ea mulier cui mortuæ filius exciso uentre extractus sit. d. l. anniculus. §. fi. & ideo cum casus iste reperiatur omissus fuisse à testatore,
8 nimirum si substitutioni locus esse non posit. Præterea quia conditiones † illæ supra relatæ nihil dispo-nunt in utilitatem uentris sed extranei substituti, & tunc quia talis cōditio nullo casu necessario inerat, remanet prorsus uoluntaria atque ita immutabilis, & propterea casus omissus pro omisso prorsus habendus esse uidetur, iuxta ea quæ supra dicta sunt, & in fine plenius dicentur, & eiusdem sententiæ uidetur fuisse Ang. in d. l. quod dicitur de lib. & posth. & in cons. 51. Simon notarius col. 3. in legato facto mulieri si filium pepererit, nec uidetur dissentire Bar. in d. l. aretusa de stat. hom. ad fin. sub nu. 4. ubi pro absoluto habet eo in casu conditionem non dici impletam fore.

9 Quid dicemus? Ego †opinor sententiam contra Iasonem ut receptior est, sic quoque esse ueriorem in puncto iuris, ad quod ostendendum ea ratiocinatione utor; nam conditio illa institutioni adiecta, si filium masculum pepererit, prout ad diuersa referri potest diuersos quoque habet sensus, in quibus excipiendis promiscuè confusaneè locuti fuisse uidentur interpretes nostri, ita vt eorum uim penitus hausisse non uideantur; si enim ad matrem referatur stat in proprijs suis terminis, in propriaque eius
10 significatione, & ideo †cum significet mulieris enitentis actum, ut scribit D. Alciat in d. §. fin. d. l. anniculus, & resumit ibidem Petr. Rebuf. in prin. eius cōmentariorum ad d. §. si execto uentre infans ei detrahatur nō potest dici peperisse; & ita procedit tex. in d. l. anniculus ad fin de uerb. sign & quod dicit Bart.
11 in d. l. Arethusa ad finem, si uerò referamus †eam cōditionem ad partum qui in utero est, clarum est, q̄ alium sensum non habet quam, hunc uidelicèt si natus sit uel fuerit filius masculus, quia actus ille enixionis qui consideratur in matre, applicari aliquo modo non potest filio, unde cùm semper filius natus esse dicatur, siue mater illum pepererit, siue exciso uentre extractus fuerit, d. l. quod dicitur de li. & posth. ubi Ias. in 1. not. qui infert ad multas quæstiones in praxi, l. posthumus § item natus de inoff. test. cum simil. Necesse erit, ut quantum ad substitutionem factam filio masculo semper dicatur verificata esse conditio substitutionis, siue mater peperit, siue illi mortuæ fuerit exciso uentre filius extractus. Ne-
12 que mouet †illa consideratio Iasonis secundo loco facta de pluribus conditionibus; quia in casu nostro non aderant plures conditiones, ut in casu Iasonis & Bal. in quo erat appositа illa quoque conditio si grauida erit, quia in casu isto testator pro absoluto habebat illam grauidam esse, unde sola aderat cōditio si masculum peperisset, quæ cùm filij nascituri utilitatem respiceret, ut supra dictum est, debuit intelligi. quę consideratio resoluit etiam tertiam obiectionem quæ erroneè opponebatur nō agi in tali cōditione de utilitate filij nascituri, ad quod etiam aduertit Ias. unde stante s. d. declaratione s. facta, ap-
13 paret, & ex ui †uerborum tacitè subintellectorum, hanc productionem in ista facti specie fieri, non ex eo quod conditio sit necessaria, quicquid uoluerit D. Alciat. in d. l. 3. de uerb. signifi. & in d. l. anniculus §. fin. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Testator si usumfructum uxori reliquerit si uidua permanserit, & post eius mortem Titio si illa secundo nubat cui debeatur ususfructus.*

2 *Dilatio in fauorem uxoris adiecta hæredi prodesse non debet.*

3 *Communem esse sententiam ut mulier cui legatus sit usus fructus si uidua permanserit, & post eius mortem Titio, si ad secundas nuptias transuerit legatum Titio deberi.*

4 *Sed contrà sentire D. Alciatum.*

5 *Testator loquens de filijs masculis in una parte testamenti, &*

ti,& in alia simpliciter loquens de filijs, non intelligi de filijs masculis loqui voluisse.

6 *Pœnam a testatore impositam ad hæredem potius, quàm ad eius cuius fauore imposita est spectare debere.*

7 *Intellectus l. mulier ad senat. Trebellianum.*

8 *Communem opinionem esse veram, ut per transitum ad secundas nuptias Titio legatum usus fructus debeatur, sed minus recte fuisse illa tum a principali conclusione ad decisionem huius quæstionis.*

9 *Mortem principaliorem, ac frequentiorem esse modum fiendi usumfructum.*

10 *Testator cum uocat substitutum legati vxoris post eius mortem pro absoluto habet illam non esse facturam transitum ad secundas nuptias.*

11 *Casum mortis frequentioris usus gratia extendi.*

12 *Quando ex coniecturis apparet de uoluntate testatoris, tunc cessat obiectio quòd testator dicere potuisset.*

13 *Et maximè cum uersamur in ijs quæ frequentioris usus gratia vel exempli causa dicta esse comperiuntur.*

14 *Quando vxor esset iuuenis, per transitum ad secunda uota non censeretur factus esse locus substituto vocato in casum mortis.*

15 *Vix tamen esse ut huic limitationi possit esse locus.*

16 *Vxor vbi habet à marito filios, etiam si iuuenis sit non facile credit maritus illam ad secundas nuptias transituram esse.*

Testator si vsumf. reliquerit vxori si vidua permanserit & post eius mortem Titio, vxor verò secundo nupserit vtrius esse debeat usus fructus.

CAP. XIII.

1 INfert quoq; D. Alc. ex constitut. antedictæ conclus. ad decisionẽ alterius qõnis, uidelicet. †Quòd si testator vxori vsumfructum reliquerit si uidua permanserit, & post eius mortem Titio, uxor secundo nupsit, utrius usus fructus esse debeat, donec uxor morietur, & dicit frequentiorem esse interpretum sententiam in l. mulier ad senat. Trebel. ut statim Titius habere debeat usumfructum, ut conditio mortis ad secundas quoque
2 nuptias porrigatur, cum huiusmodi dilatio †in fauorem uxoris adiecta hæredi prodesse non debeat, l. a filia. §. alumno ad senat. Trebellia. unde si ad secundas nuptias properauit legatario locum faciet, & re uera hanc opinionem dixit Alex. in d. l. mulier in fin. princi. probasse Ang. in quibusdam lectur. in auth. hoc locũ. C. de secun. nupt. Castr. in l. si quis hæres ita de acq. hær. & in l. si mater. C. de inst. & substi. sub cond. fact. quib. locis iam relat. accedit Alex. qui eandem firmat sententiam in d. l. si mater C. de insti. & substi. & fuit origin. decis. Io. Andr. ad speculator. in ti t. de secun. nupt. in rubr. quem refert ac amplectitur Soc. in cons. 5. lib. 3. & in cons. 3. col. 2. ante medi.
3 eo. lib. & col. 3. in princ. ubi att testatur eam †decisionem communiter esse a doctorib. approbatam.

Ipse tamen D. Alcia. non putat hanc sententiam
4 esse veram †quia cum apposuerit testator illam conditionem, si uidua permanserit, uidetur considerasse quod ad secundas nuptias eius uxor transire facile potuerit, unde cum non prouiderit nisi in casu mortis uidetur noluisse omittere casum secundarum nuptiarum, & consequenter eum relinquere dispositioni iuris communis, quia aliàs si uoluisset prouidere facile id potuisset, l. 1. §. fin autem, C. decad. toll. & argu. eius quod scrib. Ias. in l. qui filiab. in prin. de leg.
5 pri. † ubi uult patrem qui semel de masculis in test. fecit mentionem, & postea simpliciter de filijs est locutus non intelligi 2. loco uoluisse rursus de filijs masculis intelligere. Item quia pœna priuationis
6 †a testatore imposita ad hæredem potius, quàm ad eum cuius fauore imponitur spectare debet l. uxori
7 usumfructum uillæ de usufr. leg. Ad l. uero † mulier in princ. respondet ibi testatricem ueri similiter non cogitasse casum emancipationis, ut casum nuptiarum cogitauerat testator in facti specie proposita.

8 Quid constituendum erit? †Ego opinor communem sententiam esse ueram, sed non satis oportunè fuisse ex principali conclusione nostra ad eius quæstionis decisionẽ illatam, ueram esse reor, ex eo quia testator dum legauit uxori usumfructum si uidua permanserit, & post eius mortem Titio, uidetur cõsiderasse extinctionem ac finem usus fructus in uxore cui relinquebat priore loco dictum usumfructũ ad hoc ut faceret locum ipsi Titio substituto, quia
9 † mors fructuariæ principalior est ac frequentior modus finiendi usumfructum §. fin. insti. de usufruc. l. corruptionem in princ. C. de usucap. cum socijs an de quamuis usus fructus fuerit extinctus, non per mortem sed per transitum ad secundas nuptias, & sic per sublationem uiduitatis atque extinctionem conditionis appositæ legato uxoris, nihilominus fit locus substiturioni, quia habito fine non curamus de medijs quib. peruenimus ad finem l. cum seruus
10 de uerb. obligatio. cum simil. Rursus †quia licet testator adiecerit legato usus fructus uxoris, si uidua permanserit nihilominus habuit pro absoluto, illam permansuram esse uiduam, quia uacauit substitutum solum post mortem uxoris, unde apparuit eum apposuisse casum mortis quasi nõ dubitantem de conditionis defectu per transitum ad secundas nuptias; in eo quoque casu idem dispositurum quod in casu mortis. ergo illo eueniente poductio de casu mortis ad casum transitus ad secundas nuptias fieri debuit. d. l. mulier, ad Trebell. d. l. fi. C. de posthum. hæred. insti. & arg. nota. in l. tale pactum de pactis.
11 Accedat † quòd ut & in superioribus diximus uidetur casus ille mortis potius exempli ac frequẽtioris accidentis gratia esse expressus; unde impedimento esse non debet, quominus in similib. idem sit dicendum iur. uulg. Et per hęc cessant considerationes D. Alciati, quòd si uoluisset testator facilè exprimere
12 potuisset, quia cum ex fine †in quem dirigebat testator dispositionem suam apparet de illius uoluntate uolentis ut dispositio etiam ad hunc casum perduceretur, cessat illa obiectio, & consequenter illa deci-

decisio Ias. in d.l.qui filiabus & illa obiectio d.l uxori usumfructum uillæ, nam decisio Iasonis, præter quam quod habet multos cõtradicentes, cessat prorsus qñ de casu ad casum illatio fit ex cõiecturata uo
13 luntate defuncti, & maximè † cum uersemur in ijs quæ frequentioris usus gratia vel causa exempli dicta sunt, ut per Ias. in d.l.1. de leg.1. sub nu.14.uer. contra tamen, vel quando sub generalibus uerbis casus omissus comprehenderetur, ut per Alex. in consi. 75. sub nu.13. vol.5. prout in casu nostro, in casu autem d Luxori usumfructum, tempus præcisum fuerat adiectum, idq; non solum quoad translationem ususfructus, sed etiam dominij & proprietatis, unde limitata causa terminos suos egredi non debebat l. in agris cum sodalibus de acquir. rerum dominio cum præsertim a fine in quem directa fuit uoluntas testatoris non comprehenderentur omnes illi casus ut in q.nostra fore supra dictam fuit.

Quod autem nõ debuerit inferri ex conclusione nostra ad huius q decisionem ea ratione affirmo, quòd cum in hac disputatione non uersemur in aliqua conditione necessaria, sed potius uoluntaria ad actum ac ad effectum actus, sequitur ut ab uno casu ad alterius decisionem non potuerit inferri.

Limitat tamen D. Alci. loc iam relat. antedictam
14 conclusionem, quando uxor esset iuuenis † & quam testator uerisimiliter credere poterat secundas nuptias appetituram esse, tunc enim casum hunc uerisimiliter cogitare potuerit, & non prouiderit, dicendum inquit non esse substitutionem ad alium similem casum perducendam, in quam sententiam facit l. commodissime de lib. & posth. cum inductionibus supra relatis. sed si rationibus per nos supra cõ
15 sideratis hãc communem illationẽ defendamus † uix est, ut huic limitationi possit esse locus; præsertim si ususfructus extinctionem præ oculis à testatore habitam fuisse defendamus. & casum mortis exempli, uel frequentioris usus gratia expressum fuisse dicamus. sed si solam illam consideramus rationem. cui Io. Andr & cęteri antiquiores videntur innixi fuisse, quòd scilicet non uideretur testator considerasse casum transitus ad secunda uota, res maiorem haberet difficultatem, nihilominus ego tunc sic constituendum esse censerem, ná si uersaremur in casu in quo loq. Io. An. & socij, videlicet qñ testator ab ipsa uxore filios haberet, & eos hæredes instituisset, ego
16 crederem † huic limitationi non esse locum, quia etiam si uxor esset iuuenis potuit tamen testator facile opinari eam non esse ob amorem filiorum facturam transitum ad secundas nuptias, & propterea adhuc essemus in terminis istius conclusionis, etiam prænarrata rarione inspecta, quòd si ex illa filios aliquos non haberet, ego perfacile manum darem D. Alciato per tex. in §. sin autem in auth. de nõ elig. 2. nub. mulier.

SVMMARIVM.

1 *Quid si Titio fuerit relictus ususfructus transeunte uxore legataria ad secundas nuptias, & illa mortua fuerit.*

2 *D. Alciatum putare Titio non deberi usumfructum sed remanere apud hæredem.*

3 *Ridereque Socinum, qui subtilibus, ut ait, rationibus contra disseruit.*

4 *Conditio si ad secundas transierit nuptias, esse multum dissimilem conditioni mortis. nu.5.*

6 *Esseque conditionem uoluntariam, in qua non datur progressus de uno casu ad alterum.*

7 *Conditionem transitus ad secundas nuptias per mortem deficere.*

8 *In vltimis voluntatibus defuncti voluntatem prædominari.*

9 *Cum testator facit mentionem transitus ad secundas nuptias, censeri excludere casum mortis.*

10 *Vxore dotem repetente vsumfructum finiri, sed tamen non fieri locum substituto in casum secundarum nuptiarum.*

11 *Oppositum in oppositio operari debere quod propositum in proposito, ideoque si casus mortis trahitur ad secunda vota, sic & secunda vota ad mortem perduci debent. nu.12.*

13 *Legatum comparari donationi causa mortis.*

14 *Testatorem tum facit mentionem mortis censeri non cogitasse de secundis nuptijs.*

15 *Quem præsumi uiuere usque ad centum annos, & casum mortis qui breui tempore contingere possit, non esse in consideratione.*

16 *Non esse recedendum ab illa opinione quæ admittit progressum a secundis nuptijs ad casum mortis.*

17 *Ea quæ ex ui comprehensiua dispositionis ueniunt nunquam omissa esse censentur.*

18 *Extinctionem ususfructus tanquã genus comprehendere omnes modos quibus ususfructu extinguitur.*

19 *L. commodissime de lib. & posth. leg. esse locum, quando ex mente testatoris casus posset comprehendi.*

20 *Conditiones substitutionis in legato ususfructus quodam modo necessarias esse.*

21 *Per casum mortis impleri conditionem ususfructus posita in transitu secundarum nuptiarum.*

22 *Casus mortis cum dici incertitudinem contineat non potest dici contrarium legati ad emptionem continere.*

23 *Obiectionem laborantem in æquiuoco nullius esse considerationis.*

24 *Testator considerans vsusfructus extinctionem casus omnes quibus ususfructus extinguitur continere.*

25 *Relictum uxori post nuptias, comprehendere quoque casum mortis.*

26 *Regula l. cum prætor de iudicijs quomodo sit intelligenda.*

27 *Vxorem posse repetere dotem suam citra periculum amissionis ususfructus.*

Quid rursus dicendum sit si testator legauerit usumfructum, si uidua permanserit, & si ad secundas nuptias transiuerit eundem usumfructum Titio reliquerit, an uxore ante nuptias secundas defuncta Titio debeatur usufructus.

CAP.

CAP. XIIII.



1 Ed quid si è contra, testator uxori usumfructum † reliquerit, si uidua permaneret, & si ad secunda transiuisset uota, Titio eundem usumfructum reliquisset, uxore ante secundas nuptias defuncta, debebitur ne Titio usufructus? D. Alc. d. l. tertio, sub num. 20. ad fin. putat uerius esse, ut admitti non debeat Titius quasi non euenerit conditio.

2 Vnde meritò hæredi † remanebit iuxta d. l. uxori usumfr. uillæ de usufruct. leg. eo quòd dissimilis est
3 nuptarum mortisque casus & ridet Soci. † qui futilibus quibusdam rationibus contra diserut in consil. 30. uol. 3. cum idem diuersum consuluerit in cons. 3. eod. uol. cuius propositæ quæstionis ut plenior habeatur resolutio ac certior, referam quibus nam rationibus diuersas consulendo sententias secutus fuerit Socinus, deinde quid resoluendo sit tenendum.

4 Pro opinione igitur, † quam secutus fuit D. Alciat. considerat Soci. quatuor rationes, quarum prima est, quod illa conditio, si ad alia uota transierit, est
5 multum † dissimilis conditioni mortis, per l. commodissime iuncta solutione quam dat Bar. ad illam l. in d. §. & quid si tantum ubi ait, quod hæc sunt multum dissimilia inter se, nasci in uita, & post mortem igitur fortius hæc erunt differentia inter se, transire ad secunda uota, & mori, cum mors omnia soluat. §. deinceps in auth. de nupt. sed dispositio & prouisio facta in uno casu per modum cõditionis non extenditur ad alium casum dissimilem d. l. commodissime, & l. si cum dotem in princ. solut. matri. & supra diximus, ergo &c.

6 Secunda est, quia † conditio illa, si transiuerit ad secundas nuptias est uoluntaria, ut de per se patet, in conditione autem uoluntaria non datur progressus de uno casu ad alterum, quia in forma specifica debet impleri, l. qui hæredi & l. Meuius, de condit. & demon. Bar. in d. §. & quid si tantum quem ibi doctor communiter recipiunt, ergo &c.

7 Tertia est † quia in casu contrario de quo supra per transitum ad secunda uota conditio non deficit, in isto casu deficit, quia per mortem deficit, quia honestè uixit & uitam uidualem seruauit, unde per mortem non potest amplius conditio relicti uerificari, ac purificari & ita cum factum fuerit legatum, si transiuerit ad secunda uota, si non transiuerit censetur ademptum sub contraria conditione, arg. l. post mortem. §. pater de leg. 1. & l. si legatum de ad emp. legat. illo ergo casu quo censetur ademptum non potest uideri datum iuxta tex. notandum & subtilem in l. sicut in annos quib. mod. ususfruct. amitta. in uersi. neque enim ad quod propositum ait a Ludo. Roma. citari tex. in d. l. uxori usumfructum uillæ de usufruct. legat.

8 Quarta est ratio † quia in ultimis uoluntatibus defuncti uoluntas prædominatur l. non aliter de leg. 3. & in l. in conditionib. primum locum de condi. & demonst. defuncti autem uoluntatem in isto casu huic dispositionis productioni repugnare ostendit quatuor considerationibus; prima, quia si uoluisset, expressisset d. l. unica. §. si autem. C. de cad. toll. 2. quia in euentum conditionis transitus ad secundas nuptias testator reliquerat quædam dictæ uxori fructuariæ, quod relictum cum non posset casui euentus conditionis mortis uxoris applicari ostendebat à testatore casum mortis fuisse ultrò omissum, argu. l. qui liberos. §. posthumos de bon libert. & l. nec adiecit pro soci. & l. qui filiabus in princ. de leg. 1.

9 Addi potest & quinta quia cum testator † dixerit quamdiu ipsa honestè uixerit, & uitam uidualem honestamque seruauerit licet uideatur uoluisse usumfructum finiri duobus casibus uidelicet morte uel transitu ad secundas nuptias, nihilominus cum fecerit substitutionem in casu tantum transitus ad secundas nuptias, casum mortis intelligitur uoluisse excludere, arg. l. cum prætor de iud. & l. si fine. §. sed quod Papinianus de mino.

10 Sexta quia † ipsa uxore dotem repetente finiebatur ususfructus & tamen nemo dixerit tunc fieri locum substituto, quia casus omnino est diuersus, arg. d. l. commodissimè, & hoc præsertim quia addiderat testator illa uerba, & eo casu, quibus ostenderat se restrinxisse ad euẽtum duarum conditionum, quando scilicet aliam uitam elegisset ac ad secunda uota transiuisset. ex quo patet alterius tantum conditionis implementum non sufficisse, sed utriusque concursum fuisse necessarium iuxta l. si heredi plures de conditio. institut. & l. si is qui ducenta. §. utrum de reb. dub. ergo euentus conditionis mortis solus non sufficiet.

11 Pro aduersante sententia † adducit idem Soc. in d. cons. 30. duas principales rationes, quarum prima est, ut ideo sit idem constituendum in casu isto atq;
12 in altero contrario, quia † quod operatur propositum in proposito, operatur quoque oppositum in opposito, l & si contra de uulg. & pupil. l. si ut proponis. C. de nup. cum simil. Secunda est quia ex quo casus mortis, & transitus ad secunda uota æquiparantur, ideo si casus mortis extenditur ad transitum ad 2. uota ut supra uisum est, & è contrà ratione, supra scripta dicẽdum est, quia casus est similis, prout probatur ex nota. per Bar. in d §. & quid si tantum. Colliguntur postea ex illius dictis in resolutione contrariorum duæ aliæ rationes quarum altera est quòd
13 legatum comparatur † donationi causa mortis l. illud de donat. caus. mort. instit. de donat. in princ. ut igitur in donatione causa mortis is qui donat, se potius uult hr̃e, q̃ donatarium & donatariũ q̃ hæredẽ, sic & is qui legat, & in legato substituit habere uult se potius quàm legatarium, legatarium quàm substitutum, & substitutum quàm hæredem, ideo debebit de casu ad casum extensio fieri in fauorem substituti. Altera est ratio, quia dicunt doctores supra
14 relati, testatorem disposuisse in casu mortis † quia cogitauit mulierem non esse transituram ad secunda uota, q̃ si cogitasset idẽ disposuisset ergo idẽ dicẽdum erit in casu nostro, in quo cum substituerit, uxore ad secunda uota transeunte, non cogitauit uxorem debere mori antequam filiæ nuberent. si enim

enim cogitasset idem statuisset.arg.l.mulier in prin. ad senat.Trebellia.& d.l 3. C.de instit.& substit.potuit enim cogitare quòd transierit ad secunda uota, antequam filiæ nubant, quo casu postquam nupserint,legarum eis non debebitur,sed si antequam núberent uxor transiret ad secunda uota; sed q uxor moreretur antequam filię nuberent,uerisimilius est
15 quòd † non cogitauerit,tum quia quis uiuere præsumitur usque ad centum annos ut dicit glos. in l. 1. §. si debitor quem. testam. aperiant. tum quia non est in consideratione casus mortis breui tempore, cum adhuc homo superuiuere possit,arg.l.inter stipulantem. §. sacram de uerborum obligat. multo magis in proposita specie dici potest id euenisse in qua testator non cogitauit,& si cogitasset uerisimiliter idem statuisset arg. l. tale pactum cum ibi not. in gloss.de pact.

16 Quid dicendum erit? † Ego puto non esse recedendum ab ea opinione quæ admittit extensionem de casu secundarum nuptiarum, ad casum mortis. Ratio quæ me mouet,illa est,quia quantum ad personam ipsius substituti,eiusque fauorem ac commodum,nulla potest considerari dissimilitudo inter casum secundarum nuptiarum, & casum mortis; ita enim per unum,ut per alterum, extinguitur uxoris ususfructus,in cuius extinctionis eũtũ, uocatus est substitutus,ut in proximè præcedẽti articulo cõsideravimus.quamobrẽ fit,ut nõ possit dissimilitudo inter hosce casus considerari quia eodem rationis genere coniunguntur, nec defendi possit ut unius casus expressio, alterius omissionem atque exclusio-
17 nem arguat,quia † quæ ex ui compræhensiua dispositionis ueniunt, nunquam omissa esse intelliguntur l.prætor ait.§.1.de oper.no.nun.ubi Ang.& alij,l. cum lege ubi Areti. de testam. cum simil. Extinctio enim ususfructus, tanquam genus compræhendit
18 † omnes modos quibus extinguitur ususfructus tanquam species suas,§.fin.instit.de usufr.& l.corruptionem, C. eod. tit. & si igitur unum uel alterum modum uel casum, quem testator cogitatione sua conceperat facilius euenturum expresserit,non propterea intelligitur alios noluisse excludere ex quibus idem effectus uel finis resurgeret, l. sancimus l. quoniam indignum C.de testam.l 2.C.com.de leg. cum sodalibus.

Neque mouent ea quæ in oppositum per Soc.fuere considerata in d.consi. 5.ad quæ se remittit D.Alcia.
19 Quia respondetur primam illam † considerationẽ dissimilitudinis nõ adiuuari ex d.l.cõmodissimè, tũ per ea quę in precedẽtib.dicta sunt pro intellectu d l.cõmodissimè,& l.fi. C de posth.hær.instit.quib. ostendimus d. l.commodissime regulæ nõ esse locũ quando ex mente testatoris potest casus qui contro uertitur aut omissus in dispositione comprehendi, prout potest is de quo uerba habemus ratione seruata & alijs in precedenti articulo deductis.

20 Eademq; ratione diluitur secunda † ratio,quę cõsideratur antedictam conditionem non esse necessariam sed voluntariam,præterquam quòd dici posset attenta natura ususfructus tales conditiones in genere saltẽ esse necessarias ad actum substitutionis, faciendæ in usufructu & ad illius effectũ,quia nõ põt in usufructu alteri relicto substitutio fieri, nisi aliquo ex legitimis modis in persona primi honorati ususfructus fuerit extinctus, cum primo loco honorati & substituti non detur concursus l. quandiu de acqui. hæred.ubi Bar. & Doct.

21 Non ob. tertia † ratio, quia licet non impleatur conditio extinctionis ususfructus per transitum ad secunda uota,impletur tamen per casum mortis,& ideo ad illum fieri debet productio, nec est uerum q casus mortis cõtineat ademptionẽ legati, quia is casus cũ nõ pendet a uolũtate morientis,sed à D. O.
22 M. uoluntate † cuius dies incertus est l. 1. de cond. & demon.non potest dici,contrariam ademptionis
23 conditionem continere, & ideo cum laboret † in æquiuoco facta obiectio non deseruit l. non hoc C. unde legit.l.neque natales,C.de prob.& cap.in præsentia de proba.

Non refragatur quarta & ultima ratio, quia in-
24 uertitur, † eo quia de mente defuncti, ut supra diximus, constat pro hac quam defendimus sententia, cum non casum transitus ad secundas nuptias expræssum considerauerit tantum testator, sed ipsam ususfructus extinctionem, ut supra declarauimus. ob quam satis dicitur uoluisse & expresisse,& quamuis certum quid uxori post mortem reliquisset testator,non tamen propterea facit,quin dispositio in fauorem substituti debeat ad casum omissum per-
25 duci.quia † relictum uxori post nuptias, non impedit quo minus ob identitatem rationis ususfructus extincti, & ob uerisimilem testatoris mentem qui casum secundarum nuptiarum tantum expresit, quem facilius euenturum esse cogitabat, casus quoque mortis in fauorem substituti debeat sub dicta dispositione comprehendi prout supra dictum est.

26 Non obstat reg. † l. cum prætor de iud. quia cessat quando expresio facta est ratione frequentioris contingentię gratia,ut scribit Ias.in l.j.sub nu.14.de legi.prout factum fuisse in casu nostro supra ostendimus, cum igitur utrunque casum considerauerit testator,& unum tantum quem facilius euenturum sperabat expræserit,non debet impediri dispositionis productio.

Non mouet etiam ult. ratio, quia non obstante
27 legato ususfructus † potest nihilominus uxor dotem suam repetere citra periculum extinctionis ususfructus,& si testator eo in casu apposuisset penam amissionis ususfructus,ea repetente dotem adhuc fieret locus substituto,per ea quæ scribunt Bar. & Alberi. in auth.quod locum C. si secun.nupt.mulier. & Pic. in §.Titia cum nuberet l. Titia cum testamento sub numero 132. de legatis secundo, & per ea quæ supra dicta sunt.

SVMMARIVM.

1 *In dispositionibus conditionalibus necessarijs ubi adest dictio limitatiua,tunc & eo casu non fit extensio.*

2 *Testator si dixerit, si nullus ex uxore mea mihi nascatur filius masculus, tunc & eo casu talem substituo,nato ma-*

to maſculo ſi is in pupillari ætate decedat, non ſit locus ſubſtitutioni.

3 *Subſtitutio uulgaris ſi facta fuerit cum dictione taxatiua tantum excludit ſubſtitutionem pupillarem tacitã.*

4 *Verba geminata maiorem uim atque efficaciam habere.*

5 *D. Alciatum contra ſentire nullo habito reſpectu uirium dictioins taxatiuæ ui geminationis.*

6 *Præſumptionem unam alteram tollere.*

7 *Quomodo putet Auctor conciliandas eſſe contradicentes interpretum ſententias reſpectu extenſionis faciendæ uel non faciendæ in ſubſtitutionibus. nu. 8. & 9.*

Quando in prædictis concluſionibus ſecundum communes ſententias firmatis adeſſent dictiones limitatiuæ ac reſtrictiuæ quid ſtatuendum ſit.

CAP. XV.

1 DVbitant rurſus Soci. & D. Alcia. in locis ſupra relatis locum non eſſe ſupra dictis concluſionibus, ſecundum communes Doct. ſententias firmatis, † quando adeſſet dictio limitatiua & reſtrictiua in diſpoſitione ſubſtitutoria à teſtatore adiecta, v.g. tunc & eo caſu, quia tũc ſunt prædicti patres illa in ſententia ut de caſu ad caſum progreſſus fieri non debeat, & ideo Dec. in conſil. 322. col. 2. poſt Petr. Anchar. in conſi. 357. conſuluit
2 in ea ſubſtitutione † quia teſtator dixerat ſi mihi ex legitima uxore mea nullus naſcetur filius maſculus, tunc & eo caſu, uolo hæredes meos eſſe tales & tales, nato filio maſculo, eoque in pupillari ætate defuncto locum non eſſe ſubſtitutis, quia uerba illa, tunc & eo caſu uidentur excludere omnes alios caſus & reſtringere ſubſtitutionem uulgarem ad caſum tantum expreſſum, idque cõfirmat ex eo, quòd
3 ſi facta fuerit uulgaris ſubſtitutio † cum dictione taxatiua tantum, excluditur ſubſtitutio pupillaris tacita, ut notat Saly. in l. precibus C. de impub. & al. ſubſtit. & idem tenet Paul. Caſtr. in l. iam hoc iure per illum text. de uulg. & pupil. Fulgo. in l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſtit. & Alex. in d. l. quamuis & in l. poſt aditam, C. eod. tit. fereque receptius eſſe dicit D. Alciat. loc. iam relat. ergo non minus debent reſtringere prædicta uerba, tunc & eo caſu, quam di
4 ctio taxatiua tantum, quia cum ſint geminata † maiorem uim atque efficaciam habent iuxta nota. per Bar. in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſ. lib. 11. gloſ. & doct. in l. baliſta ad ſena. Trebel. & per Roma. in l. ſi uero §. de uiro ſol. matr. limit. 31.

5 Contraria tamen † ſententia magis placuit D. Alciat. reſpectu iſtius illationis in d. l. 3. ſub num. 19. eo quia formulę Galli Aquilij uerba ſic concepta ſunt, qui nepos me mortuo intra decem menſes naſcetur, tunc &c. & tamen in eis fit extenſio ad ſimiles caſus omiſſos, & ad tempora, item quia uulgaris ſubſtit. hac formula concipitur, ſi Titius hæres nõ erit, tunc Seius hæres eſto, & tamen tacitam pupillarem in ſe habet d. l. iam hoc iure. de uulg. & pupil. Addit idem D. Alciatus, nullam quoque eſſe geminationis conſiderationem propter adiectionem illorum uerborum, eo caſu, quia cum teſtator dicitur tunc, uidetur cæteros caſus uelle excludere a contrario ſenſu quod argumentũ a coniectura aſſumitur, & ideo
6 potior coniectura † attendenda eſt, quia una præſumptio alteram tollit l. diuus de in integr. reſt. & l. non ſolum. §. 1. de rit. nuptia. & hanc quoque ſententiam amplectuntur Modern. Pariſien. ad Alex. in d. conſi. 322. ſub litera A. in addit. incip. eo caſu, & quia magis attendenda ſit mens diſponentis, quàm uerborum geminatio quæ plerunque imprudenter adijcitur.

7 Ego in hoc negocio † ſic duas haſce repugnantes ſententias conciliandas eſſe opinarer, ut Anchara. Decij, & aliorum ſententia locum habeat quando extra uerba prolata aliter colligi non poſſet mens defuncti quę productionem ſuaderet, ar. l. nõ aliter
8 de leg. 3. quia † aliter ſenſiſſe in dubio non creditur teſtator quam locutus ſit l. labeo de ſupel. leg. & ita procedant omnia pro hac parte citata quia tunc
9 † propria uis ac natura reſtrictiuarum ac geminatarum dictionum attenditur argu. l. 1. §. is qui nauem de inſti. act. cum ſocijs, ſecus ubi poteſt quoquo modo aliunde coniici uel præſumi defuncti uoluntas,
10 quia tunc mẽs † defuncti pręponitur d. l. iam hoc iure d. l. quamuis cum ſimil. pro hac parte cita. & l. 3. cum ibi nota. ab Alex. & Iaſo de lib. & poſth. cum ijs quæ abunde ſupra lib. primo congeſsimus in c. qui ſit verborum ſignificationis finis.

SVMMARIVM.

1 *In conditione uoluntaria non dari progreſſum de caſu ad caſum ex communi.*

2 *Adiectæ conditionis actum eſſe indiuiduum.*

3 *Fortunium Garciam contra ſentire.*

4 *Ea quæ ſunt in conditione non eſſe in diſpoſitione determinata.*

5 *Voluntatem defuncti poſſe impleri per æquipollens.*

6 *Conditionem illam in conſilio Galli, ſi poſt mortem meam &c. neceſſariam eſſe.*

7 *L. Meuius de conditio. & demonſtratio. ut a Bartol. intelligatur.*

8 *Iuramenti formam per æquipollens poſſe obſeruari.*

9 *Emancipatio. & deportatione filium exire ſacra, paterna, ne dum morte patris.*

10 *Clauſula illas ſi omnes intereſſe requiueritis quomodo ſit intelligenda.*

11 *Conditionem de dando pupillo impleri in perſona tutoris.*

12 *Conditionem faciendi poſſe per alium impleri.*

13 *Conditionem ſi ſine liberis & impleri per profeſſionem ordinis fratrum minorum.*

14 *Subſtitutionem quæ eſt conditionalis inſtitutio, uerificari quoque in tacita ſubſtitutione.*

15 *Vtilitas rei uel perſonæ uel uoluntas tacita in materia apta ubi habet ſe ad formam æquiuolentem, non curari de ſpecifico implemento.*

16 *L. Qui hæredi de condit. & demon. intellectus.*

L. Me-

17 *L. Meuius eod. tit. declaratur secundum Fortunium.*
18 *Fortunij conatus contra communem doctorum sententiam inanis esse docetur.*
19 *Vis regularis communisque conclusionis est, ut in dubio voluntaria conditione de casu ad casum non detur progressus.*
20 *In arbitrarijs uoluntatem pro ratione stare.*
21 *Procedendum esse eatenus quatenus uerba testatoris ostendunt.*
22 *Voluntatem suam habere essentiam in dispositione non in conditione.*
23 *Ex non ente ad ens non dari productionem.*
24 *Primo ordio tituli posteriorem formari euentum.*
25 *In consilio Galli conditio si post mortem &c. non est necessaria propter euitandam ruptionem testamenti.*
26 *Bar. declaratur in l. si seruus decem de solut.*
28 *Iuramenti formam ex causa legitima tantum per æquipollens posse impleri.*
29 *L. tertiæ, C. de instit. & substit. declaratio.*
L. Mulier ad Trebell. intellectus. ibidem.
30 *Cap. præsentium de offi. deleg. exauditio.*
31 *L. si seruus decem de solut. & l. si fundus. de cond. & dem. declaratur.*
32 *L. Arethusa de stat. homi. notata cum socijs quomodo excipienda sint.*

Quomodo resoluēda sit disputatio quantum ad dispositionem quæ a uoluntaria seu spontanea conditione suspendatur.

CAP. XVI.



VAntum ad uolũtariam seu spontaneam conditionem communis cõclusio doctorum est cum Bart. in dicta l. Gallus. §. & quid si tantum de lib. & posth. † ut in
1 conditione uoluntaria non possit dari progressus de casu ad casum sed debeat illa impleri in forma specifica per text. in l. Meuius, & in l. qui hæredi de condit. & demonstr. Est etiam text. in l. filiusfam. §. cum quis de leg. primo. & illa uidetur huius conclusionis esse ratio, ut dicit D. Alciat. dicta l. tertia, sub nu. 21. quia
2 ex † adiectione conditionis actus indiuiduus redditur, l. cui fundus de condit. & demonstr. & ideo non potest aliter quàm in forma specifica impleri. iur. supra cita. sed quamuis ista opinio uagetur in ma-
3 teria cõditionum, & prẽualuerit, nihilominus † Fortun. Gar. in dicto. §. & quid si tantum sub numero 172. cum plur. sequent. putat hanc sententiam non esse ueram, neque iustam, ea præcipua consideratione, quia ratio cur conditio uoluntaria sit implenda in forma specifica, est quia cum sit actus uoluntatis, ita est obseruandus prout disponens uoluit, sed in dispositione quæ non est, conditionalis, uoluntas disponentis æquè agit, imò magis quam in conditio-
4 ne quia † eaque sunt in conditione non sunt in dispositione determinata. l. si quis sub conditione, si quis omiss. caus. testam. at in dispositione determinata
5 uoluntas defuncti potest impleri † per æquipollens & datur progressus de casu ad casum, l. Titius. §. 1. de lib. & posth. l. fi. C. de posth. hæred. instit. ergo &c. Tantò magis quia uerisimile non est testatorem noluisse in casu æquiuolente impleri posse uoluntatem suam, cum identitatis effectus ratio in eodem militat, & præcipue quando conditio uoluntaria efficitur necessaria ad effectum actus, quia ante illam actus esse non potest l. cedere diem de uerb. signific. cap. 1. de sponsal. lib. 6. ergo ut in necessaria productio admittitur sic & in uoluntaria quæ necessaria efficitur admittenda erit.
6 Secundo loco principaliter † considerat conditionem illam in consilio Galli si post mortem meam uiuo me, filio mortuo, aliquis mihi nepos nascetur esse voluntariam, quia etiam uiuo filio potest nepos posthumus instituí. l. quidam relegatus, & l. uerum in prin. de reb. dub. & in l. pen. de leg. 1. & tamen illa conditio uoluntaria impletur per æquipollens d. §. & quid si tantum.
7 Tertio † quia Bar. in l. si seruus decem de solut. intelligit l. mæuius procedere, quando aliter conditio non posset habere effectum, ergo ubi aliter possit effectum habere non attendetur, cuius sententiæ uidetur fuisse in l. amplius non peti rem rat. haber. ubi conditionem solutionis quam uult in forma specifica seruandam esse per d. l. Mæuius uult uerificari in compensatione per l. si pecuniam. §. 1. de stat. lib.
8 Quarto quia in iura. † forma specifica est obseruanda c. ad nostram 1. de iureiur. & tamen in æquipollenti potest forma illius obseruari. c. ex parte 2. de cler. non residen. idemque est in voto quod in melius potest commutari c. 3. de iureiur. & c. non est voti de uot. & uoti redempt.

Quinto quia conditio si filius per mortem patris ab eius potestate, liberatus fuerit, est uoluntaria, &
9 non necessaria ad actum, quia † emancipatione, & patris adoptione liberari potest à sacris paternis, uel etiam metalli pœna, dignitate, ac professione l. Deo nobis, C. de epis. & cleric. & in auth. sed episcopalis eod. & nihilominus dispositio in uno casu expressim facta ad alterum trahitur l. 2. C. de instit & substit. & l. mulier in prin. ad senat. Trebel. ergo &c. & quamuis Bart. & alii intelligant leges illas in conditione necessaria, nihilominus ex suprascrita ratione apparet, illum non recte intelligere illos textus.

Sexto per tex. in cap. prudentiam. §. adijcimus de
10 offic. deleg. † ubi clausula illa si omnes interesse nequiueritis, unus uestrum uel duo procedatis, quæ voluntaria est quantum ad effectum actus, quamuis ibi agatur de mandati forma quæ diligenter est obseruanda, nihilominus, in casu æquiualente ad effectum id est si unus eorum nolit uerificatur.

Septimo per text. in l. si seruus decem de solut. in l. si fundus de conditio. & demonstr. & in l. stichum
11 aut Pamphilum de solut. † quibus in locis, conditio de dando pupillo impletur in persona tutoris ergo &c.

Octauo adducitur text. in l. Arethusa cum ibi notat. de statu hominum & in l. fin. de conditio.
12 instit. † ubi apparet non solum conditionem diuidi, sed etiam faciendi posse per aliũ ad. mplen. Iẽ qua

13 conditio ſi ſine liberis deceſſerit, non uerificatur † in profeſſo ordinem fratrum minorum & ſic in capacitatem uniuerſaliter quàm particulariter. l. filius fam. §. cum quis ubi Bartol. de leg. primo quibus accedit text. in l. ex facto ad Trebellian. ubi filius qui adhuc non eſt in rerum natura, ſed in uentre, facit deficere conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, quia quantum ad iuris effectum, qui in utero ſunt, pro
14 iam natis habentur. Adijcitur quoque † quòd ſubſtitutio uulgaris, uel pupillaris, quæ eſt conditionalis inſtitutio, l. in ratione. §. quod uulgò ad leg. Falcid. uerificatur etiam in tacita ſubſtitutione, ultra formam ſpecificam l. iam hoc iure de uulgari & pupillari l. quamuis l. precibus. C. de impube.
15 & aliis ſubſtit. Ex quibus ait conſtare † quod ubi utilitas rei uel perſonæ, uel uoluntatis tacita in materia apta habeat ſe ad formam æquiualentem non curamus de ſpecifica conditionis forma, ſed conditionem prout diſpoſitionem regit ac gubernat iuris ratio, inſpicimus atque protrahimus nec attenditur illa rudis conditionis forma. Ad l. qui hæ-
16 redi in ſumma reſpondet † caſum dationis domini non æquialere caſui dationis ſerui, quia conditio eſt facti, & ea quæ ſunt facti non tranſeunt ad dominum. §. ſed cum factum inſtitut. de ſtipulat. ſeruorum. l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque de uerborum obligatio. non igitur in ea lege impletur conditio in forma ſpecifica, quia ſit uoluntaria, uerum quia repugnat natura conditionis, quæ non admittit perſonam domini, ut æquipollentem perſonæ ſerui, & ita ſentit Paul. Caſtrenſ. in l. Iulianus in fin. de conditio. & demonſtratio.

17 Ad l. Mæuius † dicit ibi non negari, quominus per æquipollens conditio poſsit, impleri, ſed dicitur eam adimplendam eo modo, quo poteſt, cum aliter non poſsit impleri, ut dicit Bart. in l. ſi ſeruus decem de ſolutio.

Quid dicemus in hac difficultate? Ego arbitror,
18 † ſi penitius intueamur hunc omnem conatum Fortunij aduerſus frequentiorem cæterorum opinionem, illum in ſumma nihil agere, dum nititur proſternere communem regulam, quia ipſe ſub numero 177. in fin. intelligit omnia ſupradicta argumenta, rationes, atque conſiderationes, quando utilitas rei, uel perſonæ, uel tacita diſponentis uoluntas in materia apta ad formam æquiualentem admittunt productionem unius caſus ad alterum, qui caſus ſuut limitatorij ad concluſionem communem, ut infra dicemus, non autem illius deſtructorij. ſtat enim uis concluſionis
19 regularis, & in dubio, † ut in conditione uoluntaria licitus non ſit progreſſus de caſu ad caſum, per iura ſupra citata quæ optimè probant, ex eo quòd conditio quæ facti eſt ex uoluntate teſtatoris applicata fuit uni perſonæ, & non debet ad alteram extendi, quam cum præ oculis ac mente haberet teſtator utique ſciuiſſet exprimere ſi uoluiſſet, argument. l unicæ. §. finautem ad deficientis. C. de cad.
20 toll. cum † enim in arbitrarijs ſtet pro ratione uoluntas, l. prima. § pueritiam ubi gloſſ. in uerſic. ratus de poſtul. inſtitut. de leg. fuſ. cani. toll. in princip. Iaſ. in rub. de lega. primo ad fin. cum ſim. quatenus uerba teſtatorem uoluiſſe oſtendunt, eatenus † tan-
21 tùm procedendum erit. l. labeo de ſupel. lega. dicto §. finautem & in l. non aliter de leg. tertio ideoque ultra uerborum uim non erit ulterior danda productio. Neq; mouet q̃ ſi in diſpoſitione in qua fortius agit uolũtatas defuncti, datur extẽſio dẽat quoq; dari in cõditione, in quam minus agit quia ar. laborat
22 uitio æquiuoci quando q̃dem † in diſpoſitione pura uoluntas ſuam habeat eſſentiam ac perfectionem, in conditionali non idem ſit, ideoque ex perfectiore diſpoſitione facilior dabitur protractio, quam ex imperfectiore. quinimo cum conditionalis diſpoſi-
23 tio non habeat eſſe, † ex non ente ad ens non poterit dari productio argum. l. qui res. §. aream de ſolutio. & l. ſecunda ubi Bald. C. de poſth. hæredib. inſtitu. & quamuis tam ab uno, quàm ab altero caſu identitas effectus reſurgere poſsit, non tamen niſi ex cauſis infra dicendis attenditur, quia cum teſtator, qui utrunque dicere poterat ad unum tantum caſum ſe reſtrinxerit, alterum omittere uoluiſſe credendum erit dicta l. commodiſsime de liber. & poſthu. neque attenditur, quòd conditio uoluntaria efficiatur neceſſaria ad affectum actus, quia reſpondetur
24 illam † neceſsitatem conſecutiuam non attendi, l. prima de aut. tutò. l. ſi tibi I ſi quis nec cauſam ſi cert.
25 petat. quia a primordio † tituli poſterior formatur euentus. l. unica. §. res uero, C de impon. lucra. deſcrip. libro decimo l. procuratorem. in princ. mand. cum ſimil. adductis per gloſſ. in uerſic. primordium in dicta l. unica. Nec eſt uerum quòd illa conditio ſi poſt mortem meam &c. in conſilio Galli eſſet
26 uoluntaria, † quia imò neceſſaria erat propter euitandam ruptionem teſtamenti, l. inter cætera & per to. d. l. Gallus eod. titu. Nec quod poſthumus nepos poſſet uiuo filio inſtitui facit ad rem, quia illud procedebat quando filius in ſua legitima erat hæres inſtitutus, uel per exheredationem ſubmotus, cæterum in prouidendo caſui, quo filius uiuo patre fuiſſet defunctus, & nepos poſt mortem aui naſceretur, conditio illa erat neceſſaria. Quod adducitur
27 † ex Bartol. in ſi ſeruus decem de ſolut. pertinet ad limitationes concluſionis de quibus agetur. Idem eſt in obiectione quæ fit de iuramento, quia illud
28 procedit † ex cauſa legitima ſubſiſtente ut in dicto capitulo ex parte ſecundo de cleri. non reſid. quia alias iuramentum regulariter non impletur per æquipollens l. qui per ſalutem de iureiur. Quantum
29 † ad l. tertiam. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & ad dictam l. mulier in principio ad Trebellian. non eſt quod inſiſtamus, quia ex ſupradictis in proxime præcedentibus articulis, iam patet illas leges ſibi locum arrogare ubi de ueriſimili teſtatoris
mente apparet, qui caſus ad limitationes con-
30 cluſionis attinet. Ad † text. in capit. prudentiam de offic. delegat. dici poteſt illam conditionem potius eſſe neceſſariam, quàm uoluntariam ad effectum actus, & ideo non recte inferri iur. uulg. Deinde quando ad uoluntariam poſſet trahi, non concludere illationem, quia ex ui uerborum non unũ tan-ũ ſed om-

sed omnes casus comprehendit, quibus unus uel alter impediri posset, unde casus is est limitationis, non impugnationis.

31 Similiter † text. in l. si seruus decem de solut. & in l. si fundus de condit. & demonstrat. qui loquuntur in conditione de dando pupillo attinent ad limitationem ut infra dicetur. Speciales quoque casus re-
32 strictionem continent nota. in † dicta l. Arethusa de stat. homi. in dicta l. filiusfam. §. cum quis de leg. primo & in dicta l. iam hoc iure de uulg. & pupil. & in dicta l. precibus, C. eod. titu. cum simil. qui omnes sunt fundati in præsumpta & coniecturata uoluntate defuncti uariis ex causis ac circunstantijs ut mox dicemus.

SVMMARIVM.

1 *In voluntaria conditione dispositā non protrahi de casu ad casum communiter & verè.*
2 *Nisi casus ad quem fieret extensio esset per omnia exequatus ac subrogatus.*
3 *L. si fundus de cond. & demonstr. intellectus.*
4 *Conditio si soluerit quomodo verificetur in compensatione.*
5 *Debitorem qui compensat posse dicere, si mihi persoluisses & ego tibi soluissem.*
6 *Conditionem voluntariam recipere implementum per æquipollens in casibus, qui iuris dispositione sunt eiusdem effectus.*
7 *Nisi aliamens sit testatoris.*
8 *Si Titio relinquatur si hæres sine filijs legitimè natis decesserit, legitimatus per subsequens matrimonium non facit deficere conditionem secundum D. Alc.*
9 *Feudum quod sibi & filijs legitimè descendentibus quis susceperit, non transire ad legitimatos per subsequens matrimonium, ex Alex.*
10 *Primogenitum per subsequens matrimonium non præiudicare ei qui postea natus sit post legitime contractum matrimonium.*
11 *Contra plerosque sentire, quia qui per secutas nuptias legitime fiunt instar legitimorum habentur.*
12 *D. Alciatum sibi parum uideri constitisse, dum conciliat duas supra relatas dissidentes opiniones.*
13 *Qualitas adiecta uerbo quomodo intelligenda sit debere interuenire tempore uerbi.*
14 *Disiuncta pro coniuncta, & è contra quomodo excipiatur.*
15 *In fideicommissis ab extraneo relictis legitimatum per subsequens matrimonium pro legitimato haberi.*
16 *Quomodo conciliari possit D. Alciatus in ijs, in quibus uidetur pugnantia fuisse locutus.*
17 *Filios legitimatos per subsequens matrimonium secundum veriores ac communiores sententias, pro legitime natis haberi.*
18 *Quantum ad iuris effectus legitimatum per subsequens matrimonium pro filio vere legitimo ac naturali haberi.*
19 *Idque procedere in feudis, emphyteusibus, substitionibus, legatis ac fideicommissis.*
20 *Verba illa, cum legitimæ ætatis erit, non uerificari in eo qui veniam ætatis impetrarit.*
21 *Filiæ furiosæ iniunctum a patre fideicommissum, si sine filijs decesserit, intelligi de naturalibus tantum.*
Idemque cum talis conditio apposita est filio sacerdoti, ibidem.
22 *Testator quando aliquid reliquit in ecclesia, pro missis celebrandis, quæ interdicta est, in aliud honestæ deprecationis genus conuertendum esse.*
23 *Humanis in actibus, cum a mente disponentis regantur, eatenus progrediendum esse, quatenus per verba vel per circumstantias de ijs apparet.*

Vtrum communis conclusio quæ habet, in uoluntaria conditione non dari progressum, locum habeat, quando casus ad quem fieret extensio per omnia exæquaretur casui per testatorem expesso.

CAP. XVII.

1 Tat igitur firma atque absoluta conclusio communi doctor. consensu recepta, † in uoluntaria conditione non dari progressum de casu ad casum, iuribus, auctoritatibus, argumentis, & rationibus supra citatis.

Limitatur modo imprimis ista conclusio, ut locum nō habeat, qñ actus ad quem fieret productio
2 per omnia exequaretur † subrogareturq; illi quē testator expræsit l. ita cōditionibus, §. patronus de cōdit. & demonstr. l. is qui §. fin. de leg. prestand. l. pater familias de uulgar. & pupillar. l. 3. § fin. de fideicommis. liber. quibus in locis conditio de hærede loquens habet locum in bonorum possessore, in eo cui prętor contratabulas bon. pos. concesit, in hęre de hæredis, & in eo cui libertatis causa bona addicū
3 tur, sic conditio illa, ut pupillo detur † excipitur, tutoris persona ei dando implere possit, quia utius ei soluitur dicta l. si fundus de cond. & demonst. & dicta l. si seruus decem de solutio. ubi quod magis est, dicitur, pupillo rectè non solui, quia non ea fuit mens defuncti, ut quoquo modo datum expleta uideatur conditio. quod ibi gl. & doctor. intel ligunt, & in dicta l. si fundus, quando pecunia data pupillo uel furioso conuersa non esset in utilitatem pupilli uel furiosi, secus si conuersa esset, per l. stichum aut Pamphilum, §. usumfructum de solu-
4 tio. sic & conditio illa † quoque si soluerit, uerificatur & in compensatione, quia & qui compensat soluit. l. si peculium. §. primo & l. si statuliberi. §. primo de stat. lib. is enim cui compensatur non iustè contradicere posset, cum per eum stet quominus in pecunia numerata persoluatur, dicet enim debi-
5 tor, si mihi persoluisses † & ego tibi conditionem impleuissem l. tertia uersiculo unde de stat lib. & in indiuiduo est text. in l. 4. qui potior. in pig. habeāt. ubi dicitur perinde haberi eū qui cōpēsauerit,

ac ſi ſoluerit, nihilque intereſſe an quis penſauerit uel ſoluerit, per quem text. ſic tradidit Bart. in l. diuortio §. ob donationes ſub nu. 2. fol. matr. & in l. au fertur. §. qui compenſationem de iur. fiſci. ubi & Alexand. Bald. in l. ex cauſa paulò poſt princip. C. de compenſatio. & in l. idemque. §. ſi ignorantes mand. & in l. tam mandatori colum. tertia uerſic. ſed hic dubitatur. C. de non numer. pecun. cum ſimil.

6 in omnibus enim iſtis† caſibus recipiet conditio uoluntaria implementũ per æquipollens, cũ ex iuris diſpoſitione quantum ad effectum actus ſubrogentur & exequentur caſus illi ficti caſibus ueris, qua in diſpoſitione plurimum deſeruirent quæ ſupra diximus libro tertio de diſpoſitionibus loquentibus de caſibus ueris, quando locum habeant in fictis, & rurſus libro ſexto & ſeptimo de diſpoſitionibus correctorijs, limitatorijs & pœnalibus trahendis ad caſus a iure comparatos, uel ſubrogatos uel omnino exæquatos.

7 Hæc tamen omnia† intelligenda eſſe dicit D. Alcia. dicta l. 3. ſub nu. 22. & ſequent. niſi alia mens ſit ipſius teſtatoris, ueluti quia inter caſum expreſſum & ſubrogatum a lege aliqua ſit differentia, quæ ueri ſimiliter teſtatorem retrahat ne ad caſum ſubrogatum diſpoſitio caſus expreſsi protrahatur, ut in quæſtione illa, cum Titio relinquitur, ſi hæres ſine filijs

8 legitimè† natis deceſſerit, non legitimatus per ſequens matrimonium non admittitur, nec defectum conditionis inducit, ratio eſt ſecundum eundem D. Alcia. eod. lib. ſub nu. 12. quia iſte caſus uidetur diſſimilis, cum teſtator tempore originis uoluerit legitimos naſci. qualitas enim adiecta uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi, l. in delictis. §. ſi extraneus de noxal. l. ſi Titius ubi Bart. de milit. teſtam. qua ratione ſic Butr. decidit, & in quæſtione facti Baldus in conſilio 366. in quinto & Alexand. in conſi. quin-

9 to libro ſeptimo quòd in feudis† quoque quæ ſibi & filijs legitimè deſcendentib. quis ſtipulatus eſſet legitimati per ſubſequens matrim. legitime deſcẽdere non dicuntur, quam ſententiam probauit & Bal. in capitulo unico. §. naturales ſi de feudo fuerit controuerſia. Accedit quòd ex conſuetudine, quæ hæreditatem primogenito defert non admittitur

10 naturalis maior natu † in iuſti filij poſtea nati damnum, quamuis deinde per ſubſequẽtes nuptias legitima iura poſtea nactus fuiſſe proponatur, ut per Ioan. Andr. in capitulo ſine culpa de regu. iur. libro ſexto.

Sunt tamẽ qui in contrariam ſententiam tranſie-

11 rint † ut Dec. in conſilio 155. & alij per eum relati quia hi qui ſecutis nuptijs legitimi fiunt inſtar iuſtorum filiorum habentur, lexque huiuſmodi pro omnino ſimilibus habet, l. prima in fin. iuncta l. fina. §. ex bonis de bon. damnat. nec uidetur crebriore calculo recepta ea ſententia, ut accepto feudo pro ſe & legitime deſcendentibus, tales reiiciuntur, imo contraria receptior apud interpretes in capitulo tanta qui filij ſint legitimi. Et

12 ideo D. Alciat.† paulo ſuperius loco iam relato uidetur aliter ſenſiſſe, dum ipſe conciliat duas iſtas pugnantes opiniones, hunc in modum. Aut enim loquimur in naturali, qui per ſubſequens matrimonium legitimatus eſt, & uerius eſt nõ deficere conditionẽ, quia lex præſumit legitime natum, & ex actu enim ſubſecuto præſumit lex uſque ad princ. concubinam maritali affectione cognitam fuiſſe l. cum quis uerſ. nec enim, C. de natur. liber. quæ præſumptio ueritati innititur l. fi. de probatio. & in hoc a fictione diſtat, quia illa aduerſus ueritatem eſt, l. filio quem de lib. & poſth. merito igitur ex illis uerbis non exiſtimabitur tanquam illegitime natus ſubmoueri. aut loquimur in ſpurio, & ſi fideicommiſſum ab aſcendente factum ſit, idem iuris putat eſſe, idque ex paternę pietatis coniectura per l. generaliter. §. cum autem C. de inſti. & ſubſtit. Nec mouet, quòd qualitas

13 adiecta uerbo &c. quia reſpondet ſatis eſſe †ſi ex interpretatione legis ſuſtinentur, lex enim pro legitime nato habet interpretatioque huiuſmodi fauore filiorum capienda eſt, §. ſed & hæc præſenti in auth. de ſanctis. epiſcop. ſicut & illorum fauore quando-

14 que diſiuncta pro coniuncta accipitur † & uiceuerſa aduerſus proptiam ſermonis uim, arg. dictę l. generaliter in princip. C. de inſtit. & ſubſtit. nam licet qualitas adiecta uerbo intelligatur ſecundum tempus uerbi, fauore tamen deſcendentium aliquando aliter obſeruatur. capitulo fin. §. item opponitur 20. quæſtio. ſecunda idque confirmat ex tex. in capitulo Raynutius de teſtamen. iuncta doctri. Bartol. in l. Centurio in quæſt. tertia 1. membr. prin. Aut loquimur in fideicommiſſo, quod ab extraneo relictum

15 eſt, †& tunc ſit probabilior Alex. ſententia, quia tũc filius ex ſola fictione legis legitime natus eſſe cenſetur. d. capit. tanta qui fil. ſint legit. unde ad hunc caſum uoluntas teſtatoris produci non debet, a qua ut recedamus nulla eſt cauſa l. fi. C. de ijs qui uen. ætat.

16 impetra. Aliud † tamen dicit eſſe in feudis propter fauorabilem principalis beneficii naturam. l. beneficia de conſtit. prin. nam tales admitterentur cap. 1. §. pe. qui. mo. feud. amitta. ſed dicendum eſt, quod proxime relatum eſt; ex D. Alciato non pugnare cum eo quod ſupra in principio eſt recenſitum, quia ibi D. Alciat. loquitur in fideicommiſſo relicto ab extraneo, in quo non uult talem filium facere defeere conditionem, quod & admittit in ult. capitulo dictæ eius ſupra relatæ diſtinctionis. Quantum tamen ad negocii ueritatem, ego uereor ne

17 ſatis tuta non ſit † hæc. Domini Alciati ſententia, quia ſecundum communiores ac ueriores traditiones filij naturales legitimati per ſubſequens matrimonium, adeo legitimi efficiuntur, ut uerè in omnibus ac per omnia, tanquam alii legitimi & naturales ſuccedant & â iure reputentur, cum quis & l. ſequent. C. de nat. lib. capitulo tanta ubi Abb. & cæteri qui fil. ſint legiti. Deci. in dicto conſilio 155. & Curt. Iunior in conſilio 145. numero 10. & 255. ubi ex communi ait legitimatum etiam ſimpliciter uere legitimum dici, quod placuit, & Nat. in conſilio 472. ſub numero 14. cum ſequen. libro ſecundo ex magis communi Dominus Alcia. conſilio 292. Bero. conſilio 127. uolumine primo & conſilio 177. ſub numero 47. cum ſequent. libro ſecundo.

Quan-

18 Quantum enim † ad iuris effectus legitimatus per subsequens matrimonium pro uero & iusto filio legitimo & naturali habetur. Bero. in cap. in præsentia sub numer. 360. de prob. appellationeque legitimè natorum nenit, ut per Crotum in dicto §. & quid si tantum. col. 15. uersic. secundus casus. idque
19 †procedit in feudis, emphyteusibus, substitutionibus, legatis, & fideicommissis Didac. de sponsal. secunda par. capit. 8. §. secundo sub numero 30 Neuiz. consil. 99. sub numero 21. Rol. a uall. consilio 96. sub numero 46. uolu. tertio D. Clar. in §. feudum quæst. 82. in fin. & copiose Bursat. in consilio 17. & 18. & supra diximus libro tertio in ea materia quando dispositio loquens in casu uero protrahatur ad casum fictum.

Idemque esse ait D. Alcia. d. li. 3. de uerb. sign. sub nu. 23. quando in ea conditione essemus, si legitimæ
20 ætatis erit †ut qui ueniã ætatis impetrauerit, nihilominus excludatur l. ult. C. de ijs qui ueni. æta. impetra. item quando conditio iure adimpleri non potest, idque testatorem non latebat, sufficit enim si de facto seruetur. l. ex facto. §. si quis rogatus ad senat. Trebellia. & rursus quando filiæ furiosæ pater fideicommissum iniuxerit, si sine filijs decessit.
21 †de naturalibus enim intellexisse creditur, cum furiosa mulier matrimonium contrahere nequeat, nec filios legitimos habere. l. hæredibus. §. fin. ad senat. Trebellia. sic qui hæreditarium seruum iussus est manumittere, & deinde hæres esse, satis est si de facto manumittat, l. mulier. §. 1. de cond. instit. de iure enim quomodo potest, cum adhuc hæres non sit, sic etiam cum pater sacerdotis illius fideicommisserit, si decesserit, absque filijs, de naturalibus & legitimis intelligi non poterit, cum lege pontificia uxores ducere sacerdotes prohibeantur, ideoque de adoptiuis intelligetur. l. si quis posthumos de lib. & posthum. uel de ecclesia si is qui graduatus reperitur, monachus sit. nec aliud statuẽdum
22 esse † dicit, cum testator aliquid pro missis celebrandis in aliqua ecclesia quæ sacris interdicta sit reliquerit, nam in aliud honestæ deprecationis genus conuertendum eriti, arg. l. legatum de usufruc. legat. & possent plures his similes casus componi, in quibus de diuersa mente defuncti posset constare, url ex diuersitate rationis uel ex ui subiectę materiæ, uel ex aliqua alia simili circunstantia, quarum plures prosecuti fuimus supra libro primo ad fin. & libro secundo in limitat. ad primam conclusionem. in ultimoque capite eiusdem libri, quo absoluimus quando dispositio loquens in casu uero possit habere locum in casu ficto quo loci plures ex supra relatis casibus D. Alciati, ampliore stylo prosecuti fuimus, nec penes me habet primæ rationis iam relatæ limitationis declaratio difficultatem, quia cum
23 humani actus † a disponentium mente regantur, ac moderentur, eatenus tantum quatenus de illa uel per uerba uel per circunstantias apparet, progrediendum erit. l. ex facto. §. rerum & l. quidam cum filium de hæredib. institu. l. prima. §. sinautem. C. de cad. toll l. obligationum substantia, de actio. & obligat. & l. non omnis si cert. petat. l. in conuentionalibus de uerb. obligat. l. semper in stipulationibus de reg. iur. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Quando testator non modum, sed finem considerauit, etiam in spontanea conditione, datur progressus de casu ad casum.*
2 *A mente disponentis omnia pendere.*
3 *Quam methodum seruet D. Alciatus in explicanda huius limitationis materia.*
4 *Statum coniecturalem esse fallacem, & propterea magno iudicio in illo utendum esse.*
Plerunque pernicioſe errari, dum nimis subtiliter testantis uoluntate speculamur, ibidem, quia
Ignorantes ut longe distantes speculentur. ibidem.
5 *Coniecturam mentis humanæ aliquando ad uerum peruenire, & aliquando falli.*
6 *Aduocatos & iudices in coniicienda uoluntate defuncti oportere prophetas agere, unde*
7 *Qui bene coniectat is uates optimus esto.*
8 *Ex capite proprio non esse formandam opinionem, sed ex tex. & gl. cui inhærendum est, vt Bononienses inhærent carrotio.*
9 *Statum coniecturalem in substitutionibus directis, qui locum habere affirmarunt.*
10 *Vulgarem substitutionem reciprocam induci, si testator dicat Titũ & Seiũ uel alterum eorũ hæredem instituo.*
11 *Statum coniecturalem qui putarunt in directis substitutionibus locum non habere.*
12 *Qui mediam sententiam amplexi fuerint distinguendo. num. 13.*
14 *Auctorem putare licitam esse extensionem, etiam in directis, ne dum in fideicommissarijs substitutionibus.*
15 *Modo constet de uoluntate disponentis expresse uel tacite.*
16 *Directas substitutiones inter se habere symbolum ac proportionem, & propterea*
17 *Vnam directam in alteram directam facilius mutari.*
18 *Actus ubi in potentiore modo sustineri, non trahitur ad inefficatiorem.*
19 *L. Iubemus C. de testam. quomodo sit excipienda.*
20 *Dissimilium nulla est communio.*
21 *Implementum per æquipollens dissimile a genere formæ, non posse in formalibus induci.*

Quid rursus sit dicendum quãdo ex coniectura aliqua apparet non modum, sed finem ab ipso testatore fuisse consideratum.

CAP. XVIII.

1 REstringit rursus D. Alciat. supra firmatam conclusionem, dicto lib. 3. sub nu. 24. ut locum non habeat, quando ex coniectura aliqua deprehenddi potest †non modum, sed finem ipsum in testatoris animaduersione fuisse, tunc, n. spontanea conditio a necessaria nõ differet.

Vnde conditio ſi tutela per pubertatem uel quatuordecim annos finiatur, etiam eueniſſe cenſebitur ſi morte tutoris extincta fuerit, l. liberto. §. fin. de annu. leg. ſic & conditio ſi centum arethuſæ dederis, per alium adimpleri poteſt. l. arethuſa de ſtat. homi. & illa ſi me mortuo poſthumus naſcetur, uerificatur in illa, ſi me uiuo poſt conditum teſtamentum natus erit. l. fin. C. de poſth. hæredib. inſtitu. pro qua limitatione faciunt rationes ſupra in alijs caſibus conſideratæ, & propterea dicit D. Alciat. diligenter animaduertendum eſſe, quæ nam fuerit teſtatoris ſententia, ut ex ea uel ad caſum omiſſum progrediamur, uel intra cancellos uerborum
2 permaneamus, quæ ſententia † non habet difficultatem, cùm ſemper a diſponentis mente omnia pendeant. l. in conditionibus de condit. & demonſt. cum uulg. qua de re multis in locis ſupra p̃fati fuimus, & præſertim lib. 1. in c. de fine uerborum, ubi proſecuti fuimus pleniore ſtylo ea omnia quibus poſſet hæc limitatio confirmari, ut autem difficultatem oſtendat coniiciendæ mentis defuncti, † proponit octo quæſtiones a nu. 25. uſque ad num. 29. in
3 quarum deciſionibus cum uariatum fuerit ab antiquis patribus, oſtendit difficultatem coniectandæ mentis defuncti, & ipſe ſuam proferens ſententiam. Verũ q a ſi pergeremus huiuſmodi indiuiduorũ tractationib. inſiſtere adeò res immenſum creſceret, ut finem non eſſet habitura, ideo ſatis erit ipſam limitationem generaliter conſtituiſſe, ut pro caſuum occurrentium qualitate poſsit quis facile pro ingenio, & pro rei neceſsitate adaptare, magno tamen
4 erit utendum iudicio, † quia ſtatus coniecturalis eſt fallax, & ideo dum nimis ſubtiliter conijcimus uoluntatem, plerunque pernicioſe erramus, ut dicit Bal. in l. precibus col. 6. ſub nu. 23. C. de impub. & al. ſubſtit. ſubdens quòd ignorantes, ut longe diſtantes ſpeculãtur, quam Bal. aſſertionem refert Dec. in conſ. 89. col. 3. poſt princip. ante nu. ſecundum & D. Alciat. dicta l. 3. de uerbo. ſignific. ſub nu. 24. ad fin. nam ut inquit Diuus Auguſtin. de ciuit. Dei lib. 19.
5 cap. 52. coniectura mentis † humanæ, aliquando ad uerum peruenit, aliquando fallitur, & ut ait Cranet. in conſil. 155. in fin. in coniecturanda uoluntate te-
6 ſtatoris oportet iudices † & aduocatos prophetas agere, & plerunque andabatarum more, qui clauſis oculis pugnabant, decertamus, hinc dicitur, qui bene
7 coniectat is uates † optimus eſto, ut per Ciceronem in 2. lib. de diuinit. & habetur per Tiraquel. in l. ſi unquam in uer. libertis, ſub nu. 23. C. de reuocan. do. & Zanc. in l. hæredes mei § cum ita ad ſenat. Trebel. ſub nu. 143. & propterea inquit Bal. in d. l. precibus ſub num. 23. tu tamen ex capite tuo non formes
8 opinionem, † ſed ex text. & gloſ. ordinaria quibus in hæreas, ut Bononienſes inhærent carrotio, ut not. in l. omnis diffinitio de regu. iur. & ſicut ducens nauem inhæret temoni.

Sed dubitatur, an iſti ſtatus coniecturalis ita locum habeat in ſubſtitutionibus directis, prout in fideicommiſsis? Qua in quæſtio. Bal. & Imo. in l. Titio
9 Seio, in §. Scia libertis, de leg. 2. affirmatiuam † probarunt ſententiam, quibus accedunt Alex. in l. poteſt de uulg. & pup. & idem Alex. in conſi. 91. in reſpon. ad octauum arg. uol. 1. Cor. in conſ. 320. uol. 4. Dec. in l. pen in 4. notab. C. de impub. & alijs ſubſtit. Iaſ. in l. ſi pater impuberes prope fi. de uulg & pup. & in conſ. 41. col. pen. uol. 1. Soci. in l. qui duos per illum text. in 4. notab. in fi. de reb. dub. D. Alc. aſſerens hãc eſſe communem lib. 3. de uerb. ſign. ſub nu. 25. & in l. uel ſingulis col. 2. in fi. de uulg. & pup. Herculan. in l. pater filium, §. fi. ad leg. Falcid. col. 13. pro qua ſententia adducitur tex. in l. iã hoc iure de uulg. & pup. cui dicit Zanc. in d. §. cum ita ſub nu. 146. non ſatiſfacere Caſtr. in conſ. 270. quamquam multa uol. 2. nec Torniel. in d. §. cum ita poſt nu. 24. Rurſus per-
10 penditur doct. Bar. in l. Lucius de uulg. & pup. † ubi ait uulgarem ſubſtitutionem reciprocam induci, ſi teſtator dicit, Titium, & Seium, uel alterum eorum hæredem inſtituo per l. ſi fundum per fideicommiſsum. §. his uerbis de leg. primo, ſed dicit Zanc. loco iam relato, meliorem eſſe text. in §. peto d. l. hæredes mei.

Diuerſa tamen pleriſque placuit ſententia, ut in directa ſubſtitutione non procedatur per coniectu-
11 ras, † ſic uoluit gloſ. magna in fin. l. cum proponebatur de legat. 2. dum opponit de l. iubemus, C. de teſtam. quam ponderat Dyn. per Bald. relatus in l. unica colum. ſecunda, C. de cad. toll. Caſtr. in d. l. uel ſingulis de uulga. & pupill. & in l. pen. col. 1. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in conſil. 264. col. 3. lib. 2. & conſil. 270. eod. uolum. & alibi ſæpe. Eandem ſententiam amplectitur Alexan. in conſi. 14. colum. fin. uolum. quarto, Socin. in conſil. 140. colum. 1. uol. 1. & in conſi 77. uol. 3. Deci. in conſil. 211. col. ſecunda & conſi. 371. in 5. argum. Ruin. in conſi. 90. col. tertia uol. 2. per l. 1. ſi tab. teſt. nullæ extab. & in conſi. 156. colum. tertia in princip. eod. uolum. Socin. iun. conſi. 102. colu. 4. in fin. uol. primo & in conſi. 108. col. 4. in fin. eod. uolum. Socin. in d. §. cum ita col. 2. ibique D. Torniel. ſub numero uigeſimoquarto, & idem Soci. in l. cum auus columna penultima, circa medium ac Roma. in l. ſi cum dotem, in princip. ſolut. matrim.

12 Tertiam conſtituit † opinionem Aretin. in d. l. poteſt col. 2. diſtinguendo, quod aut coniectura aſſumitur ab expreſsis, & procedat prior opinio per d. l. iam hoc iure, & alia ibidem per illum adducta alias procedat dicta gloſſ. in dicta l. cum proponebatur & hanc ſententiam uidetur probaſſe Socin. iun. quam uis de Aretino non faciat mentionem, in conſi. 103.
13 colum. tertia poſt medi. uolum. 1. † ubi dicit quòd quando nulla eſt facta ſubſtitutio inter aliquos, ut in terminis d. §. Scia libertis, & tunc nulla unquam directa præſumitur, aut uero aliqua eſt facta ſubſtitutio, & tunc alia quoque directa ex coniecturis præſumi poſsit, dicta l. iam hoc iure, alias corruerent omnia notat. a doctor. de tacita uulgari & de tacita pupillari, cui conciliatoriæ ſententiæ accedit quoque Zanc. in dicto. §. cum ita ſub numero 146. ad finem, nec diſſentire uidetur Dominus Alciatus dicta l. tertia, ſub numero uigeſimoquinto per text. in l. prima, § ſinautem, de hæredib. inſtituendis.

Quid

Quid dicemus in istiusmodi difficultate, quæ ita est controuersa apud iuris interpretes? Ego opinor
14 constituendam esse conclusionem † cum communi doctor. sententia, uidelicet ut tam in directis quàm in fideicommissarijs substitutionibus licita sit extensio, ut firmant Bal. Alex. Aret. & Ias in d.l. uel singulis, de uulg & pupil. quia tam in directis, quàm in fideicommissarijs substitutionibus uis omnis cuiusq; dispositionis pendet à uoluntate disponentis. l. tertia, C. de lib. præter. l. in conditionib. de condi. & demonstr. l. non aliter de leg. tertio. l. quamuis de impub & alijs substit. l. ex facto. §. rerum de hæred. in-
15 stitu cum similib unde † modo constet de uoluntate disponentis uel expresse uel tacitè, iuxta doctri. Bart. in l. prima in princ. colum. secunda de uulgar. & pupill. quam ibi sequuntur communi consensu doctor. & secundum ea quę diximus supra lib. 2. huius operis, & lib. 1. ad finem non est hæsitandum, quin eatenus, quatenus se protẽdit uoluntas defuncti, sit quoque progressio danda, ut ad finem dicti libri. 1. diximus, facit insuper in hanc sententiam,
16 † quòd cum directa substitutiones inter se habeant symbolum, proportionemque ac conuenientiam, succedit conclusio illa ut in habentibus symbolum facilior debeat dari transitus, ac progressus de uno casu ad alterum, l. tertia. §. fin. cum leg. seq. de bon. poss. & l. si acceptatorum de acceptil. & l. in rem. §. item quæcunque de re. uendic. per quæ iura sic firmat Bartol. in l. Centurio de uulga. & pupill. in prima oppos. ubi ostendit in text. dictę l. Centurio, substitutionem, quæ & iure directo ac obliquo potuit produci, iure directo potius, quàm obliquo pro
17 trahendam esse, quia una directa † in alteram directam facilius mutatur quàm in fideicommissariam, quæ sibi opposita est, ac ex diametro pugnat. & cum Bartol. ibi tranſeunt simpliciter omnes antiquiores, quamuis ex recentioribus Ripa ibi & Socin. iun. dissentiant, quantum ad terminos dictę l. Centurio, ubi & nos diximus. ergo in casu nostro debebit quoque protrahi posse substitutio ad alium casum directum, concurrente tacita uel expressa mente defuncti.

Accedit quòd ubi actus in eodem genere quo geritur, & in potentiore significatione potest sustine-
18 ri, † nunquam uel irritandus, uel ad inefficatiorem, impotentioremque significationem est trahendus l. qui habent de tutel. li. 1. §. 1. si ager pectig. l. quoties secund. de uerbo. obligat. & l. quoties de regu. iur. cum simil. tradit. per doctr. in l. prima. §. si quis ita de uerbo. obliga. & in ea materia an si quod ago non ualet ut ago, ualet omni meliore modo, quo ualere potest. de qua paulo infra agemus, & facit tex. in l. hoc legatum de leg. tertio. & in l. 1. de donat. ubicunque igitur & substitutionem sustinere, & iure directo defendere extendendo poterimus admit-
19 tendum erit, nec mouet d. l. iubemus † C de testam. quia respondetur, eo in casu non dari progressum in hæredis institutione de casu ad casum, hoc est de expressione uocis ad nutum, tùm quia casus nutus est prorsus dissimilis a casu uerborum, & uocis expressionis, l. prima in princ. & §. si quis ita de uer-
20 bo. obligatio. tum quia † dissimilium nulla est communio l. naturaliter. §. nihil commune de acqui. possessio. cum simil. tum etiam quia in d. l. iubemus agitur de materia formali, in qua per æquipollens generis dissimilis a genere, in quo inducta est forma,
21 non admittitur † implementum, d. l. 1. §. si quis ita de uer. oblig. & prout alias supra declarauimus lib. 2. & l. per hanc C. de nume. & actuar. lib. 12.

SVMMARIVM.

1 *An in casu simplici comprehendatur casus mixtus.*
2 *Glossam ponere regulam affirmatiuam.*
Et quibus argumentis probetur, ibidem.
3 *Bar. concipere regulam negatiuam, & quibus eam probet ratiocinationibus.*
4 *Sed excipitur tertius casus.*
Cum Barto. que theorica transire scribentes communiter, ibidem.
5 *Quibus rationibus alij impugnent negatiuam Barto. opinionem.*
6 *Propter iurium contrarietatem in hac materia, illam difficilem, arduam, atque brocardicam fuisse compilatam, & multos multa dixisse, uarieque locutos fuisse in ea resoluenda.*
Quidque senserit Ludouicus Romanus ibidem.
7 *Et quid Franc. Aretin.*
8 *Cui accedit Maria. iunior.*
9 *Quæ sit Baa. Socini in eadem materia sententia. nu. 10.*
11 *Quod fuerit D. Alciati uotum, nu. 14.*
12 *Quid contra omnes opinatus sit Fortunius Garcias.*
13 *Qualis fuerit Io. Croti sententia.*
15 *Ioannes Bolognetus quomodo explicauerit istiusmodi negocium, cum tribus seq.*

Cum uersamur in promissione facta in casu simplici, utrum illa trahatur ad casum mixtum.

CAP. XIX.

NVnc transeamus ad tertiam partem primi principalis capitis quando, sagimus de dispositione facta in casu simplici qua in materia frequentissimus est illius disceptationis articulus, †
1 an sub promissione in casu simplici comprehendatur casus mixtus. Qua in controuersia amplissima atque in utranque partem controuersatissima maxime uariatum fuit sententijs à doctor. Nam gloss. in l. secunda in principio de uerborum
2 obligatio. ponit regulam † affirmatiuam, ut contineatur, & propterea dicit ibi Bartol. Socin. illum text. cum sua gloss. ad hoc semper allegari, ut sub simplicibus mixtum contineatur. quam regulam posuit pariter gloss in §. primo institut. de action. & ad illam probandam Bartolus adducit sex iura, text. in §. omnium iuncta ibi gloss. ubi diuisio actionum in reales & personales com-re-

hendit etiam mixtas, in l. si ita de liberis & posthumis ubi prouisio simpliciter facta circa institutionem filij ac filiæ, trahitur ad casum, in quo filius & filia nati sunt, in l. si ita scriptum. §. primo de hæred. instituen. ubi idem ferè casus deciditur in l. clemens eod. titu. ubi institutio in simplicibus casibus facta, mixtum comprehendit, in l. generaliter de fideiuss. ubi mixtum secundum potentiorem casum in eo concurrentem accedit simplici potentioris causæ, & in lege adulterium cum incestu de adult. ubi pœna incestus comprehendit etiam adulterium cum incestu commissum, Adijcitur & text. in l. si quis uinum de tritic. uin. & oleo legat. Verum Barto. in d. l. secunda in princ. constituit
3 assertionem † negatiuam, ut non ueniat casus mixtus sub simplicibus, per textum in lege uim passa, §. præscriptione, iuncto. §. hoc quinquennium l. mariti ad leg. Iuliam de adult. ubi quinquennij præscriptio, quæ tollit omnia crimina ex lege Iulia inuecta, non tollit crimen adulterij cum incestu commissi, additque in eandem sententiam text. in l. tutorem de ijs quibus ut indign. ubi idem non iudicatur de eo qui tutor, & legatarius est, atque de eo legatarius qui simpliciter est, quibus accedit text. in l. si ita scriptum de liber. & posth. & in l. hoc legatum de leg. tertio in capit. licet canon
4 de elect. in sexto cum simil. infra citandis, à qua † tamen Bartol. excipit tres casus, materiæ scilicet fauorabilis, contrarietatis euitandæ, ac expressionis legis, & cum Bartol. transeunt communi consensu Doctor. ut testatur Ias. in 4. col. sub nu. 5. in d. l. 2. in princ. & in d. §. omnium sub num. 18. institu. de
5 actio. aduersus tamen hanc sic receptam † conclusionem negatiuam adducunt ibidem Raph. Cuma. & Franc. Areti. tria iura, hoc est text. in l. si ita facta de iniust. rupt. testam. ubi si filius & filia separatim ac simpliciter sint exhæredati, utroq; nato norum pitur testamentum & sic per illum text. confirmatur regula affirmatiua. Rursus perpendunt text. in l. quid ergo. §. quod ait pretor, de ijs qui notan. infami. in fin. iuncto tex. l. primæ eo. tit. in fin. ubi sub edicto puniente cum qui bina sponsalia, uel bina matrimonia contraxerat continetur is, qui cum una spōsalia, cum altera nuptias inierit & sic in pœnalibus continetur casus mixtus, & l. si is qui in puteum. §. hoc interdictum quod ui aut clam, ubi sub interdicto quod ui aut clam continetur quod & ui & clam factum est, & sic promiscuè in quarum legum casibus agitur de materia odiosa, & nihilominus sub simplicibus mixtum continetur, & quamuis Ias. in d. l. secunda in princ. afferat uarias responsiones ad ista iura, † nihilominus inficias iri non po-
6 test, quin materiam hanc reddant admodum ambiguam, ac in utranque partem disputabilem. ita ut pro resolutione difficultatis multi multa dixerunt, nec ab re plerique difficilem, diffusam, brocardicamque appellauerint hanc materiam, propterea Ludo. Roma. in d. l. secunda in princip. primus omnium qui inter antiquiores latissime hanc materiam pertractarit, omnem illius tractatiorem reducit ad quinque quæstiones.

Quarum prima est, an in pœnalibus, & odiosis, seu strictis, sub simplicibus mixta comprehendantur.

Secunda est, an cùm in eandem personam duarum qualitatum mixtum concurrit, sit de ea ut de alijs simplicibus iudicandum, an uero ut de tertia specie.

Tertia est, an cum in eandem rem concurrit mixtura plurium personarum, actus ille sit iudicandus magis secundum unam personam, quàm secundum aliam.

Quarta est, quando in eandem rem concurrit mixtum qualitatum diuersarum, secundum quam illa sit iudicanda.

Vltima, est an facultas disponendi concessa in casibus simplicibus extendatur ad mixtos. Quibus in dubitationibus suas tradit theoricas ac deinde secūdum earum resolutiones uariè infert ad praxim in specialibus quæstionibus. Franciscus uero Areti. in l. si ita scriptum de lib. & posth. tradit breuiorem do
7 ctrinam quę est, ut quando eadem uel maior militat ratio in mixto atq; in simplicibus, tūc casus mixtus semper comprehendatur sub simplicibus; siue materia fauorabilis sit, siue odiosa, quam assertionē uidetur secutus fuisse Maria. Iun. in d. l. Gallus §. & quid si tantum sub nu. 55. uersi. dico itaq; de lib. &
8 posth. & per duas fere col. ostendit † per illam tolli obiectiones fere omnium iurium, quæ *difficultatem* facere uidētur in hac materia ut uidere est apud eundem, cuius sententiæ assertor est quoque Lancell. Galiaul. in d. l. 2. in prin. sub nu. 16.

Verum quia traditio hæc uidetur esse *imperfecta*, eo quia non comprehendit casum illum, quādo sumus in dubio ipse addit in dubio amplectandam esse Bar. & communem cęterorum doctrinam, cum limitationibus & declarationibus de quibus ibi per
9 eum. Bartolom. uero Socin. † in d. l. 2. in prin. omnem huius rei tractationem partitur in sex conclusiones, quas prosequitur ut ibi per eum, sex casus determi-
10 nando, † quem modum sub nu. 26. ibi dicit esse imperfectum Bolog. & aliquam regulam theoricalem non ponit, & solos illos accidentales determinat, ita ut nulla theorica ex ea percipi possit. Ac Socino
11 latius ac diffusius D. Alc. rem prosequitur, † qui primum ponit unam conclusionem, quòd mixtum separabile non contineatur sub simplicibus. Rursus aliam, quod mixtum inseparabile, in quo præualeat una pars, contineatur sub simplicibus. Mox tertiam quòd si partes fuerint ęquè principales de rigore iuris non continetur mixtum, sed ex benignitate, ut in d. l. si ita scriptū de lib. & post. Aliter illam per tractat Fortun. Garc. in d §. & quid si tātum sub nu.
12 132. cum plurib. seq. † destruens multas communes doct. opiniones, ut dicit ibidem Soci. iun. sub nu. 55.
13 Eandem materiam diuidit Crot. † in d. §. & quid si tantum, sub nu. 68. cū trib. seq. col. in decē conclusio
14 nes, D. Alc. † d. l. 3. de uerb. sign. sub nu. 29. rem perstringit ad tria genera mixtorum, quorum primum est, quando mixtum est respectu qualitatis, quæ cui simplici est adiecta, alterum quando sumus in mixto per concursum simplicium inseparabiliter;

Tertium

Tertium quando uersamur in mixto per concursum quidem simplicium, sed separabilem, & circa unum quodque istorum generum discurendo re-
15 solvit negocium. Bologne. † autem in dicta l. secunda, in princ. latissimè omnium per 58. column. tractat hanc materiam. Primum quærendo, quid sit mixtum. Secundo loco quot sint genera mixtorum cum proprijs speciebus cuiuscunque generis. Tertio vtrum & quando sub simplicibus continea tur mixtum de proprietate sermonis, vt possit apparere generaliter quando in qualibet dispositione comprehendi possit. deinde ijs præmissis propius ad materiam accedendo, format quatuor principales dubitationes. Quarum prima est, an in legib. sub simplicibus contineatur mixtum. Secunda quid in statutis. Tertio quid in priuilegijs & beneficijs Principum. Quarto quid in contractibus testamẽtis, & alijs dispositionibus? In ijsque omnibus disputat quid iuris sit, quando de vtroque mixto, & quando de altero tantum facta est mentio, tradendo in uno quoque mixtorum genere suas doctrinas cum suis regulis, & fallentijs & illationibus ad praxim in specialibus quęstionibus, sed idem Bologne. negocium expediendo multo succinctius, ac perbreuius in dicto §. & quid si tantum sub nume.
16 110. distinguit † inter mixtum habens simplicia alterata, & mixtum ea non habens alterata.

Primo casu concludit extensionem non fieri de simplicibus ad casum mixtum, quia differt a suis simplicibus, & facit nouam speciem, unde non potest contineri sub dispositione simplicium, quia verba non conueniunt l. non aliter de legatis tertio, & ita intelligit tex. in dicto §. præscriptione. Limitat
17 tamen in testamentis † fauore institutionis dicta l. l. si ita scriptum, item quando mixtum prævaleret in eo simplici, in quo facta esset dispositio ut in l. repetandarum, §. primo, de testib. & rursus quando disponens cogitasset in simplicium prouisione de mixto.

Secundo vero casu dicit constituendam esse re-
18 gulam † sub simplicibus mixtum comprehendi, vt in dicta lege si ita scriptum, & in dicta l. secunda, in princip. de uerborum obligat quam restringit locum non habere, quando propter intentionẽ testatoris reputaretur casus ille dissimilis, nisi mixtum prævaleret in eo casu, in quo facta esset dispositio,
19 quæ omnia † ipsemet Bologne. postea latissimè prosequitur in d. l. 2. in princ. in tractatu huius materiæ & præsertim sub num. 177. ubi agit de contra-
20 ctibus & vltimis uoluntatibus Vlda. Zas. † in d. l. 2. in princ. de uerb. oblig. restringit rem ad tria genera mixtorum, vt primum sit mixtorum specificatione secundum mixtorum participatione, tertium sit mixtorum concursu, quæ singula à nu. 11. cum plur. seq. concludendo ac resoluendo discurrit.

SVMMARIVM.

1 *Nonnulla præmittenda esse pro faciliore materiæ introductione.*
2 *Mixtum quid sit.*
3 *Interpretum neminem, Bologneto melius, mixtura in sua genera partitum fuisse.*
4 *Quot sint mixtorum genera secundum Bolognetum.*
5 *Sub quib. mixtorum generibus quàm varię species comprehendantur sed opus non esse eas prosequi. nu. 6.*
7 *Tria mixtorum genera esse, Auctorem quoque ipsum opinari, specificum, contentum & promiscuum concursu.*
8 *Quid sit mixtum specificum, & eius exempla. nu. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Mixtum concursu quid sit illiusque exempla. nu. 14.*
15 *Mixtum contentum quid sit eiusque exempla, num. 16. 17. & 18.*
19 *Tria illa mixtorum genera ad duo alia deduci.*

Tria esse mixtorum genera, quæ tamen ad duo alia reducuntur.

CAP. XX.

QVid igitur constituendum erit pro resolutione propositæ difficultatis in hac re tã controuersa? Antequam ad resolutionem deueniam l.bet mihi pro
1 † faciliore materię introductione nonnulla præmittere, atque imprimis, Mixtum nihil esse aliud, quàm id vnum
2 † quod ex plurium simplicium seruantium vel alterantium in totum uel pro parte eorum naturam concursu efficitur l. rerum mixtura de usucap. §. quædam instit. de actio. l. adeo §. cum quis cum §§. seq. de acquiren. re. domi. §. cum ex aliena cum §§. similiter subsequentibus instit. de rerum diuis. cum simil.

3 Præterea præmitto † quòd quamuis D. Alciat. & Zas. in locis iam relatis tria fecerint Mixtorum genera, nihilominus eos uere illa non attigisse, cum unam & eandem speciem in duas diuiserint, & tertiam, quam referre debebant, omiserint, illisque propterea uerius distinxisse Bologne. loc. iam relat. sub num. 26. Qui dicit Mixtorum tria esse gene
4 ra † quorum primum est substantiale, seu specificum, quando secundum plura uniuntur simplicia ad faciendam unam tertiam speciem.

Alterum est, quando plura simplicia commiscentur rãtione continentiæ, uel comprehensionis uelut quia sub uno toto uel sub uno uniuerso uel sub uno nomine continentur, & hoc appellatur mixtũ de simplicibus continentis. Tertium est. quando plures qualitates in idem subiectum concurrunt, uel separabiles, vel inseparabiles, uel contrariæ, uel se non compatientes, & istud dicit appellari mixtum qualitatum in uno subiecto, tum idem sit subiectum, & qualitates ipsæ tamquam simplicia considerentur.

5 Hæc tamen genera † inquit continere sub se multas species mixtorum differentes, usque ad numerũ sexdecim, super quibus ait esse dandas determinationes uarias ac diuersas ad illum finem, ut cognoscatur

ſcatur an ſub ſimplicibus mixtum contineatur, ſed
6 in hoc ego non puto † rectè illum ſentire cum ea quæ ipſe appellat ſpecies, non tam ſint ſpecies, quã exempla, ut facile diſcerni poteſt, quia per plus tantum & minus differunt, quæ non faciunt differre ſpecie l. fin. de fun inſtruc.

Vnde puto dicendum eſſe hoc pacto, tria quidẽ
7 eſſe † mixtorum genera, prout proximè retulimus, videlicet ſubſtantiale uel ſpecificum, contentum & promiſcuum concurſu, quæ poſtea uarijs exemplis declarari poſſunt, non autem in uarias ſpecies deducuntur.

Primum enim † genus mixti, quod ſubſtantiale dictum eſt uel ſpecificum, quia ipſa ſimplicia in ſubſtantia miſcẽtur per ſe ſine aliquo ſubiecto, uel abſque eo quòd contineatur in uno toto, & tertiam ſpeciem efficiant, multis exemplis poteſt declarari, ueluti quando ex uino & melle fit mulſum, uel ex pluribus ſimplicibus & rebus fit emplaſtrum uel medicina, ut in d l. adeo §. cum quis de acquir. rerum dom. & in §. cum ex aliena inſtit. de rer. diuiſitẽ domus conficitur ex lapidibus, calce, cœmentis, tignis, regulis, & alijs eiuſcemodi generis rebus l. eũ qui ædes de uſucapio. Item cum arca, armarium cõficiuntur ex aſſamentis, clauis & aliis rebus neceſſarijs ad eorum abſolutionem, mixtaenim ſunt hæc
9 corpora quamuis ad priorem † materiam reduci poſſint, & in hoc a ſuperiorib. differant, ut in l. qui res §. aream, in l. inter ſtipulantem §. ſacram de ver. ob. in dicta l. eum qui ædes, & in l. Senatus de leg. 1.

Rurſus cum aliquis partus utriuſque ſexus editur ut in l. quæritur de ſtat. homi. & in l. repetundarum, §. j. de teſti. ac in l. ſed & quæſitum § fi. de lib. & poſt. uel cum aqua uino miſcetur, dicta l. ſi quis uinum de uin. triti & ole. legat. poteſt etiam poni exemplũ in unionibus diuerſorum collegiorum.

10 Hæc a prædictis recedit quando firmis manentibus ſimplicibus, in eorũ natura plura corpora eiuſdem ſpeciei commiſcentur, ueluti meum frumentũ cum tuo, meum hordeum cum alieno, meum riſiũ cum riſio Titij, ut in § quod ſi frumentum inſtit. de
11 rer. diuiſ. ſimile prædictis eſt † & exemplum illud, quando ex hominis diſpoſitione plura ſimplicia uniuntur, in quibus ex ſuperueniente mixtura inducitur alteratio in diſpoſitione, ut in d. l. ſi ita ſcriptũ de lib. & poſth. & in dicta l. clemens. & l. ſi ita ſcriptum de hæred. inſtit.

Item eſt etiam quando nulla inducitur alteratio
12 in ſimplicibus unitis † ex diſpoſitione hominis, ut in dicta l. ſi ita facta de iniuſt. rup. teſtam. in l. is qui in puteum § interdictum, quod ui aut clam, & differt hoc exemplum a ſuperiore, quòd ob mixturam hic nulla contingit alteratio diſpoſitionis, in ſuperiore accidit alteratio.

13 Secundum mixtorum genus, † quod fit concurſu plurium qualitarum ſimplicium in idem ſubiectũ, ſic poteſt exemplis patefieri, cum aliquis eſt pupillus & furioſus l. qui habent de tutel uel miles eſt & doctor, uel iurisconſultus & philoſophus, poſſunt enim omnes iſtæ qualitates eſſe ſine alteratione, & ſe inuicem compatientes, excepta illa militis, cuius exemplo ſimile habetur in l. prima, §. interdictum de interdict. in d. §. quædam inſtit. de actio. ſecundum varios intellectus, in l. in tribus de iud. in l. ſeruis urbanis §. fin. de leg. 3. & in l. Titiæ textores §. 1. de leg 1. Aletrando tamen qualitates in iſtis poſterioribus iuribus quia alias ſunt compatientes.

14 Aliud eſt † exemplum quando plures qualitates inſeparabiles coniunguntur in eodem ſubiecto, ut in l. uim paſſam § præſcriptione & in l. ſi adulterium cum in ceſtu in principio de adulte.

15 Tertium mixti genus, quod ea complectitur, quæ coniuncta uno toto uel genere aut nomine cõtinentur cum ſimplicibus, & uirtute continentis tãtum coniuncta ſunt, uel mixta, poteſt exẽplo dotis hæreditatis, uel peculij declarari, aut quolibet alio ſimili, iuxta tradita per Bar. & communiter doctor. in rubr. ſolut. mat. idemque erit in grege & populo tenendo eam opinionem, quod conſtituant corpus uniuerſale l. 1. §. fin. & l. grege de rei uendic.

16 Idem † eſt in pluribus contentis ſub eodem genere prædicabili, l. ſi quid earum §. inter emptum l. Meuio §. duorum de leg. 2. quod exemplum differt a ſuperiore, quòd in hoc poſteriore genus ineſt ſpecie bus, l. ſemper generalibus de reg. iur. ſupra cita. prio re uniuerſitas haud ineſt corporibus §. primo, inſt. de reb. corpor. l hæreditas de pet. hæred. l. ſi pecul. l
17 de pecul. legat. poteſt quoque † poni exemplum in ijs quæ ſub uno nomine appellatiuo, non tanquam genere continentur, et in l. ſi chorus de leg. 3. & in qua drigis & lecticarijs & alijs ſimilibus, & in pluribus Agnatis & Cognatis. & in l licet C. de iudi. Item in negotijs geſtis, & ſimilibus quæ exempla a ſuperioribus differũt uarietate effectuum iuxta tradita per Doctor in l. ædita, C de edend. ubi ponunt differentias iudicii uniuerſalis & generalis.

18 Aliud † afferri poteſt exemplum in ijs quæ unita eadem conceptione continentur, & ſub ea dependent quę poſſunt eſſe eiuſdem ac diuerſę naturę, ut in l. ſi ſeruus de condit. & dem. in l. liber homo §. fi. & in l. ſcire debemus de uerbo. obligatio. & in § omnium iuncto §. quædam inſtit. de actio. & in d. l. 2. in prin. cum ibi trad. a doct. de uerb. oblig.

19 Tertio loco premittendum eſt, † hæc tria mixtorum genera, ad duo alia reduci. Quorum alterum eſt, quod fit ex ſimplicibus alteratis conſtituentib. nouam rem ſeu nouam ſpeciem in rerum natura, ut in dicta l. adeo §. cum quis de acqui. rer. domi. & in & in dicto §. cum ex aliena de rer. diui. cum ſimil. ſupra cita. in præcedenti præmiſſo in primo mixtorum genere, alterum eſt quod cum ex ſimplicibus non alteratis, uel parum alteratis, non inducentib. tamen nouam rem uel ſpeciem in rerum natura.

Quorum exempla deſumi poſſunt a poſterioribus duobus generibus mixtorum quæ ſupra retulimus in proximè præcedenti præmiſſo. Sed de his ita prælibatis.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo putet auctor reſoluendam eſſe difficultatem an mixtum comprehendatur ſub ſimplicibus.*

L. adeo

2 *Ladeo §.cum quis de acqui.rer.do. quomodo intelligenda sit.*
3 *Quando mixtum ultra substantiam nouum quoque habet nomen, dispositio loquens de simplicibus non trahitur ad mixtum.*
4 *Nomina denotare intentionem loquentis, & esse tanquam notas animi.*
5 *Nomina introducta esse ad distinguendas res.*
6 *Quando nomen expressum significat simplicia, non potest uerificari in mixto habente & aliam substantiam & aliud nomen.*
7 *Nisi in contrarium constaret de uoluntate disponentis.*
8 *Vel quando mixtum magis accederet ad materiam unius ex simplicibus.*
9 *Quid dicendum sit in mixto, quod participationem tantum est mixtum.*
10 *Species ex modica differentia in iure constitui.*
11 *Bartolus quomodo sibi ipsi sit conciliandus in materia mixtorum.*
12 *Castrensis & Aretinus quomodo in eadem materia ad concordiam reducantur.*
13 *Vniuersam disputationem versari circa secundum genus mixti, & quomodo in eo sit distinguendum. numero 14.*
15 *Loqui eatenus quis intelligitur, quatenus verborum proprietas patitur.*
16 *L.2. & l.veteris, C.de cont. & committen stipul. quomodo sint intelligendæ.*
17 *Iacob. Butrig. & Bald. in §.omnium institutio.de actio. declaratur.*
18 *Mixtum separabile proprie sub simplicibus comprehendi.*
19 *Casus mixtus qui comprehenditur sub uirtute rationis siue ea expressa siue pro expressa habeatur, proprie dicitur comprehendi nu.20.*
21 *Ea quæ sunt eiusdem rationis, dituntur includi in dispositione ex significatione.*
22 *Etiam in materia correctoria.*
23 *Ratio generalis ampliat dispositionem ad limites rationis.*
24 *Franc. Aretinus declaratur in l.si ita scriptum.*
25 *L.si ita scriptum de lib. & posth. ut sit excipienda.*
26 *Ratione ampliari dispositionem in mixtis, quando non alteratur ratio propter mixtum uel augetur.*
27 *Secus si minuatur.*
28 *Quid iuris statuendum sit quando disponentis mens elicitur interpretatione.*
29 *Interpretatio quam uarijs modis assumatur. numero 30. & 31.*
32 *Quomodo putet distinguendum Auctor in materia interpretationis extensiuæ seu restrictiuæ, quantum ad comprehensionem mixtorum.*
33 *Ea quæ ueniunt per argumentum a simili, aut per aliquem alium similem locum, non dici proprie uenire.*
34 *In materia odiosa, ac stricte interpretanda a propria verborum significatione non esse recedendum.*
35 *In statutis in quibus verba ad literam sunt accipienda casum mixtum sub simplicibus non comprehendi.*

Quæ sit Auctoris resolutio circa eam quæstionem, an mixtum comprehendatur sub simplicibus, & præsertim in mixto primi generis.

CAP. XXI.

1 MIhi videtur ex omnium dictis sic posse distingui, cum enim disputatio est, an mixtum comprehendatur sub suis simplicibus. Aut agimus de mixto primi generis, quod est mixtum specificatione, seu inseparabili nexu, ut uocat Zas. in dicta l.2. in princip. & noua rei uel speciei constitutione, quale est mixtum illud, de quo agitur in dicto §.cum ex aliena, cum multis seq. inst. de rer. diuis. Et tunc remanet casus iste extra præsentis quæstionis disputationem, quia cum sit species diuersa prorsus a simplici, non potest sub ea comprehendi, l.si quis earum §.inter emptum de leg.3. &
2 & in istis terminis † procedit text. in l. adeo, §. cum quis de acqui.rerum dom. & in l.rerum mixtura circa medium de usucapio. in ver. quid ergo ibi utrunque remaneat integrum & ita loquitur Bar. in l.1. supra de interdic. in fin. & Bal. in rubr. extra de probatio. quod sequitur Dom. Alcia. in dicta l. secunda, in prin. sub num.7. Galiaul. nu.16. & Zas. sub numero 13. qui aliud ponit exemplum in l. ius ciuile de iust. & iur.

Nam ut inquit Bologn. loco iam relato, cum habeat ultra sub stantiam † etiam nouum nomen dis-
3 positio loquens de simplicibus non potest continere istud mixtum, sicut nec loquens de fundo potest continere domum, vel aliam rem, quoniam nomina
4 denotant intentionem loquentis, † & sunt introducta tanquam notæ animi nostri l.Labeo in fin. de su-
5 pell.leg & nomina sunt introducta † ad distinguendas res, §.siquis in nomine instit. de leg. & l.ad recognoscendas C. de ingen. manum. unde cum nomen
6 expressum significet simplicia † non potest verificari in mixto habente aliam substantiam & aliud nomen, l.cum lege ubi Aret. de testam l.si quis de uin. tritic. & ol. legat. ibi nec proprie d.l cum qui ædes de usucapio. ubi qui possidet ædes non possidet corpora simplicia, ex quibus sunt constitutæ ædes. Re-
7 stringitur † tamen hæc conclusio duobus in casibus, quorum alter est, quando constat de uoluntate testatoris ac disponentis uolentis tale mixtum comprehendere sub simplicibus d. l. si quis uinum de uin. trit. & oleo leg. vbi est text. notandus & insignis,
8 alter est † quando mixtum magis in uno ex simplicibus, quàm in altero præualeret dicta l. quæritur de statu. homin. & l.sed & si quæsitum, §. primo, de liber. & posthum.
9 Aut loquimur † de mixto, quod participatione tantum, ac plurium qualitatum concursu est immixtum, qualia sunt ea exempla quæ supra retulimus in secundo mixtorum genere, & quæ affert idem Zas. lo. sup. cita. sub num. 11. & 12. & cętera ijs

similia

similia quæ facile quisque suoptè ingenio effingere
poteſt, ex iuribus quæ citantur in hac materia, qđ
quidem & ipſum tertiam conſtituit ſpeciem, non
quidem ſubſtantificam, ùt primum illud mixtum,
ſed potius qualificatiuam, & accidentariam, quà-
10 les † hæ ſunt quas ex modica differentia iura conſti
tuunt, ut in l. tertia, §. genera de acquiren. poſſeſsio.
in l. prima, in princip. de prætor. ſtipulatio. & docet
Dec. in rubr. qui admitt. in ſecunda lect. ſub nu. 85.
11 & ita declarando conciliatur ſibi ipſi Bar. † in d. l. 2.
in princ. qui uidetur pugnantia loqui, dum modo
uult primum illud mixtum ſolum conſtituere ſpe-
ciem, modo uidetur uelle, ut etiam aliud mixtum
idem operetur, quatenus ait in terminis dictæ l. 2.
contrarietatis euitandæ gratia mixtum comprehẽ-
di ſub ſimplicibus, nam niſi mixtum conſtitueret
tertiam ſpeciem nulla inſurgeret contrarietas ad-
uerſus tex. dictę l. ſecundæ, & ſuperflua eſſet ibi do-
ctri. Barto. vt etiam obſeruauit ibidem Lancelot.
12 Galiaul. ſub dicto nu. 16. huncque in modum † con-
ciliantur Caſtr. & Aretin. ibi, & Aret. in dicta rubr.
C. de prob. qui apertè ſenſerunt, ſecundum hoc mix
tum tertiam conſtituere ſpeciem a ſimplicibus di-
uerſam, quod ſatis probare uidetur tex. in l. veteris
C. de contr & commit. ſtipul.

Cum igitur omnis uerſetur huius diſputationis
moles circa hoc ſecundum genus mixti, in eo eſt
13 rurſus † ſubdiſtinguendum, quòd aut conſtat de
mente diſponentis uolẽtis caſum quoque mixtum
ſub ſimplicibus comprehendi, aut de illa conſtat in
oppoſitum, aut ſumus in dubio.

Primo caſu, quando apparet de mente diſponen
tis uolentis caſum mixtum ſub ſimplicibus compre
hendere, alia inſuper utendum eſt diſtinctione,
14 † quod aut hoc apparet ex propria uerborum ſig.
aut ex comprrhenſione rationis, aut per interpreta
tionem, iuxta declarationem Bar. ſeu Signor de Ho.
mod. in l. Cæſar. ſub num. 22. de publican.

Quando enim ex propria uerborum ſignificatio-
ne conſtat de mente diſponentis, tunc res non ha-
bet difficultatem, quia eatenus quis loqui intelligi-
tur, quatenus uerborũ ſignificatio patitur, l. Labeo
15 † de ſupell. legat. in quacunque materia l. cum lege
ubi Aretin. de uerbo. ſignific. Dom. Alcia. in lib. pri-
mo, in princ. de uerbo. ſignific. & nos ſupra diximus
lib. ſecundo, & tertio, & ita procedit tex. in l. prima,
§. interdictorum de interdict. ubi, I. C. triplici diui-
ſione interdictorum comprehendit etiam quartam
ſpeciem mixtam, & proprie, aliàs diuiſio, I. C. non eſ
16 ſet bona, ſic etiam † intelligendus eſt tex. in dicta l.
ſecunda, in prin. iuncta l. veteris, C. de contr. & com-
mitt. ſtiipul. hiſce quoque in terminis exaudiendum
17 eſt, quod tradidit Iacob. Butr. & Bal. † in dicto §.
omnium inſtit. de actio. ubi uolunt etiam in ſtatu-
tis caſum mixtum comprehendi ſub ſimplicium ap
pellatione, & in ſumma id ſemper uerum eſt, quan-
do ſumus in mixto ſeparabili, in quo pars ſeparatim
conſiderata, proprie ſeruabit nomen ſimplicis, uel
etiam in inſeparabili, in quo unum conſideratur
18 principaliter, alterum, ſecundariò nam † tunc caſus
mixtus ſub principalioris ſimplicis ſignificatione
ueniet, ac proprie ut declarat D. Alcia. in dicta l. 2.
in princip. columna ſecunda ſub num. 6. uerſi. puto
diſtinguendum.

Quando uerò ex comprehenſione rationis appa-
19 ret de mente diſponentis, † tunc ſiue ratio ſit expreſ-
ſa in diſpoſitione, ſiue una tm̃ poſsit aſsignari, quæ
paria ſunt, iuxta glo. Bal. atque alios in l. quamuis,
C. de fideicom. Bald. in l. maximum uicium colum.
4. C. de lib. præter. Imol. in l ult. C. de hæred. inſtitu.
cum ſimilibus, alibi ſupra ſæpius citat. Caſus mix-
20 tus † qui comprehenderetur uirtute rationis, dice-
tur propriè uenire ſub ſimplicium diſpoſitione,
Bal. in l. de quibus columna 11. poſt princ. de legi.
glo. in capitulo 1. in ver. Italiæ de tempor. ordin. lib.
ſexto, & in cap. ſi poſtquam in uer. mente de electio.
libro ſexto, quas gloſ. refert ac ſequitur Alexand. in
conſi. 5. ad fin. uolum. 5. cum ſociis alibi ſæpius ſu-
pra citatis, quia ut inquit Bal. in conſ. 384. ſtatuto ci
uitatis cauetur, & ſeq. Craue. in conſi. 183. ſub num.
21 tertio, quæ ſunt † eiuſdem rationis dicuntur inclu-
di in diſpoſitione ex ſignificatione & ita expreſse nõ
autem tacitè, in iſtis igitur caſibus in quibus, uel ex
propria uerborum ſignificatione, uel ex ui compre-
henſiua rationis, mixtum poteſt comprehendi ſub
ſimplicibus, ego nõ diſtinguo inter materiam odio-
ſam & fauorabilem, quia ſignificatio propria quæ
reſurgit etiam ex latiore ſignificatione, locum ha-
bet in quacunque materia quantumuis ſtricta, &
odioſa Franc Aretin. in dicta l. cum lege de teſtam.
Dec. in conſi. 5. ad fin. & in conſi. 344. in princip. ubi
Apoſt. in addit. & in cap inter cœteras ſub nume. 7.
de reſcript's. D. Alcia. in l. liberationis de uerborum
ſignificatio.

22 Quinimmo etiam † in terminis materiæ correcto
riæ id expreſse uoluit Bald. in auth. quas actiones
columna ſecunda, C. de ſacro. eccleſ. per tex. in l. his
ſolis in uer. tacite cautum putamus C. de reuocan.
donatio. & late id firmat Iaſ. ibidem ſub nume. 22.
per tex. in l. cum mulier §. 1. ſolut. matr. & copioſe di
ximus ſupra lib. 6. in materia correctoria, & habet
hæc declaratio rationem. quia ubi diſpoſitionis ra-
23 tio † eſt generalis, ampliat diſpoſitionem ad limites
uſque rationis. l. hæc actio. de calumnia. l. regula §.
licet ubi Bar. de iur. & fact. ignor. & in l. pater, §. fun-
dum in fi. de leg. 3. & facit extendi ad caſum ad quẽ
aliàs uerba non extẽderentur, etiam in materia ſtri-
cta, Corn. in conſi. 273. col. 3. ſub nu 5. lib. 4. C ſtr.
in l. ſi uerò §. de uiro ſolut. matr. cum ſimil. alibi ſæ-
pius ſupra cita. uarijs in locis, & ita intelligendum
24 eſt † quod dicit Fran. Aret. in d. l. ſi ita ſcriptum de li.
& poſth. Maria. Socin. in d. §. & quid ſi tantum ſub
num. 55. & Galiaul. ſub num. 16. & in his terminis
25 † procedit tex. in d. l. ſi ita ſcriptum de lib. & poſth.
l. clemens patronus de hæred. inſtit. & l. ſi is qui in
putеum, §. hoc interdictum quod ui aut clam, & d. l.
ſi ita facta de iniuſt rupt. teſtam. & l. quid ergo §. qđ
ait prætor de ijs qui not. infam. intelligendo uerba
illa, ex ſententia edicti, i. ex ui rationis edicti, cum. n.
& caſus ille contrahentis unum matrimonium, &
ſponſalia ſit ex comprehenſis ſub ratione edicti,
proprie ueniet, ijſce in omnibus iuribus identitas

uel

uel maioritas rationis, nel mentis ipsius disponentis facit ut casus mixtus sub simplicibus comprehendatur, & proprie, ut supra dictum est, sunt tamen
26 hæc intelligenda, quando per mixturam † simpliciũ non alteratur ratio uel augetur, quia tunc semper per ea quæ supra dicta sunt, casus mixtus, uel ex idẽ titate rationis expressæ, uel pro expressa habitæ con tinetur, secus si induceretur diminutio rationis, quia tunc ut declarat Bolog. & uere in d l. 2. in prin.
27 de uerbo. oblig sub nu. 55. uersi. & ideo † etiã si aliàs casus de proprietate sermonis comprehenderetur tamen propter illam alterationem diminutionis ra tionis nõ comprehenderetur arg. l. adigere §. quam uis de iur. patro. & cap. cum cessante de appellatio.

Quando verò per interpretationem elicitur mẽs
28 disponentis † animaduertendum est ut dicit Bar. seu Signo de Homod. in dicta l. Cæsar sub nu. 22. de publican. & uectigal. & plenius declarauimus sup. libro quinto.

29 Interpretatio uarijs modis assumitur † nam quã doque accipitur pro aperta uerbi significatione ut in l. fin. C. de legi. iuncta l. si lenones, C. de episc. audien. in l. Gallus §. uidendum de lib. & posth. & l. iusta de uerbo. signific. quandoque accipitur pro mente disponentis, ut l. 3. in princip. de legi. tutor. & instit. de legit. tutel. in princ. quandoque sumitur
30 pro sententia † ex ui rationis ut in l. Gallus §. quid si is de lib. & posth. & in omnibus istis casibus ue nit mixtum proprie sub simplicium appellatione, l. nominis & rei §. uerbum ex legibus, de uerb. signifi.
31 quandoque accipitur † interpretatio pro extensio ne, restrictione, & arg. de similibus ad similia ut l. 2. §. eodem de origin. iur. l. 3. de iureiur. l. I. C. §. parentes de gradib. affi l. item ueniunt §. licet aũt, cõiungẽ do §. aptanda §. præter, §. in priuatorum, §. petita, & l. sed & si lege §. sed & fructus de petit. hæredit. &
32 in isto casu † putarem distinguendum esse inter ma teriam fauorabilem & odiosam, prout distinguit; Bar. in d l. secunda, in princ. cui communi consensu cæteri accedunt, teste ibidem D. Alciato sub num. 2. ut. s. in fauorabili materia mixtũ sub simplicib. cõ cipiatur in odiosa uero non item, & ita procedat cõ munis doctor. sententia cum Bar. in d. l. 2. in princi. quam probant Felin. columna secunda, sub num. 6. uersiculo tertia conclusio Socin. Iuni. in consi. 103. præsens consultatio sub num. 3. lib. 3.

33 Et ratio est quia cum talis interpretatio † non ueniat ex ui uerborum, neque rationis, sed ex sola disponentis sententia, per argumen. a simili uel per alias huiusmodi ratiocinationes, non nisi impro priè dicitur uenire ut uolunt Alex. & Franc. Aretin. in d. l. 2. in princ. per dictam l. quid ergo §. ait prætor supra de ijs qui not. infam. & l si quis adulterium in 2. respons. ad leg. Iul. de adulte. Alex. in dicta l. cum mulier solut. matrim. & trad. doctor. in l. prætor in princ. de oper. nou. nuntia. & propterea in materia stricta atque odiosa in qua arctior debet fieri inter
34 pretatio, † l. cum quidam de lib. & posth. & c. odiosa de reg. iur. libro 6. neque a propria uerborum significa tione est recedendum l. 1. §. si is qui nauem de exercit. actio. l. 3. §. hæc uerba de nego. gest. & l. constitutionibus ad municip. & de incolu.

Casus mixtus non comprehenderetur sub sim-
35 plicibus, & ideo † in statutis in quibus cautum es set, ut uerba deberent intelligi ad literam, non pos set casus mixtus comprehendi sub simplicibus, Angel. in dicta l. si ita scriptum in princip. in uersicu. & hoc supra de liber. & posthum. sequent. Iaſ. in l. prima, de offi. eius & D. Alcia. in d. l. 2. in princ. col. 2. nisi facta esset dispositio super utroque simpli cium quia tunc casus mistus.

SVMMARIVM.

1 *Quando mens disponentis repugnat comprehensioni, ca sus mixtus non comprehenditur.*
L. uim passam §. præscriptione de adult. quomodo intelli gi debeat.
Et Bar. in l. cum auus de condit. & demonstr.
2 *Cap. cum olim in fin. de præben. cum socijs quomodo ex audiendum.*
3 *Quando sumus in dubio an mixtum sub simplicibus comprehendatur.*
4 *Qualitates extrinsecæ quæ dicantur.*
5 *Qualitates intrinsecæ quæ sint.*
6 *Mixtum sub simplicib. comprehendi, quando uersamur in qualitatibus extraneis.*
7 *Non eandem esse rationum priuandi aliquem ecclesia collegiata parochiali, ac simplici parochiali.*
8 *Quid iuris sit quando uersamur in mixto qualitatum intrinsecarum.*
9 *Quando dispositio facta est super utroque simplicium cum unum quoque iudicetur per se sub simplicibus con tinetur mixtum & proprie.*
12 *Casum mixtum in simplici non contineri, quando facta est dispositio super utroq; simplicium.*
13 *Nisi eadem militet rat o.*
14 *Statutum Ticinense 98. in ciuilibus quomodo intelli gendum.*
15 *Iasonem contra sentire sed a communi non esse rece dendum.*
16 *Nisi repugnet mens disponentis, uel præualeat mix tum in eo simplici de quo dispositum non est.*
17 *Quid constituendum sit quando mixtum constat ex qua litatibus inseparabilibus.*
18 *In materia fauorabili mixtum in dubio comprehendi sub simplicibus.*
19 *Duobus iudicibus si concessa sit iurisdictio, uni in perso nalibus, alteri in realibus utrunque de casu mixto co gnoscere posse.*
20 *L. Titiæ textores in princip. de legatis primo, & Bald. in l. secunda, sub num. 6. C. com. de leg. quomodo exaudiri debeant.*
21 *In materia odiosa mixtum sub simplicibus non com prehendi.*
22 *In Priuilegijs mixtum non comprehendi sub simpli cibus.*
23 *Contrariam tamen sententiam placuisse Cumano.*
24 *Nihilominus fœdere distinctionis putat D. Alci. com munem sententiam cum Cuma. opinione conciliari posse distinguendo inter casum, quo magis attenditur mens,*

mens, & casum quo magis uerba attendenda sunt. num. 25.

26 *Bar. & communem opinionem vt in materia odiosa ac strictè interpretanda mixtum sub simplicibus non comprehendatur, veriorem esse.*

27 *Quæ diuersa sint specie, sub eiusdem speciei significatione comprehendi non posse.*

28 *L. si ita facta de iniust. rupt. testamen. ut sit excipienda.*

29 *Qualitatem potentiorem in mixto attendi, & secundum eam iudicari.*

30 *Quibus modis qualitas potentior cognoscatur, cum seq. vsque in fin. cap.*

31 *Dignitatis excessu quid esse potentius.*

32 *Item benignitate.*

33 *Rursus iuris communis dispositione, respectiuè ad speciatem dispositionem.*

34 *Prætereà nocentioritate, vt sic dixerim.*

35 *Ad hæc naturalitate, respectu accidentis.*

36 *Insuper prohibitione & permissione.*

37 *Postremo ratione generis & speciei.*

38 *Omnia quæ de mixto sub simplicibus comprehendendo dicta sunt, intelligenda esse quando super utroque simplicium facta est dispositio, si simus in mixto ex simplicibus alteratis.*

39 *Secus si mixtum sit ex simplicibus non alteratis.*

40 *In donatione si fiat mentio de rebus mobilibus, & immobilibus promiscuas quoque res sub suis simplicibus contineri.*

41 *Nisi induceretur diminutio rationis.*

42 *Secus quantum ad simplex de quo dispositum non est, quia mixtum illi magis accedens etiam in fauorabilibus non continetur.*

43 *Nisi præualeret in eo simplici de quo dispositum esset.*

Quid statuendum sit in mixto secundi generis secundum eundem auctorem.

CAP. XXII.

1 SEcundo uero principali casu, † qñ constat de mente disponentis in inoppositum, siue quia uerba refragentur, siue quia ratio non cõueniat, siue etiam quia interpretatione adiuuari non possit, nunquam sub simplicibus mixtum, comprehenditur, & in istis terminis procedit text. in dicta l. uim passam, § prescriptione ad leg. Iul. de adult. sic etiam intelligenda est doctrina Barto. in l. cum auus de conditio. & demonstr. quæ a quibusdã in hac materia citatur, ut eleganter declar. Lancelo. Galiaul. in dicta l. 2. in princip. sub numero 22. sic
2 etiam † exaudiendus uidetur tex. in c. cum olim in fi. de præben. quamuis utrunque istorum iurium dicat Socin. iun. in d. l. Gallus in §. & quid si tantum sub num. 56. uersicu. Caue tamen, esse extra propositam materiam, quia in illis casibus prouisio reperiebatur facta in uno tantum simplicium, declarando, ut per eum. Sed quicquid sit de opinione Socini in eius casu, ista iura optimè probant in terminis huius secundi capitis, præsertim intelligendo text. in dicto §. præscriptione ea ratione procedere, quia non esset ibi facta dispositio in utroque simpliciũ. nam eo ipso quòd non reperitur nisi in uno tantum ex simplicibus dispositum, uerba & mens disponentis uidentur repugnare, unde cum neque interpretatione adiuuentur proprie dicuntur in isto casu iura illa procedere.

Tertio verò casu huius secundi generis mixti,
3 quando sumus in dubio, † deest quando neque pro neque contra apparet de uoluntate, aut mente disponentis, tunc rursus ego distinguerem, quod aut sumus in mixto per concursum qualitatum extrinsecarum, aut intrinsecarum. Sunt autem qualitates
4 extrinsecæ † vt decla. Pet. Rebufus in l. j. sub nu. 157. C. de sent. quæ pro eo quod inter. quæ ex accident, personis vel rebus, & extra eueniũt, ut scientia, doctoratus, mercatura, canonicatus & cætera id genus glo. singu. in cap. si forte de electio. libro 6 quam ibi sing. dicunt. Et Alexan. in consil. 28. viso, et præhabito colum. 2. in secundo volum. & consi. 79. uisis in quarto volum Fel. in cap. fin. colum. 1. de præsumpt. Ias. & alij in l. sciendum de uerb. oblig. cum simil. ibi per eum cita.

Qualitates autem intrinsecę dicuntur, cum quib. persona uel res nascitur, ut sobrietas, castitas, bonitas, sapor, color, gustus & reliqua eius generis, ut in l. si uerò §. primo, in l. uinum & in l. cum quid si certe petatur.

Priore casu cum agimus de qualitatibus extrin-
5 secis sub simplicibus † comprehenditur, l per adoptionem ubi Bald. de adoptio. l. senatoris filius in fi. de senat. l. falsa §. primo, de condit. & demonstratio. Bar. in l. exceptores C. de num. & actua. li. 12. quod
6 locum habet † nisi accedens qualitas induceret variationem dispondendi, ita Fran. Aret. in dicta l. 2. in princ. col. 4. in 3. prin. casu sub num. 4. & D. Alcia. ibidem sub num. 10. per tex. in cap. statutum cum capsicet canon de electio. lib. 6. iuncto capitulo primo
7 de consuet. lib. 6. per quæ † uolunt non eandem esse rationem priuandi aliquẽ ecclesia collegiata, mixta, ac simplici parochiali ob titulum prælaturæ qui ineſt collegiatæ, & esse non concernitur in simplici parrochiali, & facit tex. in l. cum ex oratione §. fin. de excusatio. tuto.

8 Quando verò sumus in secundo casu † qualitatũ intrinsecarum, tunc rursas subdistinguendum est, quia aut sumus in mixto, qđ habet in se coniuncta simplicia separabilia. Aut in mixto habente in se concursum qualitatum inseparabilium. Priore casu. Aut facta est dispositio super utroque simpliciũ. Aut facta est dispositio super utro aut super uno tantum, quando facta est super utro
9 que, tunc cum † unum quodque iudicetur per se, sub simplicibus uenit mixtum, l. Arist. de donatio. l. si vi- ua matre in fi. C. de bon. mater. § pen. in auth, denõ eligend. secund. nub. cum simil. cita. per D. Alcia. in dicta l. secunda, in princ. sub num. 16. & ita probant Angel. Roman. Alciat. & alii recentior. ibi & ita
10 intelligit Socin. seni. tex † in d. l. si ita de lib. & posthum. quamuis possit tex. ille & in alia classe colocarli

tari, ut supra uidimus, & per illum probat hanc conclusionē procedere etiam in materia stricta, quod & uoluit Cor. in consi. 69. in tertia colum. in primo
11 uolum. & facit quia tunc casus † mixtus proprie sub simplicibus uenit, ut uidetur esse casus in l. si statu liberum §. fin. supra de stat. lib. & ex hoc capite primo ad plura infert Dom. Alcia. in d. l. secunda, sub num. 16. 17. & seq.

Quando verò facta est dispositio super altero
12 tantum simplicium † tunc casus mixtus in simplicibus non potest contineri. cum enim non sit in utroque simplicium facta dispositio, quomodo mixtum sequetur naturam simplicium. Exemplum poni potest in l. si adulterium cum incestu de adulte. & in l. hoc legatum de leg. 3. inducendo ut per Zas. in d. l. 2. in princ. sub nu. 29. qui omnino uidendus erit, &
13 qui pariter sub nu. 30. notanter limitat hanc † conclus. locum non habere quando eadem militaret ratio, prout de hoc elegans habetur decisio Petri de Anch. in consi 367. ut illum refert Ias. in dicta l. secunda in princ. & ibidem Zas. & eorum uterque probat sed D. Alcia. citat eundem sub num. diuerso in consi. 235. apud me autem est in consi. 386. dubium in ista quæstione. De muliere donante causa
14 mortis, † quæ lege municipali contrahere prohibita sit, sine consensu duorum eius Attinētium, ut hic Ticini habetur in ciuilibus sub numero 98 nam intelligitur quoque prohibita esse donare causa mortis, eo quia talis donatio in modo ineundi, magis accedit contractui, quam ultimæ uoluntati, secundū gl. communiter adprobatam in l. prima, de dot præleg. quam recipit Alexan. in d. l. 2. in princip. & communem esse opinionem atteſtatur Ias. in dicta l. 2, de leg. secundo, & quamuis Ias. in dicta l. 2. contrariam firmet opinionem dicatque quòd ita consuleret ac iudicaret, eundemque sequatur D, Alcia. in d. l. 2. in prin. de uerbo. oblig. eisdem ferè rationibus, quibus utitur Ias. insuperque illa ratione, quòd quælitas illa causæ mortis alteret rationem statuti, quia facit actum reuocabilem, quo sit ut dispositum in
• casu simplici non possit habere locum in casu qualificato per cap. statutum de electio. lib. 6 d. l. hoc legatum de leg. 3. & l. cum ex oratione, §. si de excusa.
15 tutor. nihilominus † non est recedendum a communi opinione, quam nouis rationibus præter cæteros defendimus dicta l. secunda, de leg. 1. & secuti quoque fuimus in dicta l. secunda, in princ. de uerb. oblig. ubi eandem quoque distinguendo ut hinc, quamuis non ita copiosè secuti fuimus sententiam
16 procedunt † nisi nel mens disponentis repugnet, l. si quis uinum de triti. uin. & oleo leg. uel præualeat mixtum in eo simplicium de quo dispositum non est, ut ibidem habetur.

Quando uero sumus in separabilibus tunc distin-
17 guendum † est primum inter qualitates, quæ se inuicem compatiuntur, & quę non, priore casu, tunc rursus est distinguendum inter materiam fauorabilem
18 & odiosam, nam in materia fauorabili † mixtum in dubio comprehenditur sub simplicibus. l. si ita scriptum de lib. & posthum. quem ita intelligit Bart. & omnes interpretes dicit Bar. Soc. in d. l. secunda, exceptis Ang. & Romano quos dicit iure merito reprobari a modernis, Socin. inquam colum. 2. in 5 concl. sub num. 11. Idem probat D. Alcia. ibi in ter-
19 tia concluſ. sub num. 18. qui † infert ad casum de duobus iudicibus quorum alteri concessa fuit iurisdictio in personalibus actionibus, alteri in realibus de quo Alexan. in dicta l. Gallus. §. ille casus de lib. & posth. in 6. colum. ut scilicet eorum quisque possit de mixta iurisdictione cognoscere, quando materia est fauorabilis secundum glo. in uer. processus, capitulo primo de rescript. libro sexto, circa finem ibi etiam iurisdictio ordinaria, quæ tamen decisio intelligenda est ut per eundem D. Alcia. in dicta l. 2. in princip. in istis quoq; terminis intelligit ibi Io.
20 Imol procedere tex. † in l. Titiæ textores in prin. de leg. 1. idem quoque censendum est de illa decisione Bal. in dicta l. fin. columna secunda, sub nume. 6. C. com. de leg. de patre qui legauerat libros filio. si in legali, uel artium & Medicinæ professione profecisset, ut si in utraque profecerit, fauorabilis legati gratia, censeantur in dubio legati utriusque professionis libri.

21 Quando uerò sumus in materia † odiosa, tunc sub simplicibus dicendum est non contineri mixtum per text in dicta l si ita scriptum in uersiculo licet enim subtilis iuris regulæ &c. & in illis uerbis, in hanc sententiam humanitate suggerente, & rursus per tex. in dicta l uim passam § præscriptione de adult. Item in l. spadonem §. qui accepit de excusat.
22 tuto. ubi in priuilegijs † in quibus stricta fit interpretatio mixtum sub simplicibus non comprehenditur, ita tenet Bart. in dicta l. secunda, & sequuntur communiter doctor. ut testatur ibi Do. Alciat. sub num. 20.

23 Contraria † tamen placuit sententia Raph. Cuma. per text. in l. si ita facta de in iust. rup test. ubi exhæredatio facta in simplicib. trahitur ad casum mixtum, & nihilominus ibi sumus in odiosis, per l. cum quidam de lib. & posth. & per tex. in dicta l 2. in princip. ostendit Dom. Alcia. Cuma. opinionem optimè defendi posse, qui etiam occurrit solutionibus Doctor. qui tenent communem sententiam ad eundem tex & respondet ad fundamenta quæ pro communi opinione deducuntur, & tandem sub nu.
24 me. 23. resoluendo distinguit, † inter casum in quo magis attenditur uoluntss disponentis quàm uerba & casum in quo magis attenduntur uerba quàm uoluntas prouidentis, ut priore casu procedat opinio Cuma. per quinque instantias quibus ipse utitur in dicta l. secunda, in quibus quamuis stricta fiat interpretatio, nihilominus casus mixtus sub simplicibus comprehenditur ut in legatis d. l. Titiæ Textores in princip. de leg. 3. in priuilegiis ut in l. secunda, §. amplius, de excusatio. tuto. in ædictis prætorum l. ergo §. ait prætor de ijs qui notan. infam, l. is qui in puteum §. interdum quod ui aut dam. in contractibus bonæ fidei iuxta doctrinam Bar. in l. si extradens de cond. ob caus. & in casu dictæ l. si ita facta, Posterio
25 re autem † locum habeat opinio Bar. & communis ueluti in contractibus stricti iuris in quibus nihil extrinsecus assumitur, l. si ita stipulatus §. chrysogo.

de

de uerbo. oblig. & quicquid omissum est, pro omisso habetur, l. quicquid adstringendæ eod. tit. de uerbo. oblig. & ita intelligit locoiam relato Ludo. Ro. qui regulam mixtorum limitabat in contractib. qđ latius explicat ibi Ias. colu. pen. sub nu. 8. circa finē.

26 In hac † controuersia quamuis ego habeam pro uera distinctionē D. Alciati in suis terminis, nihilo nus in dubio pro absoluto habeo, opinionem Bart. ac communem esse uerisimam, ea ratione, quia cū in ista mixtura conueniant qualitates quæ se inuicem compatiuntur, & sunt inseparabiles, certū est ꝙ tertia fit species, quæ neq; sub utroque simplici, neque sub altero tantum potest comprehendi ex propria significatione, non sub utroque quia cum eius sit qualitates inseparabiles non poterunt discindi, ut sub suis simplicib. comprehendantur ex significatione propria, ergo neque ita mixtim comprehendi proprie poterunt, quia est quid diuersum

27 speciei ab ijs, propterea que sub eorum † significatione comprehendi non poterit, l. hæres §. duæ statuæ de leg. 3. non etiam sub uno tantum ex simplicibus comprehenditur, quia cum paris sint potentiæ qualitates inseparabiles, propter hanc æqualitatem nunquam mixtum poterit magis uni, quàm alteri simplicium proprie applicari, l. generaliter de fideiusso. propter adiectionem annexam iuxta Doctor. Bar. communiter receptam in l. Lucius, §. quæsitum de leg. 3. cum igitur proprie nec sub utroque neq; sub altero simplicium uenire possit, succedit ut nō nisi ex sententia disponentis ueniat dicta l. quid ergo §. ait prætor, de ijs qui notan. infam. & ita impropriè cum incerta sit sententia, ut declar. D. Alciat. in dicta l. secunda, in prin. sub num. quinto. necesse igitur erit, ut ubi de mente disponentis non constat & ita simus in dubio, ut casus mixtus sub simplicibus non comprehendatur, quia mens cessat, & verborum proprietas non patitur, a qua non est recedendum, iur. uulg.

28 Nec mouet † dicta l. si ita facta, quia locum habet quando constaret de mente disponentis prout uidetur uoluisse D. Alcia. in eius distinct. quamuis non se admodū explicet. Nā cum testator siue filiū, siue filiā nasciturā exhæredem esse omnino uoluisset, iam constabat tam masculeum, quàm fœmineū sexum nasciturum ab hæreditate sua arcere uoluisse, ergo ex eadem illius mente utroque nato idem dicendum fuit.

Præterea dici potest ibi nos uersari in mixto separabili, in cuius simplicibus fuerat facta peculiaris dispositio a testatore, unde cum sub propria cuiusque simplicis significatione una quæque mixti pars comprehendi posset, non est mirum, si ibi casus missus concipiatur. sub simplicibus, ut supra declarauimus in princip huius tertij principalis capitis, in casu autem nostro res se aliter habet, quia agimus de mixto habente partes inseparabiles, cuius rei gratia proprie sub simplibus contineri non potest, ut supra dictum est, ergo &c.

Quando uerò sumus in qualitatibus quæ se inuicem non compatiuntur, tunc Soc. Aret. & Alcia. in

29 dicta l. secunda, in principio concludunt † debere attendi qualitatem, quæ est potentior, & secundum illam debere mixtum iudicari, dicta l. quæritur de statu. homi. l. generaliter de fideiussor. l. legatis §. seruus de legatis tertio, quod intelligit D. Alciat. locū habere, etiamsi qualitas illa potentior, sit potentior in illo actu tantum, ut probatur in cap. per hoc de hær. libro 6. iuncta l. 1. C. de offic. uicar.

Sed quia uis ultimi huius capitis consistit in eo, ut uideamus quō cognoscatur qualitas potentior ideo cum Dom. Alcia. in dicta l. 2. in princip. sub nu

30 mero 32. cum pluri sequen. † ex omnium dictis septem enumeret modos, quibus qualitas ista potentior cognoscitur, in ijsque diffuse insistat, eos sub compendio retulisse contentus ero.

31 Primus igitur est, † quando una qualitas alterā excedit dignitate, nam quæ dignior est, potentior esse censetur, Bar. in l. præcipimus. §. obseruando, C. de appellatio. per illum tex. in l. 1. cum ibi nota. C. si in com. eademq; cauſ. cum simil. de quibus per modern. in l. imperium de iurisdict. om. iud.

32 Secundus est † quando unam altera excedit benignitate, nam quæ benignior est potentior esse iudicatur l. si pupillus ubi Bar. ad leg. falcid. quamuis in contrarium uideatur esse tex. in l. 2. in fin. ad leg. Aquil. & in l. fin. uersic. sed & si quis, naut. caupon. stabul. nihilominus responderi potest, ut per D. Alcia. loc. iam relat. sub numero 34. per text. in l. fin. §. in computatione C. de iur. delib.

33 Tertius est, † quādo una est innixa iuri communi altera iur. speciali, nam quæ iuri communi adhæret, potentior dicitur l. nam si miles de iniust rup. testam. quem tex. singul. esse dicit Aretin. in dicta l. 2. in princip. & menti tenendum, ad cuius confirmationem uidetur esse tex. in l. eius militi. §. militia missus de milit. test. & facit quod tradit Bald. in l. si quis decurio C. de test.

34 Quartus est † quando qualitas una reperitur nocentior esse altera, nam quæ nocentior est, potentior quoque esse existimatur. l. si quis in graui §. fin. ad senat. Sillani. Bar. in l. si uir pro don. Bald in proem. decretal. in tertia, colum. habet tamen iste quartus modus aliqualem difficultatem, ut per eūdem Alci. ibidem sub num. 37.

35 Quintus est † quando una qualitas reperitur naturalis, & altera accidentalis, nam quæ fomentū habet naturæ, potentior habetur, l. qui habet de tutel. ibique Bar. intelligēdo, secundum communem quando non ipsę causę sed effectus sunt contrarij, ni si accidentalis causa ob aliquem annexum fauorem naturalem excederet. ut in l. cum allegans C. de castren. pecul. lib. 12.

36 Sextus est † quando una qualitas habet prohibitionem, altera permisionem, nam quæ prohibitionem habet, si cætera paria concurrant, pro potentiore accipitur l. Sabinus communi diuidundo. l. 3. ubi Bar. de suspect. tuto. si nō sit in cęteris paritas, ut per Ias. in l. j. §. ueteres in 3. notal. de acquir. poss. & in l. si russinus C. de testam. milit.

37 Septimus † & ultimus est, quando qualitas una generi inhæret, altera speciei, nam quæ speciem habet potentior iudicatur, l. seruis urbanis §. final. de leg.

de leg.3.Doctor.in l.Titiæ textores de leg.1.& facit uulg.regul.l inter de reg. iur. & cap. generi eod. titu.in sexto.

Hæc tamen omnia similiter, quæ docendo seu
38 distinguendo hactenus differuimus † locum habẽt quando de utroque simplicium facta est dispositio secus ubi de uno tantum,uel alt ero simplicium est dispositum, quia tunc ubi simus in mixto confecto ex simplicibus alteratis, nulla potest fieri comprehensio,dicta l.si quis uinum, nisi mens disponentis aliud suaderet,ut ibi dicitur, quòd si non sit ex sim-
39 plicibus alteratis,† tunc respectu eius simplicis de quo dispositum est, continetur de proprietate sermonis arg.tex.in §.si uero ante §.illud in auth.de nõ
40 eligen.secun.nub.ubi si in † donatione fieret mentio de rebus mobilibus, & in ea continerentur res mobiles & immobiles, mixtum contineretur in ea dispositione sub suis simplicibus, cum quibus conuenirent,reliqua dispositioni iuris communis relicta esse intelligerentur, † nisi per mixturam induceretur diminutio rationis,quia tunc non contineretur etiam illud simplex ex mente disponentis, saltem uirtute restrictionis,sicut e conuerso, si per mixturam augeretur ratio dispositionis, tunc totũ mixtum sub uno simplici contineretur d.l.si quis ui
41 num,de uin.trit.& ole.legat.

Quantum uerò ad alterum simplex, de quo dispositum non est,tunc facienda est negatiua conclu
42 sio † videlicet de proprietate sermonis etiam in fauorabilibus non contineri,l hoc legatum de leg. 3. cap.licet Canon iunctocap. statutum de electio. li-
43 bro 6. † nisi tamen mixtum illud præualeret in illo simplici de quo dispositum esset quia tunc alterum uon attenderetur dicta l. qui habent de tutel. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Quid constituendum sit in tertio mixtorum genere, quod toto quodam continetur.*
2 *Affirmatiueq; concludi ut sub simplicibus contineatur.*
3 *Nisi ex mixtura alteretur dispositio. quia tunc ex benignitate non ex proprietate comprenditur.*
4 *Solum Bolognetum introduxisse tertium genus mixtorum, sed tamen parum ad terminos materiæ mixtorum facere.*
5 *Ratioque assignatur.*
6 *Bolognetum laborare in æquiuoco.*
7 *Transitus a continentibus ad contenta in aliquibus speciebus unita, est fallax.*
8 *Continens, totum, genus, & nomen plura complectens esse mixtum improprie.*
9 *Cur tractatio mixti improprij non faciat ad terminos materiæ mixtorum.*
10 *In genere, toto, continente, uel nomine plura complectente, sua comprehensa proprie contineri.*
11 *Ex constitutis assertionibus in materia mixtorum apparere quid in una quaque materia sit constituendum.*
12 *Studiosorum utilitatis gratia auctorem nullum subterfugere laborem.*

Resoluendum quomodo sit in tertio Mixtorum genere?

CAP. XXIII.

POstremò verò quando agimus
1 de tertio mixtorũ genere quod † uno toto, uel genere,uel nomine,plura comprehendit con iuncta cum simplicibus,uirtute continentiæ tãtum, qualia sunt ea quæ prosecuti fuimus in tertio capite secundi præmissi cum propter hoc unũ quòd contineantur dicantur mixta, quando se non tangant,tunc ut dicit Bolognet. loc. iam relat. sub num.53.de proprietate sermonis tale mixtum con-
2 tinetur sub simplicibus † quia cum se non tangant, & solum uniantur propter uirtutem continentis,remanent uera simplicia. & ideo de proprietate sermonis continentur sub illis,ut in dicta l.2.in princ. de uerbo.oblig.& in § omnium iuncto d.§.quædam instit.de actio. in l.1. §.interdictorum de iuterd. in quibus iuribus illa mixtura non facit nouam rem, sed tantum nouos modos agendi introducit,ut uere sunt remedia sicut sunt illa simplicia,dicit tamen
3 hoc restringendum esse, † quando propter mixturam alteraretur dispositio,quia tunc nõ ex proprietate sermonis,sed ex benignitate tantum comprehẽderetur, d. l.si ta scriptum de lib.& posth.

4 Ego tamen † quamuis consentiam assertioni in hoc tertio genere, quod ab eo tantum introductum est, & a nullis Doctoribus est consideratum, respectu propriæ comprehensionis in terminis iurium ab eo citatorum,non propterea puto ueram esse in se,neque facere ad terminos nostros, non est uera in se quia mixtura quæ contingit in casibus de quibus loquitur tex.in l.2.in princ.de verbo.oblig. cum alijs iuribus supra cita. non procedit ex eo ꝙ
5 simplicia † continentur cum mixtis sub eodem continente, uel toto, uel genere,uel nomine, sed quia plures qualitates diuersæ dictarum actionum, uel stipulationum,uel rerum, aut specierum contentarum concurrunt in idem subiectum, uel eandem rem,unde proficiscuntur dictæ actiones. ita in indiuiduo loquuntur iura supra allegata & propterea, prout supra diximus in principio nostræ huius resolutionis, ista mixta constituunt & ipsa tertiam speciem,non quidem substantificam sed accidentariam,quæ tamen comprehenditur sub simplicibus,vt dictum est,& in iuribus supra citatis habetur, quia per talem † mixturam nulla contingit simplicium alteratiõ.

6 Præterea est animaduertendum † quia Bologne. laborat in æquiuoco,dũ in præmisſis uult, corpora mixta ratione continentiæ esse hæreditatem, peculiũ, gregẽ,genus, & nomina appellatiua plura sub se comprehendentia, & asserit istiusmodi mixta,in suis simplicib. atq; unitis contineri in tradẽda uero doctrina,an sub simplicib.mixtũ contineatur,trãsit

a continentibus ad contenta, in aliquibus ſpecieb.
7 unita,† qui tranſitus eſt fallax.l.ea eſt natura de regul.iur.& l. natura eſt de uerb. ſigniſi.patetque illũ
8 neque uera neque ſecura tradere, quia † continens, totum,genus,& nomen plura comprehendens eſt quidem mixtum largo modo, prout pluribus reb. partibus ſpeciei & aliis ſub eo comprehenſis commune eſt, ſed ſpecies uel partes aut res plures promiſcue in idem ſubiectum concurrentes,non conſtituunt mixtum ratione continentiæ,ſed ratione promiſcuitatis,& concurſus, quæ duo genera inter ſe differre,iam ſatis ſuperque ſupra demonſtratum eſt,ideoque &c.Nõ facit etiam tractatio iſtius mix
9 ti improprij recte intellecti † ad terminos noſtros, quia hic nos non diſputamus an totum uel genus uel continens, uel nomen, a ſe complexas partes,
10 ſpecies,ac res contineat,quia hoc difficultatẽ † nõ habet.l.in toto de reg.iur.l.ſi quis cum totum de except.re.iudi.ubi Soc.Bal.in l.ſecunda,C.de iur.aur. annu.Bar.in l.quod nerua col.2.poſt mediũ depoſ. nec ad diſputationem noſtram pertinet,ſed an ſimplicia contenta in ſuo toto,genere,uel nomine,ſi ex eorum mixtura ac promiſcuitate ſit tertium quoddam compactum, illud ex ſua propria ſignificatione comprehendant,ut ſupra vidimus in ſecundo genere mixtorum, ideo non deſeruit iſtorum mixtorum generis tractatio ad ſpeculationem noſtram, & ſic cum neque tertium hoc genus attineat ad ſpeculationem noſtram diſputatio hæc omnis reſoluta remanet,per ea quæ ſupra in d.2.genere & cũ cæteris,& præter cœteros tradidimus. Ex quibus ap
11 paret,† quid in materia legali.ſtatutaria,beneficiaria,reſcriptoria,contractuum,ultimarum uoluntatum,iudiciorum,& aliarum ſimilium eſt conſtituẽdum, cum ex ante dicta theorica poſſint contingentes omnes caſus decidi.
12 Ne tamen † uideamur ſubterfugiſſe laborem,in omittenda peculiari tractatione earum quæſtionum, ad quas inferunt in uſu forenſi interpretes in locis ante dictis, differam de ueritate nonnullarum particularium quæſtionũ, ualdè in iudiciarijs forenſibuſque quæſtionibus contr ouerſatum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Mediolanenſe diſponens ſententiam latam in actione reali mittendam eſſe executioni contra quamcunque perſonam,locum habeat in petitione hæreditatis.*
2 *In eaque dubitatione Signorolum de Homo.negatiuè arguere quia petitio hæreditatis mixta eſt.*
3 *Statutorum uerba accipi oportere ſecundam ueram & propriam ſignificationem.*
4 *Sed affirmatiue concludere,quia petitio hæreditatis licet participet de natura utriuſque actionis, non tamẽ conſtituit tertiam ſpeciem.*
5 *Illationem factam a Docto.de ſtatuto Mediolanenſe loquente in actione reali, non eſſe ad propoſitam materiam.*
6 *Petitionem hæreditatis eſſe actionem realem.*
7 *Et quare dicatur mere realis.*
8 *L.hæreditatis, C.de petitio.hæredit. quomodo ſit intelligenda.*
9 *Dubitandum non eſſe quin petitio hæreditatis comprehendantur prædicto ſtatuto Mediolanenſi, nu.10.*
11 *Quibus rationibus.num.12.*
In petitione hæreditatis realitatis ſimplex, potentius eſſe ſimplici perſonalitatis.ibi.

Statutum Medialenenſe diſponens ſententiam latam in actione reali mittendam eſſe executioni contra quemcunque an habeat locum in petitione hæreditatis.

CAP. XXIIII.

IN primis quæro de ueritate quæſtionis,quam ponit D.Alci.in d. l.2.ſub nu.8.in prin.Nunquid ſtatutum Mediolanenſe diſponens
1 † ſententiam latam in actione reali mittendam eſſe executioni contra quãcunque perſonam, lo cum habeat in petitione hæreditatis? Quæ mixta eſt §.quædam inſtit.de actio l.hæreditatis C.de pet. hæred.l.ſin autem §.ſed in ijs de rei uend l.Fulcinius §.ſi.quib.ex cau.in poſſeſſ.l.cũ proponas C.de bon. auctо. iud. poſſi.per quos tex arguit Sign.de Hom in conſi.48.incip.quæritur ſi petij declarari, illã nõ
2 poſſe†comprehendi, quaſi cum mixta ſit tanquam tertia ſpecies à ſimplicib. ſeparata non videatur in materia ſtricta ſub ſimplicium appellatione poſſe contineri,cũ ſtatutorũ uerba debeant accipi ſecun-
3 dum†ueram & propriã ſignificationẽ, l.uerbis & l.q liberis §.hæc uerba de vulg.& pupill.& l.hæc conditio de cond & demon.quæ non uidetur admittere cõprehẽſionem iſtius ſpeciei, reſoluit ille tñ ſub tali ſtatuto petitionẽ hæreditatis cõtineri,licet multas adducat rõnes,per duas ferè columnas,ea potiſſima inter eęteras rõne,quia petitio hęreditatis par
4 ticipet†de natura perſonalis ac realis actionis, nihilominus non conſtituere mixtũ ſpecificatione, i.nõ facere tertiã ſpeciẽ ſeparatã a ſimplicib.per tex.in §. j.inſt.de actio.in l.actionũ de act.& oblig.in gl.d.l. 2.in princ.de verb.oblig.in l.j.§.æſtiua de aq. quot. & ęſtiu.& l.Titię textores in 3.caſu de leg.j.per quã rõnem reſpondet iuribus pro cõtraria parte in contrariũ adductis,cũ qua ſnĩa tranſit Alcia. ſub d.nu. 8.& Bologne.ibi ſub nu.87 qui dicit ſe ita tenuiſſe in rub. ſi cert. peta.ubi dicit ſe latisſimè defendiſſe hanc ſententiam, & reſpondiſſe omnibus argumentis, quę pro aduerſa parte adducuntur. Ego credo
5 † iſtam illationem quam faciunt Doctor.ſupra-cita ti ad ſtatutum Mediolanenſe de petitione hęreditatis tanquam illa mixta ſit, non eſſe ad propoſitum, ſi communes termini ſupponantur,quia Doctor.in rub.ſi cer.pet.cõi conſenſu cõcludunt, petitionem
6 † hæreditatis eſſe actionem realẽ, & non mixtam, ut atteſtatur ibi Iaſ.ſub nu.13 Nig.ſub nu.2.& Rip. ſub nu.7.quãuis aliquas perſonales pręſtationes habeat,per tex. in l.ſed & ſi lege §.j. de petit. hęred.& conclu-

concludit glo.in l.fi.in uer.præcluſiſſe ubi Iaſ. C.de codicil.& idem Iaſ.in §.actionum colum.3.inſtit.de actio. Aret.in §.ſed iſtæ col.3.eo.tit.poſt glo.fin.in §. item ſeruiana eo.tit.idem Aret.& Io.Fab.in §.hæres inſtit.de oblig. quæ ex qua. contract. dicitur enim
7 † merè realis reſpectu dominij, cuius cauſa ſequitur poſſeſſorem, & agitur ad rem tradendam,& cõcluditur affirmatiuè,& declaratur ſicut in rei uendicatione.l.licet de petit.hær.& agitur contra poſſeſſorem uel eum qui dolo deſijt poſsidere, t.ſinautẽ §.ſed & is eo.tit.dicitur autem habere quaſdam perſonales reſpectu eorum quæ ſunt a debitoribus ex acta,& reſpectu pretiorum rerum uenditarum,d.§.
8 petitio,& hoc reſpectu † procedit tex. in d.l.hæreditatis C.de petit.hæredit.in illis uerbis,mixtæ perſonalis actionis ratio,& ita uoluit Bar.in d.§.petitio & ita poſſet quoque intelligi opinio Dyni,q̃ ſit mixta actio petitio hærditatis,quam probat Alex. in d. rub.ſi cert.petat.& eſt de mente glo. in §. quædam inſtit.de actio.& Bar.in l.fin. C.de execu. rei iudic.
9 Quib.ita ſe habentibus,† ſuccedit, ut difficultatem non habeat hæc controuerſia,quominus petitio hęreditatis, ſub d.ſtatuto Mediolanenſi concipiatur ſub appellatione actionis realis.

Quinimmo quando etiam citra ueri præiudiciũ admitteretur pro uera illa Dyni atq; Alexandri opi
10 nio,† adhuc concludendum eſſet iuxta reſolutionẽ factam per Sign.Homo.quem recipiunt D.Alci. & Bologn.ſupra relati,non ſolum oblationes ab illis conſideratas,ſed etiam illa potiſsima ratione, quia
11 etiam † ſi millies daremus petitionem hæreditatis non ſimpliciter eſſe realem ſed mixtam, nihilominus adhuc ſub ante dicto ſtatuto deberet comprehendi.cum certisſima illa ſit concluſio, mixtum in quacunque materia quantumuis odioſa & ſtrictè interpretanda,ſemper ſub ſimplici illo contineri, in quod potentius uergit,ut ſupra diximus, & probat tex.in l.cum in diuerſis de religio. & ſumpt. fune.in l.legatis §.ſecundo,de leg.2. cum uulgar.ſed per ſupra dicta conſtat in petitione hæreditatis ſimplex
12 realitatis † potentius eſſe, quàm perſonalitatis,ergo ſub realis actionis appellatione dubio procul cõtinebitur,tanto magis, quia in tali mixto nulla contingit ſimplicium alteratio, quæ faciat quominus mixtum in ea parte, in qua conuenit cum ſimplici, de quo facta eſt diſpoſitio,ſub eo comprehendatur. dicta l.2.in prin.d.§.quædam & dicta l. actionum, §.1.de actio. & oblig. & ſic quantum ad præſentis diſputationis reſolutionem concludendum erit ſub prænarrato ſtatuto Mediolanenſi contineri petitionem hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum concedens alicui iudici iuriſdictionem,ac merum imperium an uideatur concedere mixtum.*
2 *Mixtum imperium conſtituere tertiam ſpeciem a iuriſdictione & mero imperio ſeparatam.*
3 *Magis communem eſſe Docto. ſententiam, ut mixtum quoque imperium uideatur eſſe conceſſum.*
4 *Merum & mixtum imperium non differre ſpecie.*
5 *Ea quæ ſubſtantia non differunt non differre ſpecie.*
6 *Si in idem ſubiectum unum concurrit, magis principale,quàm alterum non inducit diuerſitatem ſubſtantiæ.*
7 *Cui datur iuriſdictio, & merum imperium, intelligitur quoque datum mixtum.*
8 *Quomodo intelligendi ſunt Doctor. qui dicunt mixtum imperium conſtituere tertiam ſpeciem.*
9 *Quando ſimplicia per concurſum nõ comprehenduntur, mixtum ſub ſimplicibus uenit in diſpoſitione facta ſu per utroque ſimplicium.*
10 *Extremis conceſsis,intelligi quoque media eſſe conceſſa.*
11 *Siquis hodie poſsideat, & ante decennium poſſederit, medio tempore præſumitur poſſediſſe.*

Statutum concedens alicui iuriſdictionem, & merum imperium an uideatur concedere mixtum.

CAP. XXV.

QVæro ſecundo loco,quid ſi ſtatutum concedens alicui iudici iu-
1 riſdictionem, & imperium merum,†uideatur quoque cõcedere mixtũ imperium? Qua in quę ſtione difficultatem facere uidetur cõis illa Doctor. concluſio, quod mixtum imperium conſtituat tertiam ſpeciẽ
2 † a iuriſdictione & mero imperio,ut per Doctor.in l.imperium de iuriſdic.omn.iud.quamobrem videtur ſuccedere ſupra tradita aſſertio, ut ſcilicet mixtum conſtituens tertiam ſpeciem à ſimplicibus ſeparatam,non comprehendatur ſub ſimplicibus,nihilominus inquit Bologner.ſub nu.85. in d.l.2.in
3 prin.Doct.magis cõiter † cõcludere ex intentione ſtatuentium mixtum quoque imperium cenſeatur eſſe demandatum, quia ſi datum eſt merũ imperiũ quod eſt plus,cenſetur quoq; datum mixtum imperium,q̃d eſt minus,arg.c.per venerabilẽ qui fil. ſint leg.confirmatur hæc opinio, quia merum imperiũ
4 † & mixtum,ut dicit Sebaſtia.ſap.in dicta l.imperiũ ſub nu.49.non differunt ſpecie, quia illa dicuntur differre ſpecie, quæ differunt ſubſtantia ſecundum Bari.n l.1.col.3.de acqui.poſſ. Sed merum & mixtum imperium non differunt ſubſtantia, quia in mixto imperio cõcurrit utilitas publica ſecunda-
5 rio,†arg.tex.in §.pen.inſt.de ijs qui ſunt ſui uel alie. iur.cũ not.Bar.in l.1.§.pen.ſol.matr.in mero aũt imperio conſideratur publica utilitas principaliter,& priuata ſecundario.l.interdũ §.qui furẽ de fur.& ibi
6 Bar.notat,ſed q̃ † in idẽ ſubiectũ vnũ cõcurrat magis principaliter,quàm alterum, non inducit diuerſitatem ſubſtantiæ,l.in delictis §.ſi detracta de noxali.& plus & minus,vt in uulgata eſt iuris ſententia, non faciunt differre ſpecie l.ult.de fund.inſt.& inſt. legat. & propterea cũ alicui conceſſa fuerit iuriſdi
7 ctio,datumq; & merũ imperiũ,intelligitur † quoq; datum & mixtum,quia ea quæ comprehenſiuè ueniunt,nunquam cenſentur cum proprie ueniant eſ-

ſe excluſa, l. cum lege ubi Aretin. de teſtam. Dec. in conſi. 5. ad fin. D. Alcia. in l. liberationis de uerb. ſig. cum ſimil. ſupra cita. lib. 3. in eo articulo an ea quæ ueniunt ſub latiore ſignificatione, dicantur propriè
8 venire. Nec mouet † quòd uelint Doctor. in dicta l. imperium mixtum imperium conſtituere 3. ſpeciē a mero imperio & a iuriſdictione, quia reſpōdetur Doctores loqui de ſpecie non ſubſtantifica, ſed accidentali, quas iura ex modica differentia conſtituunt, ut ſupra diximus in primo capite theoricæ in hac materia traditæ. Accedit quòd cum ſimplicia † per concurſum in mixto non confundantur,
9 tunc ſi diſpoſitio fiat ſuper utroque ſimplicium, intelligitur quoque mixtum comprehendi ſub diſpoſitione ſimplicium. d. l. 2. in prin. de uerbo. obligat. d. l. actionum §. 1. de actio. & obligatio. & in l. prima, §. interdictorum de interdict. in §. quædam inſt.
10 de action. cum ſocijs. Præterea facit † quòd conceſſis extremis, media quoque conceſſa eſſe intelliguntur, Butr. Abb. & Fel. de fid. inſtrum. in cap. inter dilectos cap. accedens ubi glo. de conuerſ. coniugat. cap. ex parte cum glo. pen. ibique Io. Imol. de reſcript. Bald. & alij recentiores in l. talis ſcriptura per
11 illum tex. de reſcrip. ideoque conceſſo † quòd hodie quis poſſideat & ante decennium poſſederit, præſumitur medio tempore poſſediſſe Bart. in l. ſicut C. quib. mod. pig. uel hepoth. ſolui. Anchar. in conſi. 5 pro parte, Alex. in conſi. 89. li 5. & Cur. ſen. in conſi. 24. ſuper 10. quibus ad ſtipulantur, quæ ſcribit D. Alcia. de præſumptio. reg. 2. præſump. 22. & ibi Nicol. Arela. ad eum. ergo omni ex parte abſolutum manebit in caſu propoſitæ quæſtionis, in conceſſione facta meri imperij & iuriſdictionis intelligi quoq; factam eſſe conceſſionem mixti imperij.

SVMMARIVM.

1 *Conſtit. Neapolitani Regni, qua cauetur ne extra Regnum poſſit traduci aurum nec argentum, an habeat locum in auro mixto cum argento.*
2 *Bologneti um in vtranque arguere. ibid.*
3 *Sed concludere negatiuè.*
4 *Bologneti ſententiam confutari, quia conſtit. fundata eſt ſuper ea ratione, vt Regnum Neapolitanum eiuſque ſubditi efficiantur paupriores traductionibus dictorum metallorum pretioſorum.*
Publicè intereſſe ut ſubditi præſeruentur diuites. ibi.
5 *Ratio in ſimplicibus conſiderata ubi militat in mixto, tunc mixtum ſub ſimplicibus comprehenditur.*
6 *Quia ad ſimilitudinem generis ſuas ſpecies comprehendit.*
8 *Nunquam faciendam eſſe interpretationem, per quam conſtitutio uel ſtatutum reddatur eluſorium.*
9 *Aurum & argentum in mixtura, cum ſeruent ſuam ſubſtantiam diſpoſitio ſuper utroque eorum facta comprehendet aurum arg. mixtum.*
10 *Quomodo intelligatur per mixturam tertiam ſpeciem effici.*
11 *Argentum ſub aliqua forma uel maſſa conflatum, comprehendi ſub dicta conſtitutione prohibente exactionem auri & argenti.*
12 *Secus ubi ſtatutum loqueretur de pecunia aurea uel argentea.*
13 *Et quibus rationibus tales ſpecies non comprehendantur ſub ſtatuto loquente de pecunia.*
14 *Eum qui cum ſuperiorum venia conuerterit pecuniam in uaſa, conflando, non puniri.*
Nec etiam ſi conuerterit emendo uaſa. ibidem.
15 *Pecunia res omnes functionem recipere.*
16 *Eum qui conflauerit pecuniam in uaſa ſine conſenſu ſuperiorum puniri quidem ſed ſi ſe redemerit ab ea pœna non comprehendi dicta conſtit.*

Si ſtatuto prohibeatur aurum & argentum extrahi, an extendatur ad argentum mixtum cum auro.

CAP. XXVI.



1 Q Væro tertio, quid ſi ſtatutum dicat, prout in Regno Neapolitano, ut neque aurū, neque argentum poſſit trahi, † an argentum mixtum cum auro, uel auricalcū aut alia ſimilis mixtura extrahi poſſit? Bolog. d. l. 2. in princip. ſub nu. 88. arguit in utranq; partē, q. ſ. non videatur comprehendi, quia mixtū iſtud vī facere tertiā ſpeciem ſeparatam a ſuis ſimplicib. per reg. l. adeò §. cū quis de acquir. rer. domin. per tex. in l. locus §. ſi ex re de acquit. rer. dom. & in l. Pomponius ſcribit ſi frumentum §. ſed ſi plumbum de rei vend. & rurſus
2 † e contra. quòd videatur comprehendi quia talis mixtura eſt reducibilis ad ſuam materiam, vt dī in d. §. cum quis, in tm̄ ut neuter dominorum ea in mixtura priuetur dominio materiæ ſuæ, & illa mixtura vī concepta ex partibus non alteratis, arg. mixturæ duorū aceruorum frumenti diuerſorum dominorū iuxta §. q. ſi frumentum inſtit. de rer. diuiſ. & ſpecies inde reſultans uideatur eſſe communis.
3 Concludit tñ non videri † ſtatuto comprehendi mixturam illam auri atque argenti, quæ extracta foret è regno, quia ex illa confuſione tertia efficitur ſpecies quæ non eſt ſimpliciter aurum neque argentū, niſi id doloſè fieret, quia tūc putat ſtatutarię diſpoſitioni, ac pęnę locum eſſe, fatetur tamē paſſum
4 dubiū eſſe. Ego in hac † difficultate uix eſt ut aquieſcere paſſim ſupra latæ reſolutioni Bologneti qa prohibitio illa extractionis auri atq; argēti extra regnū nō pōt alteri rōni adſcribi, q̄ illi, ne Regnū exinaniat iſtiuſmodi prętioſorū metallorū traductionib. cū publicę intereſſit, ut regna opulentiora, eorūque ſubditi ditiores præſeruētur, §. ſed & maior verſi. expedit. n. de ijs qui ſunt ſu. uel alien. iur. & §. cōſideremus in auth. ut iud. ſin. quoquo ſuffra. ſed vbi rō
5 diſpoſitionis factæ in ſimplicibus † militat quoque in mixto, non eſt dubiū, q. mixtū ſub ſimplicib. cōprehēditur, eiuſdēq; diſpōnis iure cēſeat, vt ſup. oſtēdimus in theorica tradita in ſecūdo genere mixtorū, quia rō ad ſimilitudinē generis ſpecies ſuas con-
6 tinentis † propriè comprehendit omnes caſus, qui

per

per eam determinantur, secundum Bal. in l. de quibus de legi. sub num. 35. cum simil. supra adduct. libro 5. in instrumento tationis, & lib. 6. & 7. in limitat. correctoriæ ac pœnalis materiæ, ergo negari non poterit, quin mixtura hæc quoque auri & argenti, contineatur sub dispositione prædicti statuti, cum sub ratione eiusdem concipiatur.

7. Præterea † luce clarius apparet, quòd ubi tales argenti atque auri mixturæ, non continerentur præ narrato statuto facilè aperiretur uia elusioni antedicti statuti, quia tali confusione per mixtum aurũ atque argentum posset traduci, & eorum mettallorum prætiosorum iacturam Regnum pateretur,

8 † quod tamen non est admittendum l. ult. ne quid in loc. publ. l. fin. § pen. C. de bon. quæ lib. & l. si præ tor de iudi. cum simil. tanto magis, quia in dubio nulla esset capienda siniſtra suspicio, neque doli ne que fraudis. l. merito pro socio.

Accedit quòd ea in mixtura aurum semper rema

9 net aurum † & argentum argentum, Vnde cum dispositio statuti facta sit super utroque simplicium, auri substantia sub auro. & argenti sub argento dicẽ da erit uenire arg. eorum quæ scribunt glo. & doct. in §. omnium instit. de actio. cum simil. supra cita. ne

10 que mouet quòd ex illa mixtura, † tertia efficiatur species, quia est uerum, sed illa efficitur potius respectu accidentis, quàm substantiæ, cum neque aurũ neque argentum in sua substantia alteretur, sed remaneat semper reducibile ad suam materiam, d. l. adeò §. cum quis de acquir. rer. domin. & d. §. cum ex aliena instit. de rerum diuis. & ideo impedimento non erit talis speciei forma, quominus ea sub suis simplicibus comprehendatur, ut ex theorica supra

11 tradita facile percipi potest. Idem tamen † & multo fortius dicendum esset de argento facto in aliqua specie, uel forma, uel etiamsi esset in massa l. si cum aurum de auro & arg. legat. iuncta l. quid tamen §. si massæ quib. mod. ususfruct. amittat.

12 Secus autem † ubi statutum loqueretur de pecunia aurea, uel argentea, tunc enim argentum uel au rum in specie factum, & fortius mixtum cum argento, non contineretur statuto, quia uasa aurea, uel argentea ac huiusmodi species non ueniunt sub nomine pecuniæ, ex communi usu loquendi, & etiam de iure, dicta l. si cum aurum l. quintus §. j. de aur. & argent. legat. l. 2. C. de recep. pecun. l. j. de contr. emp. & l. fin. de condict. ob caus. ubi si uendatur res pro scyphis argenteis uel aureis, non contrahitur uendi tio, sed efficitur contractus innominatus, ideoq; in

13 quit Bolognet. in dicta l. 1. in princ. sub nu. 59. † ex duplici capite non posse tales species contineri statuto, tum scilicet quia species non ueniunt sub appellatione pecuniæ, tum etiam quia mixtum ex partibus alteratis non continetur sub simplicibus, nisi animo fraudandi statutum, pecuniam conuertisset in uasa, quia tunc puniretur de dolo suo. Sed quantum ad hoc ultimum ego puto animaduertendum

14 esse, † quia aut uolumus eũ qui redegerit pecuniam ad massam, id fecisse ex superiorum permissu, & tunc cum non possit aliqua fraus ei impingi, iuxta tex. cum ibi notatis in l. prima, C. de aur. publi. persecuto. lib. 10. eius doctrina non deseruiet, nec talis massa statuto erit cõprehensa, ꝙ si auctoritate propria id fecerit, aut fecit emendo uasa & alias species auri, uel etiam massam auri uel argenti, & tunc cum

15 hoc prohibitum non sit, quia † per pecuniam res omnes recipiunt functionem cum illa ad res, & res ad illam possint reduci, l. 2. C. de constitu. pecun. & dicemus in l. 1. infr. eod. tit. liste casus statuto non

16 comprehendetur. Quod si conflauerit, † erit quidem puniendus, quia id fecerit absque permissu superiorum, d. l. j. C. de aur. persecut. sed casus ille non erit de comprehensis in statuto, quia ubi se redemisset a pœna iuris posset extra regnum uel locum prohibitionis massam illam ferre.

SVMMARIVM.

1 *Si statuto prohibeatur probatio per testes aduersus instrumentum publicum, an censeatur prohibita probatio promiscua per testes ac instrumenta.*
Inferrique de stat. Ticin. in ciuil. sub nu. 159.
2 *Bolognetum concludere negatiuè duplici ratione. numero 3.*
Suspicio redemptionis testium uidetur fuisse sola ratio antedicti statuti. ibi.
4 *Auctorem sentire cum Bologneto, quòd possit talis probatio fieri non obstante statuto.*
5 *Testes legalissimos posse recipi contra instrumentum, non obstante statuto, nel pacto prohibente probationẽ fieri per testes contra instrumentum.*
6 *Ex qualitate personarum aliquem plerunque audiri, qui aliàs non audiretur.*
7 *Testium legalitas præsumptionem subornationis tollit.*
8 *Præsumptionem unam tollere alteram.*
9 *Defectum unius testis probitate, atque integritate alterius tolli.*
10 *Accessio instrumentorum quæ sit testibus propter mixturam facit ut diminuatur ratio considerata per statutum.*

Statutum si prohibeat fieri probationem per testes, an censeatur prohibita probatio quæ fieret per testes & instrumenta.

CAP. XXVII.



1 Væro quarto loco, quid si statutũ prohibeat, fieri probationẽ per testes, vt hic Ticini, † in ciui lib. sub nu. 159. quo prohibetur aduersus instrumenta rogata & tradita p notarios collegij Ticinẽsis fieri probatio p testes, tã in cã principali, q̃ in cã appellationis, phibita quoque cẽseatur esse probatio promiscua, cõstãs ex testib. & instrumentis? Bolog. in d. l. 2. sub nu. 321. post Bar. in l. certi cõdictio si cer. pe. cõcludit in terminis

2 similis statuti talẽ casum nõ cõtineri statuto † duplici rõne, tũ. s. qa mixtũ vnitũ nõ cõtinet. sub uno simplici, ut supra dictũ est, tũ ẽt quia scriptura semiplenè probans tollit omnẽ suspicionem redemptionis

2 teſtium,quæ † ſola uidetur fuiſſe ratio prohibitionis ſtatutariæ arg.l.teſtium cum ibi nota,C.de teſtibus,quam ſententiam ego credo eſſe ueram, quia
3 in terminis† talis conuentionis vel ſtatuti,ego reperio Anto.Butr.in cap.ſicut ad fin.de prob.unum decidentem,quod maxime facit ad confirmationem
4 prænarratæ ſentẽtiæ,nam ibi inquit † quod & ſi ualeat pactum uel ſtatutum reſtringens facultatem probandi ad unam ſpeciem probationis tantum, verbi gratia,conuentum eſt,uel ſtatutum, ne debitor poſſit ſolutionem probare per teſtes,ſed tantũ inſtrumentum,uel altera partium renuntiauit in iudicio probationi teſtium,poterit tamen non obſtãte iſtiuſmodi pacto,ſtatuto,uel renuntiatione, pro-
5 ducere,& iudex recipere teſtes† legaliſſimos,& multum ſpectatæ fidei,idque de æquitate canonica,qđ dictum ſequitur ibi Franc.Aret.Feiy.in dicto capit. ſicut colum.5.uerſi.quarto intellige, ubi dicit poſt ipſum Ant.hoc fuiſſe de mente ſpecul.in tit. de probatio §.ult.uer.ſed pone uer.quòd ſi inſtrumentum
6 debiti in fin,dum dicit,quòd ex † qualitate perſonarum plerunque quis auditur, qui aliàs non audiretur per tex.in l.Diui de liber.cauſ.& in l.ulti.de act. & obligatio.quod dictum retulit ibi Io.And.in additi. placere quoque Galeoto. quib.accedunt Alex. & Iaſin l.iubemus col.2. C.de iud. Philipp. Dec.in d.c.ſicut col.antepenul.uerſi.5. ſtatutum intelligetur,Marſi.in rub.C.de probatio.col.10.uer.4. lim. Sequitur quoque Andr. Tiraq. de pẽn. temp.cauſ. 5 ſub num.117.& ſeq.ubi alios plures addit inter cæteros Raph.Fulgoſ.conſi.28.proponitur.quod
7 quidam,in ſine, ſi igitur illam ſubornationis † præſumptionem,teſtium legalitas tollit,ac facit,ut nõ obſtante pacto uel ſtatutò poſſit nihilominus per teſtes probari, ergo idem dicendum erit, quando inſtrumenta cum teſtibus iunguntur,ac producuntur ad probandum,quia duæ inſtrumenti præſumptiones,ꝙ ſit uerum,& quòd ſit ſolẽne,de quib.per Bal.in cap.j.§.inſtrumentum de no. feud. & Iaſ.in l. iuriſgentium §.quod fere,ſub nn.2. de pact.faciunt ceſſare illam præſumptionem ſubornationis aduer
8 ſus teſtes,quam facit ſtatutum, quia ut † una præſumptio tollit aliam l.diuus de in integr.reſtit.l.nõ ſolum,§.j.de ritu nuptiar.ſic a fortiore duæ illæ præſumptiones pro inſtrumẽto concurrentes debebũt uincere illam vnicam præſumptionem ſubornationis, cum duo vincula magis ligent quàm unum, auth.itaq; C.com.de ſucceſ.& c.j de treug. & pace.

9 Præterea ſi uidemus iura,probitare † integritateque unius teſtis,in altero teſte fidei deploratæ,ac ſuſpectæ opinionis, ſupplere quod illi deeſt, ut eſt tex.ualde notandus in l.ſiquis ex argẽtarijs de eden. ſtatim poſt prin.quẽ ſing facit Bal.in l.imperatores de ſtat.homi.& in c.3. loco & ibi Fely. poſt eum de probatio. & quẽ multis communiuit auctoritatib. And.Tiraq.loco proxime allegato ſub nu.119.120. & 121. ergo dicendum erit, quòd & iſto caſu, quẽ uerſamus,inſtrum.teſtib.coniuncta debeant operari ut probatio teſtiũ aliquẽ debeat producere effectum. Addendum eſt,ꝙ accesſio inſtrumẽtorũ,quę
10 ſit teſtib. † propter mixturam facit, ut diminuatur ratio conſiderata per ſtatutum in ſimplici caſu probationis faciẽdæ p teſtes, unde ſuccedit, quã ſupra tradidimus, aſſertio, ut ubi propter mixturam diminuitur ratio in ſimplicibus conſiderata, tunc nunquam mixtum ſub ſimplicib.contineatur,arg.l. adigere,§.qnamuis de iurepatr. & c. cum ceſſante. de appellatio.cum ſimil. inolebit tamẽ praxis in ciuitate noſtra, quantum ad ſupra relatũ ſtatutum, vt ẽt contra tale inſtrumentum admittatur probatio per teſtes, ſaltem duos, omni exceptione maiores & pars probatura cõtra inſtrumẽtum,ido nec ſatisdet,de reſtituendis impenſis in caſu ſuccũbentiæ,& ideo cõtra tale ſtatutũ ad probandũ contra iſtnrumẽtũ non admittetur patruus pro nepote neque conſobrinus pro conſobrino,neque conſanguineus pro conſanguineo, quamuis aliàs ſecundũ communes concluſiones admittantur, Albe. de teſti.par.ſub nu.511.Viui.in eius communib. opinionibus,in uer.teſtes affines,in fi.& Gab. de teſt. conclu.13.ſub nu.11. quia patruus pro nepote & alij coniũcti ſupra enumerati pro coniunctis non ſunt teſtes omni exceptione maiores,Lanfr. de teſti. ſub nu.58.poſt Bar.& Albe.quos citat quamuis in duobus codicib.qui penis me ſunt,locus ille affirmatiuè legat,& corruptè quia auct.ab illo citatæ oſtendunt debere, legi negatiuè hoc eſt quod tales non ſunt teſtes omni exceptione maiores,arg.doct.Bar. in l non ſolum §.liberationis de liberatio.lega.& ita in facto obtinui.

SVMMARIVM.

1 *In contractu feudali caſum mixtum non comprehendi ſub ſimplici ſecundum Romanum.*
2 *Sed D. Alciatum contra ſentire.*
3 *Contractum feudalem ſapere naturam contractus bonæ fidei,quando eſt initus cum principe.*
4 *Contractus omnes cum Principe facti ſunt bonæ fidei.*
5 *Bolognetum aduerſari D. Alc. & cum Roma. ſentire,ut mixtum non comprehendatur ſub ſimplicibus in materia feudali,quia materia priuilegiaria,ſecũdum eum, & non beneficiaria.*
6 *Feudum non eſſe contractum bonæ fidei,ex frequentiore interpretum ſententia.*
7 *Quia non potuit talis contractus connumerari in §.actionum inſt.de actio.*
8 *Auctorem in fidentium Academia,quæ Ticini erat,docuiſſe nouis conſiderationibus, Romanorum quoque Reipub.temporibus feuda fuiſſe cognita.*
9 *Contractus feudalis adeo ſtrictam eſſe naturam, vt eatenus tantum,quatenus expreſſum ſit conceſſum eſſe intelligatur.*
10 *In contractibus feudalibus in dubio mixtum ſub ſimplicibus contineri.*
11 *Quomodo, diſtinctionis fœdere,prædictæ opiniones contradicentes in materia comprehenſionis mixti ſub ſimplicibus in contractu feudali conciliari poſſint.*
12 *Principum beneficia,non admittere eam interpretationem, per quam tertio inferatur præiudicium.*

Quomo-

13 *Quomodo intelligere oporteat, omnes Principis contractus esse bonæ fidei.*

14 *Eidem exuberantiorem requiri in Principe, quam in priuatis.*

In contractu feudali an casus mixtus concipiatur sub simplicibus

CAP. XXVIII.

QVæro quinto loco an in contractu feudali casus mixtus comprehendatur sub simplicibus,
1 †Roma.in d.l.11.in princ.conclu dit non contineri,& allegat Bu tri. in procem. Greg. & quia in istis contractibus stricta fit in-
2 terpretatio. Sed D. Alciat.in d.l.2.sub nu. 24. dicit hanc opinionē non esse ueram, sed contrariā esse re cipiendam,quia feuda sunt beneficia,& latè sunt in terpretanda. c.1.§.& si clientulus de alien.feud.Bal. in consi.170.ad euidentiam lib.1.Iaſ.in d.l. Gallus de lib.& posth.in §.instituens,& in l. si extraneus de
3 cond.ob caus. Item quia† talis contractus sapit naturam bon.fidei,ut per moderd.in procem.feud.& Bal.in rub. C.de rerum permut.præsertim si sit initus cum principe,quia omnes contractus facti cum
4 principe † sunt bonæ fidei,secundum Bald.in extrauag.de pac.constan. versiculo si quam vero, ut per eum loc.iam relat. Quas tamen rationes dici non es-
5 se ueras,& non debere attendi Bologne.† in dicta l. 2.in.in princ.sub num.17.quia materia feudalis cōtinet priuilegium, & non beneficium & strictè uenit interpretanda, & ideo inquit dirimendam esse quæstionem secundum illam theoricam,quia aut agitur de mixto & partib.alteratis,& non continebitur in dubio,nisi militent aliquæ rationes quæ faciant ut recedamus a prędicta conclusione. Si verò agitur de mixto ex partibus non alteratis,regula constituetur contraria, quòd tale mixtum continebitur siue teneamus contractum esse stricti iuris,siue bonæfidei, & fortius quando militabunt rationes extensiuæ,nisi propter mixturam diminueretur ratio concessionis,quia tunc restringeretur, ac si esset facta mentio de uno simplici tantum, quo casu regulariter non comprehenderetur nisi militarent rationes extensiuæ,uel nisi ageretur de parte mixti tantum.

6 Quid dicemus? † ego scio feudum non esse contractum bonæ fidei,si frequentiori interpretum sententiæ adhæreamus,ut atteſtatur Zaſ.de feud.in 1.parte circa fin.& D.Clar.in §.feudum q.6. quæ duplici rationi est innixa,tum scilicet, quia non est ex enumeratis iste contractus in §.actionum instit.de acti. tum etiam quia fuit iste cōtractus introductus a cō suetudine,quæ est stricti iuris,& hāc rationem dicit sibi magis satisfacere D. Clar.loc.iam allegato, qa
7 re uera talis contractus non potuit † connumerari in d.§.actionum,cum tempore confecti illius,§.nō dum esse inuentus contractus feudi, secundum cā opinionem,quam post Iacob.Aluaro.dicit esse cō munem idem D.Clar.in d.§.feudum,q.1.Si tamen eam.reciperemus opinio.quam nos defendimus in prælectionib.quas habuimus in usus feudorum, hic Ticin. in fidentium Academia, in quibus do-
8 cuimus † Romanorum quoque Reipub.temporib. fuisse feuda cognita & feudatarios,& fœderum fœderatorumque nomine non insubtilibus, non improbabilibusque rationibus,& prior quoque ratio quam passim perpendunt Doctor. ex dicto §.actionum de actio.non erit contemnenda. Adijci potest insuper, adeo stricta esse istius contractus feu-
9 dalis † naturam ut eatenus tantum concessum esse intelligatur,quatenus scriptum reperitur, & ab inuestituræ tenore nondiscedatur,capit.primo, in fi. ubi Bald.ex illo tex.notat de duo.fratr.de no. bene fic.inuesti.c.j.in fi.per quos fiat inuestit.c.j. §.idēq; quæ fuit prima caus.benefi.amitten.Bal.& Cast.in l.ad probationem,de probatio.& idem Bal.in l.vni ca.§.sed & quis C.de latin.liber.tol.Dec.plene in cō si.185.col.3.uersi.non obstat,quod in alia posterio re,& alibi sæpe,cum infinitis simil. quæ possent ad hoc adduci.Quæ res facit,ut non tam lata videatur esse istius contractus feudalis natura, ut passim sub simplicibus debeat mixtum contineri. Quamobrē
10 mihi uideretur † sic esse pro resolutione concludēdum; vt in eiuscemodi contractib. non debeat regulariter mixtum in dubio sub simplicibus contineri,nisi in aliquibus ex illis casib. uersemur,in quibus a propria uerborum significatione recedimus; & impropriæ adhæremus, quos prosecuti fuimus supra lib.2.ad fin.& 3.paulo post princ. & hac opinione retenta facile possunt ex supra perpensis, resolui considerationes D.Alciat.si quis tamen uellet
11 sœdere † distinctionis hasce duas pugnantes opiniones inter se conciliare, posset hunc in modum negociū explicare,quòd aut quærimus an sub simplicibus comprehendatur mixtum in contractibus feudalibus in præiudicium tertij, v.g. agnatorū vel uocatorum in inuestitura feudali,aut in præiudiciū ipsius concedentis,priore casu posset teneri Bologneti opinio, quā supra defendimus, quia semper principum beneficia non admittunt eam interpre-
12 tationem † per quam inferatur tertio præiudiciū l. 2.§.merito,& §.siquis a principe nec quid in loco pubii.& l.nec auus C.de emancipa.lib. Si uerò agimus de solius ipsius principis uel cōcedentis præiudicio tūc progrediatur opin. Do Alc.quia beneficia principum contra eos latissimè sunt interpretanda l.beneficia principū ubi Iaſ.& alii de constit.& feudum est beneficiū ac benevola actio.c.j.§. beneficio quibus ex cau.feu.amit.& declar.Zaſ.in Epi.feud.par.j
13 sub nu.3.& 4.sic ēt † exaudiēd ū est qđ dr oēs principis contractus esse bonæfidei,vt per Bal.in d.c.j.§.si qua uerò de pac.const. quē sequuntur Præpos.in c. j.in tit.de natur.feu. Iaſ.in l.ciuitas col.4. si cer.peta. uer.item si,adde in l.si insulam colum.10. de uerb. oblig.& in §.actionum colum. 1.de actio.instit.cum socijs,quia exuberātior † fides requiritur in principe quàm in priuatis,cum nihil magis reluceat in prinpe,quàm recta fides. epistola seu l.intes claras C.de

ſum. Trinit. & Fid. Catholic. & pulchrè tradit Bald. in conſilio 190 libro ſecundo, cum multis ſimil. quæ poſſent adduci.

SVMMARIVM.

1 *Bar. in l. cum Auus de condit. & demonſtr. in ult. quæſtione & in propoſitione, & in deciſione eſſe corruptum.*
2 *Et quomodo ſit emendanda lectio, ex Iaſone & Bologneto.*
3 *Vtque putet Bar. reſoluendum eſſe negocium.*
4 *L. ſi ita ſcriptum de lib. & poſth. materiam eſſe fauorabilem, quia agitur de ſuſtinendo teſtamento.*
5 *Et habere locum etiam in legatis, quæſtionemque Bart. decidi per dictionem ſi uerò in ea poſitum. Ex Domino Alciato.*
6 *Sed contra ſentire Bolognetum.*
7 *Ex qualitate perſonæ cui relictum fuerit legatum, cognoſci mentem teſtatoris.*
8 *Auctori placere reſolutionem Bar. ac D. Alciati, cum in legatis facienda ſit interpretatio, per quam minus grauetur hæres.*
9 *Filiorum cauſam in ſucceſſione bonorum auitorum aduerſus extraneum audiendam.*
10 *Caſum mixtum in diſputatione Bart. in d. l. cum auus in ultim. quæſtione ſub uno tantum ſimplicium comprehendi non poſſe.*
11 *Diſpoſitionem nunquam ita intelligendam eſſe, ut implicet pugnantia.*
12 *L. Titiæ textores in princ. de leg. 1. declaratur.*
13 *Vbi ex aliquibus coniecturis conſtat de mente ipſius ſubſtituentis illam ſeruandam eſſe.*

Diſcutitur Bar. quæſtio in l. cum auus de cond. & demonſtra. in ultim. quæſtione.

CAP. XXIX.



1 Væro ſexto loco de ueritate quęſtio. quã ponit Bar. in l. cũ auus in in ult. quæſtio. de conditio & de monſt † quamuis & in propoſitione & deciſione quæſtionis ſit Codex Bart. corruptus, fuit tamen quæſtio ſecundum Iaſ. & Bolog. in d. l. ſecunda, hunc in modum, teſtator filio hærede uniuerſali inſtituto, illi ſubſtituerat hoc pacto, † ſi
2 filius meus deceſſerit ſine filijs maſculis, relictis fœminis, uolo ut reſtituat hæreditatẽ Titio, ſi uero maſculos reliquerit, uolo ut det illi centum, euenit caſus, ut iſte grauatus ſuperſtites reliquerit tempore illius obitus, & mares & fœminas, quærebatur an legatum illorum centum deberetur Titio, quaſi repetita cenſeretur eſſe conditio fœminarum, cum illa conditione ſi maſculos reliquerit? Bar. ibi argumentatur primũ in partem affirmatiuam, † quia ſub ſim
3 plicibus caſus mixtus comprehenditur d. l. ſi ita ſcriptũ de lib. & poſth. cum ſocijs, attamen idẽ Bar. poſtea decidit contrarium, quaſi conditio defecerit, uidelicet intelligendo ſi maſculos reliquerit, ideſt ſolos, & non cum fœminis, & ratio Bar. eſt, qa in d. l. ſi ita ſcriptum, materia eſt fauorabilis, cum tractetur
4 † de ſuſtinendo teſt. hac autem in quæſtione tractatur de fideicommiſſo, quod in ſe onus cõtinet, l. cohæredi §. cum filiæ de vulg. & pupil. D. Alciat. in d. l. 2. in princ. ſub num. 19. intelligit Bar. uelle, ut illa affirmatiua mixtorum regula locum habeat, quando uerſamur in materia fauorabili, in qua agitur de magno fauore, uerbi gratia de ſuſtinendo teſtamento quod publicè intereſt, l. uel negare quemad. teſt. aperiant. ſecus autem ſit in legatis & fideicommiſſ.
5 Sed tamen ipſe reprehendit † quaſi dubium non ſit quin hæc quoque theorica procedat in legatis per tex. in dicta l. Titiæ textores, & quæſt. Bar. determinat per aduerſatiuam, Si verò, quæ oſtendit expreſſam mentis uolentis diſponere niſi, in altero caſu,
6 quam declarat. dicit Bologne † non eſſe ueram, quoniam in d. l. ſi ita ſcriptum, etiam poterat eſſe illa dictio ſi uerò & in l. clemens & in l. ſi ita ſcriptum de hæred. inſtit. & ideo in quæſtione Bar. dicendum eſſe prout in dicta l. ſi ita ſcriptum de lib. & poſth. vt de rigore iuris talis caſus mixtus non contineatur, eo quia licet is conſtet ex partibus ſimplicibus non alteratis in ſubſtantia, ineſt tamen alteratio in diſpoſitione, & id eo non continebitur de rigore, dicta l. ſi ita ſcriptum quamuis benignitate inſpecta aliud
7 dicendum eſſe affirmet, & † ideo diligenter inſpicièdum eſſe an teſtator habuerit eam mentem, quæ cognoſcatur per qualitatem perſonæ cui relicta fuere centum; uidelicet an fuerit perſona ualde dilecta à teſtatore, & admittatur ex mente; uel non fuerit dilecta quia ſit extranea, nam tunc credẽdum eſſe ait, ut propter exrraneos noluerit diminuere dotes filiarum, quando concurrerent cum filijs maſculis, vnde ait uniuerſam quæſtionem dependere a coniecturis traditis in dicta l. cum auus iuncta ratione poſita in dicta l. ſi ita ſcriptum.

Quid conſtituendum erit in hac controuerſia,
8 † mihi magis placet reſolutio Bar. ac Dom. Alciat. triplici ratione.

Quarum prima eſt, quod in legatis ſemper ſtrictior ſit interpretatio, per quam hæres intelligatur minus quàm poſsibile ſit fore grauatus l. apud Iulianum, § Scio, de legatis primo, l. nummis de leg. tertio, Dec. in l. in teſtamentis ſub num. 4 de reg. iuris, unde, cum ex ſtricta ſignificatione caſus mixtus in dubio non comprehendatur ſub ſimplicibus, maximè cum per illum inuehitur alteratio diſpoſitionis, dicta l. ſi ita ſcriptum de lib. & poſth. ergo nec in hoc caſu comprehendetur. Altera eſt, quia filiorũ
9 † cauſa in ſucceſſione bonorũ auitorũ adiuuãda eſt aduerſus extraneum, ex coniectura pietatis defuncti, d l. cum auus de condit. & demonſt. l. cum virum C. de fideic. cum ſocijs ergo dicendũ erit aduerſus Titium in hoc quoque caſu faciendam eſſe interpretationem, in fauorem filiorum, quia cum oppo-natur in facti ſpecie propoſita ille Titius filijs fil. j heredis inſtituti, & ſic nepotib. teſtatoris, neceſſe eſt vt is fuerit extraneus, l. unica. § extraneum C. de rei uxor. actio.

Tertia

10 Tertia & † ultima est ratio, quia si mixtus casus deberet sub simplicibus comprehendi, in presenti disputatione, oporteret ut is sub uno tantum simplici .i. sub illa conditione si masculos reliquerit contineretur, quod nullo pacto est dicendū. ut supra explicauimus in theorica, hac in materia tradita, & probat tex. in l. si quis vinū de uin. triti. & oleo legat. quia respectu cōditionis filiarum non potest dispositio ad legatum trahi, quæ uniuersæ hæreditatis restituendę
11 grauamen concernebat, & † sic dispositio quodammodo implicaret repugnantia contra text. in l. 1. C. de fur. in l. ubi repugnantia de regu. iur. cum socijs. Præterea si casus mixtus deberet sub simplicibus comprehendi ex benignitate, iuxta text. in d. l. si ita scriptum de lib. & posth. & in l. si ita scriptum de hæred. instit. oportet ut ex mediocritate determinationem reciperet, facta prius omnium casuū confusione ac promiscuitate, iuxta terminos d. l. si ita scriptum, quę confusio & promiscuitas non potest aliquo pacto in terminis quæstionis nostræ locum habere, quia uersant id unum tantum doctores, an debeatur legatum tantum uel id minus.
12 Neque † mouet, quòd in legatis mixtum quoque comprehendatur sub simplicibus, ut in l. Titiæ textores in princip. de leg. primo, quia respondeo, vt per Bart. in l. seruis urbanis §. fin. de leg. tertio & Aretin. in l. Gallus, §. & quid si tantum de lib. & posthum. uersic. tertio adde, & Dec. in dicta l. in testamentis sub num. 4. uersic. uide tamen de reg. iur. ibi factam fuisse dispositionem in utroque simplici, quæ propter mixturam casus mixti in utroque simplicium dispositionem non alterat, neque ad unum tantum simplicium casum mixtum trahit, sed sub ambobus æqualiter comprehendit, quod non est in præsenti quæstione. Et sic omni ex parte legatum Titio non deberi, crederem tamen ꝙ si in contrariū ex aliquib.
13 coniecturis † constaret de mente ipsius substituentis, illa esset seruanda l. non aliter de leg. 3. & l. 1. C. de liber. præter. cum simil. copiosè adductis supra lib. 1. ad fin. in ea parte in qua disputatur quis sit uerborum finis & prout etiam firmauit in dicta l. secunda in princip. de uerbor. obligationib. Bologne. supra relatus.

SVMMARIVM.

1 *Quid si mixtum sit ex duabus personis simul iunctis, propter aliquam qualitatem, quomodo sit constituendum ex Romano. nu. 2.*
3 *Quando una ex duabus personis quæ mixtum constituerent, esset excommunicata actum propter mixturam vitiari.*
4 *Distinct. Romani inter contractus & iudicia non esse recipiendam ex Bologneto.*
5 *Arbitri duo quando sunt electi cum clausula & si non omnes & cæt. vnus tantum potest facere sententiam validam.*
6 *Statutum si prohibeat mulierem contrahere sine consensu duorum proximorum, & vnus sit furiosus, non valebit contractus etiam si alter adhibitus sit qui sanæ mentis reperiatur.*
Licet aliud sit in pluribus tutoribus ibidem.
7 *Bolognetus quomodo putet distinguendum esse in materia mixti duarum personarum ob aliquam qualitatem.*
8 *Sed iustam quæstionem parum facere ad terminos disputationis mixti.*
9 *Regula iter in eo genere mixti non comprehendi mixtum sub simplicibus.*
10 *Vbi in specie reperitur prouisum esse super mixto, & super simplicibus tunc in simplicibus non dicitur esse comprehensus casus mixtus.*
11 *Compromissum si fuerit factum in clericum & in laicum & petenda sit reductio ad arbitrium boni viri, an sit adeundus superior clerici an uero laici.*
12 *Et quid sentiat Bal.*
Et Bart. in appellatione à sententia duorum similium iudicum, ibidem.
13 *Auctor uero quomodo in utroque capite putet resoluendum esse negocium. nu. 14.*

Quando mixtum est ex duabus personis propter aliquam qualitatem an ueniat sub simplicibus.

CAP. XXX.

1 QVæro septimo loco principaliter, quid si mixtus sit ex duabus personis simul iunctis propter vnam qualitatem, ut quia † duæ personæ habeant potestatem disponendi de certis rebus, uel certum actum faciendi, an actus ille debeat iudicari secundum unam personam uel secun-
2 dum alteram. Ludo. † Ro. in d. l. 2. in princ. col. 7 sub nu. 42. distinguit hunc in modum. Aut concurrunt personę plures, quarum vna facultatem habet actus explicandi, altera uero non, & tunc aut sumus in cōtractibus, & attenditur persona habens non autem alia, & remanebit actus ualidus, ut in l. 1. §. quid si duo supra quod fals. tuto. nisi persona non existens auctrix, sit uitanda propter periculum communio-
3 nis, ueluti quia sit excommunicata, † quia tunc propter mixturam actus nullus erit, ut in cap. fin. extra de procur. aliàs non, nisi persona esset inhabilis omnino, ueluti laicus in electione prælati ecclesiastici. cap. messana de electio. quia tunc pro non interueniente habetur. Aut sumus in sententijs, & tunc, cùm illę sint indiuiduæ, ut in l. hoc iudicio famil. ercis. Aut concurrit mixtura personarum, quarum una est in iudicando capax, alia uero incapax, & tunc ut nulla sit sententia, attenditur incapacitas, cap. cum super de offic. deleg. capit. ad probandum de re iudicat. & l. prædius. §. fin. de arbitr. Aut utraque est capax & tunc si una est dignior altera, attendimus digniorem, ideo ut secundum considerationem illius ab ea debeat appellari, l. præcipimus ad fin. C. de appellat. cap. super quæstionum. §. si uerò duo de offic.
4 deleg. Bologne. tamen † in d. l. 2. sub nu. 185. dicit hanc distinctionem inter contractus & iudicia non esse bonam, quia ratio differentiæ est, quòd in d. l. 1.

quod

quod falſ. tuto. aucto. unus ſolus non ſufficiebat ad ualidandum actum, & hoc idem eſt in ſententijs, quando unus ſolus iudex habet poteſtatem faciendi actum, quia ſi uterque proferat, ſententia ualebit ex perſona illius qui poterat pronuntiare d. l. pædius. §. fin. cum leg. ſeq. ubi ſi duo arbitri ſunt electi cum
5 clauſula † Quòd ſi non omnes, unus ſolus proferat, tunc unus ſolus poteſt facere ſententiam ualidam, & dicitur in l. ſed ſi ita quæ ſequitur iunctis tamen declarationibus. Bart. in d. l. 1. quod falſ. tuto. aucto. & d. l. pædius, & ſi in contractibus requiritur conſenſus plurium in communi, ueluti quòd mulier non
6 poſsit † contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, ſi unus reperiatur furioſus, & alterum habeat ſanę mentis, atque idoneum, non valebit contractus, quia non poteſt facere actum, arg. d. l. ſi ita & ſentit Bar. in d. l. 1. dicēs probari, vnius tutoris auctoritatem ſufficere, quia habent iuriſdictionem in ſolidum, ergo ſi non habeant iuriſdictionem inſolidum, ſed communem non ſufficiet auctoritas unius ſi alter eſt furioſus l. 1. C. ſi ex plurib. tutor. l. fin. C.
7 de contra. & committ. ſtipulat. ideo dicit † ſolum uideri diſtinguendū eſſe. Aut uterq; habet poteſtatē faciendi actum in communi pro indiuiſo, & tunc qualitas quæ nocet attenditur ex eo quia alter non habet poteſtatem, ſi uero eam habet pro diuiſo, & tunc ſufficiet, quod unus recte faciet, quia qualitas quæ nocet non poteſt auferre ualiditatem actus per alterum perfecti, & omnes quæſtiones ad quas ipſe infert, inquit declarandas eſſe cum prædicta diſtinctione, & quòd ipſe determinat in ſententijs, intelligendum quoque eſſe in contractibus atque in alijs diſpoſitionibus.

8 Ego opinor iſtam † quæſtionem parum facere ad terminos diſputationis noſtræ, quia punctus iſtius tractationis conſiſtit in hoc, an mixtum comprehendatur ſub ſimplicibus, de quibus ſeparatim fuerit diſpoſitum, non autem in eo, an mixtum de quo eſt diſpoſitum comprehendatur ſub ſimplicibus de quibus non eſt prouiſum, quapropter dicendum
9 eſt, † regulariter in iſto caſu mixtum non comprehendi ſub ſimplicibus, quia ubi plurium concurſus ad aliquem actum faciendum requiritur, tunc non ſufficit unum uel alterum interuenire argum. l. ſi hæredi plures de conditio. inſtitutio. ſed omnes debent interuenire, l. ſi in tres & l. non diſtinguemus, § cum in plures de recept. arbitr. niſi aliter prouiſum eſſe reperiatur. dicto §. cum in plures. & l. ſi plures. §. quamuis ad finem cum ſequ. de admi. tuto. & l. legitimos, §. in legitimis de legitim. tutoribus ubi cum plures tutores, uel curatores dati fuerint, uel ex lege uocantur ad tutelam uel curam, omnes unà debent adminiſtrare, niſi alicui uel a iudice, uel communi aliorum conſenſu decreta fuerit tutelæ uel curæ adminiſtratio, quod & in plurib. arbitris electis obtinet. dic. §. cum in plures, ergo neceſſe erit
10 ut uerum ſit, quando aliud per diſponentem non eſt prouiſum in ſimplicibus, ut mixtum ſub eis non comprehendatur. Et ubi reperitur in ſpecie † prouiſum eſſe ſuper mixto, & ſuper ſimplicibus, tunc in ſimplicibus non dicitur eſſe conceptus caſus mixtus ex uirtute concluſionis, uel regulæ quam uerſamus, ſed ex eo quia nuncupatim in utroque eſt prouiſum, & ideo non eſt locus interpretationi ex hoc loco, quia in claris &c. iur. uulgar. ſi uero extra id
11 quod expreſſum eſt, ac ſpecialiter prouiſum † aliquid ex mixta cauſa proceſſerit, de quo probabiliter dubitari poſsit; an ſub uno uel altero ſimpliciū comprehendi debeat. Qualia ſunt exempla propoſita à Roma. in d. l. 2. ſub nu. 43. uerbi cauſa, ſi in duos compromiſſum fuerit, quorum unus ſit clericus, alter ſit laicus, & petenda ſit reductio ab eorum laudo ad arbitrium boni uiri, an ea ſit poſtulanda coram iudice laico, uel coram iudice eccleſiaſtico
12 quamuis † Bald. in l. præcipimus. C. de appella. per illum text. & per d. l. ſecundam in princ. de uerbor. obligatio. concludat ad ſuperiorem clerici confugiendum eſſe, a qua ſententia non uidetur abhorrere Bar. in l. 1. §. ſi quis in appellatione de appellatio. qui idem probat in appellatione interponenda a ſentētia duorum iudicum, quorum alter ſit eccleſial. ter laicus, nec diſſentit Lud. Rom. ſub d. nu. 43.

13 Nihilominus † ego crederem diſtinguendum eſſe inter caſum, quo cætera concurrerent paria excepta perſonarum qualitate, & caſum in quo eſſent imparia, uerbi gratia quia partes litigantes eſſent ſeculares ſubiectæ iuriſdictioni ſeculari, & controuerſia eſſet de re ſuppoſita iuriſdictioni laicorum, nam primo caſu ego adhærerem ſententiæ Bald. Bart. & Roma. Altero autem caſu ego potius contrariæ inhærerem opinioni, quia magis participaret cauſa illa appellationis, & reductionis ad arbitrium boni uiri, de iudice ſeculari eiuſque iuriſdictione, quàm de eccleſiaſtico, & ideo ſemper in huiuſmodi caſibus attendenda eſſet qualitas potentior, prout ſupra diximus in fine theoricæ traditæ in ſecundo mix
14 torum genere, ſic etiam † reſolui poteſt caſus illius quæſtionis, quando clericus per uiam reconuentionis conuenitur coram iudice laico, uel e contra, & a lata ſententia appellandum ſit, uel per clericum uel per laicum & dubitatur ad quem iudicem appellādū ſit clerici ne an laici, de qua q. ſcribit Archidiac. 2. q. 6. §. non ita, Butr. in cap. quod clericis, & in capit. licet de for. compet. ad quam dicit Roma. uidendum eſſe text. in cap. expoſito. §. peruenit de recept. arbitr. eademque ratione recipiunt deciſionem aliæ quæſtiones, ad quas per eundem Roman. in praxi infertur.

SVMMARIVM.

1 *Quid iuris ſit ſtatuendum quando mixtum ſit ex concurſu plurium qualitatum in eandem perſonam. nu. 2. & 3. Ex diſtinctione Ludoui. Romani.*

4 *Qui infert ex illa ad deciſionem uigintitrium quæſtionum.*

5 *Sedes apoſtolica an poſſit delegare cauſam alicui monacho, qui ſit canonicus eccleſiæ cathedralis.*

6 *Cuiuſmodi eccleſiæ ac religioſæ perſonæ ſunt in regno Siciliæ, in monte Regali, ac Mediolani.*

7 *Monacho & canonico eccleſiæ cathedralis non poſſe cauſam delegari ex Archidiacono.*

Niſi

Nisi sum. Pont. ea qualitate non attenta causam committeret. nu. supra cita.

8 *Qualitatum quæ nocet in concursu qualitatum proficuarum & noxarum attendi.*

9 *Ratio vna ex pluribus, quibus monachus arcetur à munere iudicandi, etiam si cesset, non tamen cessare dispositionem.*

Et quæ sint illæ rationes. ibidem.

10 *Monacho existenti canonico ecclesiæ cathedralis posse causam delegari.*

Ex abbatis sententia.

11 *Quanto quis est sanctior, tanto habilior reputari debeat.*

12 *Vt plurimum non nisi peritos ac nobiles assumi ad canonicatus cathedralis ecclesiæ.*

13 *Abbatem Panormitanum, scholasticum et substitutum doctoris sui, tenuisse eam opinionem, quòd monacho cathedralis ecclesiæ canonico licitum sit causas delegare.*

14 *Bolognetus quid resoluendum putet in hoc negocio delegationis faciendæ monacho canonico cathedralis ecclesiæ.*

Reducereque rem ad id, ut dependeat ab illa quæstione, an qualitas quæ noceat attendenda sit, an uerò quæ prodest, & quid ipse sentiat, ibid.

15 *Socinum uero aliter distinguere.*

16 *Sed Bolognetum illius distinctionem, ac Romani in eadem materia reprobare. nu. 17.*

18 *Causa quæ prodest, & est potentior attendenda est.*

19 *Si magis cohæreat dispositioni.*

20 *Qualitatem canonicatus potentiorem esse qualitate monachatus.*

Quid iuris sit quando mixtum exoritur ex concursu duarum qualitatum in eandem personam secundum alios.

CAP. XXXI.

QVæro octauo loco, quid è contra statuendum sit, quando exoritur mixtura ex duarum qualitatum diuersarum concursu in eãdem personam. Et Ludo.† Roma. loc. iam relat. sub nu. 16. inquit nos posse hoc pacto dicere. Quòd aut concurrit mixtura qualitatum, quarum una a naturali, altera uero ex accidenti proficiscitur, ueluti quia aliquis sit pupillus, & furiosus, tũc attendetur qualitas naturalis & dabitur tutor ut pupillo, & non ut furioso l. qui habent in prin. de tutel. l cum procurator de iur. doti. & l. fina. C. de dot. promis. Aut concurrunt qualitates, quarum utraq; est accidentalis, & si una † ab altera possit separari, tunc iudicabitur de tali mixto ut de quolibet simplici per se, seperato, cap. collatione de appella. lib. 6. & in cap. postulasti de concess. præben. Aut sunt inseparabiles, & tunc aut una est potentior altera, & iudicatur † de mixto secundum eius qualitatem potentiorem. l. sed & quæsitum, §. fin. de lib. & posth. cum simil. Aut sunt potentiæ paris, & tunc mixti iudiciũ sit secundum qualitatem magis aptam. l. si quis in graui. §. ult. cum l. seq. ad Syllan. l. 2. §. si a pupillo & quod ibi not. Bart. de usucap. pro empto. & l. si uir pro uxore pro donat.

1 2 3

4 Ex qua doctrina † infert Roman. ad decisionem vigintitrium quæstionum, quas examinat per quatuor colum. a num. 17. usque ad num. 22. quibus. addit alias nõnullas Bolog. in d. l. 2. sub nu. 127. cũ plur. seq. sed inter alias quas tractatione haud indignas fore opinati sunt Doct. illa est non ingrata relatu,

5 † An per Sedem Apostolicam, uel eius legatum possit causa committi monacho qui sit canonicus in ali qua ecclesia cathedrali, uerbi gratia, quia aliqua ecclesia cathedralis sit regularis, ita vt monachi possint esse canonici in eadem, ut per gloss. in cap. 2.

6 58. distin. quales dicit esse † & ecclesias & religiosas personas Bologn. iam relat. sub num. 124. in regno Siciliæ, in mõte regali, & in Archiepiscopatu Mediolani Et Archidia. in d. cap. statutum sub num. 1. uer ficulo sed quid si ecclesia, esse ecclesias Syracusis, per

7 tex. in cap. quarundam 74. distin. Qua in † quæstione Archidiaco. in cap. statutum de rescript. lib 6. amplexus est partem negatiuam; ea ratione quòd monachus iudex esse prohibitus sit, ut in cap. de præsentium 16. q. 1. nisi summus Pontif. ea qualitate non attenta, causam illi committat, ut est casus in cap. cum olim de priuileg. iuncta ibi gloss. in uersic. monacho & in c. ex parte de postulan. secundum eundem Archidia.

8 Rursus quia in præsenti † controuersia datur concursus duarum qualitatum æquè potentium, quarum vna nocet, altera vero prodest, vnde videtur succedere conclusio, vt qualitas quę nocet sit attendenda. l. 3. §. ul. ubi Bar. in 3. notab. ad senat. Syllan. l. 1. §. pedius de recept. arbitr. l. 1. §. si a pupillo de usucap. & consequenter ut non possit monachus iudicare.

9 Præterea considerabat † Ludo. Roma. loc. præcita. qui & ipse secutus fuit hanc opinionem Archidiac. quòd quamuis per superuenientiam ut sic dixerim qualitatis canonicalis cesset una ratio prohibitiua in monacho, de qua in d. capit. statutum non tamen cessare alias quibus arcetur monachus a munere iudicandi, ueluti ut sit a iudiciali strepitu separatus, ut in capit. unico de iudico. & huic sententiæ frequentius uidentur accedere Ioan. Andr. & alij in d. capit. statutum in prin. & Fel. c causam quæ, primo sub nu. 4. de iudic.

In contrariam sententiam iuisse refert Roman.

10 † quosdam recentiores canon. uolens ut arbitror intelligere de Abbate Panormitano, qui hanc sententiam defend. t, in cap. causam, primo de iud. per tex. in d. capit. statutum de rescript. lib. 6. ubi deciditur, causas nõ delegari nisi existentibus in dignitate uel canonicis ecclesiarum cathedralium. quemadmodum ergo prima particula tex. loquens de existentibus in dignitate comprehendit priorem cõuentualem clem. & si principalis de rescript qui tamen monachus est, ut in cap. fin. de fim. ita & sequens particula loquens de canonicis ecclesiarum cathedr aliũ compræhendit hunc monachum in cathed rali ecclesia canonicum. Hæc enim qualitas monachatus

non

11 debet nocere ſecundum eos, quia quantò quis† eſt ſanctior, tanto habilior reputari debet. cap. doctos cap. moderamen, & cap. in nonnullis 16. q. 1. Quæ opinio ſecundum prædictos recentiores, duabus potiſsimę rationibus eſt tenenda, tum quia reſcripta facilioręper eam habebunt executionem, tum etiã quia in monacho cathedralis eccleſiæ ceſſat ratio d. cap. ſtatutum, quod ideo prohibet cauſam inferio-
12 ribus clericis delegari,† ne contingat aliquando rudibus, ac penitus imperitis delegationes fieri, cum ut plurimum non niſi periti ac nobiles ad canonicatus aſſumantur, & cum hac opinione tranſit Abb. in
13 d. c. cauſam q. 1. de iudi. ſub nu. 9. ubi dicit ſe† ſcholaſticum & ſubſtitutum ab eius doctore tenuiſſe hanc opinionem per d. clem. de reſcript. & poſtea cum doctor creatus eſſet, eandem ſemper ſecutum fuiſſe, per rationes relatas, & hanc quoque ſententiam ſequitur Abb. in cap. per inquiſitionem in 2. notab. de electio.

14 Bologne.† in d. l. 2. in prin. ſub nu. 125. hanc quæſtionem dependere ait ab alia, an ſcilicet debeat attendi qualitas nocens, uel illa quę prodeſt. Qua in re Bar. reperitur contrarias aſſertiones tradidiſſe. Quarum altera eſt quòd attendi debeat qualitas nocens, & ideo prohibeatur talis monachus canonicus per l. ſi quis in graui, §. fin. ad ſenat. Syllania. Altera eſt eiuſdem Bar. in l. ſi pupillus ad leg. Falcid. ut attenda tur cauſa ualidans tanquam benignior, ut per illum ibi & ita ut talis monachus canonicus poſsit iudicare, per. l. tertiam, §. ſi quis palam de rit. nuptia. & l.
15 emancipati. §. final. de ſenator Soc.† autem in d. l 2. de uerbor. obligationi. uidetur diſtinguere hunc in modum, aut qualitates ſunt inſeparabiles, ſe inuicem non compatientes, & æquales ſunt, & tunc attenditur qualitas illa, quæ nocet d. l. 3. §. fin. ad Syllania. Aut uerò qualitates ſe inuicem compatiuntur, & tunc attenditur qualitas quæ prodeſt ac beni-
16 gnior eſt, d. l. ſi pupillus. ſed hanc diſtinctionem† dicit Bologne. non eſſe ueram in d. l. 2. ſub num. 125. quia in l. qui habent de tutel. illa qualitas prodeſt quæ eſt naturalis, & attenditur & in d. l. ſi pupillus ſunt qualitates incompatibiles, & inſeparabiles, & ſic non eſt diuerſitas in caſu, & propterea non uidetur bene diſtingui. dicitque inſuper in hac quæſtione non eſſe recipiendam doctri. Roma. ſupra relatam qui diſtinguebat inter naturalem & accidentalem, vt primo caſu ſemper naturalis præferretur d. l. qui habent cum ſocijs. Secundo caſu ſi ſunt ſeparabiles attendatur qualitas quæ prodeſt cap. a collatione de appellatio. lib. 6. & cap. poſtulaſti de cenſib. lib. 6. ſi uero ſunt inſeparabiles, ubi una ſit potentior altera, attenditur quæ potentior eſt, d. l. ſed & quæſitum §. fin. de lib. & poſth. ubi autem ſint paris potentiæ, tunc inſpicitur illa quæ eſt magis apta.

17 Nam aſſertionẽ† hãc bonam nõ eſſe aſſeuerat, quia non debet fieri differentia an ſit ſeparabilis uel inſeparabilis, quia in d. l. qui habent & in d. l. ſi pupillus ſunt qualitates inſeparabiles & compatiẽtes ſe unà, & non eſt caſuum diuerſitas, propterea que inquit aduertendum eſſe quia in iuribus in hac controuerſia citatis uidentur caſus eſſe particulares, in d. eui-

tal. ſi quis in graui, ideo non habet excuſationem propter aliud impedimẽtum, quoniam ceſſat cauſa conceſſa a ſenatuſconſ. quod conceſsit excuſationem propter cauſam ſpecialem, unde remanet diſpoſitio iuris communis, quia ſenatuſ. uoluit ſubuenire heredibus in caſibus, in quibus propter dictam diſpoſitionem pateretur damnum ab eo, & in d. l. ſi pupillus attenditur cauſa quæ prodeſt, quia uerepecunia eſt dẽ hæreditate, cùm debeatur a pupillis naturaliter, & non eſt proprie datum cauſa conditionis implendæ, ſed ſolùm gratia ſoluendi debitum.

18 Vnde Bart.† in d. l. ſi quis in graui, §. fin. aſſerit quod quando cauſa prodeſt, & eſt potentior, illa attenditur l. 3. §. ſi quis palàm de iur. fiſc. item quando una prodeſt & nulla nocet ſemper attenditur illa quæ prodeſt, l. ſi emancipatum de ſenat. ubi dicitur magis prodeſſe dignitatem aui, q̃ caſũ patris, ideo in-
19 quit† in caſu propoſito ueriorem uideri illam opinionem, ut potius attendenda ſit qualitas, quæ magis proficua eſt ac benignior, quàm illa quæ nocet, quando qualitas attingit diſpoſitionem uel eius rationem, ſed ſi duarum prædictarum cauſarum una diſpoſitioni coheret alia non æquè ſiue proſit ſiue noceat ſemper attenditur, nec tamen eſſe dicendum per hoc id procedere ex eo, quia qualitas ſit potentior, cùm id ex accidenti, & non ex fortiore potentia procedat, quamuis Areti. contraria placuerit ſen-
20 tentia, unde in propoſita quęſtione concludit,† qualitatem canonicatus potẽtiorem eſſe qualitate monachatus ex eo, quia in epiſcopali eccleſia canonici ponuntur tanquam fratres epiſcopi, & reputantur clerici, reſpectu gubernationis eccleſiæ, & ideo inquit ſibi placere quòd ipſi poſſent iudicare, ne ſine iudicibus tota diœceſis permaneat. Sed ſi eſſet canonicatus merè regularis alterius eccleſiæ, uel monaſterii, tunc non contineretur, quia diminuitur ratio diſpoſitionis, & reputantur uere monachi, quia præualet qualitas monachalis, ſed in eccleſia cathedrali præualet qualitas clericalis, cùm habeant curam animarum, & interueniant in actibus attinentibus ad ordinem epiſcopalem, unde ceſſant omnia contraria.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam contra Archidiaconum auctori videri veriorem.*
2 *Gloſ. in c. ſtatutum de reſcript. lib. 6. intellectus.*
3 *Qualitatem canonicatus, ſuperuenientem in monacho, remouere præſumptionem imperitiæ.*
4 *Monachus qui promouetur ad dignitatem clericorum ſecularium, ea poſſe, quæ poſſunt clerici ſeculares.*
5 *Tex. in c. adijcimus 16. q. 1. in fin. perpenditur.*
6 *Qualitas clericatus aduenies religioſo, alterat priorem religionis qualitatem.*
7 *Qualitas aduenies enti, illud qualificat ac reponit in diuerſam naturam.*
8 *Archidiaconi opinionem & humaniorem, & in puncto iuris eſſe ueriorem.*
9 *In curia Romana obſeruari, ut cum delegatur cauſa monacho qui ſit canonicus eccleſiæ cathedralis, exprimatur*

matur qualitas monachatus.

10 *Omissionem expressionis eorum quæ necessaria non sunt non vitiare.*

11 *Archidiaconi sententiam in usu forensi, uideri durum esse, non obtinere.*

12 *Auctorem putare Archidiaconi atque Abbatis opiniones fœdere distinctionis conciliandas esse.*

13 *Non esse differentiam, quantum ad causarum commissiones, inter monachos & canonicos regulares.*

14 *Quia omnes a causarum strepitu debent esse remoti.*

15 *Nec esse forensis negocij susceptores.*

16 *Monachatus vel canonicatus regularis quando per sum. Pontif. in commissione sit facienda mentio.*

17 *Monachum qui factus fuerit canonicus, non eximi prorsus a qualitate canonicatus.*

18 *Abbatis sententia quibus in casibus sit recipienda.*

19 *Monachatus qualitas quando alterata remaneat, per qualitatem canonicatus.*

20 *Felyni sententia contra Abbatem confutatur. num. 21. cum sequen.*

21 *Monachum factum episcopum, remanere monachum.*

22 *Quantum ad ea quæ non repugnant episcopatui.*

23 *Habilitas ad delegationem est quoddam consecutiuum qualitatis canonicalis.*

24 *Ecclesia cathedralis secularis non ita arctatur vt regularis.*

Quæ sit auctoris sententia circa mixtum duarum qualitatum in eandem personam.

CAP. XXXII.

1 Vid constituemus in hac uere insigni, sed ualde controuersa quæstione? Ego † opinor sententiam contra Archidiaconi esse ueriorem & omnino recipiendam, ratio autem quæ me in illam urget, est, quia monachos duplici ratione comperio a causarum cognitionibus arceri, tum scilicet ob præsumptam in eis imperitiam, ac negociorum ruditatem, & ignorantiam, d. cap. de præsentium 16. q. 1. tum etiam ut a strepitu causarum sint quieti, d. c. unico de sindic. Quarum rationum utraque uacat, ubi qualitas canonicatus ecclesiæ cathedralis superuenit in monacho, nam per illam efficitur idoneus ad susceptionem & cognitionem causarum. d. cap. statutum, §. 1. de rescript. lib. 6. unde cessante ratione prohibitionis, debet quoque cessare prohibitio, l. adigere, §. quamuis de iur. patro. cap. cum cessante de appel. cum socijs. & si dicatur hanc qualitatem non sufficere ad faciendum, aliquem, qui aliàs sit ineptis, idoneum ad susceptio-
2 nem causarum, ut dicit † gloss. in uerbo canonicis in d. capit. statutum, ubi qualitatem canonicatus negat facere capacem susceptionis ac cognitionis causarum minorem, excommunicatum inimicum, uel similem, qui alia legitima exceptione repelli possit. Responderi potest, hanc qualitatem monachatus non esse talem, ut faciat mero iure, uereque ac realiter ipsum monachum inhabilem, sed potius de quadam honestate ut uult gloss. mag. ad fin. in d. c. unico de Syndico, ac ex quadam præsumptione generali iuris, ut in d. cap. de præsentium, unde cum qualitas † illa canonicatus superueniens remoueat præ-
3 sumptionem illam imperitiæ, & inducat publicam honestatem ac habilitatem, in susceptionibus causarum, earumque cognitionibus, d. c. statutum, §. 1. & arg. c. doctos cum duobus seq. & cap. ex auctoritate cum seq. 16. q. 1. non poterit argui a qualitatibus impeditiuis, de quibus loquitur dicta glo. ad casum nostrum, quia illæ uere ac realiter, meroque iure impediunt canonicatus qualitatem producere tales effectus in personis, per illas exceptiones impeditis, qđ impedimentũ nõ exhibet qualitas monachatus,
4 quia ubi monachus † promouet ad aliquẽ ordinẽ, dignitatem, uel gradum ad quos promouentur clerici seculares, ea omnia potest, quę concessa sunt illorum clericorum ordinibus, gradibus ac dignitatibus. d. cap. doctos, & d. cap. ex auctoritate cum suis seq. c. 16 q. 1. & facit regula l. 2. cum socijs de iurisd.
5 omni. iudi. Prætereà † in hanc partem ego considero text. in c. adijcimus ea. 16. q. 1. in fi. ubi Leonis sum. Pont. de monachis loquens constitutio refertur, in hęc uerba, ecclesiasticas verò atq; seculares actiones attrectare prohibẽtur, ut nõ pręsumãt sibi patrocinia causarum, nisi ab episcopo commoniti fuerint, nec secularibus causis occupentur, ut resideant cognitores dirimendarum litium, sed ubi qui monachus est in canonicum cooptatur, ab episcopo dicitur moneri & uocari ad ea omnia ad quæ habiles sunt canonici, & quę concomitantur eam qualitatem cap. si monachus ad clericatum 16. q. 1. & cap. moderamine eadem causa & q. ergo & iudicare poterit. d. c. statutum, §. 1.

6 Postremo confirmat † hanc sententiam, quòd qualitas canonicatus aduenies religioso alterat priorem religionis qualitatem, eamque in diuersam speciem reponit. Abb. in cap. 1. de tit. & honesta. clerico. ubi decidit, statutum loquens in clerico non habere locum in clerico qui effectus fuerit canonicus, ergo idẽ erit in monacho qui effectus fuerit canonicus cathedralis ecclesiæ, quia disposita in monacho, non habebunt locum in eo qui sit mona-
7 chus & canonicus, & facit † in hanc sententiam uulgaris illa ac notissima conclusio, quæ habet, quòd qualitas aduenies enti qualificat illud, reponitque in diuersam speciem, cap licet canon iuncto cap. statutum de electio. lib. 6. capit. in audientia de senten. excommun. cap. si iudex laicus de sentent. excommun. lib. 6. cap. fin. de simo. §. præterea institut. de inutil. stipulatio. l. mariti locatio, §. final. de adult. l. quæsitum, §. illud fortasis de leg. 3. cum simi. tam utiliter, quàm copiosè congestis ac perpensis per Hippoli. Marsil. in eius singularibus, singul. 520. incip. Qualitas aduenies. si igitur qualitate prænarrata canonicatus superueniente qualificatur ens & reponitur in speciem diuersam qualitatiuam, ergo dubitandum non erit, quin monachus factus canonicus ac ecclesiæ cathedralis, tanquam simplex canonicus eiusdem ecclesiæ non debeat posse sibi com-

commiſſam cauſam tanquam canonico nulla habita qualitatis monachatus mentione, & ſuſcipere & cognoſcere, iuxta formam dicti cap. ſtatutum, §. 1.
8 & hæc† ſententia præterquam quod demonſtrata fuit in puncto iuris uerior ac ſuſtentabilior, tanquam benignior quoque, & humanior, ac fauorabilior, quàm altera cauſarum commiſsionibus omnino amplectanda uidetur.

9 Sed & in actu† practico, in quo dixit Lud. Rom. iam relatus, curiam Romanam uel cancellariam Apoſtolicam prædictas diſputationes Romæ habitas inter ipſum Roman. & illos recentiores qui defendebant illam opinionem, quam ſupra & ueriorem & humaniorem eſſe docuimus, poſtea obſeruari feciſſet, ut cum dabatur in iudicem monachus, qui eſſet canonicus eccleſiæ cathedralis, ſemper exprimeretur a ſum. Pont. qualitas monachatus, per text. in d. cap cum olim de priuileg. arbitrarer quoque ab ante dicta ſententia haud quaquam receden
10 dum eſſe† duplici ratione, tũ ſcilicet quia omiſsio expreſsionis eorum quæ neceſſaria non ſunt actum nõ uitiat, l. 1. in prin. ubi Saly. & alij Doctor. notant, C. de rei uxor. actio. prout nec expreſsiones eorum quę neceſſaria non ſunt actui, illum uitiant, l. quæ extrinſecus de uerbor. obligatio. l. non ſolent de regu. iur. & l. teſtamentũ non ideo, C. de teſta. tum etiam quia cum fiat expreſsio ſolius qualitatis canonicatus, quæ ſufficit ad ſuſtinendum commiſsionem & cognitionem cauſarum delegatarum d. capit. ſtatutum, §. 1. & quæ alterat naturam dictæ qualitatis monachatus, inducitque naturam alterius qualitatis d. cap. ſi monachus, & c. ex auctoritate iuncto c. adijcimus 16. q. 1. non erit hæſitandum, quia commiſsio cauſę in actu practico, ẽt ſi omiſſa fuerit mention qualitatis monachatus, ſuſtineatur per ſolam expreſsionem canonicalis qualitatis, & per ſupradictas conſiderationes remanent quoque ſublata argumenta omnia, quæ adducuntur a ſupra relatis patribus pro opinione Archidiaconi.

11 Vereor tamen,† ne difficile eſſet contra opinionem Archidiaco. in uſu forenſi obtinere, quia uidetur eſſe illius ſententia receptior, quàm illa Abbatis quandoquidem cum Arch. in d. cap. ſtatutum ſentit Calder. cuius non meminit Abba. & cum illo conueniunt ibidem Ioan. Andr. Franc. & Geminia. Rurſuſque Aret. in d. capit. cauſam & ibi Fely. ſub nu. 4. poſt Ioan. Andr. qui dicit Aretin. ibidem reſumpſiſſe omnia arg. Calderini illiſque reſpondiſſe, ac deinde Archidiaco. ſententiæ tandem adhæſiſſe, & idem Ioan. Andr. in additio. ad ſpecul. in tit. de iudic. delegat. §. excipi uerſic. nunquid ſub num. 4. in additio.
12 incip. committi. Quamobrem † exiſtimaui ego facile poſſe iſtiuſmodi opinionum diuerſitates ad concordiam reduci, ſi dixerimus hunc in modum, quòd ſcilicet aut ſumus in monacho qui factus ſit canonicus regularis ſimpliciter, aut in monacho qui ſit factus canonicus eccleſiæ cathedralis regularis. Aut in monacho qui ſit aſſumptus in canonicum eccleſiæ cathedralis ſecularis.

Primo caſu, locum habebit concluſio negatiua
13 quia non eſt differentia, quantum † ad iſtiuſmodi commiſsiones cauſarum, inter monachos & canonicos regulares, in cap. 2. de poſtulan. & ratio eſt quia
14 † a cauſarum ſtrepitu debent eſſe remoti, cap. uni-
15 co de ſyndico & l. conſulta diualia, nec alicuius† fotis imperio, & monaſterij utilitate ita ſuadente, cap. monachi 16. q. 1. d. cap. 2. de poſtul. & l. repetita. C. de epiſco. & cleri. & rurſus ne detur illis uagandi materia. capit. quanto de offi. ordinar. & ideo, quotieſcunque iſtis talibus fit per ſum. Pontifi. delegatio alicuius cauſæ, debet fieri expreſſo nomine mona-
16 chatus† uel canonicatus regularis, ut in ſupra alleg. cap. cum olim de priuileg. & arg. cap. cum ordinem extra de reſcript. cap. porrecta de confirmat. util. uel inutil. & dicti cap. de præſentium 16. q. 1. per quæ iura ſic concludit ſpecul. in tit. de iudic. deleg. §. excipi ſub num. 4.

Secundo uero caſu locus quoque erit eidem con-
17 cluſioni. † quia non dicitur prorſus exemptus a monachatu, neque qualitas illa canonicatus uidetur inducere alterationem illam in qualitate monachatus, quæ ſupra conſiderata fuit, cùm adhuc eccleſia illa cathedralis habeat regularitatem, & ita intelligi poſſunt Archidiaco. Calderi. Io. Andr. Aret. Gem. Franc. & alii ſupra relati & præſertim Lud. Roma. in d. l. 2. de uerbor. obligat. ubi proponit exemplum in eccleſia cathedrali regulari, & in iſtis terminis procedere poſſunt rationes per Archidiacon. & alios conſideratæ ac ſupra relatæ, ac quas perpendit Felyn. in d. c. cauſam quæ, primo ſub nu. 4.

18 Tertio autem † & ultimo caſu dicendum erit locum eſſe debere ſententiæ Abba. quam ſupra defendimus, quia tunc militant concludenter omnes illæ rationes ſupra conſideratæ, & inſuper illa ratio, quòd uideatur ab obedientia Abbatis eſſe ſolutus, ut dicit gloſ. in clem. in pleriſque de electio. & gloſſ. penul. in fin in clem. 2. de celebr. miſſa. & uidetur eſſe tex. in cap. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. aut ſaltem ita
19 alterata qualitas illa monachatus remanet† per acceſsionem qualitatis canonicalis, ut ea omnia is poſſe dicendus ſit, quæ poſſunt alij clerici canonici, ut ſupra demonſtratum fuit, & hæc perpenſio uidetur fuiſſe de mente Rot. in tit. de reſcript. deciſ. 8. incip. Nota quòd ubi cauſa committitur in antiq. &
20 quamuis† Fely. in d. cap. cauſam quæ ſub nu. 5. uerſi. contrarium tamen credo uerum, impugnet ultimũ caput iſtius diſtinctionis, eo quia monachus non deſinit eſſe de ordine per aſſumptionem ad canonicatum, iuxta gloſſ. in uerſic. mendacium in fin. in capit. quorundam de electio. lib. 6. & per auctor. Diui Thom. in ſecunda ſecundæ q. 185. art. ult. ubi concludit in omnibus compatibilibus cum dignitate
21 epiſcopum monachum † remanere monachum, & hinc eſſe, quòd nunquam deponit habitum capit. de monachis 16. q. 1. in ijs uerbis non debent a proposito recedere. Rurſus quia ſi extra monaſterium non debent a propoſito recedere, ergo non debent etiam eſſe poſſe cauſarum delegati, prout non poterant in monaſterio. Præterea quia diſpenſatio illa, per quam monachus ad canonicatum aſſumitur debet operari tantum quo ad habilitatem beneficij cano-

canonicalis, cuius regulariter monachus est incapax, non autem quantum ad habilitatem delegationis causarum, quia dispensatio non extenditur nisi ad consecutiuè necessaria, cap. at si clerici, §. de adul
22 terijs de iudi. Nihilominus † facile inuertuntur omnia hæc argumena, ex rationibus pro hac opinione supra consideratis, quia licet in ordine remaneat quantum ad compatibilia, non tamen remanet quantum ad ea quæ alterantur ex accessione gradus canonicalis, ut in hac quam uersamus materiam, in qua propter canonicatum efficitur habilis ad susceptionem delegationis causarum, d. cap. statutum, §. 1. de rescrip. lib 6. quia habilitas illa ut delegari pos-
23 sit, qui canonicus est, † quoddam consecutiuum necessariũ est ad gradum canonicalẽ. d. c. statutum, §. 1. unde in dispensatione ad canonicatum censetur esse comprehensa l. illud de acquir. hæred. ubi Rom. & Areti. l prætor ait §. hoc interdictum, ubi Bar. Ang. & alij post gloss. in uerb. expressum de oper. nou. nunciat. cum similibus, quæ supra adduximus lib. j. huius operis, dum tractauimus quæ dicantur uenire ab expressa significatione, quæ res postremam partem argumentationis Felyni unæ prorsus inuertit, ac omnem illius substantiam, & in hoc capite debent cessare omnes difficultates quia ecclesia ca-
24 thedralis † secularis non est per stricta arctioribus illis regularitatis limitibus, quibus est coarctata ecclesia regularis & ideo in hoc postremo capite Abbatis opinio tenenda est tanquam verior, probabilior, humaniorque ac fauorabilior delegationibus causarum in ipsa diœcesi.

SVMMARIVM.

1 *Comes Palatinus qui habet facultatem legitimandi spurios item incestuosos an possit legitimare illum, qui sit spurius & incestuosus.*
2 *Plerisque uisum fuisse inepte a Bar. fuisse formatam quæstionem in l. 2. de uerb. obl.*
3 *Spuriorum nomen esse generale.*
4 *Expressionem unius speciei ultra genus, non impedire uirtutem generalis significationis.*
5 *Quomodo Iasonitatur euitare contrarium obiectum contra q. Bart.*
6 *Sed à Bologneto confutari Iasonis rationes.*
7 *Bartolum recte proposuisse formasseque quæstionem in facultate legitimandi concessa Comiti Palatino, quicquid e contra senserint ueterum plerique.*
8 *Spuriorum uocem posse capi in genere, & in specie.*
9 *Paleotus laudatur.*
10 *Rescriptum, in quo quis spurium se dixerit, cum ex incestu natus esset, non esse subreptitium.*
11 *Spuriorum uox quomodo in specie accipiatur.*
12 *Verba potius in dubio accipienda esse in specie, quàm in genere.*
13 *Quæstionem a Bart. propositam recte ab illo fuisse conceptam.*
14 *Spuriorum uocem accipi potius in specie quàm in genere.*
15 *Bart. resoluere Comitem Palatinum posse legitimare spurium & incestuosum simul, si habeat facultatem illos legitimandi singulatim.*
16 *Qui sentiant cum opinione Bar.*
17 *Fundamenta Bar. an subsistant.*
18 *L. si ita scriptum, de lib. & posth. quomodo sit intelligenda.*
19 *Materia legitimationis an sit fauorabilis vel odiosa. numero 20.*
21 *Legitimationem uideri odiosam, quia corrumpit mores hominum.*
22 *Omne agens agere propter finem.*
23 *Fauorem vel odium iudicari ab eo quod principaliter intenditur.*
24 *Concessionem rei recipere censuram ab eo quod conceditur.*
25 *Dispensationem contra ius diuinum esse odiosum.*
26 *Per potestatem legitimandi implicari legitimitatem in coitu illicito.*
27 *Occasioni delinquendi iura semper quanto magis possunt occurrere.*
28 *Seneriss. Philippum regem nostrum perraro concedere plenas facultates legitimandi.*
29 *Legitimandi potestatem ac legitimationes non esse de ordinaria potestate.*
30 *Legitimandi facultatem non posse concedi, nisi cum derogatione ac correctione iurium prohibentium spuriorum legitimationem.*
31 *Legitimandi facultate tertio præiudicari.*
32 *Concessionem legitimandi esse delegationem potestatis reseruatæ Principi.*
33 *Legitimationis materiam parentum respectu esse odiosam.*
34 *Corrumpereque mores, & inuitare ad delinquendum, & inducere præmium ubi pœnæ locus esse deberet.*
35 *Plerosque ex recentioribus credere, suppositum Bartol. quod legitimationis materia sit fauorabilis esse falsum.*
36 *Facultatem legitimandi incestuosos esse quid maius quàm legitimandi spurios.*
37 *In legatis semper uenire quod est minus.*
38 *Mixtum ex simplicibus non alteratis in quacunque dispositione comprehendi sub simplicibus. nu. 39.*
40 *Incestus crimen perraro uel nunquam reperiri solum.*
41 *Qui putarunt Comitem Palatinum talem facultatem legitimandi habentem, non posse legitimare spurium & incestuosum simul.*
42 *In facultate legitimandi cui conceditur quod est plus intelligi quoque concessum quod est minus.*
43 *Casus aliqui quando sunt expressi, nunquam in dispositione compræhenditur casus maior expressis.*
44 *L. Vim passam, §. præscriptione de adulter. inducitur cum socijs.*
45 *Comes Palatinus qui potest legitimare certum genus spuriorum, non posse legitimare eos qui maiore nota sunt affecti.*
46 *Speciem non prædicare de pluribus ut genus.*
47 *Legitimandi facultatem esse de ijs quæ difficilius conceduntur a principe.*
48 *Comes Palatinus habens facultatem legitimandi spurios, non posse legitimare spurias secund. Signo. Homodeum.*
49 *Argumenta omnia probantia facultatem legitimandi esse odiosam, facere pro opinione contra Bar.*

Et ma-

50 *Et maxime, quando casus mixtus diminuit rationem concedendi.*

51 *Legitimatione induci laxiorem corruptionem morum, & homines inuitari ad delinquendum.*

52 *Casum mixtum quando est maior expressis, non uideri concessum sub simplicibus.*

53 *Reseruata principi non concedi nisi exprimantur.*

54 *Si in supplicatione principi porrecta exprimatur unus tantum natalium defectus, & sint duo, legitimationem reddi nullam.*

Comiti Palatino si concessa sit facultas legitimandi spurios, item incestuosos an poterit eum legitimare, qui promiscue sit spurius & incestuosus.

CAP. XXXIII.

1 VEro ultimo loco pro absolutiore tractatione istius mixtorum materię, quid si† sum. Ponti. concesit alicui legato de latere facultteam legitimãdi spurios, item incestuosos, an possit legitimare eum qui promiscuè sit spurius & incestuosus? Quam quæstionem
2 formauit Bar. in d.l.2. de uerbor. obligatio. Sed† ineptè ut ibi animaduertere Roma. Iaſ. & alij receutio. quia cum nomen spuriorum sit generale, aptum cõ-
3 prædendere cuiuscunque generis spurios,† siue gemina affecti sint illegitimitatis labe, ut dicit glo. ult. in auth. quib. mod. nat. lib. efficiantur sui, & declar. Bart. in l. ult. de ijs quib. ut indig. non haberet quæstio difficultatem, quia sub nomine spuriorũ, is qui & adulterinus, & incestuosus esset, uel aliàs quacunque duplici labe affectus, semper contineretur, quia
4 † expressio unius speciei ultra genus, non impedit uirtutem significationis generalis, quamuis ostendat enixiorem uoluntatem in simplici nominato, iuxta illud, dicite discipulis & Petro. & id quod habetur in rub. C. de ser. & aq. & quamuis Iaſ. in d.l.2.
5 conetur euitare † hoc contrarium duplici ratione, q scilicet adiectio incestuosorum alteret generalitatem nominis spuriorum, & faciat ut in specie capiatur, prout importat filios natos ex fornicario tantũ coitu, iuxta tex. in §. quod uulgo instit. de succesio. cognato. & rursus quod quamuis terminus sit generalis nihilominus eos tantum comprædat, qui unica illegitimitatis labe sunt affecti. Nihilhominus † dicit Bolognet. in d.l.2. sub num. 145. post
6 Dec. in cap. si clerici. §. de adulterijs de iud. primam responsionem non esse ueram, quia illa specialis incestuosorum enuntiatio facit potius ut spuriorum uox in genere iudicatur fuisse prolata. l. 1. de rebus dub. & habetur per Bar. in l. quæsitum de fundo instruct. Nec etiam secundam, quia generalitas nomi nis spuriorum continet æqualiter omnes laborantes, tam uno defectu, quàm pluribus, quia omnes sunt extra puritatem matrimonij, & sine patre nati, iuxta tex. in §. si aduersus instit. de nupt. & d. §. quod uulgo de succes. cognato. unde infert ueram quone Bar. dum dixit uerum non esse quòd uox illa spuriorum ita sit generalis, prout supponit dicta gloss. fin. nam inquit illd, hoc esse aduersus tex. in d. §. si ad
7 uersus in institu. de nupt. Sed ut cunque † se res habeat, ego nescio uidere qua concludenti ratione antiquiores illi patres Bar. reprehensione dignum opinati fuerint, in formanda ac proponenda prænarrata quæstione. Esto enim quòd uox illa spuriorum, accipi possit in genere & in specie, in genere prout
8 comprædendit † cuiuscunque generis illegitimos, ut per Bar. in l. fin. de ijs quib. ut indigni. & per Cacialup. in l. si qua mulier. C. de sena. orsi. & scribit
9 † grauissimus ac disertissimus I.C Gabriel Paleotus ob illius amplissima in rempub. Christianam merita, præclaramque iuris utriusque prudentiam ac politiarum literarum bonarum disciplinarum cognitionem, iure merito ad summam cardinalatus apicem prouectus, de noth. & spur. c. 16. sub nu. 4. Dec. in consi. 338. sub nu. 7. uersi. ult potest responderi & Iaſ. in consi. 11. sub num. 2. uol. 3. qui propterea uolunt, rescriptum in quo quis se tantum spurium di-
10 xisset, † qui ex incestu natus esset, non esse subreptitium, cùm generaliter spurij sint, qui ex incestu nati
11 sunt, in specie prout comprædendit eos † qui ex meretricio, uulgarique coitu sunt concepti, ut d. §. si ad uersus instit. de nupt. in § quod uulgo institu. de succesio. cognato. in l uulgo ubi Bal. in 2. lect. de statu homi. Fely. in capit. postulasti de rescrip. D. Alciat. in d.l.2. de uerbor. obligatio. sub nu. 43. Nihilomi-
12 nus ob hanc ambiguitatem, † & quia uerba in dubio debent potius accipi in specie, quàm in genere l. hoc legatum de legat. 3. ubi Bart. qui uult quòd quando non apparet quæ actio in libello fuerit posita, ut in dubio intelligatur actio specialis competens pro eo quod petitur intentata, & non generalis, per illum tex. in quam sententiam facit & text. in l. quintus in princ. de fund. instruct. & instrum. legat. cum similit. allegat. in dicta l. hoc legatum in
13 gl. in uersic. quod usu, non potest negari, quin† Bar. quæstio fuerit rectè concepta ac proposita per uocem illam spurios, quæ dubitationem faciebat probabilem, cum in dubio accipienda esset in specie, an is qui & spurius & incestuosus esset, potuisset per istiusmodi legatum facultatem supra relatam habentem legitimari, neque mouet, quòd enuntiatio speciei alicuius oppositæ generi, non faciat quominus genus accipi debeat in sua generali significatione, quia respondetur, illud uerum esse, quando sumus in terminis alicuius uocis genericæ, quæ tantum potest esse genus, secus ubi uox cui species est opposita potest esse & genus & species, ut in casu nostro uox spurios, per supra dicta, quia potius
14 † accipitur in specie, quàm in genere per regulam sup. deductam & per tex. in l. 1. de adoptio. & in l. 1. & 2. §. mutui si cert. pet. & in §. quoties instit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in l. pecuniæ. §. actionis uerbo, ubi est tex. insignis ac notandus de uerbo. significat.

Præte-

Præterea ſuppoſita recta formatione ac propoſitione quæſtionis Bar. dico illum in propoſita diffi-
15 cultate reſoluere,† legatum qui prænarrata polleat legitimandi facultate, poſſe eum qui ſpurius unà ſit atque inceſtuoſus,natalibus reſtituere, atque legiti mum facere,ea potiſsima ratione,quòd ſimus in be neficijs principũ in quib.latiſsima fieri dẽat interpre tatio,l.fin.de conſtit.princip.unde cum ex benignitate, licet non ſtricto iuris rigore ſub ſimplicibus contineatur mixtum,dicta l. ſi ſcriptum de liber. & poſthum.dicendum quoque erit,ſub ſimplicibus in huiuſmodi facultate conceſſa contineri caſum mix-
16 tum ſpurii atque inceſtuoſi. Et cum hac† opinione Bart.tranſeunt Bald.Angel.Imol.Roma.Cuma. Alex.& alij in d.l.2.de uerbor.obligatio. Abb. Fely. & Deci.in d.cap. at ſi clerici,§.de adulterijs de iudi. idem Abb.& Fely.in cap. fin.de ſimo. Bald.Ang, & Alexand.in dicta l. ſi ſcriptum de lib.& poſth. Crot. in d.§.& quid ſi tantum ſub numero 77. & eſt communis teſte D.Alciat.in d.l.ſecunda de uerb.oblig. ſub nu.44.& de uerb.ſignific.lib.3.ſub nu.30. uerſi. octauo Comes Palatinus, poſt alios quos citat, & Lancelot. Galliaul.in d.l.2.ſub nu.34. dicit eſſe magis communem opinionem legiſtarum, quod facit & Bolog.ſub nu.164.in ead.l.2.

17 Aduertendum†eſt tamen circa primum hoc fundamentum Bar.quia ut inquit Bologne.in d.l.2.ſub nu.150.cum pluribus ſequen.Neque tex.in d.l.ſi ita ſcriptum de lib.& poſth.neque ratio per Bar.conſiderata uidetur adiuuare illius opinionem.Non tex.
18 in d. l. ſi ita ſcriptum † quia ibi ideo ex benignitate concipiebatur caſus mixtus ſub ſimplicibus,quia uariabatur diſpoſitio in caſu mixto, & inducebatur quædam tertia ſpecies inſtitutionis & legati, quæ uarietas diſpoſitionis non inducitur in caſu Bartol. cum eadem eſſet conceſsio in caſu mixto atque in ſimplicibus.Non etiam ratio quia ſupponit Bar. &
19 qui illam ſequuntur materiam†quam uerſamus eſſe fauorabilem,in quam ſententiam adducit Lancel. Galiaul.in d.l.2.ſub nu.3.auctoritatem Bald.in l.1. de tutor. & curato. dat. ab ijs qui dixit poteſtatem legitimandi quia neminem lędit, eſſe defendendam,& ideo latiſsimam eſſe faciendam interpretationem.d.l.ult.de conſtit.princip.capit.quamuis de priuileg.& cap. olim de uerbo.ſignific. ſed hanc ra-
20 tionem ueram non eſſe docet Areti.†duabus conſiderationibus,quarum prior eſt, quia Iuſtinianus profitetur ſe nolle legitimare natos ex quocunque coitu damnato,eo quia odibiles ſint,& ex tali legiti matione corrumpantur mores hominum ſed naturales tantum, & ex ordinaria poteſtate, ut in auth. quib.mod.naturales effi.ſui & quib.mod.natur.effi. legit. §.fi.ſi igitur niſi naturales poſſunt legitimari, ut in dict.authenticis,ergo ſequitur ut limitatio ſit
21 odioſa† quia corrumpit mores hominũ,& ipſi ſunt odibiles,& ſic ratio Bar.nõ eſt uera,ſed potius retorquetur,& quamuis Soci. in d.l.2. dicat hãc cõſideration Areti.laborare in æquiuoco,quia confundit poteſtatem quæ eſt fauorabilis,cap.per uenerabilẽ, qui fil.ſint legit.c.fi.de ſimo. & c.ſi cui nulla de præbend.lib.6.cum exercitio ipſius poteſtatis, quod eſt odioſum,ut per Abb.in d. §. de adulteriis ibiq; Fely. & in c poſtulaſti de cõceſsio.prębh.Imol.Ro.Alex.& Soc.in d.l.2.& in d.§.& quid ſi tãtum Dec.conſi.76. col.2.Cur.ſen.conſ.49.co.3.uerſi.coadiuuantur prę miſſa cum ſimil.à D. Alci.in in d.l.2. cita. Replicat
22 idem † Alci.non eſſe eam reſponſionem concludentem,quia legitimatio eſt finis poteſtatis legitimandi,& omne agens agit propter finem,& ideo ſi legitimatio eſt odioſa, non poteſt legitimandi poteſtas
23 eſſe fauorabilis,quia fauor†uel odium iudicatur ab eo, quod principaliter intenditur l.1.ubi doct.ſolu. matrim.l.qui exceptionem de cond.indebit.l.1.§.&
24 generaliter de uentr. inſpici. & † conceſsio recipit cenſuram ab eo propter quod conceditur, Bart.in l. conſtitutionibus ad municip.& de incol.& facit tex. in l.argento de auro & argent.leg.Poſterior Aretini ratio eſt, quia diſpenſatio contra ius diuinum eſt
25 odioſa , †& præſumitur conceſſa tantum eatenus, quatenus loquitur l.filius a patre in gloſſ.penul. de lib.& poſth.d.c.at.ſi clerici de iudi.& d.cap.poſtulaſti de conceſsio.pręben. Et quamuis Soci in d.l.2.dicat per legitimationem non fieri diſpenſationem in matrimonio cõtra ius diuinum, quoniam nec ſum. Pontif.poteſt diſpenſare, nec alteri concedere, cap. literas de reſtit.ſpolia.iuncta gloſ.in uerſi. diſpenſare, ſed per legitimationem diſpenſantur iura poſitiua, quæ mandant illegitimum non poſſe ſuccedere,& habere honores,ideo legitimatio non dicitur diſpenſatio contra ius diuinum, & ſic apparet ſecun
26 dam hanc rationem uerſari in æquiuoco,dicit†Bolog.loc.iam relat.ſub nu.153.replicari poſſe, per illam poteſtatem legitimandi,ac legitimationem,implicari legitimationem in illo coitu, quaſi ex permiſſione iuris diuini legitime ſit natus, uel ſaltem offendit ius diuinum, cum impędiatur habere effectum & inducitur illius contemptus contra eius intentionem, & ſic in effectu ſit diſpenſatio contra ius diuinum, unde implicat odium oſtenditque abſtineri debere a tali legitimatione, rurſus ad oſtendendum materiam legitimationis & poteſtatis legitimandi eſſe odioſam,dicitur, quòd per eam inuitantur homines ad delinquendum, nam ſi dicti filij perpetuo remanerent excluſi a ſucceſsione,abſtinerent parentes a procreatione iſtiuſmodi illegitimorum liberorum.d.§.fin.quib.mod nat. efficia.ſui.occaſio au-
27 tem delinquendi eſt odioſa, & quanto magis† iura poſſunt illi occurrunt l. conuenire de pact. dotal. l. non eſt ſingulis de reg.iur.cap. cum dilectus de donatio.c.deteſtanda, & c.nec captanda de conceſsio.
28 prębен.in 6.& ideo†inquit Bolog.loc.iam relat.ſub nu.154.Seneriſs. Regem noſtrum Philippum perraro cõcedere plenas illas facultates legitimandi,quia ſunt odioſę,quamuis in terris eccleſię ſæpiſsime concedantur. Præterea ad oſtendendum odium,adiici-
29 tur quòd iſtiuſmodi poteſtates † legitimandi ac legitimationes non ſunt de ordinaria,ſed de abſoluta principis poteſtate,d.§.fi.in auth.quib.mod.nat.lib. & ideo dicuntur odium continere l. quidam conſulebant ubi Doctor. de re iudic. Caſtren. in l. ex imperfecto,C.de teſtamen.& in l.quanquam, C.de teſtam.m.lit.

Ad hæc perpenditur prænarratæ materiæ odium ineſſe, quia non poteſt concedi, niſi cum dero-
30 gatione † & correctione iurium prohibentium ſpuriorum legitimationem, & omnis correctio legis eſt odioſa l.ſi uero,§.de uitro ſolu.matrim.l.ſanci mus,C.de teſtamen.& l.præcipimus, C.de appellatio.Item quia per tales facultates ac legitimationes
31 præiudicatur Tertio, † qui ſucceſſurus eſſet ab inteſtato,ideo tanquam odioſa debet cenſeri, ac reſtringi.l.2.§.merito & §.ſi quis a principe nequid.in loc publi.Inſuper quia conceſsio iſtius facultatis eſt
32 delegatio † cuiuſdam poteſtatis reſeruatæ principi, ut per Bar.& alios Doctor.in l.Imperium de iuriſd. omni.iudic.in gradibus mixti Imperij,& Bal. in l.ſecunda in ſexta colum.C de ſer fugit.cuius facultatis conceſsio & exercitium ſunt odioſa, capit. gratum ubi Bal.Imol.& Io.Andr.de offi. delegat. Poſtremò
33 quia † licet hæc materia reſpectu filiorum ſit fauorabilis, ut potè qui miſericordia digni ſunt quòd alieno morbo laborent. l. legem, C. de natu. lib. l. ſpurij uerſic. non enim de decur.tamen reſpectu parentum dicitur odioſa quia fauet delictis, corrum-
34 pit mores eorum,& inuitat † ad delinquendum,& inducit præmium,ubi pœnæ locus eſſe deberet. l.fi. C.de rat.liber.l.Gallus,§.primo ubi Bar. & Bald.de lib.& poſth.ergo cùm fiant legitimationes ad petitionem parentum,ſicque eorum intereſſe principaliter in eis uerſetur, odioſæ cenſendæ erunt dicta l. qui exceptionem de condit. indeb. cum ſocijs. & ſic
35 ex prędictis dicunt † recentiores,conuinci materiam hanc eſſe odioſam,& ſuppoſitum Docto. cum Bar. quod ſit fauorabilis non eſſe uera & conſequenter ceſſare aliud ſuppoſitum Bar.quod hic uerſemur in materia beneficiorum principis,quia ex ſupradictis conſtat potius eſſe priuilegium, quàm beneficium, quia derogat legi fit in præiudicium tertij, & indu-
36 cit alia de quibus ſupra ergo &c.Secundo loco † adducitur principaliter pro hac ſententia Bar. & communi per Alex.in d.l.2.quòd ſi legatus, uel is cui cõceſſa fuerit talis facultas,poteſtatem habet legitimã di inceſtuoſos, quod eſt quid maius, ergo cenſendus quoq; erit hãc facultatẽ legitimandi ſpurios & inceſtuoſos, quia caſus mixtus comprehenditur ſub eo ſimplici,quod eſt potentius vel operatur validius in mixto,l.quęritur de ſtat homin.l.repetundarum, § ult.de teſtib.l.legatis ſeruis,§ ſi unus de leg.3.Ad-
37 ditur 3.† quòd in legatis ſemper uenit quod eſt minus l.ſi fundum §.Titio de leg.1.l.apud Iulianum, §. ſcio cum ſimil.ibi cong eſtis de lega.1.l. nummis de legat.3.tradit Dec.in l.in teſtamentis de regu.iur.& tamen in legatis, ſi legata fuerint ſeparatim ſimplicia,ueniunt ea quoque quæ ſunt vnita,l.Titiæ textores in fin.princ.de leg.1.l.ſeruis urbanis,§.fin.de leg. 3.l.non aliter de leg.3. iuncta l.hoc legatum eod.tit. ergo uel a fortiore, uel ex identitate rationis idem
38 quoque dicendum erit in caſu noſtro.Dicit † poſtremo Bolog.in d.l.2.ſub nu.164. poſſe probari iſtam opinionem Bart. concludentiſsima ratione, quamuis Bartol.reſciuerit eam probare, ratio autem eſt, quod in materia mixtorum illa eſt receptiſsima concluſio, quam ſupra ſæpius firmauimus, uidelicet,
39 ut ubi mixtum ſit ex ſimplicibus † non alteratis compoſitum, tunc in quibuſcunque diſpoſitionibus quantumuis odioſiſsimis ſub ſimplicib.cõprehendatur, quia de proprietate ſermonis uenit, quæ in quacunq; diſpoſitione attenditur l. cum lege ubi Aretin.de teſtamen. l.prima,§. quod autem de aleę luſ. & aleato.etiam comprehendendo caſus fauorabiles l.in fraudem in fin.de milit.teſtamen. & l.prima, C.de eden. & l.prima ſolut. matrim. & probatur dicta theorica in dicta l.ſi ita facta de iniuſt.rup. teſta.in l.is qui in puteum,§.hoc interdictum quod ui aut clam.in l.quid ergo,§.ait prætor de ijs.qui no. infam.in d.l. Titiæ textores de leg. primo in dicta l. ſeruis urbanis in fin.iuncta l.non aliter de leg.3.ſed in caſu quæſtionis noſtræ mixum eſt ex ſimplicibus non alteratis, quia non deſinit eſſe uerum adulterium, & uerus inceſtus, nec filij deſinunt eſſe uere adulterini & uere inceſtuoſi. ergo &c. Additque etiam, quòd cum perraro uel nunquam reperia-
40 tur crimen inceſtus † ſolum, ſed ferè ſemper cum adulterio uel ſtupro, ſiue fiat cum uirgine conſanguinea, uel uidua, uel maritata, l. ſi adulterium cum inceſtu, & l.ſtuprum,§.1.ad leg.Iul.de adult. & haſce rationes inquit multo magis locum habere,ſi nos adhereamus illi communi ſententiæ,quam ſuis ſupra per eum impugnatæ, quòd uerſemur in materia fauorabili & in beneficiis principum, quia tunc licet.doctorũ rationes non ſint neceſſariæ,ſunt tamen perſuaſoriæ,inducuntq; iſtius opinionis confirmationem & propterea iſtis potiſsimis rationib. poſt D.Alc.conſtituit regulam affirmatiuam quam poſtea limi.in ſex caſibus a nu.167.uſq; ad nu.173.

41 Contrariam ſententiam † diſputando probauit Ioan. Calderi. cui accedit Ioan. Andr. in additio.ad ſpecul.in tit. qui fil. ſint legit. ſuper rubr. & in dicto capitulo at ſi clerici, §. de adulteciis, de iudic. ubi eandem probant Butr. Imol. & Franciſ. Aret.& alii per plures quos citat Iaſ.ſub numero quarto colum.tertia in dicta l.ſecunda ad fin.d.3. colum. uerſic.contrarium, eandem recipiunt idem Aretin.Socin. & Iaſ.in d.l.2. qui dicit hanc eſſe communem opinionem canoniſtarum, quod affirmat & Abb. in dicto capit.fin.de ſimo.& in dicto §. de adulterijs quamuis ipſe tueatur probetque opinionem Bart. idemque teſtatur Dec.in d.§.de adulteriis.

42 Pro qua † opinione contra Bar.Iaſ.in d.l.2.col.4. poſt prin.dicit duo fortiter urgere, quorum primũ eſt, quia in materia legitimationis, ſeu in facultate legitimandi conceſſa, cui conceditur quod eſt plus debet utique intelligi conceſſum quod eſt minus, c. per uenerabilem qui fil.ſint legit.ſed non e contra l. cui pacto de ſer.expor. & ubi concurrunt duo defectus, maiore eſt opus diſpenſatione, arg.auth. itaq;
43 C.commu.de ſucceſsio.& quando † aliqui caſus ſunt expreſsi,nunquã continetur maior expreſsis c. ſedes de reſcri.cle.non põt de procu.& no.in l.ſed & ſiquis §.quæſitũ ſi quis cautio.preſertim in poteſtate legitimãdi, quę eſt de reſeruatis principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.d.§.fi.in auth.quib.mod. natur. effi. ſui,& talia reſeruata non ueniunt ſub generalitate uerborum cap. conquerente de offic.ordinar.

Secun-

44 Secundo loco† afferur pro hac parte tex. in l. cum passam, §. præscriptione, iuncta l. mariti. §. hoc quin quennium de adulter. vbi habetur quinquennalem præscriptionem tollere accusationem adulterij uel incestus, secundum aliquos, quòd si utrunque crimen coniunctum est, ea præscriptione non tolli, quod non alia ratione uidetur decidi, quàm ea, quòd ubi incestus crimen adulteri cõiunctum sit, ibi grauius sit delictum, & consequenter dispositio facta in casu simplici non trahatur ad mixtum, ergo idem erit dicendum in casu nostro.

45 Tertio adducit Ias. † pro hac opinione Bal. in c. naturales nu. 13. in ult. q. si de feud. fuer. contro. inter dom. in. & agnat. uasal. ubi decidit Comitem Palatinum qui habet facultatem legitimandi certum genus spuriorum, non posse eos legitimare, qui
46 maiore uitio laborant, quia non ita † species prædicatur de pluribus ut genus, l. hæres, §. duæ statuæ de leg. 3. Item quia cum hæc facultas sit de ijs quæ difficilius conceduntur à principe, non debent intel
47 ligi† in tali concessione uenire, secundum Io. Andr. in cap. 1. de fil. presbiter.

Quarto addit auctoritatem Signo. Homod. in consi. 186. in q. vertente inter Durantem, ubi consuluit Comitem Palatinum habentem auctoritatem
48 legitimandi spurios, non† habere facultatem legitimandi spurias, quasi in se contineant quid maius, quàm id quod concessum fuerit ab Imperatore, uel sum. Pont. latius inducendo ut per eundem Ias. col. 4 uersi. pro eadem parte in d. l. 2.

49 Quinto possunt† adduci ea omnia, quæ supra fuere considerata ad ostendendum hanc materiam facultatis legitimandi ac legitimationis esse odiosam, & non fauorabilem quæ etiam prosequitur D. Alc. in d. l. 2. sub nu. 45. cum duobus seq.

50 Sexto dicit† Bologn. in d. l. 2. sub nu. 165. ea ratione præter cæteros posse ostendi, hanc opinionem esse veriorem contra Bar. & reliquos, quia licet iste casus mixtus ex proprietate seruonis possit contineri sub simplicibus, nihilominus ex interpretatione concedentis non uidetur posse contineri, quia casus mixtus diminuit rationem concedendi, & ideo restringitur significatio per text. in d. l. uim passam, §. præscriptione.

51 Septimo quia † inducitur laxior corruptio morum, & homines inuitantur ad delinquendum, quod fieri non debet, arg. d. §. fin. & l. conueniri de pacti. dotal.

52 Octauo quia casus mixtus† maior est, & non uidetur esse concessus l. tutores, & cap. sedes de reseri. & Clem. non potest de procur. cum simil.

53 Nono quia reseruata † principi non conceduntur, nisi exprimantur, per notata in d. l. Imperium de iurisdict. omni. iud. & in cap. quo ad translationem de offic. deleg.

54 Decimo quia † si quis petat a principe se legitimari, & exprimat unum defectum tantum, si habeat duos defectus legitimatio redditur nulla, quia fuit subreptitia petitio, & si expressisset, forsan princeps non concessisset, uel cum maiore difficultate, iuxta nota. in c. super literis cum materia de rescript. ergo etiam in ista concessione potestatis legitimandi præsumendum est principem non concessisse, uel restrictiuè concessisse, ideo nisi per uerba expressa non uidebitur fuisse talis potestas concessa.

SVMMARIVM.

1 *Bar. opinionem in supra relata quæstione tanquam receptiorem esse tenendam.*
2 *In casu propositæ qnæstionis non discerni mixturam specificationis, sed tantum participationis & concursus.*
3 *A separatis ad coniuncta bene argui.*
4 *Spuriorum uocem tanquam genericam omnes spuriorum species comprehendere.*
5 *Speciem mixtam non secus ac simplicem sub suo genere comprehendi.*
6 *Generalem significationem propriam esse.*
7 *Quomodo intelligendum sit, quod facta specialis enunciatione unum sub altero non comprehendatur.*
8 *Spurius licet dari possit qui non sit incestuosus, non tamen datur incestuosus, qui non sit spurius.*
9 *Incestuosus quis sit.*
10 *Quomodo intelligendum sit, quod ei cui conceditur quod plus est, debet intelligi concessum, & id quod est minus. num. 11.*
12 *Materiam legitimationis ex communi doctorum sententia esse fauorabilem.*
13 *Verborum generalitatem, quantum ad translationem tantum operari, quantum specificationem.*
14 *L. Vim passam, §. præscriptione de adulterijs declarari.*
15 *L. Mariti, §. hoc quinquennium de adulte. quomodo sit intelligenda.*
16 *Concessa facultate legitimandi incestuosos, dici concessum esse quod plus est. nu. 23.*
17 *Quibus modis conuellantur rationes, quæ ostendunt materiam legitimationis esse odiosam.*
18 *Spurium & incestuosum simul, ex generali significatione comprehendi sub incestuoso.*
19 *Bal. in c. naturales sub nu. 13. si de feud. fuer controuer. inter domi. & agna. vasal. declarari.*
20 *Incestuosi uocem, tanquam genus, comprehendere etiam incestuosos qui habent admixtam aliam qualitatem.*
21 *In casu Bal. in d. c. naturales propriam uerborum significationem repugnare comprehensioni.*
23 *A separatis ad coniuncta inferri.*
24 *Casus mixti qualitatem non diminuere rationem dispositionis in proposita quæstione.*
25 *Id quod necessariò accedit, uel consequitur, nunquam omissum esse censetur.*
26 *Rationem corruptionis morum in materia legitimationis non considerari filiorum respectu.*
27 *Filij fauorem plus operari debere, quàm patris odium in concursu.*
28 *Casum mixtum in proposita materia non esse potentiorem expresso.*
29 *In supra relata disputatione, principi reseruata non tacite, sed expresse dici esse concessa.*
30 *Non expressio labris quæ in consequentiam ueniat expressæ, non uitiare legitimationem.*

31 *Non expræſſio eius propter quod Princeps de leui non eſſet petita conceſſurus, vitiat reſcriptum tanquam ſubreptitium.*

Quæ ſit auctoris opinio in propoſita quæſtione facultatis conceſſæ Comiti Palatino.

CAP. XXXIIII.

QVid dicemus in tam controuerſa ta ab antiquis patribus quæſtio
1 ne, quæ tot tantiſque ſuffulta eſt utrinque rationib. atque auctoritatibus? Mihi placet opinio† Bar. quæ cõmuni, aut ſal tem magis communi Cęſarei iu ris interpretum conſenſu eſt recepta, ut ſupra oſten dimus, & à qua in praxi non recederetur, ut dicit D. Alc. in d. l. 2. ſub nu. 48. Ratio autem quæ me præter
2 ſupra conſideratas mouet, illa eſt, quia cùm † in caſu quem uerſamus non diſcernatur mixtura ſpecificationis, ſed tantum participationis & concurſus (prout declarat Zaſ. in d. l. 2. ſub nu. 11. cum tribus ſeq. & ſupra abũde tradidimus in præmiſsis factis ad theoricam iſtius materię) neceſſe eſt, ut aut velimus iſtiuſmodi ſimplicium mixtura, unum uti potentius alrero, illud ſuperare, aut concedimus ęqua lan ce ſe habere, priore caſu, qui quantum ad iuris effectus mixtum iudicatur tantum illud ſimplex, quod potentius atque efficacius in mixtura operatur d. l. quæritur de ſtat. homi. cum ſociis ibiq; Bart. & Bal. in 1. lectu. aliique ſcrib. not. quibus multa addit Iaſ. in l. 3. in 1. not. de iuriſd. om. iud. ubi elegans de hoc habetur tex. non erit dubitandum, quin, cum is qui unà ſpurius ſit, & inceſtuoſus, iudicetur tantum ut inceſtuoſus (cum ea qualitas prævaleat uti grauior) ſub facultate legitimandi ſpurios item inceſtuoſos comprehendatur. Poſteriore caſu, quando ęqualiter utrunque ſimplex concurrit in mixto, tunc quoq; ſi
3 let omnis difficultas, quia † a ſeparatis ad coniuncta bene arguitur l. miles, §. decem de re iudic. & ab uni tate ad pluralitatem concludens inuehitur ratiocinatio. l. ſi finita, §. cum autem plures de dam. infect. & optime deſeruit deciſio Bal. in l. ult. C. com. de le. col. 2. ſub nu. 6 Me rurſus in Bar. ſententiam impel-
4 lit, quòd cum uox ſpuriorum † tanquam generica ſpecies omnes ſpuriorum comprehendat, iuxta glo. in d. § fi. in auth. quib. mod. nat. effici. ſui, & ſupra di ximus, uox pariter inceſtuoſorum tanquam ſub alternè generica complectatur omnes inceſtuoſorum ſpecies, ut not. Doctor. in dicto, §. ſi aduerſus inſtitut. de nupt. dicit gloſſ. in authen. de inceſt. & nefar. nupt. in principio & docet Bartol. in l. ſi adulterium cum inceſtu de adulter. qui inceſtuoſus & ſpurius erit, ſub ſuis generibus non ſecus ac ſpecies
5 ſimplex compræhendatur, quia ita ſpecies † mixta ut ſimplex, ſub ſuo genere comprehenditur l. ſecunda, §. doli, ui bonor. rapto. & l. primą iuncta l. Ariſto. in principio de donat.

Quamuis igitur is qui ſpurium atque inceſtuoſum reperit, ratione participationis atque concurſus mixtæ dicatur eſſe ſpeciei, nihilominus ueniet ſub generali alterutrius ſimplicis ſignificatio-
6 ne, † quæ cum propria ſit, ut declarat Aretin. in l. cum lege de teſtam. & probat text. in l. 1. in princ. de ſui. & legit. hæred. cum ſocijs & à materia quantum uis odioſa ac ſtrictè interpretanda nunquam cenſeatur eſſe excluſa, Deci. in conſilio quinto ad fin. cum ſimil. ibi ab eod. citat. faciet ut qui ſpurius atque inceſtuoſus erit, nunquam cenſeatur eſſe excluſus a tali poteſtate legitimandi.

7 Neque mouet ſi dicatur † quòd cùm facta fuerit ſpecialis enuntiatio, non debeat unum ſub altero comprehendi. l. doli clauſula ubi Bar. de uerb. oblig. quia reſpondetur, illud procedere quantum ad hoc, ut unam ex enumeratis, alteram ſimpliciter compre hendat, ita loquitur dicta l. doli, & quod ibi tradit Bartol. ſecus quando agitur, ut comprehendat non ſimpliciter ſed promiſcuè, quia tunc comprehendet per ea quę proxime dicta ſunt, & quæ tradit Bart. ad fi. d. l. doli clauſula per nota. a Cyn. in l. cùm quæſtio. C. de legat. quibus deſeruiunt tradita per Bald. in eadem l cum quæſtio ad fi. & alios doct. ibi dem communiter, iuncta præſertim declaratio. Iaſo. ibidem. Vel poteſt aliter quoque euitari difficultas ut ſupra diximus in princ. iſtius concluſionis adnerſus Bolog. Poſtremo in hanc partem adducor,
8 † quòd licet poſsit dari ſpurius, qui non ſit inceſtuoſus, tamen dari non poteſt inceſtuoſus, qui etiam non ſit ſpurius, quod ſic deducitur. Nam inceſtuo-
9 ſus cum is ſit † qui ſuſceptus eſt ex fornicario coitu affinium uel collateralium. d. §. ſi uduerſus inſtit. de nupt. gloſ. in auth. de inceſt. & nephar. nupt. in prin. ſiue cũ marito, ſiue ſine d. l. ſi adulterium cum inceſtu in princ. de adulter. certum eſt, quòd habet eum patrem, quem habere non licet, & cõſequenter erit ſpurius. l. uulgo concepti de ſtat. homi. & eſt in indiuiduo text. in d. §. ſi aduerſus in primo reſpon. ubi dicitur quantum ad patriam poteſtatem iſtiuſmodi inceſtuoſos eſſe tales quales ſunt ij, qui vulgo fuerint quęſiti, ergo ſemper uerum erit eum qui inceſtuoſus ſit ſpurium quoque eſſe. Cum igitur data ſit facultas legitimandi inceſtuoſos Comiti Palatino uel legato ſuccedit ut illi quoque data eſſe intelligatur poteſtas legitimandi eum qui ſit unà ſpurius & inceſtuoſus, quia diſpoſita in principalibus locũ habent & in ijs quæ acceſſorie ueniunt l. & ſi non ſunt, §. per ueniamus de aur. & arg. legat. cum uulgar. Non faciunt modo negocium ea quæ in contrarium perpenſa ſunt, atq; imprimis illud argumentum, quod
10 cui cõceſſum † eſt quid minus nõ cẽſetur eſſe permiſſum quod maius eſt, quia reſponderi poteſt ut per D. Alciat. in dicta l. ſecunda ſub numero 55. & Lancel. Galiaul. ſub numero 15. reiecta ſolut. Deci. in dicto §. de adulterijs, negarique inſuper poteſt hoc ſuppoſitum, per rationem ultimo loco per Bartol. conſideratam, quia ſcilicet dum conceditur legitimari inceſtuoſos, quod plus eſt, conceditur quoq; legitimari & ſpurios quod minus eſt & quod uenit acceſſoriè ad inceſtum ui delictorum mixturę.

Et ſi

Et ſi dicatur ſpurium non accipi in preſenti quæſtione prout ſequitur ad poſitionem inceſtuoſi, ſed pro adulterino tãtum, Reſponderi poteſt imprimis hoc nihil eſſe quia cùm inceſtus committatur ſemper cum collaterali uel cum affine habente, uel non habente maritum d.l. ſi adulterium cum inceſtu ad leg. Iul. de adult. & ita adulterium, ut ſpurietas, dicatur eſſe acceſſorium inceſtus, cùm inceſtus principaliter conſideretur ergo eodem iure cenſebi
11 tur.l.1.C.depoſth.hær.inſti.cum ſimi.Doct.in rub. de leg.1.deinde & 2. modo reſpõderi põt ex aliis rõnibus pro cõi ut ſupra conſideratis, ex quibus conſe
quẽter† tolluntur duæ illæ rationes, quas confirmationis gratia addiderat Iaſ. quòd ſcilicet hoc pacto tacite cõcederentur maiora expreſsis, contra c.ſedes de reſcript. & l.ſed & ſi quis, §.quæſitum ſiquis cautio. & quod ſub generalitate verborũ concederẽtur reſeruata principi, cõtra c.conquerente de offi.ord. nam prima tollitur ex eo, quia tacite nõ uenit quod ex uerborum ſignificatione proficiſcitur, per ea quę ſupra diximus lib. 1. huius operis, in ſignificatione
12 expreſsi. Itẽ 2a obiectio c.ſedes de reſcr.† ceſſat, ubi uerſamur in materia fauorabili, prout noſtra eſt ex communi doctorum ſentẽtia ſupra relata, quam firmant gloſ. & Doct.in c.fi.de ſimo. Abb.in cap.cum tibi de uerbo.ſignific.ſub nu.3.ubi ſic limitat d.cap. ſedes & doctor.communi conſenſu poſt Bart.in dicta l.ſecunda de uerbor.obligatio. Poſtremo negari poteſt hanc mixturam iſtius caſus continere aliquid maius expreſsis, cum ſit facultas conceſſa legitimandi inceſtuoſum, cuius qualitas non recipit incrementum a ſpurietate cum ſit eius acceſſorium neceſſarium, ut ſupra diximus in 3. ratione. Secundę autem rationi reſpondetur, ſatis dici factam ſpecificationem eius facultatis in conceſsione facta per ſum. Pont. legato, ut per gloſ. in uerſic. ſpecificare in d.c.conquerente, & faciunt quę ſupra diximus lib. 1. in materia eorũ quæ ſpeciali egent expreſsione. Præterea dicitur ob fauorem beneficij principalis poſſe ac oportere latiorem fieri interpretationem, ut per Bart. & alios in d.l.2. Poſtremo reſpondetur ratione diſpoſitionis factæ in utroque ſimplicium, ac præſertim in inceſtuoſo, ex ui & natura illius uerbi, intelligi in ſpecie ac præcisè factam eſſe huius caſus comprehenſionem, inducendo ut fecimus.

13 Nec† inconueniens eſt, ut uerborum generalitas idẽ operetur quod ſpecificatio, quantũ ad trãslationem, cum ad eundem finem proferantur, quia tantum operatur generalis oratio reſpectu generis quãtum ſpecialis reſpectu ſpeciei. l. ſi duo in fi. cum ſimi. ibi in glo. in ver. denegata citatis. de admi. tutor.

14 Non etiam mouet tex. † in l. uim paſſam, §. præſcriptione de adult. quia prẽter reſponſionem quam affert Alex. in d.l.2 col.2. circa medium ſub nu.6. dicitur illum text. nihil obeſſe, eo quia is non negat quominus caſus ille mixtus adulterii cum inceſtu ueniat ſub ſimplicibus, ſed non uult comprehendi ſub uno tantum ſimplicium, ſed ſub utroq;, quia cũ utrunque delictum æqualiter concurrat, attendi pariter utriuſque delicti diſpoſitio debuit, atq; ita non quinquennalis ſed decennalis præſcriptio inſpicienda fuit, ſed hoc nihil facit ad terminos quæſtionis noſtræ quia dum diſputant doctores, an ſpurius & inceſtuoſus ex tali facultate poſsint legitimari, ſupponũt hunc talem debere legitimari ex poteſtate legato, uel Comiti Palatino tributa, ſi æqualiter concurrat utraque macula, quòd ſi yna potentius altera ſe habeat, tunc ſufficiat ſecundum eam, quæ efficatius afficiat, legitimationẽ fieri, per ea qua ſupra di-
15 cta ſunt, & procedit iſta ſolutio, ſuppoſito† quod §. hoc quinquennium l. mariti de adult. procedat tam in inceſtu, quàm in adulterio, vt uidetur uoluiſſe Iaſ. in d.l.2.col.4. dum reprehendit Alex. Si uerò ſuppo neremus illum, §. locum habere ſolum in adulterio, reſponſio Alex. quòd diſpoſitio ibi facta nõ eſſet in utroq; ſimplicium, vera eſſet cũ qua trãſit ibi Iaſ. ſub
16 nu.29. quicquid ibidẽ dicat Iaſ. Ex hactenus† quoq; deductis tollitur auctoritas Signor. de Homod. & maioritas illa rationis per Iaſo. ibi pariter conſiderata inferendo ex illius dictis, quia facta conceſsione facultatis legitimandi inceſtuoſos dicitur conceſſum eſſe quod maius eſt, ut ſupra diximus, unde qđ minus eſt uidetur quoq; eſſe conceſſum, hoc eſt facultas quidem tollendi ſpurietatis qualitatem acceſſorie quidem ſed indiuidue adiectam.

17 Non obſtant etiam† illæ rationes per D. Alci. & Bolognet. conſideratæ ac ſupra relatæ ad oſtendendum facultatem legitimandi eſſe odioſam, & propterea non eſſe faciendam extenſionem, quia reſpondetur dupliciter, imprimis eundem Alciatum in diſcurſu iſtius concluſionis diſtinguere inter parentes & liberos, ut ratione filiorum ſit fauorabilis, reſpectu parentum ſit odioſa, & in hoc capite procedunt eius rationes, unde cum quæſtionis uis uerſetur in perſona filiorum non erit earum rationum conſideratio habenda, præterea ex ſupra deductis demonſtratum eſt, quod etiam ſi materia eſſe odioſa nihilominus deberet poſſe legatus uel Comes Palatinus legitimare hunc promiſcue & ſpurium & inceſtuoſum, cum ſpurius & inceſtuoſus ſimul ex ge-
18 nerali† ſignificatione ſub inceſtuoſo comprehenderetur, dicta l.ſecunda, §.doli ui bonor.rapto. quæ etiam in materia odioſa locum habet, ut per Dec. in dicto conſilio quinto ad finem poſt Aretin. in dicta l cum lege de teſtamen. & Ioan. Calderi. in tit. de affin. & conſangui. conſi. primo in princ. eundem Dec. in conſil. 344. ſub nu. primo ubi late recentiores Pariſienſ. in ſcholiis ad eum, & in capitulo inter cæteras ſub nu.7. de reſcript.

19 Non refragatur quoque† doctor. illa Bal. in c.naturales ſub nu.13. quia pluribus modis reſpondetur, ac primò q̃ Bald. loquitur quando facultas illa legitimandi erat reſtricta ad certam ſpeciem, quæ vt genus complecti non poterat aliam ſpeciem ſpuriorũ maiorem maculam habentium, idq; aperte oſtendit Bal. dum dicit non poſſe ſpeciem per modũ generis ſpecificare, per l. hæres meus, §. duæ ſtatuæ de leg 3. exempli gratia, ſi alicui Comiti Palat. no conceſſa ſit facultas, ut poſsit legitimare ſpurios tantum, adulterinos non poterit legitimare eum, qui ex inceſtu, uel nephario coitu ſit conceptus, quoniam delicti qualitas eſt grauior, ſecus eſt in caſu noſtro, quia

cum inceſtuoſus ſemper annexam habeat adulterinitatem uel ſpurietatem, ut ſic dixerim, prout ſupra probatum fuit, eo ipſo quod conceditur inceſtuoſus legitimari, intelligitur cum qualitatibus accedentibus, quæ non poſſunt eſſe quid maius ſuo principali, l.quod per manus ubi,gloſſ. & Bald.de iur.codicil.cum ſimil.

Secundo loco dicitur, quòd per ea quæ dicta ſunt in ſecunda ratione præter cæteros apparet
20 quòd inceſtuoſus poteſt † inſtar generis habere ſe ad inceſtuoſum qui aliam qualitatem admixtam habet facit quod notat Bald.per illum text.in l.per adoptionem de adoptio.in l.falſa,§. primo de conditio.& demonſtrat. Bart.in l.exceptores. C. de numer. & actuar. libro 12. per illum textum cum ſimil.a D. Alciat.congeſtis in d.l.2.col.2.ad finem & 3.in princip.

21 Tertio reſpondetur in caſu Baldi uerborum † ſignificationem repugnaſſe conceptioni illius caſus, de quo erat controuerſia,in caſu autem noſtro conuenire, eo quia aut iſte duplici macula pollutus facit tertiam ſpeciem mixtam. & tunc ex generali ſignificatione comprænditur cum ſit ſpecies participationis& concurſus, non etiam ſpecificationis, quæ ſignificatio etiam in odioſis & penalibus non reijcitur.dicta l. cùm lege ubi Aretin. de teſta. cum ſimilib.ſupra cit.& ſæpius alibi diximus. Aut uolumus nullam facere ſpeciem, & tunc quia utraque qualitas ſub ſuo ſimplici cõprehenditur & propriè l.in toto ubi Dec. de regu.iur. l. ſi quis cum totum ubi Socin. de exceptio. re.iudica. res non habebit
22 difficultatem uel ſaltem per arg.†a ſeparatis ad conIuncta.dicta l.miles, §. decem de re iudic. & per argumen. à pluralitate ad unitatem. l. ſi finita, §. cùm autem de dam. infect. Poſtremo addi poteſt, illud quod ſe habet in plus in caſu noſtro fuit conceſ-
23 ſum, quia fuit permiſſa facultas † legitimandi inceſtuoſos, ergo inuertenda erit deciſio Bald .in dicto capitulo per uenerabilem qui fil. ſint legit. & l. nec in ea ubi Bart.de adult.

24 Non eſt etiam uerum† quòd qualitas caſus mixti diminuat rationem conceſsionis, quia ut ſupra oſtendimus nunquam poteſt dari caſus legitimationis in inceſtuoſo, quin adſit mixtura fornicarij uel adulterini aut aliàs nefarij coitus, ut ſupra oſtendimus, ergo uerum non erit eam qualitatem inducere diminutionem rationis ipſius conceſsionis, quia
25 id quod neceſſariò accedit, † uel conſequitur, nunquam in diſpoſitione omiſſum eſſe cenſetur l. illud de acquiren.hæredit.§. 1.inſtitut.quibus ex cauſ.manum.non licet, & de hæredib. inſtitu. §. primo l.ſecunda de iuriſdict.omnium iudicum cum ſimilibus & ſupra diximus libro primo in materia expreſſæ ſignificationis.

Non mouet quoque quòd laxior detut facultas
26 corruptionis morum, quia licet † reſpectu parentum ea obiectio poſſet procedere, ratione tamen ipſorum filiorum legitimandorum, quorum principalior cauſa tractatur, & qui alieno laborant uitio alienoque odio prægrauentur l.ultima,C.de natur.liber.& l.ſpurij de decurio.non poteſt ea odij ratio conſiderari,ut ſupra dictum eſt, cum fauore digna ſit filiorum cauſa, l.non debet de reg.iur.c.non debet eod.tit.lib.6.

27 Quinimò cum patris odium † & filij fauor concurrunt,potentius operatur filij fauor patris q̃ odiũ l.ſi quis in ſuo, §. legis, C. de inoffic. teſtamen. & l. mulier in principio ad ſenat.Trebellian.ideoque facere debet ut in caſu noſtro filiorum fauore attendenda ſit ratio,in parentes odium inducens tãquam eliſa potentia fauoris filiorum.

28 Non obſtat etiam quòd caſus † mixtus maior ſit ſimplici expreſſo,quia ex ſupra perpenſis tam in fundamentis pro opinione communi adductis, quàm in ampliationib. obiectionum pro parte contraria adductarum, contrarium uerius eſſe demonſtratum eſt, & ideo non eſt ulterius inſiſtendum.

29 Non obſtat ſimiliter, quòd reſeruata † Principi non conceduntur niſi expreſſum ſit, quia ſupra do-
30 cuimus in caſu expreſſo nos uerſari, minus obeſt † ultima ratio quòd ubi duplici laborat illegitimitatis labe, ſi una tantum expreſſa, petierit a principe legitimari, non ualeat legitimatio ſi facta fuerit, quaſi ſurreptim obtenta ſit, quia reſpondetur id locum habere, quando ita ſe habent illa illegitimitatis vitia,vt unum ad alterius conſequentiam trahi non poſsit, & unum expreſſum ſit, quia tunc omiſſio non expreſsi poteſt facere legitimationem ſurreptitiam & inualidam, cum tale quid ſubticitum
31 fuerit † quod de leui princeps conceſſurus non fuiſſet,ut per Iaſo.in l.prima ſub numero ſecundo, C.ſi contr. ius uel util. public. per text. in capitulo poſtulaſti in uerſiculo de leui, ubi multum notat Abb. de reſcriptis. ſecus eſt in caſu noſtro, in quo utrunque uitium fuit expreſſum, & ſpurietatis,uel adulterinitatis, quod in conſequentiam uel acceſſionem neceſſariam inceſtus uenire conſtat,ut ſupra ſæpius dictum eſt. Firma itaque remanet communis concluſio, ut a legato uel Comite Palatino talem habente poteſtatem, poſsit is qui promiſcuè ſit ſpurius uel adulterinus, & inceſtuoſus legitimari.

SVMMARIVM.

1 *Plerosque putare dicta in præcedenti quæſtione de ſpurio & inceſtuoſo legitimando locum habere, quando conceſſio legitimandi tributa eſſet a principe poſt mortem parentum.*

2 *Sed ex auctoris ſententia nullum conſtituendum eſſe diſcrimen inter prædictos caſus.*

3 *Diſpenſationem eſſe odioſam.*

4 *Comitem Palatinum qui habeat facultatem legitimandi non poſſe diſpenſare.*

5 *Data parietate terminorum non eſſe differentiam an quis habeat facultatem diſpenſandi, vel legitimandi ſpurios & inceſtuoſos.*

6 *Propriam verborum ſignificationem à nulla diſpoſitione cenſeri excluſam.*

7 *Diſpenſatio ſuper priuilegijs trahitur ad acceſſoria.*

8 *Diſpenſatus ſuper pluralitate beneficiorum dicitur eſſe diſpenſatus ſuper reſidentia.*

Vnius

9 *Vnius scilicet tantum beneficij non utriusque.*
10 *Ripam in vulgatis exemplaribus non scripsisse super l. secunda de uerb.oblig.*
11 *Dispensare & legitimare non esse diuersa.*
Et quid sit dispensare. ibidem.
12 *Legitimare quid sit.*
13 *In materia strictè interpretanda, a dispensatione ad legitimationem non argui.*
14 *Facultatem legitimandi certam personam particularem non comprehendere casum mixtum.*
15 *Fely. non scribere in capitulo postulasti de concessio. præbend.*
16 *Legitimandos laborare aliena culpa, dispensandos plerunque propria.*
17 *Legitimationem factam per rescriptum, nihil esse aliud, quàm iuris communis relaxationem.*
18 *Si quis se incestuosum uel spurium dixerit in libello supplici, & alternatiue fuerit concessa facultas legitimandi, qui promiscua labe laborat, poterit nihilominus legitimari.*
19 *Si concessa fuerit facultas legitimandi aliquem, de iure diuino incapacem, an in ea facultate comprehendatur casus mixtus. nu.20.*
Ex Bologneto qui affirmatiue resoluit. nu.19.
20 *Sed auctorem putare quantum ad præsentem institutionem frustraneam esse hanc dubitationem.*
21 *Fornicationem omnem posse dici mœchiam.*
23 *Conclusionem supra firmatam de spurio & incestuoso legitimando, procedere etiam in præiudicium agnatorum. nu.24.*
25 *Causaque etiam non cognita modo sustineatur concessio. num.26.*
27 *Quid si una tantum expressa foret labes.*
28 *Et ex Croto concludi legitimationem in casu promiscuo non valere.*
29 *Quia princeps non ita de facili fuisset legitimationem in promiscuo casu concessurus.*
30 *Baro vel princeps si petat filium legitimari, & non exprimat se Baronem esse uel principem legitimationem vitiari.*
31 *Grauius esse crimen incontinentiæ in homine ecclesiæ, quàm humilioris conditionis.*
32 *Clausulam motus proprij non operari effectum præter intentionem concedentis.*
33 *Hanc tamen disputationem ad materiam propositam non pertinere.*
34 *Actum non operari ultra intentionem agentis.*
35 *Limitationem esse debere de genere regulæ.*
36 *Odij qualitatem uel similitudinem dispensationis non arcere propriam uerborum significationem.*
37 *Non expressio labis per quam princeps non ita de facili esset concessurus legitimationem, facit eam nullam.*
38 *Etiam cum clausula non obstante quacunque illegitimatione.*
39 *Clausula non obstante nihil operatur, quando duo sunt impedimenta, & unum tantum fuit expressum.*

Quomodo intelligenda sit supra firmata conclusio quod possit promiscue spurius & incestuosus legitimari ab habente facultatem in simplicibus.

CAP. XXXV.

DEclarat tamen Bolognet. prænarratam conclusionem ut locum habeat præcipue, quando
1 † concessio legitimandi facta a principe esset tributa post mortem parentum, quia tunc cessaret odium parentum, ut scribit Butri. in dicto capitulo per uenerabilem qui fil. sint legit. sed hanc declarationem uidetur idem Bolognet. paulo supra reprobasse, dum dixit concessionem regulariter post mortem patris non ualere, iuxta notat. in l. Gallus, §. & quid si tantum de liber. &
2 posthum. Ego tamen nullam puto † constituendam esse differentiam inter istos casus, quia siue parentes uiuant, siue mortui sint, principaliter est attendendus filiorum fauor, in quos confertur talis legitimatio, secundum quem iudicanda est ipsa dispositio dicta l. qui exceptionem de condic. indeb. cum sociis, non attento paterno odio, quod consecutiue consideratur, l. si tibi l. si quis nec causam si cert. petat. l. 1. de auctor. tuto. cum simil.

Limitat modo idem Bolognet. sub numero 168.
3 hanc conclusionem † ut locum non habeat, quando princeps daret potestatem dispensandi, quia dispensatio est odiosa, & sapit quid monstruosum, ut notatur in dicto capitulo per uenerabilem & declarat Bald. in l. eam quam colum. 9. C. de fideicom. Paul. de Castr. in l. prima, C. de iur. aur. annul. Corne. consil. 9. colum. fin. in quarto Curt Sen. consilio 16. colum. final. Barbat. consilio 38. libro secundo
4 ideo Comes Palatinus habens † facultatem legitimandi non potest dispensare, quia illud est magis odiosum: Socin. consilio 246. colum. tertia libro secundo Curt sen. consilio 18. Alexand. consilio ultimo libro quinto colum. secunda hocque ualde notandum dicit Ripa ut asserit Bolognet. in dicta l. secunda qui etiam conclusionem hanc confirmat ut per eum.

Sed ut ingenuè fatear quod sentio, non opinor
5 esse ueram † hanc limitationem in primo capite. quia ubi data est facultas dispensandi spurios item incestuosos, ego non uideo cur dispensari quoque non possit a tali facultatem habente, is qui reperiatur esse, & spurius & incestuosus, quia cum mixtura hæc sit ex simplicibus non alteratis, & ex necessario comitantibus eum qui ex incestu conceptus sit (quia non datur incestuosus qui pariter non sit spurius, ut supra abunde probauimus) non est dubium, quòd ex proprietate uerborum expressorum ipsa dispositione comprehendatur, & consequenter in facultate dispensandi concessa, & in quacunq; materia quantumuis odiosa & stricte interpretanda, sub incestuoso is qui incestuosus & spurius sit
6 continebitur, quia propria verb. significatio † nunquã ab huiusmodi dispositionib. excluſa esse cẽsetur

ut ſæpius ſupra diximus & latius lib. 2. in materia propriæ ſignificationis, & rurſus quia diſpenſatio trahitur ad acceſſoria & neceſſario concomitantia ideoq; diſpẽſatus ſuper priuilegiis, uidetur quoque
7 †fuiſſe diſpenſatus ſuper acceſſorijs, ſecundum glo. in c. quia in tantum quam ibi multum notant Abb. de præben. & Butr. in c. cum in cunctis in 6. col. de electio. hinc dixit glo. in c. ſi quis clerico 7. q. 1. quòd
8 ex quo† diſpenſatur aliquis ſuper pluralitate beneficiorum, uidetur quoque diſpenſatus eſſe ſuper reſidentia, quam ſententiam probauit quoque gloſ. in c. non poteſt de prębend. lib. 6. intelligendo tamen
9 ut dicit Cardin. in clemen. 1. de præben. ut non†intelligatur ſuper reſidentia utriuſque, ſed alterutrius tantum, quod placuit & Iaſo. in l. beneficia de conſtit. prin. ſub nu. 45. ergo idem erit dicendum in caſu noſtro reſpectu ſecundi capitis, quo defenditur cum qui eo modo qui ſupra relatus eſt legitimare ualeat, diſpenſare tamen non poſſe, ego cum cæteris
10 a Bologne. relatis tranſeo (tametſi Ripa†ab eo cita. nihil ſcribat ſuper d. l. 2. in codice qui penes me eſt)
11 Ratio autem eſt quia diſpenſare†& legitimare ſunt diuerſa, nam diſpenſare eſt aliquid de iuris communis conſtitutione relaxare, unde ſum. Pontif. diſpenſationes ſunt relaxationes, c. de multa in fin. de præben. de quibus multa ſcribit Rebuff. in concor. in forma mandat. in gloſ. in uerſi. diſpenſationem & in praxi beneficiaria in 2. parte in tit. de diſpenſatio. in princip.

12 Legitimare uerò † eſt facere legitimum abſoluendo maculam ſpurietatis, & reducendo legitimatum ad iura legitimę natiuitatis, ut in auth. qui modo nat. effi. ſui per tot. & in cap. per uenerabilem qui fil. ſint legitimi, & ideo in materia ſtrictè interpretan-
13 da†qualis eſt diſpenſatio, l. ex facto ubi Doct. omnes de uulg. & pupil. cano. in c. 1. de fil. presbit. lib. 6. & in c. quod dilectio. de conſang. & affini. cum ſimi. non debebit ab uno caſu ad alterum inferri. l. ſi uero, §. de uiro ſolut. matr. auth. quas actiones, C. de ſacroſan. eccleſ. cum ſociis.

Limitat 2. loco eandem concluſio. Bologne. poſt
14 alios a ſe citatos, quando conceſſa†eſſet facultas legitimandi certam perſonam particularem quia tũc ſtricte interpretatur, prout fit in legitimatione principis, arg. c. ſi cui nulla de præben. in 6. & per Abba. & Fely. in d. c. fin. de ſimo. & Felyn. in c. poſtulaſti de
15 conceſſ. præben. (quamuis apud me Fely.†non ſcribat neque in illud caput neque in illum tit.) forte uoluit citare Fely. in cap poſtulaſti de reſcript. ubi à nu. 9. cum pluribus ſequentibus tractat materiam diſpenſationis, & hanc quoq; opinionem probat Abb. in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs de iudi. & Crot. in d. §. & quid ſi tantum ſub nu. 88. de lib. & poſth. ſed eſt aduertendum quia Fely. & Abb. loquuntur in dispenſatione & non in legitimatione, quæ non habet
16 terminos pares,† cùm legitimandi ſemper laborent aliena culpa, diſpenſandi plerunque propria, ut ſupra diximus, niſi loquamur de legitimatione facta
17 per reſcriptum, quæ cum ſit nihil aliud † quàm iuris communis relaxatio, eiſdem paſsibus uidetur ambulare cum diſpenſatione, ut dicit Apoſtil. ad Alex. in conſi. 166. lib. 2. in ſurreptionis tamen materia nihilominus propter rationem ſupra conſideratam aliquod uidetur ineſſe diſcrimen inter hoſce duos terminos, & quando agitur de faciendo tranſitu a perſona nominata ad alteram, & non quando agitur de facienda eiuſdem perſonæ compræhenſione reſpectu diuerſarum qualitatum, quæ ſe inceſtuoſam uel ſpuriam in ſupplici libello dixiſſet, † nã
18 iſto caſu quamuis legitimatio ſolam expectet executionem, nihilominus cum qualitas inceſtuoſitatis proprie compræhendat & qualitatem ſpurietatis uel adulterinitatis, debebit per talem legitimationem is qui promiſcua labe laborat, poſſe legitimari.

Limitat tertio loco idem Bologne. prædictam
19 concluſionem, quando † princeps concederet ut poſſet legitimari ad ſucceſsionem aliquis incapax de iure diuino, per c. niſi pridem circa medium de renuntia. in c. per uenerabilem in fin. & ita ait tenere Areti. & ſequi. D. Alci. in d. l. 2. de uerb. oblig. Sed ip-
20 ſe putat†hanc limitationem eſſe ueram ſi conceſsiſſet princeps ſolam facultatem legitimandi naturales, ſed ſi tribuit poteſtatem legitimandi adulterinos & inceſtuoſos, iam incœpit concedere contra ius diuinum, ergo etiam caſus iſte mixtus poterit
21 contineri. Verum ego † puto dictam limitationem *non ſolum in caſu Bologne. non eſſe ueram, ſed ſimpliciter non eſſe ueram*, quia cum omnis fornicatio à iure diuino ſit prohibita, ut in decalogo, non mæ-
22 chaberis, quia fornicatio † omnis poteſt dici mæchia, cap. omnis mæchia 33. diſtinct. & ſacra prohibet pagina, ne fornicarijs permiſceamur, Corinth. 1. cap. 5. & cap. multi 2. q. 1. & in cap. cum ergo & c. ad menſam 11. q. 3. cum ſimil. ſuccederet ut nunquam prędictę communi Doct. ſententiæ locus eſſe poſſet, quod nullo pacto eſt dicendum, ne inanem communem concluſionem ſic limitando conſtitueremus, contra iura uulgaria.

23 Quarto loco limitat memoratã concluſ. † quando tractatur dę pręiudicio alicuius agnati, quia talis conceſsio uideretur eſſe odioſa ſecundum Caſtr. Cu. Areti. & alios recentiores in d. l. 2. de uerbo. obligat.
24 Sed ego non†uideo, quomodo poſsit huic limitationi eſſe locus, cum caſus iſte mixtus ex propria uerborum ſignificatione contineatur ſub diſpoſitione, ut ſupra ſæpius dictum eſt, quæ propria uerborum ſignificatio locum habet in quacunque quantumuis odioſa materia, d. l. cum lege de teſta. & per Dec. in d. conſi. 5. ad fin. cum ſimilib.

25 Limitat inſuper quinto loco, † quando princeps conceſsiſſet talem facultatem legitimandi cauſa non cognita, & non obſtante uitio ſubreptionis, & obreptionis, nam tunc, cùm talis conceſsio odioſa eſſet ac irrationabilis, & omnino reſtringenda, per text. in capit. per uenerabilem in uerſic. diuerſis cauſis inſpectis caſus mixtus non comprædiuerſis cauſis inſpectis caſus mixtus non comprædenderetur. Quinimo inquit multos ſolennes Doctores dixiſſe, quòd talis conceſsio non ualet, & rectores dixiſſe, quòd talis conceſsio non ualet, & reſcriptum præſumatur ſubreptitium tanquam deuians a communi ſtylo, ut notat. in capitu. quàm graui de crimi. falſ. & Bald. in prœm. feud. cum ſimilibus.

Ego

26 Ego tamen † quantum ad hanc limitationem attinet, ubi ſuſtineatur conceſsio facta a principe, opinor illiſmet rationibus quibus ſupra defendimus caſum mixtum ſub ſimplicibus comprehendi in alijs caſibus ſupra relatis, defendendum quoque eſſe contineri in caſu iſtius limitationis, quia a verborum proprietate propter quam caſus iſte mixtus ſub diſpoſitione conceſsionis concipitur, non ſolet ubi actus ualeat recedi, l. non aliter de legatis 3. l. Labeo de ſupell. leg. & l. i. §. ſi is qui nauem de exercit. actio. nec penes me habet hoc difficultatem, quam uis conceſsio ſit odioſa, & quandam ſapiat irrationabilitatem, arg. l. proſpexit qui & a quib. manu. lib. non fiant, unde apparet memoratas limitationes potius eſſe conuertendas in ampliationes per conſiderationes ſupra factas.

Limitat ſexto loco Io. Crot. ſupra firmatam Bar. concluſionem in dicta l Gallus §. & quid ſi tantum
27 ſub num. 87. de lib & poſthum. † quando legitimatus fuiſſet aliquis qui foret adulterinus & inceſtuoſus, & expreſſa fuiſſet ſolum labes inceſtus, quia talis legitimatio tanquam ſubreptitia uitiaretur, cum legitimatio tanquam ſubreptitia uitiaretur, cum legitimatio prout eius exercitiũ conſideratur ſit odioſa, ideo concepta in caſu ſimplici non extenderetur ad caſum mixtum, verbi gratia, ſi princeps aliquem
28 legitimaret † & diceret non obſtante quòd ſit inceſtuoſus, nam ſi talis legitimatus fuerit adulterinus & inceſtuoſus uitiabitur legitimatio ſecundum Oldra. in conſi. 204. factum tale eſt, Bal. in l eam quam col. 7. C. de fideicom. Alex. in conſi 62. aſſumam in conſultatione, lib. 1. Et rationem dicit eſſe quia
29 † princeps non ita de facili legitimaſſet ſi utriuſq; labis notitiam habuiſſet dicta l. vim paſſam §. præſcriptione de adulter. ideo tanquam ſubreptitia uitiatur legitimatio cap. poſtulaſti de reſcript. & in capit. primo, & ſecundo, de filiis presbiter. lib. 6. Adque in huius ſententiæ confirmationem illud ſimile Quod ſi comes aliquis uel Baro petat a Principe
30 † filium legitimari, & non expreſſerit quòd ſit comes uel Baro, uitiabitur legitimatio, ob hanc taciturnitatem quia grauius reputatur crimen incontinentiæ in homine excelſo, quã in illo qui eſt infimæ
31 † conditionis. cap homo Chriſtianus 40. diſtinct. l. presbiter, C. de epiſ. & cler. idque procedere uult ẽt
32 ſi apposita fuiſſet clauſula motus † proprii quia illa non operatur effectum præter intentionem concedentis Abb. in cap. ad aures de reſcript. & in c. quia circa de conſang. & affinit. cum ſimil.

33 Sed hanc † limitationem quamuis ego putem eſſe ueram accommuniter receptam in ſuis terminis prout ego paulo infra demonſtrabo, nihilominus quantum ad controuerſiam noſtram, non videtur hæc limitatio eſſe applicabilis quia diſputatio eſt, An ubi legatus uel Comes Palatinus habẽs facultatem legitimandi ſpurios item inceſtuoſos, uoluerit ſciens legitimare eum qui fuerit unà ſpurius uel adulterinus & inceſtuoſus, iſta autem limitatio loquitur, quando ſurrepta fuit legitimatio a principe, non expreſſo uero negocij ſtatu, quo caſu cum ab eo uitio quod expreſſum non fuit, abſit principis conſenſus, l. ſi per errorem de iuriſd. omn. iud. nõ poteſt legitimatio principis, nec legati, uel Comitis Palatini operari ultra eius intentionem, quia actus
34 non operatur ultra intentionem † agentis, l. non omnis ſi cert. pet. & l. obligationum ſubſtantia in fin. de actio. & oblig. unde cum limitatio non ſit de genere eius concluſionis, quam tractamus, non erit ad rem
35 quia limitatio † eſſe debet de genere regulæ, iuxta tradita per Dyn. in præfatione ad reg. ſexti ad fin. Bar. in l. in his de legi. & Dec. in l. 1. de regu. iur. ſub num. 21. & 22. Cæterum ſi ſupponamus terminos quæſtionis noſtræ, verbi gratia, quia expoſitum fuerit Principi, uel legato de latere, uel Comiti Palatino, filium legitimandum eſſe adulterinum & inceſtuoſum, & princeps uel legatus aut Comes eum legitimauerit, non obſtante quòd ſit inceſtuoſus, ad huc legitimatio procederet, quia ſub uoce inceſtuoſi utrumque uitium contineretur, ut late ſupra oſten
36 dimus, nec obſtaret † qualitas odij, uel ſimilitudo diſpenſationis, quia iſta non arcent proprietatẽ ſermonis, ſub qua comprehenderetur, & in inceſtu ad ulterij uitium d. §. ſi aduerſus inſtitutio. de nupt. & in auth. de inceſt. & nefar. nupt. in prin.

Quòd autem in ſuo genere limitatio hæc ſit uera, oſtenditur illa ratione, quia cum legitimatio quę fit per reſcriptum ſit mera gratia, & relaxatio iuris communis, quælibet qualitas vel aliud tacitũ, quo
37 expreſſo non ita facile † Princeps petitam legitimationem eſſet conceſſurus, reddit illam nullam, ipſo iure, ut uoluit Alber. in rubr. C. de natur. liber. Bal. in d. l. eam quam C. de fideicom. Franc. in c. 1. ſuper gl. 2. de fil. presbiter. lib 6. Alex. in conſi. 195. per totum lib. 2. & in conſi. 129. lib. 2. Abb. in cap. per venerabilem col. 7. qui fil. ſint leg. Fely. in d. cap. poſtulaſti. col. 3. de reſcript. cum ſimil. longè latèq; adductis per Recen Pariſ. ad d. conſi. Alex. cõſ. 195. idem
38 que eſſet † quando dictum foret non obſtante qualitunq; illegitimatione, ut uoluit Bal. in dicta l. eam quam col. 7. C. de fideicom. cuius opinionem dicit eſſe ueriorem Crot. in d. §. & quid ſi tantum ſub nume. 88. quia clauſula non obſtante, nihil operatur
39 † ubi duo ſunt impedimenta, & unum tantum expreſſum eſt, ſecundum Bal. in l. 1. C. de fur col. 9. & dicit Crot. ſe late tractaſſe in cap. primo, de conſt. li. 6. Alex. in conſi. 62. in 2. uol. Fely. in c. nonnulli de reſcript. col. 24. verſic. quinta concluſio Dec. in conſil. 10. ad fin. Pariſi. in conſilio primo, ſub numero 95. ibique ſub nu. 90. & 91. concludit non trahi ad ignorata, & ultra narrata.

SVMMARIVM.

1 *An actus qui non ualet in ſui forma ſuſtineatur per interpretationem extenſiuam in alia forma, & quid ſentiat ea in re Bar. nu. 2.*

3 *Et quando accedit iuramentum.*

4 *Quam varia uſi fuerint methodo Doctor. in explicanda Bar. theorica in ea materia, an actus, qui non ualet, ut agitur &c.*

Et quam aliàs ſecutus fuerit auctor. num. 6.

5 *Hieronymus Torniellus laudatur.*

Docto-

7 *Doctores maiorem confusionem induxisse quanto maiorem diligentiam adhibuerunt in explicanda hac materia.*

8 *Quomodo putet auctor distinguendum esse ea in materia, an actus qui non ualet ut agitur &c.*

9 *Reijci differentias a Bar. consideratas in eius distinctione & ab alijs.*

10 *Actus qui non ualet ut agitur, quando apparet de uoluntate disponentis seruari semper omni meliore modo quo fieri posset.*
In omni genere disponentium. num. 5.

11 *Omnem actum operari secundum intentionem agentium.*

12 *Solere semper inspici quod actum est.*

13 *In claris cessare omnem coniecturam.*

14 *In dependentibus ab animo uoluntatem totum facere.*

16 *Nisi uoluntas esset ut ualeret in ea forma, in qua reperiretur inualidus. num. 17.*

18 *Formam a iure introductam non esse in facultate priuati demere uel alterare.*

19 *Et qui contra nititur incidere in reg. multum interest, C. si quis alte. uel sib.*

20 *Dispositio pugnantia continens ualere non potest.*

21 *Cap. 1. de postul. prælato inductio.*

22 *Clausula omni meliore modo &c. quando est adiecta ad hoc, ut actus sustineatur in alia forma, quàm in ea in qua inualide gestus est suum effectum operatur.*

23 *Quia tunc lex non resistit.*

24 *Sicque procedere quod dicitur de clausula codicillari.*

25 *Et quod scribit Bal. in l. quoties, C. de re. uendic. de clausula omni meliore modo, quæ facit ualere filio relictum alio iure quam institutionis, & sustineri testamentum in quo filius sit præteritus, ac processum iudicis delegati, qui processit vt ordinarius. nume. 26. & 27.*

28 *Actus qui non ualet ut agitur, non ualere etiam alio modo quando apparet de intentione disponentium, nolentium alio modo ualere, quam eo qui agitur.*

29 *Bar. & alios in l. quoties §. si duo de acquir. hæred. declarari.*
Institutionem factam in re certa quandoque trahi ad uniuersum, ibid.

30 *L. obligationum substantia in fin. de actio. & oblig. quomodo sit intelligenda.*

31 *Protestatio quando adiecta tollit actum, non sustineri alio meliore modo.*

32 *Et quando protestatio tendit ad tollendum vnum ex substantialibus actus.*

33 *Actus qui non ualet ut agitur, in dubio intelligitur ualere omni meliore modo.*

34 *Actum frustraneum, non præsumitur quis velle facere.*

35 *Acceptilatio in dubio intelligitur valere in vim pacti.*

36 *Seruitus uiæ, quæ ut uia sustineri non potest, sustineri ut iter.*

37 *L. Diuus de usu & habit. quomodo intelligenda.*

38 *L. si stipuler §. fin. de verborum obligatio. cum socijs declaratur.*

39 *L. Multum interest de verborum obligatio. vt excipienda sit.*

40 *L. 1. §. item ex fundo de hæred. instituit. cum socijs, ut sit exaudienda.*

41 *Bal. in Rub. C. de constit. pecun. declaratur.*

42 *Iura omnia citata a Torniello, in 4. conclusionibus primæ regul. affirmatiuæ quomodo sint intelligenda.*

43 *Actus qui non ualet ut agitur, non ualet etiam alio meliore modo, quando incerti sumus quid agere uoluerint disponentes.*

44 *Tex. in cap. 1. §. sub ea forma de postul. prelato. lib. 6. intellectus.*

45 *Priuilegiaria concessiones & collationes uitiari propter incertitudinem.*

46 *Actum qui non ualet ut agitur, non ualere quoque alio modo, quando incerti sumus quid agere uoluerint contrahentes, etiamsi incerti sumus quid agere potuerint.*

47 *Clausula omni meliore modo nihil operari, ubi non apparet quid disponentes gerere uoluerint.*

48 *Si tamen incertitudo sit in substantia actus.*

49 *Si testator hæredem instituat sub infrascriptis conditionibus, etiamsi eas non adijcerit, nihilominus valet institutio.*

50 *Incertitudinem vitiare in iudicialibus, si pars opponat.*

51 *Incertitudinem non vitiare, quando ex aliqua iuris parte declarationem recipere potest.*

52 *Actus ualet omni meliore modo, quando apparet ex coniecturis disponentis uoluisse sustinere actum omni meliore modo.*

53 *Tacitam voluntatem quæ ex coniecturis sumetur idem operari ac expressam.*
Etiam si sequatur annullatio actus, ibi.

54 *Legis coniecturas liquidissimas esse probationes.*

55 *Plures esse coniecturas quibus arguitur disponentem uoluisse facere actum illo modo quo potuit, vt cum ex adiectis apparet de uoluntate disponentis.*

56 *Ardor liciti amoris operatur vim clausulæ codicillaris.*

57 *Idemque esse si agatur de fauore militiæ uel piæ causæ, aut libertatis.*

58 *L. si seruus legatus §. si seruus alienus de leg. 1. cum similib. declaratio.*

59 *Iuramenti coniecturam operari effectum clausulæ omni meliore modo.*

60 *Demonstratio a disponentibus facta quæ actui, qui geri potuit conueniat licet expresso non conueniat, inducere coniecturam clausulæ omni meliore modo.*

61 *Attendi magis quod actum, quàm quod nominatum fuerit.*

62 *Coniecturam quæ sumitur ex operationibus fortiorem esse illa quæ sumitur ex uerbis.*

63 *Presumi potius pro ualiditate, quàm pro nullitate actus.*

64 *Quomodo sit intelligendum quod dictum est ex coniecturis induci coniecturam clausulæ, omni meliore modo.*

65 *Clauus, vt clauum trudit, sic una præsumptio tollit aliam.*

66 *Actus qui non valet, ut geritur, non valet etiam ut geri potuit, quando coniecturæ sunt in contrarium.*

67 *L. Non codicillum, C. de testam. cum simil. quomodo procedat.*

Quæ

68 *Quæ ſint coniecturæ contrà ualiditatem actus.*
69 *Quæ ſint uerba ex quibus uidentur partes ſe reſtrinxiſſe ad actum qui geſtus eſt.*
70 *Bolognetum ea in re a cæteris diſſentire.*
71 *Sed Auctorem omnes conciliare.*
72 *Differentiam uerbalem non attendi.*
73 *Modum non attendi ubi effectus identitas reſurgit.*
74 *Coniecturæ quando ſunt pares, ſemper fieri interpretationem inualiditatem actus.*
75 *Mediam uiam in conflictu rationum deligendam eſſe.*
76 *Mediocritatem amplectendam eſſe, quando per illam actus principalis ſuſtinetur.*

Quæ interpretatio facienda ſit ut ſuſtineantur humani actus in forma diuerſa ab ea in qua facti ſunt.

CAP. XXXVI.



1 VNc expoſtulat res ut ad tertiam illam partem ſupra propoſitæ diſtinctionis huius noui libri progrediamur, in qua tractãdũ eſt de interpretatione facienda. per quam ſuſtineantur humani actus in alia forma, diuerſa ab ea in qua actus geſtus eſt. Qua in difficultate Bart. in dicta l prima, §. ſi quis ita, hunc in modum negocium abſoluit. † Aut conſtat diſponentem ualere uoluiſſe eo modo quo poteſt, & ualet, vt ſupra de iure codicil. l. prima, & l. fin. C. de codicil. & in gl. d. §. ſi quis ita. Aut non apparet & tunc, aut inter id qđ agitur, & id quod agi poteſt ſolum differentia eſt in commodo, & non in conſtituendi modo. Aut eſt differentia in conſtituendi modo.

2

Primo caſu, ualet ut ualere poteſt, ut l. ſi tam anguſti de ſeruitu. ruſti. prædio. Si uerò differentia eſt in modo conſtituẽdi, tunc aut ſumus in ijs quę pendent à uoluntate unius, & tunc aut loquimur in diſpoſitione totali, & non ualet ut ualere poteſt, l. nõ codicillum, C. de teſtam. Aut de parte illius, & ualet l. filius, §. ut quis hæredem de leg primo, & l. uerbis ciuilibus de uulg & pupill. & l. Scæuola ad Senat. Trebellia Aut in ijs qui dependent a uoluntate duorum & tũc aut tractatur de obligatione cõtrahẽda, & ſi non ualet vt agitur nõ ualet ut ualere põt, ut in d. l. j. §. ſi quis ita de uerbo. oblig. & l. 1 §. eum qui de conſtit. pecun. ſi de obligatione diſſoluenda agatur, tunc aut eſt defectus in forma, & ſi non ualet ut agitur, non ualet, etiam, ut ualere poteſt, l. an inutilis de acceptil. ſecundũ unã lect. Aut eſt defectus in materia, & ualet ut ualere poteſt, dicta l. an inutilis ſecundum aliam lecturam, & l. ſi quis acceptum eo. tit. de acceptilatio. (ſed puto l ſi acceptolatum eod. tit. uoluiſſe inducere, quia l. ſi quis non habetur eo. in tit) quam legem ſi acceptolatum citat idem Bar. in dicta l. an inutilis in princ. & l. ſi unus §. acceptilatio. de pact Aut defectus eſt in cauſa efficienti, hoc eſt in perſona, & tunc idem, quia ualet ut ualere poteſt, arg. eius quod notatur in l. inuitum, (ſed puto eſſe l. multum intereſt) de verb. obligatio. & de procurat. l. quacunque ratione, & ſe dixiſſe ait in dicta l. an inutilis. Hactenus Bar. qui ſucceſſiuè cõcludit

3 † quòd ubi ſuper tali ſtipulatione fuerit iuratum, videntur partes dicere, ut actus ualeat omni meliori modo quo ualere poteſt, ut l. cum pactum § ſi filius de leg. 2. ubi notandus eſt tex. Ex qua Bart. theorica

4 Doctor. in dicto §. ſi quis ita, † uarias colligunt concluſiones, de quarum ueritate diſputant, ijſque poſtea firmatis, uarijs modis extendunt ac reſtringunt & præſertim Ioan. Crotus, Bal. Nouell. Hier. Butri. Iacob. Niger. Lancelo. Galiaul. D. Alcia. (qui aliter poſtea hanc materiam explicat lib. 3. de uerb. ſigni. ſub num. 32 uerſiculo. Nunc iſtam principalem)

5 † Hier. Torniel. compater & collega meus ueneran dæ memoriæ, qui pro more ſubtilius atque acutius cęteris hanc materiam diſcutit, Paul. Lẽoni. Recentio. Bononien. ut plurimum ſequendo ordinem ca

6 ſuum a Bar. propoſitorum, quo loci † & nos quoq; poſt cæteros ſequendo ueſtigia Bar. & aliorum nouem concluſionibus omnem hanc materiam complexi fuimus, paſſim diſputando de ueritate ſinguli cuiuſque caſus a Bar. propoſiti, conferendoque cum Bar. reſolutionibus, obiectiones factas per Doctor. amoliendoque aut confirmando obices, prout uel recipienda, uel confutanda mihi eſſe uidebatur Bar. ſententia. Nunc autem quia animaduerto, eam methodum rem nimis in prolixum trahere, & ex ea plerunque ſuccedere quod dixit Bologn. in d. §. ſi quis ita ſub num. 172. Quòd quanto maiorem

7 adhibuerunt diligentiam Doctor. tanto maiorem confuſionem inducere uideantur, ob magnam prælongamque earum concluſionum molem atque iliada.

8 Ego in hac † materia, an actus qui non ualet ut agitur interpretãdus ſit, vt ualeat omni meliore modo quo ualere poteſt, putarem aliter quàm Bar. & Doctor faciunt qui ſeptem caſus conſiderant, ut ſupra vidimus, & in dicto §. ſi quis ita, excuſſimus, dicendum eſſe. Duoſq; principales primùm eſſe caſus diſtinguendos, quorum alter eſt, quando ſumus in claris de uoluntate diſponẽtis uel diſponentium alter eſt quando ſumus in dubio.

Primus caſus duos alios complectitur, primum quando certi ſumus diſponentem uel diſponentes, voluiſſe actũ non ſolũ eo modo quo geritur ualere, ſed & omni meliore modo quo ſuſtineri poteſt. Alterum quando perſpicuum eſt, diſponentes noluiſſe actum ſuſtineri, niſi ualeret eo modo quo geſtus eſſet.

Secundus quoque caſus principalis quinque alios comprehendit.

Primum quando res ita in ambiguo uerſatur, ut incerti ſimus, tam de actu quem principaliter gerere uoluerint contrahentes, quàm de eo an uoluerint omni meliore modo ualere.

Secundum, quando incerti ſumus de eo actu tantum quem principaliter gerere uoluerunt, non etiam de eo quo meliore modo ſuſtineretur.

Tertium quando plures eſſent coniecturæ quibus

bus argueretur actum quem disponentes gessissent uelle ualere omni meliore modo.

Quartum quando plures essent coniecturæ uel efficatiores, quibus ostenderetur disponentes uoluisse actum ualere nisi eo modo quo gestus esset.

Quintum quando coniecturæ essent pares. Neque hic ego † distinguo inter actus dependentes a
9 uoluntate unius uel plurium. Neque inter ultimas uoluntates & contractus ac iudicia. Neque in ter modum constituendi,& solum commodum vel utilitatem. Neque inter totalem ac particularem dispositionem,Neque inter defectum causæ formalis,materialis ac efficientis,prout facit supra relatus Bar.quia in hac materia ego suppono omnes istos terminos pares in omnibus casibus supradictæ distinctionis,sed affirmatiuè, uel negatiuè concludendum esse,secundum regulas dictorum casuum.

Quantum igitur ad primum principalem casum,quando sumus in claris, tunc constituenda est
10 regula affirmatiua, quòd actus qui non ualet † ut agitur ualet omni meliore modo quo ualere potest siue apposita fuerit clausula cũ nũcupatione actuũ in quorum iura uoluerint ualere disponentes actũ qui gereretur,ut in l.1.supra de iure codicil.siue apposita fuerit generaliter sine aliqua specificatione, ut per Ias. in §. omnium sub nu.150. de actio. & latius dictum fuit a nobis in d. §. si quis ita in prima
11 concl. theori. Bart.& ratio est,quia omnis † actus operatur secundum intentionem agentium. l. non omnis si cert.petat. l.obligationum substantia in fi.
12 de actio.& oblig.cum simil. solet enim † semper inspici quod actum est, l.non aliter de leg.3.l.si seruus § ult.de legatis primo,l.cum de lanionis.§.asinã de fund.instruct.l.quoties hoc titu. & l.quoties de reg.iur.l.prima,§.si conueniat depos. l.contractus
13 infra de regulis iur. & ubi sumus in claris † cessat omnis hæsitatio.l continuus,§.cum ita de uerb.obligat.l.ille aut ille,§.primo,de leg.3.Craue.in consi. 11.sub num.6.cum igitur omnis hæc materia uersetur in animo.& uoluntate agentium,nimirum si voluerint actum omni meliore modo ualere sustinea-
14 tur, quia in dependentibus ab animo † uoluntas totum facit.l.ex facto §.rerum de hæred. institu. l.in conditionibus de condit.& demonstr.cum simil. &
15 hæc regula generaliter procedit, † siue in ultimis uoluntatibus,ut in dicta l.1.de iur. codicil.& in l.fi. C.eod.tit.siue in contractibus,vt communiter intelligunt doctor.tex.in d.§.si quis ita ac l.prima.§.eum de constit.pecun.quando dictum fuit, & si non ualebit ut stipulatio,ualeat omni meliore modo &c. Rip.in d.§.si quis ita sub numero 25. post Soc.consi.66.colum.secunda,libro 3.& Dec.in consilio 14. Torniel.ibidem ante num.4.Bologne. sub numero 124. Siue in iudicijs ut per Ias.in dicto §. omnium & Maran.de ordin.iudi.par.6.versicu.tertium membrum colum.4.sub num.10.ac Doctor. in cap. examinata de iudi.& in quacunque alia dispositione ut per Doct.in loc.supra cita.

16 Respectu primi articuli supradicti primi † & principalis casus,quando scilicet apparet disponentem uoluisse ualere actum omni meliore modo &c. est animaduertendum,quia aut uolumus illam expressionem uoluntatis,& adiectionem clausulæ, omni meliore modo esse factam ad hunc finẽ, ut actus ille qui geritur,eo modo quo geritur informis, & imperfectus sustineatur,vt formatus & perfectus in eodem genere dispositionis, & tunc constituenda est
17 † regula negatiua,quòd actus qui non ualet ut agitur non potest etiam alio modo ualere, ut agi pot, ratio est duplex,Tum scilicet,quia clausula illa nõ applicatur ad id quod non est in potestate disponẽtis,quia non est in facultate cuiusquam priuati de-
18 mere,uel alterare formam † actus a iure inductam & facere ut actus illẽ sine forma ualeat,ut actus formatus,l.tertia, de testam. l.testandi. C.eod.tit.lius publicum de pact.l.nemo potest de leg.1.l.non dubium,C.de legi.cum simil.& ad illud quod esset in facultate disponentis ut alio modo ualeret, qui ge-
19 ri potuit non refertur,unde † succedit regula l.multum interest C.si quis alt.uel sib.& cap.cum super Abbatia de offic.deleg.

Tum etiam quia clausula illa ad dispositionem, uel actum qui gestus esset relata,implicaret pugnãtia,scilicet ut actus tanquam informis & imperfectus eo modo quo geritur non ualeret,& tanquam formatus & perfectus ob clausulam adiectam vale-
20 ret quapropter ut † dispositio pugnantia continens ualere non potest, l.1. C.de furt. l.ubi repugnantia de reg.iur.& l.scripturæ ubi Bald.de fid.instrumen.
21 Et sic potest intelligi tex. † in capitulo primo, de postul.prælato.lib.6.ubi clausula omni meliore modo,non potest operari ualiditatem electionis ut electionis, neque postulationis ut postulationis,cum neutrius actus forma fuerit adhibita in certificando actu, ut declarauimus in d.§.si quis ita in prima conclusione primi casus Bar.

22 Aut uolumus † clausulam illam omni meliore modo &c. esse adiectam ad hunc finẽ, ut actus qui non ualet ut geritur, sustineatur in diuersa dispositione,cui requisita per partes seruata applicari possint, & tunc constituenda est regula affirmatiua, ℣ actus, qui ut agitur non ualet, omni alio meliore modo ualeat,quo ualere potest, quia cum agatur de eo quod pendet a uoluntate disponentium,& cui
23 lex non resistit,debebit seruari † quod a disponentibus actum est,dicta l.prima,§.si conueniat depos. & l.contractus de reg.iur.sic procedit quod dicitur
24 de clausula codicillari † in l.prima,ubi Bar.& omnes de iur.codicil,in l. ultima, §.illud, C.de codicil. sic quoque exaudiendum est, quod scribit Bald.de
25 clausula omni meliore modo, † in l.quoties colum. ultim.C.de hæred.institit.Alex. in consi.112.libro 3. Castr.in consi.323.lib.1.Dec.in consi.13. colum.2. & consi.87.columna prima,idem Dec. Fel.& Abb. in cap.cum super de offi. deleg.quæ sustinet relictũ legitimæ filio factum alio tit.quàm institu.
26 Item quæ † facit ualere testamentum in quo filius præteritus sit, Bar.in l.prima, columna tertia, de iur. codi. Alex.qui communem dicit in auth.ex causa sub num.13.C.de lib.præter,

Item quod scribit Cardina. in capit. ex literis de
27 de officio deleg. de iudice † ordinario,qui processit ut de-

ut delegatus, cum illa clauſula omni meliore modo &c.& quæ traduntur a Fely.in c. cum ſuper ſub num.11. de officio deleg. & a Iaſo.in §.omnium inſtit.de actio.ſub num.149.& quæ nos latius explicabimus lib.13. de pec, uerbo. ac clauſ. ius ſig. quod opus multo labore multaque cura,ſuo loco & tempore edetur. Et iſta concluſio, ut etiam dixi in dicto §.ſi quis ita,progreditur in omnibus diſpoſitionibus quæ ſunt in poteſtate diſponentium.

Circa ſecundum articulum primi principalis caſus,quando conſtat de mente diſponentium nolen-
28 tium actum ualere aliter,quàm geritur,Puto † proponendam eſſe regulam negatiuam, quòd actus qui non ualet eo modo quo geritur, non ualeat etiam alio meliore modo, ſic intelligit dictum §.ſi quis ita,gl.in l.iuriſgentium §.igitur nuda de pactis,quam probant in dicto §.ſi quis ita Imol.Caſtr. & alij communi conſenſu,ut dicit Alexand.hic col. prima,Iaſ.in quinto notab.Rip.in 3.num.3. Alcia. in quarto,num.13.ſic etiam intelligitur tex.in l.j.in §.cum qui de conſtit.pecun.tex.in l.ult.§.illud,C.de codic.& in l.non codicillum, C.de teſtam.& in l. an inutilis ſecundum unam lecturam de acceptil.ac in l.illud §.tractari de iur. codi. cum ſimil. quia actus non operatur ultra intentionem agentium dicta l. non omnis ſi cer.peta.l.obligationum ſubſtantia in fin.de actio.& oblig.Vel poteſt diſtingui e conuerſo eius quod dictum eſt in præcedenti articulo.pōt
29 autem huius capitis exemplum poni † in caſu deciſio.Bar.& aliorum in l. quoties, §. ſi duo de acquir. hered.ubi contendunt inſtit.factam in re certa quæ non ualeret etiã ut geri potuit, & ſic in uniuerſum, quando teſtator dixit nolle aliter ualere inſtitutionem,quàm in re certa,non ualere quoque eo modo quo geri potuit. Aliud exemplum poni poteſt in
30 dicta l.obligationum † ſubſtantia de actio.&oblig.
31 Aliud in omnibus caſibus, in quibus † proteſtatio adiecta tollit actum,de quib. in l.non ſolum,§.mor te ſupra de oper.noui nuntia ueluti,quando proteſtatio tendit ad tollendum aliquod neceſſarium antecedens ſine quo ualere non poterat id quod agebatur, ut in l quia ratio de condit.inſtit.& in capit. ſollicitudinem de appellatio.

32 Et † quando proteſtatio tendit ad tollendum unum ex ſubſtantialib. actus,qno ſublato non poſſet eſſe ille actus ut in l.actus legitimi infra de reg.iuris in l.ſi filius de adoptio. & in cap.fin.de condit.appoſ.& ut declarat Torniellus in 2.concluſ.reg.negatiuę ſub num.13.in dicto §.ſi quis.

In ſecundo principali caſu quãdo res uerſatur in
33 dubio,concipienda eſt regula affirmatiua † ut actus qui non ualet ut agitur,ex præſumpta mente diſponentium,intelligi debeat ualere omni meliore modo quo geri potuit, ſiue in eadem, ſiue in diuerſa diſpoſitione,l.quoties,ſecunda infra hoc tit. l. quoties de reg.iur.& in l.quoties de reb.dubi.Dec in ca. quoniam Abbas colum. ſeptima, de officio deleg. numero 13.& in conſi.77.& 140.columna ſecunda qui uult ſub num.16. Hanc præſumptionem cæteris eſſe fortiorem,quia non præſumitur quis face-
34 re † actum fruſtratorium, neque eligere eam uiã per quam impugnet iudicium ſuum l. tertia de milit.teſtam.l.hæc ſtipulatio,§.Diuus, ut leg.ſeu fidei. nom. caue. quinimmo improprianda ſunt uerba ut actus ſuſtineatur glo.in l.& puto §.primo,fam. erc. Bar.in l.ſed & ſi poſſeſſori §.primo,ſupra de iur.iur. l.ſi pecunia ubi Iaſ. ſi cert.peta. in d.l. quoties infr. eod.& ſupra diximus lib.3.

35 Et ideo acceptilatio † in dubio quæ in uim acceptilationis defendi non poteſt,in uim pacti nudi liberatorii ſuſtinetur,l.ſi unus,§ ſi acceptilatio de pacti.dicta l.an inutilis ſecundum aliam lecturam de acceptil.l.ſi acceptolatum eod.tit.in l.iuriſgentium
36 §.igitur nuda de pac.ſic uiæ ſeruitus † cõſtituta,quę ut uia ſuſtineri non poteſt, ut iter defenditur,l.ſi tã anguſti de ſeruit. tit.generali. l.uia de ſeruit.ruſtic.
37 prædio.ſic ẽt † intelligi debet tex.in l. Diuus de uſ. & habit in l.ſancimus,C.de donatio. quod adnotãt Doctor.in l.ſtipulatio iſta, §.alteri infra eod. dum uolunt ſtipulationem alteri factam quæ ciuilem, & naturalem obligationem producere, ut agebatur non potuit, ſaltem in uim naturalis obligationis ualere,ut in l.prima,de nouatio.cum ibi tradi. à Barto. de promiſſione facta a pupillo ſine tutoris auctoritate per ſtipulationem, quæ ualet, ut poteſt
38 quantum ad naturalem obligationem,procedit † ẽt quod deciditur in l.ſi ſtipuler §.ſi .in l.ſi ſtipulatus §. Chryſogonus de uerb. oblig. & in l.certi condictio §.quoniam ſi cert.pet.de illa ſtipulatione quæ interponitur ſuper aliquo contractu,ut tamen ualeat cõtractus,quamuis non ualeat ſtipulatio,ſic intelligi-
39 † quoque l. multum intereſt infr.eod.in fine,ut obligatio ex illa ſtipulatione, quæ non poteſt diſſolui per ſolutionem rei promiſſę propter incapacitatem promiſſoris,poſſit diſſolui per æſtimationis ſolutio
40 nem, ſic exaudiendus eſt tex.† inl. 1.§.item ſi ex fundo,& in l.hæreditas ex die de hæred. inſtit.in capit. Diaconus 28.diſtinc in c.cũ M.Ferrarienſis in libertas ad tempus.& in l.& ideo deman. teſtam. in quibus locis actus qui non ualet, ut agitur , ualet eo modo quo geri potuit, etiamſi plus contineatur in actu qui geri potuit, ut declar. Torniel. in dicto §.ſi quis ita ſub numero ſexto, in ſecunda regu'.pri-
41 mæ reg. affirmatiuæ. ſic procedit deciſio † Bald. n rub. C.de conſtitu.pecun. text. in l.ſi uno ſupra loc, in l inſulam de præſcript.uerb.in l. hactenus §.j.de conſtit.pecun.l.ſcæuola ad ſenat.Trebel.l.uerbis ciuilibus de uulgar.& pupil.l.filiusfam §.ut quis hæ-
42 redem de leg.1.& ut ſummatim dicam, † iura omnia quæ a Torniel.citantur in quarta conclu.primæ reg.affitmatiuæ, & a Bologne. in quatuor illis caſibus a ſe conſideratis,a nu.119.uſque ad numerum 123.(quamuis uterque eorum multa ociosè ac ſupuacaneè tractet & citra neceſſitatem, atque utilitatem) huic caſui applicanda ſunt.

Ratione primi articuli huius ſecundi & principalis caſus quando ſcilicet incerti ſumus quid principaliter gerere uoluerint diſponentes, & an uoluerint omni meliore modo ualere &c.facienda eſt re-
43 gula † negatiua,quòd actus qui non ualet,ut principaliter a diſponentibus agitur,non ualet etiam alio meliore modo : quia incertitudo quæ uitiat quod

pr.n-

principaliter actũ fuit, uitiat quoq; qđ geri potuit l.duo sunt Titij de testam.tutel. cum simil.ibi in gl. copiosè annotat. & in l.si ita fuerit in princ.ubi plura huius rei exempla cumulatè referuntur, dè rebus
44 dub.huncque in modum intelligendus est † tex. in in d.c.1.§.sub ea etiam forma de postul.prælat.lib. 6.argum.a fortiori auth.multo magis ubi Bal.Cast. & Sal.C.de sacr.eccles. ut enim ubi propter incertitudinem eius quod gestum fuerat, actus qui non ualet ut agitur, non ualet etiam, ut ualere potest, etiam si dictum fuerit omni meliore modo, multò magis id dicendum est quando non essent adiecta illa uerba. Potest etiam exemplum poni in omnibus actibus legitimis, qui incertitudinem haberẽt, qui si non ualent, ut aguntur, non ualent etiam ut geri potuerunt, l. actus legitimi de reg iur. & cap. actus eod.titu.lib.6.glo. in uersi. incerta in capit.2.
45 de elect.& elect.potesta.eo.lib.sic etiam † uitiantur priuilegia, concessiones, & collationes propter incertitudinem ita ut neque eo modo quo geruntur, neque quo geri potuerunt sustineantur Crauet. in consi.194.colum 4.sub num.11.

Circa secundum articulum huius princip. capitis, quando incertum est, quid principaliter uoluerint agere disponentes, tamen certum est, quid agere potuerunt, & dixerunt se uelle actum ualere om
6ni meliore modo, Ego † crederem in hoc quoque ca
4 su negatiuam regulam constituendam esse, ut actus qui non ualet, ut agitur, non ualeat etiam eo meliore modo quo geri potuit, quia clausula illa propter incertitudinem nihil operari potest, & hic est proprie casus dicti cap.1.§.sub ea etiam forma, de post. prælato.lib.6.& eorum quæ scribit glo.in dicto cap. 2.in uer.incerta de elect.& elect.potesta.lib.6.cum enim sit clausula illa accessoria principalis dispositionis, nisi præcisè constet, quid sit illud quod disponentes gerere uoluerint, illa nihil poterit operari,
47 † cum non entis nullæ sint qualitates, l.prima, de hæred.uel actio.uend.l.4. de actio. empti.& uendi. l.eius qui in prouincia.supra si cert.peta.& l.nam & si de iniust rup & irrit. fact. testam.

Procedunt hæc tamen quæ de incertitudine di-
48 cuntur † quando illa est in substantia actus, secus si in aliquibus qualitatibus, quia tunc actus nihilominus sustinetur l.si testamentum, C.de instit.& substit. ubi Recentio. quo loci habetur, si testator hęredem
49 instituerit sub infrascriptis conditionibus, † quòd tametsi conditiones non adiecerit, nihilominus institutio ualet quia est certa, sequitur Craue.in consi. 147.num.sexto, Item in iudicialibus procedunt,
50 parte opponente † Doctor.in l.prima, de edendo & in l.edita, C.eod.tit.Dec.in l.si per errorem colum. secunda, uersiculo quinto fallit de iurisdict.omni.iudi.Craue.in consi.120.sub nu.4.

51 Item cessant † ubi ex aliqua ueri similitudine uel iuris dispositione posset incertitudo recipere declarationem, Crot.in l.si insulam columna prima, de uerbo.oblig.per l.triticum eod.tit.ubi Ias.num.1.Craue.dicto consi.21.num.1.& in consi.162.nu.3. Sed hæc magis spectant, ad articulos sequentes status coniecturalis.

Quantum ad tertium articulum, quando plures apparent coniecturæ, quibus constat disponentes uoluisse facere actum omni meliore modo qui geri
52 potuit, † tunc proponenda est regula affirmatiua, quòd actus qui non ualet ut agitur, ualet omni meliore modo qui geri ac ualere potuit, & ratio est, quia si disponentium uoluntas uerbis expressa operatur, ut actus omni meliore modo semper sustinea
53 tur, sic etiam idem operari debebit † tacita uoluntas, quæ ex coniecturis colligitur, l.cum res ubi Ias. in sexto notab.de leg.1.Hieroni. Zanc. in l.hæredes mei §.cum ita, in primo notab.sub num.133.ad Senat.Trebellia.qui uult hanc conclusionem procedere in omnibus dispositionibus post Alcia. latè in secundo, & tertio lib.de uerbo.signifi.Andr.Tiraq.in l.si unquam in uer.libertis sub numero quinto, cũ
54 seq.C.de reuocand.donatio. † etiam si sequatur annullatio actus, Craue.in consi.296.colum.quarta, Rip.in dicto §.cum ita sub num.32. & multa supra congessimus lib.2.ad fin.ergo multo magis ubi cõiectura mentis concurrit cum sustẽtatione actus facit reg.cum quid supra si cer.petat.cum ibi notat.&
54 quòd dici solet legis coniecturas † liquidissimas esse probationes l. licet imperator de leg.primo, ubi Doct.not.glo.in l.si tutor petitus, C.de pericu. tuto.& curato.ibique Doctor.Craue.in consi.156.nu
55 me.15. sunt autem plures coniecturæ, † quibus arguitur disponentes facere uoluisse actum eo modo quo geri potuit, quamuis eo modo quo gestus fuerit sustineri non ualeat.

Quarum prima est, qñ est aliqua causa actui adiecta, per quam inducitur enixa uoluntas in disponentibus, ueluti quia sit stimulus naturalis ad perficiẽdum actum, tunc enim intelligitur actus ualere debere omni meliore modo, gl.in l.cohęredi.§.cum filiæ de uulg.& pupil.ibique Alex. & plenius Ias. qui ponunt exemplum testamenti inter liberos a patre conditi, idem est quando instituta esset persona val
56 de à testatore dilecta, quia † ardor liciti amoris operatur uim clausulæ codicillaris, Ludoui.Roma. in consi.179.sub num.21. Ias.in l. exigendi sub numero 6.C.de procur.cum sim.quæ adduximus in d. §.si quis ita in 3.casu Bar.in prima limit. nec dissi-
57 milis est † casus quando agitur de fauore militiæ ut in l.licet, C.de pact.& in l.tertia, de testam.milit. uel tractatur de fauore piæ causæ, Bar.& alij in l.prima, C.de sacr.eccles.Ang.& Alexan.in l.miles ita de milit.testamen. Alex.in consi.82.colum.secunda libro secundo uel de fauore libertatis, ut in l.generaliter, §.si seruo pignorato supra de fideicom. libertа.& in l.seruo tuo.C.de test.manu.
58 Et quamuis † uideantur obstare text.in l.si seruus legatus, §. si alienus de leg.primo & in l. stichus ser-uus in princip. de manu. testam. tamen ibi abunde fuit responsum in discursu quarti casus Bar.
59 Est ĕt † eiusdẽ effectus coniectura, quę sumitur ex iuramenti ab ipsis disponentibus eidem actui adiecto.iuxta tex.in l.cum pater §.filius de leg.2.& prout ibidem uidimus in 7.casu Bar.

Eodem spectat quoque operatio uel demon-
60 stratio a disponentibus facta † quæ actui qui geri potuit,

pòtuit, conueniat, actui aùtem nòminato non ſit applicabilis, ut in dicta l.ſi tam anguſti de ſeruit.tit. gener.& in dicta l.uia de ſerui.ruſtico.prædio.l.inſulam de præſcript.uerb.§.primo.inſtit.de locat.& §.
61 fin.mandat.quia magis † attenditur quod actum eſt, quàm quod nominatum fuerit ab ipſis partib. l.ſi ùnò locat.l.inſulam de præſcrip.uerb.l.tertia, C. de lib.præter.& cap.intelligentia de uerbo.obligat.
62 & fortior eſt coniectura quæ ſumitur ex † operationibus, quàm quæ ſumitur ex uerbis, argu.gloſſ.in l. quæ extrinſecus infra eod.in l.ſi quis in fundi uocabulo de legatis primo,& l.certum ſi cer.peta.

Item hic quoque referenda eſt generalis illa cõiectura, quod in dubio præſumptio ubi poteſt referri ad ualiditatem,†& ad nullitatem actus, potius ad
63 ualiditatem, quàm ad nullitatem referenda eſt, ut ſupra diximus in primo capite huius ſecundi caſus principalis,& quæ dicit Bologn.in dicto §.ſiquis ita ſub num.174.

64 Et eſt † ſemper reſolutio iſtius capitis intelligenda, quando uel coniecturæ uel præſumptiones affirmatiuæ, pro ualiditate actus, uel ſolæ concurrunt, aut plures ſunt numero aut efficatiores, quia ut cla-
65 uus † clauum trudit, ſic præſumptio una tollit aliã l.Diuus de in integr.reſtit.l.non ſolum § primo, de rit.nuptia.cum ſimil uel quando termini ſunt pares ut infra dicemus in ult. capitu. huius ſecundi caſus principalis.

In quarto articulo huius ſecundi caſus principalis, quando concurrunt coniecturæ plures, uel efficatiores, quibus arguatur diſponentes uoluiſſe actum
66 ualere niſi eo modo quo geritur, tunc negatiua † cõſtituenda erit regula, quòd actus qui non ualet eo modo quo geſtus eſt, non põt etiam ſuſtineri ut geritur, eadem ratione per oppoſitum, qua ſupra uſi fuimus in præcedenti articulo, nam ſi in ſecundo articulo primi c. princ. concluſionis quando conſtat de mente ipſorum diſponentium, nolentium actum ualere alio modo quàm geſtus fuerit, ibi actum qui non ualet ut agitur, non ualere etiam ut geri potuit ſic quando tacite per coniecturas uel præſumptiones hæc uoluntas elicitur, idem dicendum erit, per ea iura & rationes quibus uſi fuimus in præcedenti articulo, arguendo a contrarijs iur. uulg.& per glo. & doctor.in rub.de acquir.poſſeſſ.

67 Et † in iſtis terminis poteſt procedere tex. in dicta l.non codicillum inducendo ut ſupra fecimus in tertio caſu Bar. C.de teſtam.in l.illud §. tractari ſupra de iur. codi.& in l.ult.§.illud C.eod.tit.tex.in d.§. ſi quis ita,& in dicta l.prima, §.cum qui de conſtit. pecun.cum ſimil de quibus ſupra in ſecundo articulo primi capitis princip.coniecturæ autem huius ca-
68 pitis ſunt † plures quas proſequitur Bolog.in dicto §.ſi quis ita a nu.182.uſque ad numerum 189.ſed illa inter cæteras potiſſima eſt, quando per aliqua uerba partes ſe reſtrinxerunt ad illum actum tantũ qui geſtus eſt, prout eſt geſtus, quamuis eo modo ſuſtineri non poſſit, tunc enim nec alio modo ſuſtinetur ut hic ſecundum intellectum glo.communiter approbatæ, ut ſupra diximus in §.igitur nuda l.iuriſgentium ſupra de pact.ſed punctus eſt uidere quæ uerba ſufficiant ad hoc. Et communiter Doctor.
69 ut dicit Bologne.ſub dicto num.182. concludunt ſufficere uerba quædam demonſtratiua ipſius actus ueluti promittis mihi ſtipulanti, uel uendenti &c. & ita intelligunt dictum §.ſi quis ita Alex. Soc.Ful. & Alcia.addentes quòd hic & in dicta l.prima.§.cũ qui.de conſtit pecun fuerunt expreſſa illa uerba mihi ſtipulanti &c.

70 Sed Bolognet. putat alia uerba † extrinſeca eſſe neceſſaria quæ denotent hanc reſtrictio. ueluti quia dictum ſit, uolentes dictæ partes facere contractum efficaciſſimum deuenerunt ad hanc conuentionem uel alijs ſimilibus uerbis ſint uſæ. Ego puto om-
71 nes rectè ſentire, † quia ſiue dictum fuerit mihi ſtipulanti, ſiue partes uolentes ſe per ſtipulationem obligare, uel efficatius uolentes contrahere, deuenerunt ad hanc conuentionem præcedente interrogatione & ſubſequente reſpõſione abſolutam, quia quantum in me ſit, habeo formulas iſtas loquendi, & alias ſimiles pro ſynominis, cum idem importet ſtipulari quod efficacius contrahere cum ſuis coniu-
72 gatis,& ſola ſit uerbalis † differentia quæ non attenditur l.2. C.com.de leg.l.2.C.de conſtit.pecun.§.penul Doctor.poſt glo.in rub.ſupra ſolut.matrimo.ſiue una igitur uel altera uſi fuerint formula contrahentes, uel ſimili, quæ eorum intentionem indicet,
73 ſatis erit, quia modus † non attenditur ubi effectus identitas habetur l. de quibus ſupra de legib. l. quo enim.§.ultim.rem rat.hab.cum uulgar.

Eſt & alia coniectura, quando actus qui geritur, & qui geri potuiſſet contineret odium, nam quod non ualet ut agitur non ualet etiam ut geri potuit ut in l.quod ſi nepotes, de teſtam.tut.& in §.ſi inſti. qui teſtam.tut.dar.poſſ.

Circa ultimum articulum, quando coniecturæ ſunt pares, non eſt quòd multum laboremus, quandoquidem res tunc reddatur prorſus ad ambiguũ,
74 unde conſtituenda † erit regula affirmatiua, prout ſupra in ſecundo principali caſu fecimus, quod ſcilicet actus qui non ualet ut agitur, debet interpretari, ut ualeat omni meliore modo quo geri ac ualere poteſt, & in iſtis terminis poteſt intelligi tex.in capitulo primo,§.primo, de deſponſim pub. libro 6. Quamuis Doctor. alios atque alios afferant intellectus ad illum tex & poſſunt etiam pro exemplis huius capitis deſeruire iura illa omnia quæ ſupra inducta fuerunt in dicto ſecundo capite, generaliter in omni caſu quando res eſt dubia, quamuis hinc in indiuiduo agamus de caſu dubio ob parem coniecturarum uim.

75 Scio hic † poſſe opponi ex ea regula quæ habet quòd in conflictu rationum media uia eſt eligenda, §.ult.inſtit.de uulg.& pupil.ſubſtitu.l. & hoc Titius aliàs Tyberius ſupra de hæredib.inſtit.l.adeo §.cum quis ſupra de acquir.rer.domi.cum ſimil.

Sed poteſt reſponderi mediocritatem amplectẽdam eſſe, quando per eam actus principalis qui geri-
76 tur † ſuſtinetur, ut in iur.ſupra cita. uel quando mixtura illa quæ per mediocritatem inducitur non habet in ſe repugnantiam reſpectu actus principalis, ſecus eſt caſu noſtro in quo mediocritas actum pro

parte

parte deſtrueret,& propterea cum in unam uel alteram partem inclinandum ſit in eam procliues eſſe debemus per quam actum ſuſtinemus d.l.quoties infra hoc tit.& de reg.iur.cum ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Si caſus contigerit,quem ſi partes uidiſſent aliud ſtatuiſſent, quid dicendum.*
2 *Si pater filio tutorem dederit,iſque improbus factus fuerit,non confirmatur a prætor.*
3 *Procurator qui poſtea efficiatur prodigus aut negligens cenſetur reuocatus.*
4 *Legatum ex inimicitia poſtea contracta, uel per alienationem, reuocatur.*
5 *Teſtator cum in fundo inſtitutus iubeat quicquam aliud non petere non cenſetur ſuſtuliſſe ius accreſcendi.*
6 *Priuilegia Monachis conceſſa,propter exuberandem eorum numerum reuocantur.*
7 *In contractibus alterius uoluntatem immutatam quicquam non innouare.*
8 *Sed in multis caſibus eam concluſionem reſtringi.*
9 *Scholaſticus,qui in uno Gymnaſio iuraſſet lauream aſſumere,ſi in alio id fecerit non cenſetur periurus.*
10 *Conditiones tacitas quæ ex natur.actus inſunt ſemper ſubintelligi.*
11 *Donatio reuocatur cum a Donante liberi ſuſcipiuntur.*
12 *D.Alciati alia diſtinctio ſuccintior eadem in materia relata.*
13 *Auctorem a Dom.Alciati ſententia diſſentire.*
Clauſulam rebus ſic ſtantibus in omni diſpoſitione ſemper ſubintelligi.ibid.
14 *Præſertimque in ultimis uoluntatibus.*
15 *Ac in contractibus.*
16 *Et in priuilegijs.*
17 *In promiſſionibusque.*
18 *Statuentes poſſe reuocare ſtatutum, quod irreuocabile eſſe ſtatuerent niſi illud iurauerint.*
Niſi iuſta cauſa ſuperueniat.ibi.
19 *In iuramento ſemper ſubintelligi clauſulam rebus ſic ſtantibus.*
20 *Nihil adeo eſſe præciſum firmum ac immobile,quod ſemper non recipiat intellectum a clauſula rebus ſic ſtantibus.*
21 *Siue ad uerum uel unius conſenſu dependeat.*
22 *Iuſta ex cauſa ſemper poſſe a conuentis recedi.*
23 *Differentium a D.Alciato conſideratam.*
24 *Ab auctore non recipi.*
25 *Quando tacitum habeatur pro expreſſo & e contra.nume.26.*
27 *Tacita diſpoſitio in ijs caſibus in quibus pro expreſſa habetur, an ſit ex legis uel hominis diſpoſitione.*
28 *Ius accreſcendi magis eſſe ex diſpoſitione legis, quàm hominis.*
29 *Quando tacitum ex diſpoſitione hominis eſſe dicatur.*
30 *Id quod intereſt recte pœnam legalem apellari.*

Quid iuris ſtatuendum ſit, quando caſus aliquis euenisſet, quem ſi partes euenturam eſſe credidiſſent, aliud ſtatuiſſent.

CAP. XXXVII.

SEd hæc omnia procedunt, quando eſt controuerſia ſuper coniectura mentis, quæ tempore initi actus fuiſſe præſumitur.† Quid autem dicẽdum erit,ſi caſus aliquis ſuperueniat quem ſi partes euenturum credidiſſent aliud ſtatuiſſent, Dom.Alcia.d.li.3.de uerbo.ſignific.ſub num.35.cum quæritur,inquit,an uoluntas intelligenda ſit rebus ſic ſtantibus, ſic breuiter diſtinguendum eſt, aut in ijs loquimur quæ ex unius arbitrio pendent, & tunc ſi res incidat in eum caſum in quem ueriſimile ſit eum aliter diſpoſiturum mutata uoluntas intelligitur,l.paulo §.1.de legat.3. qua† ratione ſi pater filio tutorem dederit iſque improbus factus fuerit, non ſequetur magiſtratus iudicium teſtatoris,l.Meuia §.fin.de annu.legat.quem ueriſimile eſt, ſi hoc præuidiſſet tutorem non fuiſſe daturum,l.in confirmando de confir.tuto. quo exemplo† & procurator conſtitutus, ſi prodigus,negligens,& ſtupidus fiat reuocatus eſſe cenſebitur.l.cum quis de ſolutio. Sic legatum ex inimicitia contracta† uel per alienationem reuocatur.l.rem legatam de adim.legat. Sic teſtamentum natiuitate liberorum reſcinditur. auth.ex cauſa C. de lib.præter.Sic cum teſtator fauore pupilli alienationem prohibuiſſet,deindeque conſtituiſſet pupillo eam expedire,reſpondit Aretin.iudicis auctoritate eam concedendam eſſe, in conſilio 22.ſic cũ teſtator† iusſiſſet,ne in fundo inſtitutus eo amplius quicquam peteret,cenſuit ius accreſcendi ſublatum non uideri Bar.in l.quoties §.ſi duo in fin.de hæred. inſtit. Sic priuilegia Monachis† conceſſa, propter poſtea exuberantem eorum numerum, reuocantur cap.ſuggeſtum de decim.Aut in contractibus loquimur, qui ex duorum uoluntate interpretationem recipiunt,& tunc† non intelligitur rebus tantum ſic ſtantibus facta promiſſio,nec alterius uoluntas immutata quicquam innouabit,l.ſicut C.de actio. & obligatio. quam tamen concluſionem dicit non eſſe ueram in multis caſibus† ueluti ſum exorore proceſſit contractus,Bar.in l.fina.§.idem quæſiuit de condictio. indebiti.uel ex fiducia.l.fin.C.de non numerata pecunia, uel ſi aliqua cauſa ſuaderet de qua a partibus cogitatum non fuiſſet, ut ſi promiſſerim tibi gladium reſtituere, quem furens petas, capitulo ne quis queſtione ſecunda,uel† ſcholaſticus qui iuraſſet in uno Gymnaſio lauream aſſumere, ad aliud tranſiret, ibique approbatus ad doctoratus gradum promoueretur,non enim cenſeretur fore periurus, ſecundum Imolam in capitulo cum inter P.de renuntiatio. Sed &† conſiderationes tacitas, quæ ex natura contractus inſunt, ſemper intelligendas eſſe ait,& propterea ſi domum tibi locauero,& habere tibi licere promiſero,

ſero, intelligendam eſſe promiſsionem rebus ſic ſe habentibus, & penſione interim ſoluta, l. quæro lo
11 cat. ſic cum quis donat † & deinde liberos ſuſcipiat reuocatur donationis contractus l. ſi unquam, C. de reuocand. donatio. eandem theoricam multo ſuccinctius repetit idem D. Alcia. de præſumptio.
12 reg. † ſecunda, præſumptio. 16. ſub numero quarto uerſi. cum quæritur diſtinguens pariter inter actus ab unius arbitrio dependentes, & actus proficiſcentes a uoluntate duorum, ut priore caſu ſubintelligatur clauſula, rebus ſic ſtantibus, poſteriore non item. Sed hunc poſteriorem caſum limitat quatuor modis.

Verum adduci ego non poſſum, ut conſentiam huic, quamuis pereruditæ diſtinctioni, quia ſcio vulgo proditũ eſſe, ut in omnib. actib. ac diſpoſitio
13 nibus, † verba ſemper intelligi debeant reb. ſic ſtãtibus, ex tex. quem omnes & præſertim Bald. ad id ſolet allegare, in l. quod ſeruius de cond. cau. dat. ubi hoc notat glo. quæ etiam ad id citat. l. continuus §. cum quis de uer. oblig. quam concluſionem dicit Andr. Tiraquel. in præfat. ad l. ſi unquam, C. de donatio. ſub numero 167. probare tex. in l. quæro §. inter locatorem locat. quem omnes ad hoc allegant & in l. ex facto in princ. de uulgar. & pupilla. & in l. ult. C. de ſponſal. quas in id aduocat Alexan. in conſi lio 84. uiſo themate columna ſecunda, uerſicu. pro hoc etiam quia uerba, libro quinto, & tex. in l. cum quis in princip. de ſoluti. quem & ad hoc expendit Bald. & dicit notandum in rub. de procur. colum. 4. uerſi. niſi dolus commiſſus, & in c. penul. & ibi Abb. in ſecundo notab. de cleri. non reſiden. & uoluit idẽ Bald. in rubr. de ſum. Trinit. & fid. cathol. colum. 1. in fin. in decretal. qui addit text. in l. qui ſeruum de uer. oblig.

14 Quamobrem † Iaſ. planius loquens in dicta l. qd ſeruius ſub numero 5. cum ſeq. inquit concluſionem hanc uendicare ſibi locum in ultimis uoluntatibus per d. l. Paulo callimacho de legatis 3. §. primo, & l. Meuia §. fi. de annu. legat. in l. iu confirmando de cõ fir. tuto. in dicta l. ex facto in princ. de uulgar. & pupil. & tradita a Bar. in l. quoties, §. ſi duo de hæred. inſtit. in ult. colum.

15 Item † in contractibus, per dict. l. quero §. inter locatorem locat. l. ſi fuerit in princip. pro ſoc. & l. cũ
16 quis in prn. de ſolutio. Item in priulegiis † per c. ſuggeſtum de decim. Rurſus in iuramento, per l. ult. qui ſatiſdar. cogan. in c. breui de iureiur. glo. in cap. quẽadmodum eod titu. de iureiur. l. ult. in princ. ad municipal. & de incol. ca. ſecundo, ubi glo. But. & Abb. ex hac concluſio. ad plura inferunt, pulchre Nicola. Boer. in deciſio. 204. ſub num. 24. cum plur. ſeq. Anto. Rub in conſi. 147. columna prima, ad fi. & ſecunda, in princip. & plenius Andr. Tiraquel. in dicta præfatio. dicta l. ſi unquam ſub num. 166. Cravc. in conſi 233. ſub dicto numero 3. uerſiculo ſimiliter.

17 Præterea † in promiſsione, Bal. in conſi. 104. ſuperſunt l. bro primo, & conſi 366. quidam habens vnã filiam, colum. 2. lib. 3. cum multis concord. adductis per Andr. ſic. in conſi. 20. illud afferam colum. 12. li. 2. & conſi. 73. omnia quæ facitis colum. 13. lib. 3. qui bus accedit And. Tiraq. loc. iam relat. ſub num. 16. Crave. in conſi. 95. ſub num. 4. & dicit Bal. in l. clari,
18 C. de fideicom. ſtatuentes † poſſe mutare, aut reuocare ſtatutum quod ipſi irreuocabile fore ſtatuerãt niſi illud iurauerint nõmutaturos aut reuocaturos quia tunc id facere non poterunt per allegata ibi ab eo, quod tamen ait intelligendum eſſe niſi iuſta
19 cauſa interueniat, † quia ſemper in iuramento in eſt clauſula rebus ſic ſtantibus, l. ult. ubi idem Bald. C. de non numera. pecun. l. fi. qui ſatiſdar. cogan. D. Alcia. in cap. cum contingat ſub numero 65. de iur. iu. quod poſtremum dicit procedere etiam ſi uerba ſtatuti dicerent, quòd ſtatutum ſit præciſum, atq; immobile, nam quæ de nouo emergunt, nouo ait indigere auxilio l. prima. poſt prin. de uentr. inſp. l. de ætate, § ex cauſa de interrogat. actio. l. oratione de ferijs, accedit Tiraquel. loc. iam relat. ſub nu. 169. Dec. in conſi. 335. in pulchro caſu Crav. in conſi. 95. ſub
20 num. 4. Ex quibus patet, nihil adeo eſſe † præciſum ac firmum & immobile, quin ſemper intelligatur, rebus ſic ſe habentibus, uel eodem rei ſtatu manente, ſic etiam in renuntiationibus factis ſubintelligi illam clauſulam, ut per Iaſ. in d. l. quod ſeruius col. fi. & per Boer. in d. deciſi. 204. ſub nu. 27. Et ideo ſiue
21 ſimus in dependentib. † ab unius arbitrio, uel a voluntate duorũ ſemper in omnib. iſtis diſpoſitionib. ſubintelligetur clauſula illa reb. ſic ſtantib. omniſq; iuſta ac legitima cauſa ſuperueniẽs ſemper inducet
22 licitũ receſſum a diſpoſitis & conuentis, ſiue † ex errore iuſto id fiat, l. fi. §. itẽ quæſijt, prout ibi declarat Bar. de cond. indeb. ſiue ex cã procedit quæ ſubintelligatur ex natura contractus d. l. quæro §. inter locatorẽ lo. ſiue lex ex aliqua cã ſic interpretaretur uolũtatẽ contrahentis, l. ſi vnquã C. de reu. don. Soc. in cõſi 22. li. 4. ſiue id procederet ex aliqua cã in cõſiderata, de qua a partib. nihil ueriſimiliter fuiſſet cogitatũ, glo. in c. ne quis 22. q. 2. l. fi. ubi Bal. Saly. & alii. C. de non num. pecu. l. qui cũ tutorib. §. fi. de tranſact. l. tres fratres in fi. de pact. & l qui Romæ §. duo fratres ubi Bar. & omnes de ver. obli. Hiſce igitur ita ſe
23 habentibus, dico pariter diſcrimen illud, † quod ex eadem diſtinctione conſtituit D. Alcia. in ea contro uerſia, an & quando tacitum habeatur pro expreſſo inter actus qui ex vnius tantum dependent arbitrio & actus qui a duorum uoluntate proficiſcuntur, ut primo caſu tacitũ habeatur pro expreſſo, ſecundo non itẽ, niſi ab utriuſq; contrahentis uoluntate id tacitum progrediatur, non progredi. Nã data paritate
24 terminorũ † quæ ſupponenda in reliquis eſt, dũ de uno dubitatur l. ſi quęramus de teſt. l. qui teſtamẽto eo. tit. & c. non dẽt de conſang. & affinit. non eſt dubiũ, ubi uel ex natura rei, uel ex conſuetudine, uel ex præfationib. uel ex præcedentib. & ſubſequẽtib. aut ex alijs legitimis coniecturis, de mente diſponentiũ
25 apparere põt, † tacitũ ſemper pro expreſſo haberi in quacũq; diſpoſitione l. cũ quid ſi cer. pet. l. quæro §. inter locatorẽ loc. l. quod ſi nolit §. quia aſſidua de ædilit. edic. l. ſi ſeruus pluriũ §. ſi de leg 1. cum ſimil.

Quemadmodũ e contra quando certis ex cauſis
26 nõ põt tacitũ † pro expreſſo haberi, nõ eſt differẽtia inter contractus & ultimas uolũtates, ut copioſe ac

non contẽnenda cum fruge proſecuti fuimus ſupra lib. 2. in ea parte in qua diſputauimus de utilitate illius inueſtigationis, an aliquid ueniret ex expreſſa ſignificatione. Sed probabilius uidetur dubitare idẽ
27 D. Alc. d. l. 3. ſub nu. 32. nunquid tacita † diſpoſitio in illis caſib. in quib. pro expreſſa habetur, dicatur eſſe ex legis, an uero ex hominis diſpoſitione? Qua in re ipſe diſtingendos eſſe putat tres caſus.

Quorum primus eſt, quãdo lex aliquid præſumit cui partes renuntiare non poſſunt, ut in l. ſi pater familias in princ. de adopt.

Secundus eſt quando lex aliquid præſumit cui partes renuntiare poſſunt, ut in l. cũ quid ſi cer. pet.

Tertius eſt quando lex abſque partium reſpectu aliquid inducit, ut in l. iuriſgentium, §. quod fere de pact.

28 In primo caſu concludit diſpoſitionẽ † tacitã eſſe legalẽ & non hominis, unde ius accreſcendi magis eſſe ait ex diſpõne legis, quàm hominis, l. ſi in teſtamento in fi. de uulg. & pup. diẽ in actione tutelę, ut per Bar. in l. ita ſtipulatus in 1. q. de uerbo. oblig. quia ſi partes agerent, ut ante diem actio oriretur fruſtra id ageret l. cerdonem de oper. liber. Defenſionẽ in conſtitutione procuratoris ad agẽdũ Bart. in l. non ſolũ de proc. Tempus qđ datur iudicatis ẽt ſi a iudice expreſſum ſit cum non habeat facultatẽ nũtiandi l. 4. §. condemnatũ l. 2. de re. iud. oẽm obligationẽ quę præter ueriſimilẽ contrahentiũ uoluntatem inducitur, quæ. n. ex prę ſumpta eorũ uoluntate eſt, hominis eſt, non legis. Barto. in l. ſtipulationes non diuiduntur quæſtio. 8.

29 In ſecundo caſu † concludit diſpoſitionem hominis eſſe, non legis, ueluti quod in mutuo æque bonũ reddatur ut in l. cũ quid ſi cert. pet. in promiſſione dãdi Cartagini tẽpus quo cõmode quis ire Cartaginem poſſit l. continuus §. cum quis de uerb. obliga. cenſuiſſeque & hoc Bar. in l. que extrinſecus de condit. & dem. (puto uoluiſſe citare l. conditiones quæ extrinſecus eo. tit.) dũ alias eſſe conditiones tacitas ſcripſit, quæ ex lege deſcẽdũt alias quę ex natura rei & alias quę ex præſumpta uoluntate, & ideo in contractu depoſiti clauſulam dolum malũ obeſſe, ex legis diſpoſitione ineſſe credi, quia partes illi renuntiare nõ poſſunt. l. iuriſgentiũ. §. pen. de pact. Caſt. & Are. in l. 4. §. Cato in 5. oppoſit. de verbo. oblig.

30 In tertio caſu † aſſerit diſpoſitionem eſſe legalem, ſecundum Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur in 8. quæſtio. & ideo id quod intereſt, recte pœnam legalem appellari, quia in obligationibus faciendi inducitur, ut debitor ſoluendo quanti ea res eſt liberetur, tametſi de hoc actum ſit. Et hæc dicit utilia, dignaque ſcitu eſſe, tum quia mitius agitur cum lege quàm cum homine, tum etiam quia diſpoſitioni legis contrafaciens inſolidum condemnatur, diſpoſitioni uero hominis pro hæreditariis tantum l. in depoſiti, depoſiti.

SVMMARIVM.

1 *Tacitum quid ſit.*
2 *Actor quomodo putet diſtinguendum in ea q. an tacitum ex legis uel hominis diſpoſitione dicatur.*
3 *Et diſpoſitione legis & non hominis eſſe facere ut tacitum habeatur pro expreſſo.*
4 *Quia præſtari talis operatio non poteſt niſi perfictionem.*
5 *Fictionem ab homine induci poſſe putarunt. D. Alciat. & Bolognetus.*
6 *Sed ueriorem & receptiorem opinionem eſſe in contrarium.*
7 *Legem quandoque ex præſumpta hominis uoluntate, quandoque ex alijs cauſis moueri, ad inducendam fictionem.*
8 *Legem nunquam niſi æquitate ſuadente fingere.*
9 *Legem quandoque fingere ut tacitum habeatur pro expreſſo, ex præſumpta hominis uoluntate.*
10 *Quandoque contra hominis uoluntatem.*
11 *Quandoque præter.*
12 *Quando & in quibus poſſint diſponentes inducere ne tacitum habeatur pro expreſſo, numero 13. 14. & 15.*

Quid opinetur conſtituendum eſſe auctor in controuerſia proxime propoſita.

CAP. XXXVIII.

1 EGo pro ſolutione iſtius quæſtionis præmitto † imprimis tacitum illud dici, quod neque in genere, neque in ſpecie, neque in individuo eſt expreſſum, neque uoce prolatum, nec per ſcripturam apparet ad oculum, ſed tantum per intellectus rationem colligitur, ſic ex Bal. colligitur in l. ſed & ſi quis §. quæſitum in 3. col. ſi quis cautio. per tex. in l. iam hoc iure de uulgar. in l. non recte C. de fideiuſſo. & l. prima, C. de iis quæ in teſtam. delent. iuncta doctrina Bar. in l. prima, col. 2. de uulg. & pupil. Deinde puto aliter quàm faciat
2 D: Alciat. eſſe diſtinguendum † uidelicet quod aut quærimus, an facere ut tacitum habeatur pro expreſſo ſit ex diſpoſitione legis, an uero ex diſpoſitione hominis, aut inueſtigamus, an lex dum facit ut tacitum habeatur pro expreſſo moueatur ex ſola hominis præſumpta uoluntate in actionibus humanis an uero & ex aliis cauſis præter uel contra hominũ uoluntatem. Aut tractamus, an in hominis facultate ſit facere in actibus a ſe celebratis, ut tacitum non habeatur pro expreſſo.

Quantum ad primũ caſum attinet, tametſi per
3 erudite † ac grauiter admodum diſtinguat D. Alciat. ut ſupra retulimus, ego tamen puto generaliter eſſe conſtituendum, ex diſpoſitione legis eſſe, & non hominis, facere ut tacitum habeatur pro expreſſo,
4 & ratio eſt, † quia hæc operatio præſtari nõ põt niſi per fictionẽ, fictio aũt ab homine quãtũ ad effectus iuris nõ inducitur, ſed a lege, l. ſi fortè in fi. de caſtr. pecul. idẽ Bart. in l. ſi is qui pro emptore ſub nu. 24. de uſucapio. Iaſ. in l. ſi quis in fundi uocabulo ſub num.

num.26.de leg.primo,& in dicta l. si is qui pro emptore sub num.175.ubi addit tex.in l.codicillis §.fi. de leg 3.Quamuis † Dom. Alcia. & Bolognetus ibi sint in contraria opinione,ut fictio ab homine induci possit,ut dicit Bologne.sub num.205.per tot. & presertim in uersiculo contractus enim. Eandem cum Bar.sententiam probat Ludo.Roma.in d.l.si is qui pro emptore sub numero 6.Imol. sub num. 6. & in summa hæc † opinio cum Bar.est receptior in dicta l.si is qui pro emptore,eandem sequitur Cast. in consi.81.uiso quodam processu in curia potestatis Pisarum in fin.lib.1.Craue.in consi.134. sub nu. 33.unde cum fictio secũdum ueriorem ac receptiorem opinionem quantum ad effectum iuris non adscribetur homini, non erit recipienda distinctio illa Dom. Alciati.quantum ad hunc primum articulum,& quamuis † lex modo moueatur ex præsumpta hominis uoluntate, modo ex alijs causis ad faciendum ut tacitum habeatur pro expresso,tanquã ex materia æquitatis præexistente,non tamen operatio illa debet adscribi neque hominis uoluntati, neque aliis causis præcedentibus, quibus tanquam instrumentis utitur ipsa lex, adinducendam illam operationem & fictionem,sed ipsi legi fingenti,quę nunquam nisi æquitate † suadente fictionem inducit,l.denique & l nec utilem ex quibus eaus. maio. vnde quemadmodum æquitas,ex qua lex inducit fict onem,non facit quominus fictio dicatur esse ex legis.& non ex hominis dispositione, ut supra dictũ est sic nec causæ, ex quibus inducitur ipsa æquitas, quę materiam prębet inductionis, dicentur facere, ut fictio ista per quam lex inducit, ut tacitum habeatur pro expresso,dicatur proficisci ex dispositione hominis.

Quantum ad secundum articulum breuiter concludendum esse puto † quòd lex quandoque fingat, ut tacitum habetur pro expresso, ex præsumpta hominis uoluntate,ut in l.iam hoc iure de iuulg.& pupill.in l.quamuis C.de impub.& al.subsit. in l.quęro §.inter locatorem loca. in l. cum quid, si certum peta.in l.continuus § cum quis de uerbo.obligatio. in l.cum acutissimi de fideicom.& in l.cum auus de condit.& demonstratio.Quandoque † contra hominis uoluntatem,ut in materia legis falcidiæ,l.prima in prin.& §.lex falcidia ad leg.falcidi. & instit.de lege falci.& arg.§.si uero expressim in auth.de hęred. & falcid. & in materia legis nemo potest de leg.1. cum ibi traditis a Doctor. in l.4. de reg.iur. & fere in omnib. casib.quos prosequitur D. Alci.in primo eius distinctionis membro. Quandoque præter hominis uoluntatem.† ut in l prima,in princ. C.de rei uxor.actio.ubi inducitur stipulatio in contractu dotali,etiamsi nihil a partibus de hoc fuerit actum neque cogitatum, idemque est in multis casibus fictarum stipulationum,quos post Bar.recensent Doctor.in l.prima,in prin.de uerb.obligatio. & in clausula illa depositi dolum malum abesse, de qua per Castren.& Aretin.in dicta l.4.§.Cato in 5. oppositi. Bar.idem in subrogatione interesse in stipulationibus facieudi,l.stipulationes nõ diuiduntur in prin. & in l.cum stipulatus sim.a Proculo de ver.oblig.cũ alijs similibus quę suopte ingenio, nec multo labore quisque perquirere potest.

Quantum ad tertium caput,ego † quàm paucissimis concluderem cum D.Alcia.ad fin.primi capitis suę distinctionis,quòd aut in ijs sumus quę libero disponentium sunt relicta arbitrio, ueluti quòd quę bonum in mutuo reddatur,in dicta l.cum qd si cert.pet.item quòd intra certum tempus magis ac minus commodi ad promissę solutioni destinatũ locum perueniatur, ut in dicta l.continuus §. cũ quis de uerb.oblig.& si qua sunt alia eius generis,& in ijs constituendum erit † posse disponentes impedire ne tacitum pro expresso habeatur, quia in contractibus illi a conuentione legem accipiunt, l.3.§. si conueniat depositi.l.contractus de regu.iur. cum similibus.

In ultimis uoluntatibus testatoris uoluntas attenditur quę uniuersum absoluit negocium, l.in cõditionibus de conditio.& demonst.in l.ex facto.§.rerum de hær.instit.& notant Doct.in l.heredes mei, §.cum ita ad Senat.Trebel.

Aut sumus in ijs † quę præter aut contra uoluntatem agentium tacite ueniunt, & lex pro expressis habet,qualia sunt exempla quę proximè adduximus in superiore capite, in quibus cum omnino facere intelligantur Agentes iuxta fictam illam legis dispositionem † nullum eorum uoluntas dicitur habere meritum atque arbitrium d.l.4. de reg. iur.l.rem legatam de adim.legat.cum sodalibus.

SVMMARIVM.

1 *Arg.a contractibus ad vltimas voluntates, & e contra quando sit verum.*

2 *Iasonem in hac materia constituere duas regulas,contra quas facit triginta tres oppositiones.*

3 *Ex quibus tot possunt constitui differentiæ inter contractus & ultimas uoluntates.*

Quibus alibi idem Ias. & plerique addunt alias. ibid.

4 *Morientium mandata, uiuentiumq; contractus,eodem iure accipi nisi diuersi subsit ratio.*

5 *In testamentis fauorabiliorem fieri interpretationem, quàm in contractibus.*

6 *Vltimas uoluntates promptius mitti executioni,quàm contractus.*

7 *Vltimas voluntates a solius defuncti arbitrio pendere, contractus vero a plurium consensu.*

8 *In vltimis uoluntatibus pœnitentiæ locum esse, in contractibus non item.*

9 *Contractus ex iuris rigore effectum habere, vltimas uoluntates ex legis indulgentia.*

10 *Transmissionis ratione infirmiores esse ultimas voluntates contractibus.*

11 *Quomodo putet Auctor distinguendum esse in materia argumentationis a contractibus ad ultimas uolunt.*

12 *Rationis identitate quando conueniunt, valet arg.a contractibus ad vltimas uoluntates.*

13 *Quando maior militat ratio in vltimis uoluntatibus, quàm in contractibus, quomodo sit facienda ratiocinatio.*

14 *Et quid e contra.*

15 *In ultimis uoluntatibus regulariter fieri pleniorem interpretationem.*
16 *Argumentum a contractibus ad vltimas uoluntates nunquam procedere ad derogationem legis vel canononis.*
17 *Nec quando egredimur terminos colligendæ uoluntatis, & versamur in ijs quæ pendent a potestate defuncti. num.* 18.
19 *Adultus qui non potest fundum sine decreto alienare inter viuos, in ultima uoluntate posse de uniuersis bonis, sine decreto disponere.*
20 *Et quæ sit ratio diuersitatis.*
21 *Non ualet argumentum a contractibus ad vltimas uoluntates, quando materiæ sunt separatæ.*
22 *Deportatum capacem esse illorum quæ sunt iuris gentium, non autem eorum quæ sunt iuris ciuilis.*
23 *Respectu capacitatis personæ, non procedere arg. a contractibus ad vltimas uoluntates.*
24 *Et quæ sit ratio.*
25 *Item quando manifesta esset differentia, vt in casibus omnibus consideratis per Iasonem ac Dominum Alciatum.*

Quomodo excipiendum sit argumentum a contractibus ad ultimas uoluntates & e contra.

CAP. XXXIX.

1 DOstremo dubitatur pro absolutiore tractatione istius noni libri, an ratiocinatio † illa, quam faciunt iura a contractibus ad ultimas uoluntates, & e contra sit perpetua, an uerò inter huiusmodi dispositiones aliquæ relucent differentiæ. Ias. in l. quæ de legato de legatis 1.
2 † duas constituit regulas. Vnam quòd ualeat argumentum ab ultimis uoluntatibus ad contractus, contra quam opponit per decem & octo instantias a nu. 2. usque ad num. 27. Alteram quòd a contractibus ad ultimas uoluntates ualide ratiocinemur cõtra quam adducit quindecim oppositiones, ex quibus
3 † tribus & triginta oppositionibus, tot possunt differentiæ inter contractus & ultimas uoluntates colligi, sed idem Ias. in l. pactum inter hæredem columna prima, septem enumerat differentias inter contractus & ultimas uoluntates, cum ibi illo text. excepisset, bonum esse argumentum a contractib. ad ultimas uoluntates, & e contra, a numero primo usque ad numerum 8. Nicol. Euerar. in loc. a contractibns ad ultimas uoluutates. a numero 3. usque in fin. enumerat differentias quæ seligit ex dictis per Iaso. in locis supra citat. D. autem Alciat. dicta l. tertia, subnum. 39. ait regulariter solere affirmari, eodem iure ultima, morientium † mandata, uiuentiumque contractus accipienda esse, idque altero ad alterum ceu similem rem procedendum esse, per l. ita stipulatus de uerbo. obligatio. nisi diuersa ratio in ijs afferatur, quam dicit quinque causis potissimè considerari ad quas inducit omnes illas Iasonis oppositiones ac differentias una cum ijs quas congessit Euerard. loc. iam relat.
5 Quarum prima, est quòd in † testamentis fauorabilior fit interpretatio, quàm in contractibus l. in testamentis de regul. iur. cum in institutionibus filiorum appellatione ueniant filiæ, non sic in emphyteusi sit receptum, & idem sit de nepotibus, l. prima l. liberorum ubi Bar. de uerbo. sign. Sal. in l. secunda C. de iur. emph. sic etiam procedit auth. nisi ad sen. Trebellia. quod scribit. Specul. in tit. de loc. §. nunc aliqua uer. 120. Bald. in l. cum acutissimi in fine, C. de fideicom. in l. si testatrix. si fer. uend. iuncta l. in uendendo de contr. emptio. in l. prima, de cond. con iuncta l. impossibilis de uerb. oblig.
6 Secunda est, † quia ultimæ uolũtates promptius executioni mittuntur cum pluribus actionibus ijs succurratur, quinimo & iudicis officio, quam persecutionem uocant, ut in l. 1. C. com. de leg. & in l. fin. eod. tit. in l. ult. C. de edict. Diui Adria. tollen. l. fi. C. quo. bono. cum aliud sit in contractibus in quibus nulla executio datur, l. minor cui fideicommissum de minor. Ad idem est, l. receptum com. prædio. iuncta l. si ex toto, §. primo de leg. primo. Et rursus l. si creditores, C. de pact. cum l. uel negare quemad. testam. aper. item in l. fin. §. sed & si quis, C. com. de legat. cum l. si quis arbitratu de uerbo. obligatio. insuperque in l. mutianæ cautioni de condit. & dem. iuncta l. inter cum seq. qui satisd. cog. & l. in omnibus de iud.
7 Tertia est, † quòd ultimæ uoluntates à solius defuncti arbitrio pendent, ab eoque perfectionem accipiunt, e contra contractus non nisi plurium accedente consensu absoluantur, propterea q; illæ istis facilius resoluantur, & ideo ex causa dotis bona alienari prohibita, in ultimis uoluntatibus distrahi possunt, auth. res quæ, C. com. de legat. cum aliud sit in contractibus l. nulla, C. de iur. dot. in idem adduci potest l. legatum sub conditione, §. fin. de adim. leg. iuncta l. prima, de nouatio. Et similiter l. fin. de reb. credit. & l. stichum §. 1. de uerb. obliga.
8 Quarta est † superiori affinis quòd in ultimis uoluntatibus pœnitentiæ locus est, in contractibus uero non item. l. quarta, de adim. legat. l. cum post §. pœnitentiã de iur. dot. iuncta l. in commodato, §. sicut, commod. & in l. sicut C. de verbo. oblig. simile habetur in l. unius si quid in fraud. patro. iuncta l. prima, §. primo, eod. tit. in l. si curatorem, C. de in integr. re stit. cum l. Aurelio §. Caius de libera. legat. & l. sed interim, §. primo, de donatio. inter uir. & uxor. faciunt tradita a Iaso. & a doctor. in l. secunda, de legatis primo.
9 Quinta est, † quòd contractus ex summi iuris rigore effectum habent cum quilibet sit rei suæ moderator & arbiter l. in re mandata, C. manda. cum aliud sit in ultimis uoluntatibus quæ ex indulgentia robur habent l. illa institutio ubi glo. & Doctor. de hæred. institu. & l. prima, C. de sacro. eccles. & ideo magis accedunt ultimæ uoluntates legum dispositionibus §. disponat in auth. de nupt. ẽt respectu pœnæ, glo. in l. prima, C. de his quib. ut indign. iuncta dicta

dicta l. ita stipulatus de uerb.obligat. & translatio nis dominij in l. Marcellus §.res que ad senat. Trebelli.iuncta l. ea lege, C. de condictio.ob causam .
10 Rationeque † transmissionis infirmiores sint ultimæ uoluntates cõtractibus,l.prima,§.fin autem sub C.de cadu.tollend. cum §. ex conditionali instit. de uerborum obligatio. eodem spectant differentiæ in transactione alimentorum de qua in l. cum hi §. planè de transa.& l.Lucio de legatis secundo,iuncta l plerunque in fi.de iur.dot. ratione differentiæ electionis.

11 Nos autem pro clariore declaratione istius † materiæ putamus esse distinguendum,prout facit Saly. in l.fin.C.de legat.ubi est lex.ualde notandus,Ioan. de Imol.in l.seruum filij.§.eum qui chirographum de legatis primo, Angel. Aretin. in titulo de lege fus.cani.toll.Angel.Perusi.in dicta l. quæ de legato, de legatis primo, & Alexand in consil.61.super eo libro primo.

Quibus nouissimè accesit Euerar. in dicto loc.a contract.ad ulti. uoluntates sub num. secundo, & fuit distinctio Dyn.& Ray. Foroliui.in dicto §.eum qui chirographum,quos ibi sequitur Alberi.de Rosat.uidelicet quod aut contractus & ultima uoluntas conueniunt in rationis identitate,& tunc proce
12 dit conclusio † communiter recepta,quòd argumẽtum a contractibus ad ultimas uoluntates recipitur dicta l.fin C.de leg.d.tit.de leg.fus.can.toll.Bal.in l. prima,§.si quis ita de uerbo.oblig.& e contra,ut in dicta l.seruum filij.§.eum qui chyrographum ubi Imol.& alij notant l. pactum inter hæredem ubi Barto.& Ias.notant l.ita stipulatus l. si diuortio ubi Ang.notat de uerb. oblig. Cyn.in l.prima,in fin.C. quando non peten. par. l.prima,§.ueteres,ubi not. Aret.de acquirend.possess l.cum quidam,in fin.C. de uerbo.signific.& in l.si seruus legatus, §.si ei cui de legatis primo,l.obligationum §.placet de actio. & obligatio.& facit pro utraque reg.tex.in l. si ex legati causa de uer. oblig. in l.testamentum non ideo C.de testam.in l.eandem in prin.de duo.re.gl.& doctor.instit.& in l.prima,C.de leg.fus. can.toll.Socin. consi.48.colum.3.uersicu.3.probat lib.primo,& cõsi.173.colum fina. lib.2.& consi.25. nu. 7.libro 4. cum socijs.

13 Aut non conueniunt in ratione † & tunc si maior sit ratio in ultim.uoluntate quàm in contractu ualide argumentamur ab ultima uoluntate, ad contractum negatiue per locum a maiore dicta l obligationum fere §. placet de actio. & obligatio. Et è contra a contractu argumentamur concludenter ad ultimam uoluntatem affirmatiue,per locum a minori & sic proprie loquitur dicta l. final.Aut e
14 contra † maior est ratio in contractu,quàm in ultima uoluntate, & tunc procedit argumentum a contractu ad ultimam uoluntatem negatiue,& ab ultima uoluntate ad contractum affirmatiue, & ita loquitur dicta l. pactum inter hæredem cum simil. Aut
15 sumus in dubio, & tunc † quia in ultimis uoluntatibus regulariter fit plenior interpretatio, quàm in contractibus,dicta l.in testamentis de reg iur.& c. cum dilecti de donatio. cum simil.a contractu ad ultimas uoluntates ualide argumentamur affirmatiuè & ab ultima uoluntate ad contractum negati-
16 uè. Sed hæc argumentatio † nunquam procedit ad derogationẽ legis uel canonis,ubi aliud expressè dispositum est in uno quam alio,Cyn.in l.ea lege columna tertia,de cond.indeb.Bald.in d.l.vnica,C.de leg.fus. cani, tollen. & idem Bal. in cap. inter cœteras de rescrip.quibus adstipulantur ea quæ scribit Euerard.in loc.a simili in prima limitatio.

Cessat pariter istiusmodi argumẽtationis genus,
17 † quando egredimur terminos colligendæ uoluntatis disponentium & uersamur in potestate faciẽ-
18 di,sic grauissime atque eruditissime † scribit Vasq. de milit.testa.lib.2.§.20.sub num 45.

Nam adultus, qui uel minimum fundum, aut
19 domum sine decreto alienare † non potest, ut tot. tit.C.de præd.mino. & Dig. de reb. eorum qui sub tut. uel cur. sunt & l. pupillus de acqui.rer.domi. & l.possessione de acquir.possess.& instit.quibus alien. licet uel non §.nunc admonendi ubi glo. & doctor. & nihilominus potest omnia bona sine iudicis decreto,& curatoris interuentu testamento alienare. l.Aurelius,§.idem quæsijt de liberat.leg.ubi Bar.& alij & §.ult.instit.quibus ex caus.manu.non lic. ubi Ang.et alij & l.qui ætate de testam. Et ratio diuer-
20 sitatis est,† (quamuis Doctor.in locis supra cit.non attingant) quia inter uiuos si permitteretur pupillo alienare ob sui facilitatem atque iudicij infirmitatem,facile posset ad egestatem atq; inopiam reduc. argumen.l.primæ,de mino.non sic est in ult. uoluntate quæ non habet effectum nisi post mortem testatoris,quo tempore certum est illum nihil humanarum rerum amplius egere.unde gratiosam concessionem & licitum quod iterum non redit arbitrium lex noluit ei denegare,l.prima. C.de sacrosan.ecclesi. & l.illa institutio de hæredibus instituend. cum similibus.

21 Non habet quoque † locum prædicta argumentatio in omnibus casibus, in quibus reperirentur separatæ materiæ istorum terminorum, quia tunc argumentum non procederet,ut dicit Cyn. in dicta l ea lege columna tertia,ad fi.C de condict.ob cau. & sentiunt Doctor.omnes in locis supra allegatis, ueluti cum diuersa ratione aliquid constitutum esse reperitur in contractibus,quàm in ultimis uoluntatibus,uel e contra tunc enim absolute concludũt Doctores in dicto §.eum qui chyrographum, dicta l.seruum filii, de legatis primo, non posse concludenter inferri,& ita scribit Francis. Curt.in l. si creditores, C.de pact.sub num.17.Lancelo.Galiaul.in l.centurio,sub num.2 3.

22 Aliam † notandam affert declarationem ad dictam materiam Benedict.de Plumbi.in l.qui deportatur,C.de hæredi.instituti.numero decimoseptimo,versiculo item non obstat undecimum, ut procedat quantum ad ea quæ sunt introducta de iur. gentiũ,secus in ijs quæ sunt inducta de iure ciuili,tã contractuum,quàm ultimarum uoluntatum. quantum sit causa personæ ipsius deportati, quia priorũ illic est capax l.si mandauero §.is cuius, mandati iuncta l.statius in fin.de iur.fisc.

Ego puto hanc declarationem potius deſeruire,
23 † quantum ad oſtendendum quòd in hac materia, non liceat arguere reſpectu capacitatis perſonæ ab ijs quæ de iure gentium ſunt inducta in contractib. ad ea quæ de iure ciuili ſunt inuecta in ultimis uoluntatibus, quia eorum quæ iuris ciuilis ſunt incapaces
24 † reperiatur deportati, l. neque §. 1. de milit. teſtam. & de pœnis l. quidam, & not. glo. & doctor. in l. 1. C. de hær. inſtit. illorum autem qui iuris gentium ſunt, partici peſeſſe cenſentur l. ſecunda, & tertia, C. de ſent. poſſ. & reſtit. l. legatum de cap. dimin glo. & doctor. in dicta l. prima, & in locis ſupra relatis, ſed
25 in omnibus caſibus † qui referuntur per Laſ. D. Alcia. & Euera. in memoratis locis ocioſa erit iſtiuſmodi argumentatio, quia ob manifeſta diſcrimina quæ a iure conſtituta ſunt, inter contractus & ultimas uoluntates, non poteſt fieri illatio concludens, l. naturaliter §. nihil commune, ubi Bart. & omnes notant cum uulgaribus, de acquirenda poſſeſſio.

Lib. IX. FINIS.

CAMILLI GALLINII TICINEN. PATRITII, AC IVRISCONS. AVLÆQ. IMPERIALIS COMITIS ET IN TICINENSI GYMNASIO IN VESPERIS IVRIS CIVILIS ORDINARII INTERPRETIS.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE

Liber Decimus,

SVMMARIVM.

1 *VR hoc postremo libro reseruata fuerit restrictiuæ interpretationis tractatio.*
2 *Et qua imitatione.*
3 *Interpretatio restrictiua quæ sit.*
4 *Et circa quæ uersetur.*
5 *In legibus, prętorii edictis, ac principum constitutionibus, uerba proprie accipienda esse.*
6 *Et in statutis.*
7 *Ac in contractibus.*
8 *In ultimisque uoluntatibus.*
9 *Et in libellis.*
10 *Ac in iudicijs.*
11 *Sententijsvè.*
12 *Et in rescriptis.*
13 *Ac in priuilegijs.*
14 *Nec non & in quacunque materia ac dispositione.*

Cur hoc postremo in libro reseruata fuerit tractatio restrictiuæ interpretationis Quid ea sit, & circa quæ uersetur. Cap. I.

1 CVM præsenti libro postremum huiusce operis articulum concluſuri simus, D.O.Max. auspice, nõ ab re † hoc loco reseruauimus restrictiuæ interpretationis tractationem, quandoquidem usu euenire uideamus, ut periti nauigantes posteaquã diutinæ illorum nauigationis portum sunt ingressi uela comprimant, antennis subligent, rudentes ad malum perstringant, expositasque nauigationis gratia nauium munitiones contrahant, ac componant.

2 Quorum † imitatione operæ pretium fuit nouissima hac in actione nos pariter posteaquam superioribus libris tam longe ac latè extensiuæ interpretationis materiam prosecuti fuimus, de restrictiuę interpretationis significatione differere, quasi prioris illius tractationis absolutione portum ingressi, posterioris huius peractione, quæ diffusius in illa tradidimus. coarctemus, componamus, subiectæque rei adaptemus, ac cępto operi manum extremam addamus.

Vtigitur ad id quod agendum restat progrediamur, dico restrictiuam interpretationem, de qua in
3 præsentia acturi sumus, nihil esse aliud, † quàm dispositionis generaliter loquentis certis in casibus factam diminutionem uel coarctationem, ut colligere licet ex ijs quæ scribit Bartol. in l. omnes populi in eius 6. q. principali, & sequuntur post illum Doctor. Veron. in Rub. de uerbo. & re. signific. in 6. q. principali sub nu. 139. Ludo. Roma. in l. si uerò §. de uiro sub nu. 19. sol. mat. Aurel. Dauid in capit. ult. cuis isagogici Tract. in titut. de uerbo. & re. signifi. & pleniore stylo supra explicauimus libro quinto
4 huius operis, eamque uersari potissime circa leges, statuta, contractus, ultimas uolũtates, libellos iudicia, sententias, rescripta, priuilegia, atq; alias eiusce-

modi prouiſiones,prout in legibus, ac prætorum edictis,Principum conſtitutionibus,ac alijs eiuſcemodi diſpoſitionibus iuris.verba ad ſtrictam & propriam ſignificationem ſunt perſtringenda l. tertia, §.hæc uerba de nego.geſt.l.prima,§. ſi is qui nauem de inſtit.actio. l.conſtitutionibus ad municipa. & de incol.l.quòd conſtitutum de milit. teſtam.cu m ſimilib.

6 In ſtatutis † eſt Bar.doctrina per illum tex.quem ibi cæteri ſequuntur in d.l.3.§.hæc uerba de negot. geſt.& in dicta l. omnes populi in quæſtione 6.quæſtio.princ.Bal.in conſi.2.ſub num.4.lib.1.Alexan.in conſi.190.ſub num.68.lib.2.

7 De contractibus † eſt text. in l. quicquid adſtringendæ,de uerbo obligat.& in l.ueteribus de pact. cum ſocijs.

8 In ultimis uoluntatibus eſt † text. in l.non aliter, de leg.tertio,in l.Labeo de ſupell. legat.& in l.apud Iulianum §.Seio,& l.nummis de leg.3.in l. iubemus C.de teſtam.iunctis ibi tradi. a glo.& doctor. quãuis comparatiuè ad contractus plenior fiat interpretatio in teſtamentis l.in teſtamentis de reg. iur.

9 ubi Dec. & alij. In libellis † l.prima,de edend.& l.edita,C.eod.tit.iunctis ibi tradit.a Doct.in l.in rẽ de rei uendicat. quamuis ubi aliàs libellus non eſſet ualiturus, plenior fiat interpretatio pro ſuſtinendo Libello,l.ſi quis intentione ambigua de iud.in l.ſed & ſi poſſeſſori §.itẽ ſi iurauero de iur. iur. tradit Iaſ. in l quoties ſecunda, de verb.oblig. & plenius ſupra diximus lib.3.

10 De iudicijs † eſt text. in l. non poteſt & in l. non quemadmodum, §.pen.in l. ubi acceptum de iudic.

11 De ſententij eſt tex.in l.ſi expreſsim ubi Barto.columna ſecunda, de appellatio. & in l. Iulianus de condictio.indebit.Dec.conſilio 607 numero ſepti-

12 mo,de reſcriptis † eſt tex.in l.ptima,ibique Iaſ. C.ſi contra ius uel utilit.pub. Abb. in cap. poſtulaſti. de elect.l.fin.de precib.imper.offer.l.ut reſponſum,C. de tranſact.l.precib.C de impub.& al. ſubſt. cum ſi-

13 milib. De priuilegijs † eſt tex.in c.ſi Papa de priui leg.lib.6.in cap. ad audientiam ubi, Abb. pulchre de decim.l.quòd uerò l.ius ſingulare de legib.l.1.ad municip.& de incol.& ſolenne eſt in quacunq; ma-

14 teria, † & quacunq; diſpoſitione ut uerba ſemper proprie ac diſtincte ubi fieri poſsit accipiantur, ut plenius ſupra proſecuti fuimus libro ſecundo, huius operis.

SVMMARIVM.

1 *Quam methodum ſeruaturus ſit Auctor in tradenda hac materia reſtrictiuæ interpret ationis.*

2 *Verba legis generaliter loquentis generaliter eſſe intelligenda.*

3 *Statutum generaliter loquens generaliter eſſe intelligendum.*

4 *Generalem locutionem quantum ad uerba nihil intactum relinquere.*

5 *Verba generalia omnia includere.*

6 *Verba generalia de tempore,de quocunque tempore intelligi.*

7 *Neminem poſſe compelli facere liberationes generales.*

8 *Reſtringenda tamen ſemper eſſe uerba ad terminos habiles.*

9 *Statuto ſi caueatur ut omnia lauda mittantur executioni intelligenda eſſe de ijs quæ iure ſubſiſtunt.*

10 *Nobiles oppidorum qui prætextu priuilegij conſuetudinis uel legis municipalis, inidoneos ad regimen oppidi promouent reprehenſione dignos eſſe.*

11 *Indeque inferri ad declarationem ordinum conſilij generalis ciuitatis Papiæ.*

12 *Familiam Galliniam Auctoris opera reſtitutam fuiſſe, cum omiſſa fuiſſet tempore dictorum nouorum ordinum, inter antiquas ac nobiles familias Ticinenſes, tanquam nobilis ac antiquiſſima eius urbis. Reportata de ſeptenni controuerſia per triplicem ſententiam victoriæ.*

13 *Indeque ſemper Auctorem eum eius familia Gallinia potitum fuiſſe omnibus honoribus,officijs,prærogatiuis, ac priuilegijs nuncque etiam frui, quibus ciues aliarum antiquarum ac nobilium familiarum eiuſdem urbis fruuntur.*

14 *Vbi aliquæ ex prædictis familijs uiros non haberet idoneos aut habiles morbo, uel ætate, aut qualibet alia cauſa non deberent illi per tempora ad reipub.adminiſtrationem eligi.*

Nec propterea illæ familiæ paterentur aliquod eorum iurium detrimentum. eodem.

15 *Impeditis agere non currere aliquam præſcriptionem.*

16 *Quando impedimentum contingeret antequam eſſet incohata præſcriptio.*

17 *Cur ad multas familias in dictis ordinibus addita ſint illa uerba. Non habitant.minores, abſentes, habent niſi medicum,uel alia ſimilia.*

Verba legis generaliter loquentis generaliter intelligenda eſſe quomodo accipienda ſit.

CAP. II.



1 Vamobrem ut ſubiectæ materiæ ſatisfaciamus exordium faciemus ab ea propoſitione, † quæ ſui amplitudine omnes diſpoſitiones complecti ualeat circa quas uerſatur hæc reſtrictiua interpretatio, eamque poſtea ita declarando proſequemur, ut abſolutam atque non infrugiferam abſolutionem receptura ſit eius tractatio.

Quamuis igitur regulariter proditum ſit, uerba

2 legis generaliter † loquentis generaliter quoque intelligenda eſſe, l.prima, §.quod autem de ale.lus. & aleato.l.prima,§.& generaliter de leg. præſtand. l.in fraudem.§.fin.ubi Bal.notat de milit.teſtam.ubi

3 uult,quòd ſtatutum generaliter loquens † generaliter debeat intelligi, ne priuilegium reſtringatur, idemque

idemque probat copioſiſsimus Burſat.in conſi.40. ſub nu.7.ubi dictum illud Bal. trahit etiam ad conſuetudinem generalem alienandi feuda antiqua in præiudicium agnatorum, l.1.§ nuntiatio uerſ.item nuntiatio omnibus de oper.noui.nuntia.l.de pretio de publi.in rem actio.ubi omnes notant l. fin. C. de dot.promiſ.l.prima,§.hæc uerba quæ in fraud.cred. Deci.in conſi.5.col.2.circa medium conſil.301. ſub nu.10.Rip in l.1.ſub nu.14. ſoiut.matri. Socin.iun. conſi.12.ſub nu.12.lib.2.Dec.in conſi.48.ſub nu.3. D.Alci.reſponſ.147.incip. modicam ſub nu.2.Bec. Sena.Caſal.in conſ.14.ſub nu.13.Dec.in conſi.277. col.2.uerſi.his præmiſsis Euerar. in loc.a generalita te ſub nu.2.cum ſimil.aliàs ſupra citat. in ſuperiori-
4 bus libris,locutio†enim generalis quo ad uerba nihil relinquit intactum, Bald. in conſil. 305. uerba
5 principis lib.primo & uerbo†generali omnia includuntur,Bal.in conſi.191.in teſtamento libro primo.
6 Proptereaque uerba generalia de tempore,†de quo cunque tempore intelliguntur l. in uenditione, §. de tempore de bon.auctor.iud.poſsid.Bal.in conſil. 256.præmittenda Craue. in conſi.84.ſub nu.13.facit text.in l.1.§. nuntiatio ubi Bar. & omnes notant
7 de oper.noui nunt.ideoque & hinc eſt† quòd nemo poteſt compelli facere liberationes generales, quia ſunt captioſæ,Bar.in l.cum aquiliana de tranſactio. pro qua ſententia eſt tex. ualde inſignis in l.3. §. per contrariũ ubi Bal.notat, de cõtr.iud.tutel.idem Bal. in l pactum in 16.q. C.de collatio.Saly.in l ſicut datam in fin. C. de liber.cauſ. & Iaſ. in l.ſi de certa, C. de tranſ.& neſcio clariorem tex.d.l.fin.C.dedot.promiſ. ibi nedum eſtuſo ſermone ſeſe iactet, in promptum incidat ſui periculum, quod poſtremum ut quotidianum ualde eſt annotandum. faciunt quæ ſcribit Craue.in conſ. 33. ſub nu.8. & Rimin.iun.in conſ.33.ſub nu.25. & conſi.5.ſub nu.116.ſic tamen conſtituta concluſio, reſtringitur imprimis, ut lo-
8 cum non habeat,quando ageretur de generali†propoſitione uel diſpoſitio. ad terminos habiles reſtringenda.Namque apud interpretes noſtros receptum eſt uariis ex cauſis uerba legis quantumuis generaliter loquentis coarctari poſſe imprimiſque ad terminos habiles eſſe reſtringenda,iuxta text.in l.1.ubi Iaſ.C.de ſacroſan.eccle. & in l.in prouinciali, §. ultimo iuncta l.de pupillo in prin.de oper.noui nuntia. ubi gloſ.Bar.idemque Iaſ.ac alij notant,Abb.in cap. a nobis de ſent.excommu.l.ut gradatim, §.& ſi lege de muner. & honorib. qui textus ſemper allegatur ad hoc,quòd omnis diſpoſitio quantumcunque generaliter loquens, ſemper recipit interpretationem ac reſtrictionem de habilitate.& faciunt quæ ſingulariter notat Bald.in l. ſecunda,§ & filius qui ſtatild.
9 cog.ubi ait quòd ſi†lege municipali caueatur ut omnia lauda mittantur executioni,debet intelligi de ijs quæ iure ſubſiſtunt. ſique rurſus indicatur ut qualiſcunque probatio aduerſus potentiores ſufficiat, debere intelligi de illa quæ non ſit eliſa per contrariam probationem, ſed quæ de iure ualeat, ſitque idonea ac legitima,ut de hoc eſt gloſ.& ibi quoque Bal.in l.prima C.de fid.inſtrum.ſeq. Iaſ.in d §.nuntiatio ſub nu.5. Euer.in loc.a ratione legis.ſub nu.7.
10 ubi inquit hoc facere† contra nobiles quorundam oppidorum inidoneos ad regimen, qui tamen ſub prætextu priuilegij,conſuetudinis,uel legis municipalis diſponẽtis, ad regimen oppidi debere eligi aliquos de progeniebus ſeu de familiis nobilium,Rem pub.longo tempore detinuerunt lamentabiliter oc-
11 cupatam.Quæ res facit†quoque mirum in modum ad declarationem ordinum conſilij generalis vrbis noſtræ Ticinenſis,quibus ad Reipub. adminiſtrationem,conſilia generalia, & ad prouiſiones pſius ciuitatis admittuntur ij tantum, qui ſunt ex antiquis ac nobilibus familijs & caſatis eiuſdem vrbis Ticini, & quæ familiæ reperiuntur relatæ inter familias & caſatas, ut uocant in prænarratis ordinibus deſcri-
12 ptas, quas inter & noſtra Gallinia† eiuſdem urbis antiquiſsima reſtituta eſt, noſtra opera, qui de ſeptenni controuerſia, tribus ſententijs conformibus partam uictoriam non ſine laude ac honore omniũ plauſu reportauimus obtinuimuſq; illã, paterna ab urbe abſentia omiſſam,tempore quo edebantur memorati ordines,reſtitui,reponique inter alias patri-
13 tias familias ordinis decurionum, quamobrem† ab inde citra,omnib. honoribus,officiis,prærogatiuis, & priuilegijs,quibus fruuntur ea in urbe omnes antiqui ac nobiles Ciues, & nos potiti fuimus in præſentiaque potimur, quod faxit D. O. M. vt nobis, omnibusque poſteris noſtris donec hic terrarum orbis aura fructur ætherea, fauſtum fœlixque ſit pro animi uotis.

Nã ubi aliquę ex antedictis familijs reductę eſsẽt
13 ad gentilitios aliquos uiros†qui uel ętate,uel morbo,uel ineptia,aut aliquo alio uitio,defectuvè eſſent inhabiles ad publicæ huius adminiſtrationis munus,non deberent illi aliquo modo per tempora elegi ad eam prouinciam, per iura atque auctoritates proximè relatas, ita ut durante ea inhabilitate, eoque impedimento nulla earum iurium aduerſus tales familias percurrere intelligenda ſit præſcri-
14 ptio, quia agere† petereuè impeditis nulla currit præſcriptio. l. prima in fin. C. de annal. exceptio. & in authent. niſi triennalis, C. de bon. matern. ubi notat Bald. Felyn. in capitulo primo columna penultima de præſcript. & Balb. de præſcriptio. in prima par.ſex.par.princip.quæſtio.prima ſub numero 13. eſtque etiam text. in l. in rebus, C. de iur. dot. & in l. prima de diuerſ. & tempor. præſcriptio. & probat Andr.Tiraq. de præſcript.in ſeptima gloſ. fol. 91. uerſic. contrarium tamen quid præſertim
15 †contingere ait, quando impedimentum ſuperuenit antequam eſſet inchoata præſcriptio, iuxta
16 †theoricam,quam ponit Bartol.in l. ſenatus de offic. præſid. quem refert & Balb. loc. iam relato ſub numero 17.

Et ideo qui prędictorum ordinum concipiendo-
17 rum curam † geſſerunt ad multas familias,quæ uel earum Gentiles non habitantes, uel minores, ante officiales aut abſentes, aut non idoneos, aut medicos habebant, uel aliter accuſatos, appoſuerunt eius cemodi notas, quamuis tales familias in aliarum nobilium & antiquarum uocemque habentium in conſilio generali, numerum retulerint,

tulerint, quasi potissime suprafirmatæ declarationis sententiam præ oculis habuerint.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia restringi quando ratio legis suaderet restrictionem.*
2 *Paria sunt rationem esse in lege expressam, uel unam tantum posse assignari.*
3 *Vt in statuto fœminarum propter masculos excluſiuo.*
4 *Dispositio ubi duabus innixa est rationibus, una sublata per alterum sustinetur dispositio.*
5 *Duo uincula arctius ligare.*
6 *Dominum pro familia album corrumpente teneri, dupli ci ratione.*
7 *Dispositionem quoque sustineri, quando tanta ratio non subest.*
8 *Arbitrio iudicis committi an una uel plures sint præsumendæ in lege rationes.*
9 *In statuto fœminarum excluſiuo solam esse rationem fauorem agnationis.*
10 *Plures tamen in dubio præsumendas esse rationes, ex communi.*
11 *Ratio legis cum cessat cessare quoque legis dispositionem.*
12 *Sublata agnationis & cognationis differentia, in succeſsionibus censeri quoque sublatam esse in tutelis.*
13 *Paribus passibus ambulare delationes succeſsionum ac tutelarum.*
14 *Vbi quis alterum excludat a succeſsione excludit quoque à tutela.*
15 *Et ita in facti contingentia obtentum fuisse Ticini.*
16 *Ratione sublata extingui dispositionem, quando alteri est altera ita coniuncta, ut una ab altera dependeat.*
17 *Secus ubi sit ratio impulsiua tantum.*
18 *Vel etiam esset finalis, sed ueniret interpretatiue.*
19 *Aut cum legis ratio generaliter non tollitur, sed in aliquo casu tantum.*

Quid sit concludendum quando ratio legis suaderet ut uerba generaliter non accipiantur.

CAP. III.

1 REstringitur insuper ante dicta concluſio, ut locum non habeat, quando ratio † legis suaderet, vt generaliter prolata verba generaliter non intelligerentur, siue expressa sit ratio in dispositione, siue unica tantum Possit afferri uel coniici, ut uolunt Petr. Cyn. Castr. & alii Doctor. in l. non dubium, C. de legi. Bald. in l. maximum uitium, C. de lib. præter. Abb. in capit. ad audientiam de decim. & in capit. nihil de electio. & & elect. pot. ubi decidit pulchram & quotidianam
2 quæstionem, & ratio est † quia paria sunt uel rationem esse in lege expressam vel unam tantum posse assignari, ut scribunt gloss. Bal. Castrens. & alij communiter in l. quamuis, C. de fideicommiss. & ita limitationem hanc constituunt D. Alc. de uerbor. signifi. lib. primo sub nu. 11. & Euerar. in loc. a ratio. legis sub num. 9. & faciunt quæ scribit Craue. de antiquit. tempor. par. 4. sectio. 1. sub nu. 42. & quæ supra differuimus lib. 6. & 7. de extensio. faciendo ex ui rationis in materia correctoria, exorbitanti, ac pœnali, ubi diffusè omnia perpensa fuerunt ad hũc locum facientia. & lib. 5. in instrumento rationis.
3 Quapropter inquit D. Alciat. † quòd si in manicipio lege succeſsionis, existentibus masculis fœminæ excludantur, quoniam ex illa una ratione, id est solo agnatorum fauore id introductum esse aduersus Bar. receptius est, in l. prima, C. de adulter. & latissimè docet Anto. Gabr. lib. 6. concl. in tit. de statu. q. 6, & supra à nobis demonstratum fuit lib. 8. huius operis, ab huiusmodi ratione & lex extenderetur ac restringetur. Quòd si duabus rationibus † quid constitutum fuisse appareat, solet dici altera sublata sustineri nihilominus generalitatem legis, §. affinitatis de
4 nupt. l. si non lex Elia sentia & l. qui soluendo de hæred. instit. Quod utique admittendum esse ait, dùm singulæ rationes efficaces sint, & sufficiant, alioquin quod ex duabus causis introductum est, altera ceſsante extingu itur, cùm † duo uincula arctius ligent
5 auth. itaque, C. com. de succeſsio. & cap. primo de treug. & pacæ, & l. spadonem, §. qui iure cum socijs de excusat. ruto. quod exemplo manifestius fieri potest, ecce alicuius familia iniuriam prætori fecit, damnũ dedit, album corrupit, si is ius publicæ uindictæ prosequitur, Dominus † pro omnibus tenebi-
6 tur, l. si familia de iurisdict. omni. iudic. duplex enim hic est ratio nempe, quia plura hic censeatur esse facta item quia de publica uindicta agitur, pone alteram cessare, ut quia unicum est factum, puta furtum, uel homicidium, uel de priuata solum uindicta agatur, certè his casibus domino pro uno solidum soluens cæterbs liberat. l. illud ad leg. Aquil. necessario igitur, ut legis dispositio sustineatur, oportet ad huc earum rationem uigere, quæ tali decisioni sufficiat, quo fit, ui † licet quandoque tanta ratio supereſse non uideatur sustine tur tamen deci. ut scribit
7 Soci. in l. 2. §. ex his de uerbo. obligat. per illum text. ubi, quamuis in uno ex plurib. hæredibus, qui solum tenentur pro portionibus hæreditarijs, non militet ea ratio, quę in defuncto principali locum habebat, nihilon. inns ne cõtingat in diuersis hominibus uel rebus, quæ partitionem non admittunt, eandem fieri solutionem sustinetur dispositio, ut talis hæres soluendo partem non liberetur. d. §. ex his & l. in exe cutione, §. pro parte eod. tit. de uerbor. obligation. cum simil. utrobique adnotat. Quòd si dubitetur an una uel pluribus rationibus mota fuerit lex, uelu ti quia pars unà dicat, non unam sed plures esse rationes, altera uero unam tantum esse contendat;
8 quamuis D. Alciat. † d. li. primo de uerb. signific. sub num. 12. dicat id plurimum in iudicis arbitrio esse, quod scripsit, & Euerard. in loco a ratio. leg. larg. proptereaque uelit si unam probabilem rationem iudex animaduertat, dijudicet illi potius, quàm plu-

pluribus adhæsisse legislatorem, idcirco que in statuto fœminarum dotatarum exclusiuo asserat comprehendi filiam cui dos a patre in testamento sit constituta. ut per Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genero de conditio. & demonstratio. quia
9 † sola eius statuti ratio sit fauor agnationis, quam uidemus a iurisconsultis plerunque habitam fuisse præ oculis, ut in §. ceterum instituit. de legit. agnato. successio. nihilominus ego puto non esse recedendum ab ea opinione, quam supra lib. 6. probauimus cum communi cæterorum sententia, cum qua residere uidetur Andr. Tiraq. in com. capit. cum cessante limit. 21. sub nu. 11. & sequent. ubi plures in du
10 bio præsumit † debeant rationes in lege, non autem una tantum uel altera, maxime ubi sumus in materia strictè interpretanda, ut ibi diximus, ut quanto magis fieri possit ambiguam materiam perstringa-
11 mus. Quod † si ratio legis cesset dicendum erit cessare quoque eiusdem legis dispositionem l. adigere, §. quamuis de iur. patron. l. generaliter 2. C. de episc. & cleric. capitulo cum cessante de appellatio. cum simil. & propterea Accurs. in l. prima de legiti. tutori. existimauit legalem correctam esse, ideoque cor-
12 recta † hodie ratione illa fauore agnationis, admissis q; ad successionem cognatis una cum agnatis, censeri quoque correctam dispositionem legalem deferentem agnatis primùm legitimas tutelas. quia pa-
13 ribus passibus ambulant † delationes successionum, & tutelarum. d. l. prima de legiti. tuto. l. penult. eod. §. fi inst. de legiti. patron. tutel. Bartol. communiter receptus in d. l. prima de legiti. tuto. Dec. in consilio 16. col. pen. sub num. 4. Brun in tracta. quòd stantibus masculis &c. q. 30. sub nu. 216. & Cagnol. in l. quo tutela redit de regul. iur. sub num. secundo per
14 illum text. qui omnes † concludunt, quòd ubi aliquis alium excludit a successione excludit et a tutela, nisi fortè persona quæ aliis præfertur in successione, esset fœmina, quia tunc ipsa obtineret hæreditatem, & sequens in gradu, qui post illam admitteretur, ad hæreditatem succederet in onus tutelæ. d. l. prima, § interdum de tute. d. l. quo tutela, & per supra relatos Doctor. asseritur in locis proximè allegatis. Et † ita cum casus contigisset in hac Ticinensi
15 nostra urbe, in praxi obtinuimus, quamuis ob partis aduersæ potentiam, non leuia uictoriæ reportandæ iniecta fuissent impedimenta. Hanc tamen primam declarationem sic excipit D. Alciat. dicto libro se-
16 cundo sub numero 13. ut uera sit, quando ita † decisione sit coniuncta, ut altera ab altera proximè dependeat, alioquin ratione remota ueluti impulsiua correcta, adhuc lex uigeat. cap. miramur de ser. or-
17 din. & l. prima in princ. Cod. de cadu. tollen. tunc † dicimus uersari in ratione necessaria, ut dicit glos. notab. in l. si cum exceptione, §. post annum in uersic. & rei habet, quod met. caus. ita ut etiam si ratio fuerit probabilis, nihilominus haud quaquam locus esse possit dictæ conclusioni, ut uult alia glo. notab.
18 in l. non omnium de legib. Quinimò † etiam si esset finalis non progrederetur dicta conclusio, ut scribit Bald. in l. prima columna quinta uersic. item an cessatio solut. matri. per l. prospexit qui & a quibus cui accedit. Andr. Tiraquel. in capitulo cum cessante limit. sexta, loquitur tamen Bald. cum ratio non est expressa, sed uenit interpretatiue ex alia dispositione. Maria. tamen Socin. consil. primo lib. primo colum. ult. simpliciter sequitur hanc limitationem, ad quam bene facit, quod ex Laco. Bel. in l. secunda col. ult. de donatio. affert Alber. in l. generaliter colum. secunda, ibi si autem cessat culpa, C. de episc & cler. a quibus non uidetur dissentire Tiraquel. iam relatus, idem est cùm legis ratio generaliter non restrin-
19 gitur, sed aliquo casu tantum, † nam illo quoque casu seruanda est lex, donec contraria constitutione abrogetur, ut trad. in l. secunda de uulg. & pupillar. & habetur apud Doctor. in capitulo. à multis per illum text. de ætate & qualit. sed quoniam hosce omnes casus quibus restringi posset antedicta declaratio pleniore stylo prosecuti fuimus supra libro sexto in prima limitat. conclusionis in materia correctoria constitutæ, ideo ulterius non immorabor, ne actum agere uideat, cum etiam auido lectori quæ ibi pertractata sunt, sufficere possint.

SVMMARIVM.

1 *Aliquos casus referri a doctor. quibus limitatur conclusio proposita de cessatione rationis.*
2 *Legem generalem restringi vt euitetur absurdum etiam si in ea non adsit ratio, vel pro expressa habeatur.*
3 *Idemque esse si alicui tertio fieret præiudicium.*
4 *Vel per aliam legem reperiretur esse facta restrictio.*
5 *Aut aliquis indebitè damnum pateretur.*
6 *Seu essemus in casu uerisimiliter non præuiso.*
7 *Agere uerè de comprehendendo casu impossibili.*
8 *Generalem legis dispositionem restringendam esse ad casum constringibilem nu. 9.*
10 *Decemque & septem alios casus posse referri, in quibus generalis legis dispositio restringitur remissiuè.*
11 *Aliquos esse casus in quibus & si ratio cesset, nihilominus non receditur a uerborum generalitate.*
12 *Veluti quando quis indebite lucrum perderet. L. prospexit qui & a quib. induci. ibidem*
13 *L. prospexit duricies qua ratione sustineatur, ex Bartol. communique Doct. sententia.*
14 *Statuto si caueretur vt quicunque sanguinem emitteret in palatio, tali lucro priuaretur, chirurgum quoque lucro priuari qui secta vena sanguinem in palatio emiserit, ex Bartolo.*
15 *Sed contra sentire Euerardum.*
Varieque considerari ab eodem, & à D. Alciato, d. l. prospexit intellectum.
17 *L. prospexit Iaco. Aret. testimonio carere spiritu.*
Quamuis Cyno solita esset turbare spiritum ibidem.
18 *Diuersum tamen sentire Euerardum.*
19 *Circa l. prospexit intellectum quam fuerit variatum a scribentibus.*
20 *Bart. intellectum ad d. l. prospexit communi Doctorum consensu esse receptum.*
21 *Nec improbatum fuisse D. Alciati sensum.*
22 *Auctorem uero putare duos illos intellectus coniungendos esse.*

Ratio-

23 *Rationem quam considerant .l.Cons.in d.l.prospexit habere in se publicæ vtilitatis, ac publicæ vindictæ causam.*

24 *Legis dispositionem generalem, ob non omnimodam conuenientiam rationis, duriusculè comprehendere omnes species suas.*

25 *Becius senator Casalensis laudatur.*

26 *Genus æqualiter prædicare de suis speciebus.*

27 *Limitari quod dictum est de lucro indebitè amittendo quando cum iactura alterius ad alterum indebitè peruenirèt.*

Quibus in casibus amplient, & in quibus restringant interpretes supra concluſa in materia cessationis rationis.

CAP. IIII.

1 REperio † tamen Doctor. in locis proxime cita. aliquos referre casus in quibus ampliént, & in quibus restringant hanc materiam cessationis & correctionis rationis ipsius legis generalis. Quorum aliquos succinctè retulisse contentus ero, ne pars hæc sua careat dote, cum reliqua ad amussim excussa fuerint in dicto libro sexto in materia correctoria.

2 Primus igitur erit † quando aliqua resultaret absurditas, tunc enim, etiam si ratio in lege non esset expressa, uel pro expressa non haberetur, nihilominus legis uel statuti dispositio generalis restringeretur, ut in l. scire oportet, §. aliud de excusatio. tutor. & facit d l ut gradatim, §. sed & si lege de munerib. & honor. & d.l. 1. iuncta glos. in uer. unusquisque de munerib. & honorib. l. Cæsar de publica. & l. fin. C. de militar. testament. cum similibus supra citat. libro 5. 6. & septimo in loco a limitationibus ab absurdo.

3 Secundus est, † quando ratione quoque legis non expressa uel pro expressa non habita per eam generalitatem alicui tertio fieret præiudicium, nisi fieret illius restrictio, quia tunc semper fit coarctatio. l. si quando in princ. C. de inoffi. testam. & ratio est quia condendo legem generalem, uel concedendo alicui priuilegium generale, non uidetur uelle reuocare leges speciales uel præiudicare tertio. capit. ecclesia uestra il. 2. de electio. l. 2. §. si quis a principe & §. merito nequid in loco publico & capit. quamuis de rescript. libro sexto cum socijs supra cita. in proxim. relatis libris, & ideo in generali impositione collectæ personæ priuilegiatæ non includuntur. l. decurionibus, C. de silen. & decurio. lib. 12. neque causæ priuilegiatę generali dispositione includuntur glos. fin. in l. postquam l. ti. C. de pact. Ripa latissimè in l. 1. sub nu. 56. de uulg & pupill.

4 Tertius est † quando nulla habita certitudine rationis ipsius legalis per aliam legem reperitur esse facta restrictio, tunc enim restringitur quoque generalitas glos. in lege de pretio de publi. in rem actio. ibique Bartol. & alij & in l. utrum de petitio. hæred t. Angel. in l. quamuis de in ius uocand. cum simil.

5 Quartus est † quando aliquis indebitè damnum pateretur, tunc enim etiam si non appareat de ratione nihilominus fit restrictio, d.l. 2. C. de noxal. ubi Saly. & Docto. cap. cùm dilectus & cap. ad audientiam de clericis non resident. glos. sing. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib. super uerbo. confundantur in fin. quæ multum singulariter inquit, statutum disponens quòd executio instrumenti debeat fieri contra hæredem, ut contra defunctum, debere restringi nisi hæres fecerit inuentarium, & hoc ne indebitè damnum patiatur, & glos. illam ibi recipiunt, commendatque Bart. Bald. & alij & possent istiusmodi plura exempla colligi ex ijs, quæ scripsit Euerar. in loc. ab absurdo & ex ijs quæ in supra relatis libris diximus. Quinimò non solum in eiusce modi casibus restringuntur uerba, sed potius tolleretur ut nihil operentur, ut dixit pulchrè Cravet. in consi. 70. sub nu. 29. & seq.

6 Quintus † add. potest casus quando essemus in casu uerisimiliter non præuiso, l. si libertus de oper. liberto. Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum pro socio. facit l. tres fratres ubi glos. in fin. de pact. l. qui cum tutoribus ad fin. de transc. l. qui Romæ, §. duo fratres de uerb oblig.

7 Sextus † est quando ageretur de comprehendendo casu impossibili sub generalitate, quia tunc quoque eius fit restrictio, l. Lucius, §. imperator ad municip. & de incol. cap. à nobis de sent. excommun. cùm lex nunquam ad impossibilia trahatur. cap. erit autem 4. dist. in l. impossibilium de regu. iur. ubi Deci. Cagnol. & alij capitulo nemo potest de reg. iur. lib. sexto Bartol. & Imol. late in l. prima de conditio. instit. Ang. Areti. in §. impossibilis instit. de hæred. instit. cum simil.

8 Septimus est, † quia debet generalis legis dispositio uel statuti restringi ad casum contingibilem, Ripa in l. ex facto, §. si quis ita sub num. 2. ad senat. Trebellia. per tex. in cap. coram dilecto, ibi quia raro uel nunquam contingeret de officio delegat. cui addi

9 † possunt duo illi, u ulgares quidem, sed ualde insignes tex. in l. nam ad ea de legib. & in l. antiqui si pars hæredit. peta. & in l. iura ac l. ex ijs & in l. quoniam eod. tit. de legi. dum Pomponius in d.l. iura, iura inquit constitui oportet, ut dicit Theophrastus in ijs quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, accidunt non quæ ἐκ παραλόγου, & Celsus in d.l. ex ijs. Ex ijs ait quæ fortuito aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur, qui mox subijcit in l. nam ad ea, nam ad ea potius debet adaptari ius, quæ & frequenter & facile, quàm ad ea quæ perrarò eueniunt, quibus addit Paulus in d.l. quoniam, quoniam inquit ut ait Theophrastus τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, idest quæ semel aut bis accidunt contemnunt legislatores, quæ uerba repetit idem Paulus in d. l. antiqui

10 ad fin. si pars hæredit. petat. possent † huc afferri decem & septem illi casus in quibus supra ostendimus lib. primo ad finem a uerborum proprietate posse recedi, & septem alij quos supra retulimus lib. 2. qui

bus

bus demonſtratum eſt, impropriam ſignificationem propriæ præferri, ad effingendas ex eorum cauſis alias limitationes hic, ſed de his hactenus ſufficiat, ne crambe toties repetita faſtidium mo-
11 liamur. ſunt tamen † & aliqui caſus in quibus tamen ſi ratio ceſſet non propterea recedimus a uerborum generalitate, quorum primus eſt, quando ni ſi fieret reſtrictio aliquis indebitè lucrum perderet,
12 non enim eo in caſu generalitatis fit reſtrictio, † l. proſpexit qui & a quib. manum. liber. non fi. ibi mulier, cum qua, ob adulterium, maritus diuortium fecit, lege Iulia prohibetur ſeruos intra ſexageſimum diem manumittere ne quæſtioni ſubducantur, prohibetur pariter eos ſeruos manumittere, qui extra mulieris miniſterium ſunt, ueluti in prouincia, quãuis in illis uideatur ratio legis ceſſare, quaſi non potuerit illi adulterij conſcij eſſe, cum abfuerint, & nihilominus negat Vlpianus, eos manumitti debere,
13 quia † tametſi id perquam durum ſit, nihilominus ita lex ſcripta eſt quam deciſionem opinatur Bart. in l. ex facto ſub nu. ſecundo de uulgar. & pupillar. & in l. adigere, §. quamuis de iure patron. (cui alij communi conſenſu accedunt, ut atteſtatur ſcholiaſt. ad eundem Bartol. in d. l. ex facto, & Euerar. in loc. a ratio. leg. ad eius reſtrict. ſub nu. 7.) locum habere quando ex illa duriore generalitate aliquis lucrum amitteret, ſecus ſi damno afficeretur ut, in d. l. ex facto, quam limitati. probauit Maria. ſenior in conſ. primo col. ult. libro primo Andr. Tiraq. in cap. cum ceſſante limit. 5. & in præfatio. eiuſdem operis in ceſſante ratione legis ſub nu. 151.

14 Quamobrem † Bart. in d. l. omnes populi de iuſti. & iur. in 6. q. princip. dixit ſi lege aliqua municipali caueretur, ut qui ſanguinem fetiſſet in palatio prætorio, tali lucro priuaretur, ea quoque lege contineretur chirurgus, qui ſecta uena, uel cucurbicula alicui ſanguinem in palatio miſiſſet, quaſi is duriore legis generalitate, cum de lucro certaret, ueniret concipiendus, & idem dicit Bar. in d. l. non dubium, C. de legib. & alibi ſæpius cum quo conueniunt alij
15 crebriore calculo. Euer. tamen loco iam relato † negat hãc Bar. illationẽ eſſe veram, quia longe diuerſa eſt ratio in caſu d. l. proſpexit, a ſpecie per eũ propoſita in veniſeca, & contra Bar tenere ait Sal. in d. l. ſecunda, uerſiculo tranſeo ad ſecundam interpretationem, & Iaſ. in dicta l. non dubium uerſiculo ſecundus articulus & Io. Baptiſta Caccialup. in dicta l. omnes populi colum. 110. Felyn. in cap. ſi quando in ſeptima, colum. & ſeq. de reſcript. quarum ſententiam dicit ſe credere veriorem, quia non eſt ueriſimile ſtatuentes uoluiſſe punire medicum uel chyrurgum, qui præmio afficiendus erat, ac inuitandus cuius ſententiæ reperio quoque fuiſſe Dom. Alcia. in dicto lib. primo, de uerbo. ſignificat. ſub numero
14 qui dicit non moueri exemplo l. Iulię, quoniam
16 in eo † ſeruo non omnino ceſſat ratio, l. Iulię, cum licet abſens, potuerit aliquid ex conſeruis intelligere, ualde priore domini uita atteſtari, deque eius moribus & priſtina inſtitutione, quæ argumenta quamuis paulo remotius a certæ rei cognitione abſint, in hocque legis uerſetur duritiei, tamen omni no aliena dici non poſſunt, & maximè in ſeruis quorum ingenia maiores noſtri ſuſpecta habuerunt, præſertim cum nec dãnum libertatis eis inferatur ſed differatur potius, cum poſt ſexageſimum diem
17 nulla ſit prohibitio, & quamuis † Iacob. de Aret. dixerit dictã l. proſpexit carere ſpiritu, ut refert Bald. in l. non dubium columna tertia, C. de legi. & Cyn. in l. prima, C. quæ ſit longa conſuetu aſſeueret dict. l. proſpexit vbicunque illi occurrit, ei turbare ſpiritũ nihilominus dicit Euerard. iam relatus, ſi recte per
18 pendatur, dictã l. proſpexit † habere ſpiritum. & neminem turbare debere, per ea quæ ſcribit Iaſ. in dicta l. non dubium C. de legib. & Lanfran. in eius repetitio. in l. ſi uero §. de uiro ſolut. matrimo. in materia interpretationis reſtrictuæ. & Felin. in d. cap. ſi quando quibus in locis ſtrenue agitur de intellectu dictę l. proſpexit.

19 Ego quantum ad intellectum † dictę l. proſpexit ſcio ualde fuiſſe uariatum ſententijs a ueteribus, vt apud Io. Crotum uidere eſt in dicta l. omnes populi ſub num. 164. Hier. Ver. in l. ex facto ſub numero 64. de uulgar. & pupil. cum octo ſeq. Nihilominus ſcio quoque duos præ cæteris receptiores eſſe in-
20 tellectus, † quorum prior ille fuit, quem ex Bar. ſupra retulimus, & quem communi conſenſu receptum fuiſſe diximus, cui accedit Alexan. in conſi. 101. colum. penul. ſub num. 17. lib. 3. & conſi. 111. columna penul. lib. 7. & Crauett. conſilio 118. ſub numero 18.

21 Poſterior eſt, † quem ſupra retulimus ex D. Alci. qui uidetur fuiſſe Bal in conſi. 419. ſub num. primo, lib. 5. ubi uult etiam per rationem uel æquitatẽ non ſcriptam non poſſe recedi a legis duritie. Quã-
22 obrem ego crederem duo intellectus † coniungendos eſſe, vt ſcilicet dicamus in dicta l. proſpexit caſum illorum ſeruorum qui tempore adulterij impiẽcti dominæ, ab illa aberant, fuiſſe ex duriore illa uerborum generalitate comprehenſos, ut in diſpoſitione legis iuliæ, tum quia in ijs ſeruis non ceſſabat ratio ipſius legis ut ſupra declaratum fuit a Do. Alcia to, tum etiam quia non agebatur de damno inferendo, ſed potius de libertatis eius lucro differendo, vn de ex utraque ſupra narrata cauſa duriuſcula illa legis diſpoſitio, caſum ſeruorum abſentium comple-
23 ctitur, cum præſertim ratio illa quam conſiderat I. C. in dict. l. proſpexit, ne ſcilicet mancipia quæſtioni ſubducantur, habeat in ſe publicæ utilitatis, publicæque uindictæ cauſam, ne ſcilicet delicta remaneant occulta atque impunita. quæ duæ cauſæ, ſi faciunt ut a uerborum proprietate eorum gratia recedatur, ut ſupra uidimus libro ſecundo ad fin. in ea parte in qua recenſuimus caſus in quibus a propria uerborum ſignificatione permiſſum eſt recedere, in tertio & 15. caſu, & operatur ut in correctoriis exorbitantibus ac pœnalibus poſſit illarum uirtute fieri extenſio, ut ſupra uidimus in limitationibus ad regulas firmatas in materia pœnali exorbitanti, ac correctoria, libro ſexto huius operis, multo magis effi-
24 cient, ut earum intuitu generalis † diſpoſitio, quãuis duriuſcule ob non omnimodam conuenientiam (ut ſic dixerim rationis ipſius diſpoſitionis) debeat

com-

cõprehendere oẽs ſpecies ſuas, tametſi minor ſit ratio in uno, quàm in altero, & maior in altero, quàm in uno l.in fraudem, §.fin.ubi Bald.de milit.teſtam. Dec. in conſilio quinto columna ſecunda circa medium & in conſilio 301.ſub nnmero 10.Rip.in l.prima ſub numero 14.ſolut.matrim.& nouiſsime conſultiſsimus† ſenator Bec. in conſilio 14.ſub numero 14.vbi vult hoc procedere etiam in materia odioſa & aliàs reſtringibili, poſt Ang.in l.fin. de conſtit. princ. Deci. in dicto conſilio quinto ad finem & in conſilio 534.ſub nu.5.genus enim† æqualiter prædicatur de ſuis ſpeciebus, quamuis una ſit impotentior altera & altera efficacior una, l.1.de donatio. l.1.§. conuentionis de pac.& plene explicat Criſp.in rub. de leg.1.& nos ſupra diximus lib.2.in materia propriæ ſignificationis.

Limitandus eſt tamen communis ille intellectus † de lucro amittendo, quando id lucrum quod amitteretur cum iactura alterius, ad alterum indebite peruenireț, quia tali in caſu uerba generalia reſtringerentur, ut trad.Angel.conſilio 291.columna prima Abb.conſilio primo columna ſecunda uolumine prim. pulchrius in conſilio 44.columna ſecunda & conſilio 64.columna ſecunda eo. uolumine quibus accedunt Crauet. in conſil.3.ſub nu.3.& Rimi. iuni.in conſi.33.ſub nu.25.

SVMMARIVM.

1 *Quando lex facta eſt, ſuper eo quod diſpoſitum eſt a iure communi, & uerbis generalibus & geminatis, etiam ſi ratio ceſſet in aliquibus caſibus, nihilominus in differenter obſeruatur.*
2 *Statutum quo cauetur, ut qui aliquem quoquo modo occiderit occidatur reijcere diſtinctionem doli ac culpæ ſecundum Saly.*
3 *Nuntiatio, quæ omnibus diebus fieri poteſt, etiam feriatis poſſe fieri.*
4 *Milites qui teſtamentum quoquo modo uelint poſſunt facere, non adſtringi ſolennitatibus iuris ciuilis.*
5 *Saly.opinionem ueram non eſſe, quæ in prædicto ſtatuto de homicidio impedit diſtinctionem doli ac culpæ ex D.Alcia.*
6 *Lex quæ dicit omnes cuiuſcunque ſexus ætatiſque ſint dotis promiſione obligari intelligi modo alias ætate ſint idonei.*
7 *Siquis ob tutelam ſui corporis aliquem occiderit non comprehenditur prædicto ſtatuto.*
8 *Naturalem defenſionem a ſtatuentibus non poſſe tolli.*
9 *Auctorem credere opinionem D.Alciati contra Saly.eſſe ueriorem.*
10 *Potentiorem eſſe expreſſionem, quæ fit per ſpeciem, quàm eam quæ fit per genus. Generi per ſpeciem derogari. nu.10.*
11 *Statuta non poſſe tollere defenſiones quæ reſpiciunt negocium principale.*
12 *Papam Imperatoremque non poſſe derogare naturali defenſioni.*
13 *Quæ ſunt in iuris ciuilis poteſtate, & per principes, & per ſtatuta tolli poſſe.*
14 *Quomodo conciliari poſſint Saly. D.Alciat. opiniones contrariæ, in materia ſtatuti uniuerſaliter puniente capitaliter omnes homicidas.*
15 *In ſtatu coniecturali poſſe ius ciuile uergere præſumptionem ſuam, in quam partem uelit.*
16 *Vbi lex aliquid pro forma ſeruari iubet certa ex ratione, etiam ceſſante ratione nihilominus formam ſeruari.*
17 *Minor ſi rem alienet abſque prætoris decreto, alienationem nullam eſſe. Idemque eſſe in eccleſia. nu.17.*
18 *Ea quæ inducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, ad unguem ſeruari debere.*
19 *Regulæ generali adhærendum eſſe, vt ceſſante ratione ceſſet diſpoſitio, exceptis caſibus ſpecialibus.*
20 *Numerum caſuum a prædicta regula excipiendorum maiorem eſſe eo numero, quem refert D.Alciat.*
21 *Vt ex Andrea Tiraquello in c.cum ceſſante de appellatio. percipere licet, qui laudatur.*
22 *Quando ratio legis uerſatur in ſola præſumptione, ea ceſſante non ceſſat lex.*
23 *Ex homicidio poſtea patrato, præſumi colloquium quod ante præceſſerat inter accuſatum mali conſilij & delinquentem, fuiſſe ad malum conſilium.*
24 *D.Alciati præſumptionem tractatus laudatur.*
25 *Rationem fundatam in præſmptione non reſtringere diſpoſitionem.*
26 *Regulam ceſſantis rationis non habere locum in ratione tacita uel coniecturata.*

Quid dicendum ſit, cum legis ratio ceſſat & lex vtitur uerbis geminatis uel uniuerſalibus, aut quoties lex aliquid proforma obſeruari conſtituit uel ratio legis uerſatur in ſola præſumptione.

CAP. V.

1 SEcundus caſus eſt † cum lex præter dictiones uniuerſales quib. eſt concepta vtitur quoque uerbis geminatis & eſt lata ſuper caſu de quo iam diſpoſitum eſt a iure communi, quia & ſi ratio legis ceſſet in aliquibus, nihilominus indiſtincte lex obſeruatur. exemplum
2 proponit Saly. in d.l.2. C.de noxa.actio. † in ſtatuto quo caueatur, ut quicunque aliquem quoquo modo occiderit, occidatur, nam tunc non diſtinguitur an culpa, uel dolo occiderit, uel ob ſui tutelam uel aliter, per text.in l.prima, §. nuntiatio de oper.noui nuncia. ubi quod inductum eſt, ut nunciatio poſsit
3 omnib. † dieb. fieri intelligitur ut etiã diebus feriatis fieri poſsit, ut declarant ibi gloſſ. Bartol. Alexan. & Iaſ. ac omnes & per text. in l. diuus de milit. teſt. & ubi quod ibi dicitur, ut milites poſsint quoquo mo
4 do uelint ac poſsint teſtamentum facere, † non intelligitur ſecundum ſolennitates a iure communi requiſitas, quia illa uerba quoquo modo non patiuntur eam reſtrictionem, ſed etiam ſine ſolennitatibus iuris communis, ut in l.militis & in l.prima de milit. teſtam.

5 teſtam. Sed D. Alciat. † dicto libro primo de uerb. ſignificatio. ſub numero 17. credit hanc Saly. opinionem ueram non eſſe, quia ſupra dicta concluſio locum non habet in impedimentis, quæ iure naturali uel gentium prouenerunt, ſed tantùm in his quæ a
6 iure ciuili proficiſcũtur, & ideo lex quæ dicit, † quòd omnes cuiuſcunque ſexus, ætatiſque ſint, promittendo dotem obligantur, reſtringitur modo aliàs ætate ſint idonei, alioquin naturale impedimentum obſtaret. l. promittẽdo de iur. dot. facit text. in l. apud antiquos. in fin. C. de furt. & in l. hos accuſare, §. omnibus de accuſatio. & in l. final. de milit. teſtam. ideo
7 † ſi quis ob tutelam ſui corporis aliquem occiderit, quod omni iure naturali gentium & ciuili permiſſum eſt, l. ut uim de iuſt. & iur. ubi Bart. Iaſ. Deci & alii communiter notant cum ſociis, non debebit iſte caſus aliquo modo eſſe comprehenſus ſtatuto: quia obſtat illi impedimentum exceptionis naturalis de
8 ſenſionis, quod † non potuit quantumuis generali, ac geminata ſtatuti ſeu legis municipalis diſpoſitione tolli, §. ſed naturalia inſtit. de iur. naturali, §. fin. inſtitut. de legiti. agnato. tutel. & l. iura ſanguinis de regul. iur.

Quid dicemus in hac difficultate? Ego opinor D. Alciati ſententiam eſſe uti ueriorem in puncto
9 iuris, † & etiam uti humaniorem ac benigniorem omnino amplectendam, ratio autem quæ facit ut in hanc ſententiam potiſsimè concedam, illa eſt, quia nõ debet generalitas ac uerborum geminatio plus operari, quã operatur ſpecifica atque præciſa diſpoſitio ipſius legis municipalis in caſu de quo contro-
10 uertitur, quia potentior eſt expreſsio † quæ fit per ſpeciem, quàm illa quæ fit per genus, Bart. in l prima colum. ſecunda cum quo omnes conueniunt de uulgar. & pupill. faciunt quæ ſupra plenius lib. ſecundo diſſeruimus de expreſſa ſignificatione, & quod
11 uulgo enuntiari ſolet in † iure noſtro in quacunque materia generi per ſpeciem derogari. l. in toto de reg. iur. cap. generi eo. tit. lib. ſexto cum ſimil. unde quemadmodum ſi nuncupatim per ſtatutum fuiſſet cautum, ut aduerſus uiolentum inuaſorem, uel aggreſſorem, aut inſidiatorem municipi illius loci permiſſa eſſe non deberet defenſio, ac uis repulſio, ſtatutum ipſum tanquam irrationabile, & iniquum, ac ad ea ſe protendens ad quæ manum ſtatuentes apponere non potuerunt, eſſet nullius roboris atque momenti, ut nuncupatim ſcribit Bald. in dicta l. ut uim de iuſti. & iur. columna ſecunda uerſiculo ſed hic quæritur D. Clar. quamuis nõ faciat mentionem de Baldo in §. homicidium ſub numero 71. ad fin Bar. in extrauag. qui ſint rebelles in gloſſ. in uerſiculo mille librarum uerſiculo ſi uero ſub numero ſecundo & in extrauag. ad reprimendam, in uerſiculo figura iudicij columna ſecunda poſt princ. gloſſ. in uerſiculo defenſiones legitimæ in clement. ſæpe de uerbo. ſignificat. Felyn. in capit. ex parte 2. col. 2. poſt princ. de offic. & pot. iudi delegat. & in cap. dilecti filij in quinta columna circa finem de excepti. facit quod uult Alexan. ad Bartol. in l. cuſtodias de pub. iudi. in addit. incip. poteſt renuntiari, ſub litera C, uerſiculo pro quo optimè facit, ubi ait ſtatutũ non poſſe tollere defenſiones quæ reſpiciunt negocium principale, quamuis aliud ſit in ijs quæ apices iuris reſpiciunt, & ideo dicit Bald in dicta l. ut uim de iuſti. & iur. columna ſecunda poſt princ.

12 Neq; † Papam, neq; Imperatorem poſſe derogare naturali defenſioni, & eſt de mente omnium ſcribentium in dicta l. ut uim, dum cõcludunt uno ore, neceſſariam defenſionem omni iure tam naturali quàm ciuili, & tam diuino, quàm pontificio eſſe permiſſam, neque poſſe tolli, ſic igitur & in caſu iſto, ſiue generalis expreſsio ſtatuti quantum ad dictum caſum minus operetur quàm ſpecialis expreſsio ipſius ſtatuti, ſiue eundem effectum producat, dicendum erit caſum homicidij patrati, ob neceſſariam corporis defenſionem eius qui occiderit, non poſſe tali ſtatuto comprehendi.

13 Neque mouent ea † quæ in oppoſitum per Saly. adducta fuerunt, quia procedunt in ijs quæ ſunt in poteſtate iuris ciuilis ueluti actuum ſolennitates, & formulæ iudiciorum, & ita loquuntur iura in aduerſum citata, ſecus in ijs quæ à iure naturali profiſcuntur, qualis eſt defenſio, & in culpata corporis proprij tutela, quia non poſſunt iſta ex iuris ciuilis diſpoſitione tolli, ut ſupra dictum eſt, & probant quæ pro opinione D. Alciati ſupra adduximus. Si
14 quis † tamen uellet duas iſtas inter ſe pugnantes opiniones conciliare fœdere diſtinctionis, ſic dicere poſſet, quod aut ſumus in claris, quòd is qui occidit ſe arguitur, homicidium commiſit ob neceſſariam corporis ſui defenſionem, aut res non plane liquet priore caſu ego crederem ueram eſſe D. Alciati & quam ſupra defendimus opinionem, quia talem defenſionem uere ac germane in iure naturali fundatam, non potuit lex municipalis auferre, dicto §. ſed naturalia inſtit. de iur. natur. cap. ex parte ſecundo de offic. & poteſta. iud. deleg. & cle. paſtoralis de re iudi. cum ſimil. ſupra cita.

Poſteriore uerò caſu procedat opinio Saly. quia
15 cum res remaneat † in ſtatu coniecturali ac præſumptiuo potuit ius ciuile in eam partem præſumptionem ac coniecturam ſuam uergere. l. non eſt uerisimile quod met. cauſ. cum ſocijs capitulo quanto de præſumptio. l. iubemus, C. de teſtam. faciunt quæ ſcribunt Doctor. in l. prima in princ de uerbor. obligatio. & D. Alcia. in l. prima & ſecunda eius tracta. de præſumptio. cum ſimil. & in iſtis terminis poteſt defendi opinio Saly.

16 Tertius eſt caſus, † quoties lex aliquid pro forma obſeruari conſtituit certa ex ratione, nam illa ceſſante adhuc obſeruanda eſt forma, aliàs perperam agitur. unde ſi minor ſundum ſterilem abſque prætoris auctoritate uendat, uenditio eſt nulla, quamuis ratio prohibitionis alienationis bonorum minoris uideatur ceſſare, l. ſi fundus de reb. eor. idemque
17 † eſt in eccleſia rem ſimilem alienante, niſi requiſitæ ſolennitates ſeruentur. capit. primo de reb. eccl. non alienan. cuius rei eam dicit eſſe rationem D. Alciat.
18 dicto libro primo ſub numero 19. quòd ea quæ † inducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, ad unguem obſeruari debent, nec aduerſus eorum omiſſionem cuiquam ſuccurritur, ex aſſertione Bald. in

l. iur. s

l. iuris ignorantia, C. qui admit. cui ſententiæ negat eſſe locum, quando forma non publico ſed priuato iure foret introducta, uel quando correcta eſſet ratio formæ, quia utroque caſu credit actum poſſe ſuſtineri, ut de primo ait eſſe text. in l. eum hi, §. eam de tranſactio.

Secundum probari credit ex doctrina Bartol. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum de liber. & poſthum. dum concludit hodie poſſe nepotem ex filio emancipato præteriri, qui olim omnino erat inſtituendus uel exhæredandus. l. inter cætera de liber. & poſthum. cum hodie ſublata ſit differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, §. nullam in authen. de hæredib. ab inteſtat. uenientibus. iſtiſque caſibus
19 exceptis adhærendum eſſe ait regulæ, † ut lex generalis ceſſante ratione reſtringi debeat, ut exemplum haberi ait in conſilio Decij 60. & notari in l. prima, C. de ſacroſanct. eccleſ. in l. ea nobis, C. de adulter. & in capitulo qui ad agendum de procuratо. libro ſexto.

Sed ego arbitror, iſtiuſmodi caſuum nomencla-
20 turã † in quib. ẽt ceſſante ratione, nihilominus diſpoſitioni generali eſt locus, non debere neque poſſe, ita ut facit D. Alciat. ad caſus ſupra relatos reſtringi, ut qui ſciam eum numerum poſſe ad quadrageſimum uſque caſum produci, ſi quæ Bald. Saly. ac alij ſcripſerunt in l. generaliter ſecunda de epiſcop. & cleric. Abb. Deci. Peruſi. & alij in titulo de appellatio. in capitulo cum ceſſante de appellationib. & topici in loco a ceſſante ratione, interpretes iuris canonic. in capitulo poſt translationem de renuntiatio. & quæ nouiſsimo loco copio-
21 ſiſsime ac luculentiſsime † omnium prodidit Andre. Tiraquel. in eius commentario, cui fecit inſcriptionem ceſſante cauſa &c. perpenderimus, ſupradictis enim poſſunt adnecti infra ſubiiciendi caſus, quos ex omnium ſupra relatorum patrum dictis libuit ſuccincte excipere, atque referre.

22 Quartus igitur † caſus, in quo, etiam ceſſante ratione legis nihilominus ab eius generalitate non recedimus, eſt quando ratio ipſius legis uerſatur in ſola præſumptione, ut in caſu l. ſi qui, C. de adulte. ubi ex matrimonio quod poſtea ſecutum eſt præſumitur accuſatio adulterij uera eſſe, & in caſu Bald. in conſilio 250. in queſtione Domini Milani ſub numero quinto libro primo, ubi ex homici-
23 dio poſtea patrato, † præſumitur colloquium quod ante præceſſerat inter accuſatum mali conſilij & delinquentem fuiſſe ad malum conſilium, & poſſunt ſex centi huiuſmodi caſus colligi ex ijs quæ ſcripſit
24 D. Alciat. in luculentiſsimo † eius præſumptionum libello, & nos ſupra retulimus inter inſtrumenta præſumptionum in materia inſtrumenti præſumptionis, huiuſmodi enim ratio non reſtringit di-
25 ſpoſitionem † ut uoluere Iaco. Aretin. Oldr. que in l. prima ſolut. matrimo. quos refert Andr. Tiraquel. ſequiturque in dicto tracta. ceſſant. cauſ. in præfatio. numero 150. uerſicu lo igitur ut repetamus, & in limit. 29. quibus maximè adſtipulantur quæ ſcripſit idem Andr. Tiraq. in limit. 21. ubi oſtendit regulam
26 ceſſantis rationis non habere locum in ratione † tacita atq; coniecturata, & in mente tantum retenta, per l. ſi maiores, C. de tranſactio. in l. ſi repetendi, C. de condictio. ob cauſ. cum ſimilib. ab eo adductis in quibus locis paſsim not. gloſ. & doct.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante ratione quæ non ſit generalis, non ceſſat diſpoſitio.*
2 *Secus niſi ſit generalis.*
3 *Ceſſare ſi debet diſpoſitio, oportet ut ratio ceſſet ut nunc non etiam ut tunc.*
4 *L. proſpexit qui & a quibus quomodo intelligenda ſit.*
5 *Quomodo accipiendum ſit diſpoſitionem generalem reſtringi debere per rationem. nu. 6. & 7.*
8 *Quid ſentiat auctor.*
9 *Quando ante ceſſationem rationis eſt ius alicui tertio quæſitum, non ceſſat diſpoſitio etiam ſi ceſſet ratio.*
10 *Sed contra ſentire auctorem, quia licet ratio ceſſet in particulari aliquo, non ceſſat reſpectu generis.*
Et ratione tertij cui ius eſt quæſitum dicitur effectus conſumatus. ibi.
11 *Diſpoſitionem non deſinere ceſſante ratione, quando effectus iam eſt conſumatus.*
12 *Vel pro conſumato habeatur.*
13 *Vel conſequentiam habeat ab effectu conſumato.*
14 *Reſpectu tamen temporis futuri non etiam præteriti.*
15 *Et quid conſtitui oporteat, quando ratio eſt ſpecifica.*
16 *Non ceſſare diſpoſitionem ob ceſſationem rationis, quando ſufficit aliquo tempore adfuiſſe.*
17 *Si quis excuſatus eſt ab onere tutelæ uel curæ ob numerorum liberorum, etiam ſi aliquis poſtea deceſſerit excuſatio durat.*
18 *Communi ab opinione in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum.*
19 *Diſpoſitionem non ceſſare, quando ob ceſſationem rationis legis quando ratio naturalis repugnat.*
20 *Agnationis ratio, ob quam fœminæ cum maſculis ad ſucceſſionem admittuntur, ſi ceſſet, nihilominus naturali rationi eiſdem ſit locus.*

Quomodo res ſe habeat quando ratio non eſt generalis quæ ceſſat, uel ante ceſſationem rationis ius tertio eſt quæſitum, aut effectus iam eſt conſumatus, ſeu ſufficit rationem adeſſe aliquo tempore, uel ratio naturalis repugnat.

CAP. VI.

1 QVintus eſt quando ratio non eſt generalis, nec in ſui generalitate conſiderata † & ſic non utin generib. ſingulorum, ſed vt in ſingulis generum, quia tunc ratio non habetur pro finali, ſed pro impulſiua, ita uoluit Bal. in l. de quibus col. 10. uerſ. quo ad ſextum, de legi. Fely. in c. cum nuncius col. 1. de teſtib. Iaſ. in auth. quas

q̃nas actiones col.4.uerſi.puto tamen gratia.Nicol. Euerar.in loc.a ceſſante ratione in ſi.Andr.Tiraq in
2 d.c.cum ceſſante limit.1.ſub nu.62. Secus autem † ſi ratio ſit generalis, ac in ſui generalitate conſideretur,& ut in generibus ſingulorum, non autem in ſingulis, quia tunc etiam ſi in uno uel altero ſingulorum ceſſet,nihilominus ſuſtinetur adhuc diſpoſitio, ut in pluribus,ut uoluit Bal.in l.1.col.1.uerſic.in ea gloſ.ibi ſed impulſiua de fer.per tex.in l.iura de legi. cui accedit Andr.Tiraq.in d.c.cũ ceſſante de appell. lim.7.8. & 9.& rurſus limita.30.31.& ſeq. ub uult ad hoc ut ſit locus præſcriptæ concluſioni,oportere
3 ut † ratio ceſſet ut nunc, & ut tunc.item ut omnino ceſſet,& ut generaliter ceſſet,nõ aũt in uno caſu.idẽ Bal in l.nõ dubiũ co.2.uer.ſeq̃tur uidere de interpretatio. C.de leg.ubi dicit ita eſſe intelligẽdã d.l.ꝑſpe
4 xit q & a q̃b. quã ſeq.Pet.Anc.in c.1.char.9.verſ.circa 2.art. de cõſti.& Ale.in conſ.32.col.2 uerſ.ad idẽ
5 bene facit.li.7.Sed hæc vñr pugnare † cũ ijs q̃ alibi ſ. dixi li.6.7.& q̃ ſcr.An.Tira.in d.c.cũ ceſſante in ꝓęſ. in ceſſante rõne legis,ſub nu.144. ver.ꝓpcaq. diſpõ & limit.j.ſub nu.63.ver.ſed aduerte, vbi cõcludit diſpoſitionẽ q̃tũcunq; gñalẽ reſtringi per rõnẽ l. cum pater,§.dulciſſimis de leg.2 ubi Bart.Bal.Alberi.& Caſt.l,pater §.fundũ ubi Bar.de le.3.cũ ſi.ibi & ſub nu.5.ſeq.per eũ cit. põtq; addi Crau.in cõſ.227.ſub nu.3.& trib.ſeq.tanto magis,q̃a vt inq̃t Ang.in cõſ. 221.in vol.ver.nec obſtat huic deciſ.& in conſ.346.
6 Titius vt hęres, ubi † id dicit procedere in diſpõne legali teſtãria,& inter viuos per multa ex iurib.ibi all. Quãobrẽ And.Tir.d.lim.1.ſub nu.63.ad tollendam huiuſmodi cõtrarietatẽ,inq̃t debere nos dicere ea q̃ in oppoſitũ obiecta ſunt ꝓcedere in rõne legis, vel
7 diſpõnis † ꝓpriè ſumpta, q̃ reſtringit ac limitat diſpoſitionẽ legis, q̃ aũt ſ.d ſunt in hoc 5. caſu intelligẽda ſint de cã,q̃ differt a rõne ꝓpriè ſũpta ſm ea q̃ ſcri. Bart.loquens de hac materia in l 2.§.vlt.col.2. ver.tertio ſumit,de donat. & in l.demõſtratio. §.qđ aũt,col.vlt.in 8.q.de cõd.& demõ.Sed mihi vr̃ rñſio iſta verbalis eſſe tñ atque ſubfrigida, quocirca ego
8 credere potius dicendũ eſſe hoc pacto,vt.ſ. ſ.trad. in hoc 5.caſu, locũ habeant in rõne q̃ particulariter cõſiderata eſt, vt in l.j.§.casũ de poſtul. q̃a tũc, cùm particularitas illa faciat rõnẽ impulſiuã & nõ finalẽ nõ põt ea ceſſante reſtringi aut diminui diſpõ. Quæ aũt poſteriore loco d.ſunt procedũt in rõne,q̃ licet nõ ſit æquè gñalis ac diſpõ,eſt tñ in ſui eſſentia cõſiderata gñalis & ita loquũtur doct. qui volũt a rõne nõ gñali uel reſtringi diſpõnẽ gñalem, qñ rõ eſt fin. nõ.n.põt eſſe finalis niſi ſit gñalis,q̃uis magis & minus gñalis eſſe poſsit,q̃ ipſa diſpõ veluti q̃a verba di
9 ſpõnis ampliora ſint ipſa rõne. Sextus caſus eſt † qñ reperitur ante ceſſationẽ rõnis ius alicui tertio q̃ũtũ q̃a tũc ceſſante rõne non ceſſat diſpõ, q̃nimò ius illud iã per cauſę exiſtentiã q̃ſitũ, q̃uis cã uel rõ eſſe deſinat retinetur,per tex in l.ſi poſt mortẽ.§.j.& in l nõ putauit.§.ſed ſi poſt mortẽ, de bo.poſ.cõtratab. & l.cũ vxore C.qñ dies legato.ced.cũ ſi.adduct. per And.Tiraq.in d.c cũ ceſſante lim.11.quã aſſertionẽ
10 † ego puto eſſe verã duplici rõne, tũ.ſ.q̃a licet rõ ceſſat in vno vel in altero particularũ,nõ ꝓpea q̃tũ ad ipſam gñalẽ diſpoſit. dr̃ deſinere,quia ſatis eſt ut cõcludat in generib. ſingulorum, q̃uis non in ſingulis generũ,ut proximè vidimus. tũ ẽt q̃a rõne illius cui ius eſt,q̃ſitũ,dr̃ effectus rõnis fuiſſe conſumatus, vnde ẽt ſi ad eũ caſũ deuenerit a quo incipere nõ põt, non curatur,l plurib.§.etſi placeat,de ver.obl.& plenius j. ſuo loco paulo poſt dicemus. Et ideo ſepti-
11 mus reſurgit † caſus effectus iã conſumati ac perfecti, declarando qñ effectus ſit cõſumatus, vel perfectus ut ꝑ Franc.Are.in d.l plurib.§.etſi placeat, col. 2.uerſ.attẽde q̃a ad ſolã mentẽ,de ver.obl.ad quem finem ubi peruenit diſpõ, tametſi vacet rõ, non tñ ocioſa remanet diſpõ,ut ſcri.Cyn.in l.generaliter 2. col.2.uer.in contrariũ,q̃a lex dicit, C.de epi.& cl.& ibi Bal col.3. uer. itẽ exemplũ de cauſa, & Bar.in l. ult.ad ſi.de donat. & in l.plurib. §.& ſi placeat ad fi. de ver.obl.& latisſimè oĩum And.Tiraq.in d.c.cum ceſſante limit.12.per totũ eſtq; tex vulg. ſed inſignis in l inter ſtipulantem. §.ſacrã de ver.obl.in illis uerbis,nec reuocanr in obligatione, ubi no.Iaſ in 4 no. in l.qui res, §.aream de ſolutionib & in l.tutelas, in prin.de capit.dimi.Hunq; caſum intelligũt doct.ꝓ-
12 cedere nõ ſolũ in effectu † verè conſumato, ſed ẽt in inchoato,qui pro perfecto habeatur,ut per Bart.in l.cętera.§.ſed ſi ſeparauit, de le.1.per tex.in l.et ſi nõ ſint.§.infecti,de au.& arg leg Cur.iu.in l.more,col. 2.ſub nu.12.de iuriſd om.iud. declarãndo tñ ut per
13 Tiraq.in d.limit.12.ſub nu.21.Et rurſus † in effectu nondũ conſumato, qui tñ conſequentiam habeat ab effectu cõſumato, vt decl.Io.Imo.in d.l.plurib.§.ſed ſi placeat, uer.circa tertiũ membrũ, de verb.obl.per tex.in l.prẽ furioſo ubi & Iaſ.de ijs q̃ ſunt ſui,uel aſſi.
14 iur.Reſtringiturq; iſte caſus † quantũ ad tps futurũ, ſecus quantũ ad tẽpus præteritum d. l.tutelas quod eſt verũ qñ rõ reſpicit cauſam fiendi,ſecus ſi cauſam eſſendi, quia tũc ceſſat tã pro præterito q̃ pro futuro,ut per Bal.in c.etſi Chriſtus, col.ult.uerſ.adde q̃ de iur.iur.& Io.Monach.in proc.li.6. Itẽ niſi ſuperueniat cauſa retro contraria remouens effectũ iam conſumatũ & perfectũ.Bal.in d c.cũ ceſſante, nu.4. inſuper qñ is ad cuius cõmodũ effectus eſſet conſumatus,fuiſſet in mora,ut in l.quod tpe.C.de ĩn inte. reſt.Tol.in §.ſ dicta ſub nu.17.inſt de mil.teſta. Præ
15 terea † ubi rõ eſſet ſpecifica ut decla. Butrĩ.in c.poſt translationẽ,col.4.ver.tu dic clarius de renuntiatio. q̃uis aliter ibi ſentiat Imo.ſub nu.1.per l.vlt.unde lĩ. cui accedit Tiraq.lo.iã rel.ſub nu.27. Octauus eſt ca
16 ſus,qñ ſufficit † rõnem ipſam aliquo tpe adeſſe,nam ſi eo tpe adfuit,ac poſtea ceſſet,nihilominus nõ ceſſat diſpoſitio,l.ſi quis hæredem. C.de inſtit. & ſubſtit.l.quæcunq;.§ ult.de publi.in rẽ actio.quas leges adducit Bal.declarando dicta Per.& Cy.in d.l.generaliter,ver.ſed ego dico C.de epi.& cle.Fel.in d.c.cũ ceſſante poſt prin & ibi Dec.col.1.verſ.tertio fallit; & pleniſs.And.Tiraquel.ibi in 4.limit. ubi per duas chart.proſequitur uarias illationes in praxi ex deciſione iſtius caſus,& inter cętera reſoluit illã difficul
17 tatã,q̃ ſi quis ꝑ munere tutelæ uel curæ, aut ab aliquib. alijs onerib. fuerit excuſatus, numero liberorum, ẽt ſi poſtea aliquis eorum deceſſerit, nõ tñ propterea deficit,aut cõpetere deſinit immunitatis pri-

18 uilegium, ſecundum com.opin.a qua ſin iudicando, & conſulendo dicit non eſſe recedẽdum Bar. Soc. in l.ſciendum.§.vlt.col.1.uer.ſecundo inducitur qui ſatiſd cog.ubi & Iaſ.col.2. uer.nota ex iſto tex.Dec. in auth.præterea ad fi. C.unde vir & vx.in l.ultima, in princip.ſi cert.peta.in l.in omnibus colum.ultima de regul.iur. in dicto capitulo cum ceſſante colum. prima Rip.in l.ex facto columna tertia uerſiculo præmiſſa faciunt de uulgar & pupilla. declarando tamen ut per And.Tiraq.in d.lim.4.ſub nu.13.cum ſe.

19 Nonus caſus eſt † qñ ratio naturalis repugnaret ut ceſſante ratione legis ceſſare deberet diſpoſitio Butri.in cap.cum Apoſtolica col.ultima & ibi quoque Imol.col.5.uerſi.ſi autem cauſa ſit finalis, de ijs quæ fiunt a prælat. ſine conſen.capit.Tiraq.loc.iam relato in 3.limitat. ſub nu.primo in cuius confirmationem faciunt, quæ ſcribit idem Tiraq.in prima limi. ſub nu.44. uerſic.hæc Bart. & iterum ſub nu.67.incip.quintum quod ratio & multis ſeq. uſque ad nu. 77.& poteſt exemplum poni in l. cum ratio natural. de portio.quæ lib. damnat.in l.ſcripto in fine. unde lib.& in l.nam & ſi parentibus de inoffic.teſtament. & in pulcherrimo caſu, in quo conſuluit Curt.Seni. in conſilio 17. columna tertia ſub numero octauo

20 uerſi.præterea inquantum præfatus, uelut † ſi agnationis ratio ob quam fœminæ in certis caſibus ad ſucceſsionem cum maſculis admittuntur, ut in l.lege duodecim tabul. C. de legit.hær edib. & in §. cæterum inſtitutio. de legit. agnato. ſucceſsio. cum ſimilibus, ſublata eſſet, nam ex naturali ratione qua fœminæ non debent deterioris eſſe conditionis quàm mares in ſucceſsionibus l. maximum uitium, C. de liber. præterit. adhuc fœminæ debebunt ad ſucceſsiones illas admitti. & ex ingenio poſſet quiſque alia imaginari exempla.

SVMMARIVM.

1 *Ratio propter quam forma eſt introducta ſi ceſſet, non ceſſat diſpoſitio.*
2 *Quia forma eſt introducta ad rigorem iuris cõſeruandũ.*
3 *Formæ introductio videtur ex diametro tendere in annihilationem rationis propter quam introducitur.*
4 *Cauſam inducentem tantum, ſi ceſſet, facere ceſſare diſpoſitionem.*
5 *Rationem innixam cauſæ efficienti, ſi ceſſet, facere ceſſare diſpoſitionem, quantum ad effectus qui ſunt in fieri, non etiam præteritos.*
6 *Et quomodo plerisque putent procedere quantum ad vtrunque effectum.*
7 *Diſpoſitionem non ceſſare niſi ratio ceſſet, nunc et retro.*
8 *Cauſa quando prorſus non ceſſat, ſed aliquæ eius remanent reliquiæ non ceſſare diſpoſitionem.*
9 *L.Vltima vnde lib.quomodo ſit intelligenda.*
10 *Ceſſante ratione ceſſare diſpoſitionem, quamuis remaneant aliquæ iuris reliquiæ.*
Niſi vbi lex aliquid ſtatuit in memoriam priſtini ſtatus.
11 *Quid conſtituendum opinetur Auctor.*
12 *Ceſſante ratione actus annullatiua, non propterea ceſſat nullitas.*
13 *Et quæ ſit ratio.*
14 *Ratione ſuſpenſa, uel impleta non ceſſat diſpoſitio.*
15 *Ceſſante ratione tacita ac in mente retenta, non ceſſare diſpoſitionem.*
16 *Ceſſante vna ex pluribus legis rationibus non ceſſare diſpoſitionem.*
17 *Niſi eſſent diſtributiuæ.*
18 *Vel vtraque conſiderata ad effectum producendum.*
19 *Aut fuiſſet vtraque ratio expreſsa in lege.*
20 *Seu quando plures illæ rationes eſſent uniuerſales.*
21 *Non id quod in conſequentiam venit ſed quod principaliter ſit conſiderari.*
22 *Ceſſante ratione legis in qua ſit appoſita dictio forte, non tolli diſpoſitionem.*
23 *Dictionem forte importare cauſam impulſiuam.*
24 *Dictionem fortè videri potius reſpicere factum, & facti accidentia, quàm diſpoſitionem.*
25 *Ceſſante alia ratione, quàm finali, & ratiocinatiua non ceſſare diſpoſitionem.*

Quid conſtituatur cum ceſſat ratio, propter quam forma eſt introducta, uel ratio inducens tantum, aut innixa efficienti tantum, uel non affert impedimentum nunc & retro, ſeu non ceſſaret prorſus, uel eſſet annullatiua aut quæ tantum ſuſpenſa eſſet, uel in mente retenta, pluresue eſſent legis rationes, ſiue in ratione legis appoſita eſſet dictio forte, uel non eſſet ratio finalis.

CAP. VII.

1 DEcimus eſt in ceſſatione rationis propter quam forma eſt introducta, † quia illa ceſſante, non propterea ceſſat diſpoſitio l. cum hi, §. ea autem ubi Bart. & alii de tranſ.Franciſ. Aretin.in l. ſecunda uerſiculo tu aduerte columna quinta de uulgar. & pupillar. quid id dicit probari in l. ſi fundus de rebus eor. & clarius in capitulo primo, §. præſertim de reb. eccleſ.non alien. lib.6.cui accedit quoque Andr.Tiraquel.in loc.iam

2 relat.limitat.37. & ratio eſt, † quòd cum forma ſit de ijs quæ ad rigorem iuris conſeruandum introducta ſunt, etiam ſi illius ratio ceſſet, nihilominus diſpoſitio formalis, ſeu formæ obſeruatio ceſſare non debet. iur. ſupra citat. & ut etiam ſupra diximus cum D. Alciat. quibus addi poteſt, quòd ſatis eſt ut uiguerit ratio eo tempore, quo introducta fuit forma, & ideo etiam ſi poſtea ceſſet, non debet ociosa eſſe forma, per ea quæ in antecedentibus

3 caſibus dicta ſunt, & rurſus quia † formæ inductio at que obſeruatio uidetur ex diametro tendere in annihilationem ac confutationem rationis propter quã inducitur arg.l hac cõſultiſsima, C.q teſt.facere poſſ. ubi ſtrictior illa obſeruatio formę in teſtam.ceci facit ut occurratur fraudum facilitati, ob quam fuit illa forma inducta, idemque probatur in iuribus ſupra citatis, quamuis ad hoc non perpendatur a

Doctor.

Doctor.ideo ceſſatio rationis ob quam forma induci
citur, non debet eſſe annihilatio formæ, ſed eius
generatio confirmatioque ac productio,ut per cor
ruptionem unius iuxta philoſophum generatio alte
rius inuehitur.

4 Vndecimus caſus eſt,† in cauſa uel rõne inducente tantum,Bald.in l.1.§.1.in prima lect.in fin. de officio eius Andr.Tiraq.loc.ſupra cita.limitat.35.qui petitis exemplis, tam a ſacris theologis quàm a noſtris pulchre hunc caſum declarat tunc enim quando ratio inducens tantum ceſſaret, non eſſet ociosa diſpoſitio.

5 Duodecimo †eſt in ratione innixa cauſa efficienti ceſſante, quæ quidem quantum ad effectus qui ſunt in fieri, & futuros, facit ceſſare diſpoſitionem quantum uero ad effectus præteritos non item, ut uidetur eſſe de mente Saly. in dicta l.generaliter ſecunda circa medium, C. de epiſcop. & cleric.Imol. in capitulo poſt translationem de renuntiat.columna quinta ſub numero 37. & Aegidi. Bellame. qui clarius ac planius loquitur in dicto capitulo poſt translationem quibus accedit Andr.Tiraq. loc.iam relato limit.2.ſub nu.6. qui in principio dictæ limitationis uult hunc caſum procedere, quantum ad
6 utrunque † effectum, quando cauſa ipſa uel ratio & effectus ſunt in diuerſis ſubiectis,quãdo effectus per ſe ſtare poteſt,iuxta ea quæ ſcribunt Bart.& doctor. in l.Gallus in princ.de lib.& poſth. Bal.in l.generaliter col.3.uerſ.ſed quandoque reperitur,C.de epiſc. & cleric. Bart. Iaſ. & alij in l.patre furioſo de ijs qui ſunt ſui uel alien.iur.cum ſimil.

7 Decimustertius eſt caſus,† quando ratio ceſſans nõ affert impedimentum nunc & retro, vt per Saly. in d.l. generaliter in 3. oppoſit. per l. pro parte de ſeruit.legat.& l.3.§.adeo de l b.agnoſ.Tiraq.in d.c. cum ceſſante limitat.34.ſub nu.24.& limitat.23.uerſic.ſecundo caſu & ſeq.

8 Decimusquartus eſt † quando cauſa uel ratio nõ ceſſaret prorſus ſed illius adhuc aliquæ eſſent reliquiæ l.ſecunda & tertia ubi Dyn. re.amota.ubi contra illam quæ deſijt eſſe vxor, non inſtituitur actio turpis in honorem præteriti matrimonij, l. ex duobus de uulgar. & pupillar.Bartol.in l.ſecunda,§.ult. in fin.de donatio.Bald.in d. l.patre furioſo in prima lectur.poſt princ.& in ſecunda ad fin. Iaſ. in l.ſciendum,§.ult.qui ſatiſd.cogant.colum.3.uerſic.quarto pro iſta parte Ripa in l.ex facto col.3.ſub nu.16. de uulgar.& pupillar.& cumulatiſsimè Andr.Tiraq.loco ſupra cita.limitat.16.

9 Sed in †contrarium uidetur eſſe text.in l.ult.und. lib.ubi ſi filius ſe arrogandum dederit, non poterit amplius dicere contra tabulas, licet etiam poſt arrogationem remaneant quædam reliquiæ filiationis naturalis. l. tutelas de capitis dimin. ideo Imol. & Ludo.Roman.in l.ſecunda,§.ult.de donatio. ille columna ſecunda uerſiculo item adde inquantum, hic columna ultima uerſiculo item adde in quantum, dicunt ſic rem conciliari poſſe, ut è conuerſo
10 ſtatuamus † ceſſante ratione ceſſare quoque diſpoſitionem, quamuis aliquæ remaneant rationis reliquiæ,niſi tamen in caſibus in quibus lex aliquid ſtatuit in memoriam priſtini ſtatus. iur. ſupra citat. & l.unius,§.ſeruus de quęſtio.l.ultima de decurio.& capitulo primo ad fin. conſtit. D.Lotar.tanquam ſcilicet intelligant reliquias priſtinæ cauſæ non eſſe conſiderandas in hac materia, niſi in caſibus à iure expreſsis, & hoc fortè uerius eſſe inquit Tiraq. ſupra relat.niſi eadem ratio militaret in reliquijs quæ in principali ipſa ratione.

11 Ego autem ſic conſtituerem, † quod aut rationis reliquiæ ſufficientes ſunt ad ſuſtinendam diſpoſitionem ipſam principalem, à qua ſublata eſt ratio, aut non ſufficientes,ueluti quia ſunt exuuiæ debiles ac colliſæ,priore caſu, opinarer ueriorem eſſe illam opinionem, quæ ſuſtinet caſum ſupra relatum cum iuribus ſupra citatis in illius confirmationem. Poſteriore uero, adhærerem contrariæ ſententiæ,per tex. in dicta l.ult.unde lib.& quia inhabilis cauſa nullum producit effectum.l.nulla de auctor.tutor.l.non dubium,C.de legib. & l.prima,§. ſi quis ita de uerbor. obligat.cum ſimil.

12 Decimusquintus caſus eſt,† quando eſſemus in ratione actus annullatiuã, quia etiam ſi ceſſaret ea ratio, non tamen propterea ceſſaret nullitas actus, ut probatur in §.primo inſtitut.de exhæreda.libero. iuncta l. Papinianus in principio de inoffic. teſtam. & in l. eius qui de teſtament. iuncto, §. præterea inſtitut.quibus permiſ.non eſt facer. teſtament. pulcher eſt caſus in l. filium de ſenator. & in l. generali, §.ultimo de ritu nuptia. declarando ut per Andr.Tiraquel.limit. 19. in loco iam relato, eſtque etiam text. non minus inſignis in l.inter ſtipulantem,§.ſacram de uerborum obligatio. ubi iuris noſtri interpretes nõtant, & habet iſte caſus †
13 rationem euidentiſsimam, atque concludentiſsimam, quòd cùm propter rationem annullatiuam iam effectus nullitatis eſſet conſumatus, effectusque eſſet actus nullus non debuit ceſſante ratione annullante, potuiſſe reconualeſcere l. quod initio de regulis iuris cum ſocijs. quibus adſtipulatur quæ ſupra de actu iam conſumato diximus.

14 Decimusſextus caſus eſt, † quando eſſemus in ratione,quæ tantum ſuſpenſa eſſet, l.ſi extraneus & l.quod Seruius de condictio.ob cauſ.l. illa inſtitut.§. primo de hæredib.inſtitu. ibi in ſuſpenſo retinetur, non autem abrumpitur. Vel quando ceſſat ratio quia implementum recipit. l.ſi iam facta & l.conditione,quę in futurum de conditio.& demonſtratio. Andr.Tiraquell.in dicto capitulo cum ceſſante.17. & 18.limitat.

15 Decimusſeptimus eſt, † quando eſſemus in ceſſatione rationis tacitæ in menteque retentæ, quia illa non induceret inanitatem diſpoſitionis. l.ſi maiores, C. de tranſact. & l. ſi repetendi, C. de condictio. ob cauſ. ample Tiraquell. in dicto tractat. ceſſant. cauſa limitatio. uigeſimaprima ubi ſub numero ſeptimo hanc aſſertionem reſtringit, quando ratio quæ non foret expreſſa, ſed in mente retenta, ita ſe ad diſpoſitionem haberet, ut unica tantum ad illam poſſet afferri qua de ſatis plene ſupra diximus ita ut repetitione non ſit opus.

16 Decimus octauus † est casus quando plures essent legis rationes, nam tunc altera earum cessante non propterea cessaret dispositio. l. si nõ lex Aelia sentia de hæred. instit. ubi Oldr. Bar. & Bal. alijque notant §. affinitatis instit. de nupt. unde Ang. & alij excipiũt idem nota. l. assiduis, C. qui potio. in pign. habeant. L. tutor petitus, §. quæ tutoribus de excusat. tutor. cũ socijs de quibus per Andr. Tiraquel. loco iam relato, limitat. 22. in principio & per totam, faciens ex istiusmodi assertione multas egregias ac perutiles illationes.

17 Intelligitur tamen iste casus, † quinque modis. Primo quando duæ illæ, aut plures rationes sunt distributiuæ, id est quælibet earum sufficiens ad producẽdum illum effectum, secus si omnes unà considerentur, quia illarum cessante altera nõ desinit effectum producere dispositio. Bal. in d. l. generaliter 2. col. 2. in 2. oppos. Abb. in d. c. cum cessante col. 1. ibique Dec. in 4. lim. Rip. in d. l. ex facto col. 3. sub nu. 14. de uulg. & pupill. ubi id declarat Tiraq. qui alios addit d. limit. 22. sub nu. 12.

18 Secundo quando † utraque ratio consideratur ad effectum producendum, secus si altera tantum, quia ea quæ non consideratur cessante non cessaret effectus. Bal. in c. 1. §. his uerò de succesio. fratrum siue de grad. succede. in feud. quem ibi sequitur Martin. laud col. 2. uers. quæro circa istam & Car. Ale. col. 3. quæro circa istam, & Rip. in l. si uentri, §. in bonis colum. ult. uersiculo item intellige quando, de priui leg. creditor.

19 Tertio quando † utraque ratio exprimitur in lege secus si una tantum, nam licet altera possit cõsiderari, si tamen cesset non est ociosa dispositio. Lancelo. Dec. in l. singularia col. 3. si cert. peta Rip. in d. §. in bonis sub nu. 26.

20 Quarto quando † illæ duæ rationes sunt uniuersales, secus si una tantum singularis & altera specialis, quia a generali sola non etiam a speciali ducitur argumentum qua desinente, non propterea per specialem sustineretur legis dispositio. l. regula, §. ultimo ubi Bar. & Bal. de iur. & fact. ignor. cũ simil. a Tiraquel. citat. in d. limit. 22. sub nu 21. qui sub nu. 21. addit quintum modum quando rationum altera principalis esset, altera accessoria, quia tunc cessante principali, non defenderetur dispositio per accessoriam, Ripa in d. l. ex facto sub nu. 14. de uulgar. & pu-
21 pill. † quia non id quod in consequentiam uenit, sed quod principaliter fit considerari solet. l. si quis nec causam l. si tibi si cert. pet. l. 1. de aucto. tuto. cum simil. ibi per eum citat.

22 Decimus nonus est, † quando in ratione legis apposita esset dictio forte, quia tunc sublata ratione tolleretur legis dispositio. gloss. in clement. prima in uersiculo fortè, aut ut alij collocant in uersiculo appellandum de appellatio. quam ibi sequũtur Doct. magna ex parte dicentes dictionem forte importa-
23 re causam impulsiuam & non finalem, ut cernere est apud Cardin. Florenti. post antiqui. columna secunda quæstione 12. & Imol. columna prima versiculo gloss. forte quærit & alij quos recenset Andre. Tiraqu. in dicto capitulo cum cessante limit. 10. &
24 quia dictio forte potius uidetur † respicere factum & facti accidentia, quàm iuris dispositionem Fel. in capitulo secundo columna ultima uersiculo primo quod ubi lex ut lit. non cont. & Iaf. in l. si pecuniam columna sexta uersiculo item nota quòd ubicumque de condict. ob caus. in l. in substitutione columna secunda uersiculo ultimo circa dictionem & in l. si ex falsis columna secunda in quinto notab. C. de transi. unde non uidetur posse rationem necessariam finalem, ac concludentem aliquo modo importare.

25 Vigesimus est gñalior † proxime procedenti, qñ uersamur alia in ratione quàm in finali & ratio natiua ipsius legis, quia tunc istiusmodi rationibus cessantibus, non cessat dispositio, ut late prosequitur And. Tiraq. in dict. tracta. cessante causa limit. 9. per totam, ubi amplissime discurrit circa hunc casum, & in præfatione eiusdem operis. in uersi. cessante ratione legis, & nos supra diximus libro quinto in instrumento rationis, sed de his hactenus. Nam qui plura malit poterit interpretes in locis iam relatis do consulere.

SVMMARIVM.

1 *Quando ratio legis non omnino cessat, sed ab alia offuscatur quid dicendum sit, circa cessationem dispositionis.*
2 *Difficilemque esse huius tractationis resolutionem.*
3 *Verba disponentium semper ad iuris communis dispositionem referenda esse.*
4 *Cum ex proprietate sermonis uerba legis conueniunt, præferuntur mentis præsumptioni.*
5 *Idemque esse si sermonis proprietas repugnet.*
6 *Verba ubi generaliter concepta sunt, non fit restrictio nec a lege regulatur intentio.*
7 *Casum omissum ad legis dispositionem in dubio referri. Et ideò qui domum conducit secundum consuetudinem patriæ conducere intelligendus est.*
8 *Statuta intelligenda esse secundum iuris communis dispositionem.*
9 *Nisi citra cauillationem restringi non possint.*
10 *Vel si lex municipalis posita sit super re a iure communi iam concessa.*
11 *Aut quando ius commune respicit, non tam effectum quàm formulam verborum.*
12 *Seu quando Statutum est super eo quod maxime contrauersi iuris est.*
13 *Aut quando ratio cui inniteretur Statutum, non pateretur restrictionem.*
14 *Ex D. Alciati traditione, quamuis in se uera, non remanere difficultatem resolutam.*
15 *Quando ratio legis uel dispositionis ita ab altera confunditur, ut nullo casu possit uires resumere perinde haberi, ac si ratio cessaret.*
16 *Quia potentiori minus potens cedit.*
17 *Nullaque differentia constituenda est inter non ens, ac inutile.*
18 *Aquipollentium idem esse iudicium.*
19 *Et quibus exemplis possit uerificari casus rationis ab altera prorsus offuscatæ.*

Quan-

20 *Quando ratio dispositionis ab altera, in quibusdam tantum uacans obumbratur non habeat perinde ac si ratio prorsus cessaret.*

21 *Argumentum a genere ad speciem affirmatiuè non concludere.*

22 *Quibus exemplis declarari possit casus rationis non prorsus offuscatæ.*

An procedat argumentum a cessante ratione, quando non prorsus cessat ratio, sed ab alia potentiore offuscatur.

CAP. VIII.

1 ATtingendus nunc est ille casus, quid iuris statuendum sit, quando ratio legis non omnino cessat † sed alia efficatiore ratione prorsus offuscatur aut vincitur? Qua in quæstione D. Alciat. dicto lib. primo de uerborum significatio. sub num. 23. quamuis dicat difficilem esse huius tractationis † explicationem, quia oporteret omnes 2 casuum rationes seu in trutina ponere eisque sic positis perscrutari, utra alteram uinceret, quod ipse supra humanas uires fore arbitratur, dicit tamen aliquos insigniores casus excipi posse, de quibus differatur discurrendo per hominum legumque dispositiones. Imprimisque in humanis dispositionibus siue contractus, siue ultimas uoluntates dispiciamus generalem illam constituendam esse regulam, ut uerba disponentium semper ad iuris 3 communi dispositionem † sint referenda & secundum illam intelligi ac restringi debeant l. quidam de uerborum obliga l. quæro, §. inter locatorem locat. & l. hæredes mei, §. cum ita ad senat. Trebellian. eamque in quatuor species partiendam esse.

Quarum 1. est, cũ ex proprietate sermonis verba legis dispositionem † conueniant, licet alia præsumatur 4 esse mens, tunc enim stamus uerbis, quia coniectura mentis uerborũ proprietati succumbit, idcoq; in fideicommiss. in quibus alias fœmina ex præsumpta defuncti mẽte admitteretur stante lege municipali qua fœminæ ob masculos a successionibus arcerentur, non fieret ei locus. Bart. in dic. l. hæredes mei, §. cum ita Bal. in l. tres fratres de pactis.

Secunda est quoties sermonis proprietas repu- 5 gnat, † quia illam potius attendimus quàm ut imitatione quicquam factum fuisse credamus, ut in c. Raynutius de testa. & per Castr. & Soc. in l. in his de condit. & demonst.

6 Tertia est cum † uerba generaliter concepta sunt, quia tunc non fit restrictio, nec intentio a lege regulatur l. 1. §. nuntiatio. de oper noui. nuntia. & faciunt quæ supra diximus in materia uerborum generaliter accipiendorum.

7 Quarta est, † cum nec uerba, nec mens quicquam repugnant, sed casus est omissus, & tunc non est dubium ad dispositionem legis referri, unde qui promittit soluere centum intelligitur de moneta a lege permissa, qui domum conducit, intelligitur secundum morem patriæ conduxisse, qui, quod uocant feudum, acquirit in ea omnia se obligasse iudicabitur quæ ex eius contractus lege domino ab huiusmodi clientibus debentur, & generaliter ut inquit Bald. in l. si duo de acquir. hæredit. qui aliquam actionem orditur is legi de ea uerba facienti se adstrixisse, uideri debet.

8 In statutis † autem seu legibus municipalibus constituit regulam generalem, scilicet ea intelligenda esse secundum iuris communis dispositionem, iuxta l. 2. C. de noxal. & l. ut gradatim de muner. & honor. a numero quę 32. usque ad numerum 41. uariis exẽplis probat hanc conclusionem, quam postea re- 9 stringit quinque † in casibus.

Primo, ut locum non habeat cum uerba legis municipalis tam ampla sunt, ut citra manifestam cauillationem restringi non possint, ut per Rom. & Dec. in auth. præterea, C. unde uir & uxor.

10 Secundo quoties † lex municipalis posita est super re a iure communi iam concessa ut in d. l. 1. §. nũciatio de oper. noui nuntiat.

11 Tertio † quando ius commune respicit non tam effectum, quàm formulam uerborum iuxta tradita per Bal. in l. maximum uitium, C. de lib præter. Ias. in l. omnes populi in fin. de iusti. & iur.

12 Quarto † quando generalitas statuti est super eo, quod maxime controuersi iuris sit, ut per Deci. in consilio 247.

13 Quinto † quando ratio cui inniteretur statutum, haud pateretur restrictionem, ut per Curti. Seni. consilio 78.

14 Ego tamen † in proposita quæstione, tametsi putem D. Alc. recte sentire in supra relatis speciebus, quæ supra a nobis suis locis copiosè pertractatæ fuerunt, nihilominus per eas non uideo resolutam esse difficultatem obiectam, quandoquidem punctus stat in hoc, ut uideatur quid iuris statuendum sit, quando uel in humanis dispositionibus, uel in legibus datur concursus rationum, quarum altera ita ab alterius potentia obruitur, ut uires in certamine amittant.

15 Quamobrem arbitrarer, ita cõstitui posse, † quòd aut ita generaliter unius rationis uirtus alteram superat, ut nullus detur locus quo tenebris offusa ratio, possit uires resumere. Aut non ita generaliter istud contingit, sed in aliquibus casibus tantum.

Primo capite puto siue in leg. b. uersemur, siue in humanis dispositionib. semper cõcludendum esse, ut nulla sit constituẽda differentia inter casum quo ratio absolutè cessat, uel penitus sublata est, & casum in quo uirtute alterius rationis sic obruitur, ut locus non relinquatur eius uirium productioni, ea 16 nempe & concludenti ni fallor ratione † quòd cùm in concursu circa idem subiectum minus potens cedat potentiori. l. 1. in fin. si ager. uectigal. l. si seruus §. ult. de leg 1. l. quæritur de stat. homin. l. repetunda rum, §. ult. de testam. Doctor. in l. secunda in princ. de uerborum obligatio. & supra diximus in materia mixtorum, semper erit regula generalis, ut offuscata ratione minus potentis dispositionis,

offuſcata quoque eſſe cenſeatur ipſa diſpoſitio per inde ac ſi prorſus ratio ipſa ceſſaret, cum nulla ſit
17 conſtituenda differentia, † inter non ens, & in utile. l. nulla de auctoritat. tuto. l. quoties qui ſatiſd. cogant. l. quamuis, §. ſi conuenerit ad Velleia. & l. ſicut nullum, C. de legit. hæredi. Quemadmodum igitur ut ſupra uidimus cum finalis ratio ceſſat, non habet aliquam difficultatem, quin ſemper diſpoſitio ceſſare debeat, dicto capitulo cum ceſſante cum ſocijs, ſic etiam cum ita alterius rationis uirtute eliditur, ut nullo caſu ualeat effectum producere, eodem quoque iure erit cenſenda diſpoſitio, cum æqui
18 pollentium † idem ſit iudicium, l. Gallus, §. & quid ſi tantum de liber. & poſtum. ubi omnes notant, & ſupra diximus lib. precedenti. nec in modo aliqua ſit introducenda differentia, quando idem ſequitur effectus l de quibus in fin. de legib. l. quo enim, §. ult. rem rat. haberi, l. ſancimus, C. de teſtament. & l. ſecunda, C. commu. de legat. cum ſimil.

Poterit autem huius primi capitis exemplum
19 proponi in l. non aliter de legat. tertio † quando mens teſtatoris cognita, concurrit cum proprietate uerborum, l. non aliter de legat. tertio l. terria, C de liber. præterit. uel cum uoluntas diſponentis repugnat legis uoluntati. l. non dubium, C. de legib. l. prima, §. ſi quis ita de uerbor. obligatio. uel cùm propriæ uerborum ſignificationi communis uſus loquendi refragatur. ut apud Barto. in l. Labeo de ſupellec. legat. & eundem ac Docto. in rubr. de oper. noui nuntiatio.

20 Secundo † capite reor eſſe concludendum, quòd exceptis caſibus illis, in quibus ratio minus potens uincitur a potentiore, debeat è conuerſo conſtitui non idem eſſe iudicium abſolutæ ceſſationis rationis & illius offuſcationis a ualidiore uirtute alterius in quibuſdam caſibus inuectæ quia eſſet ar-
21 guere ad ſpeciem a genere affimando, † quod improbatum eſt, ut per Doctor. in l. prima, de teſtament. in l. ſecunda, §. appellata ſi certum petatur & inſtitut. de teſtament. in principio & per topicas in loco a genere ad ſpeciem, unde quemadmodum ſupra uidimus ceſſationem rationis, quæ in aliquibus caſibus contingat, non inducere effectum concluſionis, & ſic ceſſationem diſpoſitionis abſolutam, ſed ad illos tantum caſus reſtrictum, ita etiam erit in caſu iſtius offuſcationis, ut non poſsit inducere abſolutam ocioſitatem diſpoſitionis, & ſic non ualebit argumentum a generali ceſſatione ad particularem.

22 Exempla autem † iſtius ſecundi capitis petenda erunt ab ijs quæ ſupra diximus in prima limitatione ſupra relata, in qua proſecuti fuimus illos caſus in quibus ratio inhabilitatis, uel inidoneitatis (ut ſic dixerim) uincit rationem generalitatis uerborum quorum nõ parum multos proſequitur D. Alci. d. libro primo de uer. ſignificat. ſub numero 32. cum pluribus ſeq. tunc enim præterquam in caſibus illis, quos inhabilitatis qualitas reponit in diuerſam naturam inconcuſſa manet regula communiſque concluſio.

SVMMARIVM.

1 *Quando debeat eſſe teſtatoris diſpoſitio conformis iuri communi, & ab illa interpretationem recipere.*
2 *Teſtatorem cenſeri conformare diſpoſitionem ſuam cum iure communi.*
3 *Quia teſtator ſcire leges præſumitur.*
4 *Statutum cuiuſque ciuitatis dici ius commune eiuſdem.*
5 *Idemque eſſe in conſuetudine, ſeu in illo quod in loco frequentatur.*
6 *Et quibus rationibus id conuincatur.*
7 *Sed pleraque illam concluſionem turbare uideri.*
8 *Statuto ſi propter maſculos excludantur fœminæ, inſtitutis filijs non cenſentur comprehenſæ filiæ.*
9 *Relictum uni ex cognatis, qui primus capitolium aſcenderit, ſi duo aſcenderunt eodem tempore neutri deberi.*
10 *§. Cum ita l. hæredes mei ad Trebellia. perpendi.*
11 *Quomodo putarit Alexand. conciliandas eſſe contradicentium interpretum opiniones in ea controuerſia, an teſtatoris uoluntas uel diſpoſitio ſit conformanda iuri communi.*
12 *Sed a Fabio Alex. diſtinct. impugnari.*
13 *Qui aliter opinatur diſtinguendum eſſe.*
14 *Quando non apparet teſtatorem habuiſſe animum conſeruandæ agnationis, filiorum appellatione fœminæ non comprehenduntur.*
15 *L. Quæro, §. inter locatorem locat. quomodo ſit intelligenda.*

Quando teſtator cenſeatur uelle diſpoſitionem ſuam conformare cum iure communi.

CAP. IX.

1 SEd poſteaquam ex theorica D. Alcia. uenimus † in mentionem eius diſputationis, quòd humanæ diſpoſitiones cenſentur habere in dubio relationem ad conformitatem iuris communis, indeque recipere declaratio nem atque reſtrictionem, non erit ab re hoc loco de frequentiſsimæ concluſionis ueritate diſſerere, quæ quidem uerſatur circa illud, quando teſtator cenſeatur uoluntatem ſuam legibus conformare ex illarumque diſpoſitione interpretationem reſtrictiuam ſuſcipere. Qua in re prædicta eſt illa decan
2 tatiſsima formula, teſtatorem cenſeri † uoluntatem ſuam cum diſpoſitione iuris communis ſtatutorumque ac decretorum conformare, indeque ad per eum diſpoſita declarationem reſtrictiuam, atque interpretationem ſuſcipere, dicta l. hæredes mei, §. cum ita ad ſen. Treb. ubi Bar. ſub nu. 4. omneſq; notãt præſertimq; Alex. col. 5. qui late inſiſtit, Ripa ſub nu. 75. qui multa per hãc rationem decidi poſſe ait, Corn in cõſ. 197. circa prin. ſub nu. 24. lib. 1. Fel. in c. in generali col. 5. diſt. 1. & in c. cùm M Ferrariensis in ult. notab. de conſtit. Ruin. in conſ. 90. nu. ſecundo

& 3.conſ.141.& 144.ſub nu.4.Soc.Iun.in conſ.57. col.5.& in conſi.151.ſub nu.8.& 158.ſub nu.10.lib. 2.Neuiza.in conſil.34.ſub numero 9.cum ſeq.ubi copioſe agit in materia Alexand.& Socin.in l. Gallus §.quidam recte de lib & poſthum.Bald.in l.precibus colum.19. C.de impub. & alijs ſubſtitu. Petr. Anchara.in l.tres fratres de pact.Iaſ.in l.prima,col. 9.de uulgar.& pupill.in l.tertia colum 3.de lega. primo.in l.cum filiofam.col.6.eod tit. & in l.qui filiabus col.3.eod.tit.de leg 1 & in conſi 54.lib.1.D. Alci lib.5.paradox.cap.19.& de præſumptio.reg.3. præſump.32.Dec.in conſil.397.ſub num.7.551.ſub nu.2.& 545.ſub nu.3.Soci.in conſi.90.in princ.lib. primo Bru.in tract.ſtat.excluſ.fœmi. articulo quinto q.11.eo tract.quæſt.19.ſecundæ quæſt.princ.ſub numero 36.uerſiculo octauo facit. Alex. in conſilio 15.& 55.ſub numero ſecundo libro 4.ibique latiſsime in ſcholijs recentio.Pariſi.Cur.iunior in conſilio 57.colum.quinta & in conſi.171.col ſecunda.Zanc. in dicta l.hæredes mei §.cum ita ſub nu.1119.cum ſeq.ad ſenat. Trebellian. ubi innumeras citat auctoritates Craue.in conſi.70 ſub nu.12.& conſil.250. colum.1.Rimin Iuni.in conſi.47.ſub nu.20.Burſat. in conſi.75 ſub nu.20 Dec in conſil.103.ſub num.

3 28. Et ratio eſt quòd teſtator † ſcire leges præſumitur,l.leges ſacratiſsimæ,C.de legib.l.regula in prin. de iur.& fact.ignor nolleque aliquid contra ipſas leges facere Curti. iunior in conſilio 43. ſub numero 28.l.nemo poteſt de leg.primo cum ſimil.& eo ma-

4 gis quòd ſtatutum † dicitur ius commune ipſius ciuitatis, Bald.in l.unica, C de confeſ.Abb.in cap.fin. colum. ſeptima uerſic.ſed circa hoc de for. compet. Ripa in dicto §.cum ita ſub num.79.ibique Torniel. ſub nu.153.& Zanc.ſub dicto num.1119.idemque

5 eſt in conſuetudine loci,† ſeu in eo quod in loco frequentatur ut per Dec.in conſil.597.in princ.& probatur in l.ſi ſeruus plurium,§ fi.de leg.1.& habetur apud Iaſ.in d.conſi 84.ſub nu 2. Cępol. in l.quod ſi nolet,§. quia aſſidua per illum text. de ædilit.ædict. Rimin iun in conſi.85.ſub num.26.

6 Et hanc † ſententiam ſimant memorati patres, per text in l.ſi duo de acquir hæredit.ubi probatur cum qui agit intelligi agere ſecundum iuris communis diſpoſitionem,tametſi de illius incommodo agatur,rurſus inducitur tex.in dicto §. cum ita ubi propter præſumptam mentem elicitam ex eo quòd ſupeſtes non eſſet, quæ neptem excluderet, admittitur neptis ad uniuerſam hæreditatem, & a proprietate uerborum recedetur. ergo ſi nepos ſuperſtes eſſet qui uirtute ſtatuti neptem ipſam excluſiſſet, a proprietate uerborum non recederetur. l.pen.C.de impub. & alijs ſubſtitu. Adijcitur inſuper in hanc partem text.in l.Gallus,§.quidam recte de lib.& poſthum.in illis uerbis ut eo caſu ualeat &c.

Hanc tamen ſic firmatam concluſionem nonnul-

7 la turbare uidentur,† itque imprimis text.in l ex facto,§ ſi quis rogatus ad senat. Trebellian. ubi conditio illa ſi ſine liberis deceſſerit ex uerisimili teſtatoris mente trahitur etiam ad naturales liberos, gratiati, & tamen ſi teſtator cenſeretur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, uel ſtatuti non cenſeretur de naturalibus intellexiſſe nec cogitaſſe, qui de iure communi ab inteſtato non ſuccedunt, tot.titulo, C. de natur.lib. & capitulo per uenerabilem qui fil. ſint legiti. & qui proprie non dicuntur filii l. filium definimus qui ſunt ſui uel alien. iur.&

8 per hoc † uidetur quoque confundi quod notant Cyn.& Fulgoſ.in l. prima, C. de adulter. & Petr. de Ancharan. poſt Bald. in dicta l. tres fratres de pact. & Alexand.in dicta l.Gallus,§. quidam recte in fin. de liber.& poſthum.cum ſimilib.a Iaſ cita. in dicta l.tres fratres & in l. ſi quis id quod de iuriſdi. omni. iudic. dùm uolunt ſtante lege municipali, ut extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſi inſtituti fuerint filii non cenſeri uocatas eſſe filias, propter dictum ſtatutum & tamen oppoſitum uidetur eſſe dicendum per antedictum, §. ſi quis rogatus, ubi filij naturales de iure communi ab inteſtato non ſuccedunt, & tamen ex uerisimili teſtatoris mente ſuccedunt grauato,excluſo ſubſtituto.

9 Adducitur inſuper † contra prædictam ſententiam text.in l.ſi fuerit in princip. de reb.dub. ibi relictum uni ex cognatis, qui primus capitolium aſcenderit, non debetur alicui,ſi duo ſimul aſcenderint: & tamen ſi cenſeretur teſtator ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis uel ſtatuti, deberetur proximiori in gradu, qui ab inteſtato ſuccederet, ex quo poteſt dici primus qui capitolium aſcenderit cum nemo illum anteceſſerit. l. qui duos in fin.principij de reb. dubi.& l. ex duobus in princip.de uulga. & pupilla.& tamen ibi dicitur non deberi alicui,ergo.

10 Præterea aduerſus ſupra relatam opinionem,† inducitur text.in dicta l.hæredes mei, §. cum ita ad ſenat. Trebellian. ubi neptis contra proprietatem & cum uiolatione uerborũ admittitur ex mente teſtatoris, & tamen ſi cenſeretur teſtator uoluiſſe cum iuris communis diſpoſitione conuenire, aliud dicendum fuiſſet, & per hæc minus ueram eſſe putant memoratam opinionem Caſtr & Imol. in d. §. cum ita Fab.ſub numero 44. & Ripa ac Torniel. ſupra relati.

11 Quamobrem † Alex in d.§. cum ita ſub num.11. uerſic.ex prædictis putauit fœdere diſtinctionis, ſic opiniones iſtas eſſe conciliandas, quod aut diſpoſitio teſtatoris tendebat ad conſeruandum teſtamentum, ne rumperetur, & præſumitur quod uoluerit eam uoluntatem, regulare ſecundum ſtatutum ſeu legem ne rumperetur,dicto § quidam recte,aut nulla ſuberat neceſsitas conſeruandi teſtamentum, & tunc aut uiolarentur uerba teſtatoris ſi uellemus eam regulari ſecundum diſpoſitionem legis aut ſtatuti & tunc non debent regulari ſecundam illam, dicto capitulo Raynutius de teſta. & ita loquuntur Doct. qui tenent contra Bartol. in d.dicto §. quidam recte aut non uiolarentur, & tunc debet regulari ſecundũ uerba legis uel ſtatuti, quæ eſt lex municipalis, & ita loquitur Bar. in dicto §. cum ita & alii qui illum ſequuntur.

12 Sed † hanc diſtinctionem Alexandri impugnat Fab. in dicto §. cum ita ſub numero quadrageſimoquarto quia ſi teſtator præſumatur ſe conformare

cum dispositione iuris communis, quando uerba non uiolantur, succedit ut quando uiolarentur non deberet censeri cum dispositione iuris communis se uoluisse conformare, sed consequens est falsum per text. in dicto §. cum ita ubi uerba uiolantur, neptis enim admittitur contra proprietatem sermonis ac uerborum, quæ si non admitteretur testator censetur se conformare cum dispositione iuris communis, quia nepos ex primo filio prædefuncto fuisset excluſus. ergo siue uerba uiolentur siue non, interpretamur mentem testatoris, non ex dispositione legis, uel statuti, sed aliunde ex alijs coniecturis, quæ possunt haberi, in eamque sententiam adducit text in dicta l. ex facto, §. si quis rogatus ad Trebellian. in l. si fuerit in principio de reb. dub. cum simili. supra cita. contra opinionem Bart.

13 ideoque † ipse Fab. sub numero 46. in dicto §. cum ita opinatur aliter distinguendum esse, uidelicet quòd aut aliquo modo apparet ex uerbis testamenti testatorem habuisse respectum ad agnationem, exemplum si testator dixisset si uterque decesserit sine liberis masculis &c. tunc quia facit mentionem masculorum apparet illum habere intentionem agnationis conseruandæ, quæ per masculos & non per fœminas conseruatur, & tunc uera sit decisio Bar ideoque nepos in terminis dicti §. excluderet ne

14 ptem. Si uerò † ex uerbis testatoris nullo modo apparet illum habuisse mentem agnationis conseruandæ, ut in terminis dicti §. quia dixit sine liberis &c. nam tunc etiam filia fœmina quemcunque substitutum excluſisset. l. prima & ibi per scrib. C. de conditioni. inser. ergo non habuit mentem ad agnationem conseruandam, maximè quia postea substituit Claudiã neptem, unde satis colligitur noluisse testatorem agnationem conseruare, precipuè si habeat testator alios fratres & alios propinquos masculos, quos non substituendo, sed neptem, uidetur non curasse agnationem, nec mouere ait dictum §. quidam recte quia ibi uersatur casus in dispositione testatoris necessaria propter formam legis seruandam, & ideo censetur se cum lege conformare, secus est in dispositione testatoris uoluntaria, in qua uersari uidetur dispectatio nostra, quæ non secundum legem, uerum secundum eius uoluntatem aliunde coniecturatam interpretari debet, sic dicit non obesse text. in dicta l. si duo de acquiren. hæreditat. quia & ibi agitur de prouisione legis necessaria, a qua testator etiam expresse recedere non poterat, ut etiam uidetur ibi uoluisse Alexander.

15 Quantum uero † ad l. quæro, §. inter locatorem locat. dicit ibi contrahentes intelligi se retuliſse ad ius commune, quia aliàs locator indebite damnum passurus erat, quæ perpensio in terminis huius disputationis uidetur cessare.

SVMMARIVM.

1 *Quando testatoris dispositio cum iure communi symbolum habet, semper iuris communis dispositioni conformatur. nu. 2.*

3 *In his quæ pendent ab arbitrio testatoris, non conforma ri illius dispositionem cum iure communi, quando uerba refragantur,*

4 *In ijs quæ lex præter aut contra uoluntatem testatoris inducit non attendi testatoris uoluntatem.*

5 *Ius commune ubi resistit, actus nullius efficitur momenti.*

6 *In his quæ pendent a libero testantis arbitrio, eius uoluntatem non legis dispositionem attendi.*

7 *Vbi uerba dispositionis testatoris suadent, & in legatis plenius, & in testamentis strictius interpretamur.*

8 *In legato mobilium ob dictionem, omnia, comprehendi ea quoque quæ aliàs in legato non uenirent.*

9 *Quando uersamur in ambiguis, tunc omnem disputationem ad eum punctum reduci.*
Et quomodo putet distinguendum esse auctor. ibidem.

10 *Illi adhærendum esse parti, pro qua potentiores confluunt rationes.*

11 *L. Ex facto, §. si quis rogatus ad Trebellian. intellectus.*

12 *Rationes quando sunt pares media uia eligitur.*

14 *Quando res uersatur prorsus in ambiguo, censeri testatorem uoluisse conformare se, dispositioni iuris communis.*
Secundum communem scrib. sententiam. ibi.

15 *Et quomodo intelligenda sint iura quæ pro communi inducuntur.*

Quomodo sentiat auctor dispositionem testatoris esse conformandam cum dispositione iuris communis.

CAP. X.

1 QVid resoluendo concludendum erit in hac controuersia? Egoſin hac difficultate proposita in qua sic uideo uariatum fuisse sententijs, ac laboratum ut conciliarentur diuersitates contradicentium interpretum, putarem sic constituendum esse, quòd aut uerba testatoris de quibus restringendis agitur per dispositionem iuris communis, habent symbolum cum iuris communis constitutione, aut repugnantiam, aut res prorsus uersatur in ambiguo.

2 Primo casu † res omni anxietate uacat, quia in habentibus symbolum facilis est transitus, l. si in rem, §. item quæcunque de rei uendic. Bartol. in l. centurio in prima oppositione de uulgari & pupillari cum simil.

3 Secundo casu † quando refragãtur uerba testatoris dispositioni iuris communis, tunc est aduertendum, quia aut uersamur in ijs quæ pendent ab arbitrio testatoris, & tũc seruabitur uoluntas testatoris absque aliqua relatione ad ius commune, quia in arbitrarijs uoluntas habetur pro ratione, institu. de lege. fus. cani. toll. in princ. l. prima, §. pueritiam iuncta ibi glos. in uerb. rata: de postul. Iaſ in rubr. de leg. 1. in fi. cum simil.

Aut

Aut in ijs quæ præter aut contra uoluntatem teſ-
4 ſtatoris lex inducit † & tunc uoluntas teſtatoris nõ attendetur, quam uerba important, ſed quod iure diſpoſitum eſt l. nemo poteſt, de legat. primo, cum ibi nota. Quinimmo ſi ea reiecta actus ex diſpoſitione iuris communis ualere poteſt, habita relatione ad ius commune ab eo reformationem ac temperamentom recipit l. prima, ubi Bart. & omnes de cond. inſtit. l præpoſteri, C. de teſtam.

Quòd ſi ita refragentur uerba, ut a iure communi reformationẽ nequeant recipere, quia ius cõe reſi-
5 ſtat annullando, actus † nullius efficietur momenti. l. iubemus, l. hac conſultiſſima, C. de teſt. l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. fac. poſſ. l. inter cętera de lib. & poſth. & §. primo, inſtit. de exhæred. lib. l. rem legatam de adim. legat. & facit. l 4. de reg. iur.

Aut uerſamur in ijs quæ pendent ex arbitrio te-
6 ſtatoris, † verbi gratia in legando latè uel ſtrictè, vt in l. uerbis de uerbo. ſig. in §. de inceps in auth. de nupti. & in diſponendo libere de rebus ſuis l. prima, C. de ſacr. eccleſ. & l. non uſque ſi quis a parent. manu. fuerit cum ſimil. tunc enim tametſi ius commune certas habeat formulas, ubi aliud de uoluntate defuncti non appareat, ueluti quod legata ſtrictè accipi debeant, l. apud iulianum §. ſcio de leg. primo, l. nummis, de leg. 3. ut in teſtam. plenius uoluntates teſtantium debeamus interpretari, l. in teſtamentis de reg. iur. nihilominus ſi uerba diſpoſitionis teſta-
7 toris aliud ſuadeant † & in legatis plenius, & in teſtamẽtis ſtrictius interpretamur, vt per Dec. & alios in dicta l. in teſtamentis, Bar. in l. generali § uxori de uſufr. legat. & ideo in legato mobilium, quamuis nõ uenirent neque libri, neque pecudes, tamen ſi adiecta fuerit dictio omnis uel alia ſimilis uniuerſalis, cõ-
8 tinebuntur eo legato † non ſolum ſupra dicta ſed ẽt aurum, argentum, fructus ſeparati a ſolo, & alia mobilia etiam venalia, Alex. in conſi. 118. colum. 2. uol. 5. Dec. in conſi. 472. per totum, & præſertim ſub fi. Pariſ. in conſi. 67. columna penul. ſub num. 10. & 11. libro 2. & idem eſt in alijs ſimilibus exemplis, quæ quiſque marte ſuo effingere poteſt.

Tertio uero & vltimo caſu, quando res uerſatur
9 prorſus in ambiguo tunc † maior eſt difficultas reſolutionis, eo quia uere in hoc capite conſiſtit punctus ac neruus dificultatis, & ad hoc unum reducũtur omnes controuerſiæ Doctorum, quamuis in pleriſque confuderint iſtos tetminos inter ſe.

Quamobrem ego crederem ſic eſſe diſtinguendũ, quòd aut ambiguitas negocij oritur ex eo quia concurſus rationum utrinque ingruentium uel coniecturarum aut præſumptionum, facit, ut non facilè ex uerbis poſſit elici mens defuncti, qualis fuerit. Aut proficiſcitur ex eo, quod non poteſt ob incertitudinem uerborum excipi an uoluerit teſtator contra, præter, uel ſecundum ius commune diſponere. Priore caſu, ſi uerſamur in materia de qua teſtator liberam habeat diſpoſitionem, ſi rationes magis pręſtent in unum partem, quàm in alteram, tunc illi adhærebimus parti, pro qua potentiores confluunt
10 † rationes, arg. l. neſennius de neg. geſt. l. cum quæritur de ſtatu homi. l. prima, in fin. ſi ager uectiga. uel emphyt. eſſe dicatur, & eorum quæ ſupra diximus in materia mixtorum, & in iſtis terminis procedit tex. in dicta l. hæredes mei §. cum ita ad Trebellia. ubi a uerborum proprietate receditur ob efficaciã coniecturarum maiorem, quæ pro mente defuncti contra uerba ac diſpoſitionem iuris communis con-
11 currebant, ſic etiam † exaudiendus eſt tex. in dicta l. ex facto §. ſi quis rogatus & omnes fere conſiderationes quæ fiunt pro opinio. contra Barto. & communem.

12 Quod ſi pares ſint rationes, tunc media uia † eligitur, mediocritateque res deciditur l. cum filio, ut leto. ſeu fideicommiſ. nomine caueat. & l. & hoc titus de hæred. inſtit. & in § fi. de uulgar. & pupil ac in §. fin. ibi mediam uiam amplectendam eſſe duximus, inſtit. quib. permiſſ. non eſt fac. teſtam. cum ſocijs, ſin autem verſemur in ijs, quæ ex neceſſaria iuris di-
13 ſpoſitione ſunt implenda † tunc ſemper communis regulæ erit locus, ut cenſeatur ſe cum diſpoſitione iuris communis uoluiſſe conformare, & ita progreditur Barto. communiſque interpretum opinio, & tex. in dicta l. Gallus §. quidam recte de lib & poſth. in d. l. ſi duo de acquir. hæred. in d. l. quidam cum filium de uerb. obligatio. & alia ijs ſimilia iura quæ loquuntur in materia formali, aut alias neceſſario implenda. Qualia ſunt ea iura quæ ſupra adduximus, in ſecundo, membro ſecundi caſus huius noſtræ diſtinctionis.

Poſteriore uero caſu quando ob uerborum incertitudinem, uel obſcuritatem, non poteſt certa cõij-
14 ci uoluntas defuncti, & ſic res † penitus poſita eſt in ambiguo ſtatu, tunc ego nulla facta diſtinctione inter ea quæ in libero eiuſdem teſtatoris diſpoſitione poſita ſunt, & ea quæ ex iuris conſtitutione neceſſario adimplenda ſunt, conciperem generaliter concluſionem ſecundum communem ſententiam, uidelicet, teſtatorem in dubio intelligẽdum eſſe voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, ex illaque eius uoluntatem recipere reſtrictionem, declarationem ac moderationem, & ita procedant iura pro communi opinione adducta, quæ licet pro maiore parte loquantur in caſu neceſ-
15 ſario † prout etiam perpendũt ſcribentes qui aduerſam tuentur ſententiam, tamen idem eſt, etiam in caſu non neceſſario, per ea quæ conſiderat Cur. ſen. in dicto conſi. 43. ſub num. 28.

Quia teſtator præſumitur ſcire leges, & nolle aliquid contra earum diſpoſitionem, ſed cum illis conuenire uelle.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatorem intelligi ſe velle conformare iuri communi etiam impropriando verba.*
2 *Quando agitur de actus validitate.*
3 *Sententia quæ ſtricti eſt iuris, intelligitur ſecundum terminos iuris communis.*
4 *Quid putet auctor conſtituendum eſſe circa difficultatem impropriationis verborum, pro confirmanda voluntate defuncti cum diſpoſitione iuris communis, nume. 5. 6. & 7.*

Con-

8 *Confirmandam esse uoluntatem testatoris non solum statutis propriæ patriæ, sed etiam ciuitatis dominantis.*

9 *Ius commune intelligi quoque pro iure statutario ciuitatis dominantis, nu.* 11.

12 *In oppositum tamen communem Doctor. sententiam esse secundum Dec. sed contra secundum Zanchum.*

Vrbem Venetam in terris sibi subiectis recentioris Romæ prærogatiua lætari. num. 10.

13 *Legitimationem factam a Comite Palatino in terris non subiectis imperio non valere.*

14 *Quid sentiat Auctor in ea difficultate, an ius ciuitatis dominantis possit dici ius commune.*

Et quibus iuribus putet præter cæteros confirmari posse communem opinionem, nu. eo. cum trib. seq.

19 *Statutum loci, ius commune appellari in loco.*

20 *§. Sed quoties instit. de iur. nat. gent. & ciuil. declaratur. num.* 21.

An habeat locum supra dicta conclusio quando oporteret verba impropriare, essemusque non solum in statutis propriæ patriæ, sed etiam ciuitatis dominantis.

CAP. XI.



1 Mpliatur modo ista conclusio, vt locum habeat, etiam impropriando uerba † vt est de mente Alexand. in dicto §. quidam recte ubi & Galiaul. columna prima quibus accedit Zanc. in d. §. hæredes mei sub nume. 1134. qui ait quòd aliàs nisi ista communis opinio ita extenderetur esset superflua, si enim proprietas uerborum staret pro eo, qui se fundaret in hac regula, certe necessaria non esset illa interpretatio in eius fauorem, quia sola uerborum proprietas a qua in dubio non receditur, l. non aliter, de legatis tertio, sufficeret, hancque ampliationem Alex. & omnes probare asserit, qui quamuis intelligant eam procedere tantum ubi agitur de sustinendo actu, uel de actus

2 ualiditate, † secus uero sit ubi actus ualiditas non sit in controuersia, ut per Alex. in dicto §. cum ita col. 7. Socin. in consi. 51. colum. 3. circa princ. uolum. 4. Ruin. in consil. 159. in secundo dubio uolumine primo, & in consi. 168. columna secunda, eod. uolumine & alibi sæpe & Torn. in l. tertia, colum. fin. de legatis primo.

Nihilominus ipse putat generaliter intelligendã esse istam ampliationem etiamsi non agatur de ua-

3 liditate actus ea ratione † quia si sententia quæ stricti est iuris, dummodo uerba patiantur intelligitur secundum terminos iuris communis, ut per Castr. in l. prima, C. si aduers. libert. multo magis in alijs non ita stricte intelligendis idem dicendum erit, ut etiam uoluit Lancelo. Galiaul. ubi supra. & rursus. quia præsumpta conformitas cum statuto præfertur præsumptioni l. quæ de tota de rei uendicat. quę uincit proprietatem uerborum, ut in dicto §. cum ita, ergo &c. Item quia prædicta reg. seu conclusio locum habet, etiam quando verba repugnarent, vt prosequitur idem Zanch. in dicto § cum ita sub nume. 1137. cum seq. ergo a fortiore idem dicendum erit quando uerba tantum essent improprianda.

4 Quid dicemus? Arbitror ueram † esse huiusce modi ampliationem, non solum per supradictas rationes, sed etiam ex eo, quia in terminis huius ultimi capitis nostræ theoricæ, nunquam potest dari casus tantæ proprietatis uerborum, quin semper superetur a præsumptione illa formitatis dispositionis iuris communis, cum præcipue ex incertitudine uel obscuritate uerborum non possit propria exurgere significatio, sed potius impropria, ut supra docuimus, lib. 3. huius operis, pro pleniore tamen huius

5 ampliationis † resolutione, dici posset hunc in modum, quòd aut sumus in ijs in quibus homini libere non est dispositionis arbitrium, quæ supra recensuimus, & tunc siue de actus ualiditate agamus siue non semper proprietas etiam aperta sermonis cedat præsumptioni conformitatis iuris communis uel municipalis, & ita procedat ampliatio simpliciter formata, quia nullum ea in re disponentis est arbitrium l. rem legatam de adim. legat. cum similib. Aut sumus in ijs de quibus homo disponere potest & tunc aut agimus de actu sustinẽdo, & uera sit ampliatio procedatque quod dixit Alexand. supra relatus. Aut uersamur in alia materia, & tunc si potentior erit præsumptio conformitatis, uelut quia ex aliquibus coniecturis accedat illi mens defuncti,

6 conformitatis † præsumptioni cedat proprietas, si uero par sit uirtus a uerborum proprietate non sit recedendum, l. non aliter de leg. 3. cum sociis, quia ex paritate iurium res fit dubia, & in dubiis id proprietatis est priuilegiũ, vt ab ea nõ debeat recedi. l. non aliter & l. Labeo de supell. legat. Quòd si inferior sit præsumptio conformitatis, proprietate, tũc

7 proprietati † sit deferendum, attendendaque illa uoluntas, quam uerba important †, quia non aliud quis uoluisse creditur quàm uerba designant, etiamsi aliam mentem habuerit l. si repetendi, C. de condic. ob causam l. si mater, C. de donat. ante. nupt. & l. dedi §. siquis quasi de cond. caus. dat.

Ampliatur secundo loco ista conclusio, ut non solum procedat in statutis propriæ pattia ipsius te-

8 statoris, sed etiam † in statutis ciuitatis dominantis, cum quibus se conformare prius testator intelligitur, quàm cum dispositione iuris communis, idest Romanorum, iuxta, §. sed quoties instit. de iur. natu. gent. & ciuil. etiam si in volumine statutorũ illius patriæ ad esset statutum, quo caueretur, ut deficientibus statutis patriæ ad ius commune deberet recurri. quia ius commune † intelligitur quoque pro iure

9 statutario ciuitatis dominantis, ut probauit latè Roma. in consi. 218. quem solum refert Caccialup. in dicta l. omnes populi. columna secunda, de iust. iur. Rimin. in consi. 72. in fin. & Socin. in consi. 81. col. 2. uolum. 1. Dom. Alcia. in l. pupillus §. territorium de uerb. signifi. Craue. de antiq. tempo. par 4 §. transeo nunc sub num. 53. cum simil. a Zanch. adduct. in d. §. cum ita sub nu. 144. qui inter cætera adducit Fulgos.

10 goſ. in conſi. 72. colum. 2. in fin. ubi † loquitur de conſuetudine vrbis Venetæ, quam in terris ſibi ſubiectis nouioris ait Romæ prærogatiua lætari, inqt tamen idem Zanch. quòd contra hanc ampliationẽ tenuit Socin. ſibi contrarius in conſi. 27. uolum. 2. ſubdens, quòd licet aliàs contrarium conſuluerit, illud fuit quia perſuaſum ſibi fuerat, ita ſeruari ſolitum eſſe, quam ſententiam firmat idem Socin. in conſilio 14. uolum. quarto, Deci. in conſilio 46. quæſtio. columna penul. & latius in conſi. 685. & in conſi 429. columna ſecunda, ubi fortius dicit, hanc
11 † eſſe communem opinionem, quæ uidetur probari in §. ſed quoties inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. cui non uidentur ſatisfacere quædam reſponſiones ab aduerſantibus conſideratæ, quibus replicat Decius in dicto conſi. 685. pro qua ſententia uidetur quoque ſentire Claud. Aquenſ. in l. poſt dotem ſub nume. 31. ſolut. matrimo. vbi primam opinionem refert pro dubitabili, amplectitur tamen idem Zanc. ſub nu. 1145. & ſeq. priorem opinionem, quam di-
12 cit † eſſe magis communiter receptam, quicquid dicat Dec. in dicto conſilio 425. quem ait non fuiſſe atteſtaturũ de communi opinione in contrarium, ſi uidiſſet illas auctoritates, quas pro prima opinione idem Zanc. ſub illis duobus numeris præcedentib. congeſſit, & quamuis nolit diſputare de ueritate replicationum Dec. ad reſponſiones datas ad dictum §. ſed quoties, nihilominus in confirmationem ante
13 dictæ opinionis addit, quòd legitimatio † facta per Comite Palatinum in terris non ſubiectis imperio non ualet, ut in terris Ducatus Mediolani conſuluit Cur. ſentor conſi. 65. ſuper præmiſſo colum. 13. & in terris Etruriæ, ac Ducatus Veneti refert, pleroſque dicentes ut latius ipſe per integram colum. proſequitur. Quid erit conſtituendum in hac controuer
14 ſia? Mihi placet prior opinio, † quæ uidetur in indiuiduo eſſe deciſſa per tex. in l. de quibus de legib. in prin. dum ſic inquit iur. conſ.

De quibus ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet quod moribus & conſuetudine introductum eſt. Et ſi qua in re hoc defecerit tunc qđ proximum & conſequens ei eſt, ſi nec id quidem appareat, tunc ius quo urbs Romana utitur ſeruari oportet, quæ iuriſconſulti uerba oſtendunt, primas partes in cauſarum deciſionibus cuiuſque loci eſſe legum ſcriptarum in eodem loco, deinde conſuetudinis cuiuſque loci, & ſi quid ea in re defecerit quod proximum ac conſequens illi eſt. Poſtremas uerò partes eſſe iuris communis Romanorum.

Quamobrem in illis uerbis, quod proximum ac conſequens illi eſt uere probari opinor, ius illius ciuitatis dominantis, cui immediate ſubſit locus in quo ſit controuerſia decidenda, attendendendum eſſe, quia illud uere proximum atque coniunctum eſt iuri proprio cuiuſque loci, & medium inter illud ac ius ciuile Romanorum, cui
15 poſtremo loco eſt adhærendum, & cauſa † proxima prior attenditur remota, l. ligni. in fin. de legatis 2. l. l. ſed ſi plures §. in arrogato de uulgar. & pupilla ſic igitur ille tex. inductus ni fallor concludenter probat communem illam priorem ſententiam quam ve re communem eſſe reor. Adſtipulatur huic ſententiæ tex. in l. ſi ſeruus §. fin. de legat. primo, dum inqt I. C ſi numerus nummorum legatus ſit, neque appareat quales ſint legati, ante omnia ipſius patriſfamilias cõſuetudo deinde regionis in qua uerſatus
16 eſt, exquirenda eſt, arguendo enim † a patriſfamilias conſuetudine ad conſuetudinem ciuitatis, ut ab eius diſpoſitione ad legis diſpoſitionẽ arguitur, iuxta legem uerbis de uerborum ſignificatione & §. di ſponat in auth. de nupt. ut a peculiari patriſfamilias conſuetudine ubi de illa non conſtet fit tranſitus ad conſuetudinem regionis, & non continuo progredimur ad interpretationem iuris cõmunis, ſic a peculiari ciuitatis lege uel conſuetudine deficiente, fiet tranſitus ad conſuetudinem uel legem regionis ſeu prouinciæ uel ſtatus, quæ dicitur poſita eſſe in ciuitate dominante, & non continuo fiet progreſſus ad ius ciuile Romanorum quod commune dicimus.

17 Idem mihi uidetur probare tex. in l. cum de lanionis §. optimum ergo eſſe de fund. inſtruc. in illis verbis. Sed imprimis quid teſtator demonſtrare uoluerit, deinde in qua præſumptione ſint, qui in quaque regione commorantur.

Poſtremo ego conſidero, quod cum ciuitatis Do-
18 minantis † iuriſdictio atque imperium, omnibus ciuitatibus illi ſubiectis ſit commune ſubalternatim proximius, ac immediate, ea ratione qua totum influit in ſuas partes, l. in toto, de regul. iur. Et genus in ſuas ſpecies, l. ſemper generalibus de reg. iu. ut partis uel ſpeciei peculiaritate ceſſante ad uirtutem proximi uel ſubalterni totius uel generis confugimus, & non continuo ad totum uel genus generaliſſimum conſcendimus, ſic quoque dicendũ erit in caſu iſto, ut a deficiente peculiari cuiuſque loci lege non e ueſtigio conſcendamus ad ius commune Romanorum, ſed ad ius commune urbis dominentis, quod proximius immediatius atque ſub alternatim commune eſt.

19 Quinimmo ſi ſtatutum ipſum quod præualet † in loco ius commune eius loci dicitur, ut per Abbat. in rubr. de conſuetud. in capitulo primo, ut lit. pendent. Iaſ. in l. omnes populi colum. 1. de iuſti. & iur. ſcholias. ad Dec. in conſi. 485. ſub litera B. & in ca. li cet cauſam de prob. ſub litera B quicquid ibi uelit Dec. multo magis debebit ius commune dici quod ciuitatis dominantis eſt. Neque mouet tex. in d.
20 §. ſed quoties † inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. quia loquitur in mentione iuris ciuilis ficta a legislatore uel in iuris ciuilis libris, quæ ſemper intelligitur de iure ciuili Romanorum, prout per excellẽtiam poetæ, ac oratoris mentio apud latinos ſimpliciter facta, intelligitur de Virgilio & de Cicerone, apud Græcos de Homero ac Demoſthene, & inter Academicos Philoſophi nomen exauditur de Platone, inter peripateticos de Ariſtotel.

Nos autem loquitur in hominis diſpoſitione, ſiue illa inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate. vnde ex ui ſubiectionis qua tenetur primum uerſus illius patriam, & deinde erga ciuitatem dominantem ſucceſſiuo ordine, intelligitur ſe ad ius ciuile patriæ ac prouinciæ ſuæ ſe uoluiſſe referre, quia quod ſpeciа-

lius

lius eſt, derogat generaliori, l. hoc legatum de legat.
21 tertio, l. in toto de regul. iur. Rurſus dicitur † dictum § ſed quoties procedere in iuris ciuilis appellatione ſimpliciter prolata, nos in relatione ſimpliciter a partib. uel a teſtatore, facta ad ius commune, quæ debet intelligi de iure, quod ipſis magis commune eſt quàm alij, dicta l. hoc legatum in princ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatorem intelligi ſe uoluiſſe conformare non in eo, quod eſt, ſed quod putauit eſſe de iure communi.*
2 *Sed Auctorem de hoc dubitare.*
3 *Præſumptionem iuris eſſe debere ſuper eo, quod fieri debuit.*
4 *L. quo loco §. primo, de hæred. inſtit. quomodo ſit intelligi debeat.*
5 *An teſtator in ijs quæ non deferuntur iure hæreditario, cenſeatur ſe uelle conformare cum iure communi.*
6 *Fœmina a ſtatuto excluſa, non cenſetur per teſtatorem fore excluſa, niſi ab hæreditate eius de quo ſtatutum loquitur.*
7 *Fœminam ſe habere ad maſculum, vt ſe habet nepos ad filium.*
8 *Vel tanquam ſubſtitutus ad inſtitutum.*
9 *Fœminam non ſemper dici excluſam, ſed quamdiu uiuit maſculus.*
10 *Si in ſtatuto adeſſent dictiones donec & quamdiu aliæue ſimiles.*
11 *Aut adeſſent uerba habentia tractum de futuro.*
12 *Auctorem tamen habere caſum prædictum vt valde ſuſpectum.*
13 *Teſtatorem in ambiguis cenſeri ſe conformare voluiſſe cum iure communi.*
14 *Perſonam idiotam non cenſeri velle ſe cenformare cum diſpoſitione iuris communis.*
Sed cum ruſticana conſuetudine. ibid.
15 *Modo tamen conſtet de ruſticana illa conſuetudine.*
16 *Auctorem tamen putare, quòd tam ruſtici & idiotæ, quàm alij debeant intelligi conformare ſe velle cum diſpoſitione iuris communis.*
17 *Diſpoſitionem teſtatoris intelligi ſecundum communem vſum loquendi, qui non conueniat cum diſpoſitione iuris communis.*
18 *Caſum tamen prædictum, quamuis ſit in ſe verus, non deſeruire in materia noſtra.*
19 *Rubeus in §. quidam l. Gallus de liber. & poſthum. declaratur.*
20 *Qualitas perſonæ quando ſuperat eam præſumptionem, non cenſetur teſtator ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
21 *Præſumptionem conformitatis cum iure communi ceſſare, quando pars aduerſa uellet probare contrarium.*
22 *Plures alios caſus remiſſiue referri, in quibus ceſſat ratio præſumptionis conformitatis cum iure communi.*

Quibus in caſibus procedat illa concluſio, quòd teſtator cenſeatur uelle ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.

CAP. XII.



Imitanda modo eſt memorata concluſio nonnullis in caſibus, quos proſequitur Zanch. in d. §. cum ita a numero 1154. uſque ad num. 1174. per 4 col. Quorum aliquos retuliſſe, in illiſque mea quæ ſit ſententia dixiſſe contentus ero.

Primus igitur erit, ut intelligatur prædicta concluſio, quòd teſtator intelligatur ſeu magis præſumatur ſe uelle conformare cum di-
1 ſpoſitione iuris communis, non † quòd cenſeatur ſe conformare uelle cum eo quod uere de iure erat ſed cum eo quod putabat ipſe teſtator de iure eſſe. ita limitat Socin. in l. cum auus colum. 10. in princ. de condit. & demonſtr. & in dicta l. Gallus §. quidã recte ante num. 8. de lib. & poſthum. & ante illum Caſtr. in l. quo loco §. primo, per illum text. de hær. inſtit. Dom. Alcia. de uerbo. ſig. libro tertio, verſicu. octaua erit forma, Pariſ. in conſi. 19. ſub num. 167. volum. ſecundo, per tex. in dicta l. quo loco §. primo de hæredib. inſtit. quibus addit Zanch. Caſtr. in conſi. 121. uiſa quadam columna ſecunda, libro 2. ſed in meo Codice nihil dicit Caſtr. neque in dicto conſil. 121. neque in conſi. eius exordij uiſa quadam in dicto lib. ſecundo.

2 At tamen ego in hoc ſubſiſto, † quia hæc iuris præſumptio non eſt ſuper eo quod uere opinabatur teſtator, nec eſſe poteſt, cum id incertum eſſe ſupponat in hoc poſtremo capite, in quo regulam conſtituimus, ſed ſuper eo quod opinari debuerat, quia cum iuris præſumptio ſit ſuper incerto, l. non eſt uerisimile ubi glo. & doctor. quod met. cauſ. glo. Abb. & alii in cap. quarto de præſumptio. Dom. Alcia. eo. tracta. de præſumptio. par. prima, Recentio. in l. j. in princ. de uerbo. obligat. dum ſermonem inſtituunt poſt Bar. de præſumptio. ac ficta ſtipulatione, & ſupra diſſeruimus lib. 5. in inſtrumento rationis, dum egimus de præſumptiua ratione, nõ poteſt fieri fundamentum ſuper eo, quod opinabatur teſtator, ſed
3 quod opinari debuit, quia † præſumptio iuris eſt ad id quod fieri oportuit, arg. l. penult. de inſt. iur. & eius quod ſcripſit Craue. in rub. de legat primo, paulo poſt princ. quia ſi eſſet ſuper certo, non præſumptio foret, ſed fictio, vt per Bart. & alios in l. ſiis qui pro emptore de uſucap. Alciat. in dicta prima part. de præſumptio. & ſupra diximus libro tertio, in materia fictæ ſignificationis. Neque mouet text. in
4 † dicta l. quo loco §. primo, de hæred. inſtit. & auctoritates Doctorum ſuper eo fundatæ, quæ in oppoſitum citantur, quia loquuntur nõ in caſu ambiguo & incerto, prout nos uerba facimus, ſed in claro, qñ ex uerbis conſtabat quid teſtator opinaretur, quia tunc illius ſentẽtiam ſeu opinionem ſequimur, nec

locus

locus est præsumptioni, quòd facere voluerit prout de iure, quia in claris non est opus coniecturis ll. vulgaribus.

5 Secundus casus est, † quando essemus in ijs quæ non deferuntur iure hæreditario, sed alio iure, quia tunc disponens non censetur se conformare velle cum dispositione iuris communis, vel statuti ab in testato loquentis, ita intelligit Zanch. loco iam relato sub num. 116. opinionem Doctorum tenentiũ contra Bar. in dicto §. si liberi, videlicet Bald. in l. liberti libertæque C. de bon. liber. Saly. in l. secunda, quæstio. 17. C. de iur. emphyt. Alexand. in apostillis ad Bald. loco iam relato & in consi. 9. columna 2. volumine quinto, ubi Scholiast. in princ. ita distinguit & ad consi. 15. colum. prima, volum. quarto, & ita hanc materiam distinguendo concordat etiam Socin. iun. post Campeg. ab eo relatum in consi. 71. colum. 11. volum. primo, & Paris. in consi. 68. colu. secunda, in fin. lib. secundo, pro qua concordia addit Zanc. præallegatus, quia verisimile quidem est, quod testator, & contrahentes censeantur se conformare cum statuentibus in ea materia in qua statuentes loquuntur, sed non in diuersa. Item quia fœmina

6 excluſa † per statutum non censetur esse excluſa per testatorem, nisi ab hæreditate illius de quo statutũ loquitur ut per Soci in consi. 55. in fi. volum. 3. subdentem quod tenẽtes contrarium sibi videntur paralogizare, Cur. iun. consi. 49 colum. 4. Craue. consi. 250. colum. tertia, & alij per eum relati. Rursus qa

7 filia excluſa ita se habet ad masculum, † sicut se habet nepos quò ad filium, ut per Ias. in l. si quis posthumos § primo, colum. 2. de lib. & posth Ruin. in cõ

8 si. 117. nume. 16 volum. 2. vel se habet † tanquam substitutus ad institutum, ut per Ias. in consi. 166. clausula codicillaris volum. 2. & Ancharan. in consi. 221. hæc quæstio. & Brun. in tractat stat. fœm. excluſi. arcul. 10. quæstio. 3. colum. fin. hincque esse

9 † quòd non semper dicitur excluſa, sed quamdiu vivit masculus, cuius intuitu vel favore est excluſa, ut per Abba. in consi. 92. columna fin. volumine secundo, quod tamen intelligit Zanch. in consi. 1167. quã

10 do in statuto adessent † dictiones donec quamdiu & similes, ut latissime per Soc. iun. in consi. primo, columna 2. volum. primo, Brun. loc. cita. articul. 10. quæst. 5. & per Zuccar. in l. fin. sub nu. 16. C. de edic.

11 Diui Hadria. toll. vel quando † adessent verba habentia tractum de futuro, ut exemplificat Ruin. in dicto consi. 117. columna antepen. volum secundo.

Quinimmo ad hæc requiri, ut in tali agnato ad sit spes sobolis suscipiendæ, aliàs secus esse dicendũ ut in eo qui sit constitutus in sacris, ut per Socin. iunio. in dicto consi. 1. sub nu. 63. volum. primo, cum simil. ibi ab eodem citatis. Sed ego habeo hunc

12 † casum pro valde suspecto & decisiones supra allegatæ parum mihi videntur deseruire ad hoc propositum. Nam licet verum sit quod conclusio ista intelligenda sit in ijs rebus quæ subiacent dispositioni testatoris ac statuti, ut loquuntur Paris. ac Socin. iun. supra relati, nihilominus non est verum illam restringendam esse ad ea tantum quæ iure hæreditario deferuntur, quia modo simus in ijs de quibus testator libere disponere possit, vel quæ subiaceant dispositioni testatoris vel hominis siue instituendo, siue legando, siue fideicommittendo, siue inter viuos contrahendo, illis de rebus vel circa eas

13 res disponatur, semper † in ambiguis censendus erit disponens voluisse voluntatem suam conformare cum dispositione statutorum, decretorum, consuetudinum patriæ ac ciuitatis dominantis, & iuris communis per iura, auctoritates, rationes & alia supra allegata quia omnes hominum actiones in ambiguis recipiunt interpretationem conformem iuri communi l. cum auus de conditio. & demonstr. l. cũ acutissimi, C. de fideicommis. l. quoties idem & l. semper in stipulationibus de reg. iur. cum notat. in l. ult. §. in computatione, C. de iur. delib. in l. secunda C de noxal. & in capit. cum dilectus de consuetud. & constat ex ijs quæ late disseruimus supra lib. proxim. præcedent. non igitur iure medio poterit restringi proposita assertio ad ea solum quæ iure hæreditario deferũtur. excluderet enim hæc restrictio alias omnes dispositiones, quæ extra ius hæreditarium verfarentur quo nihil dici posset absurdius igitur vel aliter concipienda, aut minus vera erit ante dicta restrictio, quamuis auctoritates pro illa citatæ in terminis suis sint veræ. & ita se rẽ habere ostẽdit supra relata Zanchi ratio, dum inquit verisimile esse quòd statuentes se conformare voluerint cum statuentibus in ea materia in qua loquuntur non autem in diuersa.

14 Tertius casus † est in dispositione personæ idiotę ut per Socin. in consi. 37. columna quarta, vers. iculo quinto, sub num 8. volum. 3. ubi ait quòd licet iuris dispositio sit, ut quando famili vocatur vel parentela dicantur omnes vocati ordine successiuo. ita ut priores in gradu priore loco admittantur, iuxta l. cum ita § in fideicommisso de leg. 2. ubi Doct. not. & ibi est casus & in d. §. quidam recte, tamẽ ista consideratio non cadit in personam idiotam, quæ non capit hanc iuris interpretationem, sed crassiore minerua si de parentela vel familia loquitur, accipit de tota, ut in simili dicit glo. in l. quod si nepotes de testam. tutel. in l. quoties C. de famil. ercisc. & in l. hæc stipulatio, §. hæc quoque de verbo. obligatio. cum simil. quę ibi adijciuntur a Soci. sed est animaduertendum, quia hæc restrictio non est simpliciter vera, neque etiam ad casum hunc nostrum applica-

15 bilis, sed tantum in casu illo, quando essemus certi de consuetudine illa rustica na disponentis idiotæ, vel rusticorum regionis in qua is versaretur, iuxta tex. in l. si chorus in princip de legatis tertio, in d. l. si seruus §. ult. de leg. primo, & in l. cum de lanionis, §. optimum cum sim. l. supra citat. quibus adstipulãtur ea quæ scripsimus supra lib. 4. huius operis, cœ-

16 terum ubi versemur in ambiguo, † ego non video cur ita non debeant intelligi rustici & idiotæ cõformare voluntatem suam dispositioni statutorum ac iuris communis, quemadmodum & cęteri, cum præsertim non eximantur a communi iuris censura tales personæ. nisi in casibus a iure expressis, iuxta tradita per gl. & doctor. in l. ult. C. de iur. & fact. ignor. Bald. Ias. Dec. & alios in l. iuris ignorantia, C. qui ad

mitti.

mitti. Alex. in l. si quis id quod colum. 4. in princ. de iur. omni. iudic. & in consi. 14. libro secundo cum simil. propterea intelligendus erit iste casus ut ualeat sustineri solum, quando simus certi de consuetudine rústicana secus in dubio quia leges sunt generales & ab omnibus debent, sciri & obseruari l. leges sacratissimæ C. de legibus.

17 Quartus est † quando probatur ea in re communis usus loquendi, qui non est secundum iuris communis dispositionem ut per Socin. in consi. 37. col. 4. uersi. ad secundum uolumine tertio, licet sit multum difficilis probationis sed hanc limitationem dicit Zanc. sub num. 1193. loc. iam relato reprobari a Rub. Alex. in d §. quidam recte, se tamen nihil hac in re decernere quia non uacat, sed uidendum esse Socin. in l Gallus, §. ille casus de lib. & posth.

Sed ego dico hunc casum uerum quidem esse in
18 suis terminis, † sed non deseruire in materia nostra, quæ procedit in prorsus ambiguis, quando nullo modo constat de uoluntate, nisi forte diceremus esse hunc casum exaudiendum, quando stante incertitudine atque ambiguitate uoluntatis defuncti, contra præsumptionem quæ staret pro conformitate iuris communis, adesset in eodem genere contraria uis communis usus loquendi, quia facta eius probatione, iuxta tradita per Bar. in l. Labeo de supel. legat. & Roch. Cur. in cap. fi. de consuetud & ea quæ supra retulimus libro quarto, huius operis dubio procul conformitas iuris communis cederet communi loquendi usui, ut late scripsimus dicta l. quarta, aliàs extra hunc sensum uix est ut possit esse
19 locus huic casui, & in istis terminis † procedit quod scripsit Rub. Alexandr. in d §. quidam, in primo not. sub num. tertio ubi ait quod quando urgentior præsumptio est contra hanc præsumptionem conformitatis iuris communis, tunc illa attenditur, ut in l. cum ita §. in fideicommisso de leg. secundo ubi nominati cum familia testatoris, etiam si sint de familia testatoris, non tamen censentur eo. ordine uocati quo illi qui ueniunt nomine collectiuo familiæ, quâuis & ipsi in gradu sint dispari ipsi testatori, quia nominatio illa arguit maiorem dilectionẽ in ijs quàm in comprehensis sub nomine collectiuo, & æqualitatem inter ipsos nominatos, iuxta tradita per illos in l. quoties & in l nonnunquam ad Senat. Trebel. &
20 † ad hoc quoque caput trahendus est casus quando præsumptio qualitatis personę separaret hanc præsumptionem, ut in l. plenum §. equitij de usu & habita. in l. ex militari ubi pulchrè Bal. de milit. testa. & per Alex. in l. impossibilis in tertia colum. & in l continuus §. illud de uerbo. obligatio. ut per Fulgos. in pulchro casu in consi. 27. & Dec. in cap. causam quæ in 3. col. de rescript.

21 Quintus est casus, quando contra † præsumptionem istam conformitatis cum dispositione iuris cõmunis, is aduersus quem illa induceretur uellet probare contrariam defuncti uoluntatem, sic firmat Rube. Alexan. in dicto §. quidam recte sub num. 4. pet l. planè §. sed si corpus de legat. primo, & probat text. in l. non est ueri simile quod met. caus. docto. in cap. quanto de præsumptio. per illum tex. Dom. Alcia. de præsumptio. par. 3. & in fortioribus terminis par. 2. eiusdem tract. sub num. 6. & seq & docto. in dicta l. si is qui pro emptore & recentior. in d. l.
22 in prin. de uer. oblig possent plures. † quoque alij casus perpendi ex ijs quæ supra tradidimus libro 2. ad fin. & tertio post prin sed ne actum agamus supersedebimus a relatione. Alios nõnullos ptractat Zanc. loco iam relato, sed quia illi magis deseruiunt peculiaribus terminis illius illationis, quam facit ex generali conclusione, quàm ad generales terminos quęstionis a nobis propositę, ideo &c.

SVMMARIVM.

1 *Personæ qualitas quando præponderat generalitati verborum per illam restringuntur uerba generalia.*
2 *Laicus qui generaliter prohibetur in episcopum eligi tamen propter integretitatem uitæ eligi potest.*
3 *Propter magnam personarum legalitatem recedi plerumque a regulis iuris communis.*
4 *Post publicatas attestationes tamensi non admittantur testes ob timorem subornationis, attamen ob magnam legalitatem, uitæque exemplaritatem, morumq; probitatem etiam post publicatas attestationes testes admitti. num. 5.*
6 *Eum qui probæ atque legalis uitæ sit, posse testes post publicatus attestationes producere, & etiam dictum suum corrigere.*
7 *Testis consanguineus ob uitæ probitatem pro consanguineo admitti.*
8 *Idemque esse in coniuncto sanguine, qui impetratus fuerit in iudicem.*
9 *Litigantem qui magnæ sit uitæ probitatis, in expensis non esse condemnandum.*
10 *Iudex qui integræ opinionis uirum de crimine capitali accusatum, non iusserat in compedibus ius dicere, sed urbem illi pro carcere assignarat, in syndicatu fuisse liberatum ob integritatem opinionis illius.*
11 *Propter excellentem hominis scientiam excusari ab onere tutelæ eum, qui extra patrium profiteatur.*
12 *Quam ob causam & a damnatione bestiarum quis eripitur.*
13 *Minor ob summam peritiam a generali beneficio restitutionis in integrum arcetur.*
14 *Impubes in quo malitia suppleat ætatem, non arceri a contrahendis matrimoniis.*
15 *Eos qui optimi sunt ingenij, ad Doctoratus apicem promoueri posse etiamsi non multum profecerint.*
16 *L. magistros C. de professor. & med. lib. 12. limitari ac declarari.*
17 *Scholasticos bonæ spei, atque optimæ indolis imperitis doctoribus esse præferendos.*
18 *Nisi simus in ijs quæ Doctoratus ordinem respiciunt.*
Et propositis exemplis declaratur.
19 *Arbitrum propter excellentiam personæ extra locum compromissi, posse sententiam proferre.*
20 *Episcopum non comprehendi sub generali edicto excommunicationem irrogante.*
21 *Cap. ubi periculum de electio. & elect. potesta. lib. 6. & cap.*

& cap. quia periculosum de senten. excommuni. intellectus.

22 *Ad personas egregias transmitti interrogatorem, qui illas examinet.*

23 *Personas illust. in scriptis citandas esse.*

24 *Pœnam furcarum ad plebeios restringi, neque imponi illis qui in aliqno nobilitat, uel militiæ gradu sint.*

25 *Personam in dignitate positam non posse torturæ subijci.*

26 *Feudatarios qui habent subditos, exercitiumque iurisdictionis, habere dignitatem. Nec posse torturæ subijci. ibi.*

27 *Doctores non posse tortura affici.*

28 *Eosque in dignitate constitutos esse.*

29 *Nec posse carcerari cum denegatione alimentorum.*

30 *In facti tamen contingentia uisos fuisse Doctores carceratos diuersis criminibus.*

31 *Propter æs tamen alienum non posse carceri mancipari.*

32 *Plura alia Doctorum priuilegia remisse uè referri.*

33 *Donationem factam in filio potestate propter Illust. dignitatem ualere.*

34 *Bald. in §. item sacramenta de pace tenenda declar.*

35 *Regem catholicum & Sereniß. Hispaniarum, ac Christianissimum Francorum Regem iura Imperij habere in eorum regnis.*

36 *Restrictiones quæ personæ gratia fiunt. an ipso iure, uel ope exceptionis operentur.*

37 *Eaque in difficultate iura contradicentia referri. ibi.*

38 *Sed a D. Alciato ea iura conciliari.*

39 *Cuius assertio ab auctore declaratur.*

40 *Qualitas ubi est fundamentum alicuius intentionis debere illam formiter probari.*

41 *Notoria quamuis releuent ab onere probandi, non tamen ab onere deducendi.*

Personę qualitas ubi repugnat generalitati uerborum, uerba generaliter non intelligi.

CAP. XII.

1 REstringitur tertio loco principaliter supra firmata conclusio generalitatis uerborum, ut locum non habeat, quando personę† qualitas ita præponderet generalitati uerborum, ut illam superet, ab eaque eximeretur, ut multis exemplis docet Lud. Roma in l. si uero, §. de viro solut. matrim. sub nu. 20. cum sex sequent. sub nu. 35. cum quatuor seq. & sæpius per discursum repetitionis eius §. & D. Alcia. dicto lib primo, de uerborum signifi. a num. 48. usque ad nu. 61. exempli gratia prohibetur laicus generaliter † in episcopum eligi, restringitur, ubi simus in eo qui uitæ integritate, probitateque ac morum castimonia splendet, ut contigit in diuo Ambrosio, Nicolao, ac Seuero qui propter eorum frugi uitæ singularia merita, a uita seculari ad episcopatum assumpti fuerunt. cap. statuimus §. his omnibus auctoritatibus 61. distinctio. & cap. nullus in 3 episcopum 60. distinctio. Sic etiam † propter magnam legalitatem, incomparabilemque personarũ probitatem plerunque recedimus a regulis iuris communis, & ideo quamuis post cognitas publica 4 tasque attestationes non sit locus ulteriori† productioni testium ob timorem subornationis, clemen. prima, de testi. auth. at qui semel ubi glo & doctor. C. de probat. si tamen testes producendi adeo sint 5 probæ † atque exemplaris uitæ, ut nullum cadat dubium subornationis in eorum testimonium, quamquam hæc sit rara auis in terris nigroque similima Cygno, poterunt non obstante regulæ generalitate produci atque examinari, Specul. in titu. de instr. edit. §. fin. uersi. sed quid si debitor, ibique Io. Andr. in additio. Butr. in capit. secundo, ad fin. de probat. saltem de æquitate cano. sequitur ac commendant Alex. & Ias. in l. iubemus sub num. septimo, de iudi. Dom. Alcia. dicto lib. primo, de uerbo. significat. sub num. 52. cui decisioni maxime applaudet, quod scribit Bald. in cap. præterea de testibus cogend. 6 † eum qui probæ atque integræ sit uitæ, posse post publicatas attestationes testes producere, ac dictũ suum corrigere, idem concludit Specul. in iudice cõsanguineo, in tit. de offi. iudic. deleg §. supereſt uer sicu. quid si est consanguineus, idemque in teste consanguineo† affirmat Imo. inc. cũ R. Canonicus de offic. delega Ias. in dicta l. iubemus sub num. 11. per 7 bonum tex. ut uocat in simili in capitulo in literis de testibus.

8 Nec differt quod de coniuncto † sanguine impetrato in iudicem dicit Butr. in capit. postremo, de appellatio. consonat etiam quod† tradidit Hostiens. in capitu. finem litibus colum. penul. de dol. & con- 9 tum. de litigante qui talis qualitatis † sit, ut non debeat condemnari in expensis propter præsumptionem probitatis eius uitæ, etiamsi regulariter uictus uictori condemnari debeat in expensis, quam sententiam probarunt Ioan. Andr. Anchar. Butri in dicto capit. finem l. tibus, Alexand. in l. properandum §. sin autem alterutra colum. 4. C de iud. Ias. in dicta l. iubemus sub numero 12. qui adducit glo. in uer. scirent 12. quæstio. secunda, quæ dicit tales personas semper præsumi habere iustam causam litigandi, indeque inferri potest ad declar. nou. constit. in titu. de iudic. in §. omnes ius dicentes. A 10 prędictis non † recedit quod scribit Ang. in l. si a bonæ fidei in uerbo integræ opinioni de rei uendicat. qui se obtinuisse ait, ut iudex in sindicatu liberaretur, qui magnæ existimationis uirum criminis capitalis accusatum, non in compedibus ius dicere iusserat, sed urbem pro carcere illi assignarat, cum is uiolato iureiurando solum uertisset. cuius sententię se subscribunt Ias. & Dom. Alcia. in loc. supra cita. & quorum dictis alia plura his similia exempla colligi possunt. Propter excellentem quoque scien- 11 tiam † a communibus iuris regulis recedimus, unde quamuis Doctor extra patriam suam profitens ab onere tutelę non sit immunis, si tamen præcellentis sit scientię, excusatur l. sed & reprobari §. amplius de excusatio. tuto. Propter singularem quoque artificij

12 tificij ſcientiam, ab beſtias damnatus, † ad preces
populi ex indulgentia Principis ueniam conſequi
13 poteſt.l.ad beſtias de pæn. Sic minor † uiginti quin
que annis ob ſummam peritiam, eiuſque induſtriã
a generali beneficio reſtitutionis in integrum arce-
tur l.prima,C.qui & aduerſus quos, notat glo.in l.
neque profeſſio C.de mun.patrim.libro 10.in l.mi
nor uiginti quinque annis omiſſum de minor. Bal.
in l.prima, §.interdum de excuſatio.tuto. & in l.ſed
14 milites §.iam autem,ad quod facit † quod habetur
in cap.puberem & capit.fin.de deſponſ.impub.ubi
a generali impuberum prohibitione a contrahe-
dis matrimonijs excipitur is,in quo malitia ſupleat
15 ætatem,ſic etiam qui optimi ſunt † ingenij,ad Do
ctoratus apicem poſſunt promoueri, etiamſi non
multum profecerint,modo ſpes futuræ ſubſit dili-
gentiæ, ut ſcribit Inno.in c.cum in curſtis, de ele-
16 ctio.& elect. poteſt.qui ſic ait limitari †l.magiſtros
C.de profeſſo. & medi.& l.nemini, C. de aduocatis
diuerſo.iudi.quibus prohibetur quis ad eum gra-
dum niſi facto examine repertus fuerit exacta iu-
ris peritia inſtructus, cui accedit Roma. in di-
17 cto §. ſi verò ſub numero 26. Quamobrem † uo-
luit gloſſ. in l. prima, C. de mune. ciuil. libro
11.bonę ſpei atque optimæ indolis ſcholaſticos im
peritis Doctoribus eſſe præferendos. niſi ſimus
18 †in ijs quę ordinem ipſorum Doctorum reſpiciunt
quorum gratia intereſſet cæterorum doctorum,
ſcholaſticum nõ prę ferri etiam imperito, uerbi gra
tia ſi agatur de decedendo e uia, nam ſcholaſticus,
etiam peritior debebit Doctori inerudito locum ſu
periorem in uia cedere, quia propter populi opinio
nem cæterorum intereſt Fel. in cap. clerici de iudi.
Dom.Alciat.dicto lib.1.de uerbo.ſignificat.ſub nu
mero 52.qui dicit idem eſſe in alijs priuilegijs,quæ
ad ordinem ſpectant, uel ex quorum denegatione
facta imperito Doctori,uniuerſoordini ignominia
reſultaret,ueluti ne carceri mancipetur,uel ne quæ-
ſtioni ſubijciatur,de quibus per doctor.in l prima,
poſt Bar.C.de dignit.lib.12. & in auth. habita, C.
19 ne ſil.pro patr. Ad idem quoque eſt † quod dicitur
propter excellentiam perſonæ,arbitrum extra locũ
compromiſſi poſſe ferre ſententiam,quamuis aliàs
id generaliter prohibeatur, l.ſi cum dies § ſi arbiter
de arbitr. Et iudicem qui aliàs per alterum legere
ſententiam ex breuiculo recitandam prohibetur,
propter uiri excellentiam id facere poſſe ut in l.ſe-
20 cunda,C.de ſenten.ex bre.recit. Eumque † qui pon
tificia uel epiſcopali polleat dignitate,edicto,uel cõ
ſtitutione generaliter excommunicationis ſenten-
tiam irrogante non contineri, capit.ubi periculum
de electio.& elect poteſta.lib.6.cap.quia periculo-
ſum de ſenten.excommun. ubi. Io. Andr. & Franc.
notant eod.lib.ſed illæ conſtitutione uidentur habe
21 re † peculiarem rationem,ibi in tex.expreſſam,quę
non ita uidetur ſibi locum uendicare in alia pœna-
li conſtitutione,qua propter inquit gloſ. in capitu-
lo ſciant,& in cap. cupientes §.cæterum de elect. eo
dem libro ſexto,conſtitutione pęnali generaliter lo
quente comprehendi quoque epiſcopos,& ita intel
ligenda eſt hæc pars,quamuis Ludou.Roma.& Do
minus Alci. ita ſimpliciter pertranſeant in locis ſu
22 pra cita. eadem ratione ad perſonas † egregias
tranſmittitur interrogator, quia illas earum domi
examinet,l.ad perſonas egregias de iureiur.ubi Bar
to.& alij,& gloſ.in cap.ſi qui teſtium ubi Abb. Fel.
& cæteri de teſt.Meno.de arbitr.iudic.libro ſecun-
do,caſ.70.ubi declarat quæ dicantur perſonæ egre-
giæ & in caſ.228. ſub nu. 26. Huc quoque ſpectant
quæ idem Roman.in d.§.ſi uero ſub num.25. de ex-
23 ceptione † quæ ſit a diſpoſitione generali propter
perſonæ gradum,ueluti cum dicimus perſonas illu-
ſtres in ſcriptis citandas eſſe,a formula quę illa gene
ralis citationis excipiendas eſſe,ut in l.2.C.de digni
ta.libro 12.

24 Pœnam † furcarum ad plebeios reſtringi,neque
imponi poſſe ijs, qui in gradu alicuius militiæ uel
nobilitatis ſint. l.deſertorem §. pœna militis de re
milita.l.capitalium §.non omnes. & §.11. de pœn.l.
more §.iſtæ feræ eod.tit.

25 Perſonam in dignitate poſitam † non poſſe ſubij
ci torturæ,ut in l.milites C.de quæſtio.l.omnes iu-
dices,C.de decu r.lib.10.ubi Luc.de Pen. & alij Gã
di.de quæſtio.ſub num.8.Boſi.in tit.de indi.& con
ſiderat.ante tortu.& eſt communis opinio, ut di-
cit Boſi.in tit.de tortu. teſt.ſub numero ſeptimo,
& ideo dicit Do. Clar. in praxi crimin.quæſtio.64.
ſub num. 17. Excellentiſsimum Mediolani Sena-
tum in quodam feudatario quem iuſſerat ſubijci
quæſtionibus poſtea decreuiſſe, ut ratione dignita-
tis feudalis a tortura abſtineretur, dicuntur enim
26 iſti feudatarij † qui habent ſubditos, exercitiumq;
iuriſdictionis in eos, habere dignitatẽ,quia omnis
qui præeſt cognitioni iuriſdictionis alicuius uillæ,
vel caſtri dicitur habere nobilitatem ac dignitatẽ
ſic nuncupatim ſcribit Bald.in capitulo primo, uer
ſic.cæteri uero ſub nu.ſecundo, quis dicat. Dux vel
Marchi.idemque ibi firmat Mathe. de Afflict.colu.
3.ad fin.ſub num.7.uerſicu.igitur qui præeſt alicui
Caſtro,& Andr.Tiraquel. de nobilita. capit.7.ſub
num.13.uerſicu.igitur inquit, ſic etiam Doctor nõ
27 poteſt torqueri, †eximiturque a generali illa diſpo
ſitione torturæ contra reos,glo.& Cyn.in l.milites
C.de quæſtio Bar.in l.prima,C.de aduoc.diuerſ.iu
di.Guido de Suzar.in tracta.tortur.colum. penu.&
ita ſe habet communis opinio, itaque in hoc ſtatu
ſeruatur,ut ſcribit Boſi.in tit.de indic. ſub nu.111.
& Dom.Clar.ſub num.16.queſt.64.in Prax.crimin.
ubi refert alios qui dicunt iſtud de conſuetudice nõ
ſeruari,quos non probat & meritò. quia doctores
28 ſunt † in dignitate conſtituti, ut dicit Bald. in pro-
ęm.C.in ſecunda colum.in fin.cum ſeq.& in l.ex eo
de milit.teſtam.& in dicta l.omnes,C.de decurio.li.
decimo,Bald.in l.prima,in princ.de iuſti.& iur.Bar
to.& alii in dicta l.prima,C.de dignita.lib.12.Bolo
gni.in dicta auth.habita, C.ne filius pro patre ſub
num.57.ubi ample alios citat.

29 Quinimmo nec etiam † poſſunt carcerari cum
denegatione alimentorum,quia carcer eſt mala mã
ſio,& comparatur torturæ, ut uoluit Ang.in l.item
apud Iabeonem §.quæſtiones de iniur.Bolog.loc.ſu
pra cita.ſub nu.75.

Regu-

Regulariter autem in materia criminali distingui solet inter leuia & grauia crimina, ut primo casu nequeant carcerari, secundo valeant, ut dicit glo. in l. medicos in uer. exhiberi. C. de profess. & medi. lib. 10. quamuis uideantur sequi Doctor. ut dicit Mara. decis. 81. sub nume. 1. quamuis D. Clar. in praxi criminali. q. 28. sub num. 4. dicat in facti contingē
30 tia † se uidisse plures doctores incarceratos pro di-
31 uersis criminibus, propter æs uero † alienum uel munus aliquod in carcerem detrudi non potest doctor, uel medicus, l. ne quis de aduoc. diuerso. iudicio. D. Alciat. d. lib. 1. de uerbor. significat. sub num. 50. & alia plura his similia priuilegia doctoribus
32 † ob dignitatem competentia prosequitur Bolog. in d. auth. habita sub nu. 60. cum pluribus seq. per plures ac plures colum. nè uidear uelle facere transitum ad materiam priuilegiorum doctorib. competentium, quæ propriam separatamque ha-
33 bet institutionem, sic ēt † propter illustr. patris dignitatem donatio facta filio in potestate ualet, quæ alias non ualeret, ut scribit Bal. in capitulo primo, §. item sacramenta, sub numero 19. de pac. iuram. firman. per tex. in arg. adduct. in l. donationes quas parentes de donatio. inter ui & uxor. & fuit originaria assertio Oldra. in consi. 149. ut refert ac sequitur Ludouicus Romanus in dicto §. de uiro sub numero
25. ad finem. Sed ego in meo codice non inueni, Oldrad. aliquid dicentem in dicto consil. nec etiam in alijs, in quibus loquitur de materia donationis inter patrem ac filium. Sed est animaduertendum
34 † quia Bald. in dicto § item sacramenta loquitur in rege, non autem in omni persona in Illustr. dignitate posita, & propterea inquit necessarium esse, ut in ipsa donatione Rex attestetur se ipsam donationem facere auctoritate regia, arg. l bonorum, C. qui admitti ad bonor. poss. possunt, propterea intelligendum erit exemplum istud in personis illis, ea dignitate fulgentibus, quæ non recognoscunt superiorē
35 Iuraque imperij habent † in eorum dominio, qualis est serenissimus Hispaniarum, Francorumque Rex & si qui sunt alij similes.

Sed appositè dubitatur an istiusmodi exceptiones ac restrictiones quæ respectu personæ fiunt ad
36 dispositiones generales, ipso iure † operentur, an ve ro ope exceptionis? Qua in re uidentur iura contradicere, quia tex. in l. sed & reprobari §. amplius, de excusatio. tuto. uidetur probare quòd ipso iure id fiat, idemque uidetur decidi in cap. quia periculosum de senten. excommu. libro sexto, ubi ipso iure excipiuntur episcopi generali edicto, constitutione que irrogante pœnam excommunicationis.

37 In contrarium uidetur † adesse text. in capitulo innotuit de electio. ubi illegitimus in episcopum eligi non potest, tametsi multa morum ac doctrinę elegantia atque eccellentia polleat, nisi prius obtenta dispensatione à Sum. Pontific. idemque decidi-
tur in eo, qui duplex sacerdotium ob doctrinæ summam peritiam postulat, ut in capitulo de multa in fi. de præben.

38. Quamobrem D. Alciat. † dicto libro primo, de uerbo. significat. sub numero 51. uidetur uoluisse distinguere inter priuilegia inserta in corpore iuris, & non inserta, ut priore casu progrediatur dispositio text. in dicta l. sed & reprobari §. ampl. us de excusatio. tuto. & in dicto capitulo quia periculosum de senten. excommun. & si quæ sunt alia similia iura, in posteriore uero casu procedat dictum capitu. innotuit, & qđ dici solet eas qualitates facilius mouere Principem ad indulgendum siue dispensandū quæ consideratio fuit Roma. in dicto §. si uero sub numero vigesimoprimo, ubi mouet hanc difficultatem.

39 Sed † animaduertendum est, quia non ita simpliter est ex audienda hæc assertio, quandoquidem ita illam debemus intelligere, ut scilicet operetur ipso iure, quantum ad hoc, ne scilicet opus sit recurrere ad principem pro dispositione obtinenda a regula uel constitutione generali, non autem quod ipso iure operetur, quia non sit opus probatione qualitatis, ubi non sit notoria, & ubi notoria sit, non sit
40 opus deductione & allegatione, quia cum † qualitas aliqua est fundamentum alicuius dispositionis, illa debet formiter probari, l prima, §. ait prætor ubi Bar. ne quid in flum. publi. fas. in l. si extraneus in fi. de condict. caus. dat. Dec. in consil. 524. colum. 1. Curt. senio. in consi. 59. sub num. 7. & quamuis no-
41 toria releuent ab onere † probandi, non tamen eximunt ab onere deducendi atque allegandi clemen. appellanti de appellatio. Bar. in l. cum quid sub nu. 15. si cert. pet. Fely. in cap. 2. in 3. notab. de præscrip. Alex. in l. 1. sub nu. 4. C. ut quæ desunt Aduoc. cum simil. & solet titari tex. in l. si adulterium cum incestu, de adulte.

SVMMARIVM.

1 *Dispositionis generalis restrictionem fieri ob consanguinitatem.*
2 *Tutor pro pupillo aduersus consanguineum non cogitur suscipere iudicium.*
3 *Excommunicationis pœna irrogata contra participantes cum excommunicato non comprehendere affines ac coniunctos.*
4 *Lex pœna afficiens bannitorum receptatores, non concipere sanguine coniunctos.*
5 *Nisi bannitus esset talis qui ex forma statuti posset offendi.*
6 *Vel per statutum non esset imposita certa ac determinata pœna.*
7 *Iudicem in arbitrarijs posse causa cognita pœnam minuere.*
8 *L. fin. de receptatori. quomodo intelligatur ab Alber.*
9 *Pater & consanguinei, qui eriperent a familiæ manibus delinquentem deprehensum in flagranti crimine, mitius puniuntur.*
10 *Et ita communiter teneri.*
11 *Qui Bar. sententiam secuti fuerint.*
12 *Laudari communis sententiæ adsertores, qui tenuerunt mitius puniendos esse consanguineos receptatores bannitorum.*
Sed limitari in uxore, cui impune permittitur maritum bannitum receptare.

Et quando idem maritus feciſſet violentiam receptatori, ut receptaretur.

13 *Nouam conſtitutio. Stat. Mediolani in tit. de Bannitis & eorum receptator. declarat. num.* 14.

15 *Reſcripta iuſtitiæ rem ad terminos iuris communis reducere.*

Auctorem moliri multa cura ac labore tertium uolumen huius tit. ibi.

16 *Auctor quid ſentiat in conflictu opinionum ſupra relatarum, non puniendorum uel mitius puniendorum conſanguineorum, receptantium bannitos conſanguineos.*

17 *L. fin. de receptato. ſenſus. nu.* 20.

18 *Receptatorem Bannitorum eadem puniendum eſſe pœna cum delinquente.*

19 *Conſanguinitatis gratia, multa eſſe recepta contra ſtrictas iuris regulas.*

20 *Perſonarum magna affectione, recedi a regulis iuris communis.*

22 *Filiorum appellatione ob eam cauſam comprehendi nepotes.*

23 *Ardorem liciti amoris operari vim clauſulæ codicillaris.*

24 *Nepotes teſtatoris etiam ab illo nominati, in conditione poſiti eſſe cenſentur ad excluſionem extraneorum.*

25. *Pater non tenetur reddere rationem adminiſtrationis filio.*

26 *Quia quantum ad filium analogiſtes eſt, ac pares cum illo rationes habet.*

27 *Magiſtratus qui in prouincia emere prohibetur, non cenſetur prohibitus emere paterna bona, quæ a fiſco diſtrahuntur.*

28 *Doctoris filium, in publicæ aduocationis munere, patri ſuccedere extraneoque præferri.*

Si tamen debito legalibus ſtudijs tempore impenderit. num. eod.

29 *Poſitos in conditione fauore agnationis cenſeri uocatos.*

Multa ob perſonarum coniunctionem, ac conſanguinitatem concedi.

CAP. XIII.

1 OB perſonarum coniunctionem ac conſanguinitatem † fit reſtrictio diſpoſitionis generaliter loquentis, ut in l. prima, §. fi. de in ius uocan. ubi ratione affinitatis ac cognationis cogitur quis recipere fideiuſſorem non idoneum, quamuis id ſit aliàs generaliter prohibitum, cui caſui alter eſt ſimilis in eo qui litigat cum affine uel coniuncto ſuo, l. ſecunda, §. prætor ait qui

2 ſatiſd. cog.

Sic etiam tutor, qui † compellitur contra quoſcunque pro pupillo ſuſcipere iudicium, excuſatur ob conſanguinitatem quam habeat cum eo, qui ſit futurus aduerſarius pupilli. l. humanitatis C. de excuſat. tutor. iuncta l. fi. C. de adminiſtr. tuto. ſic quo-

3 que † a generali illa irrogatione pœnæ excommunicationis quæ inuecta eſt contra participantes cum excommunicato eximuntur affines uel neceſſitudinis coniuncti, cap. inter alia, & cap. ſi uere, § præterea de ſent. excommu. capitulo quoniam multos 11. q. tertia facit ad hac. l. ueſtem de miniu. cum ſua gloſ. & l. prima, C. de ijs qui latron. cum § mil. adduc. ab Alber. in l. ult. de recepta. qui nõ adducitur neque a Romano, neque ab Alciat. in locis ſupra relat. qui tamen huic quoque exemplo ſubſcribunt, quibus addi poteſt Marſ. in l. diuus Adrianus ſub num. 6. ad legem Pomp. de parricid.

4 Non † diſimiliter quoque lex afficiens pœna exulum uel bannitorum receptatores, non complectitur affines, & ſanguine coniunctos ipſis exulibus, l. fin. de recepta. quod tamen Bar. intelligit in dicta

5 l. fin. locum habere quando † bannitus non eſſet talis, ut ex forma ſtatuti poſſet impune occidi, quia tunc cum ſit hoſtis ciuitatis, ut ciuitas perdit eum, ſic illum etiam agnati & cognati, l. poſtliminium §. filius de capti. & poſtlimi. reuerſ. & rurſus.

6 Quando per ſtatutum non eſſet impoſita † certa ac determinata pœna, quia tunc quoque pœna imponenda eſſet, ſi ſtatutum certam imponeret ac determinet, neque obſtare ait dicta l. fin. quia loquitur de iure communi, quo non eſt determinata certa pœna, ſed eſt relicta iudicis arbitrio quia ſi iudex uellet uti arbitrio ſecundum legem ſibi conceſſo, argum. l. quid ergo §. pœna grauior de ijs qui nota. in

7 fam. cauſa cognita † poſſet pœnam minuere. Alber. uero in dicta l. ult. poſtquam in utranq; partem diſputauit hunc caſum, reſoluit ſecundum determina

8 tionem † quam dicit eſſe Oldra. & communiter ab alijs receptam, ut ſcilicet dicta l. fin. procedat non quo ad totalem excuſationem a pœna, ſed ſolum quantum ad hoc ut mitius puniatur. Qui idem dici poſſe ait ſi aliquis captus fuerit a familia poteſtatis uel ab alio in flagranti crimine propter ma-

9 leficium, & pater uel alij eius conſanguinei † illum abſtulerint, uel coripuerint a manibus familiæ, uel illius qui talem delinquentem in caſu permiſſo cœperit, ut ſcilicet mitius debeant puniri, & quamuis dicat hãc deciſionem uideri contra illud quod non debuerat pater & conſanguinei delinquentem publicæ uindictæ ſubtrahere, ſeu potius illum offerre per l. qui cum uno §. qui filium, & l. milites, §. qui de-

10 ſertorem de re milit. nihiominus † inquit communiter teneri, quòd mitius puniantur per dictã l. ult. & per nota. in l. prima, in prin. C. de fer. fugiti. Bar. ta-

11 men ſententiam † ſecutus eſt Bald. in cap. 1. §. conuenticula de pace iuram. firman. nec uidentur diſſentire Bar. & Alex. in d. l. fi. Bal. tamen & Cyn. in l. j. C. de ijs qui latron. occulta. uidentur ſentire cum opinione quã ſupra retulimus ab Albe. dici cõiter

12 eſſe receptã. Marſ. vero † in l. diuus Hadria. ad leg. Põpe. de parri. ſub nu. 7. vĩ tranſire cũ Rom. atq; D. Alci. opin. qui ſimpliciter d. l. fi. intelligũt. cuius ſniæ qui ſunt, limitãt tũ antedictã cõcluſionẽ in uxorere cipiẽte virũ bãnitũ, quã dicũt impune id facere poſſe per l. ſi cũ dotẽ, §. ſin aũt in ſæuiſſimo ſol. mat. & in l. j C. de diuor. & d. c. inter alia. de ſenten excom &

per

per auctoritatem Specu.in tit.de donatio.inter uir. & uxor.§.fi.Item quando talis bannitus feciſſet uio lentiam receptatori, ut illum receptaret. ut tradit Bal.in l.in delictis circa princ. de nox. ubi eandem probat ſententiam Ludo.Roma. & in l. prima,§.in eo.ad Senat.Syllan.ſequitur Alexan.ad Bar.in dicta l.fin.Marſi.in l. prima,ſub nu.97.ad leg.Corn.de ſicar.in l.prima, §.præterea ſub num.17. de quæſtio. & alibi ſæpe.

13 In ſtatu vero Mediolanenſi † conſtitutum eſt in nouis conſtit.in titul.de bānitis & eorum receptat. §.non poſſint, ut non poſſint iuſdicentes procedere pro receptatione bannitorum vel auxilio,vel cō ſilio eis dato contra parentes pro filio, ſocerum & ſocrum pro genero & nuru,& contra, uxorem pro marito, aut e contra, nec contra fratrem pro fratre in eadem habitatione communionem habente Principe uel ſenatu inconſulto.

14 Quæ conſtitutio uidetur † facta fuiſſe ad tollendas omnes difficultates, atque diſputationes doctorum,quia ſi conſulto Principe uel ſenatu excel.procedendum erit,in iſtis caſibus quibus receptati fuerint banniti conſanguinei præſcripta erit delegationis formula, a qua in procedendo uel referendo non erit recedendum, c. cum dilecta de reſcriptis. ubi amplisſime omnium Felyn. l. diligenter mand. cum ſimil.

15 Sed quia † plerunque conceduntur reſcripta iuſtitiæ quæ rē in terminis iuris cōmunis relinquunt ut per Iaſo.in l. iuſtitia de iuſtit. & iur. & quandoq; D.O.Max.auſpice dicemus in tertio huius tit.uolu. quod paulo poſt ab huius opus editione multa cū elaboratum uulgabitur in clauſula juſtitiam facias li.9.eius uoluminis,ideo nō importunum erit reſoluere quid ſentiamus inter tam diuerſas veterum ſententias.

16 Opinor itaque † ab Alberici aliorumque communiore uoto haud quaquam eſſe recedendum,ut mitior tantum ſit pena imponenda, quia re uera tex.in dicta l. fi.non dicit tales non eſſe puniendos, de receptatione, ſed neque abſoluendos eſſe ait,neque admodum ſeuere puniendos, non enim par eſt delictum eorum,& eorum qui nihil ad ſe attinentes

17 latrones recipiunt,quaſi ſenſus ſit † ut in iſtis caſibus media quædam via eligenda ſit inter abſolutionem & condemnationem ob concurſum qualitatis perſonæ conſanguineæ,cum uerbis ipſius generalis diſpoſitionis prohibentis, ut in ſimili habetur in §.ult.inſtit.qui.ex cauſis manu.non lic in § cū ex aliena inſtit.de re.diuiſ.& in § fin.eod.lib.de uulga. ſubſtit. cum ſimil. Dubium enim non eſt,rece-

18 ptatorem eadem pœna † puniendum eſſe, atque, ipſum delinquentem,l.prima,de receptā,l.eos, C. de furt.ubi Bal ait quandam mulierem fuiſſe ſuſpē ſam,quæ operam dabat receptationi furum ac rerum furatarum,& ita ſcribit D. Clar.in praxi crim. quæſt.94.in fin.& Menoch.libro 1.de arbi. iudic.q. 86.ſub num.23.

Quorum dictis addi poſſunt quæ tradit Marſil. in l.is qui cū telo ſub num.33.C.ad leg.Cornel.de ſicar.in l.qui falſum in prin.ſub nu.113.ad leg.Corn. de falſ.& in l.fi.ſub nu.45.& 46.ad leg.Corn.de ſic

19 Certum quoq; eſt † conſanguinitatis gratia multa eſſe recepta cōtra ſtrictus iuris regulas,l.4 §.fi.l. milites prohibentur in prin.& l.milites agrum,§.penul.de re milit. l. pen. C. de poſtul.l.lex Cornelia in princ.C.de iniur.& in l.qui iuriſdictioni de iuriſdic. omni. iudic. l.quamuis, C.de adult. & l.1.C.ad leg. Iul.repet.ac l.fin.§.penul.C.de codi.& multa ſimilia proſequitur Ludo.Rom.in l.1. ſub num.9 per duas col.in ius uocati ut eant,ubi omnino uidendū erit, quia locus eſt ualde elegans atque refertus huiuſce materiæ exemplis, Fel.in cap. cum quidam colum. pen.de iureiur.& Marſ.in l. Hadrianus ſub nu.6.cū plurib.ſeq.ad leg.Pomp.de parrici. Ludo. Roman. in d §.de uiro ſub nu.56.Vnde in iſto rationum cōflictu iure merito dixit iuriſ conſ. in d.l.fin. neque abſoluendos eſſe,neqne ſeuere puniendos; & ſic mi.

20 tius quàm eos qui extraneos latrones atque banni-, tos receperint,non.n. † ſimpliciter in eo textu legetur tales nō eſſe puniendos,ſed dicitur nō eſſe ſeuere puniendos ſic mitiùs,media ſcilicet uia electa,ut ſupra diximus in iure fieri in conflictu rationū d §. fin.quibus ex cauſ. manu. non licet & l.adeo §.cum. quis de acquiren. rerum domino, cum ſimilibus ſupra citat.

21 Ob maguam † quoque perſonarum affectionem non minus recedit ur a regulis iuris communis, quā ob conſanguinitatem ut proſequuntur per multa exempla Ludo.Roma.in dicto §.de uiro. ſub nu.57. inter cœteraque illud maximè notandum eſt exemplum,quod ex eo textu excipit Bar.in l.liberta, §.1. de aliment.legat.iuncta l. quòd ſi nepotes de teſta. tutel.§.ſi quis filiabus inſtit. qui teſt.tuto. dar. poſſ. quo loci probatur ob magnam aui affectionem, uerſus eius nepotem,uel ob ſingularem eius in illū dilectionem,quæ illum nominat ac tractat uti filiū

22 filiorum † appellatione comprehendi ēt nepotem, ſicque recedi a reg.generali qua traditum eſt, nepotes filiorum appellatione non comprehendi cuius ſingularis tex,in dicta l liberta §. 1. dicit imm emorem fuiſſe Bar. in l. liberorum. de uerbo. ſignifi. quamuis in d §.1.illum uti ſingularem ad hoc notauit,ſed quia hac de re plenius dicemus in dicta l. liberorum de uerbo.ſignific.ideo ulterius non immorabimur.

23 Sic ēt receptū eſt Ardorē † liciti amoris operari uim clauſulæ codicillaris,ita ut ſi in teſtamento minus ſolenni inſtituta fuerit perſona ualde a teſtatore dilecta,illud ſuſtineatur in uim codicillarum. Bald. in l.ſi iure C.de man.teſt.per text.ualde notandum in l.fideicōmiſſo de fideic.lib.quā ſingularē ad hoc dicit Rom.in conſi.179.ſub nu.21.Ias.in l.nō dubiū, in ſi.C.de teſt.& in l.exigendi ſub nu.5.C.de procurator. Eam quoq; ob cauſam maioris affectionis ac

24 dilectionis,quam quiſq; habere erga ſuos deſcendē ter,ꝙ uerſus extraneos præſumitur, nepotes teſtatoris etiam ab illo nominati cenſentur in conditione poſiti eſſe,ad excluſionē ſubſtituti,l.cū auus de cōd. & dem.l.cum acutiſſimi.C.de fideic.l.generaliter §. fin.C.de inſt.& ſubſtit.cum ſimil.

25 Ratione quoque magnæ † coniunctionis,quæ eſt

inter patrem ac filium factum est, ut quamuis lex uelit quemlibet administratorem rationes reddere debere, nihilominus pater bonorum filij administrator eximitur, l fin. § illo procul. C. de bon. quę lib. quia ut inquit Dom. Alcia. d. lib. 1. sub num. 57.
26 quantum ad filium pater † semper Analogistes est; & pares cum illo semper rationes habet, propterea- que si filio grauetur restituere hæreditatem interim nullam cautionem præstabit l. Imperator ad se
27 nat. Trebellia, sic magistratus aut miles, licet in pro uincia emere prohibeatur. Paterna tamen † bona quæ a fisco distrahuntur sibi addici procurabit, nec legis laqueis tenebitur, l. qui officij de contr. empt.
28 Sic etiam Doctoris filius, † in publicæ aduocationis munere in patris defuncti locum succedet, exclusis extraneis, modo tamen debita legalibus studijs tempora impenderit. l. 3. §. & filios, C de aduoc. diuers. iudi. & l. nemini §. filios, C. de aduocat. diuers. iudicio.

29 Eadem pariter ratione † si apparuerit testatorē motum fuisse ad faciendum fideicommissum fauore agnationis conseruandæ, & ratione affectionis, quam ad ipsam agnationem habuerit, liberos in cō ditione positos qui regulariter non censentur dispositiue uocati, secundum glos. magis communiter approbatam in l. Lucius, 2. de hæred. instit. intelligitur uocasse, inuitasse atque honorasse, Ripa in l. centurio sub num. 164. & Albens. in consi. 87. sub num. 14. Cur. Senior in consi. 75. colum. 4. uersi. prę missis tamen, Dec. in consil. 371. uers. sexto, & cons. 516. colum. quarta, Curtiuni. in consil. 111. sub numero quinto, & Crane. in consi. 13. sub num. 5. possent alia quoque ad hoc capt induci exempla, sed ea sciens prætereo.

SVMMARIVM.

1 *In Albo decurionum potiores sunt, qui priores in illum ordinem sunt relati.*
2 *In sacerdotijs prior præsumitur, cæterisque præfertur, quem Sum. Pontifex delegerit.*
3 *Doctorem per Imperatorem ad lauream promotum prius laureato præferri.*
4 *Cęteris tamen paribus.*
5 *Et ad illum gradum sit promotus cum examinis rigore, secus si uerbo simplici.*
6 *Item quando talis Doctoris creatio facta esset in terris Imperij.*
7 *Et quando fuisset Doctoratus in iure ciuili, secus in iure canonico & in sacra theologia.*
8 *Sed aliter sentit Auctor.*
9 *Imperatoris esse creare doctores in qualibet facultate.*
Et Comitum Palatinorum ab eodem creatorum. nume. ibid.
Priuilegium amplissimum Palatinatus ab Augustissimo Romanorum Imperatore, motu proprio fuisse concessum Auctori, procurante Illustriss. eius procancellario Ioan. Bapt. Vueber, qui illud eidem dono misit, in quo inter cętera amplissima ei tribuitur facultas doctorandi in omni facultate. & seq.
10 *Io. Baptista Vueber procancellarius Illust. Serenis. Rom. Imperatoris laudatur.*
Et Io. Baptista Vueber illius filius, auctoris scholasticus gratissimus, ibi.
11 *Multorum esse opinionem, quod imperator, & legitimare & doctoreum gradum conferre in terris ecclesiæ possit.*
12 *Sed contra magis communiter teneri.*
13 *Et e conuerso credi de summo Pontifice in terris Imperij.*
14 *Nisi alter in alterius ditione proprio subdito legitimationis uel doctoratus beneficium conferret.*
15 *Idemque esse in omnibus non recognoscentibus superiorem.*
16 *Qui propter inopiam prosequi non potuit appellationem intra tempus præfixum, non dici deseruisse appellationem.*
17 *Pauperem quendam quandoque ereptum fuisse e furcis à Baldo, qui cum appellasset ob inopiam prosequi non potuit appellationem.*
18 *Administratorem Reipublicæ posse pauperi remittere collectam.*
19 *Sed id simpliciter non esse uerum.*
Quia a personalibus sordidis non est immunis, numero eodem.
20 *Et quomodo in ciuilibus teneatur.*
21 *Antonius a Leyua pro Augustissimo Carolo V. Roma. Imperatore in Italia generalis militum exercituumve præfectus laudatur.*
22 *Antonij a Leyua Dicterium.*
23 *Conditionem personæ semper inspiciendam esse.*
24 *Pauper quando affectat in habilitatem non excusatur.*
25 *Pauper quomodo excusetur. a muneribus patrimonialibus.*
26 *Bona semel pro oneribus hypothecata, etiamsi per mille manus ambulauerint, semper transeunt cum sua obligatione.*
27 *Paupertatis ratione posse iudicem dispensare super multa pecuniaria.*
28 *Abbatem propter inopiam posse transmittere Monachum ad aliud monasterium, & uilius solito uestire monachos.*
29 *Ab inopibus tabelliones non exigere scripturarum mercedes, & alios plerosque.*
30 *Pauperem a tutela excusari.*
31 *Plures alij casus in quibus paupertas excusat referuntur remissiue.*
32 *Pauperem quem dici iudicis arbitrio.*
33 *Nouas const. in titu. de aduocat. miserab. personam in §. iudices, & in tit. de Notar. publicis in §. Notarij declarari.*
34 *Qui pauperes ac miserabiles dicantur.*
35 *Nullum esse iudicis arbitrium circa declarationem paupertatis in nouis constitutionibus.*
36 *Formam esse adamussim seruandam, nec aliquid illi addi aut minui posse.*

Ob amplam concedentis dignitatem, ac propter personæ paupertatem multa aduersus generales iuris cōcessiones pmitti.

CAP.

CAP. XIIII.

PRopter amplam quoque concedẽtis dignitatem receditur plerunque a generalibus iuris regulis, uerbi gratia, in albo decurionum potentiores ſunt † qui priores in illum ordinem ſunt relati, atque ſi is qui potentiorem delegerit maiore dignitatis excellentia præpolleat is qui poſteriore loco ſcriptus eſt præferẽtur l. ſecunda, de albo ſcrib. ſic etiam in ſacerdotijs in ambiguo prior præſumitur † ijſque cæteris præfertur quem Roma Pontific. delegerit, ſeu deſignarit. cap. ſi a ſede de præbend. lib. 6. idque inquit Dom. Alciat. dicta l prima, ſub num. 50. procedere quoque aduerſus iam receptum in canonicum ordinem, is enim propter pontificis auctoritatem illi cedet, per capit. ſi qui auctoritate eod. tit. & hoc quoque dicit Ludo. Roman. in dicto §. de uiro ſub num. 82. eſſe argumentum ad hoc, ut doctoratus † per principem uel Imperatorem, quamuis poſteriore loco ad lauream promotus præferri debeat, de qua re uidetur eſſe text. & gloſſ. in l. reſtituendæ, C. de aduoc. diuerſo. iudi. idem Ludo. Roman. in d. §. de uiro in nona fal. ſub nu. 31. ad fi. per tex. in §. ordinem in auth. de monach. & in § iubemus in auth. de ſanctiſſi. Epiſcop. Geminian. in dicto capitulo hi qui auctoritate de preben. libro ſexto, Petr. Leſnaud. de Docto. par. tertia, quæſt. 10. Paul de Caſtr. in l. quoties, C. ubi de crimi. agi oport. Socin in reg. 229. uerſic. fallit ratione promotionis Abb. Fel. in c. per tuas per illum tex. de maio. & obed. Boer. de aucto. mag. conſi. ſub num. 92.

Quod tamen intelligitur † cæteris paribus, iux. tex. in §. ordinationem de Monach. ubi notat Nic. de Neap. quam in ſententiam facit tex. in l. undecunque in princ. in uerſi. niſi forte, C. de prox. ſacr. ſcrin. gl. in l. iubemus, §. & filios in uerſi. ſumptibus, & in uerſic & quod aliis. C. de aduoc. diuerſ. iudic.

Reſtringit † eandem concluſionem Fel. in d. cap. per tuas ſub num. tertio, in tribus caſibus.

Quorum primus eſt, dummodo ille qui eſt doctoratus a principe ſit ad eum gradum promotus cum rigore examinis, ſecus ſi per ſimplex uerbum creatus fuerit Doctor, ſecundum Marti. in c. qualiter 2. in 3. notab. de accuſ. quia, ut inquit Bart. in l. profeſſores C. de profeſſo. & medi. libro 10. præſumuntur eſſe modicæ doctrinæ.

Secundus eſt † quando talis doctoris creatio eſſet facta in terris imperii, ſecus ſi eſſet in terris eccleſiæ, in quib. cũ non poſſit imperator iuriſdictionẽ exercere, clem. prima, de iureiur. idem Fel. in c. pen. ad fi. de offi. ordin. poſt Petr. Anchar. in conſi. 316. Primum dubium non eſt nouum, & ſic non poterit doctorare quod eſt iuriſdictionis uoluntariæ, ut per Butr. in dicto capitulo per tuas, & in c. per uenerabilem, qui filii ſint legi.

Tertius eſt † quando imperator creaſſet Doctorem in iure canonico, uel in ſacra theologia, quia de iſtis non uidetur illi data facultas, & uerba intelliguntur, ſecundum conditionem in quam uidetur collata eſſe poteſtas, l plenum §. equitij de uſu & habita. Fely. in cap. cauſam de reſcript. quia cum uideatur imperator ſubeſſe ante dictis ſcientiis, cap. eccleſia de conſtit. non uidetur aliquam facultatẽ conferendæ dignitatis Doctoratus in ea habere.

Sed ego † hoc non credo tutum eſſe in terris imperii, quia poteſtas doctorandi in qualibet ſcientia ac facultate competit Imperatori, qui ſolo uerbo poteſt facere creareque doctorem, ut poſt Marti. Laud. in tractatu de principe. quæſt. 107. Lancelo. Corrad. in temp. om. Iudi l. libro primo, c. j. de imper. §. tertio, uerſicu dignitates confert, ſub num. 1. & ſic uidemus paſſim priuilegia quæ comitibus Lateranenſis Palatij, aulæque imperialis conceduntur a Sereniſſimis imperatoribus, in quibus erogantur illis facultates creandi Doctores ac magiſtros, non ſolum in iure ciuili, alijsque ſecularibus ſcientijs, ſed etiam iniure canonico, ſacraque theologia eam poteſtatem concedi, quale † eſt amplisſimum illud Palatinatus priuilegium, quod motu proprio mihi conceſsit Diuus Maximilianus ſecundus Romanorum Imperator felicisſimus, procurante Illuſtriſſimo Io. Bapt. † Veber eius procancellario dignisſimo, uiro omnium gratiarum atque uirtutum numeris abſoluto, (a quo & humanisſime dono miſſum mihi fuit) gratisſimi aliàs ſcholaſtici mei in pomeridianis ordinarijsque iuris ciuilis prælectionibus, ac eximiæ indolis ſummæque expectationis adoleſcentis Ioan. Bapt. Vueber iunioris, patre meritisſimo, ac a me nunquã ſatis laudato, quẽ Deus Opt. Max. in multos maximosq; annos bene ſeruet ac bene fortunet.

Quæ ſententia multo magis procederet † ſi nos eã reciperemus opinionem, quã dixit eſſe multorũ Fel. in d. ca. per tuas ſub nu. 3. quę habet Imperatorem in terris eccleſiæ & legitimare, & doctoreum gradum conferre poſſe, ſed ego ſcio Alex. in conſil. 97. ſub nu. 19. vol. j. conſuluiſſe abſolutè imperatorẽ non poſſe mittere falcẽ ſuã in terras eccleſiæ, ita ut in eis poſsit aliquam † iuriſdictionem ſeu uoluntariam, ſeu cõtentioſam exercere per tex. in d. cle. j. §. porrò de iur. iur. & ita ſe habere magis cõem opinionẽ atteſtatur, a qua in iudicando non eſſet recedendũ, cuius ſnĩæ fuit quoq; Cor. in conſi. j. ſub nu. 9. & 18. vol. 3. & Dec. in conſi. 55. col. j conſi. 150. & 207. col. j. eamq; communem eſſe dicit idem Dec. in conſi. 557. col. fi. & Iaſ. in conſi. 70. col. 2. & 3. vol. 3. qui illam intelligit quoque e contra in ſummo Põtifice, nec illam audet impugnare Soc. in conſi. 47. licet ibi ſub num. 31. putet legitimationem factã ab Imperatore in terris eccleſiæ in uita patris, illo uiuente ac petente, uel ab eius Comite Palatino, valere ac tenere, quia ex hoc non infertur alicui præiudicium cum bona ſua poſsit in mare quoq; proijcere, quod placuit quoque Dec. in d. conſi. 207. & Lancilo. Corra. loc. iam relato §. 4. li. 1. c 1. ver. legitimos etiam ſub num. 4. ad finem, ubi quoq; alium caſum, quando † in terris eccleſiæ legitimaretur ſubditus Imperatoris, ex auctoritate Corn. in d. conſi. 1. ſub nu. 18. volum. 3.

Quamobrem quantum ad terris ecclesiæ subditos non posset antedicta legitimatio procedere, in subiectis autem imperio ego simpliciter admitterem dictam restrictionem. Et quæ diximus de imperatore in terris summi Pontifi. idem quo-
15 que dicendum esset in alijs non a recognoscentibus superiorem, in quibus militat eadem ratio, cum in eorum iurisdictiones ac territoria non possent Sum. Pontifex atque imperator manum inijcere.

Propter personæ quoque paupertatem a genera-
16 li lege recedimus, ut in † §. alii uero in auth. de ijs qui ingrediuntur ad appellationē ubi qui propter inopiam prosequi non potuit appellationem intra tempus instantiæ præfixum, non dicitur deseruisse appellationem, quicquid alias generaliter constitutm sit contra non prosequentes appellationem intra fatalia, & ita illum tex ad hoc perpendunt Inno. in cap. ex ratione de appella. Ludou. Rom. in dicto §. de uiro sub num. 48. ad finem, & D. Alcia. dicto libro primo, sub num. 58. Bar. in dicta auth de ijs qui ingrediuntur sub numero 3. glo. in l. eos in §. super his uero, in uer. inopia, C de appellatio. glo. ult. in l. minoribus, C. de in ijs quibus ut indign. Bald. in l. secunda. §. si quis in ult. quæst. si quis cautio. ubi citat Innoc. in capit. dilectionem de appellatio. & di-
17 cit † se eripuisse quemdam pauperem a furcis, qui cum appellasset propter paupertatem non potuerat prosequi appellationem, & in l. fin. C. de condit. insert. Alex. in dicto §. si quis & in l. si quis procuratorem §. si ignorantes mandat. Abb. in dicto capit. ex ratione in secunda columna in princip. ibique Felyn. & in cap. si qui de testib. & in cap. nihil in fine.
18 de præscriptio. cum simil. sic etiam propter † paupertatem potest administrator reipubl. remittere collectam seu tributum pauperi, quamuis alias generaliter sit prohibitus aliquid remittere quod reipublicæ debeatur, glo. sing ut dicit Roma. loc. relato in l. omnes la prima, C. de anno. & tribut. lib. 10. in quam sententiam dicit quoque facere l ult. solut. matrim. & optime deseruit, quod scribunt Bar. in l. fin. C. qui num. liber se excus. Cardin in clem. 1.
19 de censibus quæst. 16. Hac † tamen in re non est simpliciter adhærendum supra relatæ assertioni, sed distinguendum est prout notanter facit Egid. Thomat. de muner. in sectio. pauperes char. 401. columna prima, ad fin & secunda, in princ. qui post relatas ueterum ac recentiorum sententias hunc in modum distinguit, aut pauper de quo agitur est in ops nulla bona possidens, & tunc ex ipsa non habēdi necessitate, onera matrimonii non agnoscit, tex. est expressus in l. cura §. inops de muneribus. Aut tali paupertate & miseria laborat, ut uix operæ sui corporis uictum & uestitum sibi præstent ex industria ac labore corporis ita quod est habilis ad laborandum, & tunc munera indicta corpori non ciuilia nec municipalia, sed sordida sustinet dicto §. inops. Aut eius persona est inhabilis ad laborem, nec operę per eum fieri possunt, & tunc etiam personalia sordida munera non sustinet eadem ratione, qua utitur tex. in dicto §. inops nam sicut ex necessitate non habendi, quis habet immunitatem a muneribus etiam si persona illius nullas posset operas præstare in utroque capite, ex impotentia tam patrimonii quàm personæ, habendi uel non habendi, consequitur immunitatem, quia non entis nullæ sunt qualitates, neque obligationes, & habenti adsunt obligationes & l. decurionib. de decurio. loquitur post quam factus fuit decurio quia tunc ipsi decernun-
20 tur alimenta de publico. Aut loquimur † quòd ad munera ciuilia obeunda, & tunc procedit l. rescripto in princ. de mun. ubi ait, I.C. quod si aliqui sint ita tenues & diuitijs exhausti, ut uix de suo sustinere magistratum nec debilitas corporis, aut membrorum, dummodo adsit prudentia ac loquendi facultas quę percipi possit, non impedit ea debilitas assumptionem muneūr, prout eius tēporib. dicit vi-
21 sum fuisse in Magno Antonio a Leyua † in Italia pro Augustissimo Carolo Quinto Roma. Imperatore Generali militum præfecto, qui licet grauiori morbo haberet omnia membra oppressa, atque debilitata, excepta lingua, prudentissime tamen omnia obiuit munera strenuissimi exercitus Imperatoris propterea, ut aiunt, illud lepide iactare solitum fuis-
22 se † manu ne minimum quidem homuncionem cedere, lingua maximos ac potētissimos quosq; exercitus perdere posse. Concludit igitur Thomat. in
23 istis casibus conditionem † personæ *semper inspiciendam* esse, l. prima, in princ. de pœn. & l. secunda, §. corporis de uacatio. muner.

Quantum uero ad munera patrimonij, illius pariter conditionem inspices, sic igitur ut unde *digressi* sumus reuertamur, debite referendo, secundum prædictam distinctionem administrator reipublicæ ob paupertatem, uel cuiusque inopiam poterit muneris præstationem remittere, quam uis id regulariter facere prohibeatur iur. supra cita. Respectu
24 † tamen muneris personalis est animaduertendum quòd quando pauper affectasset illam inhabilitatem non excusaretur, l fin. §. item rescripserunt ad municip. & de incolis. l prima, § qui in fraudem, de uacatio. muner. l. omnes. §. lucius quæ in frau credito. & l cura in fin. de muner.

25 Ratione autem † munerum patrimonialium, si pauper ob inopiam a præstatione munerum excusatus, ad pinguiorem peruenerit fortunam, & opulentum patrimonium adeptus fuerit, non excusabitur, ut docet Thoma. loco iam relato sub numero secundo, uers. sed in casu nostro, quia prædia pro collectis sunt tacitè hypothecata.

Quinimmo expressa quoque tenentur hypotheca quando sunt registrata in catastro, eaque resulta-
26 tante ex ipsa registratione & ideo † etiam si per mille manus uel per mille possessores deambulauerint bona taliter obligata, obligatio semper *sequitur* fundum, l si C de exacto. tributo. libro 10. l. prima, §. si hæres percepto fundo iuncta ibi glossa, ualde notatu digna in uerbo sequitur, uersic. & nota caute, & probat textus in l. prima, C. quo quis ordinconueniatur libro 11. & in l. secunda, C quæ res pignor. oblig. poss.

Pro-

27 Propter personæ quoque paupertatem † potest iudex dispensare super multa pecuniaria, Bal.in l. certa ratione quãdo prouocare nõ est necess.& facit l.illicitas.§.fin.de offic.præsi.ubi ius exigendi multam alteri quæsitum propter inopiam remittitur, quamuis aliud regulariter sit receptum,l.ult.de pacti.l.id quod nostrum de reg.iur. ad idem est quod scribit Bald.in l.prima,in uersic.sed & si quis, C.de
28 lati.liber.tol.ubi dicit Abbatem posse † cogere monachum, ut transeat ad aliud monasterium in quo degit,& etiam uestire monachos uilius solito propter inopiam ipsius monaster.j.

Propter personæ quoque paupertatem, arcetur
29 tabellio a petitione † mercedis l.tam dementis in fine de episcop.audien.ibique glo.& cap.charitatem 12.quæst.2. Idemque dicit Bal.in aduocato in l.furioso ad finem,C.de nupt. Alex. in l. argentarius in princip.de eden. nec etiam procurationem tenetur soluere uisitatori.glo. & Abb. in c.cum instantia & in cap. procurationem de censibus. Alimentandi quoque pauperis gratia iudex curam gerere tenetur, quamuis alias quisque ab ea cura in extraneo sit immunis,l.iudices, C. de episcop. audien. Item
30 † excusatur quis a tutela propter paupertatem, §. sed & propter paupertatem instit. de excusatio. tuto. & l. paupertas eod.titul. in ff. quod intelligendum est respectu personæ tutoris prout loquuntur dicta iura supra citata,secus est respectu personæ pupilli, quia inopia pupilli non excusat tutorem ab onere tutelæ.l.tutores in fin.ubi Bar.C.
31 de excusa.tut. Possent alijque † plures annecti casus,in quibus ob paupertatem recedimus a regulis iuris,& a generalibus eius dispositionibus, nihilominus quia omnia prosequi nostri non est instituti, hactenus de paupertate personæ dixisse sufficiat.

Sciendum est tamen, in omnibus istis casibus
32 pauperem † uel inopem aliquem dici iudicis arbitrio,secundum receptiorem ac veriorem sententiã, quamuis maxime uariatum fuerit sententiis apud antiquos,qui ex personarum qualitate ac conditione iudicabit aliquem diuitem vel pauperem.secundum Bar.in in dicta l si constante solu.matrim. sub nu.14.Alex.sub nu.13.Ias.sub num.144. & Ripam sub nu.26.ibique latè post cæteros diximus. Didac. varia. resoluti. c.6.sub nu.8.Menoch.copiosè de arbitra.iudi.cap.65.sub nu.7.

33 Quamobrem † in nouis constitutionibus ad tollendas istiusmodi difficultates,in tit.de aduocatio. miserabil.persona.in §.iudices & in tit.de notar.public.in §.notarij in causis pauperum,cum fuerit cautum,ut tam iudices ac consultores causarum quàm notarii gratis causas pauperum ac miserabilium personarum sub pœnis hisce in locis contentis expediant,actaque conscribant.

34 Declaratum quoque fuit † eos intelligi pauperes ac miserabiles pro quibus ita attestatum fuerit,mediante iuramento de credulitate,si id fiat in ciuitate Mediolani per parochianum & duos ex deputatis Hospitalis magni, illius tamen portæ habitationis ipsius miserabilis,in alijs uero ciuitatibus per parochianũ,& duos deputatos Hospitalis principalis illius ciuitatis.Hac igitur forma seruata in attestatione miserabilitatis uel paupertatis alicuius in casib.
35 prædictis nullum erit iudicis arbitrium † quia forma ad amissim,ad unguemque seruanda est l. non dubium C.de legib.l.j.§.si quis ita de uerb oblig.c. cum dilecta ubi amplissimè Fel. de rescript. ita ut
36 nec aliquid † illi addi illis neq; minui possit, neque aliquo pacto alterari l.prima,§.opus nouum de operis nou.nuntia.& l.quoties ubi Bal. C.de legit.hær. Quo circa succedit,ut nullum neque uoluntatis,neque arbitrij iudicis possit esse meritum.

SVMMARIVM.

1 *Absentia personæ plerunque a generalibus iuris regulis recedi.*
2 *Statuto si requiratur in contractu consanguineorum consensus illorum absentium iudicis decretum supplebit.*
3 *Idemque esse in statuto mariti consensum in contractibus mulieris requirente.*
4 *Io.Stephanus Lambertengus laudatur.*
5 *Rector quando in ecclesia est solus sine capitulo, potest sine capitulo.*
6 *Glos.in cap.potuit de locat.in uer.potuisset declaratur, ibi & commendatur a Fely.*
7 *Prælatus quando non habet capitulum in alienationib. rerum ecclesiæ, debet adhibere saltem duos honestos clericos.*
8 *Capitulum quando vellet alienare ex necessaria causa, & abest prælatus debet interueniri episcopus.*
9 *Si tamen prælatus diu sit absutumus.*
10 *L.si longius §.si filius de iudi.declaratur.*
11 *In matrimoniali materia attendenda esse quæ d creta sunt a sacrosancta tridentina synodo.*
12 *L.si infanti,C.de iur.de liber.quomodo sit intelligenda.*
13 *L.profectitia uersi.si proponas de iur. doti. quomodo sit excipienda.*
14 *L.filiusfamilias uer.nam quod ad dominum de procur. declaratur.*
15 *Dominum inuitum posse ob nimiam seueritatem cogi seruos alienare bonis conditionibus.*
16 *Patrem cogi filios emancipare si nimium sit durus & seuerus.*
17 *L.fin.si quis a par.manu.fuer. procedere quando pater volebat cogere filium ad turpem uitam.*
18 *Patriam potestatem in pietate consistere.*
19 *Mariti ob nimiam sæuitiam uxor ab eodem separari.*
20 *Nec illi restituendam esse.*
21 *Iudicem posse præcipere marito, ne deceţero sæuitiam in uxorem suam exerceat.*
22 *Dominum a dominio, & iudicem ab officio posse expelli ob nimiam sæuitiam.*
23 *Marius qui negligit uxorem infirmam, non debet lucrari dotem.*
24 *Maritum teneri subuenire uxori de alimentis, medicinis ac omnibus necessarijs.*
25 *Dominus qui non facit curare seruum in infirmitate, sed illum ejicit e domo priuatur illius dominio.*

26 *Maritus ingratus erga uxorem non lucratur dotem.*
27 *Sæuitiam mariti contra uxorem probandam esse per uxorem quæ illam allegat.*
28 *Dominum ob nimiam eius sæuitiam in uasallos posse cogi illos alienare.*
29 *Dominos inferiores qui male tractant subditos posse cogi per superiores, ut uel desistant a mala tractatione, uel illos alienet.*
30 *Præceptoris nimiam seueritatem a iure reprobari.*
31 *Præceptoris disciplinam humilem esse debere in suos subditos.*
32 *Nimiam seueritatem reprehendi ac puniri in episcopo.*

Propter personæ absentiam multas induci in iure nostro restrictiones generalium dispositionum, ac propter nimiam personæ seueritatem.

CAP. XV.

DRopter personæ quoq; absentiã
1 † multæ inducuntur in iure nostro restrictiones ad generales iuris dispositiones, ut scribit Ludoui.Roman.in dicto § de uiro sub num. 53. cuius dictis addi possunt quæ scripsit idem Roma.in consi.462.uersiculo tertio,& in dicto §.de uiro fall.43.Bald.in cap. cum uenerabilis de consuetud.Ang.in l.mulier quæ de condit.instit.

2 Sed † inter multa huius capitis exempla, illud est ualde insigne,de quo loquitur Bar.in l.si cum dotẽ. §.eo tempore solut.matrimo.& Bald.in l.transactione, C.de transactio.in l.turpia,§. primo, de legatis primo,& in l.in coniunctione,C.de nupti.quæst.illa quid si absentes sint consanguinei, quorum consensus requiritur in contractu uel transactione, an nihilominus possit actus absolui iudicis decreto interueniente,& concludit posse,cuius sententiæ sunt ibi quoque Paul.Castr.& Dom.Alciat. arg.l.bonorum, C. qui admitti ad bono. poss.& §.si uero absunt de hæredib.& falci.per Anchar.in capitulo primo,de constit.quæstio.14.And.Tiraque.de leg.con nub. glos. octaua, sub numero septimo, & 20.ubi alios addit sequentibusque numeris multa congerit similia optime adiuuantia hanc decisionem,idẽ
3 que est † in simili statuto,quo cauetur, ut mulier cõtrahere non possit absque consensu uiri sui,quia tũc quoque absente marito poterit mulier contrahere ut tradidit Bald.in consi.488.libro primo, & consi.394.libro quinto,cui accedit Andr. Tiraq. dicta glo.8.sub num.6.confirmans eandem sententiam a dicto num.usque ad num.29.uariis instantiis,iuribus,atque argumentis, sed ex ijs omnibus,quæ lõgè lateque deducit in summa colligitur, Doctores in eam conuenire sententiam, ut distinguendum sit inter casum quo breui aliquis sit abfuturus,& quo diu, ut priore casu,sit expectandus posteriore non
item,ut post Bald.in duobus illis consilijs supra citat. concludit idem Tiraquel. loc. iam relato, sub nu.19.Alex.in l. cum antiquitas columna secunda, uersi.& similiter facit iste tex.C.de testamẽn.& Cassan.in consuetud .Burgund.in.rub.4.§.j.in gl.in uer
4 sicu.contr iulz entre les uise columna 3. quib. acce dit non uulgaris † scriptor ex recentioribus Io.Stephanus Lambert.in eius commentarijs in statutum Mediolani prohibens mulieres contrahere sine certa solennitate,in gl.9.in uer. non fuerit in ciuitate, sub nu.1.qui addit etiam Feron. in consuet. Burdegal.in tit.de statu. & iur.persona. §. 3. colu.4. uersi. quod in absente & uersic.sed tamen.

5 Aliud est exemplum † in eo quod notat glo.sing. in cap.potuit in uer.potuisset de locat. dum uult iura dicentia Rectorem ecclesiæ nihil posse sine capitulo regulariter agere,nõ extendi ad casum,in quo est solus in ecclesia sine capitulo,quia tunc ita solus alienare potest,ut si capitulum adesset, quam gl.sequuntur ac commendant Anto.Imol. Abb.in cap. edoceri de rescript.quamuis And. Tiraq. de legib. connub. dicta glos. octaua, sub num.22.uideatur
6 uelle illam gl.non bene dixisse.Sed tamen † eam gl. uti notandam ualde commendat Fely. in dicto ca. edoceri col.pen. uer. ẽt in aliis ubi multis auctorit. illam confirmat ac exornat,limitat tamen illam, ut locum non habeat quãtum ad alienationem rerum
7 ecclesiæ,quia † siue simus in cathedrali,siue in inferiore ecclesia, semper interdictus esse intelligitur solus prælatus per se alienare,qui si non habebit capitulum debebit saltem alios honestos clericos requirere, qui præstent consensum per nota. ab Inno.c.ac Abb. in c.1.in fin de his quæ fiunt a prælat. sine consen. c.qui addit idem dicendum esse in alijs actibus æquè arduis,in alijs autem procedere dictã glo.per quas limitationes posset facile conciliari Tiraq.opinio loc.supra cita.cum communi doct. sentẽtia, in istis tamen casibus sufficeret assensus superioris,ut dicit Lud.Rom.in d.§.de uiro sub num. 53.uersi.cuius sententia confirmatur,qui idem quo
8 que esse uult,qñ capitulum, ex necessaria causa,uel let alienare & abesset prælatus,quia tũc quoque auctoritas episcopi suppleret per glos. ordinar. in c. si qui de reb. 12.q.2.sequitur Andr.Tiraq. in d.gl. octaua,sub num.22.qui addit aliam non minus no. glos.capitu.1.in uer.ne sede uacante post princ.ne sede uacant.

9 Sed ista omnia sunt intelligenda semper cum supra relata distinct.an is cuius consensus requiritur, sit diu abfuturus,an uero breui tempore,ut supra re
10 tulimus & eodem modo intelligenda est † l.si longius §.si filiusfam.uiaticum si cer.petat.quæ dat facultatem agendi filiofam.quando pater est absens. l.si nepos in fi.l.si ita pater,& l. si filius de rit. nupt. & l.si furiosi,C.de nupt. ubi patre absente permittitur matrimonium contrahi ijs qui sunt in aliena potestate,quamuis quantum ad hanc partem sint ser-
11 uanda ea † quæ decreuit sacrosancta Tridentina synodus. sessio.23.capit.1. de reformatione matrimonij, a qua rata habentur filiorũfa. matrimonia con-

contracta ſine conſenſu parentum modo ſit ſeruata formula quæ præſcripta ibid.eſt,circa publicatio nem matrimonij a parocho faciendam,uel niſi ea remiſſa ſit ab ordinario loci,in quo matrimonium
12 eſt publicandum,ſic etiam † intelligendus eſt text. in l.ſi infanti, C.de iur. deliber. ad fin.& in l.prima, C. qui admitti ubi permittitur pupillo adire hære-
13 ditatem quando non adeſt tutor, ſic quoque † exau diendus eſt text. in l. profectitia verſic. ſi proponas de iur. dot. & in l. quoties de pact. dotal. ubi patre abſente uel furioſo contra generalem iuris diſpoſitionem permittitur per alium dos conſtitui de bonis paternis.

14 Similiter † debet intelligi text. in l. filiusfamilias uerſic. nam quòd ad dominum de procur. l. ſi cum dotem,§.eo autem tempore & l.ſecunda,§ uoluntate ſolut.matrim.l.ſed ſi unus,§.ſi filio de iniur. cum ſimil.citatis a Lud. Roman. & Andr. Tiraquel.in locis ſupra relatis.

15 Propter perſonæ quoque † nimiam ſeueritatem in multis receditur a generalibus iuris communis diſpoſit.onibus, quamobrem quamuis generaliter ſit receptum, neminem inuitum cogendum eſſe rem ſuam diſtrahere. l. nec emere, C. de iur. de liber. & l. inuitus, C. de contrahenda emptio. Dominorumque inſeruos ſuos poteſtatem illibatam eſſe oporteat,nihilominus propter eorum ſæuitiam, maioremque aſperitatem cogantur eorum ſeruos bonis conditionibus uendere,l.ſecunda,§.primo de ijs qui ſunt ſui uel alieni iur. & §. ſed & maior inſtitutio. eodem titulo de ijs qui ſunt ſui uel alien. iur.

16 Sic etiam paterfamilias † quamuis regulariter filium emancipare non cogatur §.fin.inſtitut.quibus mod.ius patri. pot.ſolui.gloſſ.& doctor.in l. ultima ſi quis a parent. manu. fue. nihilominus ſi ita dure cum filio parens quiſpiam ſe habuerit,ut paternum in filios officium excedat,iudicis auctoritate emancipare cogitur dicta l.fin.ſi quis a parent. manu.ubi
17 not.Alber. Odoffr.& Gofre.qui intelligunt † illum tex. quando pater cogebat filium ad turpem uitam ut in l.ſi lenones, C. de epiſcop.audient.quia patria
18 poteſtas † in pietate conſiſtere debet non autem in atrocitate, l diuus in fi.a d l.Pomp de parrici. quam aſſertionem intelligit ibi Marſ. ſub numero 14. in bonis filijs committentibus leuia crimina, ſecus in filijs procedentibus continuè de malo in peius & committentibus enormia delicta quia in talibus debet potius patria poteſtas in atrocitate quàm in pietate conſiſtere, cum pietas ſit punire ſcelus.

19 Sic etiam ob nimiam uiri moroſitatem † ac ſæuitiam uir ab uxore ſeparatur & econtra, capitulo literas in fine de reſtitutio. ſpolia.per quem text.ſic probat D.Alciat.dicto libro primo de uerbor. ſignific. ſub numero 55. ſed ibi eſt gl.ualde not. quæ expreſſim ait ob ſæuitiam unum alterum dimittere poſſe, per text. in §. ſi igitur tale quid in authent. de nupt. ibiq; notat Ancharan. ad finem propter ſæuitiam
20 uiri † non eſſe mulierem eidem reſtituendam, quia contra ſeuitiam cautionibus mederi non poteſt,quibus additur text.in capitulo de beneficio 32.quæſt. prima & capitulo accedens ſecundo ut lit.non conteſta. & capitulo ex tranſmiſſa de reſtitutio. ſpoliato.per quem dicit Aegi. Bellamer.columna tertia in dicto capitulo literas, quòd ſi maritus proſequitur mulierem tam capitali odio,ut nulla cautione prouideri poſsit, tunc reſtitutio eſt differenda, & mulier ſequeſtranda, & cum prædictis conuenit Abb. ibi in ultimo notabil. dicens uxorem non eſſe reſtituendam marito ſi non poteſt ſecure cum eo morari abſque periculo perſonæ. nec remedio cautionis poteſt ſufficienter prouideri,quinimo eſt ſufficiens cauſa remouendi illam ab eo,& ſeparandi matrimo
21 nium quo ad thorum,& iudex poteſt præcipere † marito ſub certa pœna & iuramento, ne decætero ſæuitiam ſuam in uxorem oſtendat.l.præſenti,§ primo, C. de ijs qui ad eccleſi.confu. & capitulo primo, ut lit.non conteſt. & ubi non deſiſtat ob tale præceptũ poteſt iudex illum priuare uſu uxoris,ut ſcilicet unà habitare non debeant,argum. dictę l. ſecundę de ijs qui ſunt ſui uel alie.iur.ibique Bar.in l fi. quem tex, legit ſub lege prima ad fin.eodem titulo, ubi ait q; quemadmodum dominus repellitur à dominio ſer
22 ui, ſic iudex † repellitur ab officio ob nimiam ſæuitiam, in quam ſententiam optime facit bonus tex. in l.unica,§.ſed ſcimus,C.de lati.libe.tol.& quod uoluit ibi Bald.& idē Bal. in l.ab hoſtib. §.ſi uir. ſolut. matrimo. ubi concludit quòd ſi uir negligit uxo-
23 rem infirmam,† non debet lucrari dotem,neque uir tute pacti, neque etiam uirtute ſtatuti, poſt gloſſ. ibi quam dicit eſſe communiter approbatam, Rol. à Vall in tract.de lucr.dot,quæſtio.64.ſub nu.5.qui cõfirmatione addit quod uolũt Bal.ac alij in l.quod pro in uxorem, C.de nego. geſt.ubi dicũt maritũ te
24 neri ſubuenire uxori † de alimentis ac medicinis ac omnibus neceſſariis, quia quandiu durat matrimonium tenetur ſuſtinere onera eiuſdem, & ſi ea non ſupportet non poteſt dotem lucrari, neque ex pacto, neque ex ſtatuto,hoc idem affirmat Caſtren.in dicto §.ſi uir, ubi dicit caſum iſtum tanquam quotidianum menti tenendum eſſe, ſemelque ſe illum habuiſſe de facto Florentiæ, eandem ſententiã ſecutus fuit Aretin. in §.fuerat columna ſexta inſtit. de actio.qui adducit ſimile de domino, qui non fe-
25 cit curare † ſeruum in infirmitate,eiecitque illum de domo,nam priuatur illius dominio & ſeruus efficitur liber.dicta l.prima §.ſed ſcimus,C.de lati.libert. tollen.& apparet hanc ſententiam eſſe receptiſsimã, ex ijs quæ congerit idem Rol.a Valle loc.ſu[illegible]a cita. ſub numero 6. in quam ſententiam facit quoque quod dixit Ripa l. fin. columna ſecunda, C. de re-
26 uoc. donatio.dum inquit quòd maritus † ingratus erga uxorem non lucratur dotem.in omnibus igitur prædictis caſibus ob nimiam duritiem uel ſæuitiam mariti receditur a generalibus iuris diſpoſi-
27 tion.bus. Sunt tamen † omnia quæ hactenus dicta ſunt de ſæuitia atque atrocitate uiri contra uxorem probanda per ipſam uxorem quæ illam allegat, ut ſcribit Ioan. Lup in cap.per ueſtras in 3.notab. in fi. de donatio. inter uir. & uxor. cui accedit ac multas addit auct. Rimin.l. iunior inter conſil. crimin. in conſil.81. ſub nu.24. cũm plurib. ſeq. qui eſt omnino ui-

no uidendus in hac materia.

28 Sic etiam dominus ob nimiam sæuitiam † qua vtatur in eius uasallos potest cogi illos alienare, ita uidetur uelle Fab. in §. fin. instit. de ijs qui sunt sui uel alien. iur. & Bart. in l. 1. eod. tit. & plenius Bald. in l. si dominus, §. licet dominorum eod. tit. de ijs qui sunt sui uel alien. iur. Ang. in §. in potestate col. 3. uersic. in ea gloss. ibi, insti. de ijs qui sunt sui uel alien. iur. & ibi Port. in addit. in 2. col. uersic. adde quòd hodie & ibi Ias. in additio. eiusdem incip. nota, & ita ait seruari in forensi usu apud Delphinates Guid Pap. decis. 60. Bal. & post illum Aluar. in cap. 1. §. publici latrones de pac iuramen. firm. Cur. iun. in cons. 174.

29 sub nu. 38. & seq. ubi uult † istos dominos inferiores qui male tractant subditos suos posse cogi per superiores dominos, ut uel cessent a mala illa tractatio-

30 ne, uel illos alienent. Præceptoris † quoque nimia sæueritas à iure improbatur, ac punitur si modum excedat in castigando, etiam si castigatio sit permissa impunè præceptori in discipulum l. sed & si quemcunque, §. ult. ad leg Aquil cum l. præceptoris & l. seq. eod. ti. dicitque ibi gl. in uersic dicenti idem esse in marito, per text. in l. si constante § si maritus sol. matri. & in fructuario per l. locum, §. fi. de usufruct. & in creditore per text. in l. eleganter, § plane de pignor. action. idemque de patrefam. in eius filios ac familiam dicit Butri. in cap. cùm contingat de for. compet. Et quod de magistro seu præceptore dictum est, firmant quoque Barto. & Alber. in dicto §. ultimo ubi addit textum Alberic. in capitulo super eo de sent. excomm. & in cap. humilis de maior. & obed. ubi apparet, humilem esse debere præcepto-

31 ris † disciplinam in discipulos suos, neque debere excedere modicam castigationem, sic etiam nimia sæ-

32 ueritas reprehenditur ac punitur in episcopo, † per tex. in cap. 2. & ibi Abb. de cleri. percusso & facit tex. in clem. 1. in §. quia nos de stat. monac. Sed & propter huiusmodi causam posse societatem dissolui dixit D. Alciat. d. lib. 1. de uerb. signifi. sub d. nu. 55. per tex. in l. si conuenerit pro socio.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui animi sui hostilitatem ostendit in vxorem suam, si petat eam sibi restitui non auditur.*
2 *Nec cogenda est uxor ad uirum redire.*
3 *Filium a pœna parricidij excusari propter hostilitatem patris.*
4 *Sed tamen laudandum non esse filium, qui tale scelus patrarit in personam patris.*
5 *Albericum vero distinguere inter bellum iustum ac iniustum.*
6 *D. Claro uideri opinionem crudelitatis plenam, quæ permittit filio patrem impunè occidere propter hostilitatem.*
7 *Vasallum non posse impune offendere dominum suum.*
8 *Opinionem communem, quòd filio propter hostilitatem liceat patrem interficere, posse tolerari, quando pater esset uere hostis patriæ.*
9 *Eaque distinctione niti D. Clarum conciliare contrarias Bar. ac Dyni sententias.*
10 *Auctor quomodo putet distinguendum ea in controuersia, an filius patrem propter hostilitatem interficere ualeat. nu. 11. 12. & 13.*
14 *Subditum teneri adiuuare dominum, etiam contra proprium patrem, uel filium.*
15 *Hosti impunè seruandam non esse fidem.*
16 *Petrinus bellus Astensis iurisconsultus laudatur. Contra sensisse refertur. ibid.*
17 *Ladislaum Imperatorem fuisse reprehensum, quod sine causa uiolasset pacem initam cum Amuratho Turca, eumque pœnas dedisse.*
18 *Hostilitatem esse dare pecuniam ad usuras.*
19 *Hostium bona statim fieri capientium.*
20 *Hostium personas in iusto bello fieri capientium.*
21 *In crimine læsæ Maiestatis, hæresis, aliisque similibus admitti personas quæ aliàs non admitterentur in testimonium.*
22 *Hostes ac capitales inimicos non admitti in criminibus exceptis.*
23 *Dicta in iure de inimicitia, atque hostilitate semper intelligenda esse de capitali.*

Quàm multis in casibus cessent generales iuris dispositiones ob personæ hostilitatem.

CAP. XVI.



Ropter personę quoque hostilitatem seu inimicitiam, multa fuere recepta contra generales iuris dispositiones, & ideo quando ma-

1 ritus † hostilitatem animi sui docuit in uxorem, ueluti quia parauit ei insidias ueneo, uel aliter, si petat sibi uxorem restitui, potest aduersus eundem excipi, de illius animi hostilitate, per ea quæ scribit Abb. in capit. 1. de diuor. Fely. in cap. scribam col. 1. de præsumpt. Petr. Gerar. in sing. 65. quem sequitur Neuiza. lib. 1. syl. nupt. non est nubendum sub num. 42. quibus adstipulatur quod scribit Bald. in consil. 240. uol. 3 uolens quòd quando de istiusmodi hosti-

2 litate animi mariti in uxorem constat non est † cogenda uxor ad uirum redire, quamuis maritus caueat, ac iuret de non offendendo, refert ac sequitur Craue. in consi. 31. asserens quòd ubi odium est capitale non tenetur, nec debet quis cõfidere fragilitati cautionis, cum tali casu sufficiens non sit remedium cautionis, capit. accedens 2. ubi glos. in uersic. inimicis ut lit. non contest. cum alijs per eum allegatis, & faciunt quę paulo supra diximus de sęuitia mariti, & scribit quoque Riminal. iun. in cons. 81. supra cita. inter consi. crimi.

Sic etiam propter hostilitatem excusatur filius

3 † à pœna parricidij, qui patrem hostem patriæ factum interemerit. l. minime de religio. & sumpti. functum interemerit. l. minime de religio. & sumpti. functum interemerit. l. minime de religio. & sumpti. fuctum interemerit. l. minime de religio. & sumpti. fuctum interemerit. l. minime de religio. & sumpti. fuct

uerbor. significat. sub nu. 55. dicit quòd tametsi filio impunè id contra patrem audere liceat, ob hostilitatis causam nihilominus laudandum nō esse filium, qui ita naturalia iura contempserit, per text. in d. §. liberto. glo. uero in d. l. minimè intelligit illum tex. quando filius occideret patrem se defendendo, aliàs sentit ut semper filius incidat in pœnam parricidij de qua in l. 1. ad leg. Pompe. de parricid. Alberi. uerò in dicta l minimè uidetur velle distinguere inter
5 casum belli iusti atque iniusti, ut scilicet, priore casu liceat, posteriore non liceat. Communis tamen opinio uidetur esse cum Bart. contra Dyn. tam in d. §. liberto, quàm in d. l. minimè, etiam in casu statuti quo impunè data fuerit facultas occidendi bannitum, ut de communi attestatur Marsil. in l. 1. § præterea sub nu. 33. de quæstio. Gomes. in §. rursus sub nu. 22. institu. de actio. Bero. in cap quæ in ecclesiarum sub nu. 114. de constit. cum similib. adductis per
6 D. Clar. in § homicidium sub nu. 59. Qui tamen † uit quòd hæc opinio nunquam sibi placuit, sed semper ei uisa fuit crudelitatis atque impietatis plena, licet enim pater sit bannitus, non tamen desinit esse pater neque iura naturalia amittit l. iura sanguinis de reg. iur. & l. legatum de capit. diminutio. propterea inquit se credere quod tali filio patrem occidenti caput esset amputandum neque mouere, quòd uirtute talis statuti pater bannitus censeatur esse factus hostis patriæ, id enim esse per fictionem, quæ in re tam enormi non debet ueritatem patriæ potestatis adumbrare, præterea quia secundum communem
7 Doctorum opinio. non potest uasallus † impune offendere dominum suum, ut per Alber. in 4. part. statut. quæst 27. & Cœpol. consi. crimina. 5. uersi. septimo pro hoc, & tamen nemo sani capitis negabit, maiorem reuerentiam debere filium patri, quàm uasallum Domino suo, ait tamen quòd forte posset to-
8 lerari communis opinio † ubi talis pater uerè esset hostis patriæ, ideſt actualiter arma contra patriam inferret, nam cum filius qui eo in actu patrem occideret esset excusandus & ita inquit loqui Claud. qui ita communiter concludi attestatur in l. 1. § iusgentium sub nu. m 13. de iust. & iur. ita ut in summa D.
9 Clar. uideatur duas istas opiniones † Dyni ac Bartoli conciliare considerando duos casus, quando scilicet pater uerè hostis est patriæ, in actuque hostilitatis contra eam, & quando fictè est hostis, ut priore casu communis Doctorum sententia locum habeat, posteriore Dyni opinio procedat.

10 Ego autem arbitrarer † sic constituēdum esse, ut aut seruata patria potuit filius patrem seruare, & tunc sine scelere fore dici non possit qui pietatem debitam à filijs in parentes, iuraq; naturalia sanguinis tam scæleſtissimo ausu temerarit, & ita procedit opinio Dyn. D. Alciati, ac D. Clari quam probat quoque text. in dicta l. minime de religio. & sumpt. fun. arg. a contrario sensu illorum uerborum, quod
11 si filius patrem † aut pater filiū occidisset sine scelere, et premio afficiendum esse constituerūt ergo ubi cum scelere occidisset, neque præmio afficiendus, neque laudandus erit filius, sed pœna condigna plectendus, aut sine opera filij potuit ab alijs patria ser-
12 uari, & tunc aut filius sponte † in patrem irruit & nō excusatur, neq; dici pō scelere carere, quia affecta illa occasio cōtra patrē prodesse non debet. l. tria de excus. tutor. §. item tria instit de excusat. tuto. uel curatorum ibique not. gloss. l. & qui data quibus ex caus. maio. & l. 2. §. si tamen si quis cautio & l. uxori §. 1. ad leg. Corn. de fals. Aut coactus ueluti principis
13 imperio, † & tunc si notorie esset iniusta patriæ causa contra patrem, debuit recusare, & omnino abstinere, quia in bello iniusto nō cogitur subditus iuuare Dominum, capit. domino guerram hic finitur lex Corradi ubi notant communi consensu interpretes.

Cęterum ubi bellum esset iustum, uel dubitaret, tunc semper filius excusandus esset, ubi aliter patriā seruare non posset, ut supra dictum est, quia subdi-
14 tus † tenetur adiuuare dominum suum etiam contra proprium patrem, uel filium, ut est tex. in dicto cap. domino guerram, §. fi. & est communis opinio, ut dicit Zas. de feud. par 7. capit. 4. sub nu. 10. quem refert ac sequitur D. Cla. in § feudum q 21. sub nu. 4. & hoc pacto possunt ad concordiam reduci omnes uarietates opinionum supra relatarum.

15 Eadem quoque ratione † dicitur hosti impune seruandam non esse fidem, per text. in capit. Dominus 22. q. 2. cap. mandatis 13. dist. & capit. utilem simulationem ead. 22. q. 2. nisi specialiter aliquid illi promissum fuerit l. 1. § non facit de dol. mal. per quem text. sic cōcludit Ludo. Roma. in dicto §. de uiro sub nu. 37. & D. Alciat. dict. li. 1. de uerbor. significat. sub dicto nu. 55. ad finem qui dicit M. Tullium elegantissimè hanc quęstionem explicare lib 3. officiorum quem omnino uidendū esse ait. Et propterea inquit
16 Petrinus † Bellus iurisconsultus Astensis elegantissimus de re milita. part. 2. tit 14. Hosti seruandam esse fidem per tex. in cap. nolo 22 q. 1. & auctoritatem Diui Thomæ secunda secundæ q. 40. unde ait repre-
17 hensum fuisse Ladislaum † Imperatorem qui cum Amurato Turca, malè persuasus, quod fidē, quam inconsulto sum. Pontifice dederat seruare non teneretur, pacem uiolauit, quod tamen illi malè cesit, acie enim uictus interiit. Sic etiam propter hostilita-
18 tem † licitum est dare hosti pecuniam fœneratiam, cap. ab illo 14 q. 4. per quam sic probant Roman. & D. Alcia. supra cita. & uerè text ille est ualde notandus ad hoc, cum possunt illa n absolutam conclusionem, quòd ubi ius est belli ibi ius est usuræ & opti-
19 ma quidem ratione, ideo statutum est quia † hostibus ita licet eorum bona capere ut statim fiant capientium, § item ea quæ ab hostibus de rer. diuisio. int. iur. elementa, §. si ab hostib. ubi Ang not. quib. mod. ius. patr. potest. solui. l. 1. in prin. ubi omnes notant de acquir. poss. l. hostes l si quid in bello de cap. & postlimi. reuers. Andr. Tiraq. de legi. connub. l. 1. sub nu. 48. & 49. ubi peculiari eius more innumeras citat auctoritates Philosophorum, Historicorum ac Theologorum in hanc sententiam, & nouissimè Didac in reg. peccatum, §. 11. in princ. Petr. Bellus de re milit. par. 2. cap. 12. Et nos amplissimè tradidimus in dicta l. prima in princ. de acquiren. possess. post cæteros.

20 Quinimò si etiam † in iusto ac licito bello non solum

lum res, ſed etiam ipſi hoſtes capti efficiuntur ſerui capientium, l.naturalem in fin.de acquir.rer.dominio,d l.hoſtes,& l. ſi quid in bello de capt.& poſtlimi.reuerſ.& d. §.item ea quæ ab hoſtibus, inſtit. de rer.diuiſio.cum ſimil.cita. ab Andr. Tiraq.dicta l.1. ſub nu.49 & Dida.d.§.11.ſub nu.2.Claud.Cotæ.de iur milita.c.24.quamuis Petrus Bellus de re milita. par.4 tit.1.contrarium dicat de conſuetudine obſeruari.ergo dicendum à fortiore erit quod ſi occupatio bonorum ac perſonarum ipſorum hoſtium licita eſt, ita ut transferat in ipſos capiẽtes dominium, multo magis debeat licere illis dare pecuniam fœ-
21 neratitiam. Facit † inſuper hoſtilitas perſonæ, ut quamuis in crimine læſe Maieſtatis, hæreſis, ac ſimoniæ admittantur teſtes aliàs inhabiles ac minus legitimi cap.per tuas extra de ſimon.cap. in fidei de hæret.lib.6.quem doct communiter ita intelligunt, ut ſcribit poſt alios a ſe citat.D.Cla.in §.hæreſis ſub
22 nu.20.nihilominus non admittantur † hoſtes ſeu capitales inimici illius,qui accuſatus fuerit,ut ibi dicitur,quod notauit Bart. in l in quæſtionibus ad leg. Iul.maieſtat.& Roman.ac D. Alc. in loc.ſupra cita. & poteſt addi Zanch.de hære.cap.13.ſub nu.3.qui pariter idem probat per text.in cap. cum oporteat, & in cap. repellantur de accuſati.& in §.ſi uerò dicatur odioſus in auth. de teſtib. quibus poteſt addi c. licet hely.de ſimo.ibiq; Abb.ſub nu 1 Fely in d.c.per tuas ſub nu.4.& in cap.quoties de teſtib.ſub nu.4.& in dicto cap.cum oporteat,ſub nu.3.circa finem ubi inquit,quæ dicuntur de inimicitia atque hoſtilitate repellente teſtem a teſtimonio dicendo in prædictis
23 caſibus,intelligenda eſſe de inimicitia atque hoſtilitate capitali in quam ſententiam multa congerit Campeg.noſter Ticinenſis in ſcholijs ad prędictum locum Zanchini, & ita etiam atteſtatur nouiſsime communiter teneri per Doctor. D.Clar.in prax.crimin.q.29.ſub num.5 per illum text.in d. c. per tuas quem ait Doct. communiter appellare ſingularem in hac materia,teſte Marſil.in conſil.65.ſub nu.10.

SVMMARIVM.

1 *Infamem poſſe eſſe procuratorem ſed non epiſcopi.*
2 *Et quæ ſit ratio.*
3 *Infamem intelligendum eſſe de illo qui ſit infamis per ſententiam.*
4 *Infamem non promoueri ad officium procuratoris quod conferat honorem uel dignitatem.*
5 *Infamis non poteſt eſſe tutor pupilli poſiti in dignitate.*
6 *Perſonam capitularem, uel collegiarem non poſſe alios in ſui locum ſubſtituere, qui non ſint de capitulo uel collegio.*
7 *Doctores ac ſcholaſticos non poſſe ſubſtituere niſi eos qui ſunt de uniuerſitate uel collegio.*
8 *Promotores ubi ſunt abſuturi ab actibus Doctoratuum, ſubſtituere ſolere uel alios profeſſores, uel alios de collegio.*
9 *Electus quando a principio eſt abſens, etiam ſi electa ſit induſtria perſonæ, nihilominus poteſt alium ſubſtituere.*
10 *Et quæ ſit ratio.*
11 *Magiſtratus municipales qui aſſumuntur ad ſpectabilem dignitatem poſſe ſubſtituere.*
12 *Doctor conductus ad publice profitendum non poteſt per ſubſtitutum id munieris præſtare.*
Niſi ex cauſa neceſſaria. ibi.
13 *Neceſſitas facit probabile, quod aliàs eſſet improbabile.*
Idem eſſe quando ex conſuetudine poſſet legi per ſubſtitutum.
14 *Quando per ſubſtitutum eadem reſurgit utilitas, etiam in induſtrialibus poteſt fieri ſubſtitutio per uaſallum in feudo.*
15 *Vel quando eſſet inhabilis, aut ex uerbis inueſtituræ non appareret electam fuiſſe induſtriam perſonæ.*
16 *Locator & emphyteuta ob nimiam negligentiam poſſunt a locatione & ab emphyteuſi expelli.*
17 *Fructuarius ob nimiam negligentiam poteſt priuari uſufructu.*
18 *Procurator ob eius negligentiam etiam poſt litem conteſtatam poteſt amoueri ab officio procurationis.*
19 *Iudex poteſt remouere procuratorem ab eius officio, ſi uideat eum negligentem.*
20 *L Eum qui agit, C.de procur.intellectus.*
21 *Iudicem in caſu contumaciæ notoriæ poſſe ex officio ſuo prouidere.*
22 *Iudex propter negligentiam atque ſocordiam poteſt remoueri ab officio.*
23 *Officialis ſi uidet aliquos uixantes, & ſe non interponit poteſt ab officio remoueri.*
24 *Regem ob negligentiam regno priuari poſſe.*
25 *Imperatorem uel regem inutilem poſſe deponi*
26 *Sum.Pontif. poſſe Imperatorem ac Regem inutilem priuare imperio, ac regno.*
27 *Qui imperatores ac reges a ſum. Pontificibus depoſiti fuerint.*
28 *Sum. Pontifex ex quibus cauſis habeat facultatem priuandi Imperatores ac reges & transferendi imperium.*
29 *Prælatus eccleſiæ negligens poteſt a prælatura remoueri.*
Quando negligentia eſt magna ac craſſa.ibid.
30 *Qui diſtinguant inter prælatos ſeculares ac regulares, & ſequent.*
31 *Quomodo putet auctor reſoluendum eſſe negocium negligentiæ prælati, ut poſſit remoueri.*
33 *Negligentia quando tranſit in aliam ſpeciem delicti, prælatus remouetur, niſi reſipiſcat monitus.nu.34.*
Intellectus c.ſi quis Abbas,15.q.2.ibi.
35 *Gloſſ. in capitulo ea quæ de officio Archidiacon. declaratur.*
36 *Ab officio perpetuo quem non deponi propter negligentiam, niſi culpa inducat depoſitionem.*
37 *Innoc.in cap.cum in officijs declaratur.*
38 *Executor ad pias cauſas, quamuis duret per annum ſi tamen iuſto epiſcopi præcepto non pareat, poteſt remoueri.*

Perſonæ qualitatem in ſubſtitutionibus faciendis maxime attendi, ac propter negli-

gen-

gentiam ſocordiamque perſonæ generales iuris diſpoſitiones reſtringi.

CAP. XVII.



Erſonarum quoque qualitas facit, ut in ſubſtitutionibus faciendis recedatur à regulis iuris commu
1 nis, & ideo q̃uis infamis † poſsit eſſe procurator non tamen eſſe poterit, ſi is qui conſtituat procu ratorem ſit in dignitate poſitus, quia non poterit infamis illius eſſe procurator ob conſtituentis qualitatem, cap. quia epiſcopus 2. q. 3. & ita dicit Ludoui. Roma. in d. §. de uiro ſub nu. 38. cap. 1. & cap. infamis 3. q. 7. quod not. in cap. Imperatorum de iuram. calum. & c. accedens 50. diſtinct. Aegi. Belle. in cap. Imperatorum ubi addit tex. 3. q.
2 10. cap. fin. & rationem quia † in alijs procuratoribus non requiritur ſumma perfectio, ut in procuratore epiſcopi, per text. in cap. legi. 16. q. 1. quæ aſſertio in
3 telligenda eſt in eo, qui ſit † infamis per ſententiam, ut declarat gloſſ. in d. c. infamis, ſecus ſi aliter quis in famia laboret, per text. in ult. §. inſtitu. de exceptio. pro declaratione ampliore cuius aſſertionis poterunt uideri Archi. & Aegid. Bellemer. in locis ſupra citatis & præſertim Bellemer. in d. capit. Imperatorum ſub nu. 8. de iur. cal. ubi ualde notanter loquitur in hac materia, idemque ſimiliter dicendum eſ-
4 ſet, quando officium procuratoris † conferret dignitatem uel honorem publicum, ueluti officium procuratoris Cæſaris, Imperatoris, regis, procuratoris fiſcalis, ſummi Romani Pontificis, uel alterius perſonę his ſimilis, quia infames a dignitatum aditibus repelluntur, l. 2. C. de digni. lib. 12. & l. infamia, C. de decur. libro 10. eademque ratione arcetur infamis
5 † a tutella pupilli poſiti in dignitate, ut ſcribit Bal. in l. caſsius de ſenato. Quando etiam is qui ſubſtituere uellet procuratorem in ſui locum eſſet perſona ca-
6 pitularis uel collegialis, non poſſet † alium ſubſtitue re in ſui locum ad exercitium eius officij, qui non eſ ſet de capitulo, uel de collegio iuxta tex. in cap. quia propter de electio. & in cap. ſi quis iuſto ad fin. eod. tit. lib. 6. quæ res ut ait Roman. iam relatus eſt argumentum quòd ſi ſcholaſticus in uniuerſitate, uel
7 Doctor † aliquis in collegio uellet aliquem relinquere in ſui locum in ferendis ſuffragijs, non poſſet relinquere niſi aliquem, qui eſſet de uniuerſitate uel de collegio, quod ea ratione receptum fuiſſe opinor, ne ſi locus ijs quoq; fieret, qui non eſſent de uniuerſitate uel collegio, euulgarentur ijs qui de gremio nō eſſent ſecreta uniuerſitate uel collegio, quæ non niſi matriculatis & de ordine illo exiſtentibus
8 nota eſſe debeat, & ideo quando † ab actibus doctoratuum abſuturi ſunt promotores ſubſtituunt uel alios Doctores publicè profitentes, uel alios de collegio Doctorum, ut conſuetudinis eſt in noſtro Ticinenſi Gymnaſio, neque iure medio toleraretur ut in alia perſona fieret ſubſtitutio ad eiuſcemodi actum & ita etiam puto ſeruari in alijs Gimnaſijs.
9 Sic etiam † quando eſt electa induſtria perſonæ, quamuis regulariter is qui electus eſt non poſsit alium ſubſtituere, nihilominus ſi a principio eſt abſens, uel ex poſtfacto abeſſe coactus fuit, ex neceſſaria abſentia talis ſubſtituentis qualitas operatur, ut poſsit ſubſtitutio de altero fieri, illaque teneat, per tex. in l. de pollicitationibus de pollicita. & in l. ſi abſenti de legatio. & nota. in l. inter artifices cum multis ſimilib. adductis per Roman. ſub d. nu. 38. qui refert eiuſdem ſententiæ fuiſſe Ioan. Andr. in Mercur.
10 in reg. qui facit per alium, & † ratio poteſt eſſe duplex. prout duplex eſt aſſertionis caput, nam quando is qui eligitur abeſt, tunc non uidetur eſſe electa induſtria perſonæ, ut dicunt glo. Bar. Albe. & Raph. Cuma. in d. l. inter artifices de ſolutio. Quando uero poſt factum ex cauſa neceſſaria impellente abeſt, tunc quoq; non uidetur obeſſe, quia neceſsitas nullis iuris regulis perſtringitur, l. 1. de offic. proconſ. cum ſimil. ubi adnota. in gloſſ. in uerſ. expedire, & in l. prima, §. primo ubi doctor. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.
11 Sic etiam † propter abſentiam uel aſſumptionem ad ſpectabilem dignitatem, magiſtratus municipales qui prohibentur ſubſtituere, facultatem ſubſtituendi habebunt, l. nullus qui nexu, C. de decur. lib. 10. §. prohibemus in authen. de collato. & §. nulla in auth. de defenſor. ciuita. & ita eſt de mente Bar. in l. obſeruare ſub nu. 5. de officio proconſul. & ita uult Ludoui. Ro. iam relatus qui addit ſic intelligendum eſſe text. in l. ſuggerenti, C. de officio eius qui uic. alter. gerit, facit quod ualde notanter ſcripſit Bal. in l. ult. de excuſatio. tuto. uolens, quòd tametſi non
12 poſsit Doct. † conductus ad publicè profitendum id muneris præſtare per ſubſtitutum, quia opus induſtriale non committitur, l. unica, §. ne autem, C. de cadu. tollen. Innoc. in cap. quoniam Abbas de offic. delegat. nihilominus quando ſubeſt cauſa neceſſaria illum id facere poſſe, l. Titius, §. fin. eod. tit. de ex-
13 cuſat. tuto. quia neceſsitas facit † probabile quod aliàs foret improbabile. l. qui potuerunt de manu. teſtam. idem Bal. in l. 1. §. ne autem, C. de cadu. tolien. Ang. in d. l. fin. de excuſat. tuto. idemque eſt ſi ex conſuetudine poſſet legi per ſubſtitutum Bart. & Alex. in l. nemo de duob. re. Abb. in cap. cum M. col. 5. de conſtit. item intelligenda eſt prædicta, quando modico tempore impedimentum eſſet duraturum, ſecus ſi longo tempore, quia tunc non daretur facultas ſubſtituendi, ſed deberet fieri remotio l. ſi longius in princ. de iudi. per quem tex. ſic firmat Roma. ſub d. num. 38. in fin. ex huiuſcemodique cauſa uult uaſallum quoque ſeruire poſſe per ſubſtitutum, quamuis aliàs prohibeatur per d. l. 1. §. 1. de officio eius cui mand. eſt iuriſd. & d. §. nulla de defenſor. ciuita. in auth. idem Bald. in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit ſub num. 2. ſi de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. uaſall.
14 Idemque † eſt quando per ſubſtitutum eadem re ſurgit utilitas, ut per Franc. Cur. ſen. in conſilio 70. colum. 1. uel quando is ad quem feudum eſt deuolutum eſt inhabilis. ut per Alex in conſil. 10. col. 3. in primo uol. & per Egidi. in conſil. 48. & quando ex
15 uerbis inueſtiturę † feudalis non appareret electam

fuiſſe

fuisse industriam personæ. Cyn. Bal. & alij in l. quisquis, C. de episc. & cleric. Felyn. in cap. in præsentia sub num. 83. de probationi. consultissimus Cafal. in consil. 1. sub nu. 32. & consil. 151. sub nu. 41. propter socordiam quoque ac nimiam negligentiam, in plerisque a regulis iuris communis receditur, uerbi gra
16 tia si ita negligenter uersetur locator † in re conducta, emphyteuta in re emphyteutica, uasallus in re feudali ut damno atque deterioratione afficiatur res conducta, emphyteutica, uel feudalis, quamuis regulariter non possint illi priuari re conducta, emphyteutica uel feudali, durante tempore eorum contractuum, nihilominus ob causam illius nimiæ negligentiæ, socordiæ, vel inertiæ poterunt priuari l. ædem. C. locat. auth. qui rem. C. de sacr. eccles. c. 1. §. quicunque de pac. ten. & eius uiolato. & ita not. Doct. passim in locis supra allegat. Lud. Rom. in d. §. de uiro sub nu. 35. D. Alcia. d. li. 1. sub nu. 55. & D. Clar. qui attestatur communem, tam in emphyteuta ecclesiæ, quàm priuati in §. emphyteusis q. 26. & in §. feudum q. 47. & 51. And. Tiraq. de retract. conuentio. §. 3. gl. 1. sub num. 22. Ar. Pinel. in l prima, sub num. 60. uers. idem in emphyteuta, par. secunda, qui pariter attestatur de com-
17 muni, & idem receptum esse † in fructuario tradit Alexand. in l. diuortio. §. si fundum, sol. matrim. Castrens. in auth. qui rem, sub num. 3. Dec. sub numero quinto. Io. Hannibal in l. nemo potest, sub num. 168. de leg. primo. Tiraquel. & Pinel. in locis supra citatis.

Eadem quoque ratione quamuis procurator post litem contestatam regulariter nō possit a pro-
18 curationis officio amoueri † ob eius tamen negligentiam ac contumaciam in prosequenda lite potest remoueri. l. eum qui res agit. C. de procurator. ubi notant doct. illum tex. pro ualde insigni ad hoc propositum ibiq; inter cæteros Ias. sub num. secundo quem Bal. in l. mandatum, in 6. columna esse sin-
19 gularem ait ad hoc † quod iudex potest ex officio remouere procuratorem absentis ab officio, si videat illum negligentem & contumacem in prosequendo iudicio, ne quandoque illius contumacia, uel negligentia præiudicium aliquod pararet domino, & quamuis Saly. & Paul. Cast. in dicta l. eum qui res agit, dissentiant, uelintque illum tex. procedere in tutore uel curatore alioue legitimo administratore tantum, ea ratione q̄ isti tales a iudice deputentur, propterea que ab eisdem possent remoueri, quod non est in procuratoribus qui a partib. deputantur cuius rei gratia perpendens Bald. hunc tex. in l. mancipia. ff. de ser. fugit. dixit hunc tex. esse mirabilem ad hoc, q̄ a iudice possit remoueri procurator, quod pro mirabili notat quoque in dict. l. eum qui res in quarto notab. Nihilominus Iason
20 † in eadem l. eum qui res sub numero secundo, uersic. puto q̄ ista, habet pro absoluto, ut dict. lex eum qui, non solum in tutore, & curatore locum habeat, sed etiam in procuratore, qui licet a parte constituatur, & non a iudice, tamen potest remoueri a iudice propter contumaciam iudicialem, in iudicio contractam & commissam in processu iudiciali, & circa ea quæ spectant ad ipsum iudicem, l. sed etsi prætorem. §. sed etsi dum decreto ex quib caus. maior. Et ita sentiunt Ang. Fulgos. & Bal. dicit tamen aliud esse ob aliam causam, sed ego genera-
21 liter † concludendum esse cum prædictis Doctor. opinor, alia ratione, quia scilicet in casu contumaciæ tam notoriæ debet iudex ex officio suo succurrere, per ea quæ scribit Alexand. in l. vnica. sub nume. 7. cum duobus sequen. & Rip. in l. quarta. §. hoc autem iudicium, de damno infect. sub nume. 34. & sequen. ubi etiam sine allegatione notorij concludit contra Alexand. loc. prealleg. ex solo officio posse iudicem prouidere, item quia tenetur supplere ex officio pro absentibus ut per eundem Ripam in dicto §. hoc autem, sub num. 74. cum præsertim lite per procuratorem contestata posset iudex ad sententiam diffinitiuam procedere, vt per Bartol. in dicto §. hoc autem, & per Ripam sub dicto nu. 74. ad finem, quia per litis contestationem est effectus procurator dominus litis, leg. procuratoribus & l. nulla. C. de procura. similiter idem concludendum
22 est in iudice † qui propter negligentiam atque socordiam potest remoueri ab officio l. si quos, C. de off. præfect. prætor. orien. u. l illiri. per quem sic concludit Ias. in dicta l. eum qui res, sub num. 3. quamuis dicat Bal. non recordatum illius text. aliter uideri concludere in dicta l. mancipia. C. de ser. fug. qui tamen in l. prima, §. qui is, de offic. præfect. urb. in fi. & in l. nullus in 2. not. C. de sum. Trinit. & fi. cath. allegando Petr. in l. si seruus. C. de nox. asserit quod
23 si officialis † uidet aliquos rixantes, & se non interponit potest ab officio remoueri. Sed & idem dicē dum esse in rege concludit Ias. ibid. quem dicit ob
24 negligentiam † regno priuari posse, per glo. notan. in ver. regis in cap. grandi, de supplen. neglig. prælato. lib. 6. ibique Ioan. Andr. ac Gemin. qui dicunt idem esse in alijs Ducibus, Comitibus, aliisque dignitatibus secularibus, intelligendo tamen ut ibi per eos, qua de re amplè ibi agit Anton. Corset. in eius repetit. & in tractat. de regib. quinimo inquit Lancelot. Corrad. in templ. omn. iud. li. 1. cap. 1. de Imperato. in titu. crimin. publi. infan. excepto. sub
25 num. 5. † etiam inutilem Regem uel Imperatorem posse deponi pet cap. alius 15. quæst. 6. & propterea dicebat Nart. Laud. de princ. q. 401. sum. Pontif. dare curatores Regibus inutilibus, quando inepti sunt ad se ipsos probè gerendos in regni administratione, & sub sequen. tit. idem Corrad. a quo, & quib. caus. imperat. deponat. concludit post Bal. ac Mart. Laudens. quos citat summum Pontificem
26 posse secundum ueritatem † eiuscemodi Imperatores ac Reges priuare imperio ac regno, uel nitius agendo & dare coadiutorem per cap. quamuis & cap. petisti 7. q. 1. & d. cap. grandi de supplend. negligent. prælato. propterea Io. le Cirrier. de primigenit. q. 7. lib. 3. enumerat post Alber. in eius dictionario Reges atque Imperatores depulsos † a sum-
27 mis Pontificibus similes ob causas, hoc est Ludouicum Francorum Regem a Zacaria sum. Pontif. Ottonem ab Innocentio, Fridericum ab Innocentio IIII. Ludouicum Bauarum a Ioanne XII. est de

de hoc tex in dicto cap.alius 15.q.6.ubi glo.inquit
28 Papam ex talibus cauſis † deponere Imperatorem per tex.in cap.duo,& in cap.ſi Imperator 96.diſtinctio.quòdque habet facultatem transferendi Imperium per tex. in cap. venerabilem, qui fil.ſint legit.& ita probat etiam Aegid.Belle.in d.cap. alius ubi de imperatoris depoſitione dicit eſſe caſum in cap.Apoſtolicę de re iudic.li.6.& in clement.paſtoralis eodem titu. & eiuſdem ſententiæ fuit Dec. in conſil.151.ſub num. quinto ad quæ maximè confert quę ſcribit Do.Alciat. in cap. quod ſedem ſub num.35. de offic.ordinar. ubi ait principem de neceſsitate eſſe adſtrictum ius dicere uel per ſe uel per magiſtratus ſuos,aliàs poſſe priuari regno.
29 Eodem modo prælatus eccleſiæ † negligens circa res ipſius eccleſiæ,& poſſeſsiones. & earum iura poteſt deponi a prælatura cap. dictum cum gloſ.2.81. diſt.cap.cùm ad monaſterium,§.fi.de ſtat.monach. & ibi gloſſ. in uerſic. negligens quæ limitat eſſe uerum quando negligentia eſt magna ac craſſa,& glo. in cap.ſæpe in gloſſ.fin.in uerbo priuare 12. q.2. & gloſ. notant in cap. ea quæ in uerſic.negligentia de offic.Archidiacon.Ioan.Andr.& Gemi.in cap.1.de ſupplen.neglig.prælato.lib.6.& Abb. in c.ea quæ in not.5. ſub num.3.de ſtat. Monacho.quibus accedit Iaſ.in d.l.eum qui res ſub nu.5.
30 Sunt tamen † qui hac in re diſtinguant inter prælat.ſeculares ac regulares, ut priores ob negligentiam ſolam remoueri non poſsint,niſi ſit annexa alicui alteri delicto tunc enim poſſunt deponi. Poſteriores uero ab ſolam negligentiam remoueri ua-
31 leant,quia facilius † remouentur regulares,quàm ſæculares,cap.qualiter 3.de accuſat.c.ſi quis Abb.18. q.2.& gloſſ. in uerſic.negligens in capit.cùm ad monaſterium de ſtat. Monach. quæ diſtinctio uidetur eſſe de mente Abbat. in dicto capitulo ea quæ de
32 ſtat Monacho. Mihi placet reſolutio, † quam facit Felv.in hac difficultate in cap.1. ſub nu.2. de treug. & pac.quòd regulariter propter negligentiam ſimplicem non ſit prælatus ab officio deponendus, ſed ſi monitus non ſe emendet imponatur excommunicatio duorum menſium,cap. quicquid & ibi gloſ.in uerſic.excommunicationi, 1.q.1. & ſi cum negligentia concurrat timiditas, & animi remiſsio in commiſſa exercędo,detur ei coadiutor.d.c.ea quę,§.q ſi Abbas de ſtat.Monacho.quòd ſi cum negligentia cõcurrant aliæ delicta,tunc remoueatur a dignitate.&
33 ita propriè † loquatur text.in dicto cap. ſi quis Abb. 18.q.2.idemque ſit ubi negligentia tranſit in aliam ſpeciem delicti, ueluti cùm negligit res eccleſiæ ac poſſeſsiones,quia iſta non eſt mera negligentia,unde poteſt deponi ita intelligitur ſupra citat.cap. dictum cum gloſ.2.81.diſtinct.& cap.cum ad monaſterium.§.fin.de ſtat.mona.& gloſſ.fin.in cap.ſæpe. 12.quæſt.ſecunda.
34 Idemq; pariter † quãdo negligẽtia trãſit in negligẽtiã magnam,quæ appellatur neglectus,ut quãdo monitus non deſiſtit,arg.c.placuit 12 q.3. nam pro tali negligentia poteſt deponi ſecundum Io. Andr. in d.c.1. pro quo uidetur eſſe caſus in c.1. de offic. cuſtod.& gloſſ.in uerſic.negligens in d. cap. cùm ad monaſterium, §. fin. de ſtat. regula. quæ dicit quòd propter negligentiam prælatus deponitur, quando
35 eſt magna ac craſsa † eodemque modo exaudienda eſt gloſſ.in dicto cap.ea quæ,de offic.Archidiacor. quam Butri. ibi dicit eſſe ualde notandam, dùm loquitur de negligentia craſſa per quam dixit Cardin. in clem.1.in 2. notab.de celebra.miſſa.propter negligentiam nunquam uideri prælatum eſſe remouendum, niſi ſit ualde pernicioſus eccleſiæ, & monitus non reſipiſcat,ſit etiam intelligendum eſt, quod dixit Abbas in d.cap.ea quæ de ſtat. monac. dum uoluit propter paruam negligentiam non eſſe prælatum remouendum ab eius officio,& Bal in l.mancipia uerſic. quæro an officiales, C. de ſer. fugiti. ubi
36 † ait ab officio perpetuo quem non deponi propter negligentiam,niſi culpa inducat depoſitionem, ueluti quia deliquit in officio per l.ſi aliquid, C. de ſuſceptor.& Archar.lib.10.& gloſſ. in l.2.§.mulier de
37 ijs qui not. infam. ſic quoque † exaudiendum eſt, quod ſcripſit Innoc. in cap.cum in officijs,dùm dicit prælatum puniendum eſſe de culpa non leui, & quę nouiſsimè tradidit de punienda negligentia prę latorum Redoan.de reb.eccleſ.non alien.in ti.de re. eccleſiaſtici.aliena.ſub nu.53.& plurib. ſequen.car. 52.dixit quoque Bal.in dicta l.eum qui res agit, C. de tranſ.in 4.nota.cui accedit ibi Iaſ.ſub numero 9.
38 † quod licet officium executoris ad pias cauſas duret per annum, ſi interim eſſet contumax in aliquo præcepto iuſtè ſibi facto per epiſcopum, poſſet ſtatim priuari officio commiſsionis, quam aſſertionem repetijt Bald. in l.unica in ult.col. C.de iis quæ pęn.nomi. & in l.id quod pauperibus col. pen.q.23. C.de epiſcop. & cleri.poſt ſpeculato in tit.de inſtru. editio.§.nunc uerò aliqua uerſic.quid ſi executor eſt ſuſpectus.Nec mirum id uideri debet,cum teneatur de leuiſs. culpa, tanquam pro dolo, Bartol. in l. alio de alimen.& cibar.legat.& Cardin.in clemen.prima de teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Patrem ignominioſum non poſſe iniuriam filio illatam remittere.*
Nec agere ad dotem contradicente filia.
Nec filios uiliſſimam uitam degentes dignitatis paternæ prærogatiua potiri.
2 *Mulierem fornicariam non poſſe uti priuilegio mulieribus conceſſo,ne perſonaliter capi poſſint.*
3 *Lex alicui pœnam irrogans locum non habet in uiliſſimo homine,qui aliàs ſit infamis.*
4 *A patre infami non poſſe uiliſſimæ uitæ filium eam ob cauſam exhæredari.*
5 *Vſurarium nullam habere querelam inofficioſi teſtamenti contra teſtamentum fratris, qui perſonam turpem inſtituerit.*
6 *Filia quę uitam infamem ducat,non poteſt petere,ut alatur à patre,nec ut ab illo dotetur.*
7 *Niſi ad meliorem frugem redierit.*
8 *Infamem non poſſe teſti contra ſe producto infamiam obijcere.*
9 *Exceptionem infamiæ quamuis non concludat quantum*

tum ad partem, concludere quantum ad iudicem.

10 *A proſecutione iuris ſui, quem non repelli quamuis ſit criminoſus.*

11 *Actionem non dirigi contra teſtem, ſed contra aduerſarium.*

12 *Seruum in caſibus in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, poſſe opponere aduerſus teſtes illos eſſe ſeruos.*

13 *Vbertus de Bobio magnæ auctoritatis inter antiquos.*

14 *L. Quoniam, C. de hær. qui dicunt ſpecialem caſum cõtinere ſpecialitatis rationem non inducunt.*

15 *Albericus Malleta antiquus Ticinenſis iuriſconſult. laudatur.*

16 *L. Quoniam, C. de hæreti. tempore, hæreticos non fuiſſe infames.*

17 *Sed ex diſpoſitione auct. Gazaros, C. de hæreti.*

18 *Teſti ſi crimen obijciatur, poſſe illum ſe oſtendere innocentem.*

19 *Eum qui producit teſtes poſſe probare illos eſſe honeſtæ famæ, quamuis aduerſarius infames eos dicat, quamuis.*

20 *Pet. Anchar. aliquando auſus non fuerit decidere hanc controuerſiam, ſed cogitandum reliquerit.*

21 *Quid ſentiat Bart. in hoc negocio.*

22 *Romanum a Siculo fuiſſe reprehenſum, quaſi, l. quoniam, C. de hæreti. loquatur de hæreti. quæ non ſunt infames.*

23 *Quamuis hodie per dictam auth. Gazaros, omnibus legitimis actibus ſint interdicti.*

24 *Criminoſum aut excommunicatum teſtem non poſſe contra alium deponere ſimili crimine innodatum.*

25 *L. in arenam, C. de inoffi. teſtament. quomodo ſit intelligenda.*

26 *Probationem omnem faciendam eſſe iudici, & non parti.*

27 *Auctorem putare contradicentes antiquorum ſententias circa illud, an infamis contra teſtem infamem poſſit de infamia opponere, conciliari poſſe.*

28 *Reſeruationem nihil operari, ubi nihil reſeruandum inueniat.*

29 *Naturam reſeruationis eſſe conſeruare ius quod quis habet.*

30 *Matrem meretricem non poſſe exhæredare filiam meretricantem.*

31 *Niſi tempore teſtamenti ſit facta melioris uitæ.*

32 *Infamem admitti ad proſecutionem iuris ſui, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter.*

33 *Quomodo intelligenda ſint iura omnia, & gloſſæ ac auctoritates, quibus defenditur infamem de infamia opponere poſſe.*

34 *Infamis infamia tam iuris, quàm facti, non admittitur in criminalibus ad dicendum teſtimonium.*

35 *Infamis tamen infamia facti admittitur in ſubſidium.*

36 *Cum tortura propter vilitatem, quamuis aliqui contradicant.*

37 *Sed receptior eſt, ut admittatur cum tortura.*

38 *Alijs tamen placet id relinquendum eſſe iudicis arb.*

39 *Quæ ſententia recipitur ab auctore.*

Infames qui deponunt de ijs quæ ab illis geſta ſunt ita probant, vt aliæ perſonæ quæ non deponunt de ijs, ibidem.

40 *Fides quæ teſti diminuitur ob infamiam augetur ob depoſitionem eorum quæ ab ijs geſta ſunt.*

Ob vilitatem perſonæ quibus in caſibus recedatur a regulis generalibus.

CAP. XVIII.



Propter uilitatem quoque perſonæ receditur a regulis iuris communis, generalesque iuris diſpoſitiones reſtringũtur, quorum multa exempla proſequitur Roman. & D. Alcia. in locis ſupra citat. ille ſub num. 23. hic ſub nu. 57. ueluti cum pater ob illius uilitatem uitæ ac ignominiam priuatur iure patriæ poteſtatis. l. ſi
1 lenones, C. de epiſcopali audien. uel arceatur † ne iniuriam filio illatam remittere ualeat, l. ſed ſi unus, §. filio de iniur. ne de dote actionem contradicente filia intentare poſſit, l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore ſolut. matrim. l. ſi filiusfam. de procurato. ne liberi parentum dignitatis ben ef. potiantur, ſi uiliſſimam degunt uitam, l. ſenatoris filia de rit. nuptia.
2 ut mulier fornicaria † & quæ meretricando uitam ducit, non potiatur priuilegio mulieribus conceſſo, ne perſonaliter capi poſſint, Bal. in l. cõſentaneum, C. quomo. & quando iud. quod tamen Ioan. And. in additio. ad ſpeculato. putat intelligendum eſſe, quando meretrix non eſſet coniugata, ſecus ſi matrimonio copulata faiſſet, quia tunc vitę vilitas obumbraretur honore matrimonij, cui accedit Roma. per l. ſi uxor, §. 1. ſecundum intellectum communem de adulter. iuncta l. ſi ea & l. quæ adulterium, C. de adulter. qui dicit hoc ualde notandum eſſe pro declaratione ad dictum Bald. in dicta l. conſentaneum.

3 Sic etiam lex. iubens † alicui infamiæ pœnam irrogari, locum nõ habet in uiliſſimo homine, qui aliàs ſit infamis. l. 2. uerſi. & ſi perſona, C. ut intra cert. tempus, iuncta l. hos accuſare, §. omnibus de accuſatio. ſed & addi poteſt uitæ uilitatem operari, uta patre
4 infami † non poſsit uiliſsimæ uitæ filius, qui aliàs a ſucceſsione paterna iure merito poſſet repelli, §. cauſas uerſic. præter uoluntatem in auth. ut cum de appellatio. cognoſci. exhæredari, quia nihil infamis infami, neque doloſus doloſo obijcit l. in arenam, C. de inoffi. teſt. ubi gloſ. & doctor. communiter l. quoniam, C. de hæreti. & nanich. ubi pariter differunt gloſ. & doctor. l. ſi duo de dol. & gloſſ. in cap. contra Chriſtianos de hæreti. lib. 6. unde dixit Bal. in l. improbum fœnus circa prin. C. de infami. Nullum fœ-
5 neratorem † habere querelam inofficioſi teſtamenti contra teſtamentum fratris perſonam turpem inſtituentis cùm ipſe ſit turpis perſona, ſequitur la. ſin d. l. in arenam in fin. qui addit tex. in ſimili in c. quia fruſtra de uſur.

Propter uitæ quoque uilitatem & infamiam filia
6 quæ † peccauit in corpus ſuum, non poteſt petere ut alatur, neque ut doretur a patre, quamuis genera liter

liter & ali & dotari filia iubeatur a patre,leg. qui liberos de rit. nuptia.& l.ult. C.de do.promiſ.ubi ſic reſtringit eam l. Bald. poſt ſpeculato. in tit.qui fil. ſint legiti.§.pe.uer.quid ſi filia peccauit,quem ſeq. Iaſ.in d.l.in arenam ſub nu.6.& tradunt Doc.com
7 muniter in l. 1.ſol. mat.niſi tamen † filia ad meliorem frugem redierit,ut dicunt But. & Abb.in cap. quintauallis de iureiuran.hi col.2.ille 3.Iaſ.in d.l.in arenam ſub num. 6. & plenè diximus poſt cæteros in d.l.1.ſol.mat. in 1. limit. ad eam concluſionem, quod pater legitimus, & naturalis teneatur filiam
8 dotare.Videmus quoque vnius † infamiam operari,ut non poſsit teſti contra illum deponenti infamiam obijcere,ita tenet gl.in l.3 §.lege Iulia de teſtib. iudex tamẽ ex officio ſuo poteſt talem teſtem repellere per l.quos prohibet de poſtul.& ita refert Bal. probare Gul. de Cuneo in d.l.in arenam. C.de inoff. teſta. quamuis ipſe dicat, quòd licet infamiæ exceptio non concludat quantum ad partem, propter æqualitatem infamiæ,concludit tamen qnan-
9 tum † ad iudicem,cui debet fieri fides,Saly. tamen ibi refert dictum Gul.& cum illo tranſit, Gl.tamen in cap.teſtimonium de teſtibus contrariam firmat ſententiam, ut imò poſsit infamis contra teſtem in famem obijcere exceptionem infamiæ, mota illa
10 ratione,quòd a proſecutione iuris ſui † quis non repellitur,licet ſit criminoſus,cap.omnibus 3.q.5 niſi ſit excommunicatus uel talir cui forum ſit interdictum. Et rurſus illa ratione,quia in iudicijs contra teſtem non agitur, ſed potius contra aduerſarium, cùm aduerſus illum actio dirigatur, non contra teſtem,capit.cùm dilectus de ordin.iud.& ſic pari ratione,ſicque ſecundum gloſ.illam nou poterit in te
11 ſtem opponi infamiæ crimen, quia † actio non monetur contra teſtem, ſed contra aduerſarium. d.capit. cùm dilectus,quæ pariter utitur illo exemplo, quòd ſicut ſeruus in caſibus in quibus poteſt
12 ſtare in iudicio,& habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ut in c.1.& 2. de coniug.ſeruo. poteſt opponere aduerſus alios teſtes examinatos illos eſſe ſeruos, l. hos accuſare de accuſatio. ſic & in caſu iſto in quo infamis ad ſui iuris proſecutionẽ admittatur, ſpecul. quoque in tit. de teſtib.uerſi.nunquid excommunicatus, tenet quòd criminoſus, excommunicatus,uel infamis non admittatur contra infamem,ſicque amplectitur gloſ. ſententiam in d.c.te-
13 ſtimonium,quod facit,& antiquus † illæ magnæ auctoritatis interpres Vbertus de Bobio,qui ſubtili ſanè ratione mouetur, hoc eſt, quòd ſi excipio contra te criminoſum uel excommunicatum eſſe, tu non poteris contra me de excommunicatione replicare l.apud celſum,§.Marcellus de excep dol.cap. dilecti,& capit.a nobis de accuſatio.ad dictã l.quoniam, C. de hæreti.& Manichæ. reſpondet illam l. quoniam procedere in ſpeciali caſu ſuo hæreticorum,idemque uult ſpeculat.iam relatus,ſed non de-
14 clarant iſti magnæ auctoritatis patres,† in quo ſpecialitas hæc perſiſtat,vnde clarius hoc negocium ex
15 plicat Albericus Malleta † Ticinenſis noſter iuris conſultus,nec contemnendæ quidem eruditionis,atque auctoritatis, de teſtib. capit.tertio ſub tit. quomodo teſtes repellantur ratione criminis uel infamiæ ſub nu.12. ad fin.tempore promulgationis di-
16 ctæ l.quoniam non fuiſſe prohibitos hæreticos dicere teſtimonium,quia tunc non erant infames,hodie
17 uero † cum facti ſint infames ex diſpoſitione auth. Gazaros,repelli a dicendo teſtimonio,& ſic l.illam hodie fore correctam. Petr.autem Ancharan.in dicto capitulo teſtimonium dicit gloſſ.ibi ualde ſubtiliter loqui,& refert ad eam dictum Io.Audreæ dicẽtis,quod ſi teſti crimen obijcitur, poteſt ſe oſtende-
18 re † innocentem, ne fama ipſius grauetur ſicut poteſt oſtendere inſtrumentum ſuæ manumiſsionis, ſi illi obiiciatur quòd ſit ſeruus ut in auth.de teſtib.§. furioſi,& in authent.ſi dicatur,C.eod.titu.quinimò
19 quod eſt magis † poteſt is qui tales teſtes produxit, probare ſuos teſtes eſſe honeſtos quos aduerſarius aſſerit malæfamæ, iuxta tradit.in cap. ex tenore de teſtib.& per ſpeculato.in titu.de teſte,§.primo.uerſ. item opponitur quod eſt criminoſus, & Bartol. & Bal.in dicta l.cum mulier ſolut.matrim.ſed in capit. perſonas de teſtib.adducit dictã gloſſ. in dicto §. lege Iulia & in dicta l.in arenam cõtrarium tenẽtem,
20 & non † eſt auſus tantus interpres aliquid decidere, ſed cogitandum relinquit, Bartol. autem belliſsimè
21 †,determinare uidetur hanc quæſtionem, in l. cum mulier ad fin.ſolut.matrim.grauiter diſtinguendo, prout eſt illius moris, inter eos qui ſunt infames eiuſdem ſectæ,& illos qui ſunt infames quidem, ſed non ratione eiuſdem ſectæ,uerum diuerſæ,ut primo caſu unus aduerſus aliũ in teſtẽ admittatur,ut dicit Lud.Rom.in d.l.cũ mulier eſſe tex.in d.l.qm̃,C.hæreti.& in d.c.ſi hæreticus de hęreti.li.6.quãuis Andr.Sicul.de teſtib.par.1.ſub nu.50.dicat quãtũ ad hęreti-
22 cos non recte loqui Rom.† quia d.l.qm̃ loquitur de quibuſdã,qui ſecundũ iura antiqua nõ erãt infamis, nũc aũt ſunt per d.auth.Gazaros,C.de hæret.& Manicheis.ſicque in teſtes non poſſunt admitti.d.l.3.§.
23 lege,cum illis † terdicti ſint omnes actus legitimi,& conſequenter facultas dicendi. teſtimonij,c. quicunque de hæret. lib.6.& ideo dicit gloſ. in d.c.ſi hæreticus eod.tit.quod cùm hæreticus ſit excommunicatus,& ſtatim debeat occidi.c.excommunicamus,& c.pen.de hæreti.non erit admittendus in teſtem.

Secundo uerò caſu, quando ſumus in infamibus ſectæ diuerſæ,tunc ueritas eſt,ut infamis,uel crimi-
24 noſus teſtis,aut excommunicatus, † non poſsit deponere cõtra alium ſimili crimine inuolutum, per tex. in c.perſonas de teſtib.cum ibi nota.ab Iano.& in c. intelleximus de adulter.& dicit Sicul.iã relatus, mirũ eſſe quod Bar.non allegauerit ſupradictam gl.in d.c.teſtimonium quæ in terminis hoc dicit, & c.notificamus 35.q.6.ad d.l.in arenam † reſpondet illam
25 loqui de actibus qui fiunt inter ipſos infames, ſed in caſu glo.in d.c.teſtimonium res uerſatur circa teſtamentum, quod facit fidem iudici de ueritate om-
26 nis enim probatio † facienda eſt iudici,& nõ parti l. quinquaginta de probatio. & ut dicit Io.Andr.in rubric. de probatio. in additio. ad ſpeculator. per l. ſi quando & l.eos,C.de teſtibus, c.inter cęteras de reſcript.c.ſtatutum,§ cum uero eo.ti.lib.6.cum ſimil. a Sicul.citat.loco iam allegato ſub nu.51.

Quid dicemus in hac controuersia? Ego crede-
27 rem † contradicentes memoratorũ patrum sententias posse distinctionis fœdere hunc in modum conciliari, quòd scilicet aut loquimur de obiectu infamiæ qui fit ab obijciente ratione honoris uel dignitatis, conditionis uel status conseruandi gratia, aut de obiectu infamiæ qui fit contra aliquem ad aliquod aliud peculiare ius suum cõseruandum, Priore casu ego arbitror opinionem glo. in d. l. l. 3. §. lege Iulia de testib. & in d. l. in arenam, C. de inoffi. testa. ueriorem esse, quia Hæbreus nihil Hæbreo, nec Catilina Cethego, uel elegantius scripsit D. Alc. lib. 4. de uerbor. signif. Clodius accusat mæchos Catilina Cethegum. Non enim qui deploratæ famæ est, infamẽ, aut ignominiosam uitam debet alteri obijcere, ad eius illesæ dignitatis statum, quem non habet, præseruandum, cum istiusmodi exceptionis obiectio sit ad prẽseruandum illesæ conditionis gradum, qui cũ nullus sit in infami. non potest præseruari, quia refer-
28 uatio † nihil operatur ubi aliquid reseruandum non inuenit, Ang. per illum text. in l. si quis legauerit de leg. 1. Bal. in consi. 100. egregie lib. 1. asserens reseruationes impossibiles nullius esse momenti. Natura
29 enim † reseruationis est conseruare ius, quod quis habet, non autem tribuere ubi non competit, Dec. in consi. 343. col. fin. uersic. & illa uerba Craue. consil. 29. sub nu. 8. Paris. consil. 104. sub nu. 10. lib. 3. cum non entis nullæ sint qualitates, iur. uulgaribus & ita procedunt quæ tradunt, Bald. & Fulgo. per illum text. in dicta l. in arenam, C. de inoffic. testament.
30 videlicet matrem † metetricem non posse exhæredare filiam meretricantem, quam assertionem intelligit Ias. in d. l. in arenam sub nu. 5. post Bal. in l. si fi-
31 liam, C. eo. ti. de inoffic. testam. esse ueram, † nisi mater fuerit tempore conditi testamẽti facta uitę emẽdatioris, ac frugi, per l. imperialis. C. de nup. ubi Bar. & Bal. notant, Posteriore casu cõsentio glo. in d. c. testimoniũ, quæ uidetur crebriorib. patrũ calculis, recepta, ea quoq; ratione prẽter supra recitatas quod
32 cum infamis † admittatur ad prosecutionem iuris sui tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter, debent quoque intelligi concessa illi fore ea omnia, sine quibus id quod illi permissum est, exerceri non posset. l. 2. ubi late Ias. præ ceteris de iurisd. om. l. ad legatum l. ad rem mobilem de procurat. l. illud. de acq. hære.
33 l. oratio de sponsal. cum sodalibus, † & ita intelligenda sunt omnia illa iura, glossæ, auctoritates ac rationes, quæ supra fuere pro hac parte deducta, quæ si diligentius inspiciantur, progrediuntur solùm in casibus in quibus agit quis ad aliquod peculiare suum interesse, citra alicuius existimationis præseruationem. Quòd si daretur aliquis casus promiscuus, tunc esset negocium resoluendum iuxta ea quæ supra diximus in mixtorum tractatione, sic etiam proper
34 infamiam tam iuris quàm facti quis † non admittitur in criminalibus ad dicendum testimonium, secundum communes opiniones de quib. testatur D. Clar. in prac. crimi. quæst. 24. sub numero 13. quita
35 men limitat † in teste infami infamia facti, in subsidium, ut per Aret. in c. 1. sub nu. 40. de excusat. quia tunc admitteretur cum tortura propter uilitatem
36 uero † aliqui dicunt communem esse ut admittatur sine tortura in criminalibus ut Rollan. a Val. sub nu.
37 64. in cons. 24. lib. 1. Alij dicunt † communem esse ut admittatur cum tortura, ut Igne. in l. 1. §. ſerui sub nu. 75. ad Syllan. D. autem Clar. q. 25. sub nu. 8. dicit
38 hoc esse relinquendũ † arbitrio iudicis, in omnemq;
euentum nunquam esse tantam fidem istis testibus
40 adhibẽdam quantam alijs, quod ego credo † uerius, quinimo & cum infames & uiles testes deponunt de ijs quæ ab ipsis gesta sunt, ita probant, ut aliæ honestæ personæ quæ non deponunt de ijs. Andr. Tiraq. de retract. consang. §. 1. gl. 14. sub nu. 48. uer. & quod præterea, Socin. Iun. cons. 61. nu. 16. li. 2. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. cas. 99. sub num. 8. & seq. quia fides
41 † cui vilitas seu infamia derogat augetur ex eo quod de gestis a se ipso testatur. l. quæro, §. ultimo de ædilit. ædict.

SVMMARIVM.

1 *Iura generaliter mandantia delinquentes puniri locum non habent in multitudine delinquente.*
2 *Multitudine delinquentium, principem facilius remittere.*
3 *Qui distinguunt in hoc articulo.*
4 *Auxiliatores & delinquentes eadem pœna puniri, nisi multitudo auxiliata sit.*
5 *Caporales ac principes factionum & seditionum ciuitatis, asperimè puniri, cum auxiliatoribus mitius agi.*
6 *Pœna corporalis cum multitudo punitur, in pecuniariam commutatur.*
7 *Monendo magis, quàm minando cum multitudine agendum esse.*
8 *Ob populum multum pertransit crimen inultum.*
9 *Lipen. C. ad leg. Corn. de sicar. induci.*
10 *Militare flagitium apud Romanos seueros militaris disciplinæ uindices, a multis commissum, paucorum sortitione fuisse punitum.*
11 *Legiones decimatas fuisse legi.*
12 *L. Apronij Ducis in Africa decimatio.*
13 *Quantum horroris ac ignominiæ incuteret antiquus ille mos decimandi apud Romanos.*
14 *Ibique M. Crassi ac Iulij Cæsaris decimatio refertur.*
15 *Scipio tres tantum seditionis principes quandoque supplicio affecit, alijs remisit.*
16 *Crassi aliud exemplum in puniendis militaribus delictis.*
17 *Titi disterium refertur.*
18 *Titum puniendæ multitudinis sententiam reuocasse.*
19 *Athenienſium Alexandrique Magni exempla in punien dis militibus consternatis.*
20 *Scipionis animaduersio in Albij Galeni & Atrij Umbri personas seditionis auctorum, cum remissione reliqui exercitus.*
21 *Ferdinandi Gonzagæ Siciliæ proregis seuera animaduersio in milites Hispanos ad Rondatium consternatos.*
22 *Aluari Sandei insidiæ in milites Hispanos consternatos.*
23 *Hispanorum militum cadauera à Messana Tauromenium & inde ad Syracusas atque Augustam littorib. scopulisque illisa, ac fluctibus fœde lacerata, prospecta fuisse.*
24 *Hispani milites quàm grauiter tulerint eã ignominiam.*
25 *Cæsarem præclare Ferdinando Gonzagæ succensuisse, quòd*

quòd indulgentius egiſſet cum cohortibus Hiſpanis, quod illas non decimaſſet.

26 *Quibus difficultatibus perſtringi uideatur ea ſententia, quòd delinquentium gratia pœna ſit remittenda.*

27 *Peccantium multitudinem non parere errori patrocinium.*

28 *Moyſem propter peccatum idolatriæ occidi præcepiſſe uiginti duo millia hominum.*

29 *In pœnis diuini iudicij, multitudinem non excuſari nec effugere pœnas.*

30 *Et ita exaudiendas eſſe omnes auctoritates & omnia iura, quæ dicunt multitud. nem non excuſari a pœnis.*

31 *In pœnis humani decreti, multitudinem quæ errorem uel delictum ſuum defendat, non excuſari.*

32 *Ciuitates quæ deſciſcunt a regibus ſeu principibus ſuis, exque auctoritate etiam propria ac bellica ſe defendant, graues plerunque luere pœnas.*

33 *Vbi diſpenſatio uel remiſſio locum habere poteſt, ibi multitudini parcitur.*

34 *Secus ubi a ſeueritate recedi non poteſt.*

35 *Multitudo religioſorũ ubi delinquit contra uotum aut obſeruantiam Monachalem, ei non parcitur.*

36 *In delictis militaribus, ſi appareat de ſacinoris auctoribus, illos ſolos puniendos eſſe, impunita relicta multitudine, ubi non conſtet decumationi locum eſſe.*

37 *In delictis paganicis, ubi conſtat de maleficij auctoribus, illos pœna afficiendos eſſe, impunita relicta multitudine.*

38 *Vbi tamen aliquid factum eſt, ut ſuſcitaretur multitudo.*

39 *Quando multorum ſtrages facienda eſſet, uel graue aliquod ſcandalum immineret ſi multitudo puniretur illi parcendum eſt.*

Propter perſonarum multitudinem, quo modo recedatur a generalibus iuris communis diſpoſitionibus.

CAP. XIX.

PRopter perſonarum quoq; multitudinem recedimus plerumque a generalibus iuris communis diſpoſitionibus, easque intra certos limites coarctamus ueluti cum iura generaliter mãdantiq; delinquentes † puniri, reſtringimus ut non procedant, aut ſaltem mitigentur quando delictum à multitudine foret commiſſum, ut in c. latores de cleric. excommu. c. 2. de tempor. ordin. in c. commeſſationes 47. diſt. in c. ordinationes 9. q. 1. in c. quoties 21. q. 7. non poteſt & in c. ipſa pietas 23. q. 4. & in c. ut cõſtitueretur in fi. 40. diſt. ut enim in iuribus prædictis habetur, ubi non huius uel illius hominis, ſed plurimorum numero ſtrages quæritur, ſeueritati iuris eſt aliquid detrahẽdum, ut ſanãdis malis charitas ſyncera ſubueniat, & propterea inquit Boſi. in tit. de remed. ex ſola cle.

2 princ. ſub nu. 52. Ob † multitudinem delinquentium principẽ facilius remittere, poſt Mart. Laud in tract. de princ. in tit. de princ. concl. 112. Sed D. Clar. in praxi crimi. q. 60. ſub nu. 3. inquit in hoc articulo

3 † aliquos diſtinguere, quòd aut ſequendo in multitudinem delinquentium, ſcandalum generaretur & tunc indulgendum eſt, uel ſaltem mitius agendum cum multitudine, ne multorum ſtrages contingat, aut uerò ſcandalum futurum non eſt, & non parcitur multitudini, ita dicit gloſ. in c. latores in uer. multitudinem de clericis excommu. miniſtr. quam dicit communiter eſſe approbatam Igne. in l. 1. §. hoc reſcriptum ſub nu. 13. ad ſenat. Syllani. ipſe autem putat dicendum eſſe quòd ubi multorum ſtrages contingeret neceſsario ſæueritati eſt detrahendum, ut eſt text. in l. pen. ad leg. Cor. de ſicar. & ideo licet regulariter axiliatores, & fauentes delinquenti ea-

4 dem ſint pœna puniendi † ut per eundem D. Clar. in d. praxi crim. q. 90. ſi tamen ſit multitudo auxiliantium, non puniri eos eadem pœna. & ita uideri quotidie obſeruari, propterea que dicere Ang. in l. is qui opem ſub nu. 4. de fur. Principes & caporales factio

5 num † ac ſeditionum ciuitatis puniri aſperrimè, reliquis autem auxiliantibus & fauentibus mitigari pœnas, & ita limit. quoque Imol. in c. 1. col 4. uerſi. his autem de offi. deleg. Aug. Arimi. ad Ang de maleſi. in uerſi. dicto maleficio ſemper aſtitit. col. 2. & ſequitur etiam pro notab. Marſ. in l. ſi in rixa col. 8. uerſic. ulterius adde ad leg. Corn. de ſicar. Andr. Tiraq. de pœn. mitig. cauſ. 47. Propterea dicit Innocent. in c. dilectus huius initij 2. ad fin. de ſimo. & clarius in c.

6 grauem circa medium de ſenten excommun. † quòd pœna corporalis cum multitudo punitur, in pecuniariam commutanda eſt, de quo late per Bartol. in l. aut facta, §. ult. de pœn. & Lucam de Pen. in l. ſiue col. 3. uerſ. alij dicunt & multis ſeq. de exec. & exactor. li. 12. Abb. in c. dilectus de ſimo. bene facit c. denique & ibi glo. 4. diſt. & c. commeſſationes 44. diſt.

7 ubi magis † monendo quàm minando agendum eſt cum multitudine peccantium, ſeueritas autem exercenda in peccata paucorum, & in c. quoties a populis, 1. q. 7. & c. ſanè de temp. ord. ubi cit. glo. eum ualgarem uerſum, ob populum multum pertranſit crimen inultum, & tex. in c. ult. de tranſact. o. in c. latores & ibi gloſ. de cleri. excommu. uel depo. miniſtr. ſicque etiam uoluit glo. iuris ciuilis in l. aut facta, §. ult. de pœn. per tex. in l. pen ad leg. Corn. de ſicar. quã tamen Andr. Tiraq. de pœn. mitig. cauſ. 47. ſuo nu. 1.

9 ad fi. dicit, nihil facere, ſed tamen poteſt induci † ad hoc ex uirationis, dum propter tumultum multitudinis uult aliquid concedi, quod aliàs non concederetur, ut in finalibus uerbis illius tex. dicitur, & ibi a quibuſdam recentiorib. annotatur, qui pro cõcord. adducunt c. de his uero. l. diſt. & c. placuit de conſecra. diſt. 1. quamobrem apud antiquos Romanos qui tanta caſtrenſi ſæueritate pollebant, militare flagi-

10 tium a multis † commiſſum, ſortitione tantũ in quoſdam facta, uindicabatur, ut ex uerbis Ciceronis pro Aulo Cluentio facilè percipi poteſt, ſtatuerũt enim, inquit, maiores noſtri, ut ſi a multis flagitium rei militaris foret admiſſum, ſortitione in quoſdam enim admitteretur, ut metus. ſ. ad omnes pœna ad paucos perueniret, quib. uerbis Cicero morẽ antiquum ſignificat, quo in decimum quenque militem, ſor-

titò, animaduertebãt capitaliter, unde decimatas le
11 giones legimus † ut ſcripſit Bude. in l. 2. de his qui no. infami. in prior. annot. ad pandectas Liuius quoque li. 2. ſcriptum reliquit, Apium Conſulem exercitum ſuum omnem pro fæda fuga caſtigaſſe ſigniferos qui ſigna amiſerant, Centuriones, & dupliciarios, qui ordines reliquerant uirgis cęſos ſecuri percuſsi, cæteram multitudinem ſorte lectam, & decimum quenque ſupplicio affeciſſe.

12 Sic † etiam ex Tacito refert Petrin. Bell. de re milita. part. 8. ſub tit. de delict. militari. & eorum pœnis nũ. 8. L. Apronium Ducem in Africa contra Tacfarinatem perfugam, decimum quenque cohortis quæ prior in acie fugam fecerat, ſorte electum fuſte necari. iuſsiſſe. Sed hæc omnia ac multo plura congerit Andr. Tiraq. de pœn. mitigan. cauſ. 47. ſub nu. 4. cum duobus ſequent. addit enim Dyonifium Halycarnaſſeum libro nono. & Iulium Frontinum ſtratagematon lib. quarto. & Plutarchum in uita M. Craſsi
13 ubi tradit hunc † morem Romanorum peruetuſtum fuiſſe, qui maiorem damno ignominiam continet, plurimumque aſpicientibus horrorem inijcit; ſic quoque legimus apud Appianum Alexandrinum lib. 1. Bellorum ciuilium, a M. Craſſo eandem
14 decimationem fuiſſe factam † a Iulio Cæſare non ſemel apud eundem Appianum lib. 2. eiuſdem operis ab Auguſto apud illum ipſum in Illirico, & ab Antonio apud eundem in Parthico, & Plutarchum in
15 uita ipſius Antonij † at Scipio ex principibus factionis, qui in obſidione urbis cui loces nomen erat, parere illi recuſarent, cùm eos in medium ſortitus eſſet, tres duntaxat mali auctores ſupplicio affecit, ut tradit Appianus in lybico. Plutarchus quoque in Scipione Africano ſcribit, quòd Scipione ipſo ægrotante, cum eſſet orta inter milites magna ſeditio, rem ipſam Scipio ad conſilium retulit, cuius maior pars in eos a quib. initum tumultus ortum erat animaduertendum & reliquis ignoſcendum cenſuit, ſic enim fieri poſſe ut pœna ad paucos, exemplum ad multos peruueniret, idem quoque in Craſſo auctor
16 eſt, Craſſum ipſum † dùm bellum aduerſus Spartacum gereret, ex his qui fugam cœperant quingentos fugæ auctores, in quinquaginta decurias partitum fuiſſe, inde ex earum qualibet unum ſorte delegiſſe, quem in totius exercitus oculis ultimo ſupplicio affecit, peruetuſtam ſane (ut ille ſubdit) Romanorum punieudi morem reuocans. Apud Agiſippum quoque libro 5. capit. 3. Titius Imperator dicebat
17 animaduerſionem in ſingulos uſque ad factum promoueri debere, in multitudinem uerbotenus, illam uſque ad pœnam iſtam uſque ad corruptionem. Neque diuerſum eſt, quod de eodem Tito retulit Ioſeph de bello Iudaico libro ſexto cap. quarto inquiens. Namque unius hominis animaduerſionem uſque ad factum promouendam putabat, multitudinis uerò uſque ad ueniam.

18 Nec diſsimile eſt † quod idem Ageſippus libro 5. capit. 15. ſcribit, dum inquit, impediuit hoc uindictæ ſeueritatem, qui innumeri reperti ſunt, tanto furori obnoxij, ideoque Titus qui uallare circumfuſo exercitu Syros & Arabes propoſuerat, contemplatione multitudinis reuocauit ſententiam, cuius etiam rei meminit Ioſephus lib. 6. de bello Iudaic. quem ſup. citauimus c. 18. ſed & Vegetius de re militari, idem tradit apud Thucididem quoque libro
19 belli Peloponneſiaci, 3. † cum Mytylenei quandoq; ab Athenienſibus defeciſſent præcipuos defectionis auctores tantum Athenienſes morte mulctarunt, in cæteros nihil eſt animaduerſum. Arrianus item lib. 7. de geſtis Alexandri ſcriptum reliquit, quòd cùm Macedones aliquando ſeditionem feciſſent, ſeſe militiæ ſacramento abſolui petentes Alexander ſeditionis tantum auctores numero tredecim, alijs imputatis interfici iuſsit, quod & Curtius lib. 9. memoriæ tradidit. Liuius quoque 4. decad. lib. 3 ſcribit M. Acilium prætorem oppreſſa coniuratione ſeruorum quæ infeſtam Hetruriam fecerat, princeps coniurationis crucibus affixiſſe, alios Dominis reſtituiſſe, & rurſus eiuſdem Deca. lib. 8. recenſet quòd cum militum magna multitudo auctoribus Albio Galeno
20 & Atrio Vmbro ſeditionem feciſſent eos Scipio † lõga atque eleganti oratiõne coercuit, quam his uerbis tandem concluſit, itaque quod ad uos uniuerſos attinet, ſi erroris pœnitet ſatis ſuperque pœnarum habeo, Albius Gabenus & Atrius Vmber, & cæteri nefariæ ſeditionis auctores, ſanguine luẽt quod admiſerunt, uobis ſupplicij eorum ſpectaculum, non modo non acerbum, ſed lętum etiam ſi ſana mens redijt debet eſſe.

Sic etiam ætate noſtra, ignominioſa illa in deditione Valentiæ oppidi facta Gallis per Cæſareos milites, non in omnem illam militum multitudinem capitaliter animaduerſum fuit, ſed in aliquos tantum, quorum quinque ſecuri percuſsi, ſeptem erectis furcis ſuſpenſi ad dextrum latus Circi Ticinenſis arcis, aliqui ad triremes damnati, nonnulli exauctorati fuere, aliquanto atrocius fuit quod de Hipanis in Sicilia ad Randatium conſternatis, ſumpſit
21 † Ferdinandus Gonzaga Siciliæ prorex, ſupplicium, qui præter quam quòd uno die damnatos ad furcas uiginti quatuor earum cohortium ſeditionis auctores, qui fœdus reconciliationis prædictę conſternationis, cum illo ad linguam groſſam uicum percuſſerant, eorundem ſignorum legati, latronum more laqueis ſuſpendi iuſſerit, toto eo ſicanio littore erectis furcis, ut a præter nauigantibus ſpectari poſſent, dedit etiam operam ut quos maxime facinoroſos extitiſſe didicerat, omnibus modis atque omnibus locis interciperet, qua in re præfecti arcium & prætores vrbium, cum de ſcripto monerentur, operam ſedulò præſtiterunt, uſque adeo ut qui neque excipi, neque deduci meſſanam poterant, cuſtoditos necarent & cadauera in ſubiectũ mare
22 proijcerent, Abb. Aluaro. † autem ſandeo innumeri qui Meſſanam ad forum rerum uenalium ſui exornandi gratia ueniebant, uel cœnam inuitati, uel alias per lenones, atque aleatores pellecti comprehenſique per ſeruos Ethiopes necati in mare proijcerentur, quod ſupplicij genus maturabatur, ſpycthamali quodam ligno ad ceruices laqueum intorquente, quod Hiſpani Garotum appellant, ita ut ad multa Siciliæ littora, a Meſſana ad Taurominium, &

& inde ad Syracusas, atque Augustam, cadauera Hi
23 spanorum † illisa scopulis, & fœdè fluctibus lacerata spectarentur, ad extremumque, reliqua militū pars, quæ nouis multiplicatisque stipendijs exaturari nequiebat, menstruo præbito stipendio nauibus in Hispaniam auehenda imposita fuerit, quam ignomi-
24 niam † usque adeo grauiter tulerunt, ut post quam improbitatis, atque perfidiæ notati in patriam aueherentur, animis contumeliam ferre non possent, commilitonumque exemplo, si laquei pœna puniri
25 male prędicarent. Quod Ganzagæ † factum tantum abfuit ut minus a Cæsare probaretur, ut prędare ei succensuerit, quod indulgentius agendo cohortes singulas nequaquam repetita seueritate decumasset. Qui latiorem eiusce rei seriem exoptat adire poterit Iouium lib. 37. eius historiarum ubi luculentissimè ut cætera illius omnia, desumptæ istius seditionis pœnæ ordinem prosequitur, possent & alia pleraque huius generis exempla huc referri tam ab antiquioribus, quàm ex recentioribus historicis. sed hactenus dixisse satis superque erit.

Hactenus autem firmata assertio quòd ob personarum multitudinem pœna uel remittatur, aut mi-
26 tigetur, uidetur pati nonnullas difficultates, † per ea quę uoluerunt Vincent. Goffre. & Hosti. c. ea quę per illum tex. in uers. parcendo de statu Monac. Archi. in c. ut constitueretur 50. dist. ubi peccante religiosorum multitudine contra uotum, non remittitur pœna, nec superior dispensat contra obseruantiam religionis, c. cum ad monasterium in fin. de statu Monach. Domi. in d. c. comessationes in fin. Fely. in cap. dilectæ in Christo de exceptio. Abb. in c. dilectus huius initij 2. col. 1. de simoni. post Bar. in l. aut facta col. ult. dę pœn. Luc. de Pen. in l. siue de exacto. & executor. lib. 12. Gemi. in c. denique dist. 4. per c. flagitia 32. q. 7. & ad hoc referri potest illud Diui
27 Hieronimi ad Ausinum, peccātium multitudo † nō parit errori patrocinium, & alibi scribens in quendam iuuenem, qui uirginem corruperat, hæc tibi ait de multitudine peccantium blandiaris, & dicas hoc solus non egi, multos habeo socios, sed recogita, quod multitudo sociorum impunitatem non facit criminum, & in Sodoma, & Gomorrha, & in totis quinque ciuitatibus, immunerabiles habitabant, sed ecce omnes pariter qui libidinosè corpora sua tractauerunt, imbribus igneis conflagrati sunt, solus autem Loth de illo ineuitabili incendio aufugit, quia ab illa turpitudine se præstiterat alienum, qua de re loquitur & d. c. flagitium 32. q. 6. Hucq; etiam
28 spectat † quod Exodi 32. Moyses propter peccatum idolatrię occidi præcepit uiginti duo milia hominum, quod uir ille iustissimus nequaquam præcepisset, nisi iustum fuisset peccantem multitudinem humano iudicio condemnari. Quid dicemus in hac controuersia?

29 Mihi placet † ut distinguamus hunc in modum aut agimus de pœnis diuini iudicij, aut de pœnis humani decreti. primo casu multitudo non effugit pœnas diuini iudicij, ut scribit Diuus Antoninus Flor. in 2 part. 3. part. princ. tit. 30 c. 1. pro quo est tex. elegans in c. multi in fi. 2 q. 2. vbi dicit. r, nec gaudeant, quia plures conueniant sibi similes, nam propterea non minus ardebunt, quia cum multis ardebunt, & d. c. flagitia, in illis uerbis quæ si gentes omnes facerent, eodem criminis reatu tenerentur, ubi notat gl. quod ratione multitudinis peccantes non excusantur à culpa, quibus sic constituit Andre. Tiraq. dicta
30 caus. 47. sub nu. 11. & ita † exaudiri oportet, quæ ex Diuo Hieronimo supra relata sunt, & quæ de Sodomitis Gomorreis & Iudeis idolatris in tanta multitudine accerbissimè punitis supra dicta sunt, cum enim quantum ad D. O. Max. omnium in eodem delicti genere, æqua sit conditio, sic etiam æqualis debet esse pœna, nisi infinita eius misericordia a promeritis pœnis eripiamur, uel nisi tantum illuceat eius diuini numinis, ut erroris pœnitudine peracta, illius iram placemus. Secundo uerò casu, quando loquimur de pœnis humani decreti, tunc est rursus
31 subdistinguendum, quia † aut agimus de multitudine illius errorem quasi ex auctoritate etiam defendente, aut non defendente, sed submittente se, primo capite non est multitudini parcendum capit. 1. ante finem & ibi gloss. in uersic. recitanda de pœnit. dist. 6. & etiam uoluit glos. in d. c. quoties nam cum sua nititur crimina auctoritate defendere non est alia qua excusatione digna, c. plurimos, & c. quia aliquāti 82. dist. c. prædicator 16. q. 1. & c. inter dilectos de excessib. prælato. ubi dicit ita uoluisse Inno. in c. nisi cum pridem col. pen. in glos. distinguend. de renunt.
32 Et ideo † si ciuitates quæ descisscunt ab eorum regibus ac principibus auctoritate etiam propria ac bellica nequaquam resipiscentes, nituntur commissum facinus defendere, graues plerunque earum perfidiæ pœnas luunt, admotis exercitib. inflictisq; expugnationib. cum internecina deletione, ut olim Carthago quæ tertio punico bello funditus auersa atque deleta est, unde cecinit Ausonius Gallus Poeta lepidissimus, perfidiam uitare mouent tria punica bella. Secundo capite rursus dicendum est, q̄ aut agimus de uniuersa multitudine puniēda, aut de auctoribus tantum delicti, uel aliquibus ex magis faci-
33 noros is. Primo casu, aut sumus in illis † casibus in quibus locum habet dispensationis uel remissionis remedium, & tunc semper parcitur multitudini, ut in exemplis supra relatis, aut uersamur in casibus in quibus non potest locum habere, & tūc a seueritate canonica nō est aliquid detrahendum propter mul-
34 titudinē, ut puta in matrimonio † secundū tex. in c. commessationē 44. dist. & sequitur Fely. in c. dilectæ in Christo, col. 5. uersi. quod autem excommunica-
35 tione de exceptionibus. Idemque † est cùm multitudo religiosorum deliquit faciendo contra uotum aut obseruantiam monachalem, ut notanter uoluerunt Hostien. & alij supra citati in dicto capitulo ea quæ per illum text. in uersiculo parcendo de statu Monacho. Domini. in dicto capitulo commessationes, & Felyn. in dicto capitulo dilectæ in Christo. Postremo casu, quando agimus de puniendis † præcipuis, primisque facinoris auctoribus,
36 tunc est iterum distinguendum inter actus militares, & paganicos, nā si in militarib. simus, si appareat de facinoris auctorib. illi soli impunita relicta multi

tudine militum sunt regulariter, iuxta qualitatem delicti, pœna afficiendi, ut in exemplis ex Thucidide, Arriano & Curtio supra relatis. si uerò non appareat tunc decantationi est locus, ut in alijs ueterum Romanorum militum Imperatorum supra recensitis exemplis, multum in ijs tamen potest Imperatorum præfectorumque generalium exercituum arbitrium ut ex ijs quæ supra retulimus uidere est. In pa
37 ganicis † autem si constet de maleficij auctoribus sunt illi, impunita relicta multitudine, puniendi, l. 1. C. de seditio. ubi glos. & doct. not. Boer. de seditio. par. ult. sub nu. 28. Menoch. de arbitra. iudic. lib. 2. cas. 266. qui post Bal. in l. 1. §. huius studij de iusti. & iur. & Gramma. uot. 19. sub nu. 2. hoc intelligit, cùm
38 † principaliter aliquid actum est ut multitudo susciteretur, secus si incidenter, si uero non constat de auctoribus maleficij, tunc si multorum strages facienda esset, uel graue aliquod scandalum immineret,
39 † non esset multitudo punienda, secundum glos. in c. deniq; sacerdotes in uersi. uenia, cui accedit And. Tiraq. d. cas. 47. sub num. 14. & ita puto intelligendum esse quod scribit Do. Clar. in praxi crim. d. q. 60. sub nu. 30. coniungendo eius resolutionem cum dis. illa de scandalo. His cessantibus quamuis mitius cum multitudine sit agendum, non tamen impunitum relinquendum esset delictum.

SVMMARIVM.

1 *Causarum multitudine plerunque recedi a regulis iuris communis.*
2 *Sententiam posse de nocte ferri causarum multitudine.*
3 *Quatuor tamen circunstantijs concurrentibus.*
4 *Ob effrenatam testium multitudinem recedi a generali dispositione iuris communis.*
5 *Testium multitudinem refrenandam esse iudicis arbitrio.*
6 *Et quale debeat esse hoc iudicis arbitrium, & quàm uariatum sententijs ea in re fuerit per doctores.*
7 *Effrenatam testium multitudinem, uarie esse iudicandam secundum uarias circumstantias.*
8 *Bartoli sententia in materia refrenandæ multitudinis testium quando locum habeat.*
9 *Constitutiones ac consuetudines locorum, uariè loquentes in materia refrenandæ multitudinis testium, declarari, remissiue.*
10 *Testes omnes a communitor contingentibus non esse singulatim de uno quoque articulo informatos.*
11 *Multitudine contrahentium matrimonium de facto in gradu prohibito, principem facilius moueri ad dispensandum.*
12 *Numero liberorum parentes excusari ab onere tutelæ uel curæ.*
13 *Liberorum numero quem in honoribus præferri.*
14 *Doctorem Ligurem ceteris paribus alteri liberos non habenti fuisse prælatum. ibid.*
15 *Numero duodecim liberorum quem excusari a præstatione munerum.*
16 *Nouis constitutionibus ampliatum fuisse fauorem numeri duodecim liberorum.*
17 *Statutis quoque Ticinensibus concessa fuisse priuilegia numero 12. liberorum.*
18 *Nouas constitutiones seruari in usu forensi reiectis statutis locorum, ubi repugnent nouis constitutionibus.*

Causarum, testium, aclliberorum multitudo, ut ociosas faciat iuris communis generales constitutiones.

CAP. XX.

1 DRopter causarum quoque multitudinem receditur † a generalibus iuris constitutionib. & ideo dicit Bal. in procem. ff. §. itaque ad finem iura dicentia sententiam ferri non posse de nocte, vt in l. more Romano de ferijs, & in l. non minorem, C. de transactio. c. consuluit de offi. delegati cum socijs, non extendi ad casum quo iudex nimia sententiarum multitudine sit occupatus, quia tunc etiam de nocte fieri poterit sententiæ
2 probatio, quod tamen † intelligit Lud. Roma. in d. §. de uiro sub nu. 77 uersi. quarto ubi causæ instantia eius temporis lapsu quo sententia ferretur expiratura esset, secus si adhuc duraret arg. l. si de meis, §. fi. de recept. arbitr. & l. si feriata eod. tit. sed Bart. in d. l. 1. col. ult. de offic. eius cui mandat. est iurisd. uidetur simpliciter firmare hanc conclusionem, & Ias. in d. l. more Romano sub nu. 12. de fer. Ego arbitror recitatam assertionem † ueram esse, altero de quatuor
3 concurrente, uel scilicet quòd instantia causæ ut inquit Roma. effluxura esset tempore quo ferretur sententia, uel quòd ob multitudinem causarum soleret is iudex etiam de nocte ferre sententias eo in loco in quo ius diceret, receptaque foret ea consuetudo iudicis, ut dicunt Ang. & Paul. de Castr. in d. l. more post Io. Andr. in addit. ad speculato. in tit. de senten. §. iuxta uersi. nunquid. uel quod res tempore peritura esset, aut quod iurisdictio iudicis expiratura esset, ut tradit Ias. in d. l. more Romano, & in d. l. non minorem, C. de trans. cæterum si adsit tantum simplex multitudo causarum, vereor ne non vera sit ista assertio Baldi.

4 Ob effrenatam quoq; testium multitudinem † receditur ab ea generali iuris regula quæ habet, probationum materiam coangustandam non esse, l. quoniam, C. de hæreti. & Manich. l. 1. §. quamquá de testib. ubi apparet tunc probandi facultatem restringendam esse ad sufficientem † numerum testium iu-
5 dicis arbitrio ad quod est etiam tex. in cap. significauerunt & c. cum causam, §. ult. eo. ti. de testib. & cós. Oldra. 145. quæritur si testes, & ita probat Abb. in d. c. cum causam sub num. 3. Practi. noster Papien. in forma oppositi contra testes in glo. suntq; publicati sub nu. 14. Rebuff. in l. unica, C. de senten. quæ pro eo quod interest sub nu. 60. Menoch. qui alios addit lib. 2. de arbitr. iudic. cas. 249. sed dubitant supra citati Doct. Quomodo arbitrari debebit iudex hunc sufficientem numerum testium, ad quem debebit rèducere illam effrenatam testium multitudinem
6 † qua in re mihi uideor uidere doctores nostros in diuer-

diuersas discessisse sententias, nam aliqui putarunt de iure ciuili sufficientem numerum testium esse ternarium, per text. quem dicit Roman. in d. §. de uiro sub nu. 77. paucos scire in l. quoties quem ibi multũ ad hoc not. Bar. ad declarationem, d. l. 1. de testibus, C. de naufrag. lib. 11. sub nu. 3. ita ut in singulis articulis probandis sufficiant tres testes. Nonnulli crediderunt per tex. in d. c. cum causam, §. ult. sufficientem numerum testium arbitrandum esse usque ad quadragenarium, ultra uero incidere in effrenatam multitudinem, qua in sententia fuit Iaco. Egidi. in tract. de reprobatio. testi. sub nu. 51. qui addit tex. in c. licet de probatio. & in c. latores de clericis excom. ministr. alij ut glos. in d. c. cum causam, § ulti. cui accedit Menoch. iam relatus uidetur esse in ea sententia, ut iudex iuxta personarum ac negociorum qualitatem arbitrari debeat an quadragenarius ille numerus uel etiam inferior sit sufficiens an uero effrenatus. Postremi putarunt in uno quoq; articulo testes quatuor sufficere per quoddam c. Inno. quod incipit in multis iuris articulis, ut refert Iaco. Aegidi. loc. supra cita. ad fi. d. nu. 51. quã opini. uidetur prior re illa supra relata magis probare idem Aegid. cùm illam ultimo loco referat, iuxta glos. in l. qui filium, §. item Sabinus ad senat. Trebellian. sed mihi magis
7 †placet opinio glos. in d. c. cum causam in uersi. effrenatam, quam probat Alex. in d. l. quoties, C. de naufra. lib. 11. ad Bar. & Menoch. supra memo. loco, ut iudicis arbitrio id sit prorsus relinquendum, qui ex qualitate personarum, rerum, locorum, aliarumq; circunstantiarum iudicabit modò maiorem, modo minorem numerum sufficiẽtem, & modo effrenem, cum testium materia uniuersa posita sit in arbitrio iudicis. l. 3. §. tu magis & d. l. 1. §. ult. qui tex. nuncupatim probat in terminis nostris in illis uerbis, & iudices moderentur, & eum solùm testium numerum quem necessarium esse putauerunt euocari patiantur, ne effrenata potestate ad uexandos homines superflua multitudo testium protrahatur.

8 Non negarem † tamen illam Bart. sententiam in d. l. quoties & Iaco. Aegidi. in d. tracta. de reprobatio. testi. posse ita cum superiore quam probauimus connecti, ut tametsi arbitrium sit hoc iudici, nihilominus in ordinario cursu causarum in ternario & quaternario testium numero, ad singulos quosque articulos adhibendo persistere debeat. huiuscemodi arbitrium, cum præsertim in ore duorum uel triũ stet omne uerbum ca. in omni negocio de testib. & c & si Christus de iureiur. & ubi testium numerus expressus non sit duorum numero contenta esse debeat dispositio, l. ubi numerus de testib. ubi autem qualitas causarum ac personarum ampliorem numerum desideret, tunc in singulos quosque articulos eum numerum decernet, quem idoneum ac sufficientem esse arbitrabitur, ut declarat Menoc. in d.
9 casu 249. qui intelligit † & constitutiones ac statuta variarum prouinciarum ac urbium quibus restricta est facultas producendi testes ad certum numerum & ante illum sic etiam docuit Rebuff. in d. l. unica, C. de sent. quæ pro eo quod inter. sub nu. 60. respectu Regiæ cõstit. quę in Gallia testium numerum testium numerum restringit ad decem, aliàs enim in numera sequerentur absurda, ubi causa in qua examinãdi essent testes, quam plurimos haberet articulos, si uniuersæ causæ respectu intelligeretur per strictus esse ille testium numerus, nam non moderari tales prouisiones effrenatam testium numerum intelligerentur sed potius angustare ac destruere materiam probationum, quod non est dicendum l. generaliter in princip. C. de reb. credit. l. fin. §. licentia, C. de iur. delib. l. quoniam in fi. ubi no. glos. & Doct.
10 C. de hæreti. & Manich. a communiter enim † contingentibus non sunt testes omnes singulatim de uno quoque articulo informati, sed de uno uel altero, & ideo nisi possent testes usque ad eum numerum produci super uno quoque articulo imperfecta resurgeret probatio, aut certe tam debiliter concludens, ut nihil proficeret, nec etiam coniugi posset.

11 Sic etiam & liberorum multitudine † susceptа ex matrimonio de facto cõtracto in gradu prohibito, uel ex multitudine supplicãtium in eodem loco, qui contraxerint matrimonium in gradu prohibito, facilius mouetur princeps ad dispensandum, quamuis aliàs difficilem se præbeat ad dispensationem in eiuscemodi gradibus faciendam, ut in c. quod dilectio, & in c. quia circa de consan. & affinita. ubi Abb. sub nu. 2. notat glos. not. in c. cùm hãberet de eo qui duxit in matri. quam pollu. per adulter. in uersi. multiplicitas in fin. & ibi Abb. sub nu. 6. & Ludo. Rom. in d. § de uiro uersi. 10. probatur ubi & alia nonnulla exempla ad hoc caput attinentia inducit quę ta-
12 men ego non prosequor. Addo † ego numerum ac multitudinem liberorum parentes excusare ab onere tutelæ uel curæ, si certum numerum habeant, ut instit. de excusatio. tuto. in princ. & per tot. tit. C. qui
13 nume. libero. se excus. item in honoribus † quoque conferendis qui liberorum numero pollet, liberos non habenti præfertur. l in albo ubi Bart. & Bald C. de decurio. lib. 10. & uidetur esse text. in l. spurij, §. fin. de decurion. idemque est in testimonijs prolatis ac proferẽdis, ut scribit idem Bal. quæ omnia intelligit Socin. iun. in l. 1. solut. matrimo. sub nu. 81. data in cæteris paritate, Hæcque dicit se aliàs uidisse allegari a quodam doctore lygure, ut præferretur alteri eadem die laureato, qua de re plenius diximus in d. l. 1. solut. matrim. in ultim. notab. ubi disseruimus quoque de ueritate illius controuersiæ, an fauor ille qui militat attenditurque in multitudine liberorum legitimorum locum quoque habeat in il
14 legitimis ac spurijs. Hinc etiam est † quòd quamuis generaliter quisquam non excusetur a præstatione onerum, nihilominus ob numerum duodecim liberorum etiam ab illa excipitur, l. si quis decurio, C. de decurio. lib. 10. ubi Bar. Andr. de Barul. Ang. Luc. de Penn. Ioan. de Plat. & alij, Bar. in l semper, §. demonstratur post glo. ibi d e iur. immun. Anchar. in c. licet de censi. Io. Andr. in c. decet de reg. iur. lib. 6. quæ restrictio generalis iuris communis dispositionis fuit
15 etiã a † nouis constitutionib. in statu nostro recepta, atq; ampliata, ut in ti. de immun. & iure duodecim liberorum, & propterea dicit Plot. in interpretatione ad illud decretum, quòd cùm priuilegium istud

sit insertum in corpore iuris, non potest reuocari par aliquam communitatem, vel uniuersitatem, per ea quæ scribit Ioan. Andr. in consil. 105. & ibi Ludo. Bologni. in additio. ad illum & argum. l. nemo potest ubi Moder. de leg. primo, & l. formam. C. de offi. præfect. præto. quinimo quod etiam si princeps, statutum uel decretum disponeret, ut ad onera etiam exempti teneri deberent ac immunes & priuilegiarij, eorumque priuilegijs derogaret, non tamen ipsa derogatio traheretur ad hoc priuilegium, clausum in corpore iuris, per glos. in l. hæres absens, ubi Bartol. & alij de judic. ideoque decretum generale præcedens in rubr. de oneribus, uolens omnes teneri ad taxas equorum & hospitationem militum, non censetur derogare decreto speciali subsequenti, uolenti, habentem duodecim liberos esse immunem per capitulum generi de regul. iur. libro sexto iunctis ijs quæ tradunt Bartol. & Doctor. in l. hæres absens in principio de iudc. & in tantum fa-
16 uetur† huic liberorum numero, ut etiam si uelit noua constitutio, talis immunitatis priuilegium transire quoque ad filios post mortem patris, si tamen in communione uiuant nihilominus non alteretur tale priuilegium, etiam si aliquis ex filijs uel filiabus ob matrimonium carnale uel spirituale seperatim uiueret ab alijs, tam uiuēte, quàm mortuo patre, per ea quę scribit Ripa in l. ex facto sub nu. 19. & 20. de uulg. & pup. arg. §. sed hoc prę̃senti in auth. de sanctiss. episc. & l. hæres meus, §. fin. de conditio. & demonstratio. uel si studiorum gratia, uel reipublicæ causa, aut mercationis uel alicuius artis addiscendæ gratia a cęteris abesset ac seperatim uiueret, per ea quæ habentur in authent habita, C. ne fil. pro patre & in tot. tit. C. quibus ex caus. maio. modo tamen bona paterna inter eos non sint diuisa.

17 Statutum autem† nostrum in ciuilibus sub num. 145. eadem priuilegia concedit parentibus habentibus numerum decem liberorum, ab omnibus oneribus tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, personalibus, realibus, ac mixtis & tam impositis, quàm imponendis per commune Papiæ, uel per rectores communis Papiæ, & uult ut parentib. etiam prosint, nepotes ac neptes ex filijs præmortuis. sed cùm noua constitutio requirat numerum 12. libero-
18 rum, seruatur in usu forensi† dispositio nouæ constitutionis quia per statutum nunquam derogatum esse censetur decretis Domini & quia nouæ constitutiones derogant omnibus statutis aliarum ciuitatum in ijs, in quibus contrariæ sunt ipsis nouis constitutionibus uel ab eisdem deuient ut in præmio dictarum nouarum constitutionum ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Sexus imbecillitate, mitius agi in pœnis infligendis de iure communi cum mulieribus, quàm cum uiris.*
2 *Viros tanto grauius esse puniendos, quãto magis ad eos pertinet uirtute vincere, & exemplo fœminas corrigere.*
3 *Statuto puniente delictum præsumptum, mitius puniri fœminas quàm masculos.*
4 *Fœminas magis laborare imbecillitate animi, mentis, ac ingenij, quam uiri.*
5 *Zenobiam Palmyrenorum reginam, militibus eam post triunfalem captiuitatem ad supplicium poscentibus, quòd illi imperium usurparat, ab Aureliano Imperatore denegatum fuisse, quòd indignum existimaret fœminam interimere.*
6 *Sophonisbæ Syphacis vxoris ac Cyrrhensium reginæ magnanimitas, ac in manum cũ Massinissa Numidarũ rege conuentio pro secundis nuptijs, ut Romanorum manus effugeret.*
7 *Scipionem indignatum fuisse Massinissæ, quòd se inscio Sophonisbæ patrocinium suscepisset.*
Et quid eius indignationis nuncio accepto Sophonisbæ commiserit, ibid.
8 *Sophonisbam hausto veneno, sibi uoluntariam mortem consciuisse, ne a Romanis captiua in triumphum duceretur.*
9 *Sophonisbæ ac Cleopatræ reginarum comparatio.*
10 *Mulieres in clandestinis factis non excusari à pœnis.*
11 *Mulieres quæ contrahunt nuptias cum collateralibus, si palam id faciant excusari, aut leuius puniri, si clam non item.*
12 *Clam aliquid fieri quando dicatur.*
13 *Auctor quibus rationibus putet mulieres in clandestinis haud esse excusandas.*
14 *Mulieres in casibus tantum à iure expressis excusari.*

Ob sexus imbecillitatem ut iuris communis ampliores dispositiones coarctatæ fuerint.

CAP. XXI.



1 IB sexus insuper imbecillitatem receptum quoque in iure est, †vt mitius in pœnis infligendis cum mulieribus sit agendum, quàm cum uiris ut de hoc pulcher est text. in atrociss. crimine læsæ Maiestatis, in l. quisqs, §. ad filias, C. ad leg. Iul. Maiesta. in illis uerbis, mitior enim circa eas debet esse sententia, quam pro infirmitate sexus & c. ad idem est tex. in cap. sicut dignum in prin. de homicid. & in c. indignantur 32. q 6. ubi text. est
2 elegans, tanto† grauius uiros puniri oportere, quanto magis ad eos pertinet & uirtute uincere, & exemplo fœminas corrigere, facit quod uoluit Bald. in l. quicunque col. 3. uersic. & in summa, C. de ser. fugit.
3 ubi ait quod si statutum punit † delictum præsumptum minus punitur fœmina quàm masculus, ad idem est tex. in l. sacrilegij pœnam in princ. ad leg. Iuliam pecula. & in l. si adulterium, §. stuprum, & § fratres, & §. incestum ad leg. Iul. de adulter. & multa in hanc rem citat Andr. Tiraq. de pœn. temperand. aut remitt. causa nona per totum, quam tractationem explicat eisdem fermè auctorit. idem Andr. Tiraq. de legi. connubia. l. 1. sub nu. 86. referens hæc omnia
4 in illam rationem, quòd fœmina † imbecillitate animi, mentis & ingenij magis laborent, quàm uiri, & ideo

ideo maiore ſint miſeratione dignæ, unde ſecundo Aeneidos cecinit Virgilius.

Nullum memorabile nomen,
Fœmineæ in pœna, eſt.

Et tradit Vopicus in Aureliano imperatore, ꝙ
5 cum a militib. poſceretur ad pœnam †Zenobia Palmirenorum Regina quod illi imperiũ uſurpaſſet, eam uitæ donaſſe, ꝙ indignum exiſtimaret mulierẽ intertimere, in quam ſententiam ſcripſit Euripides in Hecuba εἰς ἀπεκτάνειν φθόνος. Hoc eſt, quàm inuidioſum eſt interficere fœminas, Sed hac ratione, aut animi generoſitatis in Zenobiam exercitæ
6 exemplo haud quaquam freta eſt †Sophonisbæ Regis Syphacis primum ac deinde Maſiniſſæ Regis, Pop. Rom. amicitia coniunctiſsimi, uxor, ac Numidarum Regina cum poſt captum, uictumq; Syphacem in Maſiniſſæ regis manum conueniſſet, qui Cyrrham caput Regni illius petens, eam in poteſtatem redegerat, ac ſibi multis precibus blandientis eiuſdem Sophonisbæ amore captus, fidem ei dedetat ſe illam a Romanorum manibus uindicaturum eſſe, eamque ob rem, ut commodius promiſſa præſtare poſſet, nouis nuptijs ſibi deuinctam in uxorem ducendam eſſe putarat, namq; nuncio acce
7 pto †quòd indignatus Scipio Maſiniſſæ illum grauiter obiurgarat, quòd ſe inconſulto ipſius Sophonisbæ patrocinium ſuſcepiſſet, quaſi & Ducis imperium, & populi Romani maieſtatem uiſus eſſet contempſiſſe, ut ſentiret Numida moderatiſsimo ſimul ac ſeueriſsimo imperatori eſſe parendum, ac fidem Sophonisbæ datam nullo pacto ſeruare
8 poſſe, illa inuictiſsimi animi † Regina, hauſto veneno, eidem cum mandatis a marito Maſiniſſa miſſo, uoluntariam mortem ſibi cõſciſcere maluit, quàm captiua in triumphum duci, & rationem miſerationis ſexus muliebris, atque generoſitatis Pop. Roma. aleam ſubire. cum triumphali iure, poſt peractum triumphum, captiui reges ſecuri percuti ſolerent.

9 †Cuius ſors rametſi Cleopatræ Aegipti Reginæ communis fuerit, ut apud Plutarchum in uita Antonij legitur, quæ & ipſa uoluntaria morte ſibi conſcita mori maluit, quàm captiua trumphari, ita ut Auguſtus muliebris animi generoſitatem admiratus fuerit, non tamen fuit æqua uirtutum atque honeſtatis conditio. Sed ut Cleopatra Regni amplitudine, Regio luxũ, ac meretricijs artibus, illa ſuperior erat, ita Sophonisbæ uitę probitate, animi fortitudine, honeſtiſsimis coniugalibus, amoribus atque in rebus aduerſis inuicto animo, cœterarumque Regiarum virtutũ numeris ea præſtatior fuit. ſed de his hactenus, Reuertendo autem unde digreſſi ſumus, Dico Andr. Tiraq. in d. cauſ. nona ad
10 finem intelligere †hæc quæ dicta ſunt de reſtringẽdis pœnis in mulieribus non procedere in ijs quæ clam facta ſunt, in quibus & ſi prætendatur ſimplicitas, nihilominus ob præſumptionem doli non excuſatur, aliàs excuſandus, per tex. notan. in l. ult. de rit. nuptia. ubi qui contrahunt nuptias prohibitas,
11 †cum collateraribus ſi palam id faciant, tanquam errantes leuius puniuntur, ſi clam eas contrahan tanquam contumaces durius plectantur, per quem tex. ſic uoluit glo. in l. qui contra. C. de inſt. nupt. & in l. 1. C. de interdict. matri. ubi inter cæteros Bal. in 1. lectione, inde ait notandam haberi limitationem ad leges, quæ dicunt, ſexum, ac ruſticitatem excuſari, quam uidetur annotaſſe & Bar. in l. ſi adulterium cum ineſtu in princ. de adulter. colu. penul. & Alex. ad Bar. in l. penul. C. de iur. & fact. ignor. cũ ſimilibus adductis ab Andr. Tiraq. dicto tractat. de pœnis temperandis aut remittend. cauſ. 11. ſub nu. 11. cum tribus ſequentibus, qui inter cætera adducit tex. non minus inſignem dictæ l. ult. de rit. nupt. in c. ult. §. ſi quis uero de clandeſti. deſponſatio. in illis uerbis, cum illi clam contrahendo, non expertes ſcientiæ, uel ſaltem affectatores ignorantiæ uideantur.

12 Quando autem † dicatur aliquid clam fieri trad. gl. in dicto cap. ult. de clandeſti. deſponſ. Bar. in l. pupillus, §. ultimo, de auctorita. tutor. latè Alex. & Iaſ. in l. clam poſidere, in princ. de acquir. poſſ. Tiraq. in d. cauſ. 11. ſub nu. 14. & eſt tex. in l. 3. §. ult. & l. 4. ac 5. quod ui aut clam, ubi legitur eos clam facere qui celandi aduerſarij gratia a quo ſciunt uel addubitãt ſe prohibitos iri, aut cõtrouerſiam eius quod facturi ſunt pati poſſe, aliquid faciunt, aut contra denun-
13 tiationem eis factam, ego autem prædictam † declarationem confirmo illa ratione, quòd iura in omnibus caſibus in quibus mulieribus ſuccurrunt, ſub ueniunt earum fragilitati, ac infirmitati ſexus, & nõ caliditati, ut dicit tex. in l. ſi ſine, C. ad Senat. Velleia. & l. 1. & ſecunda, ff. eo. tit. in §. hæc uerba & in l. ſi de cipiendi eo. tit. ac in l. ſi probauetis C. ſi alien. res pign. da. ſit, & facit in arg. tex. in l. 2. & 3. ac per totam titulum C. ſi minor dixerit.

Eſt rurſus exaudienda concluſio ſupra facta. in
14 mulieribus in caſibus † tantum a iure expreſsis, ut uoluit glo. in cap. ult. 1. quæſt. 4. quam glo. ſequitur Andr. Tiraquel. cauſ. 9. ad finem, & in d. cauſ. 11. ſub numero 23.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ ruſticitatem ac ſimplicitatem operari, ut non omnino qui peccet excuſetur aut puniatur.*
2 *Peccans per ſimplicitatem minus peccare, ac puniri.*
3 *Andr. Tiraquel. laudatur.*
4 *Simplicitatem non excuſare peccantem contra ius naturale.*
5 *Nec pecantem contra ius gentium.*
6 *Aut errantem in iure ciuili notorio ac indubitato.*
7 *Aut labentem in ea quæ ſunt contra ſpeciem honeſtatis.*
8 *Vel in ijs quæ clàm fiunt.*
9 *Seu quando delicto ineſſet contrarietas.*
10 *Quamuis pleriſque aliud placeat.*
11 *Plerique relinquant cogitandum.*
12 *Regula certa quæ comprehendi non poſſunt iudicis arbitrio relinquuntur.*
13 *Ruſticum ſagacem non excuſari ſub prætextu ruſticitatis.*
14 *Ruſticum uel ſimplicem non excuſari in ijs quæ tendunt*

ad

ad rigorem iuris conſeruandum.

15 *Ruſticus non ſoluens per biennium canonem emphiteuticum, uel non conficiens innentarium non excuſatur.*

16 *Ruſticum non excuſari in ijs quæ ſunt inducta ad formam ſeu ſolennitatem actus.*

17 *Ruſticus qui potuit conſulere peritiores non eſt excuſatione dignus.*

18 *Ruſticis ſuccuri in caſibus a iure expreſſis tantum.*

19 *Priuilegiorum multiplicationem, non facile eſſe admittendam.*

20 *Impuberis perſonam facere plerunque ut a diſpoſitionibus generalibus diſcedatur.*

21 *Impubes delinquens in omittendo non punitur.*

22 *Delictum a puero commiſſum in faciendo pœna ordinaria non puniri.*

23 *Prodigum in faciendo delinquentem, puniri etiam corporaliter, in omittendo, vel negligendo non item.*

24 *Mater prodiga quæ petijt tutorem filio debito tempore non priuatur illius ſucceſſione.*

25 *Minorem decem & octo annis in omittendo peccantem excuſari.*

Perſonæ ruſticitas quando exceptioni locum faciat in generalibus conſtitutionibus, & quomodo perſonæ impuberis uel minoris.

CAP. XXII.

1 PErſonæ pariter ruſticitas atq; ſimplicitas operatur, ut quamuis regulariter non † omnino excuſetur quin peccet, ac puniatur, l. 1. de leg. cum ſimil. ibi in gloſ. cita. & in c. qui ſecundum carnẽ 23. q 4. & c. ſi quis dederit 24. quæſt. 1. & cap. quemadmodum 32. q. 7. minus tamen peccat, ut ex omnium Theologorum ſententia dicit

2 eſſe Andr. Tiraq. d. cauſa 11. ſub nu. 2. & † ideo mitius cum illo agitur, quin & plerunque ei parcitur, ut in l. 2. ſi quis in ius uocat. non ier. in l. ſi quis id quod de iur. omni. iudi. §. primo, ubi recentio. multa in hãc rem adducunt in l. ſi quis in graui, §. ſi quis ignorans, & ibi glo. iura concord. adducit ad Senat. Syllania. in l. ſenatuſconſulto, C. de ijs qui ſibi adſcrib. & in c. ſuper literis de reſcript. ubi gloſ. ſimiliter adducit tex. concord.

3 Quibus multas addit auctoritates ac ſimilia † peculiari eius more copioſiſsimè ac luculentiſsimè Andr. Tiraquel. in d. cauſ. 11. ſub nume. tertio, cum tribus ſeq. ubi a num. 7. uſque ad finem eius cauſę refert 11. modos, quibus reſtringitur antedicta aſſertio quos ſuccinte retuliſſe contentus ero, cum poſet is qui multa plura cupiet illum adire.

4 Primus enim eſt quando eſſemus † in ijs quæ fierent contra ius naturale, l. 2. & ibi glo. & Doctor. C. de in ius uoc. l. ſi adulterium §. ſtuprum & ibi gloſſ. & Bar. in l. reſpiciendum, §. delinquunt de pœn. cum ſimilibus.

5 Secundus eſt † quando committeretur cõtra ius gentium, ueluti occupando propria auctoritate, quæ ab alijs eſſent poſſeſſa, l. ſi quis in tantam, C. vn de ui ibique Bald. colum. 3. verſi. 7. quæritur poſt gl. ibi quæ ualde eſt notanda.

6 Tertius eſt quando quis † erraret in iure ciuili in dubitato ac notorio, Ange. in l. ex conſenſu §. ultim. de appellatio.

7 Quartus eſt † in ijs quæ ſunt contra ſpeciem honeſtatis ut pulchre uoluit Bald. in l. quicunque col. pen. uer. & nota quòd in ijs, C. de ſer. fugiti. referens ad id tex. in l. j. C. de interdic. matrim. ubi & hoc dictum ſequitur Alex. in additio. ad Bar.

8 Quintus eſt † in ijs quæ clam fiunt, & in quibus præſumitur dolus ut in l. ulti. de rit. nuptiæ, & in c. ultimo, §. ſi quis uero de clandeſti. deſponſatio. cum ſimili b. in præcedenti exemplo cita.

9 Sextus eſt † quando in delicto ineſſet contrietas, ueluti quia is qui ruſticitate ſe defenderet, contraria in teſtimonio depoſuiſſet, tunc enim nullo modo excuſatur, ut not. dicit Bal. in l. ſcripturæ ante finem, C. de fid. inſtrum. cui accedit Fel. in c. quoniam Dec. in c. ex parte 2. col. 5. uer. nono fallit de offi. deleg. in cap. ſollicitudinem colum. 2. in 8. notab. de appellatio. & in cap. paſtoralis col. 6. in fin. primæ cõcluſio. de exceptio. & in l. ubi repugnantia de regul. iuris.

10 Sed contrarium † malunt Ang. in §. licet col. 2. in auth. de teſtib. & Iaſ. in l. ſi quis id quod col. 8. in fin. uerſ. item ſi ruſticus iuncto uer. ſeptimo limit. Tira-

11 quel. autem † relinquit iudicis arbitrio quod & eſſe opinor ob qualitates quæ in hoc negocio ſunt conſiderandæ tam circa ruſtici perſonam, quàm circa qualitatem contrarietatis, quæ certa non poſſent re-

12 gula † comprehendi, & ideo iudicis arbitrio ſunt relinquenda, l. non poſſunt de legib. l. in actionib. ubi Duare. in uer. licuit Menoch. de arbit. iudic. c. 1. ſub nu. 4. & 5. præſertim cum uerſemur in materia teſtium l. 3. §. tu magis de teſtib.

13 Septimus eſt † quando is qui uellet ſe per ruſticitatem excuſare eſſet ruſticus ſagax, quia tunc non excuſatur, glo. notab. in l. Athletæ §. de ruſticis de excuſation. tutor. per quam dicit Bald. in l. 2. in 4. q. in fi. C. de reſcind. uendit. ei demum ruſtico ſubueniri, qui uere eſt ruſticus, opere & conuerſatione, Iaſ. ſequitur in l. 2. ſi quis in ius uocat. non ier. & in d. l. ſi quis id quod colum. 8. uerſi. limita prædictam regulam Cor. conſi. 165. circa primum colum. 8. uer. confert quia ſagax erat lib. 2.

14 Octauus eſt caſus † quando ſumus in ijs quæ tendunt ad rigorem iuris conſeruandum, quia in ijs ruſticitati non parcitur, l. cum quis ubi glo. Bart. Bal. Pau. & omnes ad fin. C. de iur. & facti ignoran. glo. in l. iuris 2. eo. titu. quæ ponit exemplum in eo qui ceſſauit per triennium ſoluere canonem, & Bal. in l. ulti. in prin. in 3. q. C. de inr. deliber. qui eiuſdem concluſionis exemplum affert in ruſtico, qui non

15 † confecit inuentarium, cum quibus conueniunt Felin. in capitu. quoniam colum. tertia, in 4. fallen. de ſimon.

ſimon. & Iaſ. in l. ult. colum. 39. uerſicu. 16. quæro, C. de iur. emphyteu.

16 Nonus caſus eſt † in ijs quæ ſunt introducta ad formam, ſeu ſolennitatem actus, quia in ijs quoque non excuſatur ruſticus. Bal. Sal. Alex. & alij in l. iuris ignorantia, C. qui admitti per l. ult. C. de teſt. iuncta gl. in l. ambiguitatem in ver. mente eo. tit. idem Bal. in l. ulti. col 3. C. de iur. delib. Alex. in conſi. 166. lib. 6. & conſi. 7. col. ult. 7.

17 Decimus † eſt caſus, quando ruſticus potuit conſulere peritiores, ut per Bal. Saly. Roma. & alios recentior. in d. l. iuris, C. qui admitti Roma. in l. ſi duo de acq. hær. Butrius in c. 2. de conſti. quibus in locis uolunt prædicti interpretes, non ſolum non excuſari ruſticum quando peritiores habuit in propria ciuitate, ſed etiam in ciuitate vicina, per tex. in l. diuus de tutor. & curator. dat. ab his & in l. prima, §. ſi quando de magiſtrati. conueniend.

18 Poſtremus omnium eſt † vt ruſticis ſuccuratur in caſibus a iure expreſſis tantum, ut uoluit glo. in c. ulti. 1. q. 4. Alex. qui alios citat in l. ſi quis id quod colum. 3. uerſi. item nota quod ruſticitas de iuriſd. om. iudic. Dec. in conſi. 274. colum. 2. uer. ſed ſupra dictis, qui ad hoc dicit facere tex. in dicta l. ult. C. de iur. & fact. ignor qui caſus poteſt illa confirmari ra-

19 tione, quòd priuilegiorum † multiplicatio non facile eſt cõcedenda, l. 1. C. de dot promiſſio. l. ius ſingulare, & l. quod uerò de legi. nec facile ſunt extendendæ diſpoſitiones quæ ſunt contra ius commune l. ultima, §. in computatione C. de iur. deliber. l. 2. C. de noxali. cap. cum dilectus de conſuetud.

20 Perſona pariter impuberis † facit ut plerunque à generalibus iuris diſpoſitionibus recedamus, aut illas coarctemus. Nam ſi in omittendo deliquerit

21 non ſolum non eſt opus reſtitutione in integrũ † ſed mero iure non punitur, tex. eſt nota. in l 1. §. impubes ad ſenat. ſyllania. ubi Dyn. Bar. & alii limitantes iura, quæ uolunt impuberem doli capacem teneri ex delicto, ut ſcilicet intelligantur, de delicto, quod in faciendo conſiſtit, ſecus in non faciendo, quod voluit quoque Cyn. in l. prima, & ibi Saly. in 15. nota. cum ſimil. adduc. per Marſ. in l. infans colum. 2. ver. item ſcias quod de ſicar. & per And. Tiraq. de pœn. temper. aut remitten. cauſ. 44. ſub nu. 44.

22 Quinimmo † uult D. Alcia. lib. 1. diſpunctio. ca. 17. Delictum a puero commiſſum in faciendo non eſſe pœna ordinaria plectendum, & ideo, cum duo pueri ad aleam luderent, atque ut fieri ſolet, iurgio orto, quòd in regione adduci recte diſpoſitam tabellam, alter negaret, pauloque iracundior alter temperatorio cultro, quem ſecum de ludo literario fortè tulerat colluſorem percuſſiſſet, ita ſupra pubem ut ſtatim & eueſtigio moreretur, quæſitum que eſſet qua pœna plectendus eſſet, ſe reſpondiſſe ait non ultra exilij ultionem coercendum eſſe.

23 In prodigo † pariter eſt receptum, ut etiamſi ex delicto quod in committendo eſt, puniatur etiam corporaliter, ut puta ſi hominem interemerit, aut alia id genus perpetrarit, ut decidit Bald. in l. furioſum ad fin. C. qui teſtam. fac. poſſ. & Ang. in l fulcinius §. adeo ad finem, quib. ex cau. in poſſ. eatur ſi tamen delinquat in omittendo, uel negligendo, puta quia non uindicauit necem defuncti, uel mater prodiga nõ petiit tutorem filiis, non propterea priua-

24 bitur eorum ſucceſſione † quia in delictis in omittẽdo illis parcitur, dicta l. fulcinius §. adeoque, ibique notat Ang. & Bal. Ang. Imol. Iaſ. & alii in l. ſi cui bonis de uerbo. obligatio. quibus accedit Andr. Tiraquel in d. cauſa 44. ſub num. 46. ubi alios pleroſque addit. docetque multis exemplis, iuribus atque auctoritatibus in ſequentib. numeris leuius in iure noſtro puniri delicta quæ in omittendo commiſſa fuerint, quàm quæ in committendo.

25 Sic etiam minor † decem & octo annis nedum impubes, ut ſupra dictum eſt, non tenetur de delicto in omittendo, per tex. in auth. ſi captiui cum ſua gl. C. de epiſcop. & cleri. Sal. & alii fere omnes in l ſi quis in tantam C. vnde ui, Tiraq. qui alios addit in d. q. 44. ſub num. 35.

SVMMARIVM.

1 *Rei circumſtantia generalis diſpoſitionis fieri reſtrictionem.*

2 *Præſertimque ob nouum rei aduentum, veluti ſi poſt concluſionem in cauſa nouiter reperta inſtrumenta producantur, ex communi.*

3 *Sed contra ſentire Romanum tribus fundamentis, numero 4. & 5.*
Paria eſſe concluſum fore in cauſa, vel latam fuiſſe ſententiam. ibid.

6 *Concluſionem fieri in cauſa renuntiando probationibus & allegationibus iuris.*

7 *Partes renuntiando productionibus iurium, & allegationum, dici inter ſe tranſigere.*

8 *Paulus Caſtr. quomodo putarit diſtinguendum eſſe in materia productionis inſtrumentorum de nouo repertorum, poſt concluſionem in cauſa.*

9 *Argumentum a concluſione in cauſa ad ſententiam latam ualere.*

10 *Inſtrumenta de nouo reperta poſſe recipi poſt concluſionem in cauſa ubi partis aduerſæ ius ſit ſaluum.*

11 *Cauſa vbi per appellationem eſt reparabilis, an poſſint inſtrumenta de nouo reperta produci poſt concluſionem in cauſa. nu. 12.*

13 *Ripa quomodo diſtinguat in materia inſtrumentorum de nouo repertorum poſt concluſionem in cauſa producendorum.*

14 *Et quomodo diſtinguat Alexander.*

15 *Quando plenius ſubuenitur per reſtitutionem in integrum, quàm per remedium ordinarium unum non tollit aliud.*

16 *Debitam qui non adhibuit diligentiam in perquirendis inſtrumentis, poſtea repertis, poſt concluſionem in cauſa ad ea producenda non debere admitti.*

17 *Concluſionem in cauſa pro reuocata haberi, ſi iudex poſt eam admittat partem ad producenda inſtrumenta.*

18 *Auctorem putare nulla facta diſtinctione poſt concluſionem in cauſa, Bar. ſententiam communiter receptam eſſe uerum, ut inſtrumenta nouiter reperta debeant admitti.*

Caſus

19 *Casus de nouo superuenientes in omni dispositione tam legis quàm hominis semper exceptos esse intelligi.*
20 *Conclusionem in causa fieri semper aliquo ex tribus modis.*
21 *Conclusionis in causa speciem primam fieri per renuntiationem mutuo a partibus factam probationibus.*
22 *Renuntiationem esse stricti iuris, neque trahi ultra expressa.*
23 *Ignorantiam iuris præsumi, tam in maribus, quàm in fœminis qaando agitur de damno vitando.*
24 *Conclsionis in causa speciem secundam fieri ex lapsu temporis a statuto præfixi.*
25 *Fictio operatur tantum casu ficto, quantum veritas in casu uero.*
26 *Conclusionis in causa tertiam esse speciem quando iudex prefigit terminum, quo elapso pronuntiat conclusum esse in causa.*
27 *Sententiam iudicis strictissimi esse iuris.*
28 *L. Imperatores de re iudica. & l. si sub specie, C. eod. tit. quomodo sint intelligendæ.*
29 *L. per hanc, C. de tempor. appell. quomodo sit intelligenda.*
30 *Superfluum dici non potest quod aliquos effectus etiam declaratorios tantum operatur.*
31 *Dispositio quæ necessaria non est non continuo potest dici superflua.*
32 *Cap. dilectus de fide instrumen. distingui per alia iura.*
33 *Lex vna generaliter loquens per alias specialius loquentes distinguitur.*
34 *Maior est virtus transactionis quàm conclusionis in causa.*
35 *Exceptio rei iudicatæ cessat ubi causa illius extinctiua superuenit.*
36 *Instumenta nouiter reperta posse post conclusionem in causa produci quando nulla potest impingi negligentia, secus si aliqua vosit adscribi negligentia.*
37 *Probationem post confessionem patris post conclusionem in causa admitti.*
28 *Probationem per rei euidentiam nnquam censeri exclusam, & quæ rei euidentia requiratur.*
39 *Testes super eisdem articulis ex noua causa post conclusionem in causa posse admitti.*
40 *Idque etiam procedere in probationibus & allegationibus facti.*
41 *Statutum reijciens nouas probationes in causa nullitatis & appellationis non trahitur ad eas probationes, quæ de nouo superuenerint.*
22 *Iura quæ volunt declinatoriam exceptionem non posse opponi post litem contestatam non procedunt in ea, quæ superuenit de nouo post litem contestatam.*
43 *Si tamen iuretur post id temporis superuenisse.*
44 *Inra dicentia cæptum iudicium finiendum esse silent ubi causa iudicij extinctiua de nouo superuenit.*
45 *Procurator ex causa de nouo superueniente potest desistere a defensione domini suscepta.*
46 *Excussio potest peti a fideiussoribus de nouo fieri quando bona principali debitori superuenerunt.*

Propter rei circunstantiam vt recedatur a uerborum generalitate.

CAP. XXIII.



Varta principalis limitatio ad ante dictam conclusionem supra firmatam de uerborum generalitate non restringenda, ex ipsius rei circumstantia, seu cõ-
1 siderationc resurgit, quia † ex re quoque generalis dispositionis fit restrictio, ut late discurrit Dom. Alci. de verbo. sign. lib. 1. sub nu. 61. cum 11. sequent. & Lud. Roma. in d. l. si uero §. de uiro solut. matrimo. sub num. 24. 43. 55. 74. & 83. inter cæteraque exempla, latissimum habet campum ad inducendam restrictionẽ in generalibus dispositionibus, nouus rei aduentus
2 † seu noua rei ut uocant superuenientia, vnde nos uidemus quod quamuis post factam conclusionem in causa non admittatur instrumẽtorum productio nihilominus si post conclusionem in causa de nouo superuenient, produci, cap. dilectus de fid. instrum. Bar. in l. admonendi in secunda lectura, 2. gl. sub nu. ibique Alex. sub num. 19. & seq. ubi plene tractat hanc materiam fere per duas colum. antequc illum assensere Bar. Bal. Sal. & Fulg. ibi, & Fel. in d. c. dilectus in tertia lim. sub num. 18. & cum illo est communis Doctorum sententia, ut dicit Ripa in dicta l. admonendi sub num. 48. ad fin. quib. accedit quoq; Menoch. lib. 1. q. 25. sub num. 18. de arbitra. iud. qui addit Lud. Rom. in consi. 175. & in l. 1. §. unde quæri
3 tur de oper. noui nuntiatio. Sed Ludo. Rom. † in d. l. admonendi tribus fundamentis putat non esse ueram hanc Bar. sententiam, crebriore calculo (vt diximus) receptam.

Quorum primum est, quòd paria sunt conclusum fuisse in causa & latam esse sententiam, l. si rem, §. ulti. de euiction. Bart. in l. si mater. §. eadem de except. rei iudi. sed post latam sententiam non possunt instrumenta de nono reperta produci. l. Imperatores de re iud. & l. sub specie, C. eo. tit.

4 Secundum est † quia frustratoria uidetur reddi dispositio, l per hanc C. de tempor. appellat. & ca. fraternitatis extra de testib. dum per illam inducitur quod productum non fuit in causa principali produci posse in causa appellationis, intelligendo dicta iura ut declarat Anto. Butr. in capit. ad audientiam secundo, de rescript. ut scilicet locum non habeat in ijs iuribus atque instrumentis, in quibus producendis quis fuit negligens in principali causa, sed in il tantum quæ quis non potuit producere.

5 Tertium est † quia d. cap. dilectus uidetur generaliter atq; indistinctè prohibere, ut siue nouiter sint reperta, siue non nouiter reperta post conclusum in causa, non possint produci.

6 Quartum addit † Ripa in d. l. admonendi, sub nume. 38. nerſ. sed vnum, quod conclusio in causa fit renuntiando probationibus & allegationibus iuris c. pastoralis de caus. poss. & proprieta. ubi not. Abb. glo. in §. quoniam uerò in uer. concluserunt, in auth. de testibus, partes autem † renunciando productio
7 nibus iurium & allegationum dicuntur inter se transigere, vt iudicetur prout est probatum secundum

Felyn.in capit.fin.col.4.uer.ſecundo limita.de conſtitutio.unde ſicut non eſt licitum producere nona inſtrumenta poſt tranſactionem,dicta l.ſub prætextu, ita nec poſt factam concluſionem.

Quamobrem propter iſtas difficultates dicebat
8 † Pau.Caſt.in d.l.admonendi Bar.nimis generaliter eſſe locutum, ideoque diſtinguendum eſſe, quòd aut ſumus in caſu, quo etiam poſſunt produci talia inſtrumenta,poſt ſententiam,& tunc poterunt pro-
9 duci poſt concluſionem in cauſa † quia ualet argumentum a concluſione in cauſa ad ſententiam latã, dicta l.ſi rem,§.de euictio.notant Cy.& Ray.in l alia C.de ijs quibus ut indignis, auferat caſus in quo poſt ſententiam quæ in rem iudicatam tranſiuiſſet talia inſtrumenta non reciperentur,& tunc uult, q aut a ſententia quæ erat ferenda,non poterat appellari, & eo in caſu ne ius partis pereat poterit ac debebit iudex reuocare concluſionem in cauſa,& talia inſtrumenta recipere, ſtante concluſione in cauſa,
10 dummodo † partis aduerſæ ius ſit ſaluum, aliàs ſecus, ut concludit Bar. in l.mancipiorum de optio. legat.ſub num. 5.in teſtib uel inſtrumentis recipiendis poſt lapſum termini a iudice aſſignati,aut a ſen-
11 tentia ferenda in cauſa poterat appellari, † & tunc talia inſtrumenta etiam de nouo reperta non deberent admitti,dicto capit.cum dilectus ,ſed in cauſa appellationis poſtea producenda erunt, ſicut dicimus in confeſſione facta per errorem,& non reuocata ante cõcluſionem in cauſa, quia poterit poſtea
12 in cauſa † appellationis reuocari,ut nota.in l.non fatetur de confeſſ.& habetur in l creditor §.iuſſus de appellatio.Ripa uero ſub dicto numero 48. uerſic.
13 quare placet,aliter diſtinguit † uidelicet quod aut loquimur in concluſione facta ex officio iudicis inuita parte,uel a ſtatuto, ut docet gl. in extrauag. ad reprimendum in uer.concluſione,& non licebit noua producere,ſicut iuramentum neceſſarium inuita parte delatum,& ita procedat opin.Bar.& communis, aut loquimur in concluſione facta mutuo partium conſenſu,& tunc procedat opinio Lud.Roma.Alexand.autem in d. l. admonendi ſub nu.21.
14 uerſic.concluſiue puto † uidetur diſtinguere duos alios caſus,uidelicet quando quis nullam culpam , aut negligentiam commiſit circa perquiſitionem inſtrumentorum poſt concluſionem in cauſa nouiter repertorum. Et quando nullam feciſſet diligentiam circa inueſtigationẽ dictorum inſtrumentorum, ita ut culpa ac negligentia illi poſſit adſcribi,qui poſt concluſionem in cauſa uellet inſtrumenta de nouo reperta producere, ut primo caſu , mediante in integrum reſtitutione liceat producere,ex clauſula illa generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, ut not.Cy.in l.1.C.de condiction.indebiti,Io.And. poſt Specul.in tit.de execut.ſenten.§.fi. uer.illud & Bar.in l.prima, C.de ſenten.aduer.fiſc.lat.quibus recte conſonare ait tex.in l.ſi mater in princ.& quod ibi notat Bart. de except. rei iudica. & plene notat Io.Imol.in l.imperatores de re iudic.cum ſimilib.de quibus ibi per eundem Alexan. qui putat hoc uerum eſſe , etiãſi eſſemus in caſu,in quo ſi fertur ſen-
15 tentia poſſet appellari,quia quando pinguius † ſub uenitur per reſtitutionem in integrum quàm per remedium ordinarium, unum non tollit alterum l. fi. C.ſi aduerſ. rem iudica. & tanto magis quia melius eſt,iura intacta ſeruare,quàm poſt cauſam uulneratam remedium quære re l.fin.C.in quib. cauſ.reſtit. in integr.non eſt neceſſar. & per hæc inquit ueram non eſſe opinionem Innoc.in cap.cùm ueniſſent de teſtib & Caſt.in l.oratione de fer.dum uolunt absq; reſtitutione in integrum ex ea ſola cauſa , quod de nouo fuerint reperta inſtrumenta, poſſe illa admitti poſt concluſionem in cauſa; dicitque iura ab eis adducta non probare & contrarium,eius probare, Anto. Butr.in cap.intimauit de teſtibus, conuincique ex eo,quod ut ſupra dictum eſt, paria ſunt concluſum eſſe in cauſa, uel latam eſſe ſententiam , vbi
16 autem debitam † non adhibuiſſet diligentiam, tũc non poſſet is producere poſt concluſionem in cauſa,ſicut nec poſt ſententiam l.ſub ſpecie,C.de re iu. iunctis notat.per Bar. in dicta l. ſi mater §. ea lem in fin.nec etiam ſibi placere ait,quod ſi iudex admitteret probationes poſt concluſionem in cauſa , non ualeret niſi prius reuocaret concluſionem in cauſa, quia ſi iudex ſciat concluſum eſſe in cauſa,& admittat probationes poſt concluſionem in cauſa,quæ regulariter non porerant admitti, pro reuocata habe-
17 tur,concurrentibus ijs † quæ neceſſaria ſunt in reuocatione interlocutoriæ, poſt Anto. Butrium, & Ioan. de Imol. in capitulo auditis in fin. Abb.in capitulo quoniam contra in 13. colum. de probatio. & Bald. in l.peremptorias C.de ſentent. reſcind. non poſſ.in 2.colum.uerſi. quæro ſi iudex & alios quos citat.

18 Ego in hac propoſita quæſtione † non diſtinguẽdo inter concluſionem in cauſa factam a iudice,uel a ſtatuto,uel a parte,uel inter concluſionem in cauſa.factam in cauſa appellabili, uel inappellabili, Putarem eſſe recipiendam Bar.concluſionem,quæ cõmuni conſenſu a Doctoribus eſt recepta , illam tamen aliquibus modis declarando prout infra,& rationes quæ me mouent , ut in illum inclinem ſunt iſtæ. Video enim ſempera quacunque diſpoſitio-
19 ne tam legis quàm hominis iura † excipere caſus de nouo ſuperuenientes,& incogitatos,ut de hoc eſt caſus in l.oratione de fer.ubi dilatio quæ non niſi ſemel concedenda eſt,ex cauſa de nouo ſuperueniente conceditur, ut elegantiſsime probatur in illis uerbis & maxime ſi aliquid inopinatum emergat. in l. de ætate,§.ex cauſa in illis uerbis, quod ea quæ poſtea emergunt auxilio indigent,& ibidem duo pulchra proponuntur, exempla,& in l.prima,in princ. de ventr.inſpicien.quibus addi poteſt text. in l.tres fratres de pact.in l.qui cum tutoribus in fin .de tranſactio.& in l.qui Romæ §.duo fratres de uerb.oblig. cum ibi notatis a Doctoribus,tametſi igitur generaliter ſit receptum,vt ſupra uidimus, poſt concluſionem in cauſa non poſſe inſtrumenta ac teſtes produci, ſemper tamen intelligitur eſſe exceptus caſus quo producentur inſtrumenta de nouo reperta.

20 Accedit quod cum concluſio in cauſa,† ut ſcribit Menoch.de arbitra.iudi.lib.1.quæſt.35.poſt alios à

ſe

se citatos, fiat aliquo semper ex tribus modis, uel partium consensu, uel legis municipalis dispositione, uel iudicis officio, cum prima conclusionis in
21 causa species fiat, ex renuntiatione † per partes mutuo facta probationibus, ut tradit Felynus in dicto cap. cum dilectus sub numero 27. siue fiat expresse siue tacitè declarando, ut per Fel. ibi sub nu. 30. Ias. in repet. dictæ l. admonendi, sub nume. 66. & Nat. consi. 251. in fin. lib. secundo, clarum est casum probationis de nouo superuenientis, non posse intelligi comprehensum esse in dicta renuntiatione,
22 quia renuntiatio † est stricti iuris, neque trahitur ultra expressa neque ad ignorata l. mater decedens de inofficio. testam. l. qui cum tutoribus & l. cum Aquiliana de transactio. Calder. in consi. 5. de præben. Dec. in consi. 379. sub nu. 3. consi. 452. sub num. 21. & consi. 460. sub num. 3. & alibi sæpe, Cur. Iuni. consi. 16. sub numero 11. & Gozadi. in consi. 42. sub numero 20.

Quinimmo cum in illa agatur de damno uitando
23 † siue in maribus siue in fœminis, semper ignorantia præsumitur, l. sed si me putem de condicti. indebit. Bar. in l. non fatetur col. 3. sub num. 8. de confes. & ideo nũquam in istiusmodi renuntiatione cẽsebitur renuntiatum esse instrumentis de nouo repertis, si uero uersabimus in secundo genere con-
24 clusionis in causa † quæ fit ex lapsu termini a statuto præfixi, ut dicit Felyn. in d. cap. cum dilectus sub nu. 28. qui alios citat, tunc quoque cum ex lapsu termini lex fingat partes renuntiasse probationibus in dicta causa, non debebit ficta renũtiatio latius pro-
25 trahi quàm uera, quia fictio † tantum operatur in casu ficto, quantum ueritas in casu uero, & non ultra, l. 1. de adoptio. l. cum ex oratione C. de excusatio. tutor. & supra diximus libro 3. in materia fictionis, quia ars imitatur naturam ac ueritatem, nec ultra excedit, §. minorem instit. de adoptio.

Quod si tractetur res in tertio capite conclusio-
26 nis in causa, ueluti † cum iudex præfigit terminũ ad probandum, & eo elapso declarat esse in causa cõclusum, ut per glo. clemen. sæpe in uer. conclusione de uerbo. sign. quam probat Fel. in d. c. cum dilectus sub num. 29. uel cum partes citat ad audiendã sententiam, ut per Rom. in consi. 176. quem sequitur Ruin. in cons. 6. in fi. lib. 4. in quo modo concludendi altera parte inuita concluditur, quæ etiam cogi potest ad concludendum, ut per Ias. in dicta l. admonendi in prima lectura sub nu. 52. cum simus
27 in sententia iudicis † & ipsa est strictissimi iuris, l. 1. C. si plur. una senten. glo. in l. Iulianus uerum debitorem de cond. indebit. & declaratoria, seu introductoria tacitæ renuntiationis, quæ & ipsa ut iam dictum est, stricti est iuris, ergo neque in hoc tertio genere conclusionis in causa, casus productionis instrumentorum de nouo repertorũ intelligetur esse cõprehensus. Non mouent modo ea quæ in oppositum pro opinione Ludo. Roma. fuere considerata,
28 atque imprimis † dicta l. imperatores & dicta sub specie arguendo a sententia ad conclusionem in causa, quia respondetur, prout dicit Ripa in dicta l. admonendi sub dicto num. 48. versicu. ego aliter respondeo, quòd argumentum illud a conclusione in causa ad rem iudicatam, cum sit a simili, non procedit ubi diuersitatis ratio inter casus comparatos assignatur, Abb. Fely. Dec. & alij in c. translato, de constit. Topici omnes in loco a simili, & supra diximus lib. 5. in loco a simili, quæ diuersitatis ratio optime in casu nostro militat, quia post rem iudicatam parti irrreuocabiliter ius est quæsitum l. fin. C. senten. rescind. non poss. cum faciat de albo nigrum ut dicit Bal. in c. nostra de electio. Cagnol. in l. res iudicata.
29 Non refragatur † quoq; secundum argumentum quòd frustratoria esset dispositio, l. per hanc C. de tẽp. appel. & c. fraternitatis extra de testi. quib. cauetur non producta in causa principali posse produci in causa appellationis, quia respondetur, hoc non esse uerum, quandoquidem etiamsi instrumenta de nouo reperta fuerint producta ab altera post conclusionem in causa, etiamsi per talia instrumenta fuerit pro parte producente in causa principali iudicatũ, nihilominus poterit pars condemnata appellare, & non producta ac non deducta in causa appellationis deducere, ac producere, ita ut non sit futura superflua dispositio dictorum iurium, quæ etiam ex alio ostenditur non esse superflua, q; in alijs quoque non deductis ac non probatis posset pars producens etiam in causa appellationis se iuuare dispositione dictarum legum. Vnde *superfluum dici*
30 † non potest quod effectus aliquos etiam declaratorios tantum, nedum, ut hic operatur, l. 2. §. si quid in tanta. C. de uete. iur. enucl. l. stipulationes commodissimum de uerb. oblig. l. quæ dubitationis tollendæ de reg iur. Et tanto magis quia non continuo
31 sequitur dispositio aliqua † non est necessaria, ergo est superflua, ut declarat elegantissimè Mar. Salome. in l. Gallus §. quidam sub num. 9. cum seq. de lib. & posthum.

32 Non releuat quoque obiectio c. dilectus † de fid. instrum. quia respondetur quòd quamuis ille text. non distinguat, tamen per alia priora iura, iste casus instrumentorum de nouo post conclusionem in causa repertorum ab alijs, nec est nouum, ut posteriora iura per anteriora in eadem materia loquentia distinguantur, l. nõ est nouum, l. ideoque & l. sed
33 & posteriores de legib. & regulare est † quòd lex indistinctè loquens per aliam legem specialius in eadem materia loquentem distinguatur, l. utrum ubi Bald. de peti. hær. l. de pretio ubi gl. & doctor. de public. in rem actio. Ias. in l. qui filiabus in prin. de leg. 1. cum simil. & ex supra deductis satis demonstratũ est, a denegata instrumentorum productione post conclusionem in causa, hunc casum esse exceptum.
34 Cessat quoque argumentio Rip. † quia maior est uirtus transactionis, quàm conclusionis in causa: quia comparatur rei iudicatę, l. trãsacta finitatiuè de uerb. signific. ubi Alcia. & alii, Ias. in d. l. sub præ textu sub nu. 3. glo. & Doct. in l. 1. de iureiur. & l. sub specie ubi not. Doct. C. de re iud. quæ nihil aliud expectat post se, præter executionem, conclusio autem in causa expectat sententiam, & ideo ex noua causa ut supra diximus poterunt instrumenta post con-

concluſionem in cauſa,uſque ad ſententiam produ ci,cum melius ſit iura illæſa ſeruare, quàm poſt cauſam uulneratam remediũ quærere,d.l.ſi. C.in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. quamuis poſt tranſactionem aliud ſit.

35 Præterea facit,†quia etiam in exceptione rei iudicatæ,quam iura uolunt perpetuam eſſe,in fauorem eius pro quo iudicatum eſt, ſi ſuperueniat de nouo cauſa illius extinctiua deſinit eſſe perpetua,& ad caſum illum non trahitur, l.ſi a te de exceptio.re.iudi. l.fullo de condictio. furt. quæ iura ad propoſitum inducit Lndo.Roma,in dicta l.ſi uero,§.de uiro ſol. mat. ſub num.83.uer.quinto probatur, unde quoquo res uertatur. apparet,non obſtare hanc obiectionem aduerſus concluſionem Barto.communi-

36 ter receptam. quæ tamen † intelligenda eſt prout declarat Alexan.in dicta l.admonendi ſub num.21. & ſupra retulimus, quando ſcilicet nulla poſſet illi impingi negligentia, qui inſtrumenta a ſe nouiter reperta eſſe defenderet,illaque producere uellet, ut per Cyn.in l.prima,C.de condic.indeb.Marſi.in l.1. §.ult.ſub nu.38.de quæſtio. ſecus ſi diligentia adhibita illa potuiſſet inuenire ac producere ante concluſionem in cauſa,quia culpa ſua non debet illi patrocinari, l.ſi duo in princ.ſi quis cautio. & l.ita demum de recept.arbi.& l.quod quis de reg. iur.& c. damnum de reg. iur.lib.6.

37 Prædicta autem † multo magis procederent quãdo poſt concluſionẽ in cauſa ſuperueniſſet de nouo cõfeſſio partis,quia ſemper poſt cõcluſionẽ in cã admittit,pb.p cõfeſſione Bal. partis in rub.C.de pub. col.3.uer.ego aliter & ibi ẽt Peu.Caſt.& Mar. de ordi.iud.par.6. le. quintusdecimus actus ſub nu.5.qui ſub nu.6.ait idem eſſe in probatione quæ fieret per euidentiam loci,quæ nunquã cenſetur eſſe reiecta

38 † poſt concluſionem in cauſa, & dicitur ſuperare omne genus probationis,Bal.in l.contra negantem in fin. ad leg. Aquil. & in l.ſi quis teſtibus in fin.C. de teſt.Plot.in l.ſi quando ſub num.808. C.unde ui, oportet tamẽ ut talis euidentia loci ſit facti permanentis,ut dicit Abb.in c. euidentia de accuſ. & glo. in l.manifeſtum de uerb.ſignifi.& talis ut nulla tergiuerſatione poſſit celari,c.ult.de cohabit.cleric. & mulie.& cap.ordinarij.§.cæterum de offic.ordi.lib. 6.faciunt in principalis concluſionis confirmationem quæ ſcribit Marſi.in l.1.§.ſi quis ultro ſub nu. 38.& ſeq.de quæſtio.ubi uult,poſt concluſionem in

39 cauſa † & forte etiam poſt publicatas atteſtationes poſſe produci , & examinari teſtes ſuper eiſdem capitulis,per doctrinam Innocen.in cap.cum ueniſſent de teſti.& Butr. in c. intimauit eod.tit & §.quia uero in auth.de teſti.qui uolunt,ex iuſta cauſa,iudicem poſſe admittere teſtes ſuper eiſdem articulis per beneficium in integrum reſtitutionis ex generali illa clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa &c.idque ob-

40 tinere † quoque in allegationibus & exceptionibus facti arg.c.paſtoralis de cauſ.poſſ.& proprie.& c.ad petitionẽ de accuſatio.quam ſententiam, modo aliqua impingi non poſſit negligentia probant Ioan. Imol.in dicto capitulo cum ueniſſent de teſt.& l.imperatores de re iudic. Caſtr. in l.oratione de fer. & Alexand.in dicta l. admonendi loco iam relata.

41 Sic etiam ſi ſtatutum † uel ius commune uelit, & in cauſa nullitatis uel appellationis non recipiantur nouæ probationes,nihilominus dicendum erit, eas recipi oportere,ſi de nouo emerſerint,Dyn.in conſilio 20.ſuper quæſtione qua quæritur,Floria.in l.quædam mulier colu.3.circa medium famil.erciſ.Marſ. qui prædictis accedit in ſing.233.quæ de nouo Bal. in l.inuitus,C.de procur. Roma.in dicto § de uiro ſub num.83.

42 Sic etiam iura quæ uolunt † exceptionem dilatoriam opponi non poſſe poſt litem conteſtatam locum non habent ubi talis exceptio de nouo poſt litem conteſtatam ſuperuenit cap.inſinuante de offi. deleg.cap.nulli & cap.ut circa de elect.lib.6.cap.paſtolaris de exceptio.l.non diſtinguemus, §.cum quidam de recep.arbit.l.2.& ibi glo.C.de conſort.eius. lit.l.eleganter §.ſi quis poſt.de condict.indeb.quod

43 tamẽ intelligendum eſt,ſi iuretur † ſuperueniſſe poſt litem conteſtatam & non poſſit ius illud per modũ actionis deduci in ſeparato iudicio ita declar.Ludo. Rom.in l.ſi mulier ſolut. mat. ſub num.19. ubi ponit ualde notandum exemplum in materia ſpolij, poſt Innocen.in cap.dilectus de ordin. cognit. qui omnino erit uidendus,qui ſub num 12.13.& plur. ſeq. ponit multas ualde notandas limitationes ad prædictam aſſertionẽ,de exceptione dilatoria quæ poſt litis conteſtationẽ de reg.nõ poteſt opponi,ſic pariter iura quæ uolunt iudicium ſemel cœptum ſiniendum eſſe,nec pœnitentia actoris poſſe, inuito

44 reo ab illo deſiſti, † non comprehendunt caſum in quo poſt cœptum iudicium ſuperueniret cauſa extinctiua ipſius iudicij,l.ſi ſeruus de condict. fur. l.ſi rer.amot. §.quod ſi l.ſin autem ad exhib.l.uti frui §. poſt litem ſi uſusfruct.peta.& cap.pen.de exceſſ.prælat.ueluti ſi cum penderet lis ſuper reſtitutione dotis,diuortio ſolut.matrim.redintegratum fuerit matrimonium,non enim perficiendum erit iudicium cum matrimonij redintegratio illud reſoluerit atq; extinxerit.

Sic etiam nouæ cauſæ uel rei ſuperuenientia ope

45 ratur † quod ſi ego procurator tuus qui te defendebam,pro te ſatisfedi de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo,iuxta l.1.C.de ſatisdan. & ea quæ habentur in l.non ſolum §.qui alieno de procura. & in l.1. C eo.cum ſimil.& tu poſtea efficiaris non ſoluendo ut quia bona tua iam cœpta ſint poſſideri a creditoribus non cogor ego ulterius te defendere,neque in lite perſeuerare, nec per hoc committetur contra me ſtipulatio ob rem non defenſam,quia ob talem ſuperuenientem cauſam ego excuſor,ita egregie decidit Paul. Caſtr.in l.mutus §. qui non cogitur per illum tex.de procur.quem refert ac ſequitur Marſil. in d.ſing.233.ad finem.

46 Sic ẽt uidemus † eã quoq; ob cãm, & licet except. excuſionis ſit dilatoria, ut habetur in l. peremptorias C.ſenten.reſcind.non poſſ.c.inter monaſterium de re iud.& in l.ita demum C.de procur.cum ſimil. & ſic debeat opponi ante litem conteſtatam, ut in dictis iuribus,attamen ſi prius facta fuerit excuſsio contra principalem debitorem,& ipſo non reperto

ſol-

soluēdo, creditor uelit agere cōtra fideiussores uel cōtra exttraneos possessores, & interim supueniāt bona principali debitori, poterit, fideiussor, uel tertius possessor, qui conuenitur, de hoc excipere, & petere quòd de nouo fiat excusio, ita notanter dicit Cyn. post Petr. in auth. præsente in pen. q. C. de fideiusso. Bal. & Castr. in l. fin. §. 1. si cert. petat. Alex. in consil. 100. col. pen. lib. 5. Marsil. in sing. 142. cautum est ad fin. sed de ijs hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Solennitatis leuis quæ sunt omissa non uitiant.*
2 *Inuocatio diuini nominis omissa in instrumento non uitiat instrumentum.*
3 *Omissio signi crucis in inuentario non uitiat.*
4 *Etiamsi de consuetudine solita esset apponi inuocatio diuini nominis non uitiat instrumentum.*
5 *Processus factus & sententia lata absque solennitate illa propositionis libri euangeliorum, de qua in l. rem non nouam, C. de iud. non uitiat.*
6 *Minima non curari in extraordinarijs.*
7 *Minor non restituitur aduersus sententiam interlocutoriam in qua exceptio modici præiudicij permittitur.*
8 *Minima non considerari quando per eorum considerationem fieret præiuditium rebus maioribus.*
9 *Minimeque ratio habetur in ijs quæ sunt secundum ius commune.*
10 *Dotatam dici mulierem quæ in minimo dotata sit.*
11 *Præscriptionem interrumpi etiam solutione unius nummi.*
12 *Thesaurum ciuitatis qui amouerat uel minimum nummum pecuniæ ciuitatis, incidere in pœnam Statuti punientis emouentem pecuniam ciuitatis.*
13 *Furti pœnam habere locum contra subtrahentem ouum Gallinæ.*
14 *Pœna comburentis domum, locum habet contra comburentem domunculam.*
15 *Regula, quod qui non habet in ære luat in corpore locum habet etiam in minimo.*
16 *Reliquatorem unius oboli non audiri aduersus spoliatum.*
17 *Venditor potest in uniuersum rem uenditam retinere, si desit unus nummus ad solutionem pretij.*
18 *Emphyteutam quandoque cadere a iure suo si deficiat unus nummus in solutione canonis.*
19 *Conductor male versans in una minima re cadit a iure conductionis.*
20 *Pœnam l. si quis maior. C. de transf. locum habere contra eum qui non obseruauit transactionem etiam in minima re.*
21 *Quatuor esse casus præcipuos in quibus quod minimum est attenditur, quorum primus est quando dispositio loquitur per uerbum aliquid.*
22 *Dispositio quando loquitur conditionaliter quod minimum est attenditur.*
23 *Conditio dicitur esse quid indiuiduum & formam inducit.*
24 *Minimum attenditur cum pro forma requiritur. Quia formæ nihil addi potest neque minui. ibid.*
25 *Minimum attendi quando requiritur ad maiorem summam integrandam.*
26 *Minimum est inconsideratione habendum ubi in eo militat eadem ratio, quæ in magno.*
27 *L. decurio intellectus, C. de decur. lib. 10.*
28 *Et l. 2. §. quod si ad sen. Tertyl.*
29 *Et l. quæsitum de re iudi. ac l. prima, §. proinde de ædil. edict.*
30 *Et l. plebiscito cum socijs de offic. præsi.*
31 *Et l. si is qui tres de excus. tuto.*
32 *Minimi rationem esse habendam, quando absurdum sequeretur.*
33 *Iurisconsulto qui propter doctrinæ excellentiam consulat cum minimo labore, Responsi honorarium deberi.*
34 *Sterilitate ipsius rei a generalibus iuris conclusionibus, sæpius recedi.*
35 *Annus quando dicatur sterilis, maximè uariatum sententiis a Doctor.*
36 *Annum dici sterilem cum dimidiam pensionis conductor soluere non potest deductis impensis.*
37 *Conductorem impune posse deserere fundum qui effectus sit sterilis.*
38 *Rem ecclesiasticam sterilem posse sine solennitatibus alienari.*
39 *Aliud tamen esse in fundo minoris sterili.*
40 *Et qua ratione.*
41 *Rem subiectam restitutioni posse ob sterilitatem alienari.*
42 *Consuetudo generalis prohibens res ecclesiæ alienari non comprehendit rem sterilem.*
43 *Augumentum fructuum contingens fortuito in re locata an faciat augeri pensionem domino.*
44 *Et quomodo ea in re distinguat Bartolus.*
45 *Castren. Saly. ac Fulg. sentire contra gl. in l. simerces §. uis maior, locat.*
46 *Exemplum insigne quo Bar. ad praxim reducit propositam difficultatem.*
47 *Quid sentiat Auctor in proposita controuersia.*
48 *Vbertatem quæ cœli clementia omnibus contingit, differre ab ea quæ acciderit aliquibus cœli in clementia.*
49 *Meliorationum gratia clericum a beneficio amotum, posse retinere bona ecclesiastica.*
50 *Meliorationum causa posse prælatum solum bona ecclesiastica a laicis meliorata in emphyteusim concedere.*
51 *Notorietate rei euidentissima, a generalibus iuris regulis plerunque recedi.*
Examen ad Doctoratus a picem non esse necessarium, in eo, qui fama notissima peritus habeatur. ibidem.
52 *Aliquos tamen contra sentire.*
53 *Quidque illa in re sentiat Auctor.*
54 *In notorijs posse indicem impartiri officium suum parte non petente.*
55 *In sententia interlocutorig appellatione non esse causam inferendam quæ est notoria.*
56 *Appellationem non dari in notorijs.*
57 *Vicinitate rei perstringi interdum generales iuris regulas*

gulas, quod per multa exempla ex Ludo. Roma. decla claratur.

58 *Quæ tamen maiore cum iudicio ab Alciato adſcribuntur loci circumſtantiæ, & quibus rationibus.*

Rei quoque circumſtantia plerunque receditur a generali iuris diſpoſitione.

CAP. XXV.

SEd & rei tenuitas ſeu paruitas interdum operatur ut perſtringamus generalem iuris diſpoſitionem, ut plurib. exemplis docet Lud.Rom.in d.§.de uiro ſub nume.24.& D.Alcia. de uer.ſign. uer.ex Re fit ſub num.60.61.&

1 ſeq.unde uidemus quod ea quæ † leuis ſunt ſolenni tatis, excipiuntur ab illa generali concluſione quæ habet, omiſſionem ſolennitatis uitiare, l.1.§.fi.uer. quale eſt enim de uentr.inſpici. ubi ſi quid omittatur ex ijs quæ leuius prætor obſeruanda edixit actus miſſionis in poſſeſſionem nõ uitiatur, & ideo

2 uolunt † frequentius Doctores omiſſam ſolennitatem inuocationis diuini nominis non uitiare inſtrumentum, Bald. in inſcriptione C. ſub num.1.& in l.iuriſgentium §. quod fere de pact.ubi & Caſt.Alexand.ſub num.10.in rub.de oper.nou.nuntia.in ver. teneo concluſiuè partem negatiuam, Abb.in c.1.de fid.inſtru.Socin.in conſi.2.ſub num.4.lib.3.Nicon. in d.rubr.ſub num.103.& 125.ubi communem dicit, & non eſſe in iudicando ac cõſulendo ab ea cõmuni recedendum, Soc.iun.ſub nu.3. & 23. & 24. qui tanquam communem defendit Pariſ.ſub num. 47.uer.ex quibus ſatis patet D.Alcia. ſub num.7. & Bologne.ſub nu.40.uerſi.& pro opinione negatiua ubi eandem ſententiam dicit eſſe communem.

3 Sic etiam † omiſſio ſigni crucis in inuentario tãquam leuis ſolennitatis creditur non uitiare, l.ult.§. ſin autem dubius uer.quòd ſi ignarus ubi gl.& Doctor.C.de iur.deliber.faciunt quæ ſcribit Bar. in l.ſi quis ex argentarijs § ſi initiũ ſub nu.7.de eden.Fely. in c.decernimus colum.2.de iudi.& Didac. practica.quæſtio.capit.20.ubi uult quòd etiam † ſi de cõ

4 ſuetudine inualuiſſet, ut inuocatio diuini nominis apponeretur in inſtrumentis, ſi tamen a notario omitteretur non uitiaret, quia leuis eſt ſolennitatis, qua de re plenius diſſeruimus poſt cæteros in d. rubrica de oper.noui.nuntia.

Sic etiam uoluit glo.in l.rem non nouam C.de iu

5 di.in uer.prætereatur † ſententiam a iudice latam & proceſſum factum abſque ſolennitate illa euangeliorum præpoſitorum, quam præſcribit iudicib. obſeruandam ille textus in principio, medio, & fine cuiuſcunque iudicij.nihilominus ualere, quam gl. ibi ſequitur ac probat Sily.

6 Sic etiam propter rei paruitatem dici ſolet, † q; de minimis non curat prætor, l.ſcio de in integr.reſtit. quod Abb & communiter Doct.in c.de appellatio. ut ibi dicit Dec.ſub nu.7.intelligunt procedere in extraordinarijs, quæ contra ius commune concedũ tur, ex quo infert Io.Imol.c.1.§.coram de in integr.

7 reſtit. † quòd minor non reſtituitur aduerſus ſententiam interlocutoriam, in qua exceptio dilatoria mo dici præiudicij permittitur, quæ fuit Bald.ſententia in l.peremptorias columna 3.C.ſenten.reſcind.non poſſe, & in l.ſcio de in integr. reſtitut. & hanc declarationem probat quoque D.Alcia. d.lib.1.de verb. ſignific.ſub nu.64.quam tamen intelligit Dec.in d. cap.de appellationibus ſub num.7.quando per mi-

8 nimæ † rei conſiderationem fieret præiudiciũ maiori, iuxta tex in d.l.ſcio de in integr.reſtit.cæterum ubi maiori rei non fiat præiudicium etiam de minimo minoris damno in beneficio reſtitutionis curatur l.minoribus 25. annis de minor. in illis uerbis cum de bonis eorum aliquid diminuitur, inducendo ut per Dec. quod uerbum aliquod etiam in minimo uerificatur, ut per Bar.in l.ſi ſeruũ, §. ait prætor de acqui. hæred & clem.1. in uer.pro parte de for. compe. Secus in ordinarijs & in ijs quæ ſecundum

9 ius commune fiunt † quia in illis etiam minima attenduntur, idque etiam regulariter ut probant Doctor.per tex.in d.cap.de appellationibus cui conſonat tex. in cap.maioribus de præben.& in cap. non poteſt eo.tit.lib.6.& tex.in l.ſi proprietarius in prin cip.de dam.infect.in l.1.§.illud de con. cum eman-

10 cipa.liber.eius, & ideo dicit † Bal.in c.ſi proponente de reſcript.per illum tex.dotaram dici mulierem quæ etiam in minimo dotata ſit, & idem Bal. in c.

11 illud col.fin.uerſi.ſed an per ſolutionem, per † ſolutionem nummi præſcriptionem interrumpi, arg.l.j. §.cæpiſſe de pollicita.Ang.in l.ſi ſeruum, §.prætor in

12 fi.de acquir.hær.qui ait † Theſaurarium ciuitatis q amouerit uel unum minimum nummum pecuniæ ciuitatis, incidere in pœnam ſtatuti punientis ammouentem pecunias ciuitatis, ſeq. Iaſ.in auth. qui rem C.de ſacr.eccl.ſub nu.16.

13 Hinc uidemus † pœnam furti locum habere etiã contra contrectantem rem minimam, ueluti ouum alicuius gallinæ, ut glo.in uer. lucrandi in §. gallinarum inſt.de rer.diuiſ.

14 Pœnam † comburẽtis domum, protendi ad eum qui cõbuſſerit domunculam, Bal.in l.j §.de exercitoribus per illum tex.naut.caup. ſtabula.& propterea Dec.in d.c.de appellationib.ſub nu.2.ad fi uult hãc

15 quoq; materiam procedere in penalib. Sic † quoq; regula quod qui non habet in ære, luat in corpore, l.pen.de in ius uoc.intelligitur ẽt ſi quis uniuerſam pœnã præſtare poſſet in ære, excepto nummo, ut ibi tradit Alex.ſeq.Iaſ.in auth.qui rẽ C.de ſac. eccl.ſub

16 nu.16.ubi uult quoq; † reliquatorẽ uel unius obſequi nõ audiri aduerſus ſpoliatũ in petitorio, donec oſa ad unguẽ reſtituerit, quæ fuit Bal ſnia in c.conquerente col.1.de reſtit.ſpoliato.eiuſdem Iaſ.in l.ſancimus uerſi.8.extende C.de iud.& in conſi.162.col.2 in fin.lib.1.Cur.iun.in conſi.4.ad fin.& Ioſa.Vall. in conſi.53.ſub num.25.l.b.1. Et vendito rem poſſe

17 † in uniuerſum rem ipſam uenditam retinere ſi deſit uel nummus ad ſolutionem pretij, poſt Bal.in l.ſi C.cõmo.& in rubr.C.de cont.empt.q.11.& glo. in l.res bona de contr.emptio. probat D.Alciat.d.li-

bro primo, huius tit. ſub num. 64. ubi uult quoque propter unum nummum emphyteutici canonis
18 † non ſolutum quem decidere a iure emphyteuſis, ſi ea lex dicta ſit inter contrahentes, alioqui id potius debere intelligi benignius agendo per imprudentiam fuiſſe factum arg. l. quamuis de cond. & demon. a qua ſententia non uidetur abhorrere Iaſ. in dicta auth. qui rem ſub dicto num. 16. uer. intellige ubi tamen non poſſet aſſumi præſumptio contemptus, quæ in dubio aſſumenda non eſt, ut dicit Do. Clar. in §. emphyteuſis q. 4. ſub num. 4. ad fi. ubi hãc ſententiam amplectitur, & in praxi ab excel. Senatu Mediolani approbatam fuiſſe refert in cauſa cuiuſdam Dominici Garenzani, & plura huius generis addit Iaſ. loc. loc. iam relat. & Dec. in d. c. de appellationibus colum. 2. in 2. not. facit quod ſcribit Andr. Sicul. in conſi. 36. ad fin. uolum. 2. ubi uult
19 † conductorem male uerſantem in una etiam minima re cadere a iure conductionis omnium & Bal. in l. pacta conuenta de contr. emptio. ubi uult propter unum quodque capitulum etiam minimũ nõ obſeruatum repelli quem ab agendo.

Quinimmo dicunt Moder. Pariſi. ad Dec in d. c.
20 de appellationibus qnòd etiamſi † quis in aliqua minima re non obſeruaret contenta in inſtrumento tranſactionis iurato incideret in pœnam l. ſiquis maior. C. de tranſ. quia in uno peccans factus eſt omnium reus cap. defleat de reg. iur. in antiq. cap. conſideret de pœnit diſtin. 5. & cap. quæ Epiſcopos 37. diſtin. & tradit Sicul. in d. conſi. 36. ad fin. lib. 2. Dicebat tamen Dec. in d. cap. de appellationib. quatuor
21 eſſe caſus † præcipuos in quibus quod minimum eſt attenditur.

Quorum primus eſt, quando diſpoſitio loquitur per uerbum, aliquid, nam tunc uerificatur etiam in minima re, uel parte, l. ſi ſeruum §. prætor ait ubi Bar. & Ang. de acqui. hæred glo. in cle. 1. in uer. parte de foro compet.

22 Secundus quando † diſpoſitio loquitur conditionaliter, tunc enim etiamſi in aliquo minimo deficiat conditio diſpoſitio non progreditur, gl. not. in d. l. res bona fide de contra. emp. Bal in d rubr. C. de contra. empt. q. 10. & in l. quamdiu C. de diſtract. pi
23 gno. quia conditio † individua eſt, l. in executione §. pen. de ver. obligat. & formam inducit, Bal. in auth. matri & auiæ columna 1. C. quando muli. tut. offic. quæ ad unguem debet impleri, alias actus eſt nullus, l. qui hæredi, & l. Mẽuius de conditionibus & demonſtrationibus.

Tertius eſt, quando illud minimum pro forma requiritur, quia formæ nihil addi poteſt, † neque minui, l. 1. §. opus nouum de no. oper. nunt ia. Bal. in l.
24 fi. col. 2. uer. ex hoc colligitur C. de ſu. & leg. hæred. declarando tamen ut per eundem Dec. ſub nu. 5.

25 Quartus eſt, quando illud minimum † requiretur ad maiorem ſummam integrandam, quia illo deficiẽte qualitas requiſita, uel numerus requiſitus non uerificatur, d. l quamdiu ubi Bald. C. de diſtra. pigno. faciunt quæ ſcribit Bal. in l. cum ſit in fin. C. ſepul. uiola. in dicta l fina. C commo. in dicto capitulo conquerente columna ſecunda, de reſtit ſpoliat. cum à ſocijs Decio citat.

26 Quibus addi poteſt † quintus, qui colligitur ex dictis Abb. & eiuſdem Decij in d. cap. de appellationibus, quando ſcilicet in minimo proportionabiliter eadem ratio militat, quæ in magno, ſecus ubi ratio diſpoſitionis ceſſaret, quia tunc minimum non attenderetur per tex. in cap. ſi quæſtiones de ſimo c. ex parte de fid. inſtr. in l. 1. §. fin. de uentr. inſpici. in l. Marcellus §. ſenatus de leg. 1. in l. 1. §. ſciendum de ædil. edict. in l. 2. §. final. quòd cum eo & in cap. terrulas 12. q. 2. quia in iſtis terminis parum & nihil comparantur, ut in not. q. dicit Bal. in auth. præterea ad fin. C. unde uir & vx cum ſimil. ſupra deduct. lib. 5. in loco a ſimili.

Hincque ad plures quæſt. in praxi infert Dec. in
27 d. c. de appellationibus, col. fi. & in iſtis terminis † intelligitur text. in l. decurio formam, C. de decur. libro 10. ubi decuriones qui ob ſenectutem ſunt immunes non excuſantur, quando leue eſt munus, qđ
28 cito explicari ſolet, in l. 2. † §. quod ſi penitus egenis & §. tractari ad ſenat. tertul. ubi excuſatur mater quæ non petierit tutorem filio, quando tenuiſſimæ erant pupilli facultates, quæ aliàs excuſari non
29 ſolet, l. quæſitum † de re iudica. in l. 1. §. proinde de ædil. edict. ubi edictum de morbo loquens nõ trahitur ad leuem febriculã, in l. 1. §. pen. ad Syllania. ubi ſen. conſul. de uulnere loquens non progreditur in uulnuſculo, quod & uoluit Bar. in ſtatuto, in l. præ-
30 diũ C. de ædil. act. in l. plebiſcito † de offic. præt. in l. ſolent de offic. proconſ. & in c. ſtatutum de reſcript. lib. 6. ubi prohibitio facta ius dicenti de munerib. non capiendis, non habet locũ in leuibus, eſculentiſq; ac poculẽtis, quæ facile conſumuntur, & quæ minima ẽt dici poſſunt, habita ratione loci temporis & perſonæ, ut in d. cap. & ſi quæſtiones de ſimo,
31 In l. ſi is qui tres † de excus. tnto. ubi ob tres tutelas non excuſatur quis a quarta, quæ leui negocio explicari poſſit, & eodem modo intelligenda ſunt ijs ſimilia, quæ congerit Lud. Roma. in d. §. de uiro in 3. lim. ſub nu. 24. & D. Alci. d. libro 1. de uer. ſig. ſub
32 nu. 61. & duobus ſeq. Poſſet † ẽt ſextus addi, caſus, quando abſurdũ ſequeretur, ubi minimi ratio non haberetur, per ea quæ ſupra diximus li. 5. c. 17 in loco ab abſurdo & alibi ſupra ſæpius, & propterea nõ
33 eſt uera glo. in c. non licet 11. q. 3. quæ † uoluit iuriſconſulto, qui cum minimo labore ac ſine reuolutione chartarum conſuluerit in aliquo negocio, non eſſe præſtãdũ ſalariũ uel honorarium eius noti uel reſponſi, quia exanclati labores ac æramnæ, quib. ars, iſta addiſcitur ſine præmio eſſe nõ debent, & quia melioris cõditionis eſſet imperitus q̃ peritus quod eſſe nõ debet, cũ ad peritiam præmiorũ hortatione inuitemur, §. ult. in inſt. proœ. §. ult. in proœ. pandec. & l. j. ad fi. prin. de iuſt. & iur. & ita nũcupatim reſpondebant illam gl. Io. And. ad Specu. in tit. de ſalar. in §. ſequitur circa fi. Lud. Rom. in d. §. de uiro ſub d. nu. 24. circa fi. & D. Alci. a. d. lib. 1. ſub nu. 63.

34 Propter rei quoque ſterilitatem † plerunque generales iuris diſpoſitiones reſtringũtur, & ideo propter anni ſterilitatem colono fit remiſſio, quæ aliàs non fieret, l. licet C. locat. & cap. propter ſterilitatẽ

cod.

eod.titu.extrà Hic ergo dubitari contingit qui annus dicatur ſterilitatis. Et quãuis ea in re ſex prodi
35 tæ fuerint † uariæ interpretum ſententiæ,ut colligi tur ex ijs quæ tradunt Doctor.in d.cap.licet & in d. cap.propter ſterilitatem ex Neuiz.in conſi.90.Didac.cap.30.practi.quæſt.& Meno.caſ.77.per tot. de arbitr.iud.ubi latè examinat iſtas opiniones. fre-
36 quentius tamen itum eſt in eam ſententiam,†ut tũc dicatur annus ſterilis cum dimidium penſionis ſoluere non poteſt conductor impenſis deductis,quã ſententiam ſecutus eſt Butr.in dicto capit. propter ſterilitatem,& ibi Abb.ſub num.12.Cyn.& Bar. in dicta l.licet C.de locat.Caſtr.in l.ex conducto §. ſi uis locat.Alex.in conſi.3.ſub num.6.& conſi.112. ſub num.1.in fin.lib.1.& alibi ſæpe,Aretin.qui communem dicit conſi.52.columna prima,Goza.conſ. 74.colum.1.Pariſ.conſ.38.num.22.lib.1. Rip.de priuil.contr.cauſ.peſt.num.25.quos refert ac ſequitur Didac.d.quæſt.30.num.1.& Menoch.d.caſ.76. ſub nu.5,qui addit Capit.deciſi.88.num.1.& Neu. dicto conſi.90. ſub num. 10. a quibus non uidetur recedere Boſſ.de remiſſio.merce.ſub num.4. qui dicit prædictam opinionem communiorem eſſe.

Hinc etiam inferunt Ludo.Roma.in d.l.ſi uero §. de uiro ſub nu.34.ſolut.mat.& D.Alcia. dicto li.1.
37 de uerbo. ſignific. ſub nu.65. Legem † quæ arctat colonum ad non deſeredam culturam fundi, non habere locum in fundo qui effectus fuerit ſterilis, per gloſ.ſingul.in l.2.C.de agrico,& cenſi.libro 11, quam glo.Bar.ibi inducit ad ſtatuta ſic diſponentia quod tamen Ludo.Roma.declarat ualde notanter diſtinguendo inter colonum reipub. & colonum priuati,ut ſcilicet colonus reipub. ſi habeat agros alios fertiles cum eo qui effectus fuerit ſterilis non poſſit is diſcedere a cultura agri ſterilis propter ſterilitatem,iuxta not.tex.in l.qui utilia, C.de om.agr. deſer.lib.11. Colonus autem priuati poſſit hoc facere,ut eſt caſus notandus ſecundum unum intellectum in l prima, §.uniuerſi C.de fund.patrimo.eodem libro.

38 Sic etiam † conſtitutio quæ generaliter prohibet rei eccleſiaſticæ alienationem, reſtringitur ad res quæ non ſint ſteriles ac infructuoſæ, ſecus ſi ſteriles ſint,quia illæ poterunt per prælatum alienari ſine ſolennitatibus ut in cap.terrulas 12.q.2. in auth.itẽ prædium,C.de ſacr.eccleſ.& in cap.ut ſuper in fin. de reb.eccleſ.non alien.& ita probat Lau.Rodulph. in ſua repet.cap. ſine exceptione 12.q.2.q.15.ſed Rebuf.ibi in uer.item domus dicit ex tex.in d.c.terrulas tria requiri.

Primo quod res ſit exigua & modica, ut ibi in yerbo terrulas.

Secundo quod non ſit eccleſiæ utilis, ibi eccleſiæ minus utiles.

Tertio quod neceſsitas adſit quib. concurrentibus poteſt prælatus ſolus etiam ſine conſenſu capituli dictas res ſteriles alienare, ut firmat Redoa.de rebus eccleſ.non alien.fol.252.ſub nu.4.& ſeq.poſt Auguſti.Bero.in cap.nulli de reb.eccle.non alien.&
39 per deciſi.Guid.Pap deciſ.156.Aliud tũ † dicit Lud. Rom.iam relatus eſſe in fundo minoris, qui licet ſit ſterilis, ſaxoſus, uel peſtilens, nihilominus non põt alienari, per tex.in l.ſi fundus ſit ſterilis de reb.eo.& dicit idẽ Rom.nunquã ſe potuiſſe uidere ueram rõnem diuerſitatis inter iſtos duos caſus,quãuis multi multa loquantur. Verũ frequẽtius in eam ſnĩam
40 itum eſt,ut ea poſsit diuerſitatis rõ aſsignari † cũ eccleſia nunquã poſsit effici maior, lex facilius diſpenſat ut in caſu ſibi utili poſsit diſtrahere, ſecus uero in minore, qui pp ætatem breui effici maior ſperatur & propterea difficilius cũ illo agitur, quã rõnem diuerſitatis cõſiderauit Albe.poſt Dyn.in d. l ſi fundus ſterilis,Bar.in l.ſi pupillorum in prin. eo. tit.de reb.eo. & in l.iubemus ſub num.7. & in auth. quas actiones ſub nu.1.C.de ſac.eccleſ.Bero.in cõ ſi.83.ſub nu.16.vol.1.Rimin.conſi.5.ſub nu.106.li. 1.Cap.deci.113.ſub nu.7.cum ſimil.adduct.nouiſſimè per Simon.de decret.mino.ſcriptorem interrecentiores diſertiſsimum li.3.eius tract.tit.8.inſpect. 17.ſub num.127.qui ſatis concludentem putat eſſe hanc diuerſitatis rationem inter eccleſiam ac minorem,quicquid ex aduerſo ſenſerit,Lud.Rom.lo-
41 co iã cita. Sic ẽt pp ſterilitatem † res ſubiecta reſtitutioni põt contra generalem prohibitionem alienari,glo.Alex.& alij in l.marcellus §.res quæ ad ſen. trebel.Red.loc.iam relat.car.252.ſub nu.7.Et a ge-
42 nerali conſuetudine † prohibente alienationem rorum eccleſiaſticarũ,cenſetur res ſterilis excepta,ca. ceterum de don.& a generali diſpoſitione præſtationis iuramenti fidelitatis eximitur vaſallus, qui de feudo tenui ac ſterili ſit inueſtitus cap. de fidelitate de cap.conrad.

43 Propter rei quoq; † meloratione plerunq; recedi tur a generali iuris diſpoſitione,ut eſt gl. ualde not. in l.ſi merces §.uis maior loc.quæ uult ut tametſi locator non poſsit ultra pẽſionẽ de qua inter partes cõuentũ eſt,petere,nihilominus ſi fortuito caſu, & nõ induſtria cõducẽtis ſuperuenerit magna rei fertilitas,põt peti augumentũ penſionis,quã gl.probat Lud.Rom.in d.§.de uiro ſub nu.43.& D. Alci. d.li. 1.ſub nu.67.quia qua rõne pp ſterilitatẽ petit ſibi colonariũ diminui, pp fertilitatẽ debet pẽſionẽ augere,ut eadẽ ſit cõmodi,atq; incõmodi determinatio,l.ſecundũ naturam de reg.iur.c.qui ſentit onus de reg.iur.li.6.& l.& ſi cõtra de uulg.& pup.Doc.in rub.de acqui.poſſ.alias perplures rõnes conſiderat gl.in d.§.uis maior, eandẽ gl.ſeq.Bar.in d.§. uis ma-
44 ior ſub nu.8.diſtinguẽdo inter lucrũ † quod colonus ex augumẽto prętij fructuũ pp eorundem fructuũ caritatem,& fructuũ iplorũ abundantiã, ut 1. caſu non ſit augenda penſio cõductori, poſteriore ſit augenda,& uera ſit opinio gl.quã vĩ aſſerere cõiter eſſe approbatã Ful.in d.§.uis maior ſub nu. 13.
45 quamuis ipſe ſentiat cõtrariũ eſſe uerius † quod plenius ac clarius probant Caſtr. & Sal.in d.§. uis maior ubi deducunt huius ſnĩæ rõnes reſpondẽtq; argumentis ac rõnib.per glo.deductis & quãuis nõ facile propoſito exẽplo poſsit ea gl.declarari,pulchrũ
46 atq; inſigne exẽplum † proponit Bar.loco ia relato, veluti ſi alicui molendinum ego meum locauerim ſub certa penſione, & a quarum incremento cætera uicina molendina fuerint impetu fluminis

Ablata, ita quod molendinum meum ſic locatum duplum ac triplum eius quod conſueuerat locari, fuerit lucratum, tunc enim debebit penſio augeri, idem poſſet dici de hoſpitio, ſtabulo, uel naue locatis, quibus alijs incendio, uel ruina, uel bello aut aliquo alio fortuito caſu abſumptis, maximum acceſſiſſet conductori commodum.

Ego tamen in hac controuerſia Doctorũ diſtin-
47 guerem † duos principales caſus, quòd aut ea in locatione contingit ſterilitas, propter quam dominus fuit coactus facere cõductori remiſsionem mercedis, aut nulla contingit ſterilitas digna remiſsione mercedis. Priore caſu ego credo augumentum illud compenſandum eſſe domino, cum remiſsione mercedis facta ob ſterilitatem, iuxta ea quæ Doct. in l. licet, C. de loc. & coduct. & in cap. propter ſterilitatem extra eod. tit. & quæ tradit Boſt. in titu. de remiſſ merced. ſub num. 24. cum plur. ſeq.

48 Poſteriore caſu rurſus † diſtinguerem inter ubertem quæ contingit cœli clementia, & fuit communis omnibus, & ubertatem quæ contingit cœli clementia, & aliorum infortunijs, ut in caſu Barto. & aliis id genus.

In caſu ubertatis & cœli clementia, ego ſentirem contra glo. cum Fulgoſ. & Caſtren. per eorum rationes in dicto §. uis maior; In altero caſu ego amplecterer glo. Bar. & aliorum ſententiam, quia ſi infortunium quod contigit molendinis aut hoſpitijs, uel ſtabulis uicinorum, contigiſſet molendino, ſtabulo, uel hoſpitio, aut naui ipſius locatoris, ceſſiſet eius damno, dicto §. uis maior ubi Bar. & omnes notant, ergo & commodum beneficio domini cedere debet iur. uulgar. & in hoc procedere caſu poſſunt rationes gloſſ.

49 Sic etiam propter melioratione † clericus, qui amotus a beneficio non poteſt retinere res eccleſia ſticas, poterit retinere poterit retinere ea bona, quæ ab ipſo meliorata ſunt, ſecũdum intellectum Inno. in cap. fin. de pecul. clerico. quem ſequitur Roma. & Alcia. loco ſupra cita.

50 Et prælatus ſolus † poterit bona ſterilia meliorata per laicos illis ſolus in emphyteuſim concedere • quamuis alias id facere ſit prohibitus Abb. & cæteri in c. ad aures de reb. eccleſ. non alien. Bar. in l. quicunq; C. de om. agr. li. 11. Rui. in conſi. 33. ſub num. 16. uol. 1. & deſeruiũt ad hoc multa quæ ſcribit idẽ Roma. in conſi. 22. in ult. dubio ſub nu. 5. & 6. & Caſtren. in conſi. 142. col. 2. ſub nu. 2. lib. 2. & eandem ſententiam probat Roma. in l. etiam ſub nu. 14. ſolu. matr.

51 Propter euidentiſsimam † quoque rei perſpicuitatem ſeu notorietatem plerumque generales iuris diſpoſitiones reſtringuntur & ideo quamuis nõ poſſit quis ad Doctoratus apicẽ promoueri niſi prius facto de illo oportuno examine, & diligẽti morum ac doctrinæ inquiſitione, & ſubſequẽte magiſtrotũ eius artis uel ſcientiæ debito conſenſu, l. magiſtros C. de profeſſor. & medi. lib. 11. & l. nemine C. de aduoc. diuer. iudi. nihilominus ſi notoria ſit eius qui ad gradũ promoueri petit ſcientia atque eruditio, uel aliàs celebris tunc probatione atq; examine nõ indiget, ita firmat Io. And. in c. cõſtitutus il 2. de appel. & Arch. in c. ſi quis presbiter 24. diſtin. p gl. in c. de Petro 47. diſtin. in uer. ignota, & in c. qui epiſcopus in uer. examinetur 23. diſtin. eãdẽ ſniam ſeq. Abb. in c. conſtitutis 2. ſub nu. 4. per illum tex. de appel. qui addit tex. cũ gl. in c. nullus 24. diſt. ubi habetur loco examinis ſufficere teſtimonium populi de ſufficientia uel idoneitate & hanc partem probat Lud. Rom. in d. §. de uiro ſub nu. 55. & D. Alci. loco iam relato ſub d. nu. 67.

52 Attamen † Luc. de Pen. in d. l. magiſtros. in col. ſi. poſt utranq; partem diſputatam hanc difficultatem quamuis nihil expreſſe decidat, uidetur tamẽ transire cum opinione ultimo loco relata, iuxta glo. in l. q filium §. item Sabinus ad ſenat. Treb. in qua arguit nihil omittendum eſſe ex ſolenibus a iure requiſitis cuius ſententiæ uidetur cõuenire, quod ſcribit Bal. in l. j. de lib. & poſt. ubi uult ẽt in notorijs non rece-
53 di a formalibus iuris ſolemnitatibus, ego † tamẽ hac in re putarem tutius eſſe, ut etiam is qui fama notiſsima pro perito atque idoneo haberetur ſubijcere ſe deberet conſueto examini, quia multa plerunque dicuntur notoria quæ non ſunt, c. conſuluit de appel. Et ita ſemper uidi ſeruari in hoc Ticinẽſi noſtro collegio in quo examini etiam ſubijciuntur, q publicis actionibus egregiũ ac irrefragabile ſui ſpecimen ediderunt, nõ ſolum publicis diſputationib. ſed etiam annuis exercitationibus in publice profitẽ di munere, ut mihi & aliis pleriſque in ticinenſi hoc Gymnaſio contigit.

54 Sic etiam † quamuis iudex impertiri non debeat officium ſuum niſi petenti ſi tamen uerſemur in notoriis, poterit iudex ſupplere parte quoque non petente, glo. Iaſ. & Doc. communiter in l. ubi pactũ C. de trãſ. Alex. in l. j. ſub nu. 8. C. ut quæ des. Rip. in l. 4. §. hoc aũt ſub nu. 28. de dam. infect. Ita ẽt iura diſpo-
55 nentia cauſam † in appellatione a ſnia interlocutoria inferendã eſſe, ac probandam, locũ non habent, qñ tauſa eſſet notoria, glo. reput. ſing. in clem. appellanti de appellatio. pro qua Bar. in l. j. de exceptio. adducit tex. in l. ciues & incolæ, C. de appellatio. & idem probat Io. Andr. in cap. accedens il 1. ut lit. nõ conteſt. Roma. & D. Alcia. loco ſupra cit. Qui pro ponunt quoque exemplũ in cap. cum ſpeciali, §. porrò, & c. cõſuluit de appel. & in c. Romana de appel.
56 lib. 6. ubi generalis diſpoſitio † quod in maioribus & minoribus cauſis detur appellatio reſtringitur ne progrediatur in notorijs, in clem. paſtoralis §. piſana ciuitas de reiudi. ubi citatus qui alias tenetur comparere ad deducendam exceptionem declinatoriã nõ arctatur comparere ſi cã ſit declinatorial, & in cap. ad noſtrã de iureiur. ubi ordo iudiciarius qui aliàs ex generali iuris diſpoſitione ſeruandus eſt remittitur in notorijs.

57 Propter rei † quoq; uicinitatem in multis recedi tur a generalib. iuris regulis, ut latè docet Roma. in d. §. de uiro ſub nu. 74. ueluti cum inducitur, ut deſi ciẽte ppriæ ciuitatis vicini loci theſaurario ſoluat, l. prima, in uerſ. ad proximos, C. de can. largiti. li. 11. uel cum aduerſus iudicem negligentem iuſtitiam faceredenegatur actio, cum a uicino iudice potuit

quis

quis iuſtitiã obtinere,l.4.§. ſi tam uicinum de dam. infecto.

Aut cum ob uicinitatem damnum illatum eſſe præſumitur,l.ſi ita ad fin.ibi ne quid uicini de fund. inſtr.ubi Iac.Aret.& Bar. & l.dominus horreorum locat.Seu cum ad ciuitatis uicine cõſuetudinem deficienti propriæ ciuitatis more, dicitur recurrendum eſſe,iuxta capit. cum olim de conſuet. iuncto §.fin.de ſatiſ.& l.de quibus de legibus. Vel cum iudex unius ciuitatis in qua non adſint idonei tutores de uicina idoneum eligit,l.diuus de tuto.& cura to.dat.uel cum uenditor rei ad menſuram limitatã cogitur confines declarare,ob improbitatem uicini glo.in l.quod ſæpe §.fin.de contr.empt.

Aut cum ob vicinitatem ciuitatis in qua facienda ſit ſolutio, maior collecta uni imponitur quàm alijs æque diuitibus,l.pro locis C.de anno.& tribu.libro 10.Vel cum ob uicinitatem præſumitur ſcientia excluſa ignorantia, capitu.quoſdam de præſumptio.capitulo quanto,eod.tit.& l. ſi uicinis cum ibi not. C.de nupt. Vel cum ex uicinitate actuum pecunia de proximo recepta fuiſſe arguitur,l.ſi uentri §. fin de priuileg.cred.

Aut mandatum ad homicidium infertur, iuxta tradit.per Bar.& Bal.in l.prima,C.de ſer.fugit.& in l.multũ intereſt C.ſi quis alter.uel ſi bi vel cum loci immunitator ob uicinitatẽ eccleſiæ,uel alterius loci immunis arguimus l.præſenti, C. de his qui ad eccleſ.confug.capitu.decet domum §.eeſſant ult.de immun.eccleſ.lib.6.& in cap.ſi quis antiquitus & in cap. ſi quis contumax, t7.quæſt.4.

Seu cum quis ob uicinitatem murorum ciuitatis in ſuo ædificare prohibetur,l.opus nouum, & l.de operibus de oper. publ.l.per prouincias cum ſua glo.fin.C.de ædifi. priua.l penul.§.muros de rer.diuiſ.& l.quicunq; caſtrorũ,C. de fund.limitro.li.11. Vel cum uicini loci homines arctantur ad aliquid agendum,& quia in ipſo loco non reperiãtur homines idonei,l.cum Nauarchorum,C de nauicu.libro 11.Vel cum in erogationibus rerum in pios uſus relictarum uinciniores pauperes eliguntur,l.ſecunda C de anno.ciuili.libro 11.l.ſi quis ad declinandam. uer ſi uero nullus,C.de epiſcop.& cleri. Vel cum ex uicinitate ſcripturarum uerbi alicuius ambigui declaratio inducitur,l.qui filiabus in princ. ubi late Iaſ.de lega.1.l hæredes palam §.ſi quis notam, ibi uel ex uicinis ſcripturis de teſt. l. qui non.militabat §.Lucio de hær.inſtit.& l.cum in teſtam §.fi.eod.tit. l.ſi ſeruus plurium §.fin.de lega.1. l.nummis de leg. 3.ad idem eſt tex.in l.utrum ubi Bald. de petit.hær. & in c.inter dilectos §.cæterum de fid.inſtru.

58 Hæc tamen fere omnia exempla † quæ Ludo.Roma.adſcribit Rei circumſtantiæ,loco iam relato, D.Alcia.dicto libro primo,de uerbo. ſignific.uerſi. ex loco ſub num.92.cum duobus ſeq. adſcribit circumſtantiæ ipſius loci & Menoch de arb.iudic caſ. 222.col.1& 22.quo loci & alios citat q circũãſttię loci hæc adſcribũt & maiore mea quidẽ ſententia cum iudicio quia attinent hæc ſpecialius ad locũ quam ad rem præmittendaque eſt in concurſu denominatio ſpecifica genericæ.l.hoc legatum de legat.3.l.in toto de reg.iur. cap. generi. de regul.iur libro ſexto.

Quia ſingulas res ſingulis denominationib.commodius eſt applicare,§.ſed quia ſanè cõmodius inſt. quid.mod.teſt.infir.facit tex.in l.Labeo §.ult.de ſupel.leg.l.3.de reb.dub.l.qui habebat & l. ſtichus de man.teſtam.& l.quoties de hæred.inſtit.& quod dicitur debere materias ſub congruis titulis diſponi, §.quibus, prima conſtitutio. C.& l. Imperatores de in diem addict.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentorum ſolennitas remittitur ei qui teſtamentum ruri condidit.*
2 *Et an priuilegium iſtud ſit tributum loco uel perſonis in loco.*
Et Iaſ.perſonis in loco putare eſſe tributum ibi.
3 *Ripam contrarium ſentire.*
4 *Ultima,C.de teſt.procedere tam in teſtamento in ſcriptis quàm ſine.*
5 *Legem pluribus innixam rationibus ceſſante una per alteram ſuſtineri.*
6 *Priuilegium l.ſi.C.de teſt. conceſſum eſſe loco ob infrequentiam hominum.*
7 *Loci qualitatem ſufficere ad habendum priuilegium loco conceſſum.*
8 *Inter ciuem infirmum & eum qui inſtam ob cauſam ruri detinentur non eſſe diſtinguendum.*
9 *Iaſonis & Ripæ contradicentes opiniones conciliari, circa intellectum d.l.ult. C.de teſtamentis.*
10 *Pariter concurrens æqualitas paria iura deſiderat.*
11 *Hoſtili in loco decedentes priuilegium teſtandi iure militari habent nu.13.*
12 *L.ſcriniarios,C.de teſt.mili.intellectus.*
14 *Venetijs decedens debet teſtari ſecundum conſuetudinem Venetorum.*
15 *Romæ cum fueris Romano uiuito more.*
16 *Incolas præferendos eſſe alienigenis in electionibus, ſed contra Roma.ſentire.*
17 *Non loci ſeu generis nobilitatem ſed uitæ honeſtatem, morumque grauitatem facere hominem gratum,& acceptum Deo.*
18 *Philoſophi antiqui interrogati cuiates eſſent,cur reſpondebant ſe mundanos eſſe.*
19 *Summos ſæpe viros,& magna exempla daturos,Verue cum in patria,craſſoque ſub aere naſci.*
20 *Natum in terra in qua natus ſit Chriſtus maiore alibi natis non gaudere priuilegio.*
21 *Virum maioris nobilitatis natum in nobiliſſima ciuitate præferendum eſſe nobiliori uiro.*
22 *Melius eſſe ciuem nobilioris ciuitatis mediocrem quàm maiorem ciuem mediocris ciuitatis.*
23 *Iulium Cæſarem maluiſſe primũ in pago ignobili, quàm ſecundum Romæ.*
24 *Dignitatem habens in nobiliore loco præferri habenti dignitatem in minus nobili.*
25 *Et plura huius generis exempla remiſſiuè.*
26 *Originarios profeſſores ſtudiorum in quibus ſunt Gymnaſia publica aduenis præferendos eſſe.*
27 *Sed contra ſentire D.Alciatum.*

28 *Ludo. Roma. assertio declaratur.*
29 *Auctor ea in re quid sentiat.*
30 *Consuetudines Gymnasiorum attendendas esse in prælatione professorum, & post eam communem hominum existimationem.*
31 *Loci vicinitate recedi in multis a regulis iuris.*
32 *Damnum vicino datum a vicinis præsumi.*
33 *Furta vicinorum a vicinis datum præsumi.*
34 *Multis in Italiæ locis peculiaribus Statutis prouisum esse, vt damna transeuntibus data a vicinis resarciantur.*
35 *Locus Aristotelis ea in re.*
36 *Statutum criminale Ticini.*
Quo arctantur communia locorum ad resarcienda damna in eorum territorijs data, declaratur. ibid.
37 *De vicinis in iure tradita quomodo sint intelligenda.*
38 *Vicinus ob loci vicinitatem præsumitur scire facta vicini.*
39 *Vicinus præsumitur scire bonitatem ac legalitatem hominis.*
40 *Testis deponens aliquem esse bonum ac legalem virum cum reditione rationis quia vicinus, concludenter probat.*
41 *Episcopus ubi in remotis & non in vicinis agit, Vicarius il ius loco ordinare potest.*
42 *Iudices ubi inter se dissentiunt in loco controuersiæ e vicina prouincia alij sunt euocandi.*
43 *Doctores vnius collegij ubi non extant vt doctorem, creare possint, alij e locis vicinis sunt euocandi.*
44 *Noua constitutio Mediolani in titulo de iudi. §. his peractis declaratur.*

Quomodo loci peristasi generales iuris dispositiones perstringantur.

CAP. XXVI.



1 Locus quoque plerunque in causa est, ut generalem iuris dispositionem interpretatione restrictiua coarctemus, unde uidemus generalem iuris dispositionem, † quæ certas solennitates paganis testamenta conficientibus præscribit, ut in l. hac consultissima, & in l. iubemus, C. de testamen. & §. ult. instit. eod. tit. restringi ut locum non habeat in eo qui testamentum ruri cond. l. ult. C de testam. quam licet plerique intelligant, † ut ita priuilegium istud sit tributum loco,
2 vt etiam si ciuis assiduè moretur ruri, uel etiam in ciuitate solitus habitare, ruri detineatur propter infirmisatem posit cum ea priuilegiaria facultate testari coram quinque testibus nihilominus, Ias. in dicta l. ult. sub numero secundo, ver. tene contra hãc, post Iaco. Aretin. Bar. Ful. Alexan. & Fran. Aretin. ibi putat id non esse uerum, sed eam tantum procedere in rusticanis eo quia priuilegium tale non est concessum loco simpliciter, sed personis, hoc est rusticis in loco, secundum Iaco. Belui. in §. primo, in authen. qui. mod. nat. lib. effici. sui. & Raph. Cuma. in l. final. de milit. testam.

Item quia ille textus sæpius de rusticis facit mẽtionem, ergo non idem esse constituendum in alijs non rusticis.

Item quia duplex uidetur esse ratio restringendi illum textum ad rusticanos, quarum altera est, ob simplicitatem, quæ colligitur ex proœmio, quod arguit causam finalem, l. ult. ubi Bar. & Bald. de hær. instituen.

Altera est necessitatis quando plures haberi non possunt, quæ sola cum non sufficiat non uidetur posse facere, ut dispositio dictæ legis ult. locum habeat in ciue ibi habitante uel infirmo. Ripa tamen
3 † in tract. de pest. in tit. de priuilegijs ultima. uolun. sub nu. 2. ver. Tu vero, dicit non esse uerum quod dicunt Ias. & alij supra citati, quòd simplicitas rustica-na fuerit causa finalis inducendę dispositionis dictæ legis, & remissionis solemnitatis numeri septem testium. Quia secundum Docto. communiter illa
4 lex procedit † tam in testamento in scriptis, quàm in testamento sine scriptis, unde quamuis solennitas scripturæ quæ exigitur in testante & testibus fuerit remissa propter simplicitatem ac imperitiam rusticorum, attamẽ solennitates testium fuit remissa propter inopiam ipsorum testium, hinc est quod si conficiatur testamentum rustico in loco, in quo adsit hominum copia, non censetur remissa hæc solennitas numeri testium, ut ibi in textu dicitur. Et cum
5 duæ † ibi assignentur rationes sufficit ad sustinendã dispositionẽ, ut altera tantum concurrat, §. affinitatis instit. de nupt. & l. si non lex de hæredib. institu. vnde uidetur falsum quod ciuis non possit ruri testamentum facere cum quinque testibus, prout probarunt in d. l. fin. Cyn. Alberic. Bald. & Saly. quod tamen ipse intelligit, quando ciuis ruri habitans esset infirmus, & non posset se conferre in ciuitatem.
6 Quid dicemus? Mihi placet opinio Ripæ contra Iasonem, tum propter rationes a Ripa confidẽratas, & supra relatas, tum etiam quia negari non potest, quin priuilegium istud remissionis numeri testium dicatur esse concessum loco, in quo testamẽtum fit ob raritatem ac infrequentiam hominum, ob quam difficile potest haberi soli us testium numerus ab obseruatione testamentaria requisitus ut probatur in eadem l. ult. uer. in illis uero locis, & innersi. sin autem in illo loco ubi hoc perspicuè ad litteramque legitur. Vnde succedit † ut ad habendum
7 priuilegium loco cõcessum, satis sit concurrere qualitatem loci, l. fulcinius, § j ubi Bar. quib. ex caus. in possess. eat. l. 3. ad leg. Aquil. faciunt, quæ scribit idẽ Bar. in l. pen. C. de iur. delib. Abb. in consi. 115. uidetur, col. 1. uersi. præterea ubicunque libro 2. ubi uolunt quod quando in ipsa dispositione fit mentio alicuius qualitatis ipsam dispositionem ordinariam immutantis, tunc semper ea immutatio uideatur facta uigore ipsius qualitatis, & sic cum locus immutet ordinariam testandi obseruationem, propter ipsum locum uidetur introducta fuisse immutatio, & sic sufficit loci qualitatem interuenire modo citra affectionem id fiat, §. item tria ubi glo. in-
8 stitut. de excus. tuto. nec erit distinguendum † inter ciuem infirmum, aut qui aliàs iustam ob causam

citra

citra ſui culpam non poſsit ſe in ciuitatē transferre. teſtantem,ac ruſticum, cum infrequentia hominū loci utrunque excuſet ac faciat dignum priuilegio, dicta l.ult.C.de teſtam.

Vel qui aliàs uellet fœdere diſtinctionis duas iſtas opiniones contradicentes conciliare, poſſet
9 † ſic dicere, quòd aut ſumus in ciue qui cum poſſet commode perficere eius teſtamentum in ciuitate aut loco in quo hominum frequentiam haberet, maluit infrequens ac male habitatum ius eligere, Aut agimus de ciue qui infirmitate. aut alia iuſta cauſa citra ſui culpam ruri hominum inopi detinetur,ut priore caſu priuilegiaria diſpoſitio dictæ legis ult.non deſeruiat,per l.& qui data opera, qui.ex cauſ. maio. l.ſecunda, §. ſi tamen ſi quis cautio. & l.uxori,§.primo,ad leg.Corneli.de falſ. & ita procedat Iaſ.& ſociorum opinio.

Poſteriore uerò caſu locum habeat prædicta diſpoſitio quia loci circumſtantia æqualiter in utrun
10 que caſum concurrens paria iura † deſiderat, l. penult.C.ad leg.falcid.l.illud ad leg.Aquil.nec diuerſitati locum relinquit,l.a Titio.de uerb.oblig.cum ſimilibus & ſic intelligenda erit Ripæ ac ſodaſium ſententia.

Sic etiam uidemus eos qui in hoſtili loco,aut ut
11 aliis placet in hoſtico,deceſſerint, † quamuis aliàs priuilegium non habeant iure militari teſtandi, ſi tamen ibi deceſſerint habere priuilegium teſtandi quomodo uoluerint,& quomodo potuerint,l.reſcripta de teſtam.milit. l.prima, uerſ. omnes igitur de bon.poſſ.ex teſtam.milit.unde ex hoc declaratur di
12 ſpoſitio,l.ſcriniorias † C. de teſtam.milit.quæ uult ſcriniarios & apparitores militarium officialium,ēt matriculis militaribus inſertos,non habere priuilegia militaria circa teſtamenti factionem, non habere locum quando iſtæ tales perſonæ decederent in hoſtili loco,& ita declarat glo.ult.in dicta lege ſcriniarios,quam ibi ſequitur Bar. cui ſententiæ adhæret Goffred.in dicta l.prima,in principio & §.ſi quis militum de bonor.poſſeſſ.ex teſtam. milit. ubi uult
13 quòd Paganis † iſtiuſmodi priuilegia circa facultatem teſtandi conceſſa eſſe intelligantur ſi in expeditione bellica,uel in conflictu decedant,ita tamen vt non propterea alia priuilegia militaria illis conceſſa fuiſſe dicenda ſint, & ita quoque ſentit Raph. Cuma.in d.lege reſcripta qui expreſsè intelligit eum textum in iis qui in hoſtico reperiuntur non bellan-
14 di gratia,ſed aliam ob cauſam, vnde infert, † quòd ſi forenſis reperiatur Venetijs poſſet ibi teſtari ſecundum morem ac conſuetudinē Venetorum,iuxta ea quæ ſcribit Bar.in l.prima,C.de ſacro.eccleſ.& in l.ſi non ſpeciali C.de teſtam.ſed uoluit citare Barto.in l.prima,ſub numero 24.uerſ.mihi autem,C.de ſum. trinit. & fide cat. in quam ſententiam uidetur quoque conceſsiſſe Domin. Alciat. dicto lib.1.ſub numero 91.dum ait,eum qui ex conſuetudine in aliquo loco certam formam tenetur tene obſeruare,ſi
15 aliò eat non teneri, iuxta illud, Cū fueris † Romæ Romano uiuito more,iuxta glo.in uer.ſocietate ad fin.in cap.illa 12.diſtinct.& hanc partem ampletitur quoque Raph. Comenſ. conſilio 75. Titius Lucanus uolens eam procedere etiamſi in loco ubi ſita ſunt bona, eſſet ſtatutum diuerſum ab eo in quo fieret teſtamentum circa modum adminiſtrandi.

Hinc quoque ratione loci fit ut tametſi libere
16 fieri debeat quælibet electio † nihilominus præferēdi ſint incolæ alienigenis,& ideo ſi idoneus in propria patria reperiatur,non eſt quiſquā ex aliena diœceſi aduocandus,cap.nulli, & cap.nec emeritis 61. diſt.cap.ne pro defectu de electio. & capit. bonæ 2. de translatio.prælato.& hoc idem ſeruatur in rectoribus eccleſiarum, qui ordinandi ſunt ex propria eccleſia,potius quàm ex aliena,cap.in eccleſijs, C.de epiſco.& cleri.& in cap.final.de cleric.peregri.ſi tamen de conſuetudine introductum ſit,ut etiam forenſis eligatur,peccat inquit Roma.loco iam relato prælatus qui magis eligit alienigenam unius loci, quàm alterius,eo forte quia locus unus altero nobilior eſt,per tex.in cap.ad decorem de inſtitut. quia non loci,ſeu generis nobilitas,ſed uitæ honeſtas morumque grauitas acceptum gratumque ac idoneū Deo faciunt ſeruum,cap.venerabilis de præben.idque ait Dom.Alcia.iam relatus pleroſque ex anti-
17 quioribus philoſophis † uidiſſe,qui rogati ciuiates eſſent,mundanos ſe eſſe dicebant,quaſi inferre uel-
18 lent † ſapienti non originis loci in patriam eſſe,ſed omne ſolum,ut piſcibus æquor, & uolucri, totum quicquic in orbe patet,nam compertum eſt,ut Satyricus ait.

19 *Summos ſæpe viros † & magna exempla daturos.*
Vervecum in patria, craſſoque ſub aere naſci.

Et propterea ſcribit Caſius, Neruam adoptaſſe atque ad imperium adſciuiſſe Traianum,quamuis genere Hiſpanus eſſet, non ex Italia oriundus, ita exiſtimans, ut ille dicit, uirtutem hominis, non genus aut patriam ſpectare oportere, vnde dixit gloſſ.in l.prima,C.de colo.paleſti.libro 11.
20 Natum † in terra in qua natus eſt Chriſtus,non maiore quàm alios gaudere priuilegio,quam perpendit Roma in dicto §.de uiro in 14 fall. ſub dicto numero 36 & Alexand.ad Bar.in l.prima, C.de Alex. prima.libro 12.& Andr.Tiraq.de Nobili.capit.13. ſub num.16.

Sunt tamen nonnulla quæ uidentur ijs refragari, ueluti glo.in l.prima,C.de Alexand. primati. libro
21 vndecimo,quæ ait. Virum † minoris nobilitatis, qui originem ducat ex nobiliſsima ciuitate,eſſe præferendum nobiliori alterius ciuitatis, ex qua not. Bar.ibi & poſt illum Ang.Io.de Plat.& Rebuff.me-
22 lius eſſe,ut quis ſit mediocris ciuis † unius nobilis atque honoratæ ciuitatis quàm eſſe maiorem ciuē mediocris ciuitatis,idque dicūt notandum eſſe pro popularibus pernobilis alicuius ac celebris ciuitatis qui præferri debeant nobilib. alterius inferioris ciuitatis,tametſi alterius ſententiæ fuerit Iulius Ce-
23 ſar † qui ignobili Alpium uico iter faciens, ibi malle ſe primum eſſe dicebat,quàm Romæ ſecundum, ut eſt Auctor Plutar.in uita illius, & referunt Dominus Alciatus d.cta l.prima,ſub numero 92.uerſiculo in quam ſententiam, & Tiraquel.dicto capitulo duodecimo,de nobili.ſub num. ſecundo, adeo

erat elati animi ac dominandi cupidus, eandem gloſſæ ſe2tentiam probat Fely.in rubr.de maio. &
24 obed. colum. 3. volens habentem dignitatem † in nobiliore loco præferri alteri qui habeat dignitatem in minus nobili,per ea quæ ſcribit Innocent.in cap.fraternitatem,in fine de donatio.& illam gloſ. probat Lud.Rom. ſub dicto num.36. in dicto §. de uiro,Iaſ.in §.item Seruiana, col.4.inſtitu.de actio. Dec.in conſil.283. de ſtatuto de lucro dotis, colu. 6.& alij plures quos adducit Andr. Tiraq. in dicto
25 cap.12.de nobili.in prin.† cum ſeptem num.ſequ. ubi multa ex varijs auctorib. eam in rem congerit, qui tamen a nu.8. uſque in finem eius capitis multa in aliam ſententiam affert, quod facit & in ca.7. ſub num 9.verſicu. Lucas de Penna & ſequen. eiuſdem operis, ubi in utrunque ſenſum pleraque perpendit. Et ex ijs probabilis ut ait D.Alcia. uidetur
26 reddi exiſtimatio eorum, † qui ciuitatis in qua ſtudium uigebat,originarios,vt Bononienſes, Peruſinos, Ticineuſes, præferendos eſſe accerſitis in ſua Gymnaſia doctoribus arbitrantur, quod videtur ſenſiſſe& Ludo.Rom.in d.§.de uiro, ſub dicto nume.36.in 4.fallen.ad fi. Sed contrà ipſe ſentit, quia
27 hac in re minimum patriæ † adſcribi ſoleat, doctri næ uerò ac facundiæ plurimum, nec dubium eſſe quin alienigenæ ſemper præcelluerint,ſic Bartolus Picens Peruſij, Accurſius Florentinus, & Alexander Forocornelienſis Bononiæ Iaſon Decuiſque Mediolanenſes Ticini,quo loco, & Baldus Peruſio patria derelicta maluit conſeneſcere, apud exteros enim ſola virtus in pretio eſt, in patria alia plerunque ſpectantur.
28 Sed tamen † eſt animaduertendum quia Ludo. Roma.non ſimpliciter id aſſeruit, verum quando concurret alienigena cũ originario loci ipſius Gymnaſij,cæteris paribus,t unc vult ipſe originem ſpectari, At Dominus Alciat.loquitur in illis interpretum Coryphæis, quibus originarii locorum in quibus erant Gymnaſia, non erant doctrina, ingenio, atque facundia pares, & ideo non poterat qualitas originis iis ſuffragari, ut non ſoluum ijs præferendi,ſed neque etiam conferendi eſſent.
29 Ego † tamen hac in re ſeruandas opinarer Gymnaſiorum ac locorum conſuetudines, ac communes hominum exiſtimationes, prout in ſimili ait Bar.in l.1.ſub num.97. verſ.ſed dubitatur cum ſeq. C.de digin. libro 12.Bon.de Curt. de nobili. par.3. ſub num.160.cum ſeq. uſque ad nume.165.Alb.in conſil 43.ſub num.tertio. Do.Alciat.in l.mercis 2. de verbo.ſignific. And.Tiraq. de nobilit.c.10. ſub num.1. & per diſcurſum illius capitis & in cap. 27. ad finem.
30 Aut ubi † deſtituerémur conſuetudine,uel communis exiſtimationis uſu,ea res decideretur iudicis arbitrio,arg.eius quod ſcripſit And.Tiraq. dicto capitu.10.de nobil. ſub nume.10.& in l.ſi unquam in uer.omnia uel partem,ſub numero 31.de reuocan. donationib. & Rip. in l.ſi conſtante ſolut. matrim. ſub nu. 30. quibus accedit Menoch. de arbitr.iud. caſ.67.ſub nu.3.& ſupra diximus lib.quinto,c. 20. in uerſic. nobilis.
31 Loci quoque uicinitate † in multis recedimus a communibus iuris regulis,ut multa exempla ex Romano ad finem præcedentis c. attulimus quæ huic magis conuenire diximus, & ideo quamuis delictũ in dubio non præſumatur, nihilominus ratione uicinitatis damno vicino loco datum, præſumitur da-
32 tũ eſſe a vicino,Bar.in l ſi ita teſt.§.ult.de fund. inſtruct.ſicut & furta † in locis vicinis facta a uicinis
33 facta fuiſſe præſumũtur,l.dominus horreorum ubi Bar. in fine loc.in l.2 de ui publ.& in l.ultima,col. 2.de minor. Aret.de Malefi.in uer. fama publi. col. 15.uerſicu.quæro in quo caſu teſtes,Socin.conſ.54. colum.penult.libro 3.Marſil.in praxi crimin.§. diligenter ſub num.97.quibus accedit Meno.qui alios addit in caſ.222.ſub num.quinto,& ante illum Andre.Tiraq.de pœn.leg.mitig.cauſ.23.ſub num.10.
34 Qua ratione,† multis Italiæ legibus municipalibus ſancitum eſt, damnum datum uiatoribus, ſeu tranſeuntibus a vicinis rependendum eſſe, quaſi ab incolis vicinorum,aut eorum culpa præſumantur, iſtiuſmodi damna data eſſe,addit Tiraq.loco iam relato ſub num.11.ex Ariſto. cap. 79. admirabilium
35 conſultationum,ex Italia † uiam eſſe ad uſque Cæltas,Gallos,& Celtiberos,Heracleã uocatam,in qua Græci & indigenæ tranſeuntes ab incolis obſeruantur,ne quid eis fortè mali accidat, nam & hi pœnas pendunt,damnumque leges ſarciunt in quorum finibus datum fuerit. Simile ſtatutum habemus nos
36 hic Ticini † inter criminalia de pœna communium terrarum territorij ſub nume.66.prouidens damnum datum a communibus locorum in quorũ territorio datum eſſet emẽdari debere, relata ratione,quamuis nõ loquatur de vicinis quod tamen ſtatutum eſt intelligendum iuxta tradita per Dominum Clarum in praxi crimin.quæſt.82. ſub nu.2. & duobus ſeq.
37 Quod tamen de vicinis dictum eſt, † intelligit Tiraquel. loco iam relato ad finem, in malis uicinis, non etiam in bonis, ex ſententia Bal. in l.prima, in princi.& rurſum in fin.C. locat. Alexan.in addit.ad Bar.in l.2.de ui publi.Marſil. in l.qui falſam colum. penult.uer.pro quibus etiam facit ad legem Corn. de falſ.cum ſimilibus per eum citatis.
38 Ob loci quoque uicinitatem † præſumitur vicinus ſcire quæ in vicinia agantur, capitulo quoſdam, & capitulo quanto de præſumptio. ubi notant ſcribentes, tradunt omnes in l. prima, ſi certum petatur, capitulo cum dilectus ubi Abb. de purga.cano.gloſſ.nota.in §.primo, verſiculo ſancimus in uerſiculo officij in auth.de teſtibus quæ di-
39 cit quod vicinus † præſumitur ſcire bonitatem ac legalitatem hominis, melius quàm alius Tiraquel. dicta cauſ.23.ſub numero ſecundo, quibus accedit Meno.d.caſ.22.ſub num.8.

Et ideo teſtis deponens aliquem eſſe bonum ac
40 legalem uirum, † & ſe id ſcire quia vicinus, probat, ut per Doctor.in l.prima,ſupra ſi certum petatur, poſt Bartolum Abb.Felynum & alios dicto in capitulo quoſdam,Alexan.in conſilio nonageſimo ſecundo,colum. ſecunda,uerſi.hoc præſupoſito ſub nu.9.lib.5.Ioan.Crot.de teſtibus par.7.ſub nu.30.

Tiraq.

Tiraq. sub dicto num. 2. ad finem, Orian. de testib. sub nu. 24. ad finem, & seq.

41 Sic etiam † vbi episcopus in remotis non autem in uicinis agit, illius loco Vicarius ordinare potest, c. cum nullus de tempor. ordin. libro 6. si iudices inter

42 † se dissentiant è uicina prouincia alij uocandi sunt, c. 1. & 2. 6. q. 4.

Vbi etiam unius collegij Doctores non extant

43 qui doctorem creare possent, † alij e ciuitate, & locis uicinis conuocari possunt, Doctor. in cap. propo fuisti de probatio. quo loci & illud scribunt quòd ubi non extant doctores in loco qui super nata controuersia de iure interrogari possint, sunt adeundi uel conuocandi uicini, quod tradit Dec. in l. iuris ignorantia in 2. lectura sub numero 23. C. qui admitti, sequitur Menoch. dicto cas. 222. sub num. 10. ad finem.

44 Hinc noua constitutio Mediolani † in titulo de iudi. §. his peractis, iubet dari per partes solummodo iudices confidentes, & non suspectos residentes illius ciuitatis in qua seu cuius territorio lis agitur, si ibi copia erit, si minus de alijs residentibus in una ex ciuitatibus proximioribus.

Quomodo autem uicinus locus accipiendus sit maximè uariatum fuit sententijs a Doctoribus ut docet Menoch. dicto casu 222. qui sub nu. 26. & 27. dicit hoc positum esse in arbitrio iudicis, quæ sententia fuit Felyn. in dicto capitulo quosdam post princ. & diximus supra libro quinto cap. 20. uersi. uicina oppida.

SVMMARIVM.

1 *Decreti solennitas extrinseca regulariter non præsumitur.*
2 *Solennitatem qui asserit probare eam debet,*
3 *Testamentorum solennitas remissa intelligitur tempore pestis.*
4 *Barbarie perpenditur in l. 1. de milit. testa.*
5 *Testamentum tempore pestis cum quinque testibus perfici posse communiter teneri.*
6 *Quidque illa in re cæteris præcisius affirmet Portius.*
7 *Qui senserint ut remissa non censeatur esse testamentaria obseruatio illo tempore.*
8 *Ripa quomodo senserit distinguendum esse in ista materia.*
9 *Cuius sententiæ accedit auctor, & qua ratione.*
10 *Affectatam occasionem temporis pestis non prodesse.*
11 *Tempore pestis multo magis locum habeat, quæ de remissione testamentaria dicta sunt, quando locus peste infectus tunc temporis est quadragenæ perficiendæ addictus.*
12 *Mulierem secundum Iaso. tempore pestis posse in testem testamento adhiberi.*
Sed contrà sentire Alex. ibidem.
13 *Mulieres in subsidium adhiberi in testes, quando mares nec habitu nec potentia possint in testes adhiberi.*
14 *Fœminas tempore pestis si in testes vdhiberi possent facilius calliditatibus, dolis, ac circumuentionibus subijcerentur.*
15 *Mulierem posse esse testem in testamento eius qui in ciuitate patriæ liberandæ gratia permanserit.*
16 *Mulieres posse esse testes in testament. s eorum quibus est remissa solennitas iuris positiui.*
17 *Quod tamen credit auctor uerum esse si mares potentia, & habitu haberi non possint.*
18 *Casus plures esse in quibus tempore contagij iuris solennitates relaxantur.*
19 *Tempore pestis moram non committi.*
20 *Tempus pestis excusare a periurio.*
21 *A pœna.*
22 *Præbere iustam causam discedendi a cultura.*
23 *Excusat a residentia.*
24 *Et a cursu præscriptionis.*
25 *A non petita feudi inuestitura intra annum,*
26 *Ab electione facta loco non solito.*
27 *A conuiuatione in ecclesia.*
28 *A pœna statuti imponentis pœnam facienti propositionem de imponendis collectis.*
29 *A datijs & a gabellis.*
30 *A represalijs.*
31 *A solennitate per statutum requisita.*
32 *Ab interitu pecudum,*
33 *A coronatione Imperatoris alibi facta quam in loco solito.*
Pontifex Max. potest coronationem Imperatoris facere in alio loco quàm in solito ex iusta causa. ibidem.
Coronatio Caroli Quinti Diuæ memoriæ Rom. Imperatoris inuictissimi facta a Clem. VII. Pont. Max. Bononiæ ualida fuit, ibid.
34 *Donatio facta pestis tempore an præsumatur esse facta causa mortis.*
35 *Natus extra ciuitatem tempore pestis habetur pro nato in ciuitate.*
Inferturque ad statuta non nisi originarios ad ingressum collegij admittentia ibid.
Statuta de non admittendis in collegia vel ordines nisi certis personis, esse benigne interpretanda. ibid.
36 *Tempore pestis posse è Turri, uel aliquo eminenti loco possessionem alicuius rei, quæ in conspectu sit aprehendi, ubi non liceat ad rem ipsam accedere.*
37 *Tempore pestis quis baptizari potest in priuata domo.*
38 *Tempore pestis maritus non tenetur reddere debitum vxori contagiosæ.*
39 *Tempus pestis excusat eum qui citatus sit ad locum infectum.*
40 *Tempus pestis facit dormire instantiam.*
41 *Impedit cursum fatalium.*
42 *Delegatum excusat qui alio loco quàm debuerat sententiam tulit.*
43 *Et iudicem qui durante eo tempore, in aliena diœcesi ius dicit.*
44 *Tempore pestis omisso medio appellari potest.*
45 *Iudex causarum criminalium cognoscit de ciuilibus, & è contra ubi alter cessat.*
46 *Testes ante litem contestatam ad æternam rei memoriam tempore pestis examinari possunt.*
47 *Clericus tempore pestis absque ueniæ impetratione poterit coram iudice laico testimonium dicere.*
48 *Tempore pestis potest laicus absoluere excommunicatum,*

tum,ac audire in confessionem.

49 *Iudex tempore pestis poterit è fenestra domus suæ ius dicere.*

50 *Si tamen partes ad eum locum fuerint citatæ.*

51 *Et iudex elegerit tribunal ad eum locum.*

52 *Mater quæ non petijt tutorem tempore pestis filio, excusatur a pœna priuationis hæreditatis filij.*

53 *Creatus Tabellio tempore pestis, sed non matriculatus, poterit nihilominus conficere instrumentum, & rogari de illis.*

Temporis quoque circunstantia a generalibus iuris dispositionibus recedi.

CAP. XXVII.

1 TEmporis quoque circunstantia in multis coarctamus iuris communis dispositionem, nam licet decreti solennitas† extrinseca regulariter non præsumatur, l. quęcunque, §. ultimo ubi glos. de publ. in rem actio. quia qui solennitatem

2 asserit, †eam probare debet, l. ult. C. de fide commi. l. pen. de probatio. & l. fin. de fals. attamen, ubi temporis diuturnitas interuenit, decretum præsumitur l. qui in aliena ubi not. Doct. de acq hæred. Calcan. in consi. 11. col. 5. circa medium Dec. in l. 1. col. 4. circa medium, C. qui admitti D. Alc. dicto libro 1. sub nu. 97. Cravet. de antiq tempor. sectio. uidimus par. 3. sub nu. 35. qui tamen ait hoc intelligendum esse procedere, interueniente scientia superioris, cuius decretum erat necessarium, hoc est, ut sciuerit actũ esse gestum, Afflict. decis. Neapol. 107. col. fi. Ale. in consi. 9. col. fi. lib. 4.

3 Testamentorum quoque† obseruatio remittitur tempore pestis, quamuis in hoc maxime uariatum fuerit a scribent. ut docet Rip. in tract. de peste. in tit. de priuileg. ultim. uolunt. caus. pest. colu. prima, cum duabus sequen. Nam Bal. Salyc. & Ias. in dicta l. fin. C. de testamen. probant opinionem affirmatiuam quod facit & com. in l. conficiuntur. §. codicilli de iur. codicil. Flori. a san. Petr. in l. milites C. de testam. milit. Alexand. in l. scriniarios per glos. ibi C. eodem tit. Ang. in §. fin. instit. de testam. dicens idem uelle Bar. in l. prima, de testamen. mi-

4 lit. licet† multi negent Bar. eius sententiæ fuisse, ut Alexand. & Afflict. & Deci. infra citandi, quia re vera inficias iri non potest, quin ambigua sint uer-

5 ba Bar. supra relati enim omnes volunt† cum minore numero septem testium, veluti cum quinque testamentum eo tempore posse condi, & hanc partem amplectitur Dec. in consil. 284. colum. prima, uersic. sed supradictis, & sequent. & in consil. 504. sub num. 7. Marsil. in l. prima. §. prętera sub nu. 125 de quæstio. Bertrand. consil. 223. Viso casu de quo supra colu. 1. libro 2. Corn. in consil. 68. colum. 1. libro 1. & consilio 53 columna secunda, libro quarto. Moder. Paris. ad Dec. in dicto consilio 284. & ad dictum consi. Alexand. 177. libro secundo & in con-

6 suetu. Parisi. §. 95. Port.† instit. de milit. testam. ad finem prin. præcisius cæteris loquitur, & uult si testamentum condatur ab infirmo, sufficere si factum sit coram duobus testibus non rogatis, si a sano in loco tamen pestilenti fiat, coram duobus testibus rogatis debere absolui, cuius uoti uidetur fuisse Andr. Sicul in c. cum esses col. 8. de testam.

7 Contra sensere† ut remissa non censeatur testamentaria obseruatio respectu numeri testium, Fulgos. Castr. Aretin. & Alexan. in d. l. vlt. C. de testam. Ang. in dicta lege conficiuntur, §. 1. de iure codi. Roma. in auth. similiter in 34. speciali, & hanc partem communiter esse receptam testatur Alexan. in cons. 70. sub nu. 16. uersiculo & licet factum, & in consil. 177. sub num. 8. libro secundo cum simil. adduct. à Ripa loco iam citato sub nu. 7. quibus potest addi. Afflict. decis. 25. sub num. 2. & 3. & Bertran. consilio 53. ex themate in fine, & cons. 170. uide casum libro

8 primo ac Socin. consi. 85. libro quarto Ripa uero in dicto titulo de priuileg. ultimarum uolunt. sub numero 10. & seq. sic distinguit, quòd aut pestis non est magna, & tunc non ualeat testamentum nisi interuenerint septem testes, & ita procedat secunda opinio quæ est communis, quia leuis contagio non est in consideratione, argum. l. primæ, §. proinde de adil. ædict. & l. quæsitum de re iudica. Aut pestis est magna & ualde sæuit in loco, & tunc, aut sumus in terris ecclesiæ, & sufficiunt duo testes cum Parochiano etiam tempore sanitatis dicto cap. cum esses ubi Abb. & alij de testam. & hanc dicit esse communem opinionem iuris Pontifi. interpretum licet aliqui contradicant secundum Corne. consil. 31. libro secundo, uel coram quatuor testibus sine parrochiano secundum Abbat. & Sicul. dicto capitulo cum esses, & Roma. in dicta authent. similiter in d. 34. speciali, C. ad legem Falcidiam.

Aut sumus in terris imperij, & tunc tenet, quòd tempore pestis factum testamentum coram quinque testibus ualeat, per dictam legem final. C. de testam. Et quia hæc opinio magis fauet testamentis, quorum conseruatio respicit publicam utilitatem, l. uel negare, quem. testam. aperia.

Item quia in dubio tenenda est illa opinio quæ fauet testamento, l si pars de inoffic. testam. & rursus quia ubi aliter diceremus, facilè interdicerentur eo tempore homines facultate testandi, quo nihil dulcius, & quæ nulli est deneganda, l. prima, C. de sacrosanct. eccles. & l. secunda si quis a parentem manu. fuer.

9 Et hanc quoque sententiam† ego amplector, quia ratio illa inopię habendorum testium propter suspicionem contagij efficit, ut ita quinque testes in pestis tempore facto testamento sufficere debeant, quemadmodum in testamento ruri condito, per ea quæ sepius supra diximus libro 6. & 7. de interpretatione facienda ex ui identitatis rationis in lege ex-

10 presse. Nisi tamen affectata fuerit illa occasio† temporis pestiferæ luis, ut proxime diximus in circumstantia loci, aut aliàs aliqua subesset fraudis suspicio quia tunc ego prorsus ab hac sententia recederé ut & ante nos probarunt Moderni Paris. ad dictum consi.

conſil.Decij 284.ad finem ſcholij in uerbo æquio-
11 rem. Quæ Decij, Ripæ, † & aliorum ſupra relato-
rum opinio,aduerſus communem,multo magis te-
nenda eſſet,quando locus ille,qui contagioſo mor-
bo laboraret,eſſet ex principis & præfectorum ſani-
tatis edicto addictus quadragenę peragendę, quod
remedium poſt D.O.M.gratioſum præſidium ſupe
rioribus annis ciuitas Venetiarum, urbs Mediola-
nenſis, ac ciuitas noſtra Ticinenſis, calamitoſis illis
temporibus, quibus dira hæc lues tanto omnium
terrore per eas graſſabatur,expertæ fuerunt,præſen
tiſsimum eſſe remedium ad illam fugandam,priſti-
næque ſaluti reſtituendas ipſas urbes, tunc enim
cum intra ſuam quiſque domum publico pœnali
edicto ſe continere debeat,nec facile hominum con
uentibus detur locus, remiſsior is teſtium numerus
12 ſufficiet. Intra quem numerum † putauit Iaſ. in di-
cta lege final. C.de teſtam.mulierem poſſe admitti,
quia mulieres in ſubſidium admittuntur in caſibus
in quibus aliàs non admitterentur,ſecundum Alex.
in conſil. 24. animaduerſis colum.4. libro ſecundo
Sed contrarium conſuluit Alexand. in dicto conſil.
70.ſub num. 16.libro 2. per text.in capit.cum eſſes
de teſtam. ubi licet de iure canonico ſit diminutus
numerus teſtium, non tamen remiſſa eſt qualitas
idoneitatis teſtium, ut nec in dicta lege ultima, C.
de teſtam. unde ſuccedit ut quod immutatum non
eſt ſtare non prohibeatur,l.præcipimus,C de appel
latio. quam ſententiam recipit & Rip. in dicto tit.
de priuilegijs ultima.uolunta.ſub nu.19.& tribus ſe
ſequent. qui ad rationem Iaſonis reſpondet, illam
13 procedere quando neque habitu † neque potentia
poſſent mares in teſtes haberi, quia tunc fœminæ
admittuntur, ut declarat Butri. in capit. tertio loco
de probatio. & Abb. in ca. decætero de teſtib.latius
inducendo ut per illum, ſed tempore peſtis maior
eſt copia uirorum,quàm fœminarum ſaltem poten
tia ergo &c.& huius quoque ſententiæ reperi fuiſſe
modernos Pariſi. in dicto conſil.284. ad Deci.dum
probant reſtrictionem Alex. ad dictum conſil. 70.
14 ſub nu.16.cum qua opinione † & ego tranſeo,quia
data facultate adhibendi fœminas in teſtes, ob eo-
rum ingenia facile ſeductionibus obnoxia,eorumq;
conſilij imbecillitatem, ac fragilitatem ſexus, l. aſsi-
duis poſt principium,C.qui potior.in pig.habe.l.pri
ma,§.pen.C.de rei uxor.actio. l.ſi pater, C.de ſpon-
ſal.& l.ſi mulier,C.ad uelleia.& plura ſcribit Andr.
Tiraquel. de legi.connub. l.prima ſub nu.70. & ſeq.
& calamitoſo contagionis tempore, quo qui tali
morbo laborant, etiam a proprijs uxore ac liberis,
& cognatis deſtituuntur, multæ poſſent committi
fraudes in teſtamentis, quibus occurrendum eſt, l.
hac conſultiſsima,C.qui teſtam.fac. poſſ.& l.conue
niri de pact.dotali.ac l.non eſt ſingulis de regul.iur.
cum ſimilibus, dicit tamen Ripa loco ſupra citato,
15 † ſub nu.22. quòd mulier poſſet eſſe teſtis in teſta-
mento eius,qui in ciuitate permanſerit eo contagio
ſo tempore, ut labenti reipublicæ ſubueniret, quia
ſecundum communem opinionem,quam firmat Ri
pa ibidem ſub num.24. poſt Alex. in conſil. 140.li-
bro primo & Abba.conſil.98.& conſil.105.colum.
2.lib.2.& Guido Papa q.538.
16 In teſtamentis † eorum quibus remiſſa eſt ſolenni-
tas iuris poſitiui, ut inter liberos, & in teſtamento
militis, cui comparatur is, qui in ciuitate remanſit
tempore peſtis, ut illi labenti ſuccurreret, ut dicunt
Alexand.& Iaſ.in dicta lege final. C.de teſta.poſſunt
17 duæ fœminæ eſſe teſtes,ſed uix eſt,† ut ego id in fœ-
minis admittam propter rationem proximè conſi-
deratam, niſi potentia & actu ita conſtaret defuiſſe
mares, ut ſubſidiario fœminarum teſtimonio citra
fraudem locus eſſe poſſet,per ea quæ ſcribit idem
Ripa ibi ſub nu.21. & ſupra dicta ſunt.
18 Sunt multi quoque † caſus in quibus contagij tem
pore relaxãtur iuris communis diſpoſitiones ob ma
lam ipſius temporis qualitatem quos longe latèque
proſequitur Rip. in tracta.de peſte in tit. de priuile-
gijs contractuum ac iudiciorum cauſa peſtis, quo-
rum aliquos ſuccinctè retuliſſe contentus ero, quia
mihi maximè ad hanc partem ſpectare uidentur,
qui plura maluerit poterit Ripam loco iam rela-
to adire.
19 Quorum primus eſt, quòd † is qui promiſit ali-
quid facere ſoluere uel dare certo loco, ad certum
tempus ſi eo tempore reperiatur is locus morbo
contagioſo affectus, ſi non ſoluit uel fecit, aut dedit
propter peſtem non incidet in moram, cum nemo
teneatur accedere ad locum peſte infectum, c.nego
ciatorem 88. diſt. & quia omnis iuſta cauſa excuſat
à mora l.ſciendum de vſur.quamuis regulariter qui
non implet promiſſa incidit in moram, l. quod te ſi
cert.petat.ubi doctor.tradit late Bar.Saly.in l.ſemel
mora ſol.matr.
20 Secundus quia † tempus contagioſum excuſat à
periurio ſecundum glo.in c.ſi uero.1 de iureiu nam
quod excuſat a mora excuſat a periurio,Bartol.in l.
continuus,§.illud de uerb.oblig.
21 Tertius eſt,† quia excuſat a pœna quæ incurritur
propter moram,l.ſecunda ſi quis cautio. & l. Celſus
de arbitr.ſecus in alijs pœnis, Ripa de priuileg.con
tract.ſub nu.11.
22 Quartus eſt † quia præbet iuſtam cauſam colono
recedendi a cultura agrorum,& a domo conducta,
ſecundum gloſſ.Bar. & communiter ſcribentes in l.
ſi in lege,§.ſi domus,loca.per text.in l prima §.ſi pen
ſio de migrando, quibus addit Rip loco iam relato
ſub numero 17. text. in l. item quæritur, §. exercet-
tu, locat.

Item quia fugiendus eſt locus contaminatus dic-
to capit.negotiatorem 88 diſt. & iuxta illud Virg.

Heu fuge crudeles Terras:

Et quia peſtilentię timor eſt iuſtiſsimus,l.metus qui
bus ex cauſ.maio.qui caſus ad multas quæſtiones in
praxi ualde notandas trahitur a Rip. loco iam cita-
to per quindecim col. qui locus pro ſubiectæ quæ-
ſtionis materia adeundus erit.
23 Quintus eſt, quia tempore peſtis excuſatur quis
a reſidentia eſt tex.clarus in clemen.ne in agro in §.
fina.iuncta gloſ in uerſi.rationabili, de ſtat.monac.
quam ad hoc allegat Felyn. in capit. accedens 2. in
ſexta concluſio.ut lit.non conteſt Iaſ.in l.2. § penul.
ad fin. ſi quis cautio. quibus addit alios Ripa dicto

loco

loco, ſub numero 136.& ſequent. & præſertim Hoſtien. in ſum. de cleric. non reſiden. §. finali. & quia, qui ex iuſta cauſa diſcedit fingitur eſſe in ciuitate, l. cum hæres, §. ſtichus ſi hæredi. de ſtat. liber. cum ſimilibus.

24 Sextus eſt quia † tale tempus excuſat a curſu præſcriptionis, & ſic a negligentia, dormit enim præſcriptio tempore peſtis, Bart. in l. generaliter col. ult. de uſucapio. Abb. & Felyn. in c. ex tranſmiſſa de præſcriptio. alios addit Ripa iam cita. ſub nu. 151. & ſeq. ubi declarat notanter hunc caſum, quamuis regulariter negligens in præſcriptionis materia non excuſetur, l. ult. de anna. præſcri.

25 Septimus caſus eſt, † quia excuſatur uaſallus ſi non petijt inueſtituram a domino intra annum, ne priuetur feudo, iuxta tex. in capitulo primo quæ fuit prima cauſ. benefi. amitt. ita Bald. in in capitulo primo, §. uaſalli per illum text. de pace conſtan.

26 Octauus † eſt, quia valet electio, & quilibet actus factus loco non ſolito ob tempus peſtis, dummodo in loco ſolito ad ſit peſtis, capitulo in nomine domini 23. diſt. declar. ut per Ripam iam relatum ſub nu. 154. & 155.

27 Nonus eſt caſus † quia propter peſtiferum tempus poſſunt qui a loco infecto aufugerint conuiuari in eccleſia maxime campeſtri, quamuis aliàs de iure non poſſent, capitulo non oportet, & capitulo nulli 44. diſtinct.

28 Decimus eſt, † quia ob eiuſcemodi tempus excuſatur a pœna ſtatuti punientis eum qui fecerit propoſitionem in conſilio pro collecta imponenda, is qui talem propoſitionem fecerit ob cauſam peſtis, Ang in l. diuus de petit. hæredit. cui accedit Ias. in l. principalibus ſi cert. petat.

29 Vndecimus eſt † quia fugientes a loco contagioſo iſtiuſmodi tempore excuſantur a datijs & gabellis ut uocant, ob res quas inde auferunt, l. ult. §. ſi propter neceſsitatem de publica. ubi Bart infert ad caſum noſtrum, Caſtr. ad alium ſimilem, Ripa ad plures alios, loco iam citato, ſub num. 158. cum pluribus ſequent.

30 Duodecimus eſt † quia excuſat fugientes a repreſalijs ut uocant a loco infecto & tempore contagioſo, arg. authent. nauigia C. de fur. l. prima, C. de naufra. libro 12. & l. Cæſar de publica. & uectigal. quem caſum declarat Rip. loco ſupra relat. ſub nu. 164.

31 Decimustertius eſt † quia tempus peſtis etiam dat veniam reſpectu ſolennitatis a ſtatuto requiſitę, non obſeruatę tueturque ac præſeruat actum illum ſine ſolennitate, Angel. in §. quod autem per illum textum in auth. de non alien. Ias. in l. fi. C. de teſtam. Ripa iam relatus ſub num. 164. ubi multis rationibus confirmat.

32 Decimusquartus † caſus eſt, quia tempore contagionis animalium brutorum excuſatur paſtor ab interitu pecudum, cæterorumque animalium. l. ſi quis fundum, §. imperator locat. Bald. in l. prima, C. de fructi. & lit. expenſ. Ripa loco ſupra citat. ſub num. 167. & ſequent.

33 Decimusquintus eſt † quia ratione temporis & loci infecti poſſet Imperator coronari extra vrbē Romanam, ac Mediolanenſem per ea quę ſcribunt Gemi. & alij in capit. ſtatuimus per illum textum de offic deleg. libro 6. & cap. ubi periculum, §. potrò lib. 6. tanto magis quia ſum. Pontif. poteſt id facere ex omni alia iuſta cauſa, ut docet nouiſsime Lancelo. in templ. om. iud. libro 1. cap. 1. §. 1. de orna. corpo. imper. quæſt. 2. quæ cauſa iuſta in ſum. Pontifice præſumitur, Cyn. in l. reſcripta, C. de precib. imperat. offer. Corn. conſi. 60. circa finem libro ſecundo qui dicit Doct. tranſire communiter cum Cyn. D. Alc. de præſump. reg. 3. præſ. 8. & propterea coronatio diui Caroli Quinti Romanorum Imperat. inuictiſsimi quæ facta fuit Bononiæ per Clem. VII. ſum. Pontificem cum tanta uniuerſi Chriſtiani orbis hilaritate ualide legitimè ac efficaciter facta fuit, ut docet idem Lanc. Corrad. d. q. 2. ad fin.

34 Decimusſextus † caſus eſt, quia donatio facta, peſtis tempore præſumitur eſſe donatio cauſa mortis, ut conſuluit Corn. in conſil. 124. licet in hac lib. 4. ſed contra Corneum uidetur eſſe text. in l. ſcia. §. fi. de donatio. cauſ. mor. quem communiter inter gut Doctor. probare donationem factam ab eo qui in extremis uitæ ſuæ ſit conſtitutus, non intelligi factā eſſe cauſa mortis, niſi facta in eo fuerit mentio mortis, Rip. loco ſupra citato ſub num. 176. & 177. credit locum eſſe huic Cornei ſententiæ, ſi uel peſtis fuerit facta mentio uel aliter ex coniecturis appareat, donantem uoluiſſe facere donationem cauſa mortis, ueluti, quia uſus fuerit uerbo relinquo, uel donatio facta ut inter uiuos ſuſtineri nequeat, quæ ſententia & mihi probatur, cum interpretatione adiuuanda ſit donantis diſpoſitio, ut ſe potius quàm eum cui donat, ſi temporis illius calamitoſi periculum euaſerit donantem rem habere uelit, iuxta, §. primū inſt. de donatio. & l. ſenatus, §. 1 cum ordinata charitas incipiat a ſe ipſo, l. præſes, C. de ſerui. & aq. Soci. in conſil. 14. ſub nu 7. lib. 1.

35 Decimusſeptimus eſt caſus † quia is qui natus eſt tempore peſtis extra ciuitatem e matre, quæ propter eam cauſam reliquerat ciuitatem per inde habetur ac ſi in ciuitate ipſa natus eſſet, argum. eorum quæ ſcribunt Petr Cyn. Bal. Ang. Nicol. de Neapol. in l. huiuſmodi, §. legatum de leg. primo ubi uolunt ſtatuta loquentia de recipiendis ſolis originarijs ciuibus, uel in collegium, uel in aliquem ordinem nō habere locum in iſtis, qui caſu aliquo extra ciuitatem naſcuntur.

Sed diuerſum probant ibi Imol. Com. Alexand. & Caſtr. in ſecunda lectura, Ripa uero iam relatus ſub num. 183. uerſi. quid tenendum, primam ſententiam putat eſſe ueram, ſi is partus qui editus ſit extra ciuitatem, conceptus eſſet in ciuitate, quia uore filij pro iam nato haberetur l. qui in utero de ſtat. homi.

Contraria opinio locum habeat in concepto & nato extra ciuitatem, quia in ciuitate, nequenatus neque conceptus dici poteſt. Ego indiſtinctè adhæ rerem priori opinioni, tanquam communi, & uerę, ut dicit idem Ripa, quia iſtiuſmodi ſtatuta ſunt benigne interpretanda, cum nullius præiudicium concernunt,

cernant, Iaſ. in dicta lege huiuſmodi, §. legatum & in d. conſil. 77. lib. 3. ubi loquitur in materia ſtatuti Mediolanenſis Ceſal. in conſil. 237. in materia eiuſdem ſtatuti ſub nu. 27.

36 Decimusoctauus † caſus eſt, quando quis tempore peſtis non poſſet accedere ad capiendum poſſeſſionẽ alicuius eius rei uel beneficij ſibi collati, quia tunc ex loco aliquo eminenti, unde ſit res illi poſita in conſpectu poterit per ſolum aſpectum nanciſci poſſeſsionem, Alberi. de roſat. in l. prima, §. ſi iuſſerim de acquir. poſſeſ. per illum textum, & in l. quod meo, §. ſi per venditorem, & per tex. in cap. contingit de dol. & contuma. ubi ait ſe in facti contingentia ita conſuluiſſe cuidam amico ſuo, quia ſubſiſtente legitimo impedimento, poteſt acquiri poſſeſsio per aſpectum, l. quamuis de bon. auctor. iudi. poſsid. & l. ſi finita, §. illud de dam. infect per quę iura ſic determinat Bar. in l. prima in prin. col. penul. uer ſic. quid ſi executor de acquir. poſſeſ. quem ſequitur Aretin. Alex. Ang. & Iaſ. in dicta l. quamuis Abb. & Felyn. in cap. 2. de conſuet. Butri. & Fely. in capit. cum aliquibus de re iudi. Bal. in l. maritorum, C. ne ux. pro marito, & hanc partem ſequitur & dicit eommunem Ripa loco iam citato ſub numero 187. qui ſub numero ſeq. uſque ad numerum 198. plures animaduerſiones in hac materia ponit, quæ apud illum uideri poterunt.

37 Decimusnonus, † eſt quia tempore peſtis quis baptizari poterit in priuata domo clemen. prima & ibi gloſſ. de baptiſ. quamuis in eccleſia regulariter quis ſuſcipere debeat baptiſmum, ut in authen. ut in priuatis domibus ſacr. myſter. non ſi. Ripa loco iam relato ſub nu. 200. & hoc ego credo uerũm quia ut dicit Hoſtien. in ſum. de baptiſ. col. 5. ſub nu. 9. in capit. quæ ſit eius forma cauſa aliqua neceſſaria urgente, mortis uel belli aut languoris imminentis, omni tempore quis poteſt baptizari, cap. uenerabilis cap. baptizandi, & capitulo de cathecuminis de conſecra. diſtinct. 4. ergo. & omni loco, arguendo a tempore ad locum ut ſupra diximus libro quinto in loco a ſimili.

38 Vigeſimus eſt, † quia licet maritus teneatur reddere debitum uxori etiam leproſæ, cap. 2. de coniug. lepro. non tamen inquit Ripa loco iam relato ſub nu. 201. teneretur reddere uxori contagioſo morbo laboranti, per ea quæ idem ſcripſit eodem loco paulo ſuperius ſub nu. 236. in 5. priuilegio, quæ faciunt per argumentũ a ſimili, & quamuis Ripa loquatur per uerbum credere dicendum eſt abſolute, virum eo caſu nõ teneri ad reddendum debitum, quia ubi ſine uitæ diſcrimine haud poſſet maritus debitum reddere, Id non teneretur præſtare, ita nuncupatim decidit communiter concludere Doctor. Abb. in dicto capit. ſecundo de coniug. leproſo. ſub nu. 5. quia ordinata charitas incipit a ſeipſo, capitulo niſi de auth. & uſu pall. & capitulo non ſatis 70. diſtinct. l. præſes, C. de ſer. & aqua ubi gloſſ. & doct. notant, Soci. in conſi. 11. ſub nu. 7. lib. 1. ubi iura concordan. adducit, & eandem ſententiam probat Cardi. Zabar. in d. c. 2. ad finem.

39 Vigeſimus primus † eſt, quia citatus tempore peſtis ad locum infectum excuſatur a contumacia ſi non comparet, l. quæſitum de re iudica. capitulo ex parte de appellatio. cap. accedens, ſecundo ut lit. non conteſtat. clemen. prima de foro compet. clem. paſtoralis de re iudicat. quod uerum eſſe opinatur, Ripa de priuileg. iudi. cauſ. peſ. ẽt ſi citatus promiſiſſet ſiſtere in loco, l. ſecunda, §. fi. ſi quis ius dicen. non obtemper. & etiam ſi in inſtrumento conuentum eſſet, ut poſſet ubique conuenire, quia talis conuentio non intelligitur de loco non tuto, Ang. & Alex. in l. cum res de leg. primo in princ. Butr. in capit. primo de iudi. & huius caſus materiam oportunius ex citatis quæſtionibus ampliſimè tractat Rip. dicto tit. de priuileg. iudiciorum cauſa peſtis, quæ apud eum uideri poterunt, quia inſtituti noſtri partes nõ patiuntur latius circa hanc materiam euagari.

40 Vigeſimus ſecundus caſus eſt † quia tempus peſtis facit dormire inſtantiam quamdiu peſtis uiget, uel ubi detur currere, quia tempus illius eſt continuum, l. properandum in princ. ubi notant Doctor. C. de iudi. facit tamen ut aduerſus lapſum inſtantiæ concedatur reſtitutio in integrum ſecundum Soci. in conſi. 31. colum 4. libro primo per tex. in l. ſed ſi per prætorem, §. ait prætor quibus ex cauſ. maio. & in l. ſecunda ſi quis cautio. quibus accedit Rip. loco proxime relato ſub num. 39.

41 Vigeſimus tertius eſt † quia impedit curſum fatalium, quæ antea currere non inceperant, Fran. in c. ex ratione in 1. impedimento uer ſic. 4. quæritur, ubi cœpta ſunt labi, non impeditur curſus, ſed effluxo primo ipſo iure, & abſque ulla reſtitutione datur ſecundum capitulo quam ſit de appellatio l. fi. §. illud, C. de tempor. appellatio. §. ſi quid tamen in auth de ijs qui ingredi. ad appellatio per quæ iura ſic concludit Ripa in dicto titulo de priuileg. iudi. ſub nu. 37. Calamitoſis autem illis peſtiferæ luis temporibus quibus & ampliſsima ciuitas Mediolani & noſtra hęc Ticinenſis urbs, tandiu uexata fuit a ſeuiſsima illa contagione, & quibus iuſticium indictum fuerat, ſenatus Sereniſs. Mediolani publicis editis decretis iuſsit cauſarum omnium inſtantias ſuſpendi per aliquot menſes poſt peractus atq; abſolutas omnes quadragenas, & publicis preconijs euulgatas earum ubium liberationes omnibuſque earum lapſuum exceptionibus diem dixit.

42 Vigeſimus quartus caſus † eſt quod delegatus cui commiſſa fuit cauſa certo loco decidenda ac cognoſcenda, poterit ſi is locus ea labe ſit affectus, durante peſtis tempore eam cauſam alibi cognoſcere ac definire, capitulo. ſtatuimus de offic. deleg. per quem text. ſic tradit Felyn. in capitulo cum dilecta de reſcript. columna 17. & Ripa eodem loco ſub numero 38.

43 Vigeſimus quintus eſt † quia iudex unius diœceſis quæ ſit affecta ac contaminata morbo contagioſo, ita ut tuto in aliquo eius loco ius dicere nequeat poterit durante eius morbi tempore in aliena id facere, ubi moram trahat, clement. prima, §. eidem de for. compet petita tamen prius uenia ab ordinario illius loci iuxta text. in §. uolumus eiuſdem clement. & ita trad. Rip. loco ſupra citat. ſub num 39. Cardin.

Imol.

Imol. Vitali. & alij in dicto §. volumus per illum text. ubi pulchrè examinant hanc materiam, episcopi a sua diœcesi expulsi, qui in aliena uelit suam iurisdictionem, & expulsotem, & inter subditos suos exercere.

44 Vigesimus sextus est, † quia licet gradatim appellãdum sit, l. Imperatores de appellatio. l. prima quis & a quo, & etiam de iure canonico præterquam ad Papam attamen si iudex ad quem deuoluitur appellatio, reperiatur in loco peste infecto, durante illo tempore pestis, omisso medio potest ad alium appellari, Bart. in l. prima, §. si quis de appellat. & in l. ubi absunt de tutor. & curato. datis in his Roman. in consil. 601. ad finem Ripa post alios a se cita. loco iam allegato per tex. in c. si is cui, & in c. si a subdelegato de offi. deleg.

45 Vigesimus septimus est, † quia licet iudex causarum criminalium non possit cognoscere de causis ciuilibus, nec iudex ciuilium de criminalibus, l. solemus, §. latrunculator de iudi.

Nihilominus tempore pestis ob absentiam uel fugam unius a ciuitate poterit alter qui remansit in ciuitate cognoscere, & definire, sic Ripa eo loci numero 43. post Angel. in l. si uacantia, C. de bon. uacan. libro 10. & Felyn. in capit. querelam col. fin. de iure eiur.

46 Vigesimus octauus est † quia tempore pestis in loco infecto possunt recipi atque examinari testes ante litem contestatam ob imminens periculum mortis, c. quoniam frequenter, ut lit. non contestat. & vel per insidiosa loca de donatio. caus. mor. quorum iurium argum. sic decidit Ripa iam relatus sub nu. 44. quamuis regulariter aliud obseruetur d. c. quoniam frequenter in princ.

47 Vigesimus nonus est, † quia tempore pestis clericus eo morbo infectus, uel in loco infecto existens poterit absque ueniæ impetratione a superiore illius absente testimonium dicere coram iudice laico, Ang. in l cum ij, §. transactiones de transact. per text. in l. quoties, C. de naufrag. lib. 11. Rip. loco iam citat. sub num 45. quamuis regulariter tale testimonium sine licentiæ impetratione ferre non ualeat, Innoc. Abb. & cæteri in capit. si qui testium, & in cap. cum nuncius de testib. Abb. in cap. 1. de iur. cal. cum simil.

48 Trigesimus est, † quia tempore pestis potest laicus absoluere excommunicatum peste infectum, secundum gloss. in capit. pastoralis ubi Abb. & recentio. de offic. ordinat. & Abb. in cap. a nobis 2. de sentent. excommun. & eadem ratione poterit audire confessionem taliter infecti, quia laicus potest audire confessionem constituti in mortis articulo ut per gloss. & doctor. in dicto capit. pastoralis, in capit. ueniens de transactio. & est text. in capit. quem pœnitet de pœnit. distinct. prima, & infra dicemus cap. 27. in 13. casu, quamuis ex generali iuris dispositione laici spiritualia tractare prohibentur, capit. decernimus de iudic. ea tamen omnia quæ in præfato casu dicta sunt exaudienda ueniunt, declarandaque ac intelligẽda, ut per Ripam loco proxime relatum sub nu. 48. & tribus seq.

49 Trigesimus primus † est quia tempore pestis potest iudex a fenestra domus suæ, uel alicuius turris litigatorib. in via uel curia eius domus existentibus sententiam proferre, secundum gloss. in l. prima, C. de sent. ex breui. recita. quam Bal. ibi & ceteri sequũtur & Ias. in l. fi. C. de testam.

50 Quod tamen Ripa loco iam † allegato ad finem intelligit esse uerum, si partes ad eum locum fuerint ad audiendam sententiam citatæ, alias sententia non ualeret secundum Salyc. et. in dicta lege prima per textum in l. si ut proponis, C. quomo. & quando iud.

51 Ideo dicit † consilium esse quòd tempore pestis iudex eligat tribunal in domo sua, uel in aliqua turri, in qua ius dicat ex fenestra, & faciat scribi in actis, quòd elegit sibi illum locum propter periculum pestis, ut docent Bal. & Saly. in dicta lege prima, C. de sentent. ex breui. recit. & hæc illius temporis gratia conceduntur, quamuis iudex regulariter debeat pro tribunali sedere in loco maiorum sententiam proferre, l. cum sententia, C. de sent. & inter. om. iudi. quam limitationẽ ad prędictã regulam generalem firmat etiam Maran. de ordin. iudi. part. sexta sect. expedita sub numero 82. qui dicit pro illa esse tex. in capitulo statuimus de offic. delegat. libro sexto ibique multis alijs modis limitat eam regulam generalem qui apud illum uideri poterunt.

52 Trigesimus secundus est, † quam mater quæ non petijt tutorem filio tempore pestis excusatur nec incidit in pœnam priuationis hæreditatis filij, Mar. in l. prima, § præterea sub numero 89. de quæstio. post Cast. in consil. 383. in antiquis incip. postpositis, faciunt quæ scribit Ripa de priuileg. contract. caus. pest. sub nu. 11.

53 Trigesimus tertius est † quia tempore pestis is, qui creatus est tabellio, non tamen est matriculatus, potest conficere instrumenta Ang. in repet. l. si uacantia, C. de bon. vacan. lib. 10 col. decima in l. conficiuntur, §. codicilli de iur. codicill. quod dictum refert & sequitur Alex. in l. fi. C. de testam. Marsil. in l. 1. §. præterea sub nu. 9. de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Belli tempore remissam esse militibus in expeditione degentibus testamentorum obseruationem & etiam ijs qui in hostico decesserint.*
2 *Belli tempore fit conductori remissio mercedis.*
3 *Nisi tempore contractus uiguisset tempus belli.*
4 *Præfectus arcis qui tempore belli suscepit custodiam arcis tenetur etiam si inde ui extraheretur.*
Conductores agrorum in confinibus Florentinorum non posse petere emendationem ob damnum datum a militibus. ibid.
5 *Nisi tamen non substantia prorsus tolleretur.*
6 *In emphyteuta belli tempore non dari mercedis remissionem.*
7 *Nisi canon responderet fructibus ibi, uel nihil percepisset.*
8 *Quæstuarijs sancti Antonij & alijs eiusce modi fieri remissionem tempore belli.*

sed

Sed hodie hic ordo receſsit ab Aula, ibid.

9 *Immunitas conceſſa ab oneribus ordinarijs ac extraordinarijs non excuſat tempore belli.*

10 *Etiam ſi conceſſa ſit, per uerba multum prægnantia.*

11 *Noua conſtitutio Mediolani in tit. de oneribus in §. onerib⁹ declaratur.*

12 *Immunitas conceſſa tempore belli excuſat ubi tanta eſſet amplitudo clauſularum & priuilegij ut comprehenderetur etiam caſus belli.*

Niſi tanta eſſet neceſſitas, ut ſine collatione priuilegiariorum non poſſet prouideri.

13 *Conuentionalis immunitas ubi tanta eſt neceſſitas non excuſat.*

14 *Sed contra ex cauſa.*

15 *Eccleſiam teneri contribuere in damnis, quæ ita ſunt eccleſiaſticis communia vt laicis perſonis, ex communi.*

16 *Quia contributio illa ſubrogatur loco damnorum.*

17 *Clericus qui vult uti priuilegio Statuti laicorum debet eiuſdem cenſuram ſubire.*

18 *Eccleſiam munire, uel incaſtellare, ut uocant, belli tempore licere.*

19 *Facultates laicorum quando dicantur non ſufficere, vt eccleſia teneatur contribuere.*

20 *Eccleſiaſticas perſonas debere faciles eſſe ad contribuendum ubi ſubeſt neceſſitas.*

21 *Caritatis tempore licitum eſſe panem non habenti, auferre habenti.*

Neceſſitatis tempore omnia eſſe communia. ibid.

22 *Neceſſitatis caritatisque tempore licitum eſſe furari ad depellendam famem.*

23 *Caritatis tempore Annonæ dominos cogi ad eam vendendam etiam uiliore pretio.*

Belli & caritatis temporis gratia in multis reſtringi diſpoſitiones iuris communis

CAP. XXVIII.

1 BElli quoque tempore plerunque receditur a diſpoſitionibus iuris communis ueluti, quia † diligens illa obſeruatio quę in teſtamentis eſt neceſſaria, l. iubemus l. hac conſultiſsima, C. de teſtamen. in princ & §. per nuncupationem, & inſtit de teſtament. in princ. & in §. ultimo remittitur ipſis militibus in expeditione degentibus, l prima de milit. teſtament. l. milites l. quamquam, & l. penul. C. de teſtament. milit. l. miles ita, l. quærebatur & l. tertia cum ſimilibus de milit. teſtament. inſtit. de milit. teſtament. in princip. & etiam omnibus qui reperiuntur in hoſtico ſolo, l. ult. de milit. teſt. & l. 1. de bon. poſſ. ex teſtam. milit. & ſupra diximus in præcedenti capite.

2 Item quia † conductori fit remiſsio mercedis. l. ex conducto in princip. & l. ſi merces, §. uis maior loca. per quæ iura ſic concludit Alex. in l. interdum, §. quod ex naufragio ſub num. 5. de acqui. poſſ. quamuis aliàs ad uniuerſam penſionem ſoluendam cogi poſsit, l. æde, C. de loc hæc tamẽ in re pulcherrimam tradit theoricam Petr. Bell. Aſte. iur. conſil. de re milit. part. ſexta ſub numero decimo & ſequent. quę mihi uidetur ad omnem huius difficultatis nodum recidendum maxime accommodanda. Aut enim inquit pactum eſt, & ſtabitur pacto, l. prima, C. de iur. emphy. Aut nihil eſt dictum, & tunc aut damnum eſt graue, & fit remiſsio cum ſit damnum fatale, dicta l. ex conducto, §. primo locat. Aut eſt leue & nihil remittitur, quia modicum damnum debet pati conductor, l. conductor, §. ſi merces eodem titulo.

3 Hæc tamen † quæ dicta ſunt de remiſsione facienda tempore belli, locum non habent quando tempore contractus vigebat tempus belli, aut peſtis, vel aliud ſimile, quod facile poruit conductor præuidere, quia tunc non debet illi aliqua remiſsio fieri l. qui bona, §. de illo de damn. infect. Bal. in dicta lege ex conducto, § 1. Alexan. in dicta l. interdum, §. quod ex naufragio, Bell. loc. citat. ſub nu. 13. Boſsi. de remiſſ. merced. ſub num. 84.

Qui dicit idem eſſe quando ſuberat timor belli, poſt Alexand. in l. diuortio colum. tertia ſolut. matrim. cuius ſententiæ fuit Ioan. Imol. in conſilio 7. quem ſequitur Dec. conſil. 697. num. 12. & Bald. ſupra citat. ſub num. 15.

4 Et ideo ait † præfectum arcis qui ſuſcipit eius cuſtodiam tempore belli, teneri etiam ſi inde extraheretur poſt Ioan. Andr. ad ſpeculato. in tit. de locat. ſuper rubric.

Et conductores agrorum in confinibus Florentinorum non poſſe petere aliquam remiſsionem mercedis ob depredationes eorum militum, quia ſolent quotannis milites Florentini tales rapinas facere, per ea quę ſcribit Socin conſ. 123. Quidam Iacobus uolum. Alex. conſil. 6. lib. 2. ad finem, & Fran. Aret. conſilio 148.

5 Niſi † tamen rei ſubſtantia prorſus tolleretur, ut per Bald. in l. licet, C. de locat. col. 1. uerſic. ſecundo quęro quem ſequitur Boſſ. in d. tit. de remiſ merced. ſub num. 85. qui & alijs modis declarat prout apud illum uideri poterit.

6 In emphyteuta † autem dicit Bell aliter diſtingui, ut late apud Ieſ. in l. 1. ſub nu. 8 1. C. de iur. emphyt. qui de mente antiquorum concludit nullam fieri remiſsionem, cum nulli fructus percip. untur, & iſta eſt communis opinio, ut atteſtatur Abb. in c. potuit de locat. ſub nu. 18. & Ioan. Imol. ſub num. 42. Alexan. in dicto §. quod ex naufragio ſub nu. 5. & alij quos citat Dominus Clarus in §. emphyteuſis ſub num. 6. ipſe tamen Clar. quantum ad remiſsionem penſionis diſtinguit inter penſionem magnam, & paruam ut primo caſu uera ſit communis opinio, poſteriore non item, & intelligit paruam penſionem quæ præſtatur potius in ſignum recognitionis directi dominij, quàm ad rationem fructuum, & hanc opinionem dicit eſſe multum æquam ac in iudicando ſequendam, a qua non uidetur quoque diſſentire Bell. loc. ſupra citat ſub nu. 12. dum loquitur de emphyteuticis contractibus qui communiter fieri ſolent in ciuitate Actenſi, quorum penſiones reſpondent fructi-

7 fructibus, intelligit rursus† D. Clarus ut ita demum locum habeat prædicta conclusio, quando emphyteuta nihil prorsus perciperet, secus si aliquid etiam intra dimidium eius pensionis quam persolueret, quia tunc illi fieret remissio, & reuera Doctores omnes in hac materia loquuntur quando nihil prorsus percepisset emphyteuta, nisi fortè illud modicum quod ab emphyteuta perceptum foret, ita esset modicum ut nihil par esset, quia idem in utroque casu decernendum esset, iuxta ea quæ diximus supra in loco a simili in uersic. a Nihilo. ad parum.

8 Belli quoque tempore† quęstuarijs Sancti Antonij, Sancti Bouij, Sancti Bernardi, alijsque eiusmodi conducentib. ab Abbatibus eorum locorum quę stuarios illos redditus, faciendam esse remissionem contra generalem conductionis regulam scripsit Bald. in consilio 147. si propter guerras libro tertio quem sequitur Celsus loco iam relato, sed hæc omnis disputatio recessit ab Aula, cum capitulo 9. 21. sessio. Tridentini concilij sint penitus huiusmodi ab olita quæstuariorum nomina, ac exercitationes,

9 sic & immunitas† concessa alicui ab oneribus & collectis ordinarijs & extraordinarijs, solitis & insolitis non extenditur ad onera quæ imponuntur tempore belli tam humani quàm diuini, secundum communem aut magis communem opinionem, de qua testatur Iaſ. in l. si ex toto columna tertia uersiculo. quid tenendum, de leg. 1. ubi ait immunitatem concessam uerbis etiam generalibus & amplis, non extendi ad onera quæ imponuntur ratione belli, uel alterius cuiuslibet publicæ necessitatis inexcogitata, Paris. in consil. 25. sub nnmero 73. libro primo, Purpura. consilio 27. numero decimo uolum. secundo consilio. Feudal. diuersorum, ubi & Franciscus ab ecclesia consilio 4. & 5. sub numero sexto. Albens. consilio primo sub numero septimo. & 9. Vasqui. de succes. creatio. libro tertio, §. 21. limit. 10. sub numero 181. uersiculo hinc est. Cachera, decis. 68. sub numero quarto & ibi post eum Nic. Balb. prędes consi. seq. sub numero 5. & 6. Bursa. consil. 16. sub numero 27. & seq. Guilel. Bene. in cap. Raynutius in uersic. Et uxorem nomine Adelasiam sub numero 468. & sequent. Ripa in tractat. de pest. in tit. de remed. præ seruatiuis sub nu. 231.

10 Vbi amplius dicit, quod† etiam si concessa fuerit uerbis quantumũis prægantibus & generalibus, nõ comprehendit onera imposita occasione necessitatum istiusmodi temporibus imminentium, quam sententiam amplectitur quoque idem Ripa in dicta lege si ex toto ad finem & nouissime eandem tanquam communem refert ac sequitur Plot. in l. si quando, C. de unde ui sub numero 17. & seqnent. & maxime in statu nostro in quo est decretum in no

11 uis cõstitutionib. in tit. de oneribus, †in §. in onerib. quo cauetur, ut ad onera taxarum, equorũ & hospitationis militũ etiam exempti teneãtur, exceptis ijs qui a principe speciales literas, cum speciali derogatione illius sanctionis habuerint, quo casu non sufficit clausula immunitatis, omnibus & quibuscunque oneribus cum clausula, non obstantibus quibuscunque etiam si de uerbo ad verbum deberet fieri mentio in specie, quibus omnibus derogetur nisi in specie fiat mentio de immunitate etiam respectu taxarum, & equorum, & onerum belli cum derogatione dicti decreti, secundum communem opinio. de qua testatur Dec. in consilio 165. columna 4. cum sequent. & consilio 68. columna penult. uersic. secundo respondetur. Iaſ. in consilio 12[illegible] uolum. 4. Felyn. in capitulo accedentes col. 3. uersic. Nihilominus communis est, de rescript. quibus accedit Plot. in d. l. si quando, sub nu. 20. ubi alijs rationib. confirmat hanc opinionem.

12 Hæc tamen† quæ hactenus dicta sunt de immunitate concessa uerbis quantuncũque generalibus, ut non trahatur ad onera imposita tempore belli, intelligit Petr. Bell. de re milit. part. septima tit. secundo nisi tanta esset amplitudo clausularum & priuilegij ut etiam contineretur casus belli post Paris. in consil. 68. lib. 1.

Item quando magna urgeret necessitas, ueluti quia tanta esset, ut sine collatione priuilegiatorum non posset prouideri ipsi urgenti necessitati, tunc enim priuilegiarij quoque tenerentur conferre, ut scribit Socin. in dicta l. si ex toto in tertia & quarta concluſ.

Si enim ijs casibus confert ecclesia, iuxta notat. in c. non minus de immuni. eccles. ubi Archi. Butri. & Abb. multo magis conferent qui habent priuilegia a principibus, qui non raro sunt munifici ac liberales de alieno, quod reprehendit Luc. de pen. in l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10.

13 Quinimo tãta† posset esse necessitas, quod etiam conuentionalis immunitas, quæ & transiuisset in cõtractum non prodesset, argum. l. fistulas. §. frumenta de contra. empt. & eorum quæ dicit Bartol. in l. Scio §. medico de annu. legat. & in l. sed & si quis, §. quæsitum, si quis cautio. ubi qui suscepit in se periculum casus fortuiti non tenetur de casu nalde insolito,

14 communis tamen est Doctor. sententia, †quod ubi immunitas concessa est ex contractu, & tit. one. oso præbeat quoque excusationem ab oneribus tempore belli, ut dicit Rol. a Vall. in consilio 76. sub numero 23. libro secundo & probat in consilio quinto sub numero 53. libro primo: Nat. in consilio 297. sub numero quarto & decimo libro secundo Bossi. in tit. de princip. sub nnmero 51. & alij quos supra citauimus, libro septimo capitulo septimo sub numero 26.

15 In damnis autem† quæ ita cómmunia essent ecclesiasticis sicut laicis, tenentur ecclesiastici contribuere, ueluti quando imminet inuasio uel direptio ciuitatis, aut depredatio territorij, & compositio fit in pecunia, de quo per Bartol. in dicta l. nullus, C. de cur. publi. libro 12. quod late tractat Iaſ. in dicta l. si ex toto sub numero 16. cui accedit Bell. loc. iam relat. sub numero septimo Ancharan. in consilio 96. super dicto dubio, & receptissimá est omnium opinio; quod ubi agitur de imponendá collecta, quæ respicit communem utilitatem tam clericorum quam laicorum semper clerici teneantur contribuere cum laicis, secundum ea, quæ scribunt Ancharan. Butri. & Abb. in dicto capitulo non minus de immu-

mu. eccleſ. Anchar. in dicto conſil. 96. ad finem, Pariſ. conſilio 25. ſub numero 74. libro primo Bene. in cap. Raynutius part. prima uerſiculo & uxorem nomine Adelaſiam ſub numero 370. Cacher. deciſ. pedem. 68. ſub numero 10. dicens idem ſentire ſummam Angel. in uerſic. in munitas ſub num. 37. uerſi. diſtinguo tamen Iaſ. in l. placet ſub num. 14. C. de ſacr. eccleſ. D. Alciat. in l. ad inſtructionem in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. Ioan. de Plat. in l. ad reparationem, C. de aquæduct. lib. 12. Marſil. in praxi crimin. §. aggredior ſub nu. 63. & de bannit. in uerſic. ciuitate ſub num. 88. Nat. in conſil. 311. ſub nu 4. libro 2. Corn. in conſil. 85. ſub num. 15. libro 4. Fere. de Gabel. ſub nu. 432. Tomat. de collect. fo. 74. Teſtaſ. de collect. par. 4. cap. primo num. 18. 25. & 34. Caſſa. in conſuet. Burg. tit. 1. des iuſtices, §. 4. ſub numero 21. uerſic. quid dicendum.

16 Cum † enim collecta iſtiuſmodi ſubrogetur loco depulſionis damnorum quæ communia fuiſſent tam clericis quàm laicis, non eſt mirum ſi & ipſi quoque contribuere debeant, per ea quæ ſcribunt Bald. & Ioan. de Plat. in l. nullus per illum text. C. de decur. libro decimo Ancharan. in capit. quamquam de cenſi. lib. ſexto & in dicto cap. non minus, ac alijs locis ſupra citat. Naturæ enim congruum eſt, ut quem ſequuntur commoda eundem ſequantur in commoda, l. ſecundum naturam. de regul. iur. clem. 1. de cenſi. & qui uitam ſimilem ſuſcipiunt, ſentiant quoque eandem in legibus diſciplinam, capit. ſi archiepiſcopus, §. ult. de tempor. ordin. cap recolentes
17 de ſtat. monach. facit † quod ſcribit Bald. in l. omni, C. de ſacroſ. eccleſ. in l. 4. C ad leg. Falcid. & in l. 1. C. de contr. emptio. quibus in locis uult eccleſiam & clericos qui uolunt uti beneficio ſtatutorum laicorum debere quoque pati eorundem cẽſuram quam ſententiam probat Rip. lib. 1. reſp. c. 4. ſub nu. 5. An
18 autem † tempore belli liceat in eccleſia propugnacula facere, ſeu illam munire, aut incaſtellare, ut uulgo uocant, tradit Petr. Bellus in dicta 6. par. cap. 2. ad fin. apud quem poterit uideri reſolutio difficultatis, quamuis D. Alciat. dicto libro 1. ſub numero 121. putent ſimpliciter tempore belli id fieri poſſe poſt Innoc. in cap. cum eccleſia de immun. eccleſ. & Ludou. Roman. in dicto §. de uiro, ſub numero 88. uerſic. 4. probatur poſt Innocent. in cap. cum eccleſia de immun. eccleſ. Qui Bellus ſub num. 12. dicit unum ualde notandum in ea materia, quando facultates laicorum non dicantur ſufficere ad hoc ut eccleſia teneatur contribuere, ut ſcilicet tunc fortè
19 id dici poſsit, quando onera † abſorbent paulo minus quàm fructus & reditus, arg. l. qui bonis de ceſſio. bon. ubi Bar. & per eundem in l. pen. de alimen. & cibar. leg. quamuis ſub nu. 8. dicat id eſſe arbitrarium Diœceſano per tex. in dicto cap. non minus de immun. eccleſ. ubi dicitur epiſcopum & clerum inſpicere debere, quanta ſit utilitas ac neceſsitas occurrens, quando dicuntur facultates laicorum non ſufficere, & per alias rationes quod uerius & honeſtius eſſe puto, qui inſuper ait, ſed & ipſos eccleſiaſti
20 cos debere, † cum uere ſubeſt cauſa, faciles ſe præbere collationi, ne in illos obijci poſsit, quod philoſopho obiecit imperator in l. profeſsio, C. de muner. patrimo. & in eoſdem uſurpat Luc. de pen. in l. fi. circa finem uerſi. honeſte igitur facerent clerici, C. de exact. tribu. lib. 10.

21 Caritatis pariter † ſeu cariſtiæ ut uulgo uocant tẽpore coarctantur iuris communis diſpoſitiones, & propterea dicit Bar. in l. 1. § fin. ad leg. Rhodi. de iac. quòd tali tempore panem non habens poteſt auferre alteri illum habẽti, quia tempore neceſsitatis omnia ſunt communia, ita notant Bart. per illum text.
22 poſt gloſſ. in uerſi conferre, & dicunt Alberi. & † Fulgo. in l. 2. §. ſi conſeruatis ad fin. eod. tit. hoc tempore licere furari, & per uim capere ad depellandam famis neceſsitatem, c. ſi propter neceſsitatem de fur. & c. ſicut 44. diſt. & plenius infra dicemus.

23 Hoc quoque tempore coguntur † frumentorum & aliarum rerum comeſtibilium domini, etiam prętio paruo & minus iuſto eas res uendere, Bar. in l. 1. §. cura carnis in 2. oppo. de offi. præf. urb. Bar. in l. annonam de extraordin. crimin. Bal. in l. ſi pendentes, §. ſi quid de uſufr. Albe. & Fulgoſ. in d. l. 2. §. ſi conſeruatis ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Pacis tempore ab ijs diſcedi quæ tempore belli conſtituta fuerint.*
Sententiasque contra rebelles tempore belli latas pacis tempore cenſeri reuocatas ibid.
2 *Niſi ex alijs cauſis ſententiæ latæ fuerint, ueluti contra eos qui uertere ſolum.*
3 *Prędia bello amiſſa, finito bello dominis ea eſſe reſtituẽda*
4 *Pacem eſſe loco reſtitutionis, nu. 5.*
6 *In materia reſtitutionis tempore pacis faciendæ, quomodo ſit diſtinguendum. ſub nu. 7. & 8. & 9.*
10 *Principem legi contractus ſub eſſe.*
11 *Fiſcus facta pace tenetur ea reſtituere in quibus factus eſt locupletior.*
12 *Tertius qui conſecutus fuerit bona ablata tempore belli, in executione ſententiæ, quæ tempore pacis reſcinda tur tenetur ea reſtituere.*
13 *Ius procedens ex ſententia, illa reuocata reuocatur.*
14 *Verbum plenariè in reſtitutione prolatum import. re ampliorem reſtitutionem.*
15 *Alienata non reſtituuntur etiam ſi in reſtitutione dicatur niſi ex contractu gratuito, ſecus ex oneroſo.*
16 *Pacis pro bono detrahi regulis iuris communis.*
17 *Ciuitas ubi inquietatur ex diſcordijs aliquorum poſſunt cogi ad cauendum de non offendendo, aliàs poſſunt eijci è ciuitate.*
18 *Plura exempla quibus ſcandali euitandi gratia a diſpoſitione iuris communis diſceditur remiſſiue.*
19 *Periculum ubi eſt in mora diſcedi a diſpoſitione iuris communis.*
20 *Debitorem propria auctoritate capere licere quando periculum eſt in mora.*
21 *Etiam ſi fuerit clericus.*
22 *Facinoroſus impune diu toleratus, ubi ad pœnam trahitur mitius punitur.*
Carcerationem diutinam minuere pœnam debitam ibid.
23 *Reatus quid ſit.*

Carceriſque pœnam omnium miſerrimam ac moleſtiſſimam eſſe. ibid.

24 *Noua conſtitutio Medialani in §. imputari in titulo de Bannitis declaratur.*

25 *Ceſſationis gratia priuatur quis iure ſuo.*

26 *Scholaſticus uagus & a ſtudijs deſes non potitur priuilegio ſcholaſticorum.*

27 *Quod & in doctore procedit.*

28 *Ceſſatione pœna remittitur perſeueranti impoſita.*

29 *Temporis tarditatem inducere iuris communis reſtrictionem.*

Vt in eo qui debito tempore non petit petitorium ſuſpendi. ibid.

30 *Temporis antiquitate rerum alienarum dominia acquiri.*

31 *Balbi ac Andreæ Tiraquel. tractatus de præſcriptio. iudicium.*

32 *Fratres ſeparatim uiuentes, antiquitate temporis præſumuntur hæreditatem diuiſiſſe.*

33 *Leuiores ſufficere probationes in antiquis,*

34 *Crauetæ opus de antiquitate temporum commendatur.*

35 *Temporis antiquitati pleraque tributa priuilegia multis exemplis declarari, remiſſiue.*

Tempori pacis plurimum tribui in reſtringendis iuris communis diſpoſitionibus idemque eſſe cum periculum eſt in mora, vel cum de temporis antiquitate agimus.

CAP. XXIX.

1 DAcis quoque tempore † diſcedimus ab ijs quæ generaliter tempore belli conſtituta ſunt, & propterea dicit Bald. in tit. de pace conſt. in §. priuilegia omnia ſub num. 38. & idem uidetur ſentire in §. ſententia quoque ſub num. 82. Sententias contra rebelles prolatas rebellionis & belli prætextu, cum ſecuta fuerit pax, cenſeri reuocatas, ſecus ſi aliò reſpiciant, puta quia ex cauſa mutui vel alia ciuili extorres facti fuerint, & ideo inquit Petr. Bell. de re milit. par. 10. tit. 1. ſub nu. 13.

2 quod † exititij Mediolanenſes, qui ante bellum uerterant ſolum, & erant vt vulgo dicitur banniti propter crimen, quamuis ſit in genere parcitum rebellibus, in fœdere & pace, non tamen cenſebuntur patriæ reſtituti, niſi amplitudo fœderis aliud ſuadeat, refert etiam Bal. in tit. de pac. conſt. in §. poſſeſſiones ſub nu. 85. quod prædia † amiſſa propter bellum, & quæ quis ante illud poſsidebat debent eo finito reſtitui prioribus poſſeſſoribus, & ſi ipſi interim forte illa occupauerint, debere eos in poſſeſſione ſua defendi, & aduerſarios de ſpolio agenti obſtare exceptionem dolo facis &c. quod & reſpicit Bal. in §. omnes ſub nu. 92. eo. tit. & cum Bal. concordare uidetur Afflict. in cap. 1. de uaſall. decrep. ætat. in col. 11. dum dicit pacem non ſolum eſſe loco ſimplicis indulgentiæ † ſed etiam reſtitutionis in integrum

4 ad præiudicium quoq; tertij in quem bona fuerunt translata, per conſi. Fulgo. 143. & Alex. in conſ. 190. & conſ. 216. lib. 2. facit quod ſcrib. Ang. in l. ſi quos

5 de cap. & poſt. reuerſ. ubi cum pax † ſecuta eſt in fortioribus tetminis affirmare uidetur antiquis dominis non ſolum faciendam eſſe reſtitutionem bonorum immobilium, ſed etiam mobilium.

Sed ex ijs quæ tradunt Doct. in locis infra citandis, & nouiſsime Petr. Bell. dicta part. 20. tit. primo

6 de re milita. † ſic uidetur uniuerſa hæc difficultas diſtinguendo poſſe reſolui, aut in capitulis pacis ſeu fœderatis fuit nuncupatim cautum bona tam mobilia, quàm immobilia reſtituenda eſſe, & tunc ut dixit Ang. in dicta l. ſi quos qui loquitur in ijs terminis parcendum eſt, l. 1. §. ſi conueniat, depoſit. l. contractus de reg. iur. cum enim partes contractus fœderaſic potuerint ac uoluerint facere † quatenus eis placuerit, ſtandum eſt, l. 1. §. pueritiam in uerſic. ratus de poſtul. inſtitut. de lege, fuſci. cani. in princip. cum ſimilibus ibi adnota. Aut fuit ſimplex pax & parcitur rebellibus nihilque dictum fuit de bonis reſtituendis, & tunc rurſus eſt diſtinguendum, quod aut remiſsio illa ſonat in indulgentiam aut in reſtitutio

8 nem. Priore caſu, cum per † indulgentiam culpa, & reatus tantum remittitur & conſequenter eius pœna, bona non reſtituuntur, gloſſ. inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. fol. §. cum autem in gloſſ. ult. l. ſecunda l. tutor cum tribus legibus ſequent. & l. ſi pater, C. de ſent. paſſ. niſi aliquid plenius in indulgentia ipſa exprimeretur, quia tunc illud ſequendum eſt, l. pen. C. de ſent. paſſ. & per doctor. in locis proxime allegatis. Aut ſonat in reſtitutionem, & ſic aliquid pluris,

9 quam importet indulgentia, † & tunc ſi bona translata non ſunt, ſecus ſi translata fuerint, quia adhuc reſtituuntur, ſic tradit Bart. in l. ultima col. 3. C. de ſentent. paſſ. & reſtitut. princeps enim quia talia bona

10 tranſtulit † ſubeſt legi contractus, l. digna uox. C. de legib. cum ſua materia, ita Bal. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum. de liber. & poſth. qui refert Cyn. dicentem ita iudicatum fuiſſe Bononiæ, & dicit Petr. Bell. hanc eſſe communem omnium ſententiam, dicto titulo primo part. decima ſub numero uigeſimo primo, qui limitat prædictam concluſionem in quatuor caſibus.

11 Quorum primus, † eſt in ijs in quibus fiſcus fuctus eſt locupletior ut per Bartol. in dicta l. ultima columna tertia quicquid dicat Angel. in dicto §. & quid ſi tantum.

12 Secundus caſus eſt, † niſi tertius in quem translata ſunt bona ea conſecutus fuerit iuris miniſterio, quod proceſsit a ſententia condemnatoria lata ſuper ipſo crimine cuius gratia facta eſt remiſsio ac reſtitutio, omnis enim alienatio, quæ immediate prouenit ab ipſa ſententia reuocatur,

13 † reuocata ipſa ſententia etiam ſi per reſtitutionem reuocatur, Angel. in lege ſi pater filium de adoptio. & fuit originarium dictum Cyn. in dicto §. & quid ſi tantum, ut refert ibi Alexand. ſub numero decimonono uerſiculo quod intelligе, pro quo eſt textus in lege tertia, §. ſi deportatus de bonis liber. & in l. ſi libertus, aliàs ſiue patro-

patronus, de iur. patrona. & hanc ſententiam communem eſſe, teſtatur Bellus loco iam alleg. in 2. limitat. ad finem.

14 Tertius eſt † quando in reſtitutione adeſſet aliquod uerbum per quod talis induceretur reſtitutio ueluti quia adeſſet uerbum plenarie, aut aliquod aliud ſimile uerbum, ut per Fely. in c. inter quatuor de maior. & obed.

15 Quartus eſt † quando dictum id eſſet in reſtitutione, quod Petr. Bellus loco ſupra cita intelligit, quando princeps alienaſſet ex contractu gratuito, ſecus ſi in alium tranſtuliſſet ex contractu oneroſo, quia tunc non fieret auocatio, & ita intelligit Dec in conſilio 525. numero octauo & conſilio 407. ſub numero decimoſeptimo.

16 Pro bono † quoque pacis detrahitur iuris diſpoſitionibus ex his, qua habentur in uerſic. pro bono pacis noſtræ, ibique Abb. & Doctor. de maio. & obed. c. 2. uerſic. pro bono pacis, c. 1. de mut. petit. in uerſi. ſententia & in uerſic. concordia terminatis, facit c. cauſam quæ de teſtib. in c querelam de ſimon. in c. fi. de tranſact. in l. æquiſsimum de uſufr. & quod uoluit Bart in l. furti de ijs qui not. infam.

Quod ſi ciuitas iniquietaretur propter diſcordiã
17 aliquorum, † poſſet eos iudex compellere ad pacem, facit c. 2. de deſponſ. impub. ibi pro bono pacis, & quod ſcribit D. Clar. in praxi. Crimin. quæſt. 47. ſub numero quinto ubi dicit quòd quando ſubeſt timor ſcandalorum pro bono pacis poſſunt officio iudicis partes tumultuantes cogi ad inuicem cauendum de non offendendo, alioqui ſi recuſent poſſunt ejici è ciuitate, ſub graui commination pœnarum,
18 faciunt † quæ ſcribit Ludou. Roman. in dicta l. ſi uero, § de uiro ſub num. 28. ſolut. matrimon. ubi per multa exempla oſtendit propter ſcandali euitationem multa introducta eſſe ad reſtrictionem ac limitationem iuris communis, cum ijs quæ annotantur a ſcholiaſte ad dictum locum Romani.

19 Propter periculum quoq; † quod in modici temporis mora uerſatur, legis generalitati ſæpiſsime derogatur l. de pupillo, §. ſi quis riuos de oper. nuntiat. l prima de dam. infect. l. ſi quis filio exhæredato, §. hi autem in fi de iniuſt. rup. l. final. de appel. recip. l. mulier, §. ſi hæres ad Trebell. l. ſi magiſtratus de priuil. credit. l. prima, §. final de ſer. l. diuus in principio de petit. hæredi. capitulo baptizari & ibi gloſſ. diſtinctio. quinta.

20 Et proprerea quando periculum eſt † in mora licet capere debitorem ſuſpectum de fuga, l. ait prætor de ijs quæ in fraud. creditor. gloſſ. Angel. Iaſ. Gomeſ. & alij inſtitut. de actio. in principio etiam die feriato in honorem dei ſecundum gloſſ. in l. ſi. C. de fer.

21 Et etiam † clericum ut dicit Abb. in c. cum non ab homine col. 4. de iudi. ubi & Bal. in 3. col. & in c. dilectus in 5. col. de appellatio. per tex. in capit. olim de reſtit. ſpoliat. quibus accedit Iaſ. in d. §. ſi quis riuos col. 2 ubi pluribus alijs inſtantijs exornat hanc regulam & D. Alciat. dicto lib. 1. ſub num 98. quibus poſſunt addi quam plurimi alij caſus quos proſequitur Ludouic. Romanus in dicto §. de uiro ſub numero ſeptuageſimoprimo.

22 Is pariter † qui patrato facinore toleratus fuerit, diuque impunè egerit ſi ad pœnam trahatur mitius punitur, argum. eius qui diutino tempore in reatu fuerit, l. ſi diutino de pœn. per quem ſic firmat Do. Alciat. dicto libro primo ſub numero 97. qui dicit,
23 Reatum † nihil fuiſſe aliud quam habitum reorum cum ſqualli di promiſſa barba de ſalute litigant & rerum anxij ſatagunt, idemque eſt ſi ditius in carcere detentus fuerit, quia tunc clementius eſt puniendus & ab ordinaria iuris communis pœnæ diſceditur per tex. quem Andr. Tiraquel. ſupra citatus dicit fore ſing. eſſe in l. omnes, C. de pœn. ubi tempus carceris computatur in tempus exilij, quia non mediocriter uidetur afflictus cui carcer domus fuit, pœna omnium miſerrimeue moleſtiſsima, ut quæ nobis auferat rem omnium gratiſsimam ac prætioſiſsimam, hoc eſt libertatem ipſam ut pulchrè diſcurrit And. Tiraq. de pœn. leg. mitigan. cauſ. 41. per totum
24 ſic & in nouis conſtitutionibus † in titulo de bannitis in §. imputari, receptator banniti a principe uel eius locumtenente aut officialibus ciuitatum habentibus merum & mixtum imperium tolerati non punitur acerbiore illa pœna receptatoris bannitorum.

25 Ceſſatio ſimiliter † per aliquod tempus a munere ſibi iniuncto facit, ut quis iure ſibi eo in officio quæſito priuetur, l. tertia, C. de domeſt. & prot. libro duodecimo & l. final. C. de aduoc. diuer. iudi. ubi ad uocati protectores, uel id genus Palatini, qui ab eorum munere quinquennio deſtiterint, ab albo abraduntur, atque illo munere priuantur tanquam indigni, l. ne quidam, C. de teſtam. milit. ubi qui militiam non continuant indulgentia principis non fruantur, l. ſemper de iur. immuni. ubi immunitate artificibus conceſſa non fruuntur, qui artem amplius non exercent.

26 Quod in ſcholaſtico † receptum eſt qui uagus & a ſtudijs deſes uitam degat, argum. l. qui in collegio de excuſ. tuto. trad. Doctor. in l. prima ſolut. matrimon. Menoch. de arbitra. iudi. caſ. 237. ſub numero 30. Rip. in dicta l. prima ſub numero 38. qui citat
27 Dec in conſilio 177. & uolunt † idem quoque eſſe in doctore, qui iuris peritiam non exerceat, qua de re latius tractauimus poſt cæteros in dicta l. prima ſoluto matrimon. quàm ut hic referendum ſit.

28 Sic etiam † propter ceſſationem certo tempore factam, reſtringitur lex pœnam perſeueranti imponens, ut in l. alia, C. de ijs quibus ut indigni. ubi licet commodo teſtamenti priuetur qui falſum uel inofficioſum teſtamentum arguat, ſi tamen a cœpta lite deſtiterit teſtamentarium commodum non amittit, in l. in ſeruitutem, §. petiſſe de bo. liber. ubi patronus qui cœptum iudicium capitale in libertum deſerit, iure patronatus non mulctatur, in l. quamuis de in ius uocan. ubi filius uel libertus qui patrem uel patronum in ius uocauit ſine uenia, non mulctatur edicto prætoris ſi omiſſa lite ſuorum humanitatem experiri malit in l. is qui ſe de re uendi in l. in criminali, C. de iuriſd. omn. iudic. & i. cap. 1, §. porro quæ fuit prima cauſ. bene. amitt. ubi ceſſan-

tes ab indebitis iudicijs, & a mendacijs ordinarias iuris pœnas euitant.

29 Temporis quoque tarditas † inducit iuris communis restrictionem, ut in eo qui non debito tempore petijt cum spoliatus esset, suspenso petitorio, super possessorio procedi, cap. pastoralis de caus. possess. & proprietat. in c. auditis de procur. & in casibus Bart. in l. is qui reus ad finem de publi. iudi. & in l. si mater §. eandem de exceptio. re. iud. & D. Alciat. dicto lib. 1. sub num. 99.

30 Temporis quoque antiquitate, † in pluribus regulis iuris communis discedimus, ueluti cum dicimus temporis antiquitate rerum alienarum dominia usucapi ac præscribi, l. traditionibus ubi Alex. Saly. & Ias. ac alij per illum textum, instit. de usucapio. in princ. ibique doctores omnes & integris tit. in ff. & C. de usucapio. & præscript. quam rem qui malit per sua membra distincta plenius intelligere, adire

31 poterit Balbum † in eius plenissimo eruditissimo, atque luculentissimo tractatu de prescriptio. & Andr. Tiraq. in tractat. eiusdem inscriptionis, quamuis illi non respondeat rerum copia cæteris Tiraquellianis laboribus.

32 Sic etiam † temporis antiquitate in fratribus separatim habitantibus præsumitur diuisio, l. si filius, C. de petit. hæredit. per quem sic tradit D. Alciat. in d. lib. 1. de uerb. significat. sub nu. 97.

33 Antiquitati quoque † temporis rursus & illud tribuitur, quod leuiores in ea sufficiunt probationes, ob difficultatem probationum, l. penult. de probatio. capit. cum causam eod. tit. capit. ueniens de testi. per quæ iura sic concludit Cravet. de antiqui. tempo. part. 1. in princ. & per discursum totius illius sub

34 tilissimi † copiosissimi atque ingeniosissimi operis, in quo latius diffusiusque a grauissimo illo ac consultissimo uiro, partes omnes ad hanc materiam attinentes explicantur, quàm titu. aliquid addi possit, aut hic præter institutum nostrum prolixius referri.

35 Solent pariter † & temporis antiquitate pleraque alia adscribi quæ prosequuntur Doct. in l. vinum si cert. petat. & aliqua refert D. Alciat. d. lib. 1. sub nu. 100. & quæ pleniore stylo tractantur a Ludo. Rom. in d. l. si uero, §. de uiro sub nu. 76. in 53. limitatione ubi quindecim enumerat casus, in quibus fit iuris communis muneris remissio, temporis antiquitatis causa.

SVMMARIVM.

1 *Generali priuilegiorum derogatione, non contineri priuilegia in corpore iuris inserta.*
2 *Idemque esse cum priuilegium est iuratum.*
3 *Qualitatis paritatem inducere derogationem iuris communis quo ad euitandam pœnam.*
Quod pluribus exemplis declaratur. ibid.
Consanguineus iudex inter consanguineos non potest recusari ob paritatem affectionis.
4 *Idemque est in testimonio consangninei.*
5 *Et in iudice canonico, inter canonicos.*
6 *Qualitatis a statuto requisitæ probatio ubi deficit, deficere dispositionem statuti.*
7 *Vbi tamen qualitas illa respiciat substantiam status &c.*
8 *Qualitas ob quam lex aliquid inducit, ubi deficit, deficit dispositio.*
9 *Belli qualitate cessante, censeri belli gratia dispositæ sublata.*
10 *Præfectorum militarium scopus in constituendo tempore belli.*
11 *Qualitates alias remissiue tractari.*
12 *Quantitatis circumstantiæ quæ adscribendæ sint, in restringenda iuris communis dispositione.*
13 *Nimia rei contumacia, immissum in possessionem rei seruandæ causa, antiquum possessorem expellere, ex primo decreto possidentem eadem ratione fructus suos facere.*
14 *Tria requiri ad hoc ut tales missiones in possessionem ex primo decreto locum habeant.*
15 *Sicque intelligenda esse omnia iura loquentia de missione in possessionem.*
16 *Reus ubi comparet ac se defendit in iudicio iure ordinario procedi debet.*
17 *Statutum Ticinense in ciuilibus sub numero secundo de ordine mittendi in possessionem tedialem declaratur.*
18 *Tedialis possessio quid sit.*
19 *Contumaciter perseuerante reo abesse, effectus tedialis possessionis contra illum procedit.*
20 *Intellectus l. Fulcinius, §. final. quibus ex causis in poss. eat. secundum Bart.*
21 *Et secundum gloss.*
22 *Intellectum. Bar. ad dictam l. Fulcinius, §. si. ueriorem & communiorem esse.*
23 *Nimia contumacia quæ dicatur.*

Qualitatis & quantitatis circumstantias referri, ex quibus generales iuris assertiones restringuntur.

CAP. XXX.



1 Valitate plerunque eius de quo disputatio est, patiuntur iura generalia restrictionem, ueluti cũ † generali priuilegiorum derogatione haud quaquam infirmari ea priuilegia defendimus, quę in corpore iuris inserta sunt, glo. in l. secunda, §. legatis de iudi. in uersic. non compelluntur, quam sequitur ibi Bart. & idem Bart. in l. hæres absens in princip. idem Bart. gloss. & Bart. in auth. qua in prouincia col. 1. uersi. uel. dic uerius, C. ubi decrimine ag. opor. Bal. in 3. col. uers. 3. est solutio ibique & Castr. Bartol. in extrauag. ad reprimendum uersic. non obstantibus in penult. col. Castr. in l. 1. de legi.

2 Idemq; † est quando priuilegium iuratum asserimus generali pariter derogatione principis nõ tolli, c. cum non liceat in fine de electio. lib. 6. ubi gl. fi. c. constitutus de rescript. Butr. Imol. & Abb. in cap. 1. de ijs quę fiunt a maior. par. cap. Cyn. & Castr. in l. fi. C. si contra ius uel uti l. publi. ubi Ias. sub numero §. D. Al-

D.Alc.dicto libro 1.ſub nu.87.

2 Qualitatis quoque† paritas inducit derogationẽ iuris communis quo ad euitandam pœnam, uel intereſſe ob non impleta promiſſa, ut in l. qui autem, §.ſed ſi quis de conſt.pecu.ubi ſi Titium tibi fideiuſſorem dare promiſi, nam alium æquè idoneum præſtando liberabor, in l.ſi quis domum locat.ubi ſi conductor locata domo frui non poſsit liberatur locator, ſi aliam æque commodam præſtare paratus ſit.

3 Sic etiam† paritas affectionis facit ut conſanguineus partis qui regulariter in iudicem ſi datus ſit recuſari poteſt, non poterit ſi æque conſanguineus ſit recuſanti, glo.in c. poſtremo de appellatio. l.non ſolum, §.1.de rit.nupt.

4 Idemque† eſt in teſtimonio conſanguinei, glo.notab.in c.1.3.q.5.Anto.Gab.de reſtit.q.13.ſub num. 15.in 11.limitat.maxime ſi ſint bonę famę & qualitatis Io. Ana.in conſil. 52.uerſic.duobus. Et† in iudicio concanonici glo.in c.cum canonicus de offi.de legat. per quas gloſ.ſic concludit Lud.Roman.in d. l.ſi uero, §. de uiro ſub numero 40.in 18.fall. ſoluto marrimon.

6 Qualitatis quoque† ſtatuto requiſitæ probatio, ubi deficiat, cum ſit fundamentum intentionis illius qui ei innititur, deficit quoque diſpoſitio, cap.1.ubi Ioan.Andr.de homi.libro 6.l.mancipia, C.de ſer.fugit.l.diuus de re iudic.l.2.§.docere ui bonor.rapto.l. prima, § ait prætor ubi Bar.ne quid in flumi.publi. Iaſ.in l ſi extraneus in fi.de condictio.cauſ.dat.Dec. in conſil.524.colum.1.Curt.ſen.in conſil.59.ſub numero 7.cum ſimil.quod tamen intelligit† Dom.Alciat.dicto libro primo ſub num.77 quando qualitas illa ueriſimiliter reſpicit ſubſtantiam rei ſecus ſi extrinſecus addita proponatur, ueluti quia exempli gratia propoſita ſit, uel quia poſt legem generaliter poſitã, qualitas in fine legis addita ſit, per l.regula, §. licet de iur. & fact.ignor. l. prima. §. quod uulgò, quod ui aut clam, & Bartol. in l. Titia ſoluto matrimon.

8 Sic etiam† ſi qualitas ob quam lex aliquid inducit ceſſet, ceſſat pariter diſpoſitio, ueluti cum furoris, prodigalitatis, aut uitæ turpis gratia aliquid inductum eſt, ceſſat enim diſpoſitio, l. prima uerſic.tandiu de curato.furio.l.Imperialis.C.de nupt.

9 Multa quoque† belli tempore iniqua conſtitutione introducta belli qualitate ceſſante ac pace introducta abolentur, ut dicit Do. Alciat. loco iam citat. ſub num.78.per text.in l.prima in princip. C.de caduc.tollend.

Quia milites præfecti in cognitionibus non tam
10 † ius & æquum, quàm magnitudinem pecuniarum ſpectare ſolent, quod ij, ut Mutianus aiebat, bellorum ſint nerui, qua de re ſupra in præced.cap.diſſeruimus, & in pulchro caſu prædictam aſſertionem reſtringit Petr. Bellus de re milit.part.6.tit.2.ante nu. 22.poſt Rom.in conſil.459.

11 Alias† qualitates quæ ad perſonam, rem, locum, & tempus attinent ſupra ſuis peculiaribus locis proſecuti fuimus, tametſi multas earum inculcet, promiſcueque tractet D.Alcia.dicta l.1.a nu.74.uſque ad numerum 89.& multa quoque ſupra diximus li. 2.de impropriatione uerborum facienda ob conditionem ſeu qualitatem perſonæ, quæ huic loco optime deſeruire poſſent, ſed ne actum agere uideamur, ab eorum relatione ſupraſedendum eſſe duximus.

12 Quantitatis† circumſtantiæ adſcribit D. Alciat. dicto lib.primo ſub nu.89. geminationem actuum, perſonarum multitudinem ac numerum, nimiam contumaciam, criminis immanitatem uel atrocitatem, quorum omnium gratia plerunque receditur a communibus generalibusque iuris diſpoſitionibus, & proſequitur nonnulla exempla in ſequent. num.quæ nos latè ſupra explicauimus in alijs principalibus circumſtantijs.

13 Non omitto tamen exemplum illud, quo poſt Ludou.Roman.in d.§.de uiro ſub num.80.qui cætera id genus proſequitur, dicit miſſum in poſſeſsionem rei ſeruandæ cauſa, in nimiæ obſtinationis aduerſarij pœnam, antiquum poſſeſſorem deijcere.l.3. §.duas de damn.infect.& miſſum in poſſeſsionem ex primo decreto eadem ratione fructus rei in cuius poſſeſsionem miſſus eſt acquirere, per l.Fulcinius, §. fi.quibus ex cauſ.in poſſeſ.eat.

14 Quia ad hoc † ut tales miſsiones in poſſeſsionem locum habeant, ita ut proficiſci ex illis poſsit affectus ille de quo loquitur Dom. Alciat. tria ſunt neceſſaria, ſecundum Bal.in conſ.261.in prin.uol.5.& in conſil.65.uolum.4. hoc eſt ut primum interueniat petitio, eademque certa, rurſus ut ſummatim conſtet de debito, inſuper quòd debitum ſit uerum, quibus addi poteſt quartum, ut reus ſui copiam non faciat in iudicio, ſed ita contumaciter abſit, ut eius contumacia ſit impeditiua proceſſus ad definitiuam ſententiam, ut dicit Caſtr. in conſil. 128.numero primo uerſiculo ſed contumacia uolum.primo, cuius ſententiæ accedit Roman. in conſil.454. ſub numero tertio, qui dicit miſsionem in poſſeſsionem eſſe pœnam contumaciæ eius qui ſe non defendit, & idem ſentit Bal.in dicto conſilio 95.col.2.

15 uolum.quarto, & ita intelligenda † eſſe omnia iura loquentia de miſsione in poſſeſsionem ex primo decreto affirmat Caſtr.in dicto conſilio 228.alioqui ſi
16 in iudicio comparet † ac ſe defendit iure ordinario procedi debet, l.cum proponas, C. de bonis auctor. iudic. poſsid. ubi Bald. Salycet. & ceteri per illum textum, l.hæc autem actio, quibus ex cauſ.in poſſeſ. eat.ſpecul. in titulo de primo & ſecundo decret. in §.ſequitur ad finem, Bartol. & Doctor.in l.ſi finita §. Iulianus de damn. infect.

17 Et hæc faciunt † ad intellectum ſtatuti noſtri Tiein.in ciuil.ſub num.2. De ordine mittendi in poſſeſ ſionem tedialem actorem in contumaciam rei ſe
18 non defendentis, quia tedialis † illa poſſeſsio de qua loquitur ipſum ſtatutum, eſt poſſeſsio ex primo decreto, ut colligitur ex uerbis ipſius ſtatuti, & propterea ubi quis miſſus eſſet in poſſeſsionem tedialem concurrentibus prędictis requiſitis neceſſarijs,
19 ſi † adhuc contumaciter perſeuera et in ſe non defendendo reus, locum haberet effectus ille contumaciæ, de quo in dicta l. Fulcinius, §. final quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. ubi Bartol. & Doctor. ſed

Bartol.ibi & in dicta l.ſi finita, §. Iulianus col.pen.
20 uul† tunc demum creditorem in poſſeſsionem miſ ſum ob nimiam rei contumaciam ſuos facere fructus, ſi iudex ita expreſſe decernat, & ita intelligit text.in dicto §.final.quod uidetur ſecutus eſſe Bald.
21 in conſilio 54. libro ſecundo gloſſ. tamen† in dicto §.final.quam multi ſequuntur ut ibi Alexand.refert ad Bartol. contrarium ſenſit, utimo ex diſpoſitione dicti § ſine decreto iudicis creditor ob nimiam rei contumaciam faciat fructus ſuos, ſed idem Alexand in dicto §.Iulianus ſub numero 107.ſequi
22 tur opinionem † Bartol. tamquam ueriorem & multos adducit qui illam probant, ita ut uideatur etiam æquior, ne uideatur pars ipſa in ſua quodammodo cauſa ſibi ipſi ius dicere, contra l.1.C.ne quis in cauſ.propr.ius ſibi dic.cum non ſit in claris, quod lex affectum iſtum operetur ipſo iure.
23 Quæ autem † in propoſita quæſtione dicatur nimia contumacia, Alexand.in locis ſupra citat. dicit declarari apud ſpeculator. in tit. de primo & ſecundo decreto.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probabilis, iuſta præbet cauſam reſtrictionis iuris communis.*
2 *Ignorantia conſtitutionis uel decreti excuſat quo ad euitandam omnem pœnam.*
Secundum communem.
3 *Niſi delictum a ſtatuto punitum eſſet quoque a iure communi punitum.*
4 *Iuris communis diſpoſitionem non eſſe licitum ignorare.*
5 *Pleraque exempla remiſſiue poni.*
6 *Percutiens ignoranter clericum non incidit in pœnam excommunicationis.*
7 *Iniuriarum non tenetur qui compellat uirginem in habitu non incedentem.*
8 *Inceſtus ignorantia excuſat filios tali matrimonio natos ab illegitimate.*
9 *Inceſtus pœna non tenentur coniuges ignorantes.*
10 *Receptator banniti ignorans excuſatur a pœna.*
11 *Noua conſtitutio in tit. de bannitis & eorum recepta. in §. nulla, declaratur.*
12 *Reſcriptum non uitiatur ex eo quod quis in ſupplici libello mentionem non facit beneficij quod ſibi collatum ſuiſſe ignorat.*
13 *Facta a præſide prouincię ignorante aduentum ſui ſucceſſoris ſuſtinentur.*
14 *Exceptio dilatoria ex probabili ignorantia poteſt poſt litem conteſtatam opponi*
15 *Ignorantia inhabilitatis agentis facit actum ualidum.*
16 *Ignorantia ſuſpenſionis excuſat celebrantem ab irregularitate.*
17 *Ignorans rem eſſe emphyteuticam uel feudalem excuſatur a caducitate ſi alienetur.*
18 *Emphyteuta qui ignorans canonem non ſoluit excuſatur. num. 19.*
20 *Niſi dominus directi uellet ſcientiam probare.*
Scientia non præſumitur, cum ſit quid facti. ibid.
21 *Heres ignorãs excuſatur a pœna quam promiſit teſtator.*
22 *Ignoranti aduerſus lapſum præſcriptionis ſuccurritur.*
23 *Ignorans occiſores, uel aggreſſores domini excuſatur ſi uindictam non proſequitur.*
24 *Statutum puniens ſyndicos uel conſules uillarum non denuntiantes delicta, locum non habet contra ignorantes.*
25 *Noua conſtitutio in titulo de accuſationib. declaratur. Quæ punit Antianos & conſules non denuntiantes delicta. ibid.*
26 *Nouæ conſtitutionis pœna locum non habet in eo, qui non denuntiat eos contra quos non cogeretur teſtimonium ferre.*
27 *Mulier ignorans quæ non denuntiauit ſe prægnantem excuſatur.*
28 *Bannitum occidens ignorans non conſequitur premium conſtitutum occidenti bannitum.*
29 *Bannitum occidens ad ſui defenſionem non conſequitur præmium.*
30 *Statuta & conſtitutiones ex probabili ignorantia aliquos non ligant.*
31 *Tyrocinij cauſa ob iuſtam ignorantiam excuſat a pœna.*
32 *Ciues nouiter creati uel aſſumpti in ciuitatem, ſi contra ueniant ordinibus, ob iuſtam ignorantiam excuſantur.*
33 *Præteritio militis ignorantis ſe habere filium non inducit exhæredationem.*
34 *Quæ ignorantia in pagano prætereunte inducit irritationem teſtamenti, etiam quo ad legata ampliora.*
35 *Ignorantia probabilis credendi filiumfam. eſſe ſui iuris, & mulierem eſſe uirum excuſat.*
Plura alia exempla referri ibidem remiſſiue.

Ex iuſta cauſa induci reſtrictionem iuris communis.

CAP. XXXI.

1 EX iuſta quoque cauſa a generalitate diſpoſitionum iuris plerunque diſcedimus, uelut† ob ignorantię probabilis cauſam, ueluti cùm dicimus quamlibet ignorãtiam etiam iuris excuſare a dolo, quam dicit eſſe communem regulam Cæpol.in conſilio ciuili decimooctauo ſub numero quinto. Vel cum dicimus ignoran-
2 tiam† conſtitutionis uel decreti abſque culpa excuſare quo ad euitandam omnem pœnam ſecundum communem opinionem de qua teſtatur Gratus in conſi.49.ſub nu.35. lib.2.& Plot.in l.ſi quando ſub
3 nu.858. C.unde ui, D.Clar.in prax. Crimi.q.60.ſub nu.14.non credit ignorantiam ſtatuti excuſare quãdo delictum puniretur quoq; de iure communi per ea que dicit in q 81.col.2.uerſ.ſecundus, quaſi tunc ignorantia ſit ſupina, ob diſpoſitionem iuris cómu-
4 nis, quam † non licet ignorare.l leges, C.de leg.& cõſtit.prin.l.in bonorũ poſſeſsionibus, de bon.poſ.& l. iuris ignorantia ubi glo.& Doct.C.qui admitti.po-
5 ni quoque † poteſt exemplũ in multis caſibus quos proſequitur Ludo. Roma.in dicto §.de uiro ſub nu. 84.& D.Alciat.dicto lib. primo uerſic. ex iuſta, ſub num.112.cum pluribus ſequent.ueluti ut in caſi uero aliquis de ſentent.excomm.iuncta glo.in l.ſi ignorans

6 rans locat.ubi qui †sacris initiatum ignorans percus-
sit, non incidit in pœnam excommunicationis, in l.
item apud labeonem, §. si quis uirginem de iniur.
7 ubi iniuriarum † non agitur contra compellantem
uirginem, quam iustè putauit uirginem non esse, in
8 c.† 2.& in capit. ex tenore qui fil. sint legit. iuncta l.
qui in prouincia, §. diuus de rit. nuptia. & not. a glo.
in l. qui contra, C. de incest. nupt. ubi incestus, quic-
quid aliàs iure generaliter sit cautum, non facit fi-
lios illegitimos, quando iusta interuenit coniugum
matrimonium contrahentium ignorantia, qua ra-
9 tione † eximuntur & coniuges a pœnis quæ impositæ
sunt contrahentibus incestas nuptias, dicta l.
qui contra, l. si adulterium cum incestu de adult. cle
10 ment. 1. de consang. & affin. In l. 1.† cum glo. de re-
cep. ubi receptans ignoranter bannitum excusatur,
quamuis alias generali legis dispositione receptato
62 *Hodie frigere in ſtatu noſtro diſpenſationem ſuper vſuris.*
63 *Diuinum ius potiſſime pati diſpenſationem quando non ſimpliciter prohibet, ſed in aliquibus caſibus diſpenſat.*
64 *Papa quomodo diſpenſet ſuper diſſolutione matrimonij.*
65 *Papam non diſpenſare contra præceptum, non mechaberis.*
66 *Papam non diſpenſare aduerſus ea quæ generalem reſpiciunt eccleſiæ ſtatum.*
67 *Papam non diſpenſare contra Euangelium quantum ad mentem ſed tantum quo ad uerba.*
68 *Nec contra articulos fidei.*

Ad quos ſpectet facultas interpretandi ius diuinum,

CAP. XXXIII.



1 Oſtremus huius operis labor expoſcit ut uideamus ad quos † ſpectet interpretatiuæ ſignificationis munus, quam ſumma cura ac diligentia, quinque libris ſuperioribus proſecuti fuimus, & quia potiſſime uerſatur circa ius diuinum, leges, conſtitutiones principum tam pontificias quàm Cæſareas, concilia uniuerſalia, ſtatuta, ſeu leges municipales, priuilegia, reſcripta, iuramenta, ſententias, inſtrumenta, iudicia, dicta teſtium, contractus, & ultimas uoluntates, ideo ſingulatim de uno quoque erit uidendum.

Quid igitur attinet ad primum caput, quod ius
2 diuinum concernit, ſciendum eſt † ius diuinum in duplici eſſe acceptione, prout ſcilicet Diuinum ius accipitur pro illo iure quod a D.O.Max. conſtitutum eſt, & quod habetur in ueteri ac nouo teſtamento, quod alio nomine appellatur, ius naturale & quandoque capitur pro iure ab homine conſtituto ad honorem Dei quod magis proprio nomine canonicum, uel eccleſiaſticũ ius uocatur, ut per gl. & Doctor. in ca p. cum de diuerſis de priuileg. lib. 6. ubi Franc. ad finem, & Gemi. in 3. not. Cardin. in c. ignorantiam 38. diſtin. & Fely. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ colu. 15. ſub nu. 42, ad finem poſt Abb. in capit. non debet in tertio not. de conſ. & affini. de conſtitu. quam diſtinct. ſequitur Aurel. Dauid. cap. nono, huius tituli ſub num. 19. & uidetur illa probari ex tex. in cap. 1. & 2. diſt. 1. & in c. 1. 2. & 3. diſtin. octio. 3. Accipiendo igitur ius diuinum in priore illa
3 ſignificatione. Quæritur imprimis † an alicui permiſſa ſit iuris diuini interpretatio tam ſi ambigatur de illius uerborum acceptione, quàm ſi agatur de illius extenſione, reſtrictione, aut modificatione, uel relaxatione ſeu diſpenſatione, qua in re pro parte negatiua nõ leuem inijcere ſcrupulum uidetur quod
4 Papa nihil † poteſt diſponere contra euangelium bonus tex. in c. ſint quidam 11. q. 1. & in c. ſi is qui præeſt, 11 q 3. & c. cum ergo §. item calatis 23. q. 3. per quæ iura ſic concludit Dec. in c. ſignificaſti in 5. notab. de electio. & in c. quia in tantum ſub nu. 3. co. titu. per gl. in c. non eſt de uot. & uot. redem. & Inno.
5 in cap. 2. de renuntia. † & regulariter contra ius naturale neque Papa neque Imperator diſponere poſſunt, Bar. & alij in l. ult. C. ſi contr. ius uel util. pub. Dec. in c. quæ in eccleſiarum ſub num. 25. de conſtitutio. Inſuper iure illo diuino continentur præce-
6 pta † legis naturæ tanquam principia practicæ nota ex terminis quia tendunt ad finale bonum appetendum & malum mortis æternæ fugiendum, ſcilicet peccati, quæ omnino ſunt indiſpenſabilia, & ideo ius naturale dicitur eſſe immutabile §. ſed naturalia inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. d. c. 1. & ſeq. diſtinct. 1. & ideo dixit os ueritatis, Amen dico uobis, quia unus apex non præteribit ex ijs donec hęc omnia fiant, & rurſus alibi, cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Ratio enim
7 legis naturæ † quæ duobus illis priucipijs innixa eſt

bono

bono ſcilicet appetendo & malo mortis fugiendo cum uideatur inſeparabilis eſſe a præceptis legis naturę, ideo uidetur quoque dicendum aliter quàm iaceāt iuris naturalis præcepta etiam per Summum Pontificem accipi non poſſe. Rurſus quia ſummus
8 Pontifex. collatus † D.Opt.Max.ſine dubio illo eſt inferior cum ille ſit perpetuus ac ſempiternus, omnis autem creatura eſt putris & corruptibilis, unde Philoſophus libro 8.Phiſic.auſculta.finiri inquit ad infinitum nulla eſt proportio, quòd repetit lib.1. de cœlo & mund.& habetur text. in l.filiusfam.§.ſecundum uulgarem de leg.1.unde uidetur ſuccedere regula, quod nihil poſſit inferior in legem ſuperioris, l.tertia, in fine & ſeq.de recept.arbitr l.per minorem de iudi.

9 Poſtremo facit † quod ius diuinum formale ac neceſſarium ita eſſe uideatur ut alterari aut immutari nequeat, argu. l.primæ, § opus nouum de noui oper.nuntiatio.l.inter cętera de lib.& poſth.l.prima §.ſi quis ita de uerb.oblig.& eorum quæ tradit Bal. in l.quoties C.de ſu.& legit. communis tamen Doctorum ſententia eſt in oppoſitum nempe, ut Sum.
10 † Pont.in ſpiritualibus ius diuinum declarare poſſit, ſi quidem ſi ipſum diſtinguit, limitat, confirmat, & modificat, ut infra dicemus, multo magis debet poſſe declarare, arg c.non debet de reg.iur.lib.6. & ita ſe habere communem doctorum ſententiam atteſtatur Aur.Dauid dicto cap. 9. ſub nu.24. & hoc aſſerere in ſpecie uidētur Doc.præcipuè Abb.& Innoc.in capitulo olim de uerb.ſign. Alex.in conſi.10. lib.7.unde Abb.in c.licet de fer. ait Pont. ius diui-
11 num † interpretari poſſe, relaxare autem nequaquā, & in cap. ſignificatum de regular. ius diuinum tolli minimè poſſe, ſecus autem diſtingui & interpretari. Confirmatur, quia & alibi quoque facilius limitatio iuris concernitur, quàm abrogatio, Bart.in l.ſi conſtante ſolut.matr.in prin.9.q princ.ſolu.mat.refert Alex.in conſi.106. uolum.1.& in terminis, q
12 Papa poſſit ex cauſa limitare † legem Dei licet nō indiſtinctè contra illam ſtatuere probatur, in c.fin. de fer.cum ſimil.adductis per Fel.in cap.quæ in eccleſiarum colum.6.de conſtitutio. faciunt quæ ſcribit Alexan in conſi.1.& conſi.107.ſub num.12.uol. 1.& Paul. Cita.in tract. de iur.patro.in §. pro ſexta cauſa ubi plura tradit & Lancelo. Corrad.in templ. om.car.69.col.3.ſub num.6 §.uſuras debet tollere, & alijs ſeq.numer.Soc.in conſ.28.ſub num.1.& 10.
13 li.1.affirmans † Pontificem non ſolum poſſe diſpenſare, ſed etiam ſtatuere augendo, uel diminuendo uerbum Euangelicæ legis, pari modo ſtipulantur ſcripta Fely.in c.ſin.circa finem de maio.& obedie.
14 dum notabiliter ait † ſi fiat mentio de poteſtate Papæ in ijs quæ ſunt de iure diuino, non eſſe arguendo toto ad partem dicendo Papa non tollit ius in toto, ergo nec etiam pro parte, ut per multa exempla declarat, præterea poſſe Pontificem limitare ac modificare ius diuinum ſcribit Innoc.in cap. ſuper eo de bigam.ordinan.eo maximè argumento, quia
15 & ſi † in Euangelio dictum ſit in ore duorum uel trium ſtare omne uerbum ſecundum tamen pontificios canones certis in caſibus plures requiruntur, ut in cauſis Cardinaliū, in c.1.& 2.2.q.4. idem quo
16 que Innoc.in cap.poſt translationem de renunt.tra dit pontificem † contra quatuor concilia ius diſpen ſandi habere, c.ſunt quidam 25.q.1.& 34.diſtin.ca. lector. Quinimmo eodem c.ſuper eo uoluit Innoc. licitum eſſe Pont.fici Max. Euangelium interpreta ri,& contra Apoſtolum diſpenſare quia ſit Paulo
17 maior adminiſtratione. Rurſus Papa dicitur † generalis Dei Vicarius aſſumptus in plenitudin.m poteſtatis, ut poſſit in omnibus occurentibus & neceſſario expediendis conſulere, c.quodcunque 34. q.1.Mathæ.16.& quia uniuerſaliter locutus eſt Petro, & nihil excepit a iuriſdictione ipſius Petri, cap. ſi Romanorum 19.diſt.& c.ſolitæ de maio.& ob.d. quæ uerba expendit Innocen.in cap.quanto d. conſuetu. ut intelligātur per uiam iuriſdictionis & p æcepti, & quod ſit generalis vicarius in plen tud nē poteſtatis probatur in cap. non ſunt de pœnit. d 1.cap.de libellis 20 diſtin.& cap qu. ſe ſcit ſecu d q.16.ſi igitur in omnibus occurrentibus poſſe ſulere & prouidere, poterit quoque interpr declarare ius diuinum, facit quod uoluit In n
18 cap.quod ſuper de uoto, ut ſcilicet † Sum P f x ſupra cæteros omnes habeat poteſtatem, & iuriſdi ctionem de iure ſaltem tam in iudæis quàm in gentiles delinquentes animaduertere poſſit. Quòd pariter ſpectat quòd quamuis Apoſtolus dixerit, uouete reddite Domino iuramenta ſine uota ueſtra, Pa
19 pa tamē † diſpenſandi facultatem habet ſuper iuramento & uoto 15.q.6.cap.auctoritate & c.iuratos & latius de uoto & uoti redempt.cap.1.& per tot. Ancharān conſi.124.circa, quo loco ait in aliqu b.
20 dictis D.Pauli † Summo Pont.diſpenſandi facultatem eſſe.

Sic etiam uidemus quòd tametſi de iure diuino feriæ ſint obſeruandæ ac dies ſolennes feſti, & abſtinendum ſit ab operibus mechanicis ac ſeruilibus, ni
21 hilominus † pontificia conſtitutio aliter fieri permittit ut expreſsim legitur in capitu. fi. de ferijs, ad ſtipulantur prædictis capitulum Hadrianus & cap. in ſynode, 63.diſtin.arg.a fortiori arg.auth.multo magis C.de ſacr.ſanct.eccle.ſi enim ibi Papa Hadrianus cum uniuerſa ſynodo Regi Francorum tanquā de eccleſia benemerito ob deuictos illius hoſtes cō cedit facultatem eligendi Summum Pontificem & ordinandi ſedem Apoſtolicam, & alia quę ibi ſequū tur, multo magis dicendum erit habere facultatem declarandi, limitandi, moderandique iuris diuini, &
22 eo magis quod dicitur † ordinarius cunctorum, & quod totus mundus dicitur illius eſſe diœceſis, cap. cuncta per mundum, & capit. per principalem, 9.q. 3.& dicitur potentiſſimus ſacerdos, capit. null l . 25.quæſt.1.& dicit Andr.Sicul.in conſi.prim , 8.& per totum libro primo. Quòd ſolus Papa p
23 teſt † regere, deliberare, & adminiſtrare ſine c r i. Cardinalium, item æquat quadrata rotundis ſecun dum Hoſtienſem in cap.cum ueniſſem de iudi. forte ad illud pœtæ alludens.

Diruit ædificat mutat quadrata rotundis. Et
34 maioris † auctoritatis & poteſtatis quàm ſancti c. de libellis 20.diſtinct.nec poteſt illi dici, Cur ita fa-

cis

cis cap. in memoriam 19. diſtinct. Ergo dubitandũ non erit ſed irrefragabiliter concludendum, Summo Pontifici datam eſſe facultatem declatandi limi tandi interpretandi, ac moderandi ius diuinũ, qua aſſertione ſic ſtabilita non obſtant modo ea quæ in oppoſitum adducta ſunt atque in primis.

25 Quod Papa † non poteſt diſponere contra euangelium, quia illud intelligitur ſine cauſa, ut Dec. in dicto cap. ſignificaſti, & in dicto capitu. quia in tan tum, ſecus ubi cauſa ſubeſt, uel ceſſat ratio illorum aut in totum non diſpenſat, aut abrogat ius commune, quia tunc in omnibus illis caſibus Pontifex Max. diſponit contra legem Euangelicam, & in om nibus caſibus in quibus clarè non loquuntur ſacræ
26 ſcripturæ † ſemper recurritur ad Sum. Pontific. d. c. quodcunq; 24. q. 1. d. c. ſunt quidam 25. q. 1. cap. li cet in fine, de teſtib. d. c. iuratos 15. q. 6. c. lector 34. diſtin. Abb. in c. per uenerabilem qui fil. ſint legit. per c. 1. de immu. eccleſia. Innoc. in c. cum ad mona ſterium de ſtatu mona. & ita uno ore concludunt Doct. omnes in locis ſupra relatis.

Non etiam releuat quòd regulariter contra ius
27 naturale, non poſſit Sum. Pon. diſponere, quia † illud eſt uerum ſine cauſa cum cauſa tamẽ poteſt, ut per Dec. in dicto cap. quæ in eccleſiarum ſub num. 25. & ſeq. & per Doct. in dicta l. final. C. ſi contr. ius uel util. public. & per Doct. in §. ſed naturalia inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil. & in §. fin. inſtit. de legit. agnat. tutel. qua igitur ratione, quinimmo etiam fortiore poteſt Sum Pontif. ex cauſa tollere, poterit etiam declarare atque interpretari, nihil etiam mouet q̃ legis diu næ præcepta ſint diſpenſabilia deducendo ut ſupra fecimus tertio loco, quia reſpondetur quòd
28 illud procedit † in ijs quę attinent ad articulos fidei quæ ſunt indiſpenſabilia, ut declarat Anto. Butr. in cap. primo, de conſt. & Andr. Sicul. in dicto conſi. 1. col. 18. lib. 1. quos ſequitur Paul. Cittad. de iur. pat. § pro ſexta, ſub nu. 3. per rationes quas illas ſupra in dubitatiua parte retulimus.

Non obſtat etiam quòd Summus Pontifex Deo collatus eſt in minor illo, & minor in maioris legem nullam habeat auctoritatem, quia reſpondetur, q̃
29 † eam plenitudinem poteſtatis Papa habet a Chriſto Ser. Opt. Max. a quo conſtitutus fuit illius Vicarius in uniuerſo inferiore orbe, in actu conceſſionis dicti generalis vicariatus, dicto c. ſolitæ de maio. & obe. & dicto cap. ſi Romanorum, 19. diſtin. vnde nõ dicitur tanquam homo facere ſed tãquam ipſemet Deus, cuius eſt Vicarius, & a quo plenisſimam habuit poteſtatem, ut ſupra diximus in fundamentis deciſiuis communis opinio.

Poſtremo non refragatur quod ius diuinum ſit formale ac neceſſariũ ita ut in aliquo nõ poſſit reci
30 pere ad ſertionẽ: quia ut ex cã † receditur a forma, l. j in princip. de uerbo. oblig. & l. ult. C. de teſtamen. & tradunt Alex & Iaſ. in l. 1 & 2 de lib. & poſth.

Sic etiam ex cauſa poterit alterare, interpretari, ac moderari Summus Pon ifex ius diuinum, prout ſupra ſæpius dictum atq; demonſtratum eſt, ita ut ſolida remaneat firma incõceſſa atq; indubitata cõ cluſio, Sum. Pontifici competere facultatem decla randi, interpretandi, limitandi, ac moderandi ius diuinum in quacunque ſignificatione accipiatur.

31 Extenditur modo imprimis iſta concluſio, quæ ſupra firmata eſt, ut procedat † quoque in Imperatore in ijs quæ pertinent ad eius iuriſdictionem, ut traditur per iuris canonici interpretes in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. Bar. in l. omnes populi de iuſt. iur. & per Abba. in c. quæ in eccleſiarum de conſt. exempli gratia dicit ius diuinum in 3. & 4. præ cepto Decalogi, habeas in honore parentes, non ſis
32 occiſor, & nihilominus permittunt † iura ut filius patrem hoſtem occidere impune poſſit, l. minime de religio. & ſump. fun. l. ſi adulterium cum inceſtu §. liberto de adulte. & utrobique Bar. ut de commu ni atteſtatur Mar. in l. 1. §. præterea ſub nu. 33. de q. Gomeſ. in §. fuerat ſub num. 22. inſtit. de actio. Do. Clar. in §. homicidium ſub nu 59. quamuis ibi ipſe contra communem teneat, qua de re dicendum eſt, prout ſupra diximus hoc lib. cap. 18.

33 Item permittunt patri † & marito adulterum cũ filia & uxore deprehenſum occidere, l. patri, & l. ma rito de adult. & l. Gracchus C. eod. titu. idemque eſt & in alijs certis caſib. de quibus per cano. in dicto c. quæ in eccleſiarum de conſt. Doct. in l. fin. C. ſi cõ tra ius uel utilit. public. Bal. in l. reſcripta, C. de pre cib. imperato. offeren. ubi inquit Principem ius diui
24 num † tollere non poſſe, ſecus diſtinguere, qua de re contra Bar. in dicta l. omnes populi. de iuſt. & iur. Vnde & ſacerdoti miſſam celebranti, ſi quis eũ ag-
35 greſſus fuerit, † permittunt iura aggreſſorem occi dere & non obſtante tali homicidio miſſam perfice re, Dec. in l. ut uim de iuſt. & iur. ſub nu. 8. poſt Ioan. de Lign. de Bello. capit. 83. uerſicu. tertio quæro, & Abb. in cap. clerici de uit. & honeſta. cleri. ea quoq;
36 ratione ſuſtinetur ſtatutum † quo cauetur, ut bannitus impune occidi poſſit, ut per Bar. in dicta l. omnes populi de iuſt. & iu. Alb. de Roſ. par. 4. ſtatutorũ q. 17. Alex. in conſi. 114. Bal. in d. l. ſi Cano. in d. ca. quæ in eccleſiarum de conſtitu. Iaſ. in l ubi pactum poſt nu. 15. C. de tranſ. Dec. in conſ. 227. col. 11. uer ſi. ſed prædictis non obſtantibus, Paſet. Ferr. in con ſi. 159. ſub nu. 6. Goz. in conſi. 61. ſub nu. 20. uer. itẽ talia ſtatuta, Crau. de antiq. temp. par. 4. ſect. uidea mus ſub nu. j. qui uolunt hoc quoq; ſtatutũ ualere quod cõe eſſe doct. uotũ docet Clar. in §. homicidiũ ſub nu. 53. poſt alios a ſe citatos & tanquam fauora bile, & fundatũ ſuper publica utilitate extendendũ eſſe, qua de re dicẽdũ eſt ut ſupra diximus li. 7. c. 21. Sic ẽt in præcepto 5. Decalogi, & ultimo prohibe mur fures eſſe, ac rebus alienis iuhiare, & nihilomi-
37 nus † tpe neceſſitatis ac famis uidimus, ſ. c. proximo præcedenti ſub nu. 24. licitũ eſſe furari. & alienu ẽt per uim rapere, tam de inre ciuili q̃ canonico l. 2. §. ibidẽ agitatur ubi Bar. & docto. notant poſt glo. ad leg. Rodi. de iact. c. ſi quis per neceſsitatẽ de furt. & & in c. diſcipulo de conſec. diſt. 5. ex ijs igitur appa ret Principes & legum conditores ſeculares in ijs, quæ concernunt eorum poteſtatẽ ac iuriſdictionẽ habere ſimiliter facultatem modificandi, declaran di, ac reſtringendi iuris diuini. Quæ omnia tanquam ualde utilia in praxi ſunt notanda.

Hæc tamen omnia procedunt quando Sum. Pon
38 tifex & Imperator ex aliqua iusta † & legitima cau-
sa uel naturali ratione mouentur ad modificādum
uel restringendum ius diuinum in ijs quæ ad illorū
iurisdictionem spectant, secus ubi ex nulla rationa
bili atque probabili causa mouentur tunc enim po
tius errare, quàm contra ius diuinum dispensare cre
duntur Abb. in capit. fin. de constit. & in c. fi. de con
suetud. facit dictum Innoc. in cap. quanto de consue
39 tud. ubi ait neque contra generale † ecclesiæ statutū
absque iusta causa Papam dispensare posse, & si
id facere admittatur illi resistendum esse, cui nō est
absimile quod scribit Abb. in c significasti. de elect.
40 Papam † nulla causa legitima subsistente contra iu-
ramentum dispensare non posse, idemque ius esse
in cæteris omnibus quæ ad ius Diuinum spectant,
neque in eiusmodi casibus in dubio causa iusta præ
41 sumitur † in Sum. Pontif. aut in principe Abb. in dic-
to capitulo quanto, de consuet. Oldra. consil. 287.
Roma. consi. 484. quamuis aliàs præcipue in Papa
iusta causa regulariter præsumatur, elemen. prima,
cum ibi nota. de probatio. glo. in l. relegati. in uersi.
ex aliqua de pœn. per Cyn. in dicta l. rescripta, C. si
contra ius uel utilit. public. Alexand. in consi. secun-
do, uolumine primo, & iusta causa intelligeretur
42 † ueluti si propter publicam utilitatem contra ius
diuinum dispositio fieret, dicto cap. licet de fer. fa-
ciunt quæ scribit Dec. in cons. 544. colum. pen. post
medi. Gozad. consi. 46. colum. 7. circa medium, Cra
uet. in consi. qninto, sub num. quinto.

43 Quinimmo quando Princeps rescribit † contra
ea quæ sunt iurisgentium iusta causa in illo non pre
sumitur, ut scribit Ias. in l. quominus de flumi. in 3.
not. & in l. si testamentum colum. prima, post me-
di. C. de testam. ubi Fulgo. Roma. & Corn. qui ita se
habere communem opinionem dicunt Curt. Seni.
in consi. 49. colum. pen. cum infinitis prope auctori
tatibus quas adducit Craue. in dicto consi. quinto,
colum. 3. uers. rursus sub dicto num. 5. & consi. 103.
sub num. 15. Didac. lib. 3. uaria. resolutio. capitulo
6. sub num. 2. uersicu. sexto hanc, ubi strenuè hanc
partem tuetur aduersus eos qui diuersam opinio-
nem probant Bello. consi. 2. sub num. 44. Et habet
44 † hoc etiam locum quando uellet uti plenitudine
potestatis uel absoluta eius potestate, sine causa ut
uult Didac. loco supra cita. sub nu. 8. & 9. Vasq. lib.
primo, illust. controuer. capitulo quinto, sub nu. 21
& 22. quicquid uoluerit Cast. in dicta l. si testamen
tum Cyn. & alij in dicta l. ult. C. si contr. ius uel uti-
lit. public. & est communis Docto. sententia, ut scri
bit Crauet. in loco supra relato Soc. in consil. 164.
sub num. 7. uer. secundum fundamentum lib 2. Bos
si. in titu. de princ. sub num. 190. Moder. ad Dec. in
consi. 588. sub num. 4. & ad consi. 269. sub nu. 5. qui
bus locis hanc ueram & cōmunem, contrariam fal-
45 sam † & adulatoriam esse testatur, & apud. Pop. Ro-
ma. a quo omnis potestas in principem translata est
l. j. de const. prin. l. 2. §. nouissimè de orig. iu. & §. prin
cipum placita inst. de iur. nat. gent. & ciuil. nunquā
cognita fuit ista clausula plenitudinis potestatis &
habet pro indubitata Ias. in l. Barbarius sub nn. 35.
ubi ait Aug. cōtrariū affirmantem male & arroga
46 ter loqui, quia tunc dicitur princeps uti † non tam
plenitudine potestatis quam tempestatis Soci. con
si. 287. li. 3. & cons. 64. li. 2. Soc. iun. consi. 65. lib. 3.
Craue. de antiq. temp. par. 1. sectio. non omitto sub
47 nu. 3. Propriè n. † potestas est legitime posse, cum
nō posse dicamur, quod cū iniuria possumus, nam
hoc pacto potentia non est sed deficientia quædā,
48 ideoque Deus qui omnia potest, † peccare non po-
test, cum sit defectus quidā Bal. consi. 326. sub nu. 2.
& 3. lib. 1. & propterea dicunt iuris Pontificij inter
pretes q; si Sum. Pontifex facit dispensationem sine
causa legitima, ac rationabili, dicitur illa esse non
49 † dispensatio sed dissipatio, Ioan. Andr. Butr. Abb.
& alij in c. de multa, de præben. Spe. in tit. de dispen
sa. in prin. & plenius Petr. Gam. de offic. legat. a la-
te lib. 10. sub nu. 3. Præterea supra firmata conclu-
sio procedit, quando facultate illa ad actum reda-
50 † cta non resurgit peccatum, secus si ex resurgeret
ueluti quia summus Pontifex dispensaret, q; absque
baptismo, & confessione quis saluus esse posset, Fel.
in c. 1. uers. septima & ultima declaratio de const. si
enim nec constitutio nec cōsuetudo aliqua per quā
inducitur delictum ualet, c. erit autem 4. distin. c. fi.
de consuet. ergo nec dispensatio aut declaratio uel
restrictio facit pulchrū ac ualde insigne dictū Spe-
cu. in tit. de leg. §. nunc de ipsorum, uer. sunt ēt, quo
51 loci inquit, q; † in ijs in quib. secundum diuinā legem
crimē cōmittitur, ut in furto & rapina 14. q. 5. c. si pe
nale, non potest Papa dispensare, quominus fiat re-
sti. cū pœnitentia c. cum de usur. c. si quod & c. multi
14. q. 5. huc quoq; pertinet quod dicitur contra ius
52 † diuinū Papam minimè dispensare posse quoties
animæ periculū uersatur, ueluti si dispensaret cōtra
1. & 2. præceptū decalogi, & contra articulos fidei,
supra diximus, & tradit Cita. de iu. pa. §. pro secta,
sub nu. 3. Conferūt aūt prædicta ad tractatū in q 10
doct. accerrimè altercātur, nunquid Sum. Pont. cū
53 iudeis dispēsare possit † super usuris exigendis, laicis
que principib. cōcedere, yt in eorū ciuitatib. iudei
habeant sub usuris mutuātes? Cū usuræ citra animi
pernicie exerceri nequeant, ut potè iure diuino pro-
hibitæ, c. quia in oībus & c. super eo de usur. & apud
Lucā, mutuū dantes nihil inde sperātes & Sum. Pō-
tifex nō uideat habere facultatē dispensandi ubi aīe
periculū uertitur ut quippiā aīæ saluti contrarium
54 emergit. Cōtraria tñ opinio † vr posse defendi, q;
ut tollat Snm. Pontif. meretrices pp scandalū vitan
dū in ciuitate vt dicit Ias. in l. cūctos populos sub nu.
57. in 2. lect. C. de sum. tr. & fid. cat. & probat tex. in
c. inter opera de spon. quē inducit ad hoc Alex. in cō
si. j. ante nu. 8. li. 2. Sic ēt dēt posse tolerare iudeos
mutuātes in ciuitate laicis q; a hoc pacto euitant fur
ta, latrocinia, ac rapinę quę frequētius a malis ac pa-
ditis hominib. cōmitterētur, ut dicit Aur. l. Dauid
d. c. ult. ante nu. 18. & Lanc. Corrad. in d. eius templ.
omn. iudicum car 69. columna tertia, sub numero
quinto, §. quartodecimo, sub titulo usuras tolerare
ubi & in seq. num. defendit hanc opinionem, quæ
confirmatur ex ijs quæ pleniore stylo tradit Ale.
in consi. primo, & 2. & consi. 107. sub num. 12. lib. 2.

ac

ac conſi. octauo, lib. ſexto, ubi multis argumentis ex profeſſo defendit hanc opinionẽ & reſpondet argumentis contrariæ partis Socin. in conſilio 28. volumine primo, ſub num. 1. & 10. Fely. in c. fin. de maior. & obedien. Ant. de Roſell. in tract. de concil. in cap. an Pontifex poſsit contra Apoſtolum, Marſ. in l. de uno quoque ſub nu. 12 de re iudica. quatenus uolunt Sum. Pontif. contra ius diuinum poſſe ex cauſa diſpenſare, ſtatuere, augere, minuereque illud idem, ac reſtringere, limitare, declarare & moderari, prout etiam ſupra latius docuimus, nam & hic cauſa euitandorum delictorum debuit permiſſum eſſe ſummo Pontifici iudeis permittere, aut ſaltem tolerare, ut mutuentur, ſub uſuris ipſis
55 laicis Chriſtianis, tametſi † regulariter non diſpenſet contra legem Dei nec ſuper uſuris cap. ſuper eo de uſur.

Accedit quod ut ſcribit Anch. conſi. 243. Chriſtianiſſimus, non uidetur ex huiuſcemodi conceſsione, aut toleratione aliquod reſurgere peccatum aut periculum animæ. Nam quantum ad iudeos res de ſe nota eſt cum iam ob eorum duri
56 tiem ac peruicaciam † damnati ſint ut in eorum p uerſis ac deprauatis uſibus tolerandi eſſe uideantur, cap. qui ſincera 4. diſt. & dicuntur eſſe foris ex traque gremium eccleſiæ, ita ut de illis eccleſia nullo modo curare debeat cap. gaudemus de diuor. & tradit Iaſ. in dicta l prima, in prima lect. C. de ſum. trini. & fid. Cat. & Alex. in dicto conſi. primo, & conſil. 2. lib. 2. & conſi. octauo, lib. ſexto.

Aut reſpicimus perſonas orthodoxorum recipiẽ
57 tium ſub uſuris † & tunc quoque peccatum non reſultat teſte Hoſtien. in dicto capitulo ſuper eo de uſur. Archidiac. in capit. monet 22. quæſt. 1. Imol. in cap. debitores de iureiur. & in capitulo primo, de uſur. & hanc opinio. firmauit quoque Caſtr. in conſ. 380 in antiquis quod eſt 295. cum ſeq. lib. 2. Ioan. Campeg. in tracta. de dot. q. 49. & Lancelo Corrad. & Aurel. Dauid in locis ſupra citat.

Scio tamen pleroſque eſſe qui prorſus reprobẽt
58 ſupra relatam ſententiam & dicant † Alexan contra morem ſuum malè conſuluiſſe in dicto conſilio primo, ſecundo, & 107. libro ſecundo, & conſ. octauo, libro ſexto, ut nuncupatim aſſerunt Mode. Pariſ. ad dictum conſilium primum Alex. & in conſuetudine Pariſi. §. primo, gloſſ. nona, ſub numero 19. ubi di-
59 cunt ſummum Pontificem non poſſe † facere quin uſura ſit uſura, nec ex qualibet cauſa poſſe permittere iudeis, ut mutuẽtur ſub uſuris, per dictum capitulum ſuper eo de uſur. & ea quæ ſcribit Ioan. And. in capitulo peccatum de regu. iur. lib 6. in mercuriabus Ang. de Clauas. in uerſiculo uſura ſecundo, §. 14. & latiſsimè Alexan. de Neuo in conſi. ſuo contra iudeos fœnerantes ubi confutat rationes Angel. de Caſtro & Magiſtr. Calcan. qui conſuluerant pro iudeis, Papam poſſe diſpẽſare, ut communitas poſſet concedere iudeis licentiam ſenerandi, & per ea quæ ſcribit Mag. Corrad. de contract. in ſuo Septemper tracta. ſecundo, quæſtio. 25. 26. 27. & 28. & propterea Iaſ. in dicta l. prima, lectura ſecunda, ſub nu. 32.
60 um ſeq. exclamat † ſe malle in hac quæſtione diſcere, quàm docere & inuehit contra Paul. Caſtrenſ. qui contrarium in dicto conſilio 286. conſuluerat, quaſi uti uirum nimis timoratæ conſcientæ illum uelit arguere, & uidetur in hoc hæſitare de poteſtate ſummi Pontificis

Ego tamen in hoc non dubito de poteſtate ſummi Pontificis, per ea quæ ſupra dicta ſunt, & tradit Alexan. in tribus illis ſupra citatis conſilijs, nam ſi contra legem Diuinam poteſt Sum. Pontif limitando diſpenſando moderando, augendoq; & minuendoq; ſtatuere, ut in c. fi. de conſuet. & in c. fi. de fer. & tradit Fel. in d. cap. quæ in eccleſiarum colum. ſexta, cum alijs ſupra citatis, & utilitas publica, ut ſupra uidimus eſt cauſa iuſta, idonea, & ſufficiens pro limitatione, uel diſpẽſatione iuris diuini ſum. igitur Põtifice permittente iudeis, ut fœnebrem præſtent pecuniam id planè in commodum populi Romani ac ciuitatem tendit ob euitationem ſcandalorum, furtorum, latrociniorum, ac rapinarum, ut ſupra dixi mus neque uſuræ in totum ac indiſtinctè permittũtur ſed aliquibus tantum in locis, & ita non prorſus abrogatur ius Diuinum nec peccatum incurritur, ut docent Anchar. Alex. Caſt. Campeg. Aur. & Corra. in locis proximè citatis, ſed tamen in aliqua parte ius tale derogatur, quod fieri poteſt ut ſæpius dictum eſt, ergo &c. refert Lancel. Corra. dicta car. 69. eius templi om. iudi. in 4. quòd cum quandoque
61 collegiũ † notariorum laudenſium religione, ut artratur, motum non pateretur notarios laudenſes cõficere inſtrumẽta inter iudeos, & Chriſtianos ſuper uſuris, conſultũ ſuper hoc Excel. Mediol Senatũ decreuiſſe, notarios poſſe ac debere talia inſtrumenta cõficere, & q; ita obſeruatur, & in eo amplisſimo ordine quotidie audiantur cõtrouerſię, quę inter Chriſtianos, & iudęos oriuntur ſuper his negotijs, & ab
62 eodẽ decidũtur, hodie tamẽ friget † in ſtatu Inſubrũ iſta diſputatio, cũ publice euulgatis edictis, prohibiti ſint grauioribus penis hæbrei mutuas fœnebres pecunias dare cath. Chriſtianis. Non terã tempus in reſoluendis cõtrarijs argumẽtis cũ plenè diligenter atq; exacte diluuntur ab Alex. d. conſ. 1. & 2. & præſertim in primo per tres col. qui omnino uidendus erit & præcipue ſub nu. 8. ubi declarat tex. in cle. 1. de uſur. poſt Caſtr. in d. conſi. 295. lib. 2.

Declarãt rurſus hãc cõcluſionẽ ſic ſupra firmatã
63 doct. ut maximè locum ſibi uindicet † qñ prohibitio ſimpliciter nõ fit iure diuino, ſed aliquando ẽt eodẽ iure cõceditur cõtra dictũ præceptũ, ueluti in præcepto, nõ ſis occiſor, nã ſimpliciter hominis occiſio nõ prohibetur qñ eadẽ lex diuina permittit, ut occidatur q; gladio ferierit, ut dixit Petro os ueritatis, ideo princeps poterit certis caſib. ubi lex diuina uetat homicidium, permittere, ut in l. patri, & l. marito de adulterijs, & in l. gracchus, C. eodem titulo, cum ſimil. a me ſupra in diſcuſsione ipſius principalis concluſionis citatis Sic etiam iubet lex diuina, quos Deus coniunxit homo non ſeparet cap. ex publico de conuerſio. coniugato. capitu. quos Deus, 33. quæſtio. ſecunda, Pontifex tamen ſummus mo-
64 deratur † ut locum non habeat ſi unus ex coniugibus cum alterius conſenſu religionem ingrediatur

dicto capitulo expublico cum simil.Bald.in dicta l. final.C.si conta ius ual utilit.public.Rip.in rub.sol. matri.sub num.25.uel aliter accedat dispensatio summi Pontificis,ut Doctor.in locis supra citatis,

65 Aliud est in præcepto non mœcaberis, quia † non reperitur a lege Diuina facta fuisse aliqua concessio aduersus tale præceptum, & ideo etiam si lege municipali permittatur ut Bannitus possit impune offendi, non tamen poterit mulier bannita inuita cogi adulterium pati,secundum Bald.in dicta l.fin. post numerum quartum,C.si contr.ius uel utilit.publicum. cuius opinio communiter approbatur, ut dicit Deci.in dicto capitulo quæ in ecclesiarum sub numero decimosexto,Gig.de pensio. quæstio. 18. sub numero secundo,& Don Ant.de Pad.l.in l.transigere sub numero 73.C.de transact.quibus accedit Clar.in §.homicidium sub numero 56. qui ait. sibi magis placere hanc opinionem Bald.& communem,quicquid in oppositum tenuerit Nell.de banni.in secunda parte,secundi temp.quæstio.46.quia cum statutum tale de bannitis impunè offendendis sit factum ob quietem publicam,adulterium commissum cum muliere bannita nihil attinet ad quietem publicam,& ideo cum sit commissum præter mentem statuti, non est impunitum relinquendum.

Quando etiam aduersus ea quę generalem respi-

66 cerent ecclesiæ statum † Sum. Pontif. dispensaret contea ius diuinum non sustineretur ea dispensatio Innoc.in c.super eo de bigam ueluti si generaliter dispensaret,ne ab ecclesiasticis decimæ persoruerentur, cum decimæ de iure diuino debeantur, capit. tua nobis de decim.uel si generaliter dispensaret ut clerici possent coram iudicibus laicis conueniri, capitulo si diligenti ad finem de for.competenti. in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ sub numero quarto, de consti.

Vel quando contra mentem iuris diuini dispensaret.iuxta not.in cap.post translationem de renuntia.Aurel.dicto capitulo ulti.sub num.33.quiita in-

67 telligit Abba.in cap.significasti de electio.† dum dicit Papam non posse dispensare contra Euangelium, nam intelligitur quantū ad mentē,secus quo ad uerba. Verba.n.possunt limitari,restringi,declari ac modificari sed semper ex mente iuris diuini, secus si limitatio uel declaratio aut modificatio uel dispensatio esset cōtra mentem quia semper illa immota manet ac immutabilis iuxta illud, mens im-

68 mota manet.Idem est†quoque si aduersus articulos fidei fieret dispensatio, uel primum & secundū præceptum Decalogi,quia nulla est Sum. Pontificis auctoritas aduersus prædicta,ut per Innoc.in d. c.super eo de biga.Abb.& Fel.& alios in dicto capitulo quæ in ecclesiarum,Cittadi. in dicto tractatu, de iure patronatus, §. pro sexta, cum socijs supra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Papam interpretari ius canonicum, Imperatorem ius ciuile.*

2 *Eaque duo dignitatum culmina paribus passibus ambulare.*

3 *Delegati a Principe & a lege eandem esse potestatem.*

4 *Ius diuinum per ius ciuile modificari posse.*

5 *Rescripta priuilegia, & alias dispositiones a iure ciuili interpretationem recipere.*

6 *Imperatorem iura ciuilia interpretari.*

7 *Supra ius esse.*

8 *Et contra leges ciuiles plerunque rescribere ac priuilegia concedere.*

9 *Papam posse modificare ius ciuile.*

10 *Leges non dedignantur sacros canones imitari.*

11 *Papam posse in vtroque foro dubia explicare.*

12 *Iuri canonico stari in foro ciuili, vbi casus non est decisus de iure ciuili.*

13 *Papam ius ciuile tollere posse, quantum ad causas speciales, & quantum ad forum ecclesiasticum.*

14 *Non etiam quo ad forum temporale.*

15 *Imperatorem posse ius canonicum interpretari.*

16 *Ius canonicum in terris ecclesiæ, ciuile in terris imperij ubi de peccato non agitur, seruari.*

17 *Iuri ciuili in foro ecclesiastico stari in ijs, quæ non sunt decisa de iure canonico.*

*Ius canonicum a iure ciuili, & a principe distingui.num.*18.

19 *Sacros canones & leges iustissimas ab eodem fonte profectas esse.*

20 *Imperatorem posse ius canonicum distinguere quantum ad laicos.*

21 *Imperator an posit aliquid fauorabile ecclesijs statuere ambiguitur, sed nihil præiudiciale statuere posse pro absoluto habetur,nu.*22.

23 *Lex siue statutum uires capit a conditoris potestate.*

24 *Imperator in ecclesiasticas personas neque in earum res nullum ius habet.*

25 *Nisi essemus in ijs quæ ad publicam utilitatem uel publicum reipublicæ statum attinent.*

26 *Statutum laicorum loquens in rem, & prohibens alienationem in non subditos clericos quoque comprehendere.*

27 *Mens statuti quando est rem afficere, non debet haberi ratio personarum.*

28 *Noua constitutio in §. collegijs de pœnis declaratur,numero* 29.

30 *Alios esse casus quibus statutis laicorum clerici ligantur.*

31 *Iuris Pontificij interpretationem regulariter ad Sum. Pontificem spectare.*

32 *Interpretari legem eius esse, cuius est condere, numero* 33.

34 *Papa in ijs quæ sunt positiui iuris se gerit pro animi libito.*

35 *Disputare de ijs quæ fiunt a Papa, non conuenit.*

36 *Quia omnia potest.*

37 *Statuta laicorum, an iuramentum tollere possint.*

38 *Statutum Mediolanense, & Ticinense quo tollitur sacramenta puberum, quomodo ualeat,nu.*39.

Statuentes quamuis facere non possint, quominus transgressi teneatur reddere iuramentum Deo possunt tamen tollere uires obligationis, quæ ex iuramento proficiscuntur, quantum ad ciuiles effectus, facien-

faciendo contractum nullum, ibid.

40 *Idemque eſt quantum ad impediendam præſtationem iuramenti.*

41 *Et quando doli mali uel fraudis præſumptio ſubeſt. Siue ea ratio ſit expreſſa, ſiue unica tantum afferri poſſit.*

Ad quos ſpectet facultas interpretandi leges tam Pontificias quàm Cæſareas.

CAP. XXXIIII.

QVantum ad canones & leges ſeu conſtitutiones tam Pontificias quam imperiales dicẽdum eſt † quòd qua ratione Papa & Imperator poſſunt ius diuinum declarare, ut ſupra uidimus. Sic etiam leges & canones eos poſſe & debere interpretari, l. ult. C. de legi. ibi & leges interpretari ſolo dignum eſſe Imperio oportet, c. inter alias de ſent. excommu. l. in prætorijs de prætor. ſtipulatio. glo. in c. cum uenissent in uer. iudicari de iud. ubi dicitur ad Papam & Imperatorem ſolos leges & canones pertinere interpretari, quia ad eos ſpectat tales conſtitutiones concedere, parib. † enim paſsibus duo hæc dignitatum culmina procedunt, ut habetur in cap. ſolitæ de maio. & obedi. Vnde & Papa & Imperator leges animatæ in terris uocantur, ut in auth. de conſuli. in fin. cap. & ſi ſunt 9. q. 3. & delegatus † a Principe delegatus a lege eſſe dicitur l. prima, de offic. eius & l. & quia de iuriſ. om. iudi. Vnde Bald. in dicta l. ult. C. ſi contr. ius uel utilit. public. ius diuinum † per ciuile modificari poſſe ait, & diſtingui ſequent. Abb. in capitulo fina. de conſuetud. Bald. in authen. excipitur, C. de bon. quæ liber. in auth. hoc amplius C. de fideicommiſſa. Alexand. in l. cum mulier ſolut. matrimo. & in l. more de fer. ergo ab eodem iure a fortiore interpretationem recipient ſtatuta, priuilegia reſcripta † atquæ aliæ eiuſcemodi diſpoſitiones iuxta nota. in l. ſecunda, C. de noxal. in capitulo. cum dilectus de conſuetudi. in l. ſi quando C. de in offi. teſt. in c. cauſam quæ de reſcript. in cap. ad noſtram de iureiur. & latius ſupra proſecuti fuimus libro octauo.

Sed quamuis iuris ciuilis interpretatio † ad ipſum imperatorem ſpectet, dicta l. final. C. de legi. & l. non ambigitur eo. tit. in pandect. quia Imperator ſupra ius † eſt, & ipſum tollere poteſt capitulo propoſuit de conceſsio. præbend. Innocen. in d. c. quæ in eccleſiarum de conſtitutio. & ideo contra ius cõmune & leges ciuiles † non raro reſcribit, & priuilegia concedit, ut refert Cardin. in clem. prima, de teſti. per l. ſecundam, C. de offic. præfec. prætor. & dicitur eſſe ſolutus legibus, l. digna uox. C. de legibus, & l. princeps eod. titu. Attamen Sum. quoque Pontif. † modificare ius ciuile, & etiam tollere poteſt, c. cum eſſes de teſtam. & c. conſtitutiones dec. ma diſtinct. & per Spec. in tit. de diſputa. §. porrò in ſi. facit, quia leges non dedignantur † factos canones imitari, §. fina. in auth. de eccleſia. titul. & in auth. de Mona. §. ſancimus not. in l. prima, C. de ſum. Trin. & fid. cathol. Bald. in auth. ad hæc C. de uſuris & in l. cum anterioribus C. de tempor. appellatio. ubi inquit Papam † poſſe in utroque foro dubia explicare, quia Papa maior ſit imperatore, & in ſpecie, q̃ a iure canonico ius ciuile interpretationem capiat patet ex nota. in cap. licet de for. compet. & in c. per venerabilem qui fil. ſint legit. tradit Alex. in l. quidã conſulebant in princ. de re iudica. quo fit ut etiam in foro ciuili in ijs quæ deciſa † non reperiuntur a iure ciuili ſtatur iuri canonico Deci. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ ſub numero 31. de conſtit. qua de relate per Alex. in l. prima, de dam. infect. ſub numero 10. in l. quidam conſulebant ſub nu. 2. Fel. And. Sicul. in capitulo dilecti de iudi. & in materia peccati Bar. in l. priuilegia, C. de ſacr. eccleſ. & Iaſ. in l. poſſideri §. genera de acquir. poſſ. ſub num. 18. Cyn. in auth. caſſa, C. de ſacr. eccleſ. glo. & doct. inſtit. de nupt. in prin. Cano. in c. clerici de iudi. & in cap. primo, de noui oper. nuntia. glo. & Doctor. in §. hactenus inſtit. de gradi. unde apparet intelligendum eſſe quod ſupra dictum eſt Papam ius ciuile tollere poſſe, uerum eſſe, quantum ad cauſas ſpirituales, † & quantum ad forum eccleſiaſticum, ut not. in dicto cap. conſtitutiones, & latius in capitulo ſecundo de reg. iur. lib. 6. & in alijs locis ſupra cita. & propterea dicit Fely. in capitulo canonum ſtatuta de conſtitu. quod licet Papa legibus ſecularibus ſolutus ſit † illas tamen quod ad forum temporale attinet tollere non poteſt, in quam ſententiam facit quod dicitur ius canonicum ciuili præualere, in ſpiritualib. ac in terris eccleſiæ & quoties de peccato tractatur, Item inter perſonas eccleſiaſticas capitulo quod clerici de for. compet. Iaſ. in dicto §. genera ac in l. 1. C. de ſec. nupt.

Sic etiam è contra uidetur permiſſum eſſe † imperatori ius canonicum interpretari, ſi quidem cũ ex præcedentibus conſtet illum ius diuinum ex cauſis limitare, ergo multo magis ius canonicum, q̃ uidetur etiam ſentire Abb. in capit. in omni de teſt. Rurſus ſi princeps, ſiue lex ciuilis pontificium ius ſupplet, capit. in adiutorium, decima diſtinct. igitur nihil impedimento erit quominus ius canonicum declarare poſſit. Hinc fit ut licet in locis ſiue in terris eccleſiæ ius canonicum regulariter ſeruari debeat † & ciuile in terris Imperij, quoties ſaltem de materia peccati non tractatur, ut ſupra diximus, & not. glo. & cano. in capitulo ſecundo de arbitr. Doc. in l. priuilegia, C. de ſacroſan. eccleſi. Alexand. in l. prima, ſoluto matrimonio, & in alijs locis ſupra citatis, tamen quando aliquid clarè deciſum iure ciuili reperitur, quod ſecundum ius canonicum ambiguum eſt, † uel nullo pacto determinatum, etiam in foro eccleſiaſtico iuri ciuili ſtari debet, ut per Abba. & alios in capitulo primo, & ſecundo, de operis noui nuntia. Bartolus in dicta l. priuilegia, C. de ſacroſanct. eccleſi. Iaſ. in præludijs ad titulum qui ſeu dar. poſſunt ſub num. 63. qui habetur poſt titulũ de iur. emphiteuti. & quòd ius canonicum ꝯ a

iure tuili & a principe diſtinguatur expreſſe uoluit Bal.in dicta l.fi.C.ſi contr.ius uel util.publi.ſequitur Alex.in conſi.188.lib.7.unde Bal.in eius tracta.de ſciſmate circa princ. ait Imperatorum ſanctionibus uti nos poſſe ad canonum int erpretatio-
19 nem,quoniam† ſacri canones & leges iuſtiſſimæ ex eodem fonte nempe diuino proceſſerunt,auth.quomo.oport.epiſ.in princ.unde leges canonibus confirmari,& canonum ambiguitates legibus reſolui, quemadmodum per diſcurſum gloſſarum utriuſq; iuris luculenter deprænditur.

20 Hæc tamen intelligenda ſunt† locum habere reſpectu perſonarum laicorum & quantum ad temporalia in locis ſibi ſubiectis,ſecus eſt quantum ad ſpiritualia & quantum ad perſonas eccleſiaſticas, quia in ijs attenditur ius canonicum, ut per Bar.& alios in dicta l.priuilegia, C.de ſac.eccle.in d.capit. primo & ſecundo,de oper.nuntia.Fab.Ang.& Por. poſt gloſſ.in dicto §.hactemus inſtitu.de gradibus, Alex. & Iaſ. ac alios in locis ſupra citatis, nam ta-
21 metſi ambiguum ſit, an Imperator † poſſit aliquid ſtatuere,quod fauorabile ſit eccleſijs ac eccleſiaſticis perſonis abſque Sum.Pontifi.aſſenſu.cap.fin. de ſolutio.& tradunt Docto. in dicto cap.quæ in eccleſiarum de conſtit. Attamen illud indubitatum eſt, eundem Imperatorem per legem ſuam quantum-
22 uis generalem† nihil ſancire poſſe ipſis eccleſiaſticis perſonis,aut earum rebus præiudicium afferens capitulo primo,ubi cano.omnes de oper.nou nunt. Abb.Fel.& reliqui in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de
23 conſtitut.quia lex ſiue ſtatutum iures capit.† a cõditoris poteſtate, l.ult.de iuriſ.omn.iud. cap. a nobis de ſenten.excom. Bar. in l.omnes populi in prima principali quæſt.de iuſt.& iur. Bald.in l.final. C.de iuriſd.om.iud.quibus accedit Deci.in dicto cap.eccleſia ſanctæ Mariæ ſub num.24.

24 Imperator autem in eccleſiaſticas † perſonas ac earum res nullum ius habet nullamque poteſtatem dicto capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ cap. bene quidem & cap. cum ad uerum.& cap ſi Imperator. 96. diſtin.capitulo inter hæc 23.quæſt.ſecunda, ubi dicitur quod ſancta eccleſia mundanis legibus nunquam conſtringitur cum ſimil.citatis a Deci. in dicto capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ,ſub numero vigeſimoquarto.

25 Niſi eſſemus in ijs† quæ ad plublicam utilitatem & publicum reipublicæ ſtatum præſeruandum attinent,quia in ijs ligantur Clerici & eccleſiaſticæ perſonæ ſtatutis laicorum per ea quæ locupletiſſimè ſcribit Andr.Sicul.in conſilio primo, ſub numero ſeptimo,& pluri.ſeq.& per totum illud conſilium libro tertio.& conſilio vigeſimonono,lib.quarto,ſub nume.quarto, quibus in locis duas refert pulchras ac ualde inſignes doctrinas Bald.alteram l.iubemus 1.C.de ſacr.eccleſ.& alteram in titulo de pace conſtantiæ in uerſiculo monitionibus, quibus in locis expreſsim concludit eccleſias & eccleſiaſticas perſonas non eximi a ſtatutis laicorum quæ reſpiciunt publicam utilitatem uel publicum reipublicæ ſtatum, quia priuilegium generaliter indultum non comprehendit hos caſus,& ſi comprehenderet non uaderet,quibus adſtipulatur Corn. in conſilio ſeptuageſimoſecundo,ſub num.15.libro quarto,& ſ ciũt. quæ ſupra diximus in cap.præcedenti.28.hoc libro de contributione facienda ab eccleſiaſticis perſonis
26 in caſu neceſsitatis belli,idem quoque † eſſe quando ſtatutum laicorum loqueretur in rem & prohiberet alienationem fieri in non ſubditos, quia tunc quoque clerici ea lege municipali comprehendẽtur Abb.in capitulo clerico columna quinta,ſub numero trigeſimo,de for.comper.Felyn.in dicto capitulo eccleſia Sanctæ Mariæ ſub num.82.Dec.ſub nume.56 quamuis uideatur aliqualiter dubitare ubi præter conceptionem in rem adſunt illa uerba in nõ ſubditum quod nihil eſt, quia principalis intento eſt afficere rem quocunque uadat,quod licitum eſt l.in re mandata,C.de manda. Bar.in l. reſcripto de mune. & honor. unde cum principalis intento ſit
27 rem afficere† non debet haberi in conſideratione adiectio illa perſonarum,l.qui exceptionem d c n dic.indeb l.ſi tibi & l.ſi quis nec cauſam ſi cert.p r & cum hac eadem limitatione trãſit R.pa in ſi famil.§.Diui ſub numero 83. de legatis p im , t eſt in caſu prohibitionis factæ per nouas conſtit-
28 tiones in titulo,de pœnis in § collegijs† ratione ipſius nouæ conſtitutionis,quæ eſt ut bona immobilia inter ſubditos tantum alienentur in eisque conſeruentur, quo caſu prohibitio dicitur eſſe in rem, ut dicit Bart.in l.peto,§. fratre, uerſiculo uenio ad quartum de legatis ſecundo, in columna ſecunda, in l.pater filium,§ fundum de legatis tertio; & in l. qui Romæ, §. cohæredes de uerborum obligatio. Deci.in conſi.182.columna ſecunda, in princ.Cur. iuni.in conſilio 43.columna penult.& fina Alb.qui alios citat in conſilio 93. columna prima & ſecunda,& Ceſal.in conſilio 259.ſub nu.70. & ita in terminis dictæ conſtitutionis uoluit Boſſ.in titulo, de pœn.ſub num.43.uerſiculo attamen dicitur, quamlicet ſub eodem nu.53.uideatur uelle quòd ſub iſtius modi diſpoſitionibus ſtatutarijs prohibentib. alienationes in non ſubditum non comprehendantur clerici ſecundum cões concluſiones & atteſt.tur de quadam obſeruatione Excellentiſſimi Senatus reſpectu clericorum ſtatus,nih lomi.ius eſt in reliquis intelligendus loqui ſecundum communes concluſiones quas citat iuxta doctr. Barto. n l. non ſolum §. liberationis de liber. leg. atque ita uelle per ea quæ dicit in §. attamen limita e ſuperius dicta, alioqui eſſet ſibi ipſi contrarius & loq e retur contra communes Doctorum theoricas, ar-
29 guitur quoque prohibitio in rem † ex impoſitione pœnæ quæ eſt in rem cum imponatur amiſſio rei
30 ac pretii in pœnam poſſent & alii † eiuſcemodi caſus referri quibus clerici ſtatutorum laicis uinciantur, quos proſequuntur Doctor in locis ſupra citatis & a quorum relatione ſuperſedebimus cum noſtri non ſit inſtituti proſequi hanc materiam hic.

Cæterum regulariter ad ſummum pontificem
31 † ſpectat iuris canonici interpretatio,cum a p t.ſi ficibus conſtitutum fuerit,& a pontifice,l.ſi p t.ſi cium nomen aſſumpſerit,cap.inter alia de re iudic. &

& capitulo primo, de conſtitutionib. tradunt cano
32 nici iuris interpretes, & eius† ſit legem interpretari ac declarare, cuius eſt condere, d. l. ult. C. de legibus cum ſimilib. quibus accedit tex. in capit. ſicut enim in uerſic. ex ijs omnibus 11. quæſt. prima & in cap. final. de conſtit. ubi habetur ſolum pontificem ius canonicum interpretari ac declarare.

Quinimo cum ius canonicum ſumm. Pontifex
33 † corrigat ampliet, arctet ac prorſus tollat, ut habetur in proœm. 6. & habetur in capitulo licet canon de electio. libro 6. & quod magis, eſt contra ius diſpenſat, illud reſtringat, limitet, ac moderetur & declaret, multo magis dicendum erit, ſi declaran dum aut interpretandum ſit ius canonicum ab eo-
34 dem fieri oportere, in his enim† quæ ſunt iuris poſi ſitiui ſumm. Pontifex ſe gerit pro animi ſui libito In nocent. in cap. cum ad monaſterium de ſtat. monacho. Abb. in capitulo per uenerabilem qui fil. ſint legit. Butri. in capitulo primo de conſtitut. Andr. Sicul. in dicto conſilio primo colum. 18 uolum. primo. Cittadi. in dicto §. pro ſexta de iur. patro. & Aurel. Dauid. in dicto capitulo ultimo ſub num. 55.
35 qui ait diſputare de ijs quæ fiant† a Papa non conuenire per text. in 17. quæſtio. 4. §. qui autem, & ea quę ſcribit Imol. in capitulo dudum ſecundo, de elect. & Bal. in cap. 1. qual. dom. propr. ubi habetur
36 Papam† omnia poſſe, & ſuper omnibus eſſe.

Poſſunt autem hactenus deducta induci ad pul cherrimam controuerſiam quæ latiſsime quandoque controuerſata fuit inter Doctores, an ſcilicet
37 ſtatuta Laicorũ† iuramentũ tollere poſsint, ſi enim ius diuinũ tolli nequit a laicorũ legib. municipalib.

Quinimo nec etiam canonicum per ea quæ Doctor. in dicto capitulo quæ in eccleſiarum, & in dicto capitulo cum eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. ergo uidetur idem dicendum eſſe in iuramento, quod iuris diuini eſt, Aurel. loco iam relato ſub numero 43. mouet hanc difficultatem, ſed nihil reſoluit, ſeque tamen remittit ad tradita per Doctor. in authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. uenditio. per Caſtr. in l. non dubium, C. de legi. & Alex. in conſil. 151. lib. 7.
38 Exemplum poni poteſt† in ſtatuto noſtro Ticinenſi in ciuili ſub nu. 24. & ſtatuto Mediolanenſi quibus tollitur diſpoſitio dictæ auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. uenditio.

Quamobrem pro reſolutione iſtius difficultatis dicendum eſt, quod licet ſtatuentes facere non poſſint, quòd iurans non teneatur reddere iuramentum Deo præſtitum, iuxta capitulum debitores de iure
39 iur.† poſſunt tamen facere quod contractus ſit nullus, & auferre uires obligationis quæ ex iuramento producitur in partem illud recipientem, ut ſatis innuunt Butr. & Abb. in capitulo cum contingat de iureiur. firmat Cardin. in conſilio 42. Maria. Socin. in conſilio 61. libro primo, ubi dicit ita tenuiſſe aliquos in dicto capitulo cum contingat, & idem ſecutus Caſtr. in dicta authen. ſacramenta puberum, & ibi etiam Corne. uerſiculo tertio fallit, ubi dicit quod tutius eſt pro iudicibus in ſyndicatu quod ſeruent hanc opinionem, & quod tali caſu contractus non firmetur iuramento, uoluit etiam Federi. de Sen. cõſ. 272. quem refert ac ſequitur Pet. de Ancharan. in dicto capitulo canonum ſtatuta de conſtit. & licet illud conſil. Federici de Senis reprobetur ab aliquibus, tamen ſtante tali ſtatuto, non reperitur qui contradicat quantum ad hoc, quod ipſe contractus non remaneat nullus, & eius opinio ſine dubio in hoc caſu eſt, uera & licet Ioan. de Imol. multum uariauerit in dicto capitulo cum contingat tamen in uerſiculo ſed illud potiſsimè reſidet in effectu cum hac opinione, concludendo in foro ciuili non poſſe iurantem compelli, ut ibi per eum, & iſta & uera, eſt communis opinio quæ etiam in practica ſeruatur, licet Alexand. in aduertenter dixerit, oppoſitum in conſil. 59. in 1. uolum. ut nuncupatim atteſtatur Dominus Alciat. in conſilio 107. ſub num. 13. in materia dicti ſtatuti Mediolanenſis tollentis diſpoſitionem dictæ authent. ſacramenta puberum, quam aſſertionem affirmat quoque D Alciat. in dicto capitulo cum contingat ſub numero 61. & ita in facto obtinui, in materia prædicti ſtatuti Ticinenſis.
40 Idemque eſt† quantum ad impediendam præſtationem actuum iuramenti, Gemini. & alij in capitulo quamuis uerſiculo ſed quæritur de iureiur. libro ſexto Iaſ. in dicta authent. ſacramenta puberum ſub num 82. & D. Alciat. in dicto capitulo cum contingat ſub num. 62.
41 Sic etiam† ubi legitima cauſa ſubeſt uel iuſtitia aliqua naturalis ueluti præſumptio doli aut fraudis, uel ſimulationis, poſſunt diſtinctè prouidere ſtatuentes ne ualeant contractus minorum iurati, ſic ſcribit Ludou. Roman. in conſilio 12. per totum & præſertim colum. ſecunda, in ſtatuto Marchiano an nullante contractus minorum etiam iuratos, factos ſine certa ſolennitate, idem uoluit Corn. 121. columna ſecunda circa medium lib. quarto ubi ſub numero quarto poſt Paul. Caſtr. & Raph. Fulg. atte ſtatur hanc opinionem obſeruari, eandem probat Deci. in dicto capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ ſub numero 41. Iaſ. in conſilio 133 ſub numero 17. libro quarto ubi quam plurimos huius ſententiæ ad ſertores citat Alex. conſil. 296. ſub num. quarto libro 6. conſi. & conſ. 151. lib. ſeptimo ſub nu. tertio, ubi per totum illud conſiliũ defendit ſtatutum poſſe annullare contractus minorum etiam iuratos ob præſumptionem doli, uel fraudis aut deceptionis ipſorum minorum.
42 Et hoc uerum erit, ſiue ratio† doli aut fraudis ſit expreſſa in ipſo ſtatuto, ſiue illa unica afferri poſsit per ea quæ ſcribit Bal. poſt glo. in l. quamuis C. de ſi deiuſ. Fely. in c. translato in fine de conſtit. Rip. in l. ſi conſtante ſub nu. 65. ſolu. matri. Cra. de antiqu. tempor. par. 4 ſect. 1. ſub nu. 92. & ſæpius ſupra diximus in præced. libris.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo optima eſt legum interpres.*
2 *Diſpoſitio qualibet a conſuetudine reijcit interpretationem.*

Con-

3 *Consuetudinem intellectum legi tribuere.*
4 *Interpretatio quæ a consuetudine procedit est generalis.*
5 *Consuetudo aliquid, quod est de iure diuino minuere potest ubi peccatum non contineat.*
6 *Consuetudo interpretatiua ut obtineat necesse non est ut sit præscripta.*
7 *Consuetudines inter diuersas attenditur quod magis fuerit obseruatum.*
8 *Consuetudinem contra ius canonicum ualere, statutum non item.*
9 *Statutum sed contra, a consuetudine non differre nisi vt expressum a tacito.*
10 *Statutum contra nonnulla, quæ uidentur de iure diuino propter publicam vel aliam rationabilem causam valere.*
11 *Auctor putat in statutis & legibus municipalibus ciuitatum ac constitutionibus prouinciarum, idem constituendum esse atque in lege principis.*
Et quid in non recognoscentibus superiorem. ibid.
12 *Philippum Regem amplissimum ac potentissimum Dominum nostrum, superiorem non recognoscere.*
Regnorumque ac coronarum multitudine, omnium Regum maximum atque Augustissimum esse, ibid.
Et tanquam Mediolani Ducem, in hoc statu imperialia iura habere. ibid.
14 *Regem Hispanorum Franciæ atque Angliæ non recognoscere superiorem.*
15 *Regna Hispanorum, Catholicorum Regum uirtute, atque opera est manibus infidelium fuisse erepta, & eorum potestati ac fidei catholicæ fuisse uindicata.*
16 *Regem Hispanorum a tãto tempore citra cuius initij memoria hominum non extat in cõtrarium, fuisse in possessione exercendi iura imperialia in eius regnis.*
17 *Philipi Regis ac Domini nostri quanta sit Regnorum amplitudo.*
Quamque ingens urbium numerus ei pareat.
19 *Philippo Regi immortali fidentium Academia qualia erecta fuerint symbolica insignia.*
20 *Qualem facultatem interpretandi habeant inferiores personæ.*
Et quorum interpretatio sit necessaria, ibid.
21 *Præfectus prætorio quam potestatem habeat interpretandi.*
22 *Populum Romanum aliquam hodie non habere potestatem nec legis condendæ nec interpretandæ.*
23 *Iurisconsultos qui gradum in utroque iure consecuti sunt theologiæque magistros posse iura diuina canonica & ciuilia interpretari auctoritate probabili non autem necessaria.*
24 *Doctoratus in aliqua scientia vel arte, cum ipso gradu consequitur facultatem interpretandi ac docendi.*
25 *Scholasticos qui publice profitentur, facultatem interpretandi non habent sed tantum exercitationis gratia id muneris illis demandari.*
26 *Doctor dici quis non potest antequam doctoratus gradum consecutus fuerit.*
27 *Verba illa, Dantes tibi auctoritatem &c. in collatione gradus doctoratus quid importent.*
28 *Baccalaurei & licentiati non habent ius interpretandi.*
29 *Doctorum interpretationem probabilem esse non necessariam.*
30 *Iudices tamen bene facere qui sequuntur illorum opiniones.*
31 *Si tamen habeant rationes probabiles ac concludentes.*
32 *Theologis ne, an iuris canonici doctoribus stari debeat in interpretando passu dubio iuris diuini.*
33 *Et distinguitur inter attinentia ad mores & ad orthodoxam fidem, ut in priore casu stetur canonistis, in posteriore Theologis.*
34 *Vbi dicitur quid de contractibus.*
35 *Auctor quid sentiat, nu. 36. & 37.*
Quæ habent Theologi circa virtutes & vitia, a nobis habere, ibid.

Consuetudine ac statuto, an iura Pontificia & Cæsarea recipiant interpretationem, & ab alijs personis quàm supra enumeratis.

CAP. XXXV.

1 PLurimum etiam potest in interpretado utroque iure tam Cæsareo, quàm Pontificio † consuetudo, quæ, ut uulgato iuris auctorum dicterio profertur, optima est legum interpres. l. minimè l. de quibus l. si de interpretatione de legi. capit. cum dilectus de consuet. unde Innocent. in cap. olim de uerbor. signific. uerba inquit legum, testamentorum priuilegiorum, reliquorumque dispositionum a consuetdine interpretationem sumere, etiam contra propriam uerborum significationem, sequitur Abb. in capitulo certificari de sepult. latius Felyn. in cap. cum M. Ferrariensi de
2 constit. dicit † Ias. in l. ut liberis sub nu. 7. C. de c[illegible] t. quod quelibet dispositio secundum consuetudinem interpretatur, quod firmet & Deci. in l. in stipulationibus sub num 10. de regul. iur. in consilio. 70. columna prima uersic. sed tamen, in capit. at [illegible] sub numero 25. ad fin. in consilio 421. sub numero 13. consilio 644. sub numero 8. Felyn. in capitulo cum Bertoldus columna pen. de re iudic. & plura in hanc rem luculentissimam congerit Dec. in cons. 101. sub num 48. & seq.

Amplius scribit Abb. in dicto capitulo cum dilectus † consuetudinem intellectum legi tribuere, cui
3 omnino standum sit uel si absonus appareat & nec primo de decim. quo loco ait interpretationem quæ ex consuetudine desumitur, super intellectu legis magis attendi, quàm quæ a doctor. fiat & Gellius libro secundo noct. Attica. capitulo 24. nu. [illegible] ait consuetudinem dominari, qua de re nos [illegible] pra diximus libro quarto in materia communis usus loquendi, & libro 5.

Inter instrumenta interpretatiuæ significationis, ubi commodius hæc materia relata fuit, est tamen
4 † generalis hæc interpretatio, quæ a consuetudine de scen-

ſcendit, cùm ad omnes qui in locis ſunt in quibus uiget extendatur Abb. in dicto capitulo primo de conſtitutio.

Quinimo ſi rationabilis cõſuetudo aliquid quod
5 eſt de iure diuino immunere †poteſt, ubi peccatum non contineat, poterit & alia iura tollere dicto cap. fina. de conſuetu. ibique ſenſit Imol. Abb. in cap. ad apoſtolicam & in capit. in aliquibus de decim. ubi uult conſuetudinem poſſe tollere aut ſaltem minuere decimas quę ſunt de iure diuino, dicto cap. tua nobis eod. tit. facit quod uult Abb. in capit. quod ſuper de conſanguin. & affin. ubi dicit ualidam eſſe conſuetudinem quod nuptiæ contrahi poſſint in gradu
6 prohibito. Adeo autem potens eſt † conſuetudo interpretatiua ad inuehendum declarationem ambiguitatis in quacunq; diſpoſitione, ut neceſſe etiam non ſit ut talis conſuetudo præſcripta fuerit, ideſt longo tempore obſeruata Butr. in dicto cap. ult. circa medium de conſuetu. Roch. Curt. in eo. tract. ſub numero 24 uerſic. quæro, Ial. in dicta l. ut liberis, C. de collatio. Dec. in conſil. 48. colum. prima & in dicto capit. at ſi clerici ſub numero 25. Neuiz. in Syl. nupt. libro quinto ſub numero 44. cum multis ſodalibus adductis per Beci. dicto conſilio 101. ſub numero 50.

7 Et quando † inter diuerſas conſuetudines negocium uertitur tunc ſemper attenditur, quod magis fuerit obſeruatum, Bartol. in l. de quibus ſub numero 26. de legib. Alexand. in conſil. 108. ſub numero 2. libro 4. Dec. in conſilio 11. ſub numero 13. Craue. in conſilio 276. columna ult. uerſic. quinto reſpondetur Menoch. in conſil. 75. ſub num. 56. Beci. in d. conſil. 101. ſub num 51.

Sed an idem dicendum erit in ſtatuto, eius quod diximus in cõſuetudine, & difficultatem facit quod
8 diuerſa uidetur eſſe ratio † inter conſuetudinem & ſtatutum, quia cõſuetudo contra ius canonicum ualet, ſtatutum uero ſecus, ut per Abb. & reliquos in d. c. fi. de conſuetud.

9 In oppoſitum facit † quod non uidetur conſuetudo differre a ſtatuto niſi ut tacitum ab expreſſo, d. l. de quibus de legib. ubi tradunt Doct. §. nam & diuturni inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & taciti atque expreſsi eadem eſt uirtus l. cum quid, ſi cert. petat.

Rurſus quod propter publicam uel aliam ratio-
10 nabilem cauſam † ualet ſtatutum etiam contra non nulla quæ uidentur de iure diuino uel naturali editum l. unica, §. ſinautem ingenuam, C. de rap. uirgi. l. uenditor, §. ſi conſtat com. prædio. cum alijs iuribus ibidem relatis & ſupra uidimus in ſtatuto quòd bannitus poſſit impune occidi, & alijs ſimilibus de quibus ſupra egimus, in hi placet ut reſoluamus in legibus municipalibus ciuitatum ut conſtitutionibus peculiaribus populorum ac prouinciarum eo
11 † modo quo ſupra retulimus in l. principis, argum. l. omnes populi de iu[ſti]. & iur. & in §. ius autem inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & quia ualet argum. a lege communi ad legem municipalem l. final. in fine, C. de fideiuſſ. l. 2. C. de nox. l. ult. §. in computatione, C. de iur. delib. cum ſimilib de quibus ſupra lib. 5. in loco a ſimili ſub nu 230.

Et propterea in illis caſibus in quibus ſupra diximus legem principis & communem poſſe declarare ius diuinum, naturale, ac canonicum ex cauſis idē erit dicendum in legibus peculariaribus populorum ac ciuitatum habentium poteſtatem legis condendæ, uel quia non recognoſcunt ſuperiorem, uel eum, qui ſuperiorem alium non recognoſcat, aut qui iura imperij habeat a dominatu ſuo a quo dictę leges peculiares ac municipales expreſſe uel tacite
12 confirmatæ remancant † qualis eſt Auguſtiſsimus, Sereniſsimus, potentiſsimus atque inuictiſsimus Rex Philippus dominus noſter, qui ſuperiorem non recognoſcit tanquam Rex omnium ampliſsimus ac potentiſsimus, Regnorum ac coronarum multitu. ut dicit Caſſan. in cat. glor. mundi par. 5. cõſider. 37. & nouiſsime Lancel. Corr in templ. omn. iud. lib. 1. cap. 2. de Rege §. 3. de magn. Regum ſub numero 14. uerſic. non minus cum ſeq. pag. 127. ubi nuncupatim loquitur de maximo Rege noſtro Philippo
13 ac tanquam Dux Mediolani † habens iura imperialia in ſtatu ſuo, Bald. in conſilio 138. quemadmodū Imperator, Curt. Seni. in conſil. 191. colum. 1. Catelia. Cotta in uerb. Mediolanum, uerſic. an autem.

Tametſi enim non leuiter controuertant Doctores antes iſti, inter cæteros eminentiſsimi Reges, Hiſpaniæ, Franciæ & Angliæ recognoſcant Imperatorem, in capit. per uenerabilem qui fil. ſint leg. t. in capit. quæ in eccleſiarum de conſtitut. in cap. nouit de iud. in capit. ſicut 3. de iureiur. in cap. peruenit de immunit. eccleſ. & in cap. ſuper ſpecula. de priuileg. ubi gloſſ. Abb. & alij communiter tractant de iſtis regibus in illa materia, an iura imperialia præſcribi ualeant aduerſus imperatorem uel ſacrum Romanum Imperium? Nihilominus hoſce omnes haud
14 quamquam recognoſceret † ſuperiorem uidetur probaſſe Felyn. in capit. cum non liceat colum. 5. poſt princ. de præſcriptio. poſt Nicol. de Vbal. in tractat. de ſucceſsio. ab inteſtat. & de Regibus Hiſpaniæ,
15 † Ego puto dubitandum non eſſe, duplici potiſsima ratione, tum ſcilicet quia iſti glorioſiſsimi Reges eripuerunt e manibus infidelium illa omnia regna (ut e rerum Hiſpanorum ſcriptoribus facile percipere licet) unde illorum ſoli, atque abſoluti domini ſunt cenſendi, quaſi de rebus ab hoſtibus recuperatis, quæ ipſorum hoſtium iam factæ eſſent, ut ſcribunt doctor. in l. prima in princ. da acquir. poſſeſſ. ubi late quandoque diximus, tradit Angel. in l. hoſtes, C. de capti. & poſtlimi. reuer.

16 Tum etiam quia a tanto † tempore citra cuius initij memoria hominum non extat in cõtrarium, ſunt in poſſeſsione, uel quaſi exercendi iura imperialia in eorum regnis, ſciente patiente & non contrad. cente Imperatore, & in quaſi poſſeſsione neminem recognoſcendi res non uidetur aliquam habere difficultatem, per ea quæ tradunt Doctor. in locis ſupra citat. & nuncupatim Felyn. in dicto cap. cum non liceat ſub nu. 12. de præſcript.

17 Et non habet hæc † aſſertio hæſitationem in potentiſsimo ac glorioſiſsimo Rege noſtro Philippo, qui pręter quam quod ſit Rex Hiſpaniarum, quibus plurima Regna continentur, Caſtellæ, Regionis Aragoniæ,

goniæ,Cataloniæ,Granatæ,Toleti,Nauarcæ,Andaloſiæ,Valentiæ,& Cordubæ. Quibus nouiſsime accеſsit Luſitaniæ Regnum,(uulgo Portugalliam appellant)eſt inſuper Rex Neapolis, Siciliæ, Croatiæ, Sardiniæ,inſularum, Balearium, fortunatarum, ac indiarum ac terræ firmę maris oceani,Princeps,Archidux, Dux multorum urbium, & potiſsime Dux Mediolani, cuius ducatus titulo quo tempore inſignitus fuit & factus dominus noſter Auguſsimus, ac fœliciſsimus,& Rex Angliæ dictus fuit,ducta Ma
18 ria Regina eius regni hęrede in uxorem,ita ut† computatione facta dicat Lancel.Corrad.dicto capitulo de magnitudine Regum ſub numero 17.ad eundem glorioſiſsimum ac potentiſsimum Regem noſtrum Philippum, pertinere iuriſdictionem ducentarum ſeptuaginta ſeptem urbium etiam non ſupputatis vrbib. Flandrię,populorumque ac nationum quib. ipſe ius dicere poteſt, ita ut magnitudine ac potentia,diuitijs,Auorumque ſplendore,ac imperialis regiæque familiæ Auſtriacæ faſtigijs,per tot continuata ſæcula, omnium Chriſtianorum Regum maximus potentiſsimus,Auguſtiſsimus,inuictiſsimus,fęliciſsimus, ac fortunatiſsimus dici poſsit, & nunc præcipue cum illi acceſſura eſſe ſperentur cum Luſitaniæ Regno,omnia illa occidentalium atque orientalium inſularum,nationum,& populorum Regna, quæ in orbis noui diuiſione obtigerant Luſitano regi, & quæ poſt eam diuiſionem ab eodem compara
19 ta fuerunt,ita ut†iure merito in fidentium Tiemenſi Academia ſymbolicis illius inſignibus, inferioris huius terrarum orbis globus,a ſtellari octauæ ſphęræ Cœlo, æquinoctiali circulo diſtinctus, ſit impreſſus,illis additis uerbis,cum Ioue. Quaſi ad ſimilitudinem illius Auguſtiſsimi Cæſaris, de quo cecinit Virgilius, diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet,diuiſum imperium cum D.O.M.tanto eius Regnorum, ac dominiorum numero, & amplitudine habere uideatur,ut Aſtra Deo Philippo terra cedere dici poſsit,ſed de his dixiſſe hactenus ſufficiat,ne ſi cœptam digreſsionis molem abſoluere pergerem inſtituto opere uolumen ingētius perficere cogerer.

20 Quantum uero ad † alias perſonas præter ſupra enumeratas ſi quæratus an ijs data ſit facultas declarandi leges ſeu cōſtitutiones tam pontificias,quàm Cæſareas, Aurel.d.c.ult.ſub nu.44.dicit diſtinguendum eſſe inter declarationem neceſſariam, & non neceſſariam,ſed probabilem tantum,vt in priore ſola ea ſpectet ſummo Pontifici & Imperatori alijſq; ſupra enumeratis, quibus ratione iuris ciuilis addi
21 poteſt præfectus † prætorio, qui eo modo quo poteſt condere legem, poterit quoque interpretari & declarare,l.formam ubi trad. doctor. C. de offic. præfect.prætor.

22 Sunt qui addunt populum Romanum † ſed cum lege Regia lata omne ius omniſq; poteſtas translata fuerit a populo in principem, l 2.§. nouiſsime ubi Zaſ.& Cagn.de orig.iur.l.1.dec onſt.principium §. principū placitainſtit.de iur. nat gent. & ciuil. & ab imperatorib. fuerit poſt aduentum Chriſti Ser. Opt. Max. translata in Romanos Pontifices ut ſcribit Bald.in dicto l.ultima, C.de legibus ad finem & Aurel.dicto capitulo ultimo ſub numero 65.qui reſpondet ad textum in l.non ambigitur de legi. & eſt textus in capitulo Conſtantinus primo 96. diſtinctio. non habebit Pop. Roman. ut nec legis contendæ ſic rei interpretandæ facultatem, & interpretatio ſeu declaratio quæ ſit a ſummo Pontifice uel Imperatore erit generalis & neceſſaria & iure proprio conſiſtit dicta l.ultima,C.de legib Bartolus in l.prima eodem titulo de legib. gloſſ. in l ſi de interpretatione eodem titulo gloſ.& doctor.in cap.1.de poſtulatio.prælato.

23 Poſteriore uero† declarationis genere dicendum ſit alias quoque perſonas præter ſupra relatas,poſſe diuinum Pontificiumque & ciuile ius declarare ueluti ſacræ Theologiæ, iuriſque Pontificij Doctores, & iuris ciuilis anteceſſores, ubi enim q is ar-
24 tis uel ſcientiæ alicuius magiſter creatur,† ſimul etiam ius interpretandi, atque docendi ipſam ſcientiam uel artem conſequitur, l. prima, C. de profeſſor. urb. conſtan. libro duodecimo, quod ad o utrum eſt, ut recte dicatur nec iuris, nec medicinæ, nec alterius cuiusque ſcientię,uel artis profeſſo ei, artem ſuam docere uel interpretari poſſe, antequam in ea doctor magiſterue ſit deſignatus, aut
25 creatus & quamuis† interdum ſcholaſticis publice profitendi munus demandetur(ut mihi in uigeſimo ſecundo ætatis meæ anno ab Excellentiſsimo ſenatu demandatum fuit) nihilominus id ſit ut magis ſe exerceant ac futuræ expectationis eorum, ac ſpei egregia monimenta edant, quàm ut tanquam ueri magiſtri doceant, ac iura interpretentur cum id ſine adeetione gradus aut magiſterij, uel Doctoratus eſſe non poſsit, non enim ſe quis ante debet
26 † Doctorem nominare, quàm adeptus fuerit inſignia doctoratus, ut ſcribit Lucas de Penna in l. prima, C. de athlet. libro decimo,refert ac ſequitur Caſſan.in Catal.glor.mundi part. decima conſider. trigeſimaſeptima in principio, & faciunt quæ ſcribit Cagnol.in l. ſi quis maior,C. de tranſact.ſubnu. 147 com.ſeq.

27 Nam per illa† uerba quæ ponuntur in collatione doctoratus,dantes tibi facultatem legendi,interpretandi,cæteroſque doctoreos actus publice exercendi, de quibus habetur in clement. ſecunda de magiſtr. ſecundum Ioann. de Plat. & Angel. in §. reſponſa prudentum inſti.de iur.nat.gent.& ciuil.operantur,ut qui gradum conſecutus eſt,poſsit publice illos omnes actus exercere quòd aliàs eis nō liceret l.prima, C. de ſtud. liber. vrb. Roma. libro undecimo, & probatur in dicta l.ſecunda,§. primus diuus Auguſtus, de orig.iur.

28 Et propterea dicit† Ripa in l;ex facto,quod baccalaurei & licentiati non habent ius interpretandi, cum tale ius annexum ſit dignitati ſeu officio per ea quæ tradit Innocent. in capitulo ſecundo de magiſtr.& Bologn.in authent.habita, C. ne fil.pro pa-
29 tre, iſtorum enim declaratio † cum ſit probabilis tantum,& non neceſſaria,ut per Doctor.in l.prima ſi certum petatur, & ſupradiximus libro primo in inſtrumento modorum topicorum, in loco ab auctoritate,& tradit Cæpo.in rubr.huius tit.in pande-

ſub

30 ſi b rumero 143. qui ait quòd benefacit iudex † ſi ho um opiniones ſ quitur, quando ſunt iuri conſonæ, arg. l ſi quando, §. primo ſi ſer. uendic. & l. in ſub ſt tutione de uulg & pupill. cum notat. in l. ultima, C. de pœn. iud. in capitulo primo & in capitulo ne inn. taris de conſtitut. poterunt in eorum ſcientijs atque artibus, in quibus gradum conſecuti fuerint, & conſequentur in iure diuino, Pontificio, atque Cæſareo declarationes atque interpretationes
31 edere, quæ † eatenus neceſsitatem habent quatenus concludentibus ac neceſſarijs rationibus conueniant, ea quæ ab illis traduntur eſſe uera, ut tradit Bartol. & alij in dicta l. prima ſi cert. petat.
32 ubi diximus. Mouet poſtea † Aurel. dicto capitulo ultimo ſub numero 46. difficultatem, quid ſi contingat ſuper iure diuino dubitari, an theologorum ſententiæ, an uero iuris pontificij Doctorum uoto ſit ſtandum, & reſoluit cum Petr. Ancharan. in quadam eius diſputatione incipiente antiquis & moder nis, quòd in ijs quæ pertinent ad moralem uitam & hominum actiones ad Deum eleuat ac derigit, interpretatio & declaratio ad iuris canonici interpretes ſpecter.

33 Quantum † uerò ad notitiã orthodoxæ fidei, & ſpirituale cõtemplationem attinet, theologis ſpectet, & ita in hanc quoque ſententiam citat Alexand. in conſilio 167 libro ſecundo & Andr. Sicul. conſilio ultimo columna octaua libro primo ubi tamen Sicul. nihil de hoc dicit, ſed eſt pulcherrimus locus apud Alexand. in conſilio primo ſub numero decimo libro ſecundo ubi ſic nuncupatim decidit hanc q ræſtionem, poſt Petr. de Ancharan. quamuis reſpe
34 ctu † cognitionis contractus uſurarij, Moder. Pariſ. ad Alexand. in dicto conſilio ſecundo ab Alexand. diſſentire Corradum de contr. quæſtio. 46. ſed cum Alexand. ſentit Ioann. Bapt. Sancto ſeuer. in l. prima ſub numero 44. & de ſumma Trinitate & fide Catholica.

Ego tamen non diſcedo ab illa diſtinctione Ale-
35 xandri † quæ ueriſima eſt, cum enim theologia ad duo potiſsimum ſe extendere dicatur, nempè ad ſpeculationem & actionem certe ſi ipſa aliquam ſui vtilitatem præſtare uelit, in ſolis ſpeculatiuis finibus non remanebit, ſed & ad uitæ actiones & ad humanos actus moderandos ſeſe accommodet neceſſe
36 erit, at hoc poſterius noſtrum eſt, cum † enim ſeries uitæ actiuæ in tribus conſiſtat, ut uiuatur honeſte, nemo & lædatur & ſuum ius cuique integrum tribuatur, in actum, illęſumque acillibatum præſerue tur & iſta tria nullius alterius, quàm iuris utriuſque traditione cognoſcantur, conſequens erit, ut quicquid ad uirtutes & uitia, aliaſq; humanæ uitæ actiones pertineat, a noſtro potiſsimum iure mutuetur, prout latius proſequitur Caſſan. in Catal glor. mundi part. 10. conſider. 22.

37 Cum igitur †† ea quæ a theologis circa uirtutes & uitia aliaſque humanas actiones traduntur omnia deſumantur a iuris pontificijs ac Cæſarei auctoribus, in iſtis pertractandis ad iuris utriuſque profeſſores recurrendum erit, a quibus & ipſi theologi deſumunt, non etiam ad ipſos theologos, qui nihil pluris quam iure pontificio & Cæſareo caueatur habent, & qui eorum iurium notitiam ac peritiam non ita adamuſsim callent, atque illi qui in utriuſque iuris ſcientia gradum conſecuti ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Statuta interpretari ſtatuentium munus eſſe, nu. 2.*
3 *Statutorum in interpretatione, ad populum ſtatuentem recurri, uel ab eo deputatos, non ad electos qui condidere ſtatuta, & functi ſunt eorum munere.*
4 *Poſſe illos tamen declarare ſecundum Baldum.*
5 *Sed contraſentire Ioan. Andr. nu 6.*
7 *Auctor ut diſtinguendo putet conciliari interſe poſſe prædictos patres.*
8 *Electos ad condenda ſtatuta durante eorum officio poſſe illa declarare & interpretari, & totum populum repreſentare.*
9 *Facere dicitur is cuius auctoritate fit.*
10 *Finito officio condendorum ſtatutorum, niſi populo committente non poſſunt electi declarare, numero 11. & 12.*
13 *Statuta quibus condere permiſſum eſt, eiſdem datum eſt illa interpretari, & qui ſint remiſſiue.*
14 *Iuxta perpetuam & temporariam eorum potestatem.*
15 *Priuilegia & reſcripta, in ambiguis, a concedentibus interpretationem recipere.*
16 *Si tamen ſint præſentes ſecundum aliquos.*
17 *Inferiorem a principe poſſe naturali ratione priuilegium uel reſcriptum interpretari.*
18 *Naturaliter ubi ſentimus fruſtra legem requirimus.*
19 *Bal. in l. cum de nouo in fine, C. de legi. declaratur.*
20 *Papam & Imperatorem adiri pro interpretatione priuilegiorum & reſcriptorum, ubi principaliter ſuper ijs dubitatur. ſecus ſi incidenter, quia etiam inferior interpretatur.*
21 *Papæ & Imperatoris interpretationes ſubſidiarias eſſe.*
22 *Papæ aut Imperatoris interpretationem, parti præiudicare, perinde ac ſi initio facta fuiſſet.*
23 *Etiam talis ab initio non fuiſſet.*
24 *In claris interpretationi locum non eſſe.*
25 *Diſtinctio de interpretationis diſputati ne principali atque incidenti, locum habere in iure diuino, pontificio, atque ciuili.*

Quis interpretatur ſtatuta, reſcripta, & priuilegia.

CAP. XXXVI.

1 QVod attinet ad ſtatuta iam certum ex hactenus deductis † eorum eſſe ea pariter interpretari quorum fuit condere, dicta l. ultima, C. de legi. cum ſimilib. ſupra relatis & habetur gloſſ. ualde notanda in capitulo ex parte ultimo, de uerborum ſignificatione in uerbo inter-

interpretatione, Cæpol.in rubr.huius tituli in pandect.ante numerum 144.Aurel.dicto capitulo ultimo sub numero 68. unde si ciuitas † habet facultatem condendi legem municipalem secundum l.omnes populi de iust.& iur.& dictũ §. ius autem de iur. nat. gent. & ciuil.si fecerit aliqua statuta, ad populum ipsius ciuitatis, uel ad decuriones recurretur pro interpretatione dictorum statutorum,si aliqua ambiguitas oriatur, Alberic.in prima parte statut. quæstio.tertia in dicta l.omnes populi in tertia quæstio.sexta princ.q facit text.in l.uideamus,§.ultimo cum l. sequentes de in iur. & in l. humanum, C. de legi.ait etiam Bartol.in dicta quæstio.tertia,quòd si aliquibus de populo data sit † a decurionibus uel populo facultas statuta condendi,indeque ambiguitas aliqua circa statutorum uerba oriatur interpretationem ad ipsos decuriones uel populum pertinere,non ad eos qui in uim auctoritatis collatæ statuerant cum eiusmodi conditores post edita atq; euulgata statuta eorũ officio puncti fuerint, priuatæ personæ remaneãt,quam decisionẽ cõmuni esse Doct. consensũ receptam attestatur Lanfranc.de interpretatio.stat. art. prim. Aurel. dicto capitulo ultimo sub numero 68. & facit text. in l. ab executore & in l.ultima de appellatio. & in l. iudex postquam de re iudic.

Est uerum †quòd Bald.in prima constitut. C.in §. quibus sub numero 4. concedere uidetur, quòd ij quibus data est facultas condendi statuta, possint ea declarare,quamuis non corrigere uel emendare, cui sententiæ uidetur quoque accedere Alexand.ad Bartol. in l. ab executione sub numero quinto post Bald.in l.ne in arbitris,C.de recept.arbitr.& specul. quos citat qui uolunt arbitrium etiam post latum laudum suum posse illud declarare & post gloss. & Ioan.Andr.in capitulo ex parte ultimo de uerborum signific. qui uidentur supponere quod electus ad constitutionem ferendam possit illam interpretari etiam finito illius officio.

Sed tamen est animaduertendum † quia Ioann. Andr.contrarium sentit in dicto capitulo ex parte in utroque dicto,quia quod ad primum attinet habet pro absoluto,quòd iudex post latam sententiam suam non possit aliquam eius facere interpretationem aut declarationem;quæ alicui partiũ sit præiudicialis,nisi partes ipsæ consentiant,arg.l.fi.de offi. præfect.urb.cum notat. in capitulo uenerabilem,§. final.de electio.iunctis l.si conuenerit de re iudic.& l.prima,§. ea post operis de oper.nou.nunti.uel a superiore talis potestas detur, ut in dicto capitulo ex parte ultimo de uerbor.sign.& in c.pastoralis,§.præterea de offic de leg.

Quantum uero ad secundum † concludit quòd statutarij electi ad concludenda statuta,si super illis postea orierur ambiguitas, non habent facultatem illa interpretandi eorum officio functi sunt, capitulo in literis de officio delegat. & ad §. exactis leg. secundæ de origin. iur. respondet quod ibi durabat officium.

Mihi igitur pro resolutione,istius difficultatis uidentur duo principales † esse casus considerandi, quòd aut scilicet durat officium istorum electorum, aut finitum est, primo casu consulunt Bartol.Ioann.Andr.& omnes quòd ad eos pro interpretatione statutorum, si quid ambiguitatis contingat recurrendum est dicta l. secunda, § eosdem, & quia isti electi durante † eorum officio representant passam ciuitatem, uel populum a quo ad statuta condenda sunt electi, Bartol. in l.absenti de donatio.in l.ambitiosa de decret.ab ord.faciend.l.secunda,§.neque hoc,sub numero sexto per illum textum inde est ac si populus ipse faceret & interpretaretur,qui † cuius auctoritate sit, facere dicitur dicto §.cum hoc,& l.prima,§.omnia enim,C.de uet.iur.enuc. & est uulgaris iuris regula quod qui per aliũ fit, per se ipsum facere uidetur,l ita autem,§.gessisse de administrat. tutor. l. tertia,§. deiecisse de ui & ui arma. & lege certe, §. primo de præscr. & uulgr. capitulo qui per alium de regulis iur.libro sexto.

Secundo casu quando est † finitum eorum officium, est rursus distinguendum quod aut id fecerunt populo ita committente,aut sine auctoritate populi, priore casu poterunt declarare & interpretari & tantum ualebit eorum interpretatio quatum ipsius populi per ea quæ supra dicta sunt & predictum capitulum ex parte ultimo. Secundum intellectum Ioann. Andr.in dicto capitulo pastoralis,§.præterea de officio delegat. ita † intelligendus est Bald.in dicto §. quibus sub numero quarto.

Posteriore uero casu sit uera Bartol. & communis opinio, ut cum functi fuerint eorum officio † non possint amplius declarare nec interpretari,dicto capitulo in literis de offic.delegat. dicta l. iudex posteaquam de re iudic.cum simi.sed transeat populum uel in successores electos a populo, quia interpretandi est annexum dignitati uel officio ut exmente Bart.declarat Ripa in l.ex facto sub nu.primo de uulgar.& pupillar. cætera quæ ad hoc caput applicari possent opportuniore loco tradidimus libro octauo,ubi egimus de interpretatiua statutorum significatione.

Et hæc omnia quæ hactenus diximus in materia statutariæ interpretationis ac declarationis, locum habent in omnibus ijs personis † quibus statuendere permissum est, quas recensẽt Bartol.in l.omnes populi in quarta quæstione primæ quæstionis princip. sub numero octauo distinguendo ut graciter, diserte, ac notanter distinguit, quam distinctio.sequitur Angel. in §. ius ciuile sub nu.§.institut. de iur.nat.gran. & ciuil. & est de eius Auber.in prima part.stat.quæstio. tertia & Host.in summa de constitutio. uersiculo quis possit facere constitutionem,quamuis non ita plene distinguat ut facit Bartol. a quo nec Ias. nec cæteri dissentiant in dicta l.omnes præterquam in eo dum Bartol.uoluit statuta condere fore iurisdictionis,quæ de ea est contentio inter doctores, prout dicitur, longa perpetuam uel temporalem † potestatem conderestatuta habuerint conditores ad eos uel semper uel durante potestate tantum recurremus,ex prædictis pra diximus.

Circa

15 Circa priuilegia & rescripta † conueniunt iuris interpretes, ut ab eorum conditoribus debeant declarari, ut de priuilegijs uidetur esse tex. in c. cum ueniissent ubi tradunt glo. & doctor de iudi. & in c. cum tempore de arb. tr. in cap. inter alia de sent. ex commun. in l. ex facto de uulg. & pup. in l. Neratius de reg. iur. in cap. cum dilecti de donatio Bald. in capit. primo, de leg. Corra. in usi feud. in princ. ubi expresse ait priuilegia id commune cum legibus habent ut perinde atque leges ipsæ ab auctoribus debeant interpretari, de rescriptis nota. per Innoc. in capitulo cum ecclesiasticæ de exceptio. Bald. in l. rescripta, C. de precibus Imper. offer. Dec. in dict. cap. cum ecclesiasticæ post alios plures quos refert & sunt plura iura quæ hoc dicunt in capitulo ex multiplici de decim. in cap. dilecto de uerbo. sign. in cap cum in illis in princ. de præben. in sexto, in c. secundo requiris de appellatio. & ita concludit Bal. per illum tex. in l. ex facto, in tertio notab. de uulg. & pupill. & plenius Ripa in eadem lege ex facto sub
16 num. sexto, ubi refert Panor. † intelligere hanc assertionem esse ueram si princeps sit præsens, ac posset adiri, aliàs inferior poterit interpretari rescriptum principis, ut not. idem Abb. in cap. cum ueniissent, colum. secunda, de iudic. per illum tex. quamuis ip-
17 se intelligat † quod ex ratione naturali possit inferior principe rescriptum interpretari ac declarare rescripta & priuilegia principum, etiam si facile
18 possit adiri, quia ubi naturaliter † sentimus frustra legem requirimus, secundum Arist. quem allegat Ang. consi. 317. in quæstione uertente inter illustr. & id uidetur colligi ex tex. in dicta l. ex facto, & fuit se se ex intentione Barto in d. l. omnes populi in tertia quæst. 6. quæstionis princip. & ita ait restringi
19 debere † dictum Bald. in l. cum de nouo in fine, C. de legi. ubi dicit quòd data præsentia principis, nullus declarat eius rescripta.

20 Declaratur secundo, quod † dictum de summo Pontif. & principe adeundo in interpretationibus, priuilegiorum, gratiarum, rescriptorum dispensationũ, & alijs ciusmodi, ut procedat, quando principaliter contingit de prædictis disputare, secus si incidenter, quia tunc etiam iudex inferior poterit declarare & interpretari quantum ad præiudicium & commodum partium illum adeuntium, Abb. Deci. & alij in dicto capitulo, cum ueniissent de iudic. post Innoc. in capit. cum speciali de appellatio.
21 quasi Papæ aut † Imperatoris interpretatio subsidiaria sit. ita pulchre declarat Dec. qui alios addit in l. in ambiguis orationibus sub num. secundo, & tertio, de reg. iur. ubi alios addit, & Aurel. Dauid d. cap. ult. sub nu. 72.

22 Declaratur † tertio in tantum procedere, ut interpretatio uel declaratio Papæ aut principis ita præiudicet parti cui etiam ius quæsitum sit, ut in dubiũ reuocare non possit, quòd ab initio talis non esset
23 mens Sum. Pontif. aut principis, quia etiamsi talis non fuisset, nihilominus præiudicat, Ang. in consil. 273. ratio dubium Castr. in l. heredes palam, §. si quid de testam. col. 2. Dec in d. c. cum ueniissent, & in dicta l. in ambiguis sub nu. 4. Aurel. in dicto cap. ultim. sub numero septuagesimo secundo.

24 Vbi † uero uerba esset clara tunc ad neminem recurritur, per reg. l. continuus, §. cum ita de uerb. obli. & l. ille aut ille §. 1. de leg. 3. & ita probant om
25 nes in locis supra citatis. Quæ † omnia intelligenda quoq; sunt procedere, cum agitur de interpretatione iuris diuini, Pontificij ac ciuilis ut per Aurel. loc. citat. sub numero septuagesimo, & septuagesimoprimo, quia in ea quoque distinguere oportet an principaliter, uel incidenter de tali interpretatione agatur, ut per omnes in locis proximè citatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudiciorum plura esse acta quæ uario modo interpretantur.*
2 *Consuetudinem ex actibus differmibus induci non posse.*
3 *Libellus præcedere solet citationem.*
4 *Libellus per actorem interpretatur.*
5 *Libelli obscuri declarationem ab hærede fieri non posse, nu. 6.*
7 *Hæres iuramentum declarare potest.*
8 *Actorem putare hæredem uerisimiliter informatum declarare libellum defuncti, non informatum non item nu. 9. & 10,*
11 *Citationis declarationem pertinere ad illum ad cuius instantiam transmittitur.*
12 *Nisi ita sit in certa ac obscura, ut intelligi non possit.*
13 *Citatio ad definitiuam sententiam audiendam debet esse specifica, atque præcisa.*
14 *Citationem debere semper continere nomen nuntij, per quam transmittitur.*
15 *Exceptionem Reus interpretatur actore opponente, quamsi non probet succumbit, nu. 16. & 17.*
18 *Litis contestationem quis interpretatur,*
19 *Litem contestatã fuisse partes ubi appareat, ex actis, iudex debet pronuntiare illam ualidam esse.*
Ex communi ibid.
20 *Et quibus rationibus, nu. 21.*
22 *Positionis incertitudo nimia uitiat.*
23 *Positiones, ponens declarat.*
24 *Quod & in alijs interrogationibus, & capitulis, obtinet num. 25.*
26 *Confessio incerta non ualet.*
Confessio incerta & nullo modo facta comparantur, num. 27.
28 *Confessio a confitente declaratur.*
29 *Confessum se fecisse homicidium, ex interuallo confessionem suam posse declarare.*
Sed nisi probet declarationem condemnatur, numero 30.
31 *Confessionem iudex interpretatur ad fauorem confitentis.*
32 *Et quomodo.*
33 *Testium dicta quis interpretetur, numero 34. 35. & 36.*
Secundum uarias ueterum sententias.

37 *Auctor quid putet resoluendum esse ea in controuersia.*
38 *Testium dicta ad concordiam reducenda esse.*
39 *Testium ambigua dicta contra producentem interpretari.*
40 *Timorem subornationis post publicatas attestationes in testibus militare.*
41 *Declaratio quam facit testis post publicatas attestationes potius dicitur noua dispositio, quàm declaratio.*
42 *Iudici quando licitum sit repetere testes pro declaratione eorum dicti.*
Instrumenta fieri ad probationem contractuum, numero 43.
44 *Instrumentorum ambiguorum interpretatem fieri contra producentem.*
45 *Instrumentum tacite intelligitur fateri omnia quæ in instrumento continentur.*
Et dummodo intelligatur, ibi.
46 *Testes de auditu, & alias inualidi, probant contra producentem.*
47 *A testibus ad instrumenta ualet argument.*
Notarium posse declarare clausulas ab illo appositas in instrumento, ibi.
Iuramentum declarari a Summo Pontifice, numero 48.
49 *Textus in cap. venerabilem de electio. quomodo sit intelligendus.*
50 *Iudicem ecclesiasticum, in causa iuramenti adeundum esse.*
51 *Praxis, quæ obseruetur in contraueniendo contractui iurato.*
52 *Habilitatio a iuramento conceditur a iudice ecclesiastico etiam parte non citata.*
53 *Sententiæ interpretationem qui putent ad iudicem spectare.*
54 *Qui contra opinentur.*
55 *Quid sentiat Auctor, numero 56.57.58. & 59.*
60 *Vbi late distinguit appellationem quis interpretetur, nu.61.62.*
Vbi referuntur uariæ sententiæ, & quid sit tenendum, ibid.
61 *Declaratio ab appellante facienda, an intra decem dies datos ad appellandum facienda sit, nume.64. 65.66. & 67.*
Vbi referuntur Io. And. & aliorum pugnantes opinio.
68 *Sed distinguendum esse ut docet Auctor, nu.69. & 70.*

Quis interpretatur iudicia, & iudiciorum actu.

CAP. XXXVII.

1 VAntum ad iudicia sciendum est quòd cum plura eorũ sint † acta, ut traditur a scribentib. per illum tex. in l. quoniam cõtra de probatio, ubi præsertim latè Lanfranc. de Orian. & latè per Rober. Marant. de ordin. iudicio. per totum, non posse dari regul. generalem ac uniformem, quia tum ex diuersitate actorum, diuersæ quoque a diuersis sint faciendæ interpretationes, non potest uniformis da
2 ri regulæ, ut nec ex actibus † dissormibus possit in duci consuetudo uniformis, Bar. in l. secunda, circa finem prin. solut. matr. Craue. in consilio 313. sub numero quarto, quamobrem singulatim discurrendo per acta iudicij, exordium faciemus a libello,
3 qui in praxi præcedere † solet citationem, ut scribit Felyn. in capitu. primo, colum. 1. de libell. oblatio. Marant. de ordin. iudi. par. 6. in titul. de libel. oblat. sub num. 17. in quo Bar. & alij cõiter uolunt, illius obscurorum uerborum interpretationem faciendã
4 esse † per actorem per tex. in l. si quis intentione ambigua de iudi. ubi glo. Bar. & alij tradunt & est tex. in l. idem Pomponius scribit si frumentum derelictum uendic. Ias. in §. curare instit. de actio. Bar & alij in l. inter stipulantem §. 1. de uerbo. obli. Dec. in l. dicta sub numero 50. C. de eden. ubi post Bar. Alex. & alios quos citat idem concludit, quinimmo usque adeo ad personam actoris attinere hanc declaratio
5 nem, ut etiam ab hærede † fieri non possit libelli obscuri declaratio & tradunt Bar. & alij in lectura supra cita. & Alexand. in dicta l. edita. C. de eden. cuius tamen contrarium defendit ibi Dec. sub dicto numero 50. Tum quia hæres † in ambiguis
6 declarare solet uoluntatem defuncti, dicta l. si quis plures de legatis primo, Bar. in l. gerit uerbo. uenio ad quartum de acquirenda hæredit. Tum quia regulariter eiusdem iuris est cuius fuit defunctus, l. hæredem de regulis iuris, & factum hæredis reputatur factum defuncti Ang. in consi. 281. Brunellus & factum nomine defuncti ratificari potest per hæredem, l. si sine §. si procuratori rem rat. haberi, tum denique quia facultas hæc declarandi defertur a lege, unde quemadmodum iuramentum † a lege de-
7 latum hæres præstare potest loco defuncti, ut per Alexand. in l. penult. uersiculo hoc iudicium columna prima, si quis cautio. sic & declarationem istam faciet.

8 Ego putarem † distinguendum esse inter ambiguitatem de qua probabiliter potest esse hæres informatus, & eam de qua non potest esse uerisimiliter informatus, ut priore casu facultas declarandi transeat ad hæredem posteriore uero non item, per ea quæ scribit Plot. in l. si quando C. unde ui sub numero 619. 620. & 621. post Iaso. Socin. & alios communiter in l. penultim. §. fin. ne quis eum in l. admonendi de iureiuran. & præsertim per Iaso. in dicta l. si quando sub num. 35. in fin. uersiculo limita tamẽ & in dicta l. admonendi columna finali. in fine sub numero 119.

9 Tunc enim quando quis probabiliter † est informatus procedit illa communis conclusio, quæ habet, iurandi facultatem a lege delatam transire ad hæredes, quam firmant Doctor. in dicta l. per §. finali ne quis eum, & quam dicit approbasse Excellentissimum Senatum Mediolani existente eiusdem ordinis præside Petro Paulo Arrigono uiro consulto grauissimo & secundum eandem iudicasse sacrum consilium Neapolitanum ut habetur

apud Afflict.dec.169.in dicta cauſa. Et hæc quo
10 que † diſtinctio fuit de mente Craue.in conſi.287. colum.fi.Soc.in conſi.89.colum.fin.lib.3. Catellia. Cotta in uerſi. iurandi facultas & nouiſſime eandē amplectitur Phanuc.de in lit.iur.par.2.ſub num.4. ver.& hanc communem concluſionem & ſeq.quando autem præſumatur hæres eſſe informatus declarat plene Plot.in dicta l.ſi quando, C. unde ui ſub num.921.& Phanuc.in d.2. par.ſub fin.d.num.4.

11 Quòad citationem † quæ ſubſequitur libellum, uelaliter tranſmittitur reo,qui conuenitur, dicendum eſt,quòd eius obſcuritatis declaratio pertinet ad illum,ad cuius inſtātiam proceſsit,ut ſcribit Specul.in titu.de cita.†.primo,Doctor.in capitulo fi.de reſcript.& in l.in iudicijs de iudi.quibus accedit Aurel.dicto cap.ult.ſub num.80.hoc tamen ita intelli
12 gendū eſt modo citatio non ſit adeo † incerta & obſcura ut non poſsit intelligi, quia tunc nihil ualet, Ludo.Roma.in conſi.369. circa primum in ſecunda col.per tex.in dicta l.aut qui aliter §.ſi quis denū tiauerit,quod ui aut clam.Marſ. pulchre in rubr.C. probatio.ſub nu.393.ubi ſub nu.394.quicquid pleriq; ſenſerint tenet cum Bar.in d.l.aut qui aliter §.j. quòd ſiue citatio fiat ab ordinario ſiue a Delegato
13 ſemper debet ſpecifica eſſe ac præciſa † maximè cū ſit ad definitiuam ſententiam audiendam,& ſub nume.395. niſi citandus ſit incertus debere ſemper cōtinere ait perſonam certam citandi cum nominis, & cognominis expreſsione,& ſcribit Gemi. in c.fi. de electio.libro ſexto,& Bald.in l.ſi curatoris, I. C. de iur.delib.cum ſimil.ab eo.citat.& ſub num.395.
14 admonet debere ſemper citationem † continere nomen nuntij per quem tranſmittenda ſit citatio, alioqui nullam eſſe per inſignem Bal.doctrinam in l.eius qui in prouincia,in tertia columna uerſi.præterea &c.ibi & in nuntio uidetur clarius Aret.in cō ſil.32.conſultatio præmiſſa col.4.uer.nec poteſt dici,& idem Mar.in ſing.235.procuratores &c.

15 In excepti onibus † cum ſemper Reus ſit Actor l. prima,de excep.l.in exceptionib.de probat. faciēda erit concluſio,quod obſcuræ exceptionis declaratio ad ipſum reum ſpectet.ut firmat Abb.in c.cō ſuluit de iud.& in c.paſtoralis in fin.de exceptio. & probatur ratione,nam ſi actor debet libellum obcurum & ambiguum declarare,ut ſupra uidimus. Sic etiam Reus exceptionem, cum in illa ſit actor, ut iam dictum eſt, & exceptio dicatur eſſe libellus Rei,ut dicit Bar.in l.j.C.de iis quę pen.nom. quē refert ac ſeq.Aurel.d.c.ult.ſub nu.83.Et ita actoreop
16 ponente dēat Reus cogi ad declarādū exceptio nē ut cogitur actor declarare libellum ad obiectionē rei Bar.in d.l.ſi quis intentione ambigua quib.ad ſti pulantur quæ ſcribit Ang.in l.Titiæ textores de lega.1.Bal in l.age cum Geminiano,C.de tranſ.& in
17 l.fi. C.de ſideiuſſor.& ita reo † non probante exceptionem ſuam debeat ſecundum actorem iudicari, quemadmodum Actore non implente intētionem ſuam debet Reus abſolui,l.qui accuſare C.de eden. l.actor,C.de probat.d.l.1.de except. & d.l.in exceptionibus de probatio.

18 Quantum ad litis † conteſtationem, dicēdum eſt, quòd aut ambiguitas reſurgit ex parte actoris, aut ex parte rei, aut ex parte notarij qui rogatus eſt de actis ipſius conteſtationis, primo caſu ſpectat declaratio ad actorem, per ea quæ ſupra diximus in libello & citatione, in ſecunda ſpectat ad reum per ea quæ diximus ſupra in exceptionibus. Tertio caſu ueluti cum reperitur in actis tali die
19 partes fuiſſe † litem conſtatas, iudex pronuntiare debet ualidam eſſe illam litis conteſtationem,ac per eam ſcripturam probatam eſſe, ſic firmat Alex.in l. ſciendum ſub nu.48.poſt Angel. & Imol.& Bart.ac Imol.in l.quod ſi dubitetur de acquiren.hæred.Hoſtien. Ioan. Andr. & Butri.in capitulo primo de lit. conteſtat. qui etiam atteſtatur hanc opinionem communiter eſſe receptam quique reſpondet ad obiectionem Bald.qui contrarium tenuit in dicta l. quod ſi dubitetur & in l. prima, C. de iur. haſt. fiſcal.libro decimo,cius ſententiæ ante illum fuit ſpecul.in tit.de litis conteſtat.§.ſecundo uerſic.quidam autem lecta,quem refert.Bart.in dicta l.quod ſi dubitetur in l hæres inſtitutus de acquirend. hæredit.
20 quamuis illum reprobet & huius communis † ſententiæ duplex eſt ratio, altera quod ex actis ipſius proceſſus ſatis conſtare ſemper poteſt an per negationem fuerit facta litis conteſtatio,unde ſatis ſemper dicetur res uerſari in claris per relationem ad aliud,l.aſſe toto de hæredibus inſtitut.l.ſi ita ſcripſero de condit.& demonſtrat.& l certum ubi tradunt communiter Doctor.ſi cert.petat.& late diximus ſupra lib.2.cap.13.

21 Quia ſatis eſt apparere de litis † conteſtatione, quomodocunque illa facta fuerit,unde quęrendum non eſt quomodo facta fuerit l.Gallus,§.ſi eius ad finem, & §. & quid ſi tantum ubi communiter Doct. de lib.& poſth.& ita Bar. conclu.in locis omnib.ſuci.ſui cōmuni conſenſu ceteri interpretes accedunt.

22 Circa poſitiones † quamuis regula ſit, ut incertitudo vitiet poſitiones,& ambiguitas uel obſcuritas, ut per ſpecul.in tit.de poſitio.§.6.uer.item ad,pract. Pap.in forma reſponſionis ad poſitiones in gloſſ.in uerſic.incertæ, Bart.in l.inter ſtipulantem,§.1.de uerbor.obligat.ubi Alex.Iaſ.& alij,idem Bart. Bald.& Alexa.in dicta l. ſi quis inientione ambigua,Marſil. in dicta Rubric. C. de probatio. ſub numero 287. quo loci pulcherrime explicat per plures columnas uſque in fin.dictæ rubr.materiam incertitudinis,ni-
23 hilominus recipitur ea concluſio,† ut ad ponentem ſpectare debeat obſcuræ uel ambiguæ poſitionis interpretatio, ut tradit ſpeculator, de poſitio. §. ſeptimo ſub nuumero undecimo ſupra relato & ſub nu.43.ubi ait poſitionem duplicem & alternatiuam ſingulatim ponendam atque explicandam.

24 Ibique ſimiliter concludit idem eſſe in aliis interrogationibus quæ in iudicijs ſuggerente æquitate fierent,ut toto titulo de interrogat. actio.

25 Item in articulis † ſeu capitulis,quæ pariter a parte parti tranſmitterentur, ut refert ac ſequitur Aurel.ſub numero 85.

26 Confeſsio quoque † incerta & ambigua regulariter non valet. l.certum, de confeſ. l.de ætate. §. nihil, de interrog. actio. Specul.in titu.de confeſ.

§.primo, verſicu.octauo,& in tit.de poſitio. in §.9. ue ſic.ult.& in tit.de locato.§.nunc aliqua,uer.62.

27 ibi item confitetur,vbi dicit quòd† confeſsio incerta & nullo modo facta parificantur Marſ. in dicta rubrica. C. de probatio. ſub numero 388. nihilominus ſi in iudicio ſimpliciter facta ſit, a confiten-

28 te† declaratur,ut per Bart in dicta l.ſi quis intentione ambigua,columna ſecunda, de iudi. ubi regulam generalem ponit Abba. in capit. cùm dilectus de accuſ. Iaſ. in l.ut uim, de iuſt.& iu. ubi refert pulcherrimum dictum Bal. circa hoc quamuis de illo ipſe dubitet,nam Bal.in c.1. in §.item ſi vaſallus,in ultima colum. de controuer inueſtitu. per tex.in cap.cùm dilectus, de accuſatio.affirmat

29 quòd ſi quis† confeſſus eſt ſe feciſſe homicidium poſſe illum ex interuallo declarare confeſsionem ſuam, & dicere ſe feciſſe ad defenſionem ſuam quam aſſertionem repetijt Bal. in pluribus alijs locis,quos refert Iaſ.ſub dicto numero 13.quàm tamen nec Alexand.nec Iaſ. auſi ſunt firmare, ut uidere eſt apud eundem Iaſ.ſub d.num.13.

Poteſt tamen pro reſolutione dici, reum quidem poſſe† confeſsionem ſuam ſimpliciter factã eo modo declarare, ſed niſi in proceſſu defenſiuo concludenter probauerit dictam declarationem condemnari poſſe, ſecundum communem opinionem de qua teſtatur Boer.deciſ.164.ſub num.11. in fine,& num.14. in fi. & D.Clar. in prax. crim. in q.55.ſub num.16.in fi.& in §.homicidium, ſub nu.35.ubi erit videndum.

31 Eſt inſuper aduertendum† quòd confeſsio ſolet per iudicem quoq; interpretari in fauorem cõfitentis,vt ſcri.Dec.in conſ.189.col.7.in fi.& refert ac ſequitur Marant.de ord.iud.par.6. ſub tit.de cõfeſ. ſub nu.32. ubi ait hoc eſſe notandum, quia in alijs actibus & probationibus dicimus contrariũ, videlicet quòd probatio dubia debet interpretari contra probantem,cap.in præſentia, de probatiõ.

32 l.veteribus de pact.ſubdit tamen† rectè intuendo idem in confeſsione eſſe, quia producitur per alteram partem contra partem confitentem, unde cùm in dubio fiat interpretatio pro confitente; idem in ea atque in alijs probationibus ſeruatur.

33 Teſtium depoſitiones† Bal. in l.fi. C. ſi minor ſe maio.dixe. uidetur voluiſſe debere interpretari a producente, dùm inquit interpretationem contra eum fieri niſi obſcura probatio a producente declaretur,Abb.in c.cùm Ioannes de fid.inſtru.uidetur voluiſſe ex aduerſarij confeſsione.& per articulos ad quos refertur debere declarationẽ ſummere. Alij voluerunt quos ſequitur Aurel. dicto capit,vlt ſub num,88, ac teſtibus ipſis debere hanc declarationem fieri, & propterea iudici concedi

34 eius declarationis habendæ gratia,† teſtes ipſos repetere denuoq; examinare ſecundũ Bar. in l.quicquid adſtringendæ,de ver.obl.& Io.de Portona.in l.inter ſtipulantem. §.1.eo, non tamen cogendum eſſe,inuitum iudicem, ad faciẽdum; ut teſtis ſuam obſcuram depoſitionem declaret,ut uoluit glo.in auth.de teſti.§.quoniam, ad quod facit l.non quicquid,de iudi.& quę congerit Ale.in l.4.§.hoc autẽ iudicium,de dam.infec.neque etiam iudicẽ ipſum a ſe met tales teſtium depoſitiones obſcuras de-

35 clarare poſſe.Bar.in d.l.inter† ſtipulantem §.1.ſub nu.6.uerſic.quandoque ſunt uerba prolata ab alio aliter diſtinguit hunc in modum, uidelicet, quandoque ſunt uerba prolata ab alio non ab ipſis litigantibus,ut in teſte, uel defunctus eſt aliquis, qui protulit uerba ſucceſſorem habens, & tunc aut tuis facere interpretationem cauſa uitandi aliquã contrarietatem,& tunc poteſt fieri interpretatio, ut hic eſt caſus extra de teſti. in c. cum tu, & in l. conſtit.C. §.quibus,aut tu non uis facere cauſa uitandi contrarietatem ſed ut profit alij,uel propter aliquam aliam cauſam, & tunc non poteſt fieri, ſed illud uerbum dubium non ualet, ut cap.in præſentia,extra de probatio.& hic in gl. & l. Pomponius idem ſcribit ſi frumentum, in fin.ſupra de rei uendic. ſi verò inſurgit dubietas circa aliud quam circa uerba,& tũc recurre ad dicta doctorum, aut loquimur in ijs quæ pertinent ad litis ordinationẽ, & tunc ſi actor inſtat & proſequitur fauemus actori ut in l.de die in prin. qui ſatiſd.cog ſi uerò actor non inſtat fauemus reo,ut l.ſi ea. C.qui accuſ.non poſſ.& l.properandum.§.& ſi quidem, & §.ſin autem. C.de iud.aut in his quæ pertinent ad litis deciſionem & tunc fit interpretatio pro liberatione, ut l.Arrianus,de actio. & oblig. & l.lege Iulia, de manumiſſ.

36 Et cum iſta† diſtinctione Bar tranſit Bal. de teſtib. ſub nũ.25. Iaſ. & alij in l.inter ſtipulantem §. primo,& uidetur de mente Innoc. in cap. cauſam quæ de teſtib.

37 Mihi autem† pro reſolutione iſtius difficultatis ſic uidetur eſſe dicendum, quod aut agimus de interpretatione & declaratione facienda, pro ſeruãdis teſtibus a contrarietate, aut pro facienda probatione cõcludentiore amota obſcuritate per declarationem, aut de illa per ſe concludente magis adiuuanda: Primo caſu,ego opinor & teſti & parti producenti,ac iudici licere interpretationem facere ad ſeruandos teſtes a contrarietate ac a pena falſi per illam vulg. Doct. aſſertionem quæ habet

38 teſtium dicta† ad concordiam reducendi eſſe, interpretationeq; adiuuanda eſſe,Bar.& Doc.cõter in l.2.§.creditum,ſi cer. pet. ibiq; latè inter cæteros Ale.& Iaſ.gl.& Doc.in c cum tu, & c. in noſtra præſentia,de teſti.non aũt cauillanda eſſe Inn. in c.cauſam quæ de reſcr.ubi et Bal.& in l.de quib. col.fi.Ale.in conſ.49.ſub nu.15 uol.3.249.ſub nu. 16.uol.5.& 184.nu.10.uol.3.Iaſ.in l.nõ hoc C.un de leg.ſub nu.11.& in l.ſi fideiuſſor,in fi.qui ſatiſd. cog.Cur.ſen.de teſti.col.fi concl.6. Secundo caſu

39 puto nullam† neq; a parte,neq; a teſte,neq; a iudice faciendam eſſe interpretationem ſiue obſcuritas cadat circa principale ipſum negocium, ſiue circa acceſſoria ſubſtantialia eiuſdem negocij aut circa declarationem Bar.in l.eos ad l. Cor. de falſ.quę cæteri ſequuntur, quia cum probatio ambigua ſit interpretanda contra producentem l. non hoc C. unde legit.l.neq; natales. C.de prob.c.in pũctia de prob.non erit tollẽda ambiguitas interpretatione

vel

vel declaratione, ut pro ipso producēte interpretet probatio, l. si quando de leg. 1. & l. quod fauore, C.
40 de legi. cum simil. tanto magis † quia in declaratione faciēda circa principale negocium, subest timor subornationis, cum non nisi post publicatas attestationes possit talis interpretio aut declaratio fieri, & post didicita, ut uocant, testificata, per ea quę late scribit Maria. seni. in cap. fraternitatis de testib. & probat tex. in §. quia uero multi in auth. de testibus in capitulo penult. eod. tit. in clemen. secunda, de testib.

41 Tum etiam quia † talis declaratio quam faceret testis, diceretur potius noua depositio, quam declaratio, quæ testi posteaquam examinatus est, & sic post perfectum atque absolutum illius examen, permissa esse non debet, per ea quæ scribit Castr. in dicta l. hæredes palam §. si quid de testam. & Deci. in dicta l. edita sub nu. 48. C. de eden. & supra diximus ad aliud propositum.

42 Tertio uerò & ultimo † casu, crederem licitum esse patti, testi, & iudici repetendo testes declarare dicta testium, quia talis declaratio nihil noui inducit, & stat in simplicib. terminis declarationis, quæ uidetur quocunque tempore permissa, ut per Cas. & Dec. in locis supra cita. Quod si in hoc capite alicui distinctioni locus esse debeat, ego reciperem illam distinctionem Dyn. Bar. & aliorum qui distinguunt interlitis ordinatoria, & decisoria declarando, ut per Bart. supra relatum in dicta l. inter stipulantem §. 1. col. 2. ad fin.

Quantum ad instrumenta, cum illa fiant ad probationem † contractuum, l. contrahitur de pignor.
43 & tradunt Doctor. in §. primo, inst. de empt. & uenditio. & ambulant paribus passibus cum testibus, l. in exercendis C. de fid. instrumen. iuxta ea quæ dicta sunt in testibus & infra dicemus in contractib. resoluenda erit eorum declarationis atque interpretationis materia, & regulariter verba instrumē-
44 torum ambigua, & obscura interpretanda † erunt contra producentem & e contra se fundantem in illis, per tex. in dicta l. ueteribus de pactis ubi Bar. Alberi. & alij notant, & dicto capitulo in præsentia de probatio. & supra diximus libro tertio, capitulo 17. & propterea producens instrumentum tacitè
45 † intelligitur fateri omnia, quæ in illo continentur, l. cum precum, C. de liber. causa Bar. in l. certum, §. si quis absente de confess. Paris. in consil. 125. sub num. 20. lib. primo, cum simil. Quam assertionem declarat Cefal. tribus ualde notandis modis in consilio 236. sub nu. 18. & tribus seq. qui apud illum videri poterunt.

Videtur tamen aduersus illius declarationes ob-
46 stare solum, quòd † contra producentem testes probant illi etiamsi de auditu, de credulitate, & aliàs inualidi sint, & etiam si pars nollet eis uti, & etiam si essent singulares uel unicus tantum Abb. in capitulo præsentium sub numero octauo, de test. Roma in consil. 104. ad fina. Cauet. in consilio 188. sub nu. 5. Alex. in consi. 191. col. pen. lib. 7. Soc. iun. in consi 69. sub nu. 11. lib. 1. idem Cæsal. consil. 65. sub nu. 55. & consi. 82. sub nu. 47.

47 Ita testibus † ad instrumenta & e contra ualidè ratiocinamur, dicta l. in exercendis, C. de fid. instrumen. & supra diximus in loco a simili lib. quinto, potest tamen notarius & debet, si interrogatur declarare clausulas ab eo in instrumento appositas, ut declarat, Rip. in l. prima, sub num. 31. post alios a se citatos, ff. si cer. pet.

48 Quantum ad iuramentum, † tametsi uideatur esse tex. in cap. uenerabilem in fine de electio. quod ad solum Pontificem eius declaratio spectet, quod uidetur uoluisse & glo. in cap. petitio de iureiuran. Attamen uidentur frequentius in id conuenire Doct. ut etiam iudex inferior, modo sit ecclesiasticus, illud declarare possit ita firmat Bald. quem sequitur Sal. in l. nec in operis, C. de oper. lib. not. Butr. in capitu quanto de iureiur. & alij quos citat, Veron. in rubr. huius tituli in pandect. sub nu. 145. & ita uult Abb. in capitulo cum uenissent de iudi. sub num. quarto & in dicto capitulo uenerabilem, sub num. 13. de electio. ubi citat Specul. in tit. de legat. §. nunc ostendendum, uersicu 24. ubi ait quòd etiam episcopus potest interpretari iuramentum, allegat cap. si-
49 gnificante de pigno. & † ad text. in dicto capitulo uenerabilem de electio. respondet dupliciter primum quòd procedit in negocio arduo & inter magnas personas, uel quando uult Papa dare licentiam contrauenienti, sine permutatione uel alia commutatione in melius, quod dictum dicit Abb. esse multum menti tenendum pro limitatione dicti cap. uenerabilem ubi doctor. communiter transiuerunt inhærentes uerbis literæ & pro hoc dicto Specul. adducit Innocen. in capitulo debitores de iureiur. & quæ ibi ipsemet Abbas tradit, & quòd
50 propter iuramentum † adiri debeat iudex ecclesiasticus, quia iuramentum addit forum foro, tradunt Io. Andr. & alij in cap. si. de for. compet. & etiam si lis inchoata foret coram iudice seculari, secundum Bald. in l. prima, in ult. colum. C. de reb. credit. & clarius in auth. sacramenta puberum, C. si aduers. uenditio. quam seq. Ias. in l. nulli sub num 7. C. de iud. & quòd ibi uersatur controuersia super iuramento semper debeat adiri iudex ecclesiasticus tradit Curt. sen. in consi. 66. colum. antepen. uersi. secunda conclusio & propterea ubi contraueniendi sit contractui iu-
51 rato, solet † in praxi obseruari, ut ab ordinario loci ecclesiastico seu illius uicario impetret habilitatio seu absolutio a iuramēto quātū ad hoc ut eximatur a uinculis iuris canonici, ut sine timore periurii, possit agendo contrauenire dicto contractui iurato uel agi ad illius rescissionem, aut declarationem illius nullitatis ut per Abba. in consi. octauo, ad fi. li. 2 Nat. in consi. 631. sub nu. 8. D. Alciat. in consil. 496. sub num. 9. & 10. & in dicto cons 97. sub nu. 25. cum
52 simil. quæ absolutio seu habilitatio † potest concedi a iudice ecclesiastico etiam parte aduersa non citata, & super simplici suplici libello partis petentis se habilitari, sicque causa non cognita, secus ubi totalis peteretur relaxatio iuramenti, quia tunc causa cognita & parte citata debet fieri, ut pulchre distinguit Curt. senio. in consi 65. colum. fina. sub numero 28. uersiculo. & ubi, quod notandum est quia dicit se

uidisse sæpius iudices ecclesiasticos in hoc errare, & ego uidi aliquos non postremi nominis Aduocatos non bene sentire.

53 Circa sententias † docto. uelle uideretur quod si obscuritas aliqua uel ambiguitas oriatur in ijs, ad iudices qui illas protulerint spectet easdem interpretari declarareque ac manifesta facere, per nota. in l. hę redes palam de testam. §. primo, & in l. secunda, C. de senten. ex breuic. recit. Bar. in dicta l. ab executore, de appellatio. & in l. ne in arbitris C. de recept. arbitri. id que uerum esse affirmant, siue interlocutoria, siue definitiua sit, ut per doct. in l. quicquid ad ringendæ de uerbo. obligatio, in l. actorum de re iudi. & in dicta l. ab executore de appellatio.

54 Sed in contrarium † obstat auctoritas illa Ioan. Andr. in dicto capit. ex parte ult de uerbo. significa. quam supra in materia interpretationis statutorum retulimus, qui uoluit iudicem post latam sententiam, nō posse facere aliquam interpretationem ad sententiam suam partibus præiudicialem, cum officio eius functus sit, l. iudex posteaquam de re iud. & capitulo in literis de offic. deleg.

55 Quapropter ego in præsenti negocio † crederem duos esse distinguendos casus principales, quod aut agitur de sententiæ interlocutoriæ interpretatione, aut de sententiæ definitiuæ declaratione, primo casu ego puto indistincte concludendum esse, quod illius interpretatio ad illum spectet qui illam tulit, duplici ratione, tum scilicet quia cum possit iudex latas interlocutorias tollere, ac reuocare, multo magis poterit illas interpretari, ita arguit Deci. in dict. capitulo cum uenissent columna tertia, post mediū uer. & idem arg §. fin. institut. de iur. nat. gent. & ciu. tum etiam, quia cessat ratio illa quam considerat Ioannes Andr. quod iudex functus sit officio suo,

56 † post interlocutorias sententias durat adhuc iudicis officium usque ad definitiuam sententiam, ergo cessante ratione debet quoquo cessare obiectio, capitulo, cum cessante de appellatio. cum uulg.

Secundo casu, quando agitur de interpretatione

57 sententiæ definitiuæ credo rursus † distinguendum esse inter sententiam latam a iudice ordinario, & eā quæ prolata est a iudice delegato, primo capite iterum distinguendum est inter iudices maiores habē tes merum & mixtum imperium, & iudices inferiores, ut in prioribus iudicibus constituendum sit affirmatiuè ad illos spectare interpretationem eorum sententiæ, in posterioribus non item, ita firmat Bar. in dicta l. ab executore columna tertia, sub nume. 5. uersic. & hoc est uerum in ordinarijs, & Abb. in d. c. ex parte ultimo, ad fi. sub nu. 8. de ver. sign. dum ta-

58 men faciat † interpretationem neminem lædentem, ut dicit Bald. in l. ea quæ C. comm. uel epist. & sequitur scholiast. ad Abb. in dicto cap. ex parte in uer. interpretari.

Postremo capite, quando uersamur in sententia delegati, & tunc negatiue pronuntiandum est, nul-

59 lo modo posse delegatum † interpretari sententiam suam teste Bar. in d. l. ab executore sub nn. 6. Io. Andr. & Abb. in dicto cap. ex parte ult. quia tunc militat ratio illa considerata per Io. Andr. & alios, quòd dū functus sit officio suo, nullam habeat penes se potestatem aut facultatem declarandi, aut interpretandi prolatam ab eo sententiam.

60 Quantum ad appellationem, † si ea sit alternatiua uel generalis, ut declaratione egeat Ioan. Andr. in cap. in alternatiuis de reg. iur. lib. 6. in col. fi. declarari ab appellante posse ut ualeat, concludit, & eandem sententiam probat idem Io. Andr. in cap. is cui de offic. delegat. libro 6. in glos. pen. quem sequitur

61 Abb. in c. inter cætera de appellatio. Et quam uis † in nouis decis. 33. Item quòd appellatio uideatur reprobare opinionem Ioan. Andr. & pro Rotæ uoto uideatur sensisse specul. in tit. de appellat. §. non tractemus uersic. sed pone aliquis Bal. in appellatione, C. de appellat. in glos. 2. Ang. in l. cùm proponas, C. de bon. auctor. iud. possid. Perusi. in c. dilecti in eod. tit. in 19. quæst.

62 Nihilominus † Dec. in dicto cap. inter cætera colum. pen. post med. uersic. sed certè dicit in summa istos patres qui reprobant opin. Ioan. Andr. recidere in enndem sensum cum illo, dum volunt, appellationem procedere, dummodo certificetur is contra quem interposita est appellatio per prosecutionem appellationis coram cum iudice, uolunt enim in effectu, quòd appellans debeat declarare appellationem suam, ad hoc ut ualeat appellatus deliberare, quod illud idem est quod uoluit Ioan. And. nec constituenda est differentia an declaratio fiat facto, uel uerbis, l. de quibus in fine de legi. & l. quo enim in fine rem rat. haber.

63 Neque est † recedendum ab ista opinio. Io. Andr. quam præter supra citatos, probant Philip. Franc. in dicto capitulo in alternatiuis de reg. iur. libro sexto Imol. in l. prima, §. si quis quando appell. sit Alexand. in consilio 164. libro secundo consilio 177. & consil. 185. eod. lib. & consi. 12. lib. 6. & consil. 79. colum. 2. libro 7.

64 Sed punctus est uidere, an intra decem dies † præstitutos ad appellandum ea declaratio fieri debeat. Ang. in d. l. cum proponas, C. de bon. auctor. iudic. possid, opinatur etiam post illos decem dies fieri posse, quia hæc electio est quædam declaratio, quæ etiam post terminum fieri potest, l. hæredes palam, §. sed & si notam de testam, & Rota in decis. prædicta circa finem quę inquit necesse non esse quòd fiat ista declaratio intra decem dies, sed sufficit quòd appellans etiam postea prosequatur. Et hanc esse ueriorem opinionem firmauit quoque Aurel. in dicto cap. ult. sub nu. 92.

Saltem de iure ciuili quo prohibitum est omisso medio prouocare, quando admissa fuit per iudicem a quo appellatio absque termini alicuius præfixione ad prosequendum, ut dicit colligi ex supra allegata decis. Rotæ, item quod appellatio quam ipse citat sub numero 204. ex Gemini. in capitulo post datam secunda quæst. sexta & in dicto capitulo is cui de officio deleg. libro sexto & plenius per Alex. in dicto consil. 12. uolum. 6.

65 Prætereà † quia id quod dicunt Ioan. Andr. & illius adsertores, quòd debent intra decem dies declarasse coram quo iudice uelit appellationem prose-

qui,

qui, attinet ad iudicis electionem, unde nihil prohibere quominus poſt decurſum etiam decendium declaratio uerbi obſcuri in appellatione ipſa poſiti fieri poſsit, cum de electione iudicis ad declaratio nem appellationis non rectè inferatur ut per Bal. in l. ueteribus de pact. Deci. tamen in dicto capitu-
66 lo inter cætera † columna penult. ad fin. dicit opinionem Ioan. Andr. eſſe ueriorem, quæ habet ut intra ſolos decem dies datos ad appellandum, debeat fieri talis declaratio, quia iſta non eſt declaratio, ſed electio, per quam unum ex alternatiuis reſoluitur & alterum remanet in diſpoſitione l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum in principio de uerbor. oblig. & perinde habetur ac ſi de nouo appellaret, ideo non poteſt fieri poſt terminum, quia extrema non ſunt habilia l. bonorum rem rat. haberi Aretin. in l. qui Romæ, §. Seia de uerborum obligat. & prius Bald. in dicto capitulo inter cætera de appellatio. per gloſſ. in dicta l. bonorum & per textum in l. nam cum uterque de ſtipulat. ſer.

Et quia decem illis diebus effluxis tempora non ſuffragantur, ut dicitur in l. acuſaturus de adulter. quam ſententiam ſequitur quoque Alexand. in conſilio 183. uiſo proceſſu cauſarum libro ſecundo & conſilio 182. eodem libro pro qua dicit Deci. ſe adducere bonum textum in l. prima de appellatio. recip. in princip. ubi appellatio interpoſita nomine alterius debet ratificari intra tempus datum ad appellandum aliàs non ualeat, talis enim electio ſeu declaratio non debet trahi ultra tempus appellationis interpoſitæ in præiudicium aduerſarij, & hanc quoque opinio. Ioan. Andr. quam probat Dec. hactenus relatus, recipit gloſſ. is cui de officio delegat. libro ſexto Archidiac. in dicto cap. poſt appellationem 2. q. 6. Caſtr. & Imol. in dicta l. qui Romæ, §. pe. de uerb. obligat.

67 Sed pro contraria † opinione Angel. uidetur facere commnnis illa concluſio doctorum in l. edita, C. de edcn. libellum in prima inſtantia etiam poſt litem conteſtatam declarari poſſe, ut per Deci. in dicta l. edita ſub numero 47. cum tribus ſequent. poſt Bart. Bald. & alios quos citat. Pro reſolutione iſtius difficultatis.

68 Ego diſtinguerem † duos caſus quorum diſtinctionis fœdere conciliari poſſunt duæ iſtæ inter ſe diſſiddentes opiniones, uidelicet quòd aut agimus de illa declaratione facienda quæ ſapit nouam quandam diſpoſitionem, aut quæ remanet in puris ac meris terminis declarationis nihil inducentis, iuxta tex. cum ibi trad. a glo. Bar. & cæter. in l. hæredes palam, §. ſed & ſi notam de teſtam.

Priore caſu, ego crederem opinionem Io. Andr. & ſodalium ueram eſſe, dum uolunt poſt decem dies poſſe declarationem fieri circa electionem iudicis, quia hæc declaratio ſaperet nouam quandam diſpoſitionem, ut declarat Dec. in dicto capitulo in
69 ter cætera, quæ poſt tempus † a lege datum fieri nõ poteſt & ita poſt Bartol. & Bald. tradunt Alexand. Iaſ. Dec. & alij in dicta l. edita, C. de eden. in materia emendationis ipſius libelli, quam nolunt poſſe illam fieri poſt litem coteſtatam.

Poſteriore uero caſu ego ad hærerem opinioni
70 Ang. & cæterorum, quia tunc declarans † nihil noui dicitur inducere dicto §. ſed & ſi notam, cum trad. tis a Dec. in dicta l. edita ſub numero 47. cum ſequent. & ab alijs qui probarunt opinionem Angel. & cum hac diſtinctione omnino ſtandum eſt, quia eſt de mente omnium doctor & preſertim Pal. Caſt. in dicta l. hæredes palam, §. ſi quid de teſtam. quem refert ac ſequitur Dec. in dicta l. in ambiguis oratio nibus ſub num. 4. & per illam tolluntur omnes diffi cultates, & amaritudines.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem declarare uerba ambigua contractus.*
2 *Secundum tamen uarietatem contractuum, uarie quoque interpretari debere.*
3 *Quandoque etiam ex mente contrahentium fiat interpretatio.*
4 *Contractus ambiguus ex parte promiſſoris contra illum eſſe interpretandum.*
5 *Regula generalis quod ex mente contrahentium debeat interpretari contractus quomodo ſit intelligenda.*
6 *Habita mente defuncti de alio non curari.*
7 *De qua tamen conſtare debet ſaltem ex impropria ſignificatione.*
8 *Ex quibus iudex informare debeat mentem ſuam in colligenda mente diſponentis.*
9 *In dubio uerba interpretanda eſſe contra eum qui ſentit commodum ex contractu, quando ſint ambigua.*
10 *Clara uerba contractus nullam recipere interpretationem.*
11 *Teſtamenti interpretatio ad quos ſpectet ſecundum Barto.*
12 *Quidque alij ſentiant.*
13 *Voluntatem defuncti ambiguam a iudice declarandam eſſe.*
14 *Hæredem declarare uoluntatem defuncti, quando teſtator ſenſit de certo.*
15 *Coniecturæ quales eſſe debeant in informanda iudicis mente.*
16 *Legis diſpoſitioni locum eſſe, quando multa eſt uerborum teſtatoris obſcuritas.*
17 *Indicis declarationi non ſtari, quando teſtator certam perſonam nominaſſet, quam ædile declarare, numero 18.*
19 *Hæres quoq; ueriſimiliter informatus declarat mentem defuncti.*
20 *Iudicem declarare debere defuncti uoluntatem, ſecundum ueriſimilem uiuentium opinionem.*
21 *In propria uerborum ſignificatione nulla eſt ambiguitas.*
22 *Voluntas defuncti talis præſumitur qualem uerba oſtendunt.*
23 *Niſi tales reſurgerent coniecturæ ex teſtamento, quæ reuocarent in dubium propriam uerborum ſignificationem.*
24 *Aliàs nunquam receditur à propria uerborum ſignificatione.*
25 *In claris non eſt opus coniecturis.*
26 *Operis huius abſoluti dies ad laudem, C. S. Opt. Max. & eius*

eius glorioſiſſimæ Matris ſanctiſſimæ virginis Mariæ.

Ad quos contractuum ac ultimarum uoluntatum ſpectet interpretatio.

CAP. XXXVIII.

1 IN contractibus uidetur facienda eſſe regula generalis, quod †ad iudicem ſpectat eorum uerborum ambiguorum interpretatio, ut ſcr. Bar. in l. ueteribus ſub numero ſexto de pact. per l. uoluntatis. C. de fideicommiſ. cum quo ſaltem tacito conſenſu tranſeunt alij in dicta l. ueteribus & idem uult Bartol. in l. ſtipulatio iſta, §. in ſtipulationibus de uerborum obligation. b quem ſequitur Aurel. d. c. ult. ſub num. 77.

2 Sed tamen iſta †concluſio erit intelligentia, ut ſecundum uarietatem contractuum iudex quoque debeat uarie interpretari, nam in prætorijs ſtipulationibus interpretabitur ſecundum mentem edicti prætorij l. in prætorijs de prætor. ſtipulat. l. in conuentionalibus de uerborum obligatio. in conuentionalibus uero ſtipulationibus, interpretabitur eas ex mente contrahentium, l. ſemper in ſtipulationibus de reg. iur. & l. ſtipulatio iſta, §. in ſtipulationibus de uerborum obligatio. cum ſimilib. adductis a Iaſ. ſub numero ſecundo, in l. in conuentionalibus de uerbor. obligat.

3 Sed hoc †intelligendum erit hoc pacto, ut quandoque fiat interpretatio ex mente ſtipulatoris, & promiſſoris, iuxta l. ueteribus de pactis & l. inter ſtipulantem, §. primo, & l. qui ex pluribus de uerborum obligat. nam ſi uerba in ſtipulationibus ſunt ambigua ex parte ſtipulatoris ſemper interpretatio fiet contrà illum, ut notat Iaſ. in dicto §. in ſtipulationibus, per l. cum quæritur de reb. dub. & l. labeo ſcr. obſcuritatem de contra. empt. ratio eſt duplex, tum ſcilicet quia imputandum eſt ſtipulatori, cur latius ſtipulationis uerba non conceperit, l. quicquid aſtringendæ de uerbor obligatio. capitulo. contrà-ctus, ubi eſt bona gloſſ. de regul. iur. libro ſexto & dicta l. ueteribus ubi pariter eſt gloſſ. magiſtralis de pactis. Altera eſt ratio, quia in dubio iudicandum eſt pro liberatione, l. Arrianus de actio. & obligatio. l. fauorabiliores de regul. iur. & capitulo ex literis de probatio.

4 Si uero ſint †ambigua ex parte promiſſoris, tunc fit interpretatio contra promiſſorem dicta l. ueteribus de pact. ubi Bartol. & Angel. ſic firmant Dyn. in reg. in obſcuris de regul. iur. libro ſexto Cuma. in dicto §. in ſtipulationibus gloſſ. ſecunda, in l. ubi de re. dub. quibus accedit Iaſ. in dicto §. in ſtipulationibus ſub numero quarto in tertia limitatione, ſequitur Aurel. Dauid dicto capitulo ultimo, ſub numero 77.

Et ideo ubi contra ſtipulatorem fiet interpretatio per iudicem, illa fiet ex mente promiſſoris, ubi autem fiet contra promiſſorem, illa fiet ex mente

5 ſtipulatoris, & hoc †pacto intelligenda eſt illa aſſertio generalis, quod in contractibus ſit interpretatio ex mente contrahentium, & quòd in ijs magis attenditur uoluntas & mens contrahentium, quam uerba, iuxta l. ſi. C. quæ res pig. obl. poſſ. d. l. in cõuentionalib. de uerb. obl. l. ſed celſus, §. 1. de contra. empt. gloſſ. ualde notanda in l. ſi in uenditione in gloſſ. final. com. prædio. quæ inquit cauſam uerborum & mentem inſpiciendam eſſe, non tantum ſignificationem uerborum, quam ualde commendat ibi ac menti tenendam eſſe ait Caſtr. Bal. in l. etiam in primo not. per illum text. C. de iur. dot. ubi ait ſe rum magis in contractibus ſpectandum eſſe, quam uerba, Iaſ. in dicta l. in conuentionalibus ſub numero ſecundo ubi alios addit de uerbor. obligatio. & ratio

6 eſt, quia †habito ſenſu habitaque uoluntate ac mente defuncti, dicimur habere finem, capitulo intelligentia de uerbor. ſignificat l. labeo de ſupel. legat. & habito fine non curamus de uerbis quibus peruentur ad finem, l. cum ſeruus de uerbor. obligat. ac uerborum uis melior ſenſu ac uoluntate contrahentiũ exiſtat, argum. l. tertiæ, C. de lib. præterit. & eorum quæ ſupra diximus libro primo de præferenda uoluntate ac mente diſponentis uerbis ipſis & quæ cribit Angelus in conſilio ſecundo. Ce. tum eſt, in lumna penultima debet tamen ſemper de hoc tenſu conſtare, uel per legis interpretationem, uel

7 per naturalem rationem uel per æquitatis ſuggeſtionem, uel per aliqua indicia, aut aliquo modo ex uerbis concipi, ut dicit Iaſ. in dicta l. in conuentionalibus per l. Gallus, §. primo de lib. & poſth. & l. ſi alij de uſufr. legat. facit quod trad. Iaſ. & Alexand. in d. l. tertia, C. de liber. præter. ubi declarantes illum text. uolunt, quod ille ſenſus qui propriæ uerborum ſignificationi debet præferri, reſurgere debeat ex impropria ſaltem uerborum ſignification, qua de re ſupra plenius tractauimus libro primo quàm ut hic repetendum ſit.

8 Et ſecundum modos †ac coniecturas uel formas prædictas, debebit iudex animaduertere in declarando contractum in fauorem ſtipulatoris uel promiſſoris, item ex ueriſimilioribus, nam ſi maior militaret ueriſimilitudo pro eo, contra quem regulariter facienda eſſet interpretatio, quàm pro eo pro quo fieri deberet, ſemper quod ueriſimilius eſſet, attendendum foret, gloſſ. in dicta l. ueteribus de pact. Bald. in l. final in oppoſit. C. de hæred. inſtitut. Iaſ. in dicto §. in ſtipulationibus ſub numero 40. ubi & quatuor alijs modis limitat dictam concluſionem quia una ueriſimilitudo tollit alteram, l. duus de in integr. reſtitut. l. non ſolum §. primo de rit. nuptia. Bald. in l. ſiue poſſidetis, C. de probatio.

9 Quando uero non apparet †per quem ex contrahentibus obſcura uerba prolata ſint, in dubio contra eum ad cuius commodum adiecta eſt pactio debet fieri interpretatio, uel contra eum qui dictæ pactioni innititur, l. cum quæritur de reb. dub. l. in emptione de contrah. empti. l. cum in ſtipulatione principio ubi gloſſ. eodem titulo idemque iuris ci- uult Aurel. loco ſupra citat. cum uerba a nullo con-

tra-

trahentium exprimuntur sed ab ipso notario, teste Paul. Castr. in dicta l. ueteribus, nisi tamen ita interpretando dispositio redderetur inutilis, aut reduceretur ad absurdum uel contra uerisimile ut per textum in dicta l. cum manu sata qui ad hoc est egregius Bartol. in dicta l. ueteribus & Iaſ. dicto §. in stipulationibus qui plenius illas limitationes attingit. Cætera ad hanc partem attinentia, supra fuimus prosecuti libro tertio, capit. decimo septimo, illo interim non omisso quòd ubi uerba
10 contractus sunt clara † tunc non potest iudex adiri pro aliqua declaratione facienda, quia quando uerba contractus sunt clara dicimur habere textum, a quo non discedendum propter glossas, aut interpretationes Doctorum, Crauett. in consilio vndecimo, sub numero sexto, post Bald. quem citat & in consilio centesimoquinto, sub numero secundo.

Postrema huius disceptationis pars ad testamen
11 ta attinet, ac ultimas uoluntates, circa † quarum interpretationem Barto. in l. si quis a filio §. si quis plures de leg. primo, sic distinguit, aut constat testatorem aliquid certi sensisse, & tunc hæres declarabit, aut non apparet sed ambiguitas subest uel aliunde, & tunc ad iudicem pertinet declaratio.

12 Sed al. j damnant † hanc theoricam Barto. quia & cum testator utitur uerbis æquiuocis, & generalibus dicitur adhuc certum sentire, l. in ambiguo de rebus dub. & tamen iudex non declarat, qua propter ipsi constituunt regulam generalem.

13 Ambiguam uel obscuram uoluntatem † a iudice declarandam uel interpretandam esse, dicta l. uoluntatis, C. de fideicomiss. ubi tex. aperte ait, uoluntatis defuncti quæstionem in æstimatione iudicis esse, hanc tamen conclusionem postea limitant non
14 procedere, quando testator sensit de certo † quia tunc statur declarationi hæredis non etiam iudicis, l. si quis a filio §. primo, ubi nota Bartolus de legatis primo, quem sequitur Iaſon in dicta l. uoluntatis & propterea dicit Aurel. dicto capitulo ultimo sub numero septuagesimotertio, quod in omnibus casibus a iure expressis, ubi uel hæres uel legatarius, ut in l. qui duos de legatis primo, uel alius quem testator uult, declarat, non recurritur ad iudicem, sed ad eum quem lex ipsa uult ita dicit Iacobus Rauennas, & Iaſ. in d. l. uoluntatis, quod puto esse uerum, per ea quæ mox dicemus.

Hæc autem declaratio quam iudex facere debet
15 opus erit ut sit formata ex septem † illis coniecturis uel aliqua eorum, quæ ponuntur per iurisconsultum in dicta l. si seruus plurium, §. finali, de legatis primo, & in l. cum de lanionis, §. optimum ergo esse Pædius ait, de fun. instr. uel ex bono, & æquo ut declarat Barto. Socin. in l. in ijs de conditio. & demonstratio.

Cæterum si tanta esset obscuritas, ut iudex de-
16 clarare non posset, tunc erit locus legis † dispositioni, quę uel declarat per quem debeat declaratio fieri, ut in d. cta l. qui duos, & in dicta l. si quis a filio §. primo, uel iubet legitimas probationes fieri, ut in l. falsa, §. cum inter de conditionib. & demonstrationib. uel iubet ut quod minimum est sequamur, uel ut quod benignius est præferatur, l. si ita fuerit, §. plane de rebus dub. & l. proxime §. sed in re dubia de ijs quæ in testamen. delen. uel si ita in certa sit, dubia, atque ambigua uoluntas defuncti, ut percipi non possit quid uelit, concidat, deficiente probatione uoluntas defuncti, l. duo sunt Titij, de testamen. tutel. ubi glossa in uersiculo neuter, textus concord. adducit, quibus addi potest glossa in capitulo pastoralis in uersiculo item non possunt de rescriptis, & in capitulo cum tibi doctor. notant de testam.

17 Cessat quoque † prædicta conclusio, quando testator iussisset stari declarationi uel hæredis, uel certarum personarum, quia tunc non ad iudicem sed ad illas recurretur, ita limitat Iaſon in dicta l. uoluntatis ad finem, per textum in l. hæredes §. si in certo familię erciscundę, iuncta ibi glossa in uersiculo non consentiendo, & ideo si testator reliquit
18 † consultores eius testamenti, quibus expresit uoluntatem suam, ab illis declaranda erit illius uoluntas, ut scribit, & ualde notanter Angel. in l. cum ex filio in principio, de uulgar. & pupil. quam refert ac sequitur Zanc. in l. hætedes mei, §. cum ita ad senat. Trebell. sub num. 136.

19 Quòd † autem etiam ab hærede, tanquam ueri similiter in formato de uoluntate defuncti, fieri possit testamenti declaratio, uoluit glossa in dicta l. hæredes §. si incerto in uersiculo non consentiendo post medium famil. ercis. Andr. Tiraq. post Bar. & alios quos citat de retract. consangui. §. 2. glo. 2. sub num. 4. Et magis in terminis habetur per Fulg. in consi. 47. Ser Michael columna secunda, in fin. cum seq. qui allegat dictam l. si quis a filio, §. si quis plures de leg. 1.

20 Addendum est † pariter quòd iudex in casibus in quibus ad illius declarationem recurritur, debet defuncti uoluntatem interpretari secundum ueri similem uiuentium opinionem, l. quoniam C. de natur. lib. cum alijs alleg. per Crau. in consi. 98. colum. fi. & in consi. 155. in fi. & in consi. 145. col. antepenul. Calcan. in consi. 105. colum. secunda, & facit uulg. glo. de qua per Zanc. in dicto §. cum ita sub num. 135. ubi hanc eandem assertionem sequitur, & sub nu. 259.

21 Postremo sunt † ea omnia intelligenda locum habere, quando non apparet de propria uerborum significatione, secus si appareat. quia tunc cõueniunt omnes uno ore, nullã esse ambiguitatem quia regulariter talis præsumitur esse uoluntas de
22 functi, † qualem uerba ostendunt ac secundum eorum proprium significatum exprimunt, l. Labeo de supel. lega. l. non aliter de leg. 3. Bar. in l. si is qui ducenta in princ. & in l. in ambiguo de rebus dub. ubi latius Socin. & in d. l. non aliter, & Bal. in l. uo
23 luntatis, nisi tamen tales adessent † cõiecturæ, quæ colligerentur ex eodem testamento quæ reuocarent in dubium propriam uerborum significa. quæ tunc cum per coniecturas quibus constat de men-

te defuncti, recedatur etiam a propria uerborum ſignificatione, ut latè ſupra diximus primo, & ſecundo libro huius operis, dum tractauimus de præferẽda mente defuncti uerbis, & de uerbis improprijs ob præſumptam & coniecturatam mentẽ defuncti tunc quoque in tali quæſtione uoluntatis defuncti ad iudicis æſtimationem recurrendum eſſet, dicta l. uoluntatis, C. de fideicom.

24 Cæterum † ubi propriæ uerborum ſignificationi nullæ refragarentur coniecturæ uoluntatis defuncti, tunc res prorſus diceretur uerſari in claris, in quibus nullus eſt locus coniecturis ac præſumptionibus, & propterea ad iudicem nec ad alium recurrendum eſſet pro facienda interpretatione, ſeu declaratione uoluntatis defuncti claræ, perſpicuæ, ac
25 dilucidæ, per ea † quæ ſcribunt Bart. Aret. & alii in l. continuus §. cum ita de uerbo. obligatio. Bald. in l. ille aut ille §. primo, de legat. tertio, Iaſ in conſ. 56. col. pen. circa medi. li. libro 3. ubi pulchre hanc aſſertionem exornat, Alex. conſi. 1. uolumine quinto Craue. in conſi. 11. ſub num. 6. & alibi ſæpe in illius conſilijs.

26 Et per hæc † ad laudem einſdẽ, D. N. Chriſti Seruat. Opt. Max. & Beatiſimæ Virginis Mariæ eiuſdem glorioſiſimæ Matris, & omnium cęleſtis Aulæ triumphant's Diuorum Spirituum, quorum hodie ſolennę feſtum die dominico celebramus, impoſitus ſit finis huic operi de verborum ſignificatione, per decem ſupra recitatos libros explicato atq; abſoluto.

Ticini Calendis Nouemb. Anno MDLXXIX. hora prima noctis.

Lib. X. & vlt. FINIS.

